BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIII
G
23
NAPOLI

XIII
G
23

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

RADULPHI CUDWORTHI

SYSTEMA INTELLECTUALE HUJUS UNIVERSI.

TOMUS II.

Digitized by Google

Digitized by Google

RADULPHI CUDWORTHI,

THEOL. D. ET IN ACADEMIA CANTABRIGIENSI PROFESSORIS,

SYSTEMA INTELLECTUALE HUJUS UNIVERSI,

SEU

DE VERIS NATURAE RERUM ORIGINIBUS COMMENTARII,

QUIBUS OMNIS EORUM PHILOSOPHIA, QUI DEUM ESSE NEGANT, FUNDITUS EVERTITUR.

ACCEDUNT RELIQUA EJUS OPUSCULA.

JOANNES LAURENTIUS MOSHEMIUS,

THEOL. D. SEREN. DUCIS BRUNSV. A. CONSILIIS RERUM SANCTIORUM, ABBAS COENOBIORUM VALLIS S. MARIAE ET LAPIDIS S. MICHAELIS, RELIQUA,

OMNIA EX ANGLICO LATINE VERTIT, RECENSUIT, VARIISQUE OBSERVATIONIBUS DISSERTATIONIBUS ILLUSTRAVIT ET AUXIT.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

B. R. NEAPOLIS

Editio secunda ex autographo Moshemiano emendatior & auctior.

TOMUS II.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD SAMUELEM ET JOHANNEM LUCHTMANS,

MDCCLXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

RADULPHI CUDWORTHI

CONFUTATIO PHILOSOPHIAE EORUM, QUI DEUM ESSE NEGANT.

CAPUT QUINTUM.

SECTIO PRIMA.

ARGUMENTUM.

§. I. *Introductio ad tractationem.* §. II. *Primum Atheorum argumentum: Nullam Dei notionem animo informari posse. Notio vero Dei supra jam explicata est, ostensumque, Deum esse naturam intelligentem, per se ex omni aeternitate exsistentem, rerumque omnium caussam. Qua quidem in definitione nihil perplexi est vel obscuri.* §. III. *Satis igitur hoc primum argumentum jam confutatum est. Sed ne conquerendi caussam profanum genus habeat, praetermissum esse aliquid eorum, in quibus caussae suae fundamentum collocant, sigillatim dispiciemus de argumentis, quibus notionem Dei impugnant. Haec vero quinque sunt numero.* §. IV. *Primum excipiunt*, nullius rei notionem animo a nobis informari posse, quae sensibus nostris non sit exposita: multo vero minus ejusmodi rem vere exsistere, explorate cognosci posse. *Huic ita respondemus: Tametsi Atbei, praeter eam perceptionem, quae sensuum ope fit, nullam esse aliam scientiam vel cognitionem statuant; haec tamen sensuum perceptio in se spectata nec cognitio est, nec intelligentia. Nam si talis esset, quilibet, qui lucem ac colores videret, aut frigus & calorem sentiret, naturam lucis ac colorum, frigoris & caloris intelligeret.* §. V. *Corpus-*

Digitized by Google

cularis etiam philoſophia, quam tantopere amant Athei Epicurei, perſpicue demonſtrat, eſſe ſublimiorem aliquam animi facultatem, quae judicium ferat de ſenſibus, errores eorum corrigat, atque res, quae in ſenſus cadunt, ad ficta & praecepta rationis revocet. Nulla perpeſſio apta eſt ad judicium vel de ſemet ipſa, vel de aliis rebus ferendum. Ipſe Democritus nonnunquam fatetur, ſenſus nihil eſſe, quam viſum aliquod, nec abſolutam rerum veritatem attingere. Quam ob cauſſam qualitates ex rerum, quae vere ſunt, ordine ejicit, nec niſi viſa eſſe noſtra praecipit, eo quod intelligi nequeant. §. VI. *Controverſia caret omni, eſſe in animis noſtris multarum rerum ſpecies, exempla, & notiones, quae in ſenſus noſtros nulla ratione incurrunt. Athei ſuas ipſi cogitationes non ſatis attendunt. Fictum hoc: Nihil eſt in intellectu, quod non antea fuerit in ſenſu, & falſum eſt, & ad Atheismum ducit. Quum in hominum mentibus notio inſit naturae intelligentis & perfectiſſimae, quae res omnes effecerit ac condiderit, cui ſupplicandum eſſe decernunt: Athei tamen nullam ſibi eſſe ejusmodi notionem affirmant, idque non alia de cauſſa, quam quod eam ſenſibus comprehendere non valent. Quam ſi viam ſequi velint, non modo rationem ipſam & intelligentiam, appetitum & volendi facultatem, ſed etiam ipſam ſentiendi vim inter res referre poterunt, quae non exiſtunt: nec enim horum aliquid ſub ſenſus cadit, ſed ea tantum ſentiuntur & videntur, circa quae hae facultates occupatae ſunt. Si Deus re vera corporeus eſſet, quod ſibi temere nonnulli perſuadent, ne ſic quidem eſſentia ejus, quae nihilominus praecipue in mente ac intelligentia conſiſteret, ſenſibus expoſita foret. Eſſe vero quoque naturam corpore ſecretam, quae propterea nullis percipi queat ſenſibus, Deumque naturam eſſe ejusmodi, id alias latius demonſtrabitur.* §. VII. *Quod evidenter cognoſcimus haec vel illa corpora exiſtere, id ſine dubio ſenſibus acceptum eſt ferendum: at certitudo hujus evidentiae non a ſolo naſcitur ſenſu, ſed ex ratione, quae ſenſui certo ſeſe modo ſociat. Senſus exactam & abſolutam rerum veritatem non aſſequuntur, praetereaque falluntur & errant. Nos viſa noſtra, in quibus nihil veri eſt, nonnumquam pro rebus vere exiſtentibus habemus: quod quidem non modo ſomniantibus, ſed etiam vigilantibus illis, qui atra bile laborant, evenit. Ipſi Athei illi, qui corpuſculis naturam rerum deſcribunt, tales fatentur res exiſtere, quae ſenſus minime pellunt: quales ſunt atomi, membranae aut exuviae corporum, de quibus loquuntur, immo ſpatium incorporeum. Si nihil exiſtere ſtatuendum eſt, praeter id, quod in ſenſus incurrit, negandum quoque erit, mentem & animam exiſtere: Deus magna illa mens eſt, quae totam rerum univerſitatem gubernat: ex qua mentes noſtrae imperfectiores derivatae ſunt. Ratio Deum illum, quem nulli cernunt oculi, ex operibus ejus probat exiſtere.* §. VIII. *Alterum Athei generis adverſus notionem Dei argumentum hoc eſt:* Ipſi, qui Deum eſſe volunt, Deum hunc a quoquam comprehendi poſſe negant. Quod autem a nullius comprehendi poteſt ingenio, id nullum eſt. *Hic fortaſſis verum eſſe certo ſenſu concedi poterit, illud, quod nullo modo nobis concipere licet, aut in ſe ipſo, aut ſaltim ad nos relatum, nihil eſſe. Protagorae dictum:* Quilibet homo menſura ſibimet ipſi eſt rerum omnium, *eo ſenſu falſum eſt, quo ab hoc philoſopho eſt adhibitum. Quodcumque exigua nonnullorum hominum intelligentia non omni ex parte capere poteſt, id non ideo ſtatim ex numero rerum, quae vere ſunt, ejici debet. Nihilo tamen minus anima, id quod decrevit Ariſtoteles, certa ratione eſt omnia. Etenim eſt ea vitreus quaſi globus, aut mundus ex notionibus conflatus, in quo rerum omnium, quae in orbe terrarum exſtant & verſantur, imagines ac ſpecies reconditae ſunt.* §. IX. *Hoc autem ex toto falſum eſt: Illud, quod non omni ex parte comprehendi poteſt, propterea nullo modo concipi etiam poſſe, atque nihil ea de cauſſa eſſe. Nec enim nosmet ipſos omni ex parte comprehendimus, nec ullius rei vel naturae tam perfectam animis noſtris notionem habemus impreſſam, ut nihil ejus nos fugiat. Non ex toto mentium-*

tur:

Digitized by Google

tur Sceptici, quum in uniuscujusque rei, ne ipsis quidem corporibus exceptis, essentia esse aliquid decernunt, quod incomprehensum nobis est. Veritas amplior est, quam ut a nostris capi queat mentibus. Solius praepotentis Dei, qui unus infinita valet sapientia, hoc proprium est, essentias rerum omnium perfecte comprehendere. Haud inde vero licet conficere, nullius rei notionem aut conceptionem in nobis esse. Esse potest in nobis perfectissimae naturae notio, etsi eam naturam per mentium nostrarum debilitatem & imperfectionem nobis comprehendere omnino haud liceat: non secus ac montem videmus ac tangimus, quem brachiis tamen nostris totum complecti haud possumus. Quas ob causas hoc Atheorum praeceptum: Illud nihil & nullum est, cui perfecte comprehendendo non pares sunt animi nostri multum a perfectione remoti, plane absurdum & veritati adversarium est. §. X. Tametsi Deus propter eminentissimas, quibus praeditus est, perfectiones longe minus, quam aliae res, comprehendi potest; tamen facilius ceteris eum rebus concipere animo, nobis integrum est: quemadmodum sol, etiamsi luce sua oculorum nostrorum aciem praestringit, multo tamen plus visum nostrum ferit, quam reliqua omnia. Tenebrae illae, quae divinam naturam cingunt, & mentes nostras ab intimiore ejus cognitione arcent, non in se sunt aliquid & simpliciter, sed nostri tantum ratione habita, similes coeruleae obscuritatis illius, quam in aethere pellucido animadvertimus. §. XI Quod Deum totum haud comprehendimus & ingenio consequimur, id tantum abest, ut Deum doceat nullum esse, ut potius certum sit, nisi esset aliquid, quod animorum nostrorum parum perfectorum perspicacitatem fugeret, Deum nullum fore. Quaelibet res interiori quadam comparatione comprehenditur. Quum mentes nostrae debiles, angustae, ac morbis non paucis affectae sint, fieri nullo modo potest, quin id, quod ex omni parte absolutum est, nulla ratione ab illis capiatur. §. XII. Ipsa natura, esse aliquid mente atque cogitatione omni nostra multo majus atque vastius indicat, quippe quae motus devotae venerationis, adorationis, admirationis, stuporis denique atque religiosi horroris animis nostris concredidit. Quaecumque in Deo captum ingeniorum nostrarum excedunt, ea alia tamen ratione sunt comprehendenda, ita nimirum, ut animos nostros in profundum mare illud demittamus, atque ab eo totam intelligentiam nostram absorberi veluti patiamur. Residet omnino in nobis mentis perfectissimae notio, etiamsi totam complecti eam nullo modo valeamus, eo quod, quum ipsimet multum a perfectione simus remoti, ei, quod perfectissimum est, capiendo non sufficiamus. Quae quum ita sint alterum Atheorum adversus Dei notionem argumentum, inde sumtum, quod ipsimet Deum esse incomprehensum non diffitemur, nullum quoque & prorsus inerme est. §. XIII. Sequitur tertium profani generis argumentum: Naturam Dei interminatam esse & infinitam, confitentur omnes. Infinitas vero quid sit, id nemo intelligit & capit mortalium. Igitur ex illis ea rebus est, quae fieri nequeunt, & nullae sunt. Dicta quaedam recentioris cujusdam auctoris in hanc sententiam: quorum quidem hic sensus est: In notionibus Dei & virtutum divinarum nihil esse prorsus veritatis philosophicae: nec vocabula, quibus utimur, quum de rebus hujus generis loquimur, significare aliquid, quam venerationem & stuporem humanarum mentium: nomen infinitus non denotare proprietatem rei cuidam adjunctam, sed unice animorum nostrorum debilitatem atque admirationem: Deum igitur quum illi, qui favent causae ejus, negant finitum esse, idem vero infinitus esse nequeat, sequi, nihil esse eum aliquid, quod nemo intelligat. Alius non indoctus impietatis patronus nullum esse scivit in nobis infiniti notionem, nec idcirco etiam Dei. Quod quidem effatum in Atheorum ore eandem habet vim, ac si dicerent, Deum nihil & nullam esse. § XIV. Argumentum hoc, quod nihil esse infinitum, nec idcirco Deum assumit, recentioribus tantum Atheis proprium est, veterum vero Atheorum sententiae plane repugnans & contrarium. Anaximandri ἄπειρον infinita est materia: at Melissi ἄπειρον ipse verus Deus est. Olim tam Athei,

quam Dei profeſſores concordes erant hac in re: Fieri nullo modo poſſe, quin natura quaedam ſit infinita, ſive mens illa ſit, ſive materia. Antiqui etiam Atbei infinitum eſſe ſtatuebant mundorum numerum. Sic Atbei refellunt & confutant Atheos. §. XV. Recentiores Atbei non minus ſanae rationi ac ſibimet ipſis, quam anteceſſoribus ſuis, refragantur, quum ideo Deum eſſe nullum pugnant, quia infinitum nihil eſſe poteſt. Certum enim primo eſt, eſſe aliquid durationc infinitum, ſeu principii expers & aeternum: nam ſi aliquando nihil fuiſſet, nulla res oriri potuiſſet ac exſiſtere. At vix ac ne vix quidem ullus Atheorum tam vecors & amens erit, ut ſerio ſibi perſuadeat, fuiſſe tempus quoddam, quum nihil eſſet, at poſtea fortuito ac temere materiam ſenſu vacuam exſtitiſſe. Incredibili ſunt impudentia, qui aeternam eſſe perhibent materiam, & nihilo tamen minus ex eo adverſus Deum diſputant, quod infinita duratio ſine ullo principio res ſit, quae fieri nullo modo queat. §. XVI. Conceditur Atheis, nullam eſſe in nobis infiniti ſpeciem ac formam, quoniam nulla ejusmodi forma in ſenſu fuit umquam, infinitumque a finitis mentibus non omni ex parte comprehendi poſſe. At quum aeque certum ſit, ac Mathematicorum demonſtrationes, eſſe aliquid ratione durationis infinitum, liquet inde, id quod tamen negant Atbei, eſſe aliquid, quod reapſe exſiſtit, cujus nec forma ulla ſenſibus noſtris oboritur, nec natura prorſus ab animis noſtris capitur. §. XVII. Conceditur hoc quoque Atheis, infinitatis numeri, magnitudinis, temporis nec ullam eſſe in nobis accuratam conceptionem, nec explicatam idcirco & claram notionem: ex quo cogitur, haec infinitatum genera in rebus eſſe illis, quae nusquam ſunt: Ariſtoteles numerum ſenſu ſolum negante infinitum vocat, quoniam addendo eousque nobis progredi non licet, ut nihil adjici queat amplius. Quam propter cauſſam fieri nullo modo poteſt, ut numerus quidam abſolute ſit infinitus, quia unum aut plura ſemper ei licet addere. Nulla item magnitudo tanta eſt, ut major nulla poſſit concipi. Qui infinitum ſpatium nominant, illi hoc unice indicant, fieri poſſe, ut divina potentia corpora ſemper corporibus ad infinitum usque adjiciat, aut mundum numquam tam grandem & ſpatioſum condi potuiſſe, quin Deus magnitudinem ejus & amplitudinem augere, molemque ejus latius explicare potuiſſet. Videntur quidam infinitatem potentialem ſeu indefinitum corporum numerum perperam ſic intellexiſſe, ac ſi is actualis eſſet ſpatii infinitas: Poſtremo temporis praeteriti nulla eſt infinitas: quae ſi eſſet, ſequeretur inde, tempus quoddam in praeteritis eſſe, quod numquam praeſens fuit. Argumentum recentioris cujusdam ſcriptoris. Quamobrem concluditur, neque mundum, neque tempus infinitum eſſe ratione durationis praeteritae. §. XVIII. Hic Atheus fortaſſis multum
740 ſibi adjumenti ad exſiſtentiam divinam oppugnandam per ea, quae conceſſa ſunt adhuc, ſuppeditatum eſſe cogitabit. Qui aeternitatem tollunt mundi, eos aeternitatem quoque Dei tollere dicet: ac ſi Deus non alia ratione poſſet aeternus eſſe, quam ſucceſſivo quodam fluxu infiniti temporis. Nos vero haec ipſa conducere affirmamus ad exſiſtentiam Dei probandam. Quod ſi enim tempus atque mundus initium aliquando habuere, natura quaedam ſit, neceſſe eſt, cujus duratio non ſucceſſiva ſit, ſed ſtabilis & perennis, quae tam mundum, quam tempus effecerit. Quapropter nihil hic Atheis relinquitur, quam ut forte in vocabulo nunc ſtans, ſi velint, cavillandi materiam quaerere poſſint: quaſi ſtans haec Dei aeternitas nihil eſſet, quam breve momentum temporis conſiſtens, omnisque duratio non poſſet non ejusdem eſſe naturae, cujus noſtra. §. XIX. Concluditur igitur, infinitus & aeternus non eſſe vocabula, quibus nulla ſubjecta eſt vera poteſtas, nec ingenii tantum noſtri commenta, aut ignorantiae, ſtuporis, atque admirationis ſigna, nec denique verba tantum honoris & reverentiae, ſed nomina virtutum, quae ſoli Deo conveniunt, & ſenſu quidem ſumme philoſophico. Non eſt quidem in nobis perfecta harum rerum notio: at id tamen dubio caret, fieri non poſſe, quin aliquam habeamus earum rerum notionem ac ſpeciem, quas demonſtrare nobis licet ad certarum naturarum eſſentiam pertinere. §. XX. Praeterea

Digitized by Google

vero Athei infinitam potentiam seu omnipotentiam invadunt; quippe quam nec concipi posse ingenio, nec intelligi ullo modo ajunt: ex quo nomen eam esse concludunt nihil significans. Hac in re Athei adolescentiores prorsus consentiunt cum antiquioribus, qui nihil minus concoquere ac ferre poterant, quam hanc omnipotentiam seu interminatam potestatem. §. XXI. *Solent vero hostes Dei infinitam hanc potentiam, sive dedita id opera faciant, sive inscitia commoti, male prorsus definire, ac si potestas esset res toto genere disjunctas & contrarias efficiendi. Ironia recentioris cujusdam Athei, dicentis, facere posse Deum, ut ex arbore fiat Syllogismus. Absurdum Cartesii dogma: qui Deum, si voluisset, efficere potuisse perhibet, ne bis bina essent quatuor, aut ne tres anguli trianguli aequales essent binis rectis. Ita qui sentiunt, illi, dum unam Dei perfectionem extollunt & commendant, alteram evertunt & destruunt: infinitam ejus voluntatem & potentiam praedicant, verum infinitam intelligentiam & sapientiam contemnunt. Deum sua tantum voluntate sapientem & intelligentem esse, decernere, id vero est omnem ei intelligentiam detrahere. Deus non eo modo est omnipotens, ut possit intelligibiles rerum naturas evertere ac tollere: quod si facere posset, suam ipsemet sapientiam reprehenderet ac refelleret. Infinitam potestatem is habet, cui vis est faciendi omnia, quae fieri possunt, id est, ea quae concipi possunt, nec mutuo sese tollunt. Illud nimirum fieri potest, cujus animo notionem aliquam informare possumus: quam sententiam omnes olim tenuere, qui Deum professi sunt. Absurdum dictu est, quod Athei perhibent, potentiam nihil faciendi, praeter id, quod concipi potest, ipsam nullo modo concipi posse.* §. XXII. *Sed quum Athei tantopere conturbentur vocabulo* infinitas, *vis ejus clarius explicatur, ostenditurque, illud reapse nihil designare, quam perfectionem. Infinita cognitio & intelligentia est perfectissima intelligentia, cui nulla adhaerescit macula, & cognitio rerum omnium, quae cognosci possunt. Infinita potentia potentia est perfectissima, seu vis omnia, quae fieri possunt, efficiendi. Infinita duratio perfectio est essentiae. Infinitas igitur quum sit perfectio, ideo nihil vere ac proprie infinitum esse potest, ad cujus essentiam imperfecti aliquid pertinet: ex quo efficitur, numerum, tempus, magnitudinem infinita tantum esse improprie. Nihil uno modo infinitum est, quod non idem est modis omnibus, aut natura absolutissima.* §. XXIII. *Esse in nobis notionem perfectionis, apparet ex eo, quod novimus, quid imperfectum sit. Perfectio ordine naturae antecedit omnia, tamquam norma & regula, nec in imperfectionis defectu consistit, sed imperfectio defectus est perfectionis. Sunt gradus perfectionum in natura: quos quidem ope notionis naturae absolutissimae, quae in nostris insidet mentibus, intelligimus, & eadem duce dimetimur. Hac si notione careremus, nullam imperfectionem in rebus perfectissimis, quas sensu & usu cognoscimus, deprehendere possemus. Boëthii dictum: Ex eo, quod aliquid in genere quodam imperfectum est, consequitur, esse in eodem genere perfectum aliquid, unde illud profectum est. Nec natura rerum initium cepit a re quadam imperfecta, sed paullatim descendit per gradus ab eo, quod absolutum & perfectum est, ad ea, quae minus habent perfectionis.* §. XXIV. *Quum perfectio & infinitas non differant, nisi nomine ac vocabulo, perfectionis autem in nobis sit notio, infinitatis quoque in nobis esse notionem oportet. Vocabulum* infinitus *negativum quidem est; at sensus ejus est positivus. Finitum negatio est infiniti, utpote quod ordine naturae praecedit finitum; non vero infinitum negatio est finiti. Quidquid id est, in illis rebus, quae verae infinitatis capaces non sunt, infinitas, quippe quae in illis non-ens & animi tantum visum est, unice potest intelligi per negationem finiti: quemadmodum nihilum concipitur negatione ejus, quod est aliquid.* §. XXV. *Quartum Atheorum argumentum adversus notionem Dei:* Notio Dei nihil est, quam collectio arbitraria notionum variarum inter se pugnantium. *Hic primum confitemur, fieri posse, ut, quemadmodum Dei quidam professores potentiam divinam ad res etiam extendunt toto genere pugnantes,*

Digitized by Google

ita alii aliat ſibi fingant in natura Dei contradictiones. Horum autem ex moribus nulli fas eſt efficere, ipſam Theologiam ex opinionibus conſtare inter ſe pugnantibus: ſicuti nemo ſanus philoſophiam ideo hujus vitii coarguit, quia philoſophi nonnulli res docent, quae ſemet ipſas mutuo conficiunt & tollunt, aut nihil eſſe abſolute vel verum vel falſum in philoſophia praecipit, quod Protagoras ita docuit. §. XXVI. *Certum eſt hoc praeceptum: Quodcumque involvit in ſe contradictionem, id nihil & nullum eſt. At regula hac valde abutuntur, qui illud ſtatim ad res, quae fieri non poſſunt, & nusquam ſunt, referunt, cujus naturam exiles animi noſtri non omni ex parte capiunt: quo in vitio ſunt Athei & materiarii, qui hoc nixi ficto naturam omnem incorpoream rejiciunt, aut eam vocabulum eſſe honoris volunt, quod animorum quidem noſtrorum venerationem exprimat, nihil autem*
741 *reapſe ſignificet, nec veritatis aliquid philoſophicae habeat. Quaenam autem vera ſit Atheorum ſententia, & quale contradictionis genus univerſae Theologiae imputent, optime omnium ex recentioris cujusdam auctoris loco intelligitur. Hoc nempe contradictorium eſſe opinantur, quod Deus dicitur res in ſenſus incurrentes percipere, & inſtrumentis tamen ſenſuum carere, nec non intelligere, & cerebrum tamen nullum habere. Vera ſcriptoris hujus mens eſt: Religionem non eſſe philoſophiam, ſed legem arbitrio & voluntati imperantium unice ſubjectam: nec philoſophiam circa Dei contemplationem, quemadmodum aliarum circa rerum, quae vere ſunt, contemplationem verſari: nec enim Deum vel in coelo, vel in orbe habitare, ſed in cerebris tantum & ingeniis hominum: Virtutes vero quae dicuntur ejus, nec verum aliquid vel falſum, nec omnino aliquid ſignificare, ſed ſigna tantum eſſe reverentiae & religionis, quam mentes hominum erga id, quod metuunt, concipiunt. Tantum igitur a quolibet Deo tribui poſſe, quantum leges permittunt civiles. At ſi homines vocabula iſta honoris pro veris habeant Dei virtutibus, id eſt, ſi naturam talem, qualis Deus eſt, vere ſtatuant exiſtere, tum eos ab omni ratione ac veritate aberrare, & in apertam contradictionem incurrere. Qui Deum ſine cerebro intelligere affirmant, illi minime res jungunt diſſonas & contrarias.* §. XXVII. *Dubio caret, nullam notionem ſimplicem, qualis eſt trianguli ſeu quadrati, ſibimet ipſi repugnare poſſe: multo ergo minus in perfectiſſimae naturae notione, quae ſimpliciſſima eſt omnium, ejusmodi pugna erit. Notio quidem naturae perfectiſſimae ex variis conſtat attributis, quae ſi inter ſe pugnarent, tota res, in qua eſſe dicuntur, in nihilum redigeretur: ſed omnia germana Dei attributa demonſtrari poſſunt, aeque certo ad naturam perfectiſſimam pertinere, ac proprietates demonſtrari poſſunt trianguli aut quadrati. Quod ſi ita eſt, nec naturae perfectiſſimae notioni, nec ſibimet ipſis repugnare poſſunt. Immo germana Dei attributa non modo non inter ſe pugnant, ſed etiam neceſſario inter ſe connexa ſunt & copulata.* §. XXVIII. *Reapſe omnes, quae Deo attribuuntur, virtutes ſunt notiones particulares & inadaequatae unius ejusdemque naturae perfectiſſimae, quas mens noſtra ſenſim ac paullatim informat.* §. XXIX. *Quae omnia quum ita ſint, concludimus, attributa Dei non eſſe mentium ſtupore quodam religioſo attonitarum commenta, omnia honoris, reverentiae, ac metus ſigna confuſe colligentium ac copulantium, ſed res philoſophice certas & veras, nec ea animorum tantum interiorem reverentiam teſtari, ſed etiam veram rei, de qua praedicantur, naturam declarare. Lapſus nuperi cujusdam ſcriptoris Athei. Nec tamen dubitandum, quin aliqui aut ſuperſtitione tacti, aut ignorantia, res Deo tribuant a natura ejus remotas & alienas. Ita quartum depulſum eſt Atheorum adverſus Dei notionem telum.* §. XXX. *Athei porro ſuum eſſe arbitrantur, explicare, quaenam cauſſa foret, quod omnium mortalium animis haec inſita ſit opinio, eſſe Deum, quodque omnes ad cultum & honorem divinae naturae exhibendum tam propenſi ac proclives ſint, ſi reapſe nullus Deus, nulla ejusmodi natura divina exiſteret. Solent autem vulgarem hanc humani generis opinionem partim ſtupori*

& formidini mentium perterrefactarum, partim fraudibus & dolis eorum, a quibus civitates sunt conditae, tribuere: aut tres potius rei hujus causſas esſe statuunt, metum hominum, ignorantiam causſarum, & fraudes summorum imperantium & legumlatorum. §. XXXI. *Prima causſa natae in orbe terrarum religionis ex mente Atheorum haec est: Homines propter naturalem imbecillitatem suam, quam sentiunt, perpetuo fere metu de rebus futuris excruciantur, anxiique dubitant, secundam utrum fortunam, an vero adversam subire in posterum oporteat. Perpetuus hicce metus facit, ut ipsimet terribile sibi visum fingant, id est, naturam invisam, intelligentem, atque rerum omnium potentem. Postea hoc ipsum cerebri & ingenii sui commentum vehementer formidant, atque summa & exquisita religione spectrum, quod metus unice peperit, placare student.* XXXII. *Alteram religionis & divini cultus causſam Atbei hanc esſe praecipiunt: Omnes homines naturali quadam cupiditate ducuntur latentes rerum causſas investigandi. Hinc fit, ut, si spectabiles & naturales rerum causſas reperire nullo modo valeant, ad causſas oculis non expositas & supernaturales excogitandas propendeant. Sic Anaxagoras, non nisi necessariis & ex materiae natura ductis rationibus, ad Deum confugisſe dicitur. Plerique igitur homines quum causſas omnium aut plurimarum rerum prorsus nesciant, haud demirandum est, eos in Deo aut invisa quadam natura ignorantiae suae perfugium & asylum constituisſe. Binas hasce causſas, propter quas Atbei religionem censent inter homines natam esſe, nuperus quidam auctor sociavit: qui Deum non secus considerat, ac si larva quaedam aut spectrum esſet, ex formidine hominum in magna causſarum ignoratione positorum genitum. Neque aliunde idem affirmat ea esſe profecta, quae de reliquis geniis & spiritibus traduntur. Quod homines res, quae casu fiunt & temere, pro rerum futurarum signis habent, & omnium, portentorum, vaticinationum amore capiuntur, id ex eo provenit, si eidem credamus, quod res hujus orbis non fato & lege naturae, sed a natura quadam sapiente & intelligente, comparatas & constitutas esſe, temere ac sine causſa sibi persuadent.* §. XXXIII. *Ne vero duplex haecce causſa fortasſis labefactetur, ideo tertiam illis addunt Atbei, ortumque religionis civili quoque magistratui, ejusque fallaciis & dolis adscribunt. Rerum dominos ajunt, quum animadvertisſent, religionem ad homines in officio continendos multum allaturam esſe adjumenti, metu & ignorantia hominum astute in rem suam usos esſe: itaque semina religionis, ab infirmitate humanae naturae in illis producta, studiose fovisſe, opinionesque vulgi de spiritibus, daemonibus, miraculis, prodigiis, oraculis legibus latis communivisſe ac vehementer comprobasſe. Quin etiam, quo religionem plane ad commoda sua aptarent, eosdem persuasisſe populis, semet ipsos Deorum esſe interpretes, a quibus leges suas accepisſent traditas. Religio igitur ex Atheorum opinione vinculum est societatis civilis, quo callidi homines dextre sunt abusi ad comprimendos hominum motus & emolliendos animos, ne resisterent imperio & legibus.* §. XXXIV. XXXV. *Haec vero sententia non heri demum aut nudius tertius ab Atheis inventa, sed dudum ab antecessoribus eorum in medium prolata est. Lucretius timorem Deos primum feciſſe cecinit, nec affirmare dubitavit, causſas religionis terrorem esſe ac ignorantiam causſarum: opinionem item de spiritibus ex eo unice natam, quod homines somnia sua & alios cerebri dolos a veris visis distinguere haud potuerint.* §. XXXVI. *Vetus hoc Atheorum inventum est: Religionem esſe commentum eorum, qui respublicas condiderunt, auctore Cicerone. Atbei apud Platonem, Deos non esſe natura, sed arte tantum & legibus, decernunt. Poëma Critiae, unius ex triginta Atbenienſium tyrannis, de hoc argumento.* §. XXXVII. *Stultitia & falsitas rationum, propter quas religionem Atbei praedicant natam esſe, ostenditur. Quod ad metum & timorem attinet, quem primo in his causſis loco ponunt, talis metus, qui pellit aliquem ac incitat, ut rem quamdam constanter credat exsistere, quae nec ullo*

vel ſenſuum, vel etiam rationis argumento nititur, praetereaque omni eum quiete ac tranquillitate privat, morbus quidam & aegrotatio eſt. Igitur hoc proprie affirmant Athei, plerosque homines emotae mentis & corrupto prorſus eſſe cerebro: paucis quibusdam exceptis, qui panicum & fanaticum hunc terrorem effugerint, ſanique ac ſobrii permanſerint. Sanitas Atheorum nihil eſt, quam perverſa mentis ſtupiditas & coeca incredulitas: nec enim quidquam eſſe volunt, praeter id, quod vident & ſentiunt. §. XXXVIII. *Certum eſt, religioſo quodam metu eos affici, qui Deum eſſe credunt: id quoque dubio caret, metu & periculis excitari ſaepenumero ſenſum Dei in animis hominum. At religio non eſt metus filia. Nulli de rebus eventuris fortunaque ſua vel proſpera vel adverſa minus ſunt ſolliciti, quam viri pii ac virtute praediti, quippe qui ſummum bonum ſuum non in rebus adventitiis, ſed in recto propriae voluntatis ſuae uſu unice collocant. At ſummum Atheorum bonum in rebus unice collocatum eſt temeritati fortunae obnoxiis. Timidi & meticuloſi homines ſint oportet Athei, qui omnem juſtitiam ſuam & gubernandi prudentiam metui, tamquam fundamento, imponunt.* §. XXXIX. *Graviſſimus Atheorum hac in cauſſa error hic eſt, quod ſibi perſuadent, plerosque omnes exiſtimare, Deum nihil eſſe, quam* terriculum *naturamque formidabilem, non vero amabilem. At e contrario omnes ubique terrarum homines conſentiunt, bonitatem & clementiam in divinis eſſe virtutibus ac perfectionibus. Antiquum illud proverbium:* Φοβερὸν τὸ δαιμόνιον, *ſi malo accipiatur ſenſu, nullorum fuit, niſi paucorum hominum male animo affectorum, qui divinam naturam ex ſuo aeſtimarunt ingenio. Ariſtoteles dictum hoc improbavit in poëtis, quos ideo mendaces appellat. Plutarchus idem male ab Herodoto generatim adhibitum eſſe affirmat, ipſe vero ad malum principium ſuum illud applicat. Plato mundi conſtructionem divinae bonitati adſcripſit, Deumque putavit ideo univerſa ſibi quam ſimillima feciſſe. Verus ſenſus proverbii hujus eſt, Deum ſuperbiam & arrogantiam hominum deprimere ſolere. Abdita Lucretii vis, quam res humanas ait obterere, nullus eſt alius, quam Deus. Illi inter Chriſtianos, qui omnium peſſimam ſibi fingunt Dei notionem, non dubitant tamen, eum ſibi propitium & benignum eſſe.* §. XL. XLI. *Religio ſaepe dicitur timor Dei.* Metus prima menſura *Deitatis in corrupto hominum poſt lapſum ſtatu. Sed hic metus Deum non intuetur, ut naturam malignam, aut temere ac ſine cauſſa decernentem, ſed ut Numen ſanctiſſimum & ſeverum mali omnis ac peccati vindicem. Lucretius fatetur, metum Dei, quo affecti ſunt homines, conjunctum eſſe cum conſcientia officii. Homines ipſa natura intelligunt, eſſe diſcrimen quoddam juſti ac injuſti: ſentiunt quoque, juſtiſſimam naturam huic rerum univerſitati praeſidere, quae remuneretur atque puniat aequiſſime. Ille metus, qui Deum ut naturam ſpectat terribilem, atque ut tyrannum, non religio eſt, ſed ſuperſtitio. Siracides fidem, metum, & amorem tres eſſe omnis religionis gradus affirmat. Fides melius definitur in ſacris litteris, quam ab ullo ſcholaſtico doctore. Deus talis eſt natura, ut, ſi non eſſet, nihil optabilius foret, quam eum eſſe.* §. XLII. *Quod Athei tam perverſam in animis informant Dei notionem, eumque naturam eſſe ducunt unice metuendam, & idcirco odio dignam, id a depravato & maligno eorum ingenio proficiſcitur. Hoc incitati, nullam eſſe opinantur naturalem juſti ac injuſti differentiam, ſed lege tantum bene ac male facta ſecerni: legem autem hanc naturae ac libertati hominum contrariam eſſe. Inde fit, quod amorem aliquem naturalem eſſe negant, nec ullam eſſe ducunt benevolentiam, praeter eam, quae infirmitate & inopia naſcitur. Amicitia eorum nil, niſi* mercatura utilitatum. *Omnipotens igitur Deus ſi exſiſteret, is ex mente Atheorum, quoniam nec inopia rerum, nec metu rei alicujus laboraret, benevolentia etiam omni & amore careret. Ita Cotta apud Ciceronem, & nuperus quidam auctor, qui addit, Deum nullum aliud habere jus imperandi, quam potentiam ſuam, cui nemo reſiſtere valeat: nec ullam rurſus hominibus eſſe obligationem*

nem illi obediendi, si ab imbecillitate eorum seu impotentia resistendi ac metu discesseris. Sic Deus in monstrum ab Atheis convertitur, naturaque fingitur esse infinita praedita potentia, at justitia & benevolentia omni vacua. Hunc Deum vere terriculum *dixeris.* §. XLIII. *Quemadmodum autem Deus ita pessime definitur: sic illa rerum, quam Athei comminiscuntur, scena prorsus male cohaeret, nec ullam spei aut fiduciae caussam praebet. In atomis sensu carentibus nihil potest esse maligni consilii: quam propter caussam Plutarchus systema Epicureum praetulit eorum opinioni, qui Deum ducunt esse infinite potentem, at simul malevolum. Sed nec ullus spei vel fiduciae locus in atomis apertus relinquitur. Epicurus confitetur, multo esse satius, fabulas de Diis adsciscere, quam illam fatalem necessitatem admittere, cui Athei illi physici favebant, qui ante Epicurum fuerunt: ipse vero nihil affert, quod melius sit, tametsi libertatem concedat hominibus. Epicurei panico agitabantur terrore, ne forte coeli fabrica corrueret, aut atomi repentino quodam casu dissiparentur. Ita dum metum fugiunt Athei, in metum sese praecipites agunt. Atheismus potius natus est ex metu & sensu imbecillitatis, quam pietas & religio. Vitiorum amor tantum potuit apud homines, ut Deum esse nullum optarent.* §. XLIV. *Ita Athei, qui ad*743 *metum omnis religionis caussam referunt, primum terribilem Dei notionem atque speciem sibi fingunt animo, deinde vero illum nihil nisi terriculum, quod metus & judicii inopia pepererit, decernunt. Verisimilius est, opinionem de Deo natam esse ex spe boni, quam ex metu mali. Neutrum autem horum verum est, sed notio Dei sanae ac incorruptae rationi, nullis vero ludibriis ingenii, ortum suum debet. Sed est tamen naturalis quaedam Dei anticipatio in hominum animis, quae rationem antecedit. Hanc Plato & Aristoteles vaticinationem vocant.* §. XLV. *Alteram religionis caussam Athei ponunt in caussarum ignorantia & innata omnibus hominibus curiositate. Itaque Deus nihil huic generi est aliud, quam asylum ignorantiae, aut stultorum sanctuarium.* §. XLVI. *Athei tam veteres, quam recentiores duas plerumque caussas has, metum & ignorantiam caussarum, conjunguut, atque ex utraque religionem non secus esse natam, perhibent, ac spectra & lemures ex metu puerorum in tenebris constitutorum oriri solent. Epicurus ideo tantum laboris a se consumtum esse in rationibus naturae rerum investigandis perhibet, quo homines metu Dei, quo alioquin misere excruciarentur, liberaret. Impium igitur hoc genus totam commovet rerum naturam, inventisque naturalibus rerum quarumdam, quas rude ac imperitum vulgus ad ipsum referre Deum solet, caussis, tantum inde sibi sumit, ut universam religionem ex ignorantia hac caussarum profectam esse, naturamque seu materiam sine Deo perficere omnia, concludat. Nos vero planum faciemus, philosophiam & veram caussarum cognitionem ad Deum & religionem ducere, Atheismi vero caussam unicam ignorantiam esse caussarum & philosophiae inopiam.* §. XLVII. *Primum nemo Atheorum, qui ex materia sensus experte omnia derivat, ullam suimet ipsius, aut animi mentisque suae caussam afferre valet. Absurdum enim est creditu, vitam & sensum ex eo, quod vita caret ac sensu, magnitudine nimirum, figura, situ, ac motu, prodiisse. Quod huic argumento Athei objiciunt, res tamen ridentes ac clamantes fieri naturaliter ex rebus non ridentibus & non clamantibus, id nullum est, eo quod clamor & risus ex mechanismo nascuntur corporis. Neque illi Athei, qui Hylozoitae dicuntur, quemadmodum sensus animalis & conscientia ex eo queant nasci, quod sensu & existentia omni vacat, explicare possunt. Magnam caussarum ignorantiam produnt Athei, quum vitam suam & intelligentiam, immo quidquid est sapientiae in mundo, ex materia sensus inope ac fortuita motione unice ortum esse, asseverant. Contra, qui semet ipsos recte norunt, caussasque animi ac mentis suae intelligunt, illi statim ad Deum sibi vident confugiendum esse.* §. XLVIII. *Deinde Athei nullam motus caussam ex praeceptis, quae adsciscunt, assignare possunt. Certum primo est, motum omni corpori & omni*

materiae in ſe ſpectatae non eſſe eſſentialem. Hoc enim ſi ita eſſet, res nullae inter ſe cohaererent, ſed omnes perpetuo motu agitarentur. Nullum ergo mundi ſyſtema, nullus ſol, nulla luna, nulla terra forent. Certum quoque eſt, materiam vita & ſenſu carentem, qualis Anaximandri, Democriti, & Epicuri eſt materia, ſemet ipſam voluntate vel appetitu ciere ac movere non poſſe. Democritus nullam aliam motus cauſſam, praeter hanc, dare potuit: Unum corpus ex omni aeternitate, idque ſine fine, alterum concitare, ſine ulla prima cauſſa aut motore. Nec ſecus nuperus quidam auctor ſentit. Qui infinitum eſſe ſtatuunt progreſſum in cauſſis motus, illi, judice Ariſtotele, nullam plene motus cauſſam indicant. Epicurus, tametſi nihil ſibi cum qualitatibus rei velit eſſe, hic tamen cogitur ad occultam quamdam gravitatis qualitatem confugere: qui dum id facit, non modo prorſus abſurdus & amens eſt, ſed & reapſe ignorantiam ſuam pro vera cauſſa motus venditat. Motus corporum haud dubie a virtute naturae cujusdam corpore vacuae proficiſcitur. Motio *ſi idem ſignificet, quod* translatio, *ſine ulla controverſia materiae modus eſt: at ſi* motio *eadem ſit, quae vis* movens, *nullum eſt dubium, quin ea modus quidam aut virtus ſit naturae cujusdam corpore vacuae & inſita vi agendi praeditae. Motio totius rerum univerſitatis corporeae ab ipſo Deo eſt haud dubie. Ergo ignorantia cauſſae motus non religionis & pietatis. ſed Atheismi mater eſt.* §. XLIX. *Tertio nullam Athei cauſſam afferre poſſunt, quare omnia cum in tota rerum univerſitate, tum ſigillatim in corporibus animalium tam artificioſe, ſcite, ac pulcre facta & conſtituta ſint, tamque egregie inter ſe conſpirent. Qui ſine Deo rerum omnium rationes a ſe reddi poſſe gloriantur, illi nullam hic aliam cauſſam quam caſum & temeritatem, nominare poſſunt. Caſus vero & temeritas quum nihil ſit, quam abſentia cauſſae ſapientis & providae, illi, qui ſic ſentiunt, abſentiam cauſſae in locum cauſſae ſufficiunt: aut ignorantiam ſuam pro cauſſa volunt haberi: aut unum contrarium produxiſſe alterum, confuſionem videlicet ordinem & harmoniam, caſum & fortunam, artem ac ſcientiam, ſtatuunt: aut denique nullam omnino hujus rei cauſſam eſſe decernunt.* §. L. *Ad haec Athei quaedam excipiunt:* (I.) *Mundum non tam bene ajunt comparatum & conſtructum eſſe, ut melior fieri non potuiſſet: multa e contrario in eo vitia eſſe: Deum vero, qui natura eſt perfectiſſima, ſine ulla controverſia nusquam peccaturum, ſed omnia modo optimo comparaturum fuiſſe. Hoc duodecimum eſt Atheorum generale argumentum cui reſpondebitur inferius. Recentiores quidam philoſophi, qui Deum tamen eſſe fatentur, Atheis hic nimis multa concedunt, dum nonnulla parum eſſe apte conſtructa docent. Longe melius veterum philoſophi, in quibus pietas fuit & religio; quippe qui conſtanter decernunt, mentem eſſe rerum omnium opificem, non autem vel coecam fortunam & caſum, vel voluntatem arbitrariam & omnipotentiam rationis neſciam. Id, quod optimum eſt ad ſalutem totius rerum univerſitatis obtinendam, quantum quidem per neceſſitatem rerum ea obtineri poteſt, id menſura & regula eſt naturae ac providentiae.* §. LI. LII. (II.) *Athei corpuſculares & Epicurei ex eo, quod multa commodis & uſibus humanis inſerviant, conſequi negant, ea ad hos etiam uſus a natura quadam ſapiente comparata eſſe: nam quae temere & caſu eveniunt, poſtea tamen*
744 *ad certos uſus accommodari ſolere. Ita Lucretius, & qui ante Ariſtotelem fuerunt, philoſophi Athei de membris animalium aliisque rebus ratiocinati ſunt. Sed reſpondemus: ſi res, quae variis conſtant partibus, tam artificioſe atque ſcite conſtructae ſint, ut ad certum omnia finem tendant, e. c. oculi, neminem opinari poſſe, qui univerſam ſtructuram rite ponderaverit, eas temere ac fortuito exſtitiſſe. Nec idcirco quisquam uſum videndi ex oculi natura conſequutum eſſe, ſed oculum eo conſilio conſtructum eſſe, ut ejus ope videremus, dixerit. Quapropter quicumque non oculos modo temere ac fortuito exſtitiſſe, ſed etiam aures, ora, pedes, manus, & reliqua membra organica, quorum uno demto, totum foret ineptum & inutile, ſine ulla providentia congmentata eſſe, poſtea vero ab hominibus ſuis uſibus ap-*

Digitized by Google

applicata, contendunt, illi ſenſu rationeque ſeſe carere ſignificant. Galenus de uſu partium laudatus. §. LIII. *Commenta Democriti. Quibus Carteſius* libro de meteoris, *quem idcirco ſcripſit, ut rerum omnium rationes ſine Deo reddi poſſe oſtenderet, ſuppetias tulit; quamquam ſine ſucceſſu. Confitemur, Deum & naturam omnia quam breviſſima via & ratione facere, nec idcirco virtutes mechanicas, quatenus exemplari, quod divina ſibi finxit ſapientia, inſervire poſſunt, rejicimus. At negamus, naturam unice mechanicam & fortuitam eſſe, non autem ſimul vitalem & artificioſam. Archeus totius rerum univerſitatis.* §. LIV. LV. (III.) *Inſtant porro Athei hoc modo: Incredibile quidem videri, materiam fortuito concitatam & commotam in tam aptam ſtatim rerum formam, qualis nunc in mundo cernitur, coiviſſe: id vero minime incredibile videri poſſe, atomos poſt innumerabiles omnis generis ac formae ex infinito tempore concurſiones & fruſtra tentatas infinitas conjunctiones in iſtud demum, quod nunc conſpicimus, corpus coaluiſſe. Terram igitur ajunt primum varia monſtra animalium, quorum alia manibus, alia pedibus, alia membris aliis orba fuerint, produxiſſe: quibus veteres Centauros, Scyllas, Chimaeras, animaliaque boviformia & hominiformia adjiciunt: quamquam haec poſteriora Lucretius, pudore, ut videtur, victus, omni licet ſine cauſſa, admittere noluit. Horum autem monſtrorum nullum adjiciunt aptum fuiſſe ad genus ſuum propagandum. Sic Epicurus, ſic philoſophi Athei, quorum Ariſtoteles meminit. Infinitatem item mundorum iidem eſſe pugnant, negantque ex mille, immo decies mille mundis vix unum fortaſſis tam ex omni parte aptum evaſiſſe, atque hic noſter eſt. Poſtremo hunc ipſum mundum noſtrum non talem perpetuo eſſe permanſurum, qualis nunc eſt, vaticinantur, ſed omnia ſummam ad confuſionem iterum reverſura eſſe: tumque denuo Scyllas & Chimaeras una cum Centauris ex terra prodituras eſſe.* §. LVI. *His commentis quum nihilo tamen minus diuturnitas & conſtantia illius rerum omnium formae, quae tot jam ſaecula duravit, refragetur, id agunt Athei, ut nobis perſuadeant, atomos ſenſu vacuas, poſtquam ex omni aeternitate temere ac ſine ulla ratione vel adſcenderunt, vel deſcenderunt, longo ſibi uſu infinitique temporis experientia habitum quemdam motus artificioſi ac aequabilis acquiſiviſſe.* §. LVII. *His omnibus captionibus & ineptiis ita reſpondemus. Primum: Illi, qui mundum fuiſſe volunt aliquando prorſus deformem & inconcinnum, atque in hoc noſtro varia nata eſſe animalium monſtra dicunt, illi aut ſomnia ſibi fingunt, aut impudenter ſe & alios decipiunt. Nec enim vel hiſtoriarum monumentis ejusmodi quid proditum eſt, nec ulla indicari poteſt ratio, quare ſimilia non hodie naſcantur monſtra. Qui deinde hunc orbem noſtrum ad ſummam reverſurum eſſe confuſionem ſtatuunt, pariter id ſtatuunt, cujus nullam habent rationem & cauſſam. Quae de infinitate mundorum garriunt, ſtolida plane ſunt. Quae vero de infinitorum mundorum deformitate dicunt, ea ſatis contraria quadam conjectura deſtruuntur.* §. LVIII. *Fanaticorum ſimiles fiunt Athei, quum atomos ſenſu deſtitutas longo uſu & experientia habitum ſcienter atque artificioſe ſeſe ciendi ac commovendi ſibi acquiſiviſſe perhibent. Multo enim citius credat aliquis, duodecim vel plures homines artis muſicae prorſus imperitos & ignaros, re ipſa & neceſſitate magiſtra, fortuito nobiliſſimos evaſiſſe fidicines, aut litteras, ex quibus Ariſtotelis ac Platonis conſtant volumina, fortuito ſententias illas formaſſe, quae ſub illis ſubjectae ſunt. Tot ac tanta ſunt divinae artis ac ſapientiae in materia hujus univerſitatis vestigia, ut nullus ea caſus vel fortuna imitando unquam exprimere valeat.* §. LIX. *Athei nihilominus porro ex eo probare nituntur, res, quae ſunt in hoc orbe, a nulla ſapiente ac intelligente cauſſa certo conſilio factas eſſe, quod hae res tam natura, quam tempore uſibus, quibus aptantur, priores ſunt. Lucretius hoc argumentum ſerio propoſuit.* §. LX. *Verum haec Atheorum ratiocinatio a communi omnium hominum ſenſu recedit; quippe qui ſtatuunt, finem alicujus rei primum quidem in intentio-*

Digitized by Google

ne, at ultimum in exſequutione eſſe. Vulgo quidem homines incommodorum ſuorum ſenſu & experientia ad excogitanda remedia, quibus ea depellant, incitantur: inde tamen haud cogitur, rerum omnium opificem non potuiſſe proſpicere, quaenam neceſſaria & utilia animantibus eſſent futura, & ad haec corpora eorum apta finxiſſe. Argumentum hoc ita concipi ac formari debuiſſet: Quodcumque eo conſilio factum eſt, ut rei alicui inſerviat, ejus naturae finis ſine dubio in opificis animo eſſe debuit, antequam res ipſa exſiſteret. At non potuit eſſe cognitio viſus, antequam oculi eſſent. Igitur oculi non potuerunt eo conſilio comparari, ut ope illorum videremus. Atque haec vera eſt ſententia hujus argumenti Atheorum, tametſi male illud proponatur ab eis. Fundamentum ejus omne in hoc conſiſtit, quod opinantur Athei, omnem cognitionem a ſenſibus proficiſci. Controverſia ergo omnis huc demum redit: utrum cognitio poſterior ſit rebus ipſis, an vero prior? Si cognitio poſterior eſt rebus cognitis, ſequitur, mundum ſapienter & ſcienter non potuiſſe comparari. Hoc autem refellitur, atque ſcientiam & cognitionem mundo eſſe poſteriorem, ejusque architectum ac opificem, docetur. §. LXI. *Porro Athei adverſus argumentum, quod a rerum finibus & orbis conſtructione ad Deum probandum ducitur, excipere ſolent: Nimium illud a ratione remotum eſſe, ſtatuere, nullam eſſe in ipſa natura cauſſam rerum illarum, quae naturae*
745 *accidunt, Deumque ex machina veluti ſemper advocare. Naturam efficere ipſam omnia, quae fiunt, eamque nullo fine agere. Quare Democritum recte doctrinam de finibus rerum ejeciſſe ex phyſica, quippe quae nihil ſit, niſi* idolum ſpecus. §. LXII. *Reſpondemus, duas hic extremitates vitandas eſſe, alteram Atheorum corpuſcularium, qui ex fortuita materiae commotione cuncta deriuant; alteram ſuperſtitioſe piorum, qui Deum ipſum, nulla re alia intercedente, perficere omnia opinantur. Media inter has duas ſententias eorum opinio eſt interjecta, qui naturam eſſe duplicem ſtatuunt, alteram mechanicam & fortuitam, alteram artificialem, Deo inſtrumenti inſtar inſervientem. Verum eſt, philoſophos quosdam tam fuiſſe abſurdos, ut proprietates ſuas corporibus inanimatis attribuerent: nec tamen illi cum vulgo errant, qui mundum ſtatuunt a ſapientiſſima eſſe natura conſtructum, ad cujus praeceptum natura, ipſa licet nihil ſpectet, agat. Balbi deſcriptio naturae apud Ciceronem. Nulla in nobis mens foret, ſi nulla mens in rerum univerſitate eſſet. Quum cauſſae rerum arte factarum non intelligi queant, niſi certum finem ante oculos opifici poſitum ſtatuamus, multo minus rerum naturalium rationes ex motu ſolo & materia, fine omni excluſo, reddi poterunt. Miſeri quidam & imbecilles conatus veterum Atheorum ad ea, quae ab animalibus fiunt, ſine cauſſis finalibus explicanda. Democritus & Epicurus ita fuerunt providi, ut numquam auſi ſint formationem foetus ex rationibus phyſicis explicare. Ariſtotelis judicium hic anteponi debet ſententiae Democriti.* §. LXIII. *Chriſtiani quidam & Dei profeſſores Atheos hac in cauſſa juvant, quum totum hunc orbem terrarum ex neceſſaria materiae, vorticis inſtar ſeſe convertentis, commotione, nulla mente ac ſapientia adjuncta, exſtitiſſe perhibent. Hi ipſis etiam Atheis corpuſcularibus ſunt impudentiores, quia atomos ſuas, temere licet ac fortuito commotas, numquam in deformem quamdam & inſcitam molem coiviſſe ſtatuunt, ſed ſtatim tam apte ac ſcienter inter ſe cohaeſiſſe, ac ſi perfecta mens motum earum moderata eſſet. Ita optimum tollunt, quod ad Deum probandum ex ſapienti rerum omnium fabrica ducitur, argumentum, & in ejus locum metaphyſicas quasdam rationes ſufficiunt, quae, tametſi non ſpernendae forent, propter ſubtilitatem tamen ſuam parum apud homines efficiunt. Gratulantur ſibi Athei, cauſſam Dei ac religionis ab ipſis ejus amicis ita prodi.* §. LXIV. *Multa fiunt & eveniunt in rerum natura, quae partim mechanicas vires excedunt, partim illis contraria ſunt: quorum idcirco nulla reddi poteſt ratio, niſi ad mentem confugiamus certo conſilio cuncta ordinantem. Talia ſunt motio diaphragmatis in reſpiratione, ſyſtole ac diaſtole cordis, diurnus terrae motus*

circa

erea axem ſuum, & alia. Confeſſio Carteſii hac de re. Nulla vero res ex legibus mechanicis difficilius demonſtrari poteſt, quam fabrica & formatio animalium. Carteſii liber poſthumus de formatione foetus. §. LXV. *Sunt, qui dicunt, cauſſas rerum aſſignare velle, id nihil eſſe aliud, quam aeque ſapientem ſibi videri, ac Deus eſt. Sed non quaeritur: an nos ſemper fines Dei, & quid in ſingulis rebus optimum ſit, perſpicere queamus? ſed hoc tantum in controverſiam adducitur: utrum res ulla in orbe terrarum certo fine ac conſilio aliter condita ſit, quam fortuita materiae motio eam alioquin effectura fuiſſet? Non is ſibi nimium arrogat, qui oculos a Deo idcirco eſſe conſtructos opinatur, ut ope illorum res objectas videremus. Abſurde Anaxagoras praecepit, ideo hominem ſollertiſſimum eſſe animal, quod manus acceperit. Multo rectius Ariſtoteles decrevit, ideo homini manus eſſe datas, quod animal ſit ſapientiſſimum,* §. LXVI. *Idem philoſophi mechanici infra majeſtatem dicunt eſſe divinam, tot levia & minuta munera ipſum in natura rerum obire. Reſpondemus: Sapientiam quidem divinam hanc totam rerum univerſitatem perfeciſſe; at naturam tamen quamdam via & ratione progredientem ipſi eſſe ſubjectam, quae mandata ejus exſequatur. Procli deſcriptio hujus naturae, qui eam Deum aut Divam eſſe eo ſenſu ſcripſit, quo corpora ſtellarum animata Dii dicuntur. Quae omnia quum ita ſeſe habent, non poſſumus, quin concludamus, mechanicos boſce philoſophos, qui res omnes ad neceſſariam materiae concitationem revocant, Atheismi veneno nonnihil tinctos & infectos eſſe.* §. LXVII. *His philoſophis oppoſitum eſt aliud genus, Hylozoitarum, quod opera naturae ſapientiae effectus eſſe decernit, Democritique atomos ridet, at vitam materiae tribuit, ac vulgarem Dei notionem inadaequatam tantum eſſe materiae ideam pugnat. Hi vero Hylozoitae nullam afferre rationem concentus & harmoniae illius, quae in rerum natura eſt, valent, quum quamlibet materiae particulam rem eſſe velint diſtincte a reliquis percipientem. Neque meliori loco ſunt illi Athei, quos Cosmo-plaſticos non male dixeris, qui mundum unam eſſe plantam arbitrantur, natura quadam arte praedita & ad ſui ſalutem omnia dirigente inſtructam. Fieri enim nequit, ut natura ſit ejusmodi, niſi alia quaedam mens perfectiſſima exſiſtat, unde illa pendeat.* §. LXVIII. LXIX. *Praeter haec tria, quorum negavimus rationem reddi poſſe ab Atheis, cogitationem, motum, & pulcram hujus orbis fabricam, ſunt & alia, quae huc merito referas. Qui mundum eſſe negant aeternum Athei, illi nulla ratione apti ſunt ad oſtendendum, unde homines & animalia primum prodierint. Ariſtoteles anceps interdum haeſit, utrum mundus aeternus ſit, nec ne? Homines & animalia non generata primum ſunt fortuito, aut ex putredine, aut ex ovis excluſa ſunt: nec enim, qui hoc ſentiunt, vel minimam afferre cauſſam poſſunt, quamobrem hanc gignendi virtutem terra amiſerit. Epicurus delirat, quum terram, effoetae matris inſtar, parere deſiiſſe tradit. Quocumque demum modo Athei prima velint nata eſſe animalia, hoc tamen concedant ipſi, neceſſe eſt, ea in ſtatu debili ac imbecillo, infantium more, primum fuiſſe conſtituta, nec ſemet ipſos nutrire, aut adverſus inſidias & dolores tueri potuiſſe. Epicuri ſomnia ad hanc difficultatem diluendam a Critolao jam ex parte rejecta. Anaximandri commenta ad eamdem rem explicandam excogitata. Citius omnia ſuſcipiunt Athei, quam Deum eſſe concedunt.* §. LXX. *Igitur niſi Deus advocetur, hunc, nemo nodum ſolverit. Omnia ſi circumſpiciantur, quae de primo animalium & hominum ortu quaeri poſſunt, rem hanc apparet, quum ingens ex ea ſapientia eluceat, viribus tam mechanicis, quam* 745. *plaſticis majorem & ſuperiorem eſſe. Nec tamen negaverim, Deum genii fortaſſis cujusdam ope in fingendis animantibus uſum eſſe. Sic Plato Deum inducit, poſtquam immortales ipſe condiderat animos, mortalium corporum fabricam Diis minoribus committentem.* §. LXXI. *Simili ratione nemo Atheus edocebit nos, unde conſervatio illa ſpecierum per duos ſexus veniat. Neſciunt itidem, quaenam cauſſa ſit juſtitiae ſeu honeſtatis & obligationis*

Digitized by Google

naturalis, qua tamquam fundamento omnis reipublicae ſalus nititur. Neque habent, quod reſpondeant, ſi quaeratur: quaenam libertatis, qua valent animi noſtri, origines ſint? Epicuri ſtolida ratio libertatem ex atomorum clinamine derivandi. §. LXXII. *Haec, quae diximus, qui ſecum perpenderit, is tertiam cauſſam religionis, quam Athei afferunt, dolos nempe & fallacias eorum, a quibus civitates ſunt conditae, jam eſſe profligatam ſentiet. Philoſophiam enim docuimus & veram cauſſarum cognitionem eo ducere homines, ut Deum eſſe fateantur.* §. LXXIII. *Conditores civitatum non potuiſſent religione ad homines in officio continendos abuti, ſi merum ea commentum eſſet. Magiſtratus per totum terrarum orbem fuſi nec concordi quadam conſenſione delabi potuiſſent ad hoc conſilium religione ad fines ſuos obtinendos utendi, nec ullo modo toti generi humano metum umbrae cujusdam aut nihili inſtillare. Dudum dolum & fallaciam hanc homines detexiſſent, ſeque in libertatem vindicaſſent, ipſi ſaltim gubernatores civitatum, quorum longe plurimos ſuperſtitione ac metu Dei vixiſſe devinctos accepimus, hanc fraudem perſpexiſſent. Reliquae fraudes, ſimulatque in lucem prolatae ſunt, omnem confeſtim dignitatem amiſerunt: at religio, tametſi tot jam ſaecula ſit ab Atheis inter fraudes politicas relata, omnem ſuam auctoritatem retinet. Chriſtiana religio commodis non inſervit civilibus, ſed magiſtratuum olim omnium furorem & auctoritatem devicit.* §. LXXIV. *Si notio Dei res quaedam eſſet commentitia, nullo modo intelligi poſſet, qua factum eſſet ratione, ut omnes homines, paucis quibusdam demtis, unam eamdemque rei hujus commentitiae deſcriptionem ſuſciperent, ipſique magiſtratus hac inter ſe de re non diſſentirent.* §. LXXV. *Praeterea ſi nullus eſſet Deus, quanam via notio iſta Dei in hominum ſeſe animos inſinuaſſet, nulla plane ratione intelligi poſſet. Athei, qui conditores civitatum id feciſſe orationibus ſuis narrant, nihil proprie dicunt. Nec enim vocabulis & ſonis rerum notiones in hominum animos inducuntur. Qui notiones ſub verbis & vocabulis latentes in ſemet ipſis excitare nequeunt, illis vocabula nihil ſignificant. Sed vera licet eſſent, quae dicunt Athei, nondum difficultas ita ſublata eſſet, ſed denuo quaereretur: quo modo fieri potuiſſet, ut rerum publicarum architecti notionem nihili aut rei, quae nulla eſt, excogitarent.* §. LXXVI. *Hic Athei contendunt, eſſe facultatem quamdam fingendi in anima noſtra, cujus ope rerum, quae nullae ſunt, nec fieri poſſunt, notiones producere valeat: per hanc facultatem Dei quoque notionem, tametſi nullus is ſit, procreari potuiſſe. Reſpondemus: Omnis fingendi facultas, qua praeditae ſunt mentes noſtrae, in eo tantum conſiſtit, quod rerum vere exiſtentium notiones & ſpecies conjungere ac coagmentare poſſumus: neque ulla mens concipere vel excogitare poteſt aliquid, quod non exſtitit antea, quemadmodum pictori fingere colores non datum eſt. Praeterea, commentitiae illae, quas fingunt ſibi, animae ſpecies, tametſi rebus non reſpondeant ex toto reapſe exiſtentibus, haud tamen res referunt, quae fieri nequeunt. Ipſe Deus, tametſi mundum ex nihilo creare poteſt, plus tamen cogitationum, quam in mente ejus eſt & ex omni fuit aeternitate, non poteſt producere, aut rei alicujus, quae fieri nulla ratione poteſt, notionem informare. Notio Dei non eſt aggregatio rerum ſeparatim hinc & inde in mundo exiſtentium: qualis ſi foret, res eſſet mere arbitraria. Rurſus quaedam Dei virtutes nusquam exſtant alias in toto terrarum orbe. Nullus igitur ſi Deus eſſet, ſomnia eſſent illae & res plane nihili. Igitur novas cogitationes, quod fieri tamen nequit, ex nihilo produxiſſent homines. Poſtremo ſi nullus eſt Deus, nec is fuit unquam, nec in omnem eſſe poterit aeternitatem. At notiones commentitiae, quod ante probatum, poſſibiles tamen eſſe debent: alioquin nullae forent.* §. LXXVII. *His rationibus commoti alii Athei, praeter facultatem fingendi, animo quoque tribuunt facultatem augendi & amplificandi: utramque hanc facultatem peperiſſe Dei notionem perhibent, quam commentitiam & nullam eſſe ſtatuunt. Verum ipſi concedunt Athei, omnes conceptiones noſtras perceptiones tantum eſſe a re-*

Digitized by Goog

rebus externis ortas, ex quo conſequitur, fieri nullo modo poſſe, ut ejusmodi poteſtas amplificandi ſit in anima noſtra, per quam plura facere poſſit, quam revera eſt. Deinde Atbei illam hic committunt fallaciam, quam circulum vocant philoſophi. Namque notionem ejus, quod imperfectum eſt, primum ex notione perfecti natam eſſe aſſeverant: verum poſtea revertuntur, atque ideam perfecti ex notione imperfecti ortam eſſe ſtatuunt. Eſſe in hominibus notionem perfecti, quae regula ſit imperfecti, manifeſtum ſatis inde eſt, quod omnes Theologi per viam, quam vocant, remotionis Dei naturam eſſe inveſtigandam, praecipiunt. Denique res finitae inter ſe ſociatae ac conjunctae, numquam efficient infinitum aliquid. Deus ab imperfectis rebus non gradu, ſed toto genere differt. Gaſſendus ideam infiniti Dei eodem fingi a nobis modo potuiſſe cenſet, quo notio infinitorum mundorum a nobis efficta eſt. Sed infiniti mundi vocabula tantum ſunt ſeu notiones perperam inter ſe junctae ac ſociatae: infinitas vere exſiſtit, ſed male applicatur, quum uni Deo ſit propria. Ex quibus concluditur: Quum anima per ampliſicationem finiti non poſſit producere notionem infiniti, nec ullam novam cogitationem, quae antea non exſtitit, procreare, ideo notio Dei non eſt res commentitia. §. LXXVIII. *Demonſtratur porro novis argumentis, religionem non eſſe commentum magiſtratuum. Fundamentum juris omnis & auctoritatis civilis eſt obligatio interior conſcientiae, qua ſine pacta omnia nulla ſunt. Obligatio non ex legibus naſcitur, ſed ante leges fuit: alioquin non obligare poſſet. Nec obligationis cauſſa eſt utilitas: nam ſi obligatio civilis ob privatam hominum utilitatem eſſet introducta, per eamdem rurſus dis-* 747
ſolvi poſſet. Quare, ſi religio nil niſi dolus eſt, civilis auctoritas ejusdem ſit neceſſe eſt indolis. §. LXXIX. *Religio ſi commentum eſſet eorum, qui civitates conſtruxerunt, haud dubie talem illi effeciſſent religionis formam, quae variis modis flecti & mutari potuiſſet, quo infinito, quod appetebant, juri ſuo tanto commodius inſerviret. Atqui religio ipſa natura ſua ſtabilis eſt & immutabilis, non ſecus ac juſtitia. Quam propter cauſſam vix fieri poteſt, ut diſcordia inter humanas & divinas leges exſiſtat. Quod ſi forte contingat, tum religio Deo potius obediendum eſſe, quam hominibus, ſtatuit. Haec cauſſa fuit, quare recentiores quidam Atbei politici decernerent, ſalva & incolumi religione, ſalvam & incolumem non poſſe poteſtatem imperantium eſſe: adverſari eam infinito magiſtratuum juri, eo quod majorem inducat, quam Leviathanis, metum, timorem nimirum ejus, qui aeternas infligere poenas poteſt. Naturalis Atheorum Deus materia eſt ſenſu vacua; at Leviathan ſeu magiſtratus civilis Deus eorum artificialis. Atbei igitur, quum ipſimet confiteantur, religionem ſaluti rerum publicarum & civili poteſtati nocere, id ſimul declarant, eam ab artibus politicis non eſſe profectam.* §. LXXX. *Praeter res illas, quarum rationem fruſtra reddere conantur Atbei, Deo ſublato, aliae ſunt quaedam extraordinariae, quas ſimiliter explicare nequeunt. Has ideo partim metui & ignorantiae hominum, partim dolis & fraudibus ſummorum imperantium denuo adſcribunt. Sunt autem illae viſiones, miracula, vaticinationes. Conceditur, multas viſiones & apparitiones eſſe fictas; at omnes negatur falſas eſſe. Atbei, dum omnes apparitiones ſomniis & imaginationi hominum tribuunt, id ipſum evertunt, quod alioquin in primis principiis ſuis numerant: Senſus unicam eſſe veri notam & regulam: plus etiam, quam debebant, auctoritati humanorum teſtimoniorum derogant. Quidam Atbei veras quidem eſſe apparitiones nonnullas concedunt; at nihilo tamen minus omnes effectus tantum phantaſiae contendunt eſſe: quaſi vero magna vis imaginationis naturas poſſet vere exſiſtentes aut objecta ſenſuum producere. Fanaticis proximi ſunt Atbei, quum res, quae fieri nullo modo poſſunt, citius admittunt, quam eſſe Deum largiuntur.* §. LXXXI. *Democritus eſſe concedebat naturas quasdam oculorum aciem fugientes hominesque ſuperiores, quas* idola *nominabat: at easdem negabat immortales eſſe.*

Fa-

Digitized by Google

Fatebatur idem, non esse tantum terrena, sed etiam aërea & aetherea animalia, nec ullam ex vastis illis regionibus, quae supra nos patent, desertam & incultam esse. Pauca quaedam monentur de Patribus, qui corpora dederunt angelis. §. LXXXII. *Apparitionibus finitima sunt dogmata de magis & daemoniacis, unde argumentum sumitur ad probandum, esse genios, sigillatim malos. Qui omnem rejiciunt Magiam, in suspicionem Atheismi merito veniunt. Ex Josepho patet, Judaeos daemones in corporibus quorumdam hominum habitantes non pro morbis habuisse, sed pro naturis vere hominum corpora vexantibus: nec probabile visum fuisse illis, omnes morbos impetus esse malorum geniorum, aut omnes daemoniacos esse homines impios. Sed quum morbum viderent singularem & extraordinarium, tum daemonis alicujus virtuti illum adscribebant. Nec secus Graeci.* §. LXXXIII. *Fernelius & Sennertus concedunt, esse ad hunc usque diem homines morbis ejusmodi magicis oppressos. Illi, qui res plane secretas aperiunt, aut linguis loquuntur, quas non didicerunt, pro hominibus haberi debent a daemone quodam obsessis. Exempla horum ex Psello ac Fernelio. Hinc illi redarguuntur, qui daemoniacos, quorum mentio fit in sacris litteris, inter fabulas referunt.* §. LXXXIV. *Miracula inter ethnicos olim, etiam post natum Servatorem, fuisse facta, ex ipsis eorum monumentis intelligitur. Plura eorum exempla in sacris litteris occurrunt. Duplex est miraculorum genus. Quaedam, tametsi per causas fieri nequeunt ordinarias, potestate tamen naturali geniorum & daemonum effici possunt: quaedam omnem naturalem potestatem caussarum secundarum & naturarum conditarum multum superant. Qui utrumque hoc miraculorum genus rejicit, auctor Tractatus theologico-politici non est dignus, qui confutetur.* §. LXXXV. *Moses fore, ut falsi vates miracula facerent, praedixit. In novo similiter testamento ψευδῆ θαύματα, miracula mendacia, commemorantur, quae aliqui facturi sint potestate cacodaemonis ad confirmationem mendaciorum. Igitur sola miracula non sufficiunt ad doctrinae cujusdam divinitatem probandam: nec, si vera forent miracula illa, quae patrata dicuntur esse ad ostendendum, naturas creatas recte coli ac adorari, ipsa inde doctrina aliquid praesidii caperet.* LXXXVI. *Si miracula omnia Servatoris nostri ex superiori fuissent genere, Judaei tamen ipsi credere, & ut divinum vatem recipere eum debuissent. Veniebat enim in nomine Domini, nec ut Deos alios adiret, gentem Judaeorum exhortabatur. Deus numquam patietur, ut a falsis vatibus miracula fiant ad corroborationem errorum, quorum falsitas ex ipso naturae lumine demonstrari nequit. Haec enim foret tentatio insuperabilis. Servator noster eximius ille vates est, per quem Deus iterum voluntatem suam humano generi aperire voluit. Nihilo tamen minus quaedam Christi miracula ejus sunt generis, ut a nullo, nisi supremo Numine, fieri potuerint. Omnia miracula probant, esse spiritus. Si gentes sine miraculis Christo credidissent, omnium maximum hoc foret miraculum.* §. LXXXVII. *Ex divinatione iterum patet, esse spiritus: neque male sic concluserunt ethnici: Si divinatio est, Dii sunt. Duplex est divinationis seu vaticinationis genus. Quaedam vaticinationes naturalem praedicendi facultatem, quae in finitis inest spiritibus, monstrant. Tales ipse Democritus non repudiavit.* §. LXXXVIII. *Alterum vaticinationum genus eas continet rerum futurarum praedictiones, quae nonnisi ex divina providentia proficisci possunt. Epicurus per divinationem tolli censuit libertatem voluntatis humanae: nec alia de caussa Christiani quidam praescientiam Dei negant. Naturae creatae non possunt aliter, quam ex caussis antecedentibus, res futuras ante prospicere. Rerum igitur illarum praedictiones, quae ex caussis non pendent & pro-*
748 *ficiscuntur antecedentibus, Deum arguunt.* §. LXXXIX. *Omnibus olim persuasum fuit, esse quamdam rerum futurarum divinationem, quas nemo unus hominum prospicere queat. Oracula & praedictiones inter gentes, quae spiritus esse convincunt. Pleraque ethnicorum ora-*

Digitized by Google

cula ex naturali, quae in daemonibus ineſt, praeſagiendi virtute profecta ſunt. Sunt & tamen quaedam vaticinationum inter eos exempla, quae virtutis divinae teſtimonia ſunt, ut Vettii Valentis & Sibyllarum. Balaam divinitus adjutus, ut de Chriſto vaticinaretur. §. XC. *Oracula in ſacro codice comprehenſa vincunt omnia ethnicorum oracula. Praedictiones de Chriſto & converſione gentium ad eum.* §. XCI. *Praedictiones aliae ſacrarum litterarum de fatis imperiorum & eccleſiae. Danielis vaticinatio de Romano imperio in Johannis patefactione longius explicata. Oracula haec ſcripturae S. quum nec ignorantiae cauſſarum, nec metui, nec denique civilibus dolis ab Atheis adſcribi queant, diſerte & Deum eſſe, & Chriſtianam religionem eſſe veram, probant.* §. XCII. *Omnia igitur illa profligata ſunt, quae Athei a notione Dei ſumere ſolent, argumenta. Nunc exiſtentia Dei aliis etiam argumentis eſt probanda.* §. XCIII. *Inter ipſos Dei amicos fuerunt olim, qui praeciperent, Deum non poſſe demonſtrari, e. c. Alexander Aphrodiſienſis, Clemens Alexandrinus, & alii. Hi vero hoc tantum ſibi volunt, a priori demonſtrari Deum non poſſe: ex qua ſententia hoc minime conſequitur, conjecturis tantum probabilibus, non vero argumentis, effici poſſe, Deum eſſe. Fieri poteſt, ut certiſſimam rei cognitionem habeamus, cujus tamen exiſtendi modum a priori demonſtrare, negatum nobis eſt. Quidquid ex illis rebus, quae ab omnibus conceduntur, per neceſſariam conſequutionem probatur, id pro demonſtrato habetur merito.* §. XCIV. *Carteſius hoc in primis philoſophiae ſuae elementis ponit: Nos de nulla re, ne de communibus quidem notionibus, aut de Geometrarum theorematis certos eſſe poſſe, niſi certi ſimus antea, Deum exiſtere, eumque bonum, qui nos fallere nequeat. Hoc ſi verum eſſet, ſequeretur, nec Atheum quemquam, nec ex illis aliquem, qui bonitatem Deo derogant, vel de rebus evidentiſſimis certum eſſe poſſe. Hoc autem praeceptum, tametſi pium videatur, aeternae tamen dubitationis fundamentum eſt. Carteſius circulum facit: nam ex facultatibus noſtris probat, Deum eſſe, & viciſſim ex Dei exiſtentia facultatum noſtrarum veritatem probat. Ergo nihil reapſe probat. Si fieri poſſet, ut nos facultates noſtrae deciperent, confitendum nobis eſſet, fieri poſſe quoque, ut nullus ſit Deus.* §. XCV. *Ergo novae hujus opinionis auctoritas convelli debet, ne in Scepticorum caſtra tranſeamus. Ipſa omnipotentia non poteſt efficere, ut res una eademque nunc vera, nunc viciſſim falſa ſit. Norma illa, ad quam propoſitionum univerſalium veritas examinari debet, in nobis ipſis ſita eſt. Quodcumque clare nimirum & diſerte percipimus, id eſt. Eſſentia veritatis conſiſtit in evidentia. Omnes fatentur, falſi nullam proprie cognitionem eſſe. Falſi aliquid quum imbibimus, tum vis intelligendi, qua valemus, non errat, ſed nos ipſi erramus, quod rebus parum clare perceptis aſſentimur. Ne ipſum quidem igitur ſummum Numen efficere poteſt, ut falſam quamdam rem evidenter ſentiamus exiſtere, aut, quod idem eſt, ut nihili aeque claras habeamus ideas, atque veri certique. Namque hoc ſi Deus facere poſſet, contradictoria ut ſimul vera forent, efficeret.* §. XCVI. *Senſus quidem in ſe ſpectati non ſine controverſia nos edocent, tales eſſe res illas, quas cernimus, quales eſſe nobis videntur. Verum mens & intelligentia ad abſolutam rerum veritatem penetrat, notamque veritatis ideo in ſemet ipſa continet.* §. XCVII. *Objiciunt aliqui: Nimis arroganter facere naturas creatas, ſi abſolutam rerum veritatem dictitent ſibi patere. Sed reſpondetur: Deum eſſe unum rerum omnium gnarum & falli neſcium: eos vero nihil Deo derogare, qui ſtatuant, creatas mentes ita eſſe ab eo conditas, ut certi aliquid cognoſcere queant.* §. XCVIII. *Quum certum nunc habeamus principium, cui innitamur, communium nimirum notionum minime dubiam veritatem, Deum porro, hoc freti fundamento, demonſtrare pergemus. Carteſii argumentum pro exiſtentia Dei ex idea innata. Multis hoc argumentum merum ſophisma, aliis validiſſimum videtur. Nos utrius-*

Digitized by Google

que partis rationes candide exponemus. §. XCIX. *Argumenta, quae ad hujus rationis vim enervandam & labefactandam afferuntur.* §. C. *Argumenta, quae pro hujus rationis dignitate ac virtute laudantur.* §. CI. *Conatus exſiſtentiam Dei ex idea ejus probandi, quatenus ea neceſſariam exſiſtentiam includit. Primum, quum perfectiſſimae naturae ſit in nobis notio, neque haec notio ex rebus inter ſe pugnantibus conſtet, id conſequitur inde, fieri poſſe, ut natura ejusmodi exſiſtat. Atqui haec notio quum neceſſariam includat exſiſtentiam, id porro conſequitur, talem reapſe naturam eſſe. Res neceſſario exſiſtens, ſi fieri poteſt, ut ſit, re vera eſt. Alia ratio eſt rerum contingentium. Perfecta & abſoluta omnibus numeris natura aut eſſe nullo modo poteſt, aut eſt. Si Deus eſſe poſſet, nec tamen eſſet, non eſſet natura neceſſaria, ſed tantum contingens.* §. CII. *Aliud in eamdem rem argumentum ex idea Dei, idque planius. Cujuscumque rei notionem, eamque non pugnantem inter ſe, animis informare poſſumus, ea res aut actu exſiſtit, aut, ſi non exſiſtit, fieri tamen poteſt, ut exſiſtat. At ſi Deus non exſiſtit, fieri etiam non poteſt, ut exſiſtat. Igitur exſiſtit.* §. CIII. *Aliud ex notione Dei argumentum. Certum eſt, exſtitiſſe aliquid per ſe ex omni aeternitate. Quodcumque vero per ſe ab aeterno exſiſtit, id neceſſario & naturaliter exſiſtit. Nihil autem neceſſario & naturaliter ex omni aeternitate exſiſtere poteſt, praeter id, cujus natura neceſſariam exſiſtentiam continet. Ad naturae perfectiſſimae eſſentiam pertinet neceſſaria exſiſtentia. Igitur illa exſiſtit. Appendix ad hoc argumentum: Nulla natura ſucceſſiva potuit eſſe ex omni aeternitate.* §. CIV. *Status controverſiae inter Atheos & Dei defenſores primum rite conſtituitur, tum lis dirimitur. Athei*
749 *nobiſcum fatentur, res quasdam eſſe factas, quasdam vero non factas. Quaeritur tantum hoc inter nos: utrum res illa, quae facta non eſt, & rerum omnium aliarum cauſſa exſtitit, natura ſit perfectiſſima, an omnium imperfectiſſima: Athei olim quidam fuerunt, qui certo tamen modo Deum profeſſi ſunt. Affirmarunt enim, Deum illum rebus omnibus praeſidentem, ſeu mundi animam ex nocte & chao, ſeu ex materia ſenſus inope natam eſſe.* §. CV. *Controverſia ea, qua diximus ratione conſtituta facile poteſt expediri. Minorem perfectionem ex majori poſſe oriri, dubio caret: at major perfectio ut orſatur & exſiſtat e minori, id fieri nullo modo poteſt. Qui vitam & ſenſum ex certa materiae ſenſu vacuae temperatione naſci poſſe arbitrantur, itemque rationem & intelligentiam ex ſenſu, illi, quid ſibi proprie velint, ipſimet ignorant. Quod quum ſentiant Hylozoitae, eam ob cauſſam vitam & intelligentiam omni materiae in ſe ſpectatae tribuunt.* §. CVI. *Quaeſtio inter nos & Atheos de argumento ex notione Dei paullo preſſius ita conſtituitur: utrum omnis mens facta ſit & generata ex materia ſenſu vacua, an vero mens quaedam ſit initii expers, neque facta & creata, rerum omnium opifex? Qui Deum eſſe volunt, mentem ſciſcunt omnium rerum eſſe vetuſtiſſimam: qui eum eſſe negant, mentem eſſe affirmant mundo juniorem. Dirimitur haec controverſia. Si tempus quoddam fuiſſet, quo nulla vita & mens exſtitiſſet, nullo modo umquam vita & mens exſiſtere potuiſſet. Mentes noſtrae imperfectae non ex ſe ipſis ſunt ex omni aeternitate: igitur ex perfecta quadam mente delibatae ſunt & hauſtae.* §. CVII. *Occurrunt nobis hic Athei, & a natura cognitionis & ſcientiae argumentum ſumunt. Contendant enim, res efficere ſcientiam, non autem a ſcientia res effici. Hinc nuperus quidam ſcriptor Deo negavit ſcientiam attribui poſſe, eo quod is, qui ſcit & novit, ex rebus externis quodammodo pendeat. Hoc idem eſt, ac ſi dixiſſet: materiam eſſe rerum omnium perfectiſſimam Numenque ſupremum.* §. CVIII. *Confutatio hujus objectionis. Cognitio non eſt tumultus a rebus externis in nobis excitatus. Ipſae res ſenſibus expoſitae non per ſenſuum viſiones cognoſcuntur. Novum Atheorum inventum: Notiones univerſales nil eſſe, niſi nomina. Refellitur. Ingenioſa Ariſtotelis obſervatio*

hanc in rem. §. CIX. *Sunt in nobis notiones non modo rerum incorporearum, ſed talium etiam corporearum rerum, quae nusquam exſiſtunt, vel ulla ratione exſiſtere poſſunt. Eſt in nobis facultas notiones fingendi rerum, quae nec ſunt umquam, nec fuerunt, ſed eſſe tantum poſſunt.* §. CX. *Ergo humana ſcientia non eſt imago quaedam a corporibus ad animos noſtros delata. Sed quum intelligibile aliquid intelligentiam neceſſario debeat antecedere, ideo natura quaedam ſit perfectiſſima neceſſe eſt, in qua omnis reſideat ſcientia & cognitio. Ex hac perfectiſſima mente reliqui omnes animi minus abſoluti participant.* §. CXI. *Quae omnia quum ita ſeſe habeant, ex natura ſcientiae ac cognitionis humanae non probari poteſt, Deum non eſſe; ſed hoc inde fluit, eſſe Deum.* §. CXII. *Hoc ex eo quoque confirmatur, quod dubio caret, eſſe veritates aeternas, ipſa materia & mundo priores. Ariſtotelis & Juſtini M. de his veritatibus teſtimonia.* §. CXIII. *Quod ſi enim perennes ſunt veritates, rationes & intelligibiles rerum eſſentias quoque aeternas eſſe, perſpicuum eſt. Platonis locus hac de re. Ariſtoteles, tametſi Platonis ideas ſemper exagitet, hac tamen in re cum eo conſentit, formas ſpeciesque rerum non eſſe generatas, ſed aeternas. Certum eſt, nullam ſcientiam fore immutabilem, ſi nulla eſſent objecta ſcientiae, praeter ea, quae in ſenſus incurrunt. Ariſtotelis & Philonis loci de hac re expenduntur.* §. CXIV. *Si veritates ſunt aeternae atque neceſſariae, ſequitur, mentem quoque eſſe aeternam & neceſſario exſiſtentem. Nec enim aliter, quam in mente, poſſunt veritates eſſe. Ergo planum eſt, eſſe naturam aliquam infinite perfectam & potentem, quae ſemet ipſam, & quae fieri poſſunt, omnia intelligat & comprehendat.* §. CXV. *Igitur non niſi una poteſt eſſe mens abſoluta, ex qua reliqui omnes animi ſunt hauſti. Hinc fit, quod pares ſunt & eaedem diverſorum hominum notiones, & veritates ubique eaedem. Themiſtii locus. Alter homo non poſſet erudire alterum, niſi eſſet eadem in utroque notio: neque homines inter ſe poſſent colloqui, niſi omnes ex una mente decerptum haberent aliquid. Confutatur eorum opinio, qui multas eſſe naturas intelligentes ac aeternas volunt. Demonſtravimus igitur non modo ex idea Dei, eſſe Deum, ſed etiam omnes objectiones Atheorum adverſus notionem Dei diſſipavimus.*

PRIMUM ATHEORUM ARGUMENTUM.

§. I. Quidquid univerſa eorum diſciplina, qui Deum eſſe negant, abſtruſi habet ac reconditi, id ſecundo libri hujus capite in medio poſuimus, neque, ut opinor, eſt a nobis praetermiſſum aliquid, quod ad cauſſam factionis hujus vel ornandam vel roborandam conducere poſſet. Tertio vero capite viam quaſi nobis munivimus ad ea disjicienda, quibus Deum gens furioſa aggreditur. Namque varias non modo vias atque rationes eo capite enumeravimus, quas ad Deum ex hac univerſitate tollendum miſeri homines excogitarunt, verum etiam quibusnam de rebus inter ſe diſſentiant, quasnam omnes e contrario hujus generis amplectantur, & contra Dei profeſſores urgeant, aperuimus. Amplam vero & copioſam univerſae hujus rationis refutationem, quam meditabamur, quum inſtitueremus, abduxit nos a propoſito longa de veterum populorum, qui plures coluere Deos, vero ſenſu diſputatio. Neque tamen digreſ-

Digitized by Google

ſionem hanc inutilem plane atque alienam ab argumento, quod pertractamus, videri velim. Nec enim tantum formidoloſam illam expedit ratiocinationem, qua ſouna potiſſimum unius Dei notionem natura hominum mentibus non eſſe inſitam, perverſa haecce natio efficere ſeſe poſſe ſperat, verum etiam propugnationis & defenſionis Chriſtianae religionis, quam contra religionum adverſarios comparamus, fundamenta complectitur & initia. Interea, ne prorſus illud neglexiſſe videar, cujus cauſſa in primis laborem hunc in me devolvi, brevem hic & compendiariam confutationem omnium illarum rationum ſubjiciam, quibus antea religionum contemtores ad cauſſam ſuam firmandam uti ſolere docuimus.

§. II. Primam generis hujus rationem hanc eſſe, diximus: Aut nullam omnino Dei notionem informatam habere in animis homines, aut vero talem, quae ex rebus contrariis ac toto genere disjunctis compoſita & concreta ſit. Ex quo quidem patere arbitrantur, quibuscum res nobis eſt, Deum eſſe nihilum aliquid, quod nullius ratio comprehendere & conſequi valeat. In hoc argumento diruendo ſupra jam nonnihil a nobis elaboratum eſt. Namque in ipſo quarti capitis exordio notionem Dei declaravimus, atque nomine *Deus* indicari oſtendimus naturam perfecta praeditam intelligentia, neceſſario ex ſemet ipſa exiſtentem, cauſamque ceterarum rerum omnium efficientem. Quae quidem definitio neque ita eſt obſcura & recondita, ut alicujus hominis ingenii aciem fugiat, neque rebus conſtat pugnantibus & in diverſo genere poſitis. Deinde flagitioſam hancce ſectam docuimus, tametſi verbis neget, eſſe nos quadam Dei notione imbutos, re ipſa tamen tacite id largiri ac concedere. Quod niſi ſic ſe haberet, illi, quoties Deum negant eſſe, hoc unum tantum dicerent, id, quod nihil eſt, non exiſtere. Tum de hac ipſa Dei notione nullam eſſe contentionem proprie inter Dei hoſtes & amicos, planum fecimus. Hoc enim unum tantum pugnare religionum irriſores, rerum omnium parentem & cauſſam non eſſe naturam perfectiſſimae rationis compotem, verum omnia ex fortuita tenebricoſae ſenſuque omni carentis materiae concitatione orta & prognata eſſe. Declarata hoc modo Dei notione, copioſe & evidenter eodem loco probavimus, hominum genus omni aetate praenotionem quamdam & anticipationem naturae ejusmodi, quam deſcripſimus, in animis habuiſſe: ipſas etiam gentes ſuperſtitioſiſſimas, tametſi plures colerent Deos ſeu naturas intelligentes homine nobiliores, ſummum tamen & excellentiſſimum quoddam Numen, quod conſtruxerit totam rerum naturam, profeſſos eſſe. Quibus quidem rebus apertum fit, exiguam illam hominum a Deo averſorum manum, quae

(a) *Scriptorem*] *Hobbeſium* deſignat, cujus, quae hic adducta ſunt, verba in *Leviathane* exſtant *P. I. de homine Cap.* 1. *p.* 3. Animadverti vero hic velim *Cudworthum* ſemper fere ſolere *Hobbeſii* dicta Anglice verſa proferre, nec ad verbum tamen ea reddere, ſed non raro liberiori oratione explicare, ſubinde quoque aliquot ejus dicta conjungere, diverſis locis ab eo poſita. Ex quo quidem evenit, ut multum interdum laboris, quum ipſa praeterea librorum Hobbeſianorum loca non indicet, in quaerendis illis conſumendum mihi, immo deliberandum nonnunquam fuerit, quisnam aliquot locorum inter ſe ſimilium ceteris convenientior eſſet verbis Anglicis. Quae hic exhibentur a *Cudwortho*, verba Anglica ſic ſeſe habent: *What ſoever we can conceive, hath been perceived firſt by ſenſe, either at once or in parts: and a man can have no Thought repreſenting any thing not ſubject to ſenſe.* His quae reſponderent aptius, nulla inveni apud *Hobbeſium* verba, praeter ea, quae protuli. Similis exſtat locus *Cap.* 3. *p.* 9. *Ut nullam habemus imaginationem, quae non ante fuit in ſenſione vel tota, vel per partes; ita nulla eſt tranſitio ab una cogitatione ad aliam, cujus ſimi-*

lis

Digitized by Google

quae & olim exſtitit, & hodie paſſim in orbe noſtro vagatur, ex monſtris conſtare, ſeu hominibus a totius humani generis ſenſu & rationibus alienis. Aut totus ego fallor, aut haec ad omnes illas machinas ſufficiunt disjiciendas, quas impium genus in notionem Dei ſtruit.

§. III. Nihilo tamen minus, ne quis jure aliquid a nobis praetermiſſum eſſe conqueratur, quod ad Atheorum cauſſam juvandam faciat, omnes particulatim educemus copias, quibus notionem Dei invadere ſolent, ſingularumque rationum infirmitatem & amentiam patefaciemus. Haec itaque ſunt, quae in Dei notionem conjiciunt, tela. Primum: *Neminem rem animo informare poſſe, quae in ſenſus corporis non cadat: neque, ſi a ſenſibus recedamus, ullum nobis eſſe relictum inſtrumentum, cujus ope rem quamdam eſſe ac exſiſtere, cognoſcere nobis evidenter liceat.* Alterum: *Quum ipſi fateantur Dei aſſertores, Deum naturam eſſe, cui nullius mortalium ingenium comprehendendae par ſit, id inde effici, Deum nihilum eſſe, aut neſcio quid.* Tertium: *Infinitatem eſſe cum illa Dei notione conjunctam, quam vindices Dei ſtabilitam cupiant: Idque argumento jam eſſe, eam a nemine animo comprehendi: ex quo rurſus conſequatur, Deum nullo exſiſtere modo poſſe.* Quartum: *Doctrinam omnem de Deo rebusque divinis commentitiam eſſe opinionum inter ſe pugnantium & disjunctarum farraginem.* Ultimum: *Omnia, quae de Deo ejusque notione inter homines conſtituta ſunt ac recepta, ea vel ex ſtupore & inſcitia mentium perterrefactarum eſſe nata, vel etiam a callidis & aſtutis hominibus, qui civitates & reſpublicas condiderint, ad homines in officio continendos adinventa.*

§. IV. Quae princeps harum eſt ratiuncularum, ea primo etiam loco hic a nobis expendetur. *Neminem* igitur ſciſcunt *rem aliquam, quae in ſenſus non cadat corporis, animo informare poſſe, neque, ſi a ſenſibus diſcedamus, reliqui eſſe factum aliquid* 75 *hominibus, cujus auxilio rem ullam exſiſtere perſpicue cognoſcere queant.* Audiamus nuperum quemdam (*a*) ſcriptorem, qui ſuum eſſe ducit adverſus Deum militare: *Nulla eſt animi conceptio, quae non fuerat antea genita in aliquo ſenſuum, vel tota ſimul, vel per partes. Ab his autem primis conceptibus omnes poſtea derivantur.* Ergo, hoc ſi verum eſt, quidquid a ſenſibus non poteſt percipi, id nullo etiam modo intelligi poteſt, & reapſe nullum aut nihilum eſt. Quid? quod idem auctor addit: (*b*) *Omnis evidentia, quam habemus, rem aliquam exſiſtere, a ſenſibus unice exoritur.* Ex quo conſequitur, de Deo, utrum ſit, nec ne, nihil explorate conſtitui poſſe, quoniam nulla ejus notio per ſenſus in nobis (*c*) producitur. Hoc igitur ſi genus

im-

Iis non exſtiterat ante in ſenſione. Cap. 2. p. 5. ita loquitur: *Imaginatio earum rerum tantum eſt, quas ante ſimul, vel per partes ſenſu perceperimus. Imaginationis* nomini tam latam ſubjecit *Hobbeſius* poteſtatem, ut ſub ea vim quoque intelligendi & notiones informandi, quae in animis eſt hominum, complectatur. *Imaginatio*, inquit, *Leviath. Cap. 2. p. 8. quae in homine a ſermone vel aliis ſignis voluntariis naſcitur, appellatur intellectus.*

(*b*) *Omnis*] Haec verba in Latinis *Hobbeſii* operibus non mihi reperire licuit. Itaque ipſe ex Anglico ita ea verti, ut verbum paene verbo reſpondeat.

(*c*) *Producitur*] Putem fere, quae ad haec excipiant, habituros eſſe amatores *Hobbeſii*, qui negant, fuiſſe eum in ſupremi Numinis oppugnatoribus. (1.) Omnes notiones, quae animis noſtris inſunt, a ſenſuum quodam exoriri, idque nullum eſſe, quod a ſenſibus percipi nequeat, praecepit *Hobbeſius.* Multi ejus loci rem hanc extra dubium collocant. Ex hoc vero ſcito non id ſtatim conſequitur, Deum non eſſe, ſed hoc tantum

impium philoſophandi obtineat, praeter unicum ſenſuum noſtrorum teſtimonium, quo verum a falſo ſecernamus, nihil plane habebimus. Haec voluit olim *Protagoras*, quum, (*d*) *Platone* in *Theaeteto* teſte, praeciperet, *cognitionem eſſe ſenſum*. Et noſtrorum aliquis non ita pridem ſcripſit, *omnis ſcientias ac cognitionis fontem eſſe* (*e*) *ſenſus*. Ampliſſimus hic nobis aperitur diſſerendi ac diſputandi campus: verum non licet nobis eſſe copioſiſſimis. Quod ſi ſenſus idem eſſet omnino, quod intelli-
752 gentia & cognitio, illi, qui lucem & colores adſpiciunt, aut frigus caloremque ſentiunt, lucem & colores, frigus & aeſtum, ceteraque, quae ſenſus noſtros pellunt & afficiunt, intelligerent, neque de his rebus omnibus ullam philoſophi diſceptationem aut inquiſitionem inſtituere poſſent. Atqui mentes hominum videmus, etiamſi ſenſu harum rerum prorſus exſaturentur, de natura tamen earum incertas manere. Quin etiam ipſe ſenſus hic excitat & impellit eas, ut naturam rerum illarum, quibus ſeſe commoveri ſentiunt, lucis, colorum, frigidi, calidi, accurata perſequantur exploratione, magnaque adhibita cautione ſciſcitentur, utrum haec omnia qualitates ſint in rebus extra nos poſitis haerentes, an vero imagines in nobismet ipſis per ſenſus productae. Quod ſi vero nulla nobis excellentior facultas eſſet data, quam vis ſentiendi & percipiendi, nullo modo poſſet deſiderium ejusmodi rerum naturas indagandi in nobis exſiſtere. Neque etiam ſenſus ipſi judices in ejusmodi controverſiis eſſe poſſunt. Nam quum omnes ſenſus in ſe conſiderati, omniaque viſa aeque vera ſint & certa, fieri non poteſt, ut unus ſenſus judex ſit alterius, aut unus alterius errorem emendet & corrigat.

§. V. Niſi improba haecce ſecta iſtud philoſophandi genus, quod naturam rerum omnem ad individua corpuſcula revocat, cui tamen alioquin omnia ſolet tribuere, plane conturbaret ac perverteret, vel ex eo ſatis ſuperque didiciſſet, ſenſum ab intelligentia & cognitione longe diverſum eſſe, ac ne in illis quidem rebus regulam & normam veri eſſe poſſe, quae ſub ſenſus cadunt. Neque enim ſenſus interiorem harum rerum naturam perſpicere valent, ſed externum tantum corpus earum & veluti exuvias contemplantur: quas dum adſpiciunt, non tam res ipſas, quam mentis ſuae perpeſſiones & affectiones ex adſpectu iſto natas, percipiunt. Eadem philoſophia duce ac magiſtra percepiſſent, ſi voluiſſent, ineſſe in animo noſtro nobiliorem quamdam facultatem judicandi & ratiocinandi, quae de ſenſibus ipſis exiſtimat, fallacias & errores eorum aperit, nihil ſimile decet eſſe in rebus, quas videmus, ſpeciebus & formis illis, quae adſpectu rerum in

jure inde conficias, cum, qui ſic docet, aut Dei plane naturam tollere, aut vero Deum ſibi fingere, quem ſenſibus liceat percipere, aut, verbo, Deum corporeum. Poſterius certe fecit *Hobbeſius*, Deumque profeſſus eſt tenuiſſimo corpore praeditum. Vid. *Leviathanis P.* I. *de homine Cap.* 12. *p.* 56. *Part.* III. *Cap.* 34. *p.* 184. & in *Appendice ad Leviathan. Cap.* 1. *p.* 345. (II.) Verum eſt quoque, ſanxiſſe *Hobbeſium*, evidentiam omnem, quam de rei cujusdam exſiſtentia habemus, a ſenſibus naſci. At negabunt iterum, qui bene rebus ejus cupiunt, confici ex eo poſſe, Deum eſſe ab eo ſublatum, aut inter res dubias ab hoc philoſopho relatam ſupremi Numinis exſiſtentiam. Etſi enim in ſenſus haud incurrat ipſa Dei natura, ſed oculos noſtros fugiat; omnem tamen quodammodo Dei notitiam dici poſſe a ſenſibus proficiſci, eo quod ex contemplatione divinorum operum, quae ſenſibus noſtris ſunt expoſita, ad cognitionem auctoris eorum, Dei nimirum, perveniamus. Haud igitur abſurdum prorſus & inſipientem eſſe, qui ſenſus nos unice de Dei exſiſtentia certos facere ſtatuat, modo recte id intelligat: quamvis illam Dei notionem, quam inſitam & innatam vocamus, iſto dogmate prorſus tollat. Certe ſententiam ſuam hac ratione *Hobbeſius* expreſſit. *Agnitio vero*, inquit *Leviathan. P.* I. *Cap.* 12. *p.* 55. *unici, aeterni, infiniti, omnipo-*

ten-

in nobis excitantur, res omnes denique ſenſibus ſubjectas ad certa revocat rationis ſcita. Et horum quidem ſcitorum notiones non externae ſunt & adventitiae, aut animi perpeſſiones extrinſecus hauſtae, ſed nativae & domeſticae, ſeu ex ipſa mente noſtra re vera productae. Nulla enim animi perpeſſio aut de ſemet ipſa, aut aliis de rebus judicare valet. Atque hujus rei tanta eſt perſpicuitas & evidentia, ut nec ipſe *Democritus* vim ejus effugere potuerit, ſed rem ita eſſe faſſus ſit: tametſi fructum minime talem cepit cognitionis hujus, qualem debuiſſet, nefariumque illud, id quod valde eſt probabile, & amens, quo in divinam naturam accenſus erat, odium numquam dimiſit & depoſuit. Audiamus, quae (*f*) *Sextus Empiricus* de eo litteris mandavit: Ἐν τοῖς κανόσι δύο φησὶν εἶναι γνώσεις, τὴν μὲν διὰ τῶν αἰσθήσεων, τὴν δὲ διὰ τῶν ἀμαυρείας· ἀν τὴν μὲν διὰ τῶν ἀμαυρείας γνῶσιν καταλέγῃ, συσσωρεύων αὐτῇ τὸ πιστὸν εἰς ἀληθείας κρίσιν· τὴν δὲ διὰ τῶν αἰσθήσεων σκοτεινὴν ὀνομάζῃ, ἀφαιρούμενος αὐτῆς τὸ πρὸς διάγνωσιν ἦ ἀληθῆ ἀπλανείς· λέγει δὲ ὧδε λέξιν· γνώμης δὲ δύο εἰσὶν ἰδέαι, ἡ μὲν γνησίη, ἡ δὲ σκοτίη· καὶ σκοτίης μὲν τάδε συμπάντα, ὄψις, ἀκοὴ, ὄσφρησις, ψαῦσις, ἡ δὲ γνησίη, ἀποκεκριμένη δὲ ταύτης. *Democritus in regulis duas dicit eſſe cognitiones: alteram quidem per ſenſus, alteram vero per cogitationem. Ex quibus cognitioni quidem per cogitationem tribuit judicium veritatis, & genuinam ac fide dignam eſſe teſtatur: cognitionem autem per ſenſus nominat tenebricoſam, eripitque ei hoc, quod in vero diſcernendo errare nequeat. Dicit autem ad verbum: Cognitionis duae ſunt ſpecies, altera genuina, altera tenebricoſa. Et tenebricoſae quidem ſunt haec omnia, viſus, auditus, olfactus, guſtus, tactus: genuina autem, quae eſt ab ea ſecreta.* Exſtat aliud apud eumdem *Sextum Democriti* hujus fragmentum, quo idem expreſſum eſt dogma: Νόμῳ γλυκὺ, καὶ νόμῳ πικρὸν, νόμῳ θερμὸν, νόμῳ ψυχρὸν· νόμῳ χροιὴ, ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν· ἅπερ νομίζει μὲν τὰ φαινόμενα εἶναι, οὐκ ἔστι δὲ κατ' ἀλήθειαν τοιαῦτα. *Lege enim eſt dulce, & lege amarum, lege caliduin, & lege frigidum: lege color, vere autem atoma & inane. Quae itaque eſſe exiſtimantur & reputantur ſenſilia, ea non ſunt re vera. Sola autem vere ſunt atoma & inane.* Tam ſapienter ac perite ut de rebus judicarent, quae ſenſibus percipiuntur, de calido nimirum & frigido, de dulci & amaro, de viridi & rubro, hi veteres corpuſculorum tutores, easque res non tamquam qualitates in rebus extra nos poſitis ineſſe, ſed in animis tantum noſtris excitari extrinſecus, decernerent, hanc habuiſſe videntur in primis cauſſam, quod in corporibus, ſi magnitudinem, figuram, ſitum, motum & quietem demas, nihil poſſit intelligi ac cogitatione deprehendi. Atqui harum rerum, quas modo diximus, magnitudinis, figurae, ſitus, motus & quietis non modo imagines in animis habemus a ſenſibus natas, verum etiam ratio noſtra

753

ex

tentis Dei ab inveſtigatione cauſſarum, virtutum, operationumque corporum naturalium, quam a cura futuri temporis, facilius derivari potuit.

(*d*) *Platone*] In *Theaetcto* p. 118. Πρωταγόρας λέγει, πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι, τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι, τῶν δὲ μὴ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστι. *Protagoras dixit, rerum omnium menſuram hominem eſſe, exſiſtentium quidem, ut ſunt, non exſiſtentium vero, ut non ſunt.* Hujus praecepti hanc eſſe vim & notionem, *Socrates* eodem loco teſtatur: Δοκεῖ μοι ὁ ἐπιστάμενός τι αἰσθάνεσθαί τινος, ἃ ἐπίσταται. καὶ ὡς γε νυνὶ φαίνεται, οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἐπιστήμη, ἢ αἴσθησις. *Videtur mihi, quod quispiam ſcit, id ſentire, quod ſcit: & ut nunc apparet, nihil aliud eſt ſcientia, quam ſenſus.*

(*e*) *Senſus*] Verba Anglica ſunt: *ſenſe to be original Knowledge.* Suſpicor, ſcriptum hujus generis aliquid reliquiſſe *Franc. Baconem* de *Verulamio*, de cujus pietate erga Deum *Cudworthus* parum praeclare ſenſit. At multum tamen *Verulamii* de ſenſu doctrina diſtat ab *Hobbeſii* opinione: id quod quidem ex novo ejus organo ſcientiarum apparet, in quo eos aliquoties refellit, qui *ſenſum menſuram* dicent *rerum* eſſe. Vid. p. 44. & paſſim.

(*f*) *Sextus Empir.*] *Lib.* VII. *adv. Mathem.* §. 138. 139. p. 400. Qui ſequitur, *Democriti* locus apud eumdem *Sextum* paullo ante §. 135. p. 399. exſtat.

(*g*) *In-*

ex se ipsa & virtute sua claras certasque earum sibi notiones effingit. Quae notiones animi quoniam imagines semper fere adjunctas habent ex sensibus ortas, ideo sunt, qui parum scienter ac ingeniose utrasque inter se confundunt.

§. VI. Praeter has autem, aliae sunt etiam in mente nostra notiones & formae, quas a sensibus proficisci, nemo temere dixerit. Qua de re, si qui sunt, qui dubitant, illis ego auctor sim, ut aliquot tantum versus, ex quocumque demum velint libro, cujus non ignorant linguam, legant, tumque diligenter semet ipsos explorent, utrum uniuscujusque vocis imaginem & notionem habeant, quam sensus pepererint, nec ne. Sentient enim, nisi omnem prius animo candorem ac modestiam ejecerint, confitendum sibi esse, multa occurrere ubique verba, quorum vim ac sententiam praeclare comprehendimus, tametsi nullam earum imaginem fingere cuiquam sensibus liceat. Novi ego quosdam contraria penitus opinione imbutos, quum jussi essent initium *librorum Ciceronis de officiis* legere, repente in prima voce *quamquam* implicatos haesisse ac animo valde conturbatos fuisse. Nec enim vim huic voci ac certam potestatem esse subjectam negare poterant, nec tamen, si a sono & litteris discederent, ullum ejus animo suo simulacrum & effigiem obversari intelligebant. Sed quo constet, cogitationes ab omni sensu corporeo prorsus remotas in nobis esse, ipsam satis erit testari descriptionem Dei. *Deus est natura perfectissima, infinita bonitate, sapientia, & potentia praedita, necessario ex se ipsa existens, omnium aliarum denique rerum caussa.* Respondeant mihi, qui vel mediocri valent ingenio, num vel unam vocem in hac definitione videant clara, constanti, certaque notione nudam. Et nemo tamen unus, si sapiens, consideratus, & ingenuus sit, esse in animo suo contendet visa aut simulacra, quae vel uni horum verborum accurate respondeant. Nulla erit apud eum *naturae*, nulla *infiniti*, nulla *boni*, nulla *potentis*, nulla *sapientis*, nulla *necessitatis*, nulla *existentiae*, nulla *caussae*, nulla denique vocum, *omnis*, *alius*, *res*, imago aut species. Igitur qui tantum a se impetrare potuerunt, ut crederent, nulla de re se cogitare posse, nisi quam sensu percepissent antea, nec quidquam in animo aut ingenio esse humano, quod non antea fuerit in sensu corporis, quo quidem dogmate, nihil est, quod magis Dei faveat contemtoribus, hi non nimis vehementes in meditando fuerunt, atque stulto quodam & amenti fervent sensuum rerumque corporearum studio. E contrario, quum exploratum sit, multas animis nostris notiones esse comprehensas, in quas sensuum nihil potest imperium, id etiam controversia vacat, illud, quod in sensus non cadit externos, haud esse nihilum aut incomprehensum, nec perceptum. Quod qui nihilominus tuentur pertinaciter & asseverant, hi etiam statuant oportet, vitam ipsam & cogitandi facultatem, intelligentiam, cognitionem, rationem, memoriam, voluntatem, appetitum, quibus rebus nihil praeclarius & majus est, aut verius existit, nihil esse, quam meros sine sensu sonos & nuda nomina. Quin etiam ne ipse sensus & imaginandi facultas, his magistris & auctoribus, in nihilum occidat, vehementer metuo. Neque enim ipse sensus visque res concipiendi in sensus incurrunt, sed externae tantum res. Quis umquam mortalium visum vidit, auditum audivit, tactionem tetigit? aut quis visum audivit, aut tactionem vidit? ut de reliquis nihil dicam. Quapropter si vel maxime corporis particeps esset Deus, quod nonnullis visum est, qui ceteroquin nec religione nec pietate erga Deum caruerunt, id tamen, quod in eo praecipuum est, & veluti re-

stru-

Digitized by Google

truſum ac reconditum, quod hi ipſi mentem, ſapientiam, & intelligentiam eſſe fatentur, nullo modo in ſenſus incurreret, nec tangi aut ſentiri poſſet: quemadmodum cogitationem ipſam nulli licet mortalium ſenſu percipere. Verum exſiſtere naturas corpore plane ſecretas, quae omnes idcirco ſenſus fugiant, Deumque ejusmodi naturam eſſe, alio jam ſatis loco demonſtratum eſt.

§. VII. Fateor, niſi ſenſus nos erudirent, neminem certo cognoſcere poſſe, exſtare extra nos ſingula illa corpora, quae certis locis exſiſtere videmus & temporibus. Sed nec ſoli tamen ſenſus hac de re nos certiores faciunt: accedit enim illis rationis & intelligentiae judicium. Quod ſi omnis noſtra cognitio ex ſenſibus oriretur, nec ullo nixa eſſet alio fundamento, nulla eſſet omnino ſimpliciter & abſolute talis rerum vel veritas vel falſitas, nec quidquam generatim certi & explorati haberemus. Quod enim ſentimus, id ad nos proprie tantum pertinet, minime vero univerſis pro veri eſſe poteſt regula, quoniam non raro a ſenſibus noſtris ludimur & decipimur. Nervi nempe noſtri atque cerebrum ſi, re quadam abſente, interius ſic afficiantur & moveantur, uti, praeſente illa re, incitari & moveri ſolent, tum rem illam, niſi alius intercedat motus & viſio, quae ſuperiorem illam vincat quaſi ac oblitteret, neceſſe eſt praeſentem nobis videri. Praeterea imagines illae, quae ex ipſa mente noſtra proſiliunt & prorumpunt, pro veris habentur a nobis ſenſuum viſis, quum ſomno fruimur: idemque ſaepenumero vigilantibus contingit, qui vel atra laborant bile, vel imaginandi viribus non ſatis feliciter imperant. Sed quid multis opus eſt verbis? Ipſum illud genus, quod ad Deum oppugnandum corpusculis abutitur, hoc impietatis praeceptum, in quo evertendo elaboramus, ſenſus corporis unum omnis cognitionis noſtrae inſtrumentum eſſe, funditus diruit. Docent illi, corpuscula individua & inane duo rerum omnium initia eſſe; quod autem videant & cogitent homines, id effici ab imaginibus ab ipſis corporibus ad ſenſus noſtros continuo manantibus. Jam ſingulae atomi atque hae, quas fingunt, imagines rerum nec conſpiciuntur usquam, nec ſentiuntur. Spatium vero corporibus vacuum & inane, tantum abeſt, ut in ſenſus ullo modo queat incurrere, ut hi ipſi Numinis adverſarii confiteantur, hoc unum ab omni concretione corporea vacuum eſſe ac liberum. Ergo hoc unum ſibi reliquum faciunt, ut, miſſa cognitione illa, quam ſenſus pariunt, ad rationem unice confugiant, eamque de principiis, quibus omnia contineri volunt, unice nos certos facere, dictitent. Atque *Protagoras*, unus hujus familiae apud *Platonem* non potuit, quin hoc fateretur: *Ἀλλ' πεπαιπῶν, μή τις τῶν ἀμυήτων ὑποκύσῃ· ἔστι δὲ ὧτι, οἷ ἄλλο οὐδὲν ἢ τὰ ὑπὸ τῶν χειρῶν λαμβάνομεν, πᾶν τὸ ἀναφὲς εἶναι ὑπολαμβάνοντες, οὕτω ἐν τοῖς μέρεσι. Cave, ne quis eorum, qui his non initiati ſunt myſteriis, te exaudiat. Intelligo eos, qui nihil putant exſiſtere, praeter id, quod digitis tangi poteſt, omniaque illa, quae ſpectari non poſſunt, ex rerum vere exſiſtentium ordine eximunt.* Quod ſi nihil exſiſtere ducimus, praeter id, quod ſenſus corporis noſtri ferit, animam & mentem in nobis ipſis & aliis exſiſtere, negemus quoque, neceſſe eſt. Nec enim hujus generis aliquid vel oculis adſpicimus, vel tactione percipimus. Verum ineſſe nobis ipſis animos, id cum ex eo intelligimus, quod conſcii nobis ſumus cogitationum illarum, quae oboriuntur nobis, tum ex certiſſimo hoc rationis decreto: *Nihilum non poteſt agere*, certo cognitum habemus. Alios item mentibus eſſe praeditos, id nos effectus earum, quos in corporibus edunt, mo-

motus, actiones, fermones ignorare nullo modo ſinunt. Itaque ſi negare non audent homines a Deo averſi, ineſſe nobis & reliquis mortalibus animos, etiamſi ſub ſenſus illi minime cadant, quidnam, obſecro, cauſſae habent, cur perfectiſſimam mentem rerum univerſitati praeſidere credere nolint? Qua quidem mente ſublata, unde nati ſint illi parum perfecti, quibus nos utimur, animi, nemo unus cogitando conſequi valet. Eſſe vero Deum, quem nec ullius adſpexit oculus, nec adſpicere poteſt, id ratio noſtra partim ex operibus ejus planiſſime perſpicit, quae in omni rerum natura videmus, partim ex eo, quod ipſa nobis mens noſtra dictat, (*g*) intelligit.

755 §. VIII. Succedit alterum, quod in notionem ſupremi Numinis ipſumque Deum torquent impii homines telum. Sic ergo rationem ſubducunt: *Ipſi illi, qui pro*

(*g*) *Intelligit*] Pulcre ac ſcienter multa eſſe hic a doctiſſimo viro in eos diſputata, qui omnem cognitionem & ſcientiam humanam ſenſu metiuntur, nemo erit, opinor, qui negaverit. Ego vero, parum abeſt, quin exiſtimem, rem, quae in diſceptationem venit, non ſatis apte atque accurate explicatam eſſe, multa etiam inter ſe permiſta, quae meo quidem judicio ſejungi fuiſſet ſatius. Etenim ſic agit interdum vir egregius, ac ſi cum illis decertaret, qui totam rerum univerſitatem corpoream eſſe volunt: in qua quidem ſententia fuit *Hobbeſius*, quem potiſſimum invadit. Nonnumquam argumentis utitur, quae illos feriunt unice, qui nullam notionem, niſi rerum corporearum, informari animis a nobis poſſe, aſſeverant: atque hos ad incitas certe redigit. At aliquoties cum illis ipſi videtur res eſſe, qui omnes, quae in nobis exiſtunt, notiones ſenſuum primum ope in nobis excitatas, meditatione vero poſtea fotas, roboratas, auctas, & amplificatas eſſe, contendunt. Atqui haec tria, ut mea quidem fert opinio, ne confundantur, quae ſecerni debent, hominibusque non plane malis injuria fiat, caute fas eſt diſtinguere. Primam qui tuentur harum ſententiarum, totamque rerum naturam corporibus conſtare aſſeverant, hos omnino confiteri oportet, cognitionem nihil eſſe, niſi ſenſum, aut nullas, niſi rerum corporearum, integras, veras, proprieque ſic dictas imagines in nobis exſiſtere. At fidem tamen (1.) niſi delipiant forte, rationem aut intelligendi, judicandi, notiones copulandi atque ſegregandi rurſus facultatem animis noſtris relinquunt, neque negant, hujus facultatis ope, imaginatione adjuncta, poſſe hominem abſtractas rerum notiones in animo informare, atque illas expendere. Ita figuras ab ipſis rebus cogitatione ſeparari, affectiones item & virtutes ab rebus & perſonis meditando ſejungi, ac non ſecus, ac ſi per ſe exiſterent, conſiderari poſſe, concedunt. Certe, quacumque de re differit aliquis, docet, diſputat, ejus notionem aliquam oportet in animo habeat effictam. *Hobbeſius* vero, tametſi omnia corporibus contineri ſciſcit, de figuris tamen geometricis ſubtiliter ratiocinatur, & in ipſo *Leviathane*, imaginationis, memoriae, virtutum, & vitiorum naturam multis verbis declarat: quod nullo facere ipſi modo licuiſſet, niſi animum abſtractas rerum notiones informare, atque illas, haud aliter atque res vere exſiſtentes, contemplari & examini ſubjicere poſſe, certus fuiſſet. Quae quum ita ſint, apparet, eum, qui nullarum rerum, niſi corporearum, perfecta in animis noſtris ſimulacra exſiſtere affirmat, haud tamen ideo omnes rationales animi notiones tollere & negare. (11.) Iidem corpora non diffitentur eſſe tenuiſſima, quae omnium ſenſuum noſtrorum vim & aciem fugiant, nec aliunde a nobis cognoſcantur, quam ex effectibus. *Hobbeſium* ita ſenſiſſe, dubio caret, nec quemquam fuiſſe ex illis puto, qui cuncta corporibus vel olim vel recentiori aetate concluſerunt, quin idem ſtatueret. Horum autem corporum ſubtiliorum non negabunt eſſe aliquam, parum licet perfectam, in nobis notionem. Quis enim rei, quam certo novimus exſiſtere, nullam plane formam & ſpeciem in nobis eſſe dixerit? Itaque vel hinc liquet, concedi ab hoc genere, eſſe animo noſtro poteſtatem rerum, quae ſenſum pellere nullum valent, nec niſi ratiocinatione intelliguntur, notionem imaginandi & effingendi. Haec qui rite ponderaverit, is a *Cudworthio* hic multa eſſe dicta, ut opinor, ſentiet, quae *Hobbeſium* ejusque amicos haud feriunt. Hominis illi dicent potentis, ingenioſi, diſerti imaginem rem eſſe adventitiam, ex rebus externis hauſtam, & per ſenſus in animum delatam: nec tamen id impedire, quo minus mens noſtra omnes potentiae, quos vidit, effectus colligat, & ſibimet abſtractam ab homine potentiae notionem conſtruat, de eaque poſtea copioſe meditetur & differat.

Alteram qui fovent opinionem, atque nullarum rerum, niſi corporearum, ſimulacra in nobis eſſe perhibent, tot urgentur ab auctore argumentis, ut, quid excipere poſſint, haud intelligam. Sed dubitatio mihi dudum ſuborta eſt, an quisquam ſa-

Digitized by Google

pro Deo pugnant, naturam ejus comprehendi nullo modo poſſe fatentur. Ergo id etiam concedant oportet, naturam illam quam Deum vocant, nihilum eſſe. Argumentatio haec binis continetur nervis, quorum unus hic: Quodcumque animo comprehendi nequit, id intelligi quoque nequit; alter: Quodcumque intelligi nequit, id nullum & nusquam eſt. Quorum quidem hoc certo fortaſſis modo recipi poteſt: Quodcumque ejus eſt naturae ac indolis, ut nulla arte in cujusquam animo notio ejus qualiscumque informari queat, id aut in ſe omnino, aut ſaltem ad nos relatum, nihilum & nullum eſt. Falſum quidem illud eſt, quod (*m*) *Protagoras* dixit: *πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι, τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι, τῶν δὲ μὴ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστιν: Rerum omnium menſuram hominem eſſe, exiſtentium quidem, ut ſunt, non exiſtentium vero, ut non ſunt.* Sententia enim ejus dicti haec eſt: Nihil abſolute ac ſimpliciter verum eſſe aut falſum, ſed, quae vera dicuntur & falſa, ea certis tantum hominibus

756

ſapiens hac umquam opinione fuerit imbutus. Id certe compertum habeo, multos eorum, quibus haec attribuitur ſententia, verbis potius, quam re ipſa, diſſenſiſſe ab illis, qui ſecus ſentiunt. Qui favere huic opinioni videntur, illi aut, praeter corpora eſſe aliquid negant, aut vero naturas eſſe fatentur omni corporea concretione vacuas. Illud ſi ſentiant, hoc tamen, ut ex multis unum ſeligam exemplum, dabunt, eſſe in hominibus vim ratiocinandi & judicandi, quam nemo conſpicit, ſeque naturam hujus virtutis ex effectibus ejus intelligere, notionemque hinc quamdam ejus in animis informare poſſe. Atqui hoc ſi dederint, illud ſimul concedent, rerum, quas ſenſus non aſſequitur, formas & ſpecies in nobis eſſe & exſiſtere poſſe. Sin vero poſterius probent, ac, praeter corpora, naturas etiam alias in rerum univerſitate verſari, non inficientur, equidem nulla ratione conſequor, quemadmodum nullas, niſi rerum corporearum, notiones in mentibus eſſe noſtris aſſeverare queant. Dicam, quod ſentio. Metuo, ne plerique eorum, qui diſputant: utrum aliarum rerum, quam corporearum, in animis noſtris notiones ſint, nec ne? ideo tantum diſſideant, quia non parem utrique poteſtatem vocabulis, *notio* & *idea*, ſubjiciunt. Qui negant, ullas eſſe in nobis notiones, quam corporeas, illis vox *notio* vel *idea* imaginem rei alicujus extra nos vere exſiſtentis, eamque expletam & abſolutam, ſignificare videtur. Quod ſi ita eſt, mens eorum haec erit: Nullas eſſe veras in nobis ſpecies & perfecta ſimulacra, praeterquam rerum ſenſus noſtros afficientium, ſeu corporearum. Haec tamen non impedit ſententia, ne alias etiam notiones, parum licet perfectas & abſolutas, aliarum rerum, quae in ſenſus non incurrunt, fingi atque concipi a nobis poſſe, largiantur. Qui vero aliarum etiam, quam corporearum, volunt in animis noſtris eſſe imagines, illi nomini *notio*, *idea*, *imago* ampliorem tribuunt poteſtatem, eoque formam omnem, quam animus effingit, conceptumque mentis, qualiscumque demum ſit, deſignare videntur. Haec ſi me conjectura fallit, eos tamen, qui de rebus hujusmodi decertant, monebit, finienda eſſe ante omnia & ſuis adſtringenda limitibus vocabula, quibus uti volunt, antequam certamen ingrediantur.

Tertia ſententia, eorum nimirum, qui omnes notiones a ſenſibus proficiſci, & ratiocinatione poſtea amplificari ſtatuunt, hic quoque, aliquanto licet rectius & obſcurius, a *Cumworthio* confutatur. Etenim quum Platonicorum ſequeretur praecepta, neque dubitaret, quin multarum rerum ipſa natura nobis eſſent innatae atque inſitae formae atque ſpecies, fieri non poterat, quin hanc opinionem repudiaret atque rejiceret. Perſpicuum vero eſt, eos, quibus haec arridet ſententia, non ita eſſe a ratione devios, ut omnem cognitionem nil niſi ſenſum eſſe dictitent. Quamvis enim ſenſus noſtros omni, quae in nobis eſt, cognitioni occaſionem praebere putent; haud tamen ideo nullas eſſe in nobis notiones, niſi rerum ſub ſenſus cadentium, perhibent. Quod ſi praeciperent, ſua ipſimet decreta everterent, rationisque, cui tamen omnia tribuunt, imperium deſtruerent.

Nulla autem harum opinionum, ut ingenue de ſenſu meo profitear, ejus mihi videtur eſſe naturae, ut nemo, niſi Dei & religionis omnis adverſarius, ei deditus eſſe queat. Qui corporibus totam rerum univerſitatem concludunt, nec eſſe volunt aliquid, praeter corpora, illi forte eo devenient temeritatis, ut ipſum Deum corporis cujusdam, ſubtiliſſimi licet, participem eſſe decernant: quod quidem *Hobbeſium* & alios *Hobbeſio* multo meliores feciſſe conſtat. Idem de altera factione dictum velim, ſi modo factio ejusmodi umquam exſtitit. Tertiam vero ſententiam tot viri graves & ingenio potentes amplexi ſunt, qui multis aliis documentis ſuam adverſus Deum pietatem teſtatam fecerunt, ut a ſumma mihi injuria non nimis remotum eſſe videatur, eos omnes in Atheorum ſtatim referre numerum, qui a rebus corporeis initia omnis ſcientiae ac cognitionis humanae naſci ſibi perſuadent.

(*h*) *Protagoras*] Apud *Platonem* in *Theaeteto p.* 118.

minibus talia eſſe, ſeu illis vel vera vel falſa videri. Neque illos etiam audire fas eſt, qui omnia, quae teneris & imbecillis hominum mentibus ardua & intellectu difficillima videntur, ex numero rerum, quae vere exiſtunt, continuo eximi debere, ſecum conſtituunt. Sic eos ratiocinari, aut inſanire potius, novimus, qui myſterium S. S. Trinitatis exſtinctum cupiunt. At habet tamen omnino veritatis aliquid *Ariſtotelis* praeceptum illud: Ψυχὴ πως πάντα. *Animus hominis rationis particeps certa ratione eſt omnia.* Namque haec animi noſtri eſt facultas, ut rerum omnium maximarum, minimarum, quae vel reapſe in hac univerſitate exſiſtunt, vel etiam exſiſtere poſſunt, notiones informare & effingere ſibi valeat. Similis eſt animus noſter globi cryſtallini aut pellucidi, aut mundum quemdam refert ex notionibus & ſpeciebus rerum conflatum, in quo rerum omnium, ex quibus verus hicce mundus conſiſtit, reſilientes quasdam formas, radios, & imagines deprehendere licet. Quapropter nil impedimus, quo minus hoc verum & ratum habeatur: Quidquid ita ſeſe habet, ut nullo plane modo ab animo noſtro concipi poſſit ac intelligi, id nihilum & nullum eſt.

§. IX. Verum ſuperius illud ſcitum, quod hoc genus ſibi dari a nobis poſtulat: *Quidquid comprehendi nequit, illud etiam intelligi nequit*, id plane repudiamus & rejicimus. Deum quum dicimus nullo modo comprehendi poſſe, hoc unum confitemur, tantas eſſe animorum noſtrorum anguſtias, ut eam ſibi Numinis ſupremi notionem formare nequeant, quae totam ejus immenſitatem & infinitatem exhauriat, neque fieri ullo modo poſſe, ut amplitudini ejus, majeſtati, & gloriae ſpecies Dei, quam ſibi mente fingunt vel acutiſſimi homines, omni ex parte reſpondeat. Quis inde ſanus conſequi dicet: Deum finitis & corruptis mentibus noſtris ita eſſe obſcurum, ut nihil omnino ejus intelligere, nec ullam ejus notionem ſibi effingere valeant, ex eoque patere, nihilum eſſe naturam illam, quam Deum mortalibus appellare placet? Conſtat inter omnes, nos ne nobis quidem ipſis omni ex parte notos eſſe: certum item eſt, nullam in hac univerſitate rem verſari, cujus intimam naturam & rationem ita cognitam & perſpectam habeamus, ut nihil noſtrae deſit cognitioni. Praeclare rectèque meo judicio praecipiunt, qui in qualibet viliſſima natura eſſe decernunt ἀκατάληπτόν τι, *incomprehenſibile aliquid*: quamquam Sceptici hoc olim praecepto turpiter abuſi ſunt. Materiam ſive corpus, eo quod tangi poteſt digitis, impium genus prae ceteris ſibi notum eſſe ac perſpicuum arbitratur: quare, praeter corpus & materiam, nec in ſemet ipſis, nec in tota rerum natura eſſe aliquid, affirmat. Verum in hanc ipſam tamen materiae naturam accuratius inquirentibus tantae ſubito tenebrae offunduntur, tamque alti ſeſe receſſus aperiunt, ut ad exitum numquam perveniri poſſe, facile pateat. Idem de nonnulis rebus, quae materiae accidunt, de *tempore* verbi cauſſa & *motu*, dicere licet. Veritas in ſublimi poſita eſt, multoque patet latius, quam mentes noſtrae. Non illa totam ſeſe nobiscum communicat, quumque exigua tantum intelligentis naturae portio attributa nobis ſit, apprehenditur verius a nobis, quam comprehenditur. Certe illud ipſum, quod perfectam nemo hominum conſequi poteſt rerum omnium cognitionem, nec mortalium quisquam intimam earum naturam perſpicere valet, inſigne documentum nobis eſt, unde, quantum natura noſtra diſtet ab abſolutione, intelligimus. Ex hoc ipſo vero efficiendum nobis eſt, eſſe aliam in rerum univerſitate mentem ſeu intelligentem naturam multo nobis

Digitized by Google

bis meliorem ac perfectiorem, unde imperfectos animos noſtros hauſtos & delibatos habeamus, cujusque illi imperio & voluntati ſubjecti ſint. Quod ſi igitur 757
hoc ſcitum recte ſeſe habet: Cujus rei plena perfectaque caremus cognitione, ejus nihil omnino intelligimus, tum confiteamur neceſſe erit, nihil prorſus ſcire nos ac intelligere. Verum tametſi mentes noſtrae non omnem ita comprehendant veritatem, ac ſi ſupra eam collocatae eſſent, imperioque in veritatem uterentur, neque quisquam tanto praeditus ſit acumine, ut in intimam rerum naturam & conſtitutionem penetrare valeat ingenio; animi tamen noſtri rationis compotes rerum omnium, quae exſiſtunt & exſiſtere poſſunt, certas ſibi fingere formas & notiones poſſunt: quae, quamvis ad ſtatum naturae ſuae accommodatae ſint, ad illud tamen, quod habent, propoſitum ſatis aptae ſunt & idoneae. Ita Deum nemo penitus mortalium cognoſcere poteſt, neque infinitas virtutes ejus ullius umquam ingenium complectetur. Haec vero non impedit infirmitas noſtra, quo minus notionem informare queamus naturae perfectiſſimae *modulo noſtro conformem*: quemadmodum montem nobis quidem accedere, manibusque noſtris tangere licet, tametſi totum complecti & extentis dimetiri brachiis, nemini mortalium ſit integrum. Sic igitur rationem concludamus: Quicquid prorſus intelligi nequit, aut iſto ſeſe modo habet, ut omnem fugiat rationem noſtram, id pro nihilo habere fas eſt. Qui vero id, quod exiguis mentium noſtrarum facultatibus non omni ex parte pervium eſt, nullum ſtatim & inanem vocem eſſe cenſent, illi turpiter & ſemet ipſos fallunt & alios.

§. X. Equidem Dei naturam lubens fateor multo magis eſſe, quam res omnes alias, cujuscumque demum ſint generis, retruſam & abditam. Summa enim ejus perfectio & infinitus, quo cingitur, ſplendor mentes praeſtringit & conturbat mortalium. Attamen propter hanc ipſam ejus majeſtatem & excellentem gloriam certo quoque licet ſenſu ſtatuere, eum rebus omnibus aliis notiorem & inventu faciliorem eſſe. Sol, qui lumine fulget incomparabili, debilem obtundit quidem oculorum noſtrorum aciem: idem vero multo tamen magis in oculos incurrit, quam ulla *ſtellarum nebuloſarum*. Quanto nimirum plus in re quadam lucis eſt, tanto illa notior, clarior, & illuſtrior eſt. Similiter quanto plus virtutis & verae perfectionis natura quaedam habet, tanto ea facilius cognoſcitur & ſentitur, quia vis ejus mentem multo vehementius aliis rebus afficit, impellit, & commovet. At nihilo tamen minus, quum fractus & imbecillus noſter animus ab immenſa majeſtatis divinae voragine quaſi abſorbeatur, neque fulgidiſſimam illam ferre lucem valeat, quae Deum recondit, ideirco fit, ut infinita illa natura tota nobis incomprehenſibilis & caligine obducta videatur. Idem nobis nimirum hic uſu venit, quod interminatum illud lumen, quo clarus pellucidusque aër repletur, intuentibus accidit: quorum quidem oculos coerulea quaedam obſcuritas occoecat, quae tamen reapſe non exſiſtit, ſed ſenſus tantum noſtri commentum & viſum eſt.

§. XI. Mirum vero, non deeſſe, qui propterea Deum eſſe negant, quia mens noſtra infinitatem naturae divinae totam complecti nequit: quum e contrario certum ſit, ſi nihil in orbe terrarum exſiſteret, praeter id, quod ingenium mortalium, qui vilis turba ſumus levisque rerum univerſitatis portio, conſequitur, aut ſi, quidquid in orbe terrarum verſatur, totum miſeris & infirmis animis noſtris

Digitized by Google

pateret, neque ulla eſſet natura, cujus rationes non ſtatim mentis noſtrae vis perſpiceret ac cognoſceret, nusquam infinite perfectum aliquid, neque Deum idcirco, eſſe poſſe. Non eſt quidem, cur *Empedoclis* praeceptum illud proprie capiamus, quod (*i*) *Ariſtoteles* feciſſe videtur: Γαῖαν μὲν γὰρ γαῖαν, κ. τ. λ. *Nam terra quidem terram videmus; aqua vero aquam; aethere autem aetherem divinum, ſed igne ignem contentioſum; amore autem amorem, & contentionem contentione triſti.* Hoc vero dubio caret, ea, quae intelliguntur & comprehenduntur a nobis, proportionem quamdam & comparationem habere ad noſtra ingenia. Quare noſtra intelligendi vis quum anguſta, imbecilla, circumſcripta ſit & finita, quis, obſecro, fieri modo quodam poſſe conſtituat, ut, quod infinite perfectum & expletum eſt undique, ab animis noſtris ſubigatur & plane comprehendatur?

758 §. XII. Ipſa denique natura duce ac magiſtra intelligimus, eſſe mentem ſummae compotem perfectionis, quae, tametſi cognoſci queat a nobis certa ratione, modum tamen & terminos finiti ingenii multum excedat. Sunt nimirum nonnullae nobis animi commotiones & affectiones inſitae, quae, ſi nulla foret ejusmodi natura, fruſtra plane nobis datae ac conceſſae eſſent. Nunc religioſa quaedam nos invadit veneratio, nunc tacita adoratio, nunc admirationis quoddam genus, nunc ſacer quidam, nec ingratus tamen horror nos occupat & abripit. Has ego commotiones naturae arbitror occultum eſſe ſermonem, quo docemur, eſſe quamdam in hac univerſitate mentem, noſtris animis & cogitationibus aeque ma-

(*i*) *Ariſtoteles*] *Lib.* I. *de anima Cap.* 2. *p.* 3. *Tom.* II. *Opp.*

(*k*) *Conſumitur*]. (I.) Quae de animi noſtri ſecretioribus commotionibus, Deum eſſe teſtantibus, hic vir doctiſſimus obſervat, ea, tametſi vera ſint, ad Atheorum tamen amentiam retundendam non ſatis apta videntur eſſe. Etenim hac in argumentatione id aſſumit, quod in controverſia verſatur: Eſſe nimirum nobis inſitas quasdam notiones, easque certo nobis conſilio tributas eſſe a natura. Quod quidem ſi concederent illi, qui Deum eſſe negant, ſibimet ipſis contrarii eſſent, Deumque, quem tollere volunt, eſſe tamen ſimul confiterentur. At negant pertinaciter, qui Deum ferre nolunt, rem ita ſeſe habere, & commotiones illas animi, de quibus hic ſermo eſt, fructus eſſe opinionum & ſententiarum a teneris nobis inſtillatarum, contendunt. Ex iis vero locis, quibus omnem auctoritatem derogant adverſarii, argumenta ducere, id vero eſt rationi refragari ac diſputandi leges violare. (II.) Quae addit de mente hominis Deum, & de Deo viciſſim mentem noſtram abſorbente, ea ſcholam ſapiunt Platonicam, neque tam clara ſunt, ut ab omnibus intelligi queant. Solent Platonici, quorum lectioni aſſuetus erat *Cudworthus*, multis ejusmodi dicendi modis uti, quum de Deo rebusque divinis differunt, qui mentes praecellunt veluti ſublimitate ſua. Verum, ſi accuratius expendantur, notiones tantum confuſas gignunt, ut auctores eorum, quid ſibi proprie velint, neſciviſſe videantur. Equidem multo eſſe ſatius arbitror perſpicue animi ſui ſenſa exponere, quam figuratis ejusmodi loquutionibus errandi illis occaſionem praebere, qui foecunditate quadam imaginandi laborant.

(*l*) *Ingenium*] Eſſe in eorum grege, quibus Deus eſſe nullus videtur, ac fuiſſe olim, qui tam inepte diſputarent, uti hic a doctiſſimo viro inducuntur, equidem haud negaverim; tametſi in neminem ego inciderim hoc argumentum adverſus Deum ita, quemadmodum hic expoſitum eſt, diſerte adhibentem. Sunt enim, praeter *Cudworthum*, multi alii & graves & eruditi viri, qui in primis & praecipuis Atheorum rationibus hoc ipſum numerant argumentum, quibus omnibus fidem derogare, temerarium eſſe arbitror. Vid. *Jo. Franc. Buddei Theſes de Atheismo & ſuperſtit. Cap.* 6. *p.* 512. *Petri Poiret Cogitationes rationales de Deo, anima, & malo. Lib.* III. *Cap.* 6. Verum obtulit ſeſe mihi paucis abhinc annis huius generis homo; qui, quum ſubtilis ſibi videretur, & ſociis ſuis multum ingenio praeſtare, non modo varia delirabat in ſuorum ratiocinationibus, ſed etiam non omnem, quem fas eſſet, candorem afferre ſupremi Numinis defenſores ad certamen hoc, conquerebatur. Is hoc etiam argumentum, de quo nunc loquimur, recte ab illis exponi, qui pro Deo verba faciunt, e ſuisque fuiſſe aliquem, ex ſapientioribus ſaltim, cui eo ſic uti placuerit; uti a noſtris explicatur, confidenter negabat. Ipſe concedebat, nemini ſano ita licere concludere: Quidquid ex omni parte non concipitur ab animis noſtris;

majorem praestantiorem & celsiorem, atque vastum mare minutis navigiis. Hujus infinitae mentis lumine licet sese totam exilis nostra ratio impleverit, nulla sui parte vacua & inani relicta; semper tamen interminata quaedam & immensa meditandi restat materia, quam subjicere sibi ac complecti nullo modo potest. Itaque quum spatium sibi deesse videat, quo tantam concludat majestatem, singulari quadam & mysterii plena ratione particeps ejus fieri studet: nimirum in vastum illum, quem capi a se nullo modo posse videt, oceanum penitus se immergit & immittit, a quo plane vicissim absorbetur & (*k*) consumitur. Quid multa? Fatemur, Deum multo majorem esse & excellentiorem, quam ut eum imbecilla hominis mens, quae multum distat a perfectione, cogitando queat complecti: at negamus, eum nullo modo intelligi, aut nullam ejus notionem informari posse. Quare valeant, & rectius ratiocinari discant, qui deum eam ob caussam tollunt, quoniam ei comprehendendo humanum non par est (*l*) ingenium.

§. XIII. Tertium nunc aggredimur argumentum, quo adversus Dei dimicant 759
notionem religionum omnium adversarii. Vis ejus haec est: Infinitatem a Dei notione nullo modo separari posse, omnibusque ejus adjunctam esse virtutibus, omnes divinae sapientiae consulti confitentur. Atqui, quid sit infinitas, id nemo unus ingenio consequitur mortalium. Ergo ipsum Deum inter illas necesse est naturas collocare, quae neque exsistunt usquam, neque possunt exsistere. Multa sunt in recentiori quodam auctore hujus generis & argumenti dicta. *Quidquid,* (*m*) *inquit,*

stris, id nihil & nullum est: rerum enim innumerabilium interiorem a nobis naturam ignorari, quarum tamen exsistentiam negare nemo queat, nisi qui delirare velit. Aciem vero sic esse ajebat instruendam: Illud nihil atque nullum est, cujus notio ex rebus conflata est, quarum altera tollit ac interimit alteram. Atqui notio Dei, quam plerique omnes probant, ex rebus inter se pugnantibus & mutuo sese tollentibus composita est. Infinita justitia tollit infinitam misericordiam: potentia infinita directe repugnat bonitati infinitae. Igitur res ipsa quoque, cui respondet haec notio, nulla est. Haec si vera & germana est profani generis sententia, eadem everteretur facilitate, qua *Cudworthus* illud destruxit argumentum, quod hic exposuit. (*l*.) Etenim haec argumentatio non ipsum ferit Deum, sed tantum notionem Dei, quae in hominum plerorumque est animis. Scilicet, si quid in hac tota ratione virtutis est, id ex eo fluit unice, humani generis tantam esse pravitatem, ut de Deo longe secus cogitet, atque per rationem cogitare licet: ex quo quidem, si res ita esset, id consequeretur, talem non esse Deum, qualem plerique sibi fingunt hominum. At qui inde conici quoque posse putat, nullum esse Deum, is aeque argumentatur ridicule, ac si quis ideo nullam fuisse olim Habessiniam, aut nullum imperatorem Habessinorum, contenderet, quia perpauci terrae hujus & imperatoris ejus germanam & veram in animis notionem quondam gesserunt. Errores hominum de rebus non res ipsas aut rerum veritatem tollunt: nec idcirco, si vel, quidquid est mortalium, maximo de natura Dei errore laboraret, communis iste error efficeret, ut nullus esset Deus. (II.) Non intelligo deinde, quanam ratione illi, quibus haec placet ratiocinatio, notionem Dei ex rebus contrariis & toto genere disjunctis conflatam esse, demonstrare queant. Necesse est, ut is, qui res duas inter se pugnare statuit, utriusque rei naturam calleat & perspectam habeat: neque quisquam triangulum & quadratum mutuo sese evertere, decernere potest, nisi utramque figuram noverit. Nos vero omne illud, quod in Deo est, infinitum esse profitemur, id est, perfectionum & virtutum divinarum amplitudinem ac modum longe multumque ingenii nostri captum superare. Quocirca Athei, si ea, quae a nobis Deo attribuantur, mutuo sese conicere, ipsamque ideo Dei notionem nullam esse, cupiant ostendere, aut hoc oportet praecipiant, nihil esse interminatum & infinitum, aut facultatem sibi esse affirment rerum, quas nemo comprehendit, discordiam & certamen declarandi. Illud si fecerint, in semet ipsos arma convertent, quum *infinito* in explicandis rerum omnium caussis & originibus, qualemcumque demum viam sequantur, carere nequeant: hoc si praetulerint, digni erunt, quos ad subsellia sua Logicorum tirones rapiant.

(*m*) *Inquit*] *Hobbesii* sunt haec verba *Physices Part.* IV. *Cap.* 26. *p.* 205. *Cudworthus*, qui Anglice exhibet ea, duo in illis omisit. Primum omisit verba: (*sive magnitudine, sive tempore.*) Dein-

Digitized by Google

quit, homines ſcimus, a phantasmatis noſtris didicimus: phantasma autem infiniti (ſive magnitudine, ſive tempore) nullum eſt: neque enim homo, neque ulla alia res, praeterquam quae ipſa infinita ſit, infiniti conceptionem ullam habere poteſt. Et (n) alio loco: *Quidquid imaginamur, finitum eſt. Nulla ergo eſt idea neque conceptus, qui oriri poteſt a voce hac, infinitum. Animus humanus imaginem infinitae magnitudinis capere non poteſt, neque concipere infinitam velocitatem, infinitam vim, infinitum tempus, aut infinitam potentiam. Quando dicimus, rem aliquam eſſe infinitam, hoc tantum ſignificamus, non poſſe nos illius rei terminos ac limites concipere; neque aliud concipere, praeter noſtram impotentiam propriam. Itaque nomen Dei non uſurpatur, ut illum concipiamus, (eſt enim incomprehenſibilis, & magnitudo potentiaque ejus inconceptibilis) ſed ut honoremus.* Quorum quidem pronuntiatorum quaenam ſit ſententia, id ex aliis ſine negotio intelligitur ſcriptoris hujus locis. Hoc nempe perſuaſum cupit eſſe nobis: Quae de Deo

Deinde & haec omiſit, quae paullo poſt ſequuntur: *Neque ulla alia res, praeterquam quae ipſa infinita ſit.* Mihi, quo de mente hominis tanto melius cuilibet conſtare poſſet, verba integra, quorum ſenſum expreſſit tantum *Cudworthus*, deſcribere, optimum viſum fuit.

(n) *Alio loco*] *Hobbeſius Leviathanis P. I. C. 3. p. 12. Cudworthus* iterum ſummam tantum horum verborum excerpſit: mihi totum locum huc transferre, utile viſum fuit. Conferri cum his locis debet, quo univerſa hominis intelligatur ſententia, *Libri de cive Cap. 15.* quo *de regno Dei per naturam* agit, & §. 14. *p. 117.* ſic inter alia loquitur: *Quamquam vox haec* infinitum *ſignificet conceptum animi, non tamen ſequitur, conceptum nobis aliquem eſſe rei infinitae: quando enim dicimus, aliquid eſſe infinitum, non aliquid in re ſignificamus, ſed impotentiam in animo noſtro: tanquam ſi diceremus, neſcire nos, an & ubi terminetur. Neque dici de Deo honorifice, quod idea ejus animo noſtro inſit: idea enim conceptus noſter eſt; conceptus autem, niſi finiti, non eſt.* Adde & *Elementor. philoſ. Sect. I. ſeu Phyſicam Cap. 26. p. 204.*

(o) *Alio in loco*] Nullum eſt dubium, quin illum intelligat vir doctus *Hobbeſii* locum, qui *Libro de cive Cap. 15. §. 14. p. 117.* exſtat. Refellit eo loco *Hobbeſius* primum eos, qui dicant, *mundum eſſe Deum:* quos ait negare, eſſe cauſſam mundi & ideirco reapſe negare, eſſe Deum. Refellit item eos, qui vel mundum velint aeternum eſſe, vel providentiam ejus tollant. Tum ita pergit: *Praeterea in attributis, quae ſignificant magnitudinem & potentiam, ea, quae finitum ſeu determinatum aliquod ſignificant,* (ſciendum eſt) *minime ſigna eſſe honorantis: non enim Deum digne honoramus, ſi minus ei potentiae aut magnitudinis attribuimus, quam poſſumus. Finitum autem omne minus eſt, quam poſſumus: finito enim majus ſemper aſſignari & attribui facillime poteſt. Non igitur Deo tribuetur figura: omnis enim figura eſt finita: neque dicitur concipi ſive comprehendi imaginatione vel quacumque facultate animae noſtrae: quidquid enim concipimus, finitum eſt.* Adde *Hobbeſii Leviathan. Cap. 31. p. 170.* ubi idem ſtatuit.

(p) *Intelligit*] Ita mentem *Hobbeſii*, praeter *Cudworthum*, plures interpretantur alii, ſique excellenti doctrina & ingenio viri, quippe qui totam ejus philoſophiam ad ſummam adverſus Deum impietatem ducere, nulli dubitant. Mihi vero, tametſi certus ſim, male hominem hunc religioni voluiſſe, cautius tamen & ſapienti viro videtur eſſe dignius, iudicium de animo ejus illi relinquere, qui receſſus animorum noſtrorum ſolus ſcrutatur, & ex verbis tantum ejus, quid ſibi vere voluerit, aeſtimare. Indignum eſt, non inficior, homine Dei atque religionis ſtudioſo, pro illis verba facere, qui multis teſtatum fecerunt indiciis, Deum ac religionem non ita magnae ſibi curae eſſe: ſed & nihil a gravitate ac juſtitia magis eſt alienum, quam verba alicujus, quae commodum non recuſant ſenſum, deterrime interpretari, non aliam propter cauſſam, quam quod is, a quo profecta ſunt, aliis in locis animum profanis opinionibus infectum prodidit. Verba igitur ſi ſpectemus tantum *Hobbeſii*, & ſuſpiciones dimittamus omnes, meo quidem judicio nihil dixit, praeter id, quod commode intelligi poteſt, & ab infinitis dictum eſt aliis, in quos nulla cadit violatae religionis accuſatio. Primo non affirmat, nomini *infinitus* nullam omnino vim & poteſtatem ſubjectam eſſe; ſed hoc unice perhibet, *nos infiniti conceptionem habere nullam*, aut nos rerum illarum, quas infinitas vocamus, terminos & limites animis haud concipere poſſe. Ergo vocabulum *infinitus* poteſtate praeditum eſſe aliqua, idque ſignificare, cuius limites animus noſter haud capit, fatetur. Nec deinde virtutes, quae Deo tribuuntur, & perfectiones mera eſſe nomina & vocabula, perhibet; contra ſatis aperte nos, quum Deo potentiam infinitam & alias virtutes adſcribimus, rem quidem ipſam ſatis noſſe, at modum ſeu finem rei illius, quae potentia nobis dicitur, ignorare tradit.

Digitized by

Deo ejusque virtutibus & proprietatibus vulgo praedicantur, nihil ſtabilis & conſtantis habere veritatis: nuda enim & mera eſſe omnia vocabula, quae nihil, praeter hoc, ſignificent, mentes noſtras ſtupore quodam & veneratione perculſas eſſe. Hinc etiam nomen *infinitus* ſciſcit nullam proprie poteſtatem habere, quoniam nulla res exſtet, cui ea deſignandae apta ſit: eſſe vero eam ſignum atque documentum infirmitatis, quae mentes humanas obſideat, agreſtisque & inficeti ſtuporis & admirationis, quae noſtro plerumque generi inſit. Quapropter, quid ſit illud, neſcio, quod idem (*o*) alio in loco auctor eos ferri poſſe negat, qui Deum *finitum* eſſe pronuntient. Nam quum verbum *infinitus* tueatur nihil reapſe ſignificare, neque, quae reſpondeat ei, ullam eſſe in mente noſtra notionem, affirmet, aut aperte hic lectoribus ſuis illudere, aut vero eos, ut ita ſecum ſtatuant, inducere videtur: Deus, quoniam nec finitus eſt, nec infinitus, nihilum eſt, quod nemo (*p*) in-

dit. Scio, multos, & in his venerandum jamque coelitibus adſcriptum virum, *Jo. Franc. Buddeum*, *Theſib. de Atheismo & ſuperſtit. Cap.* 5. *p.* 515. *Hobbeſium* ideo caſtigare, quod *poſitivum* infiniti conceptum tollat, & in *negativo* tantum haereat. *Falſiſſimum itaque eſt*, inquit, *quod dicit Hobbeſius, voce infiniti tantum nos ſignificare, non poſſe nos illius rei terminos concipere. Perperam namque, quod poſitivum eſt, in conceptu entis infiniti omittit, & ei, quod negativum eſt, tantum inhaeret.* Hoc quomodo intelligi velit, paullo ante his verbis explicat: *Primo namque ſummam quandam concipimus perfectionem: tum vero fatemur tantam eſſe hanece perfectionem, cujus limites terminosque non queamus aſſequi.* Crimen ergo *Hobbeſii* vir ſummus in eo conſtituit, quod ſummam minime perfectionem animo conceperit, quum Deum, quumque perfectiones Dei diceret infinitas eſſe. Mihi vero ſecus videtur, nec putem hac in re diſſenſionis aliquid inter *Hobbeſium* & venerandum virum eſſe, ſi quidem utriusque ſententiam conſequor. Namque *Hobbeſius*, id quod ex ipſis ejus verbis patet, quum *potentiam*, *velocitatem*, *vim infinitam* dicit, primum animo perfectionem concipit ſummam, id eſt, ſummam potentiam, vim, velocitatem: at negat ſimul, ſeſe intelligere, quousque fines ſummae hujus potentiae pertineant. Fatetur, nos, quum ita loquimur, declarare, rei ipſius naturam, cui infinitas tribuitur, a nobis concipi; fines vero modumque rei haud a nobis intelligi. *Hobbeſius* ſi dixiſſet, nos, quum rem aliquam infinitam appellamus, eo indicare, nos terminos rei illius non conſequi, & ſimul tamen in hac fuiſſet opinione, nullum eſſe in nobis plane *conceptum poſitivum* entis aut rei illius, quam infinitam dicimus, ipſis fatuis atque ſtultis ineptius loquutus eſſet. Etenim hoc affirmaſſet, nos ejus, quod nihilum & nullum eſt, fines & terminos non aſſequi: quo quidem ſingi nihil poteſt amentius. Omitto, minus aliquid beatum virum mihi dicere videri, quam res poſtulat, quum ait: *Faceri nos, qui aliquid infinitum dicimus, nos ejus rei terminos non aſſequi.* Haec ipſa eſt *Hobbeſii* ſententia, quam rejicit vir magnus. Nos, tametſi de nonnullis rebus vocem *infinitus* hoc ſenſu adhibeamus, Deo tamen & perfectionibus divinis quum eam accommodamus, non modo id ſignificamus, non aſſequi nos terminos Dei & virtutum ejus, verum etiam indicamus, abſolute & in ſe Deum & virtutes ejus modum nullum & terminos nullos habere. Non haec refellendi cauſſa moneo, ſed ſententiam tantum viri beati, quam ſanam fuiſſe certus ſum, explicandi. Ex his igitur patet, ſi alioquin de Deo & religione ſic, uti fas eſt, philoſophus Anglus praeciperet, ea, quae de infinito differit, locum ſatis amplum amicis ejus excuſandi hominem relictura eſſe. Conſtat ex iisdem, neque ſecum ipſo diſſentire *Hobbeſium*, quum alio loco finitum dici Deum debere negat, alio vero id eſſe infinitum vult, cujus fines non aſſequimur, neque ſatis cauſſae adeſſe, cur firme conſtituamus, voluiſſe eum diſputatione ſua de infinitate homines inducere, ut Deum eſſe nullum concluderent. Quod ſi ſemper cavendum eſt ſapienti, ne ſuſpicionibus ſeſe patiatur abduci ad inſimulandos alios, omnium maxime hoc illi tum videndum eſt, quum Atheismi, quo nullum gravius & homine ſano indignius crimen & flagitium eſt, poſtulandum eſſe ducit aliquem.

Interim, qui factum ſit, neſcio, quod viri perſpicaciſſimi, qui cum hoc philoſopho tam ſtrenue ac ſubtiliter congreſſi ſunt, non animadverterint, deliteſcere in illis, quae de infiniti tradit natura, errorem alium, qui, tametſi Deum non tollat, valde tamen in ſummam ejus perfectionem injurioſus eſt. Nos, quum Deum & virtutes Dei *infinitas* eſſe dicimus, ita hoc vocabulo utimur, ut indicemus, Deum & perfectiones Dei reapſe nullos fines, nullos terminos, nullum plane modum habere. At *Hobbeſio* id *infinitum* unice eſt, cujus fines humanus animus non concipit & conſequitur. Ut philoſophorum vocabulis hanc rem enun-

261 intelligit. Huic alius assentitur non indoctus ceteroquin impietatis (q) patronus, qui hominem praecipit rem quamdam *infinitam* nominantem, nihil aliud facere, quam *rei quam non capit, attribuere nomen, quod non intelligit: omnem enim conceptionem esse finitam, neque fieri ullo modo posse, ut res concipiatur finibus omnibus & terminis carens: illud autem, quod pro infinito vulgo habeatur, nihil esse, quam confusum animi chaos & inconditum cogitationum nostrarum foetum: homines nimirum, semper cogitando progredientes, neque finem ullum rerum videntes, de quibus cogitant, postremo fatigatos & pertaesos, res ipsas singulari illo nomine, cujus vim haud intelligunt, infinitas vocare solere.* Quibus positis, hoc inde putat effici posse: Quum nemo unus capiat, quidnam vox *infinitus* in illis rebus denotet, de quibus adhibetur, fieri quoque nullo modo posse, ut *germanam Dei ideam* in animis nostris formemus. Quae verba hanc vim habere: nusquam esse naturam ejusmodi, quam Dei nomine designamus, illi, qui dictionis, quae huic generi propria est, non imperiti sunt, non ignorare poterant.

§ XIV. Qui hoc argumento Deo solent insidiari, illi nuper demum nomen suum inter religionis contemtores professi sunt. Quare primum hic ostendere placet, quantopere hac in re ab illis dissentiant, qui olim philosophiae praeceptis ad religiones evertendas abusi sunt. Vel hinc enim cuivis constabit, nihil esse hoc genere, quod Deum esse negat, inconstantius, novamque aetatem nova fere semper hujus gregis monstra & flagitia peperisse. Qui recentius cum Deo congressi sunt, hanc satis esse validam existimant ad eum de medio tollendum argumentationem; Fieri nullo modo potest, ut res quaedam sit infinita. Ergo Deus etiam nullus sit oportet. Secus illi, qui antiqua memoria hanc viam ingressi sunt. Namque tantum hi ab hac opinione abfuerunt, ut quidam potius eorum, in quibus *Anaximander* eminet, ἄπειρον seu *infinitum*, id est, materiam infinite patentem, aeter-

enuntiem, nos Deo & perfectionibus divinis *absolutam* tribuimus *infinitatem: Hobbesius* vero nullam aliam videtur agnovisse, quam *relativam infinitatem* in supremo Numine. Quocirca Deus & virtutes Dei ideo tantum *Hobbesio* dicuntur infinitae, quia imbecilles animi nostri modum earum non comprehendunt, aut terminos & fines non cernunt. Ita vero dum infinitum definit, & Deum infinitum esse pronuntiat, tacite fatetur, nihil proprie infinitum esse, sed, quae infinita vocantur, ideo tantum ita nominari, quia ad nostram relata intelligentiam infinita sunt, aut quia fines rerum illarum nec ratione nec imaginatione consequimur. Quamvis enim rei alicujus fines mentis nostrae fugiant aciem; illud tamen haud impedit, ne ista res fines tamen habeat, atque terminata sit. Omnia certe, quae de Deo passim disputat *Hobbesius* in scriptis suis, in eam nos inducunt sententiam, ut constituamus, Numen illud, quod sibi finxit, finitum, omnesque ejus proprietates terminis & finibus circumscriptas ipsi fuisse visas. Neque id obscure indicat, quum ita de infinito loquitur: *Quando dicimus, aliquid esse infinitum*, NON ALIQUID IN RE SIGNIFICAMUS, (id est, nisi fallor, non affirmamus, rem illam nullos plane fines habere) *sed impotentiam tantum in animo nostro*; (id est, nos fines illius rei non assequi confitemur) *tamquam si diceremus, nescire nos*, AN ET UBI TERMINETUR; *Liv. de cive Cap.* 15. §. 14. *p.* 117. Qui, quum Deum infinitum vocat, hoc tantum oratione illa indicat, sese *nescire, an & ubi Deus terminetur*, is profecto non statuit, Deum re vera nullis finibus aut limitibus contineri, aut potentiam, sapientiam, & reliquas perfectiones ejus omni modo carere; sed hoc tantum scire vult alios, tametsi nihil repugnet, ne Deus finitus sit, sese tamen, quousque limites ejus pertineant, non intelligere.

(q) *Patronus*] Hic quisnam sit, omni licet studio adhibito, reperire non potui. Quare nec constituere mihi licet, utrum recte hic accusetur, an excusationis aliquid habeat.

(r) *Deus est*] Si modo quisquam Atheorum, cui fanum fuit cerebrum, hac ratione argumentatus est: quod quidem ego vehementer dubito. Non est certe, nisi totus fallor, tanta, quantam vir doctissimus opinatur esse, inter Atheos antiquiores & recentiores de infinito dissensio. Esse ali-

Digitized by Google

aeternam, vita omni & intelligentia vacuam, rerum omnium dicerent esse principium. Illud quidem *infinitum*, unde omnia *Melissus* esse genita censebat, natura est absolutissima, res omnes singulari modo continens & arcens, verbo, Deus ipse, id quod supra jam a nobis demonstratum est. Verum hoc, quod dixi, *Anaximandri ἄπειρον* seu *infinitum* tale est, quale nullus repudiet religionum inimicus, materia videlicet sensus omnis inops & expers. Quod autem θεῖον illud infinitum seu *divinum* appellavit, id ea tantum de caussa fecit, quod nullum aliud, praeter hoc, 762
existere Numen putabat. Ergo patet, summa olim concordia tam Dei amicos, quam adversarios hoc dogma complexos esse: Est omnino aliquid infinitum, ex quo omnia reliqua prodierunt, sive illud mens sit infinita, sive materia interminata. Quamquam hoc posterius, interminata nempe materia, prorsus nequit intelligi, id quod infra planum faciemus, eo quod nullum, si proprie loqui velimus, verum sit infinitum, nisi perfectissima mens, aut sanctissima Trinitas. Sed nec solus *Anaximander* ita sensit; verum etiam post eum *Democritus*, *Epicurus*, multique alii perversae factionis hujus duces non modo infinitam statuerunt esse materiae seu corpusculorum individuorum copiam, verum etiam innumerabiles sanxerunt mundos esse. Repugnant quidem, fateor, hi quoque innumerabiles mundi omni prorsus rationi atque veritati: sed id nunc omittimus: satis enim est nobis, hoc confici ex illis, quae diximus, veteres illos philosophos, quibus invisa erat religio, infinitum minime in commentis numerasse humani ingenii, verum potius arcem in eo caussae suae constituisse. Haud igitur quisquam eorum sic contra Deum dimicavit: Non est infinitum: ergo nec (r) Deus est.

§. XV. His explicatis, id nunc mihi ostendendum sumo, eos ex recentioribus Dei contemtoribus, qui hoc modo rationem subducunt: Nulla res vel tempore, vel potentia, vel alio quocumque modo infinita potest esse; igitur Deus tollendus est,

aliquid infinitum, omnes olim, quamvis diverso modo, professi sunt, qui Deum tollere studuerunt: neque possunt aliter, nisi desipere velint, qui vestigia eorum hodie consectantur, quin pariter certo quodam modo infinitum esse aliquid largiantur. Nondum generis hujus aliquis tam vecors & amens exstitit, ut negare auderet, fuisse aliquid, qualecumque demum id sit, ex omni aeternitate. Etenim hoc qui faceret, is, quod paullo post ipse vir eximius ostendit, in prima rationis elementa ipsis pueris ineptius peccaret, atque mundum hunc semet ipsum ex nihilo produxisse, quo nihil stultius fingi potest, asseveraret. Igitur omnes Athei duratione aliquid & tempore infinitum esse concedunt. nec quisquam eorum omnem infinitatem tollit. Ad *Hobbesium* quod sigillatim attinet, in quem potissimum vir egregius disputat, tantum abest, ut is omnem infinitatem sustulerit, ut potius non modo *tempus* & *spatium interminatum* esse docuerit, sed etiam de tempore interminato eamdem foverit, quam *Cudworthus*, sententiam, illud omni successione carere, nec in partes ullo modo secari posse: quod idem mihi videtur esse, ac si cum doctoribus scholasticis dixisset: *aeternitatem esse durationem totam simul.* Placet ipsum loquentem audire *Elementor. philos. P. II. Cap. 7. § 53. De spatio & tempore interminabili dici non potest, quod sit totum, aut unum. Non totum, quia ex nullis partibus componi potest: partes enim quotcumque, quum singulae sint finitae, etiam simul sumtae facient totum finitum. Non unum, quia unum non dicitur, nisi ut comparatum ad aliud: duo autem infinita spatia, vel duo tempora infinita esse, intelligi non potest.* Mihi igitur vir longe doctissimus aliquanto plus, quam necesse erat, odio suo in profanam & nefariam delisse turbam videtur, quum omnem ab ea infinitatem negari, & ex eo deinde, quod nihil esse queat infinitum, adversus Deum disputari, scriberet. At nihilo tamen minus tot fere hac in re sequuti sunt eum, quot recentiori aetate Atheorum contra Deum argumenta vel enumerarunt, vel confutarunt. Ita unius viri magni egregii auctoritas multis saepenumero aliis fraudi esse solet. Tot interim praeclara & erudita *Cudworthus* hac oblata occasione disputavit, ut in peccatis illud minimis, quod hic forte disputandi ardore abductus admisit, poni debeat.

est, aeque vehementer, atque veteres religionis inimicos, cum sanae rationi, tum sibimet ipsis adversari. Primum, si vel maxime hoc incertum foret, utrum Deus sit, nec ne, esse tamen aliquod tempore infinitum sive aeternum & initii omnis atque finis expers, aeque manifestum & apertum est, atque illa sunt, quibus nihil ipsi Geometrae certius & evidentius habent. Quod si enim nihil fuisset aliquando, nihil etiam hodie esset, neque aliquid exsistere potuisset. Et commune illud rationis scitum: *Ex nihilo nihil nascitur*, tantum hac in re virtutis habet, ut everti nulla ratione aut labefactari queat. Quod si vero numquam nihil fuisse, sed rem quamdam perpetuo exstitisse, fatendum est, id simul manifestum evadit, esse aliquid aeternum seu principii omnis & exordii expers. Quae quum ita sint, quis, quaeso, summam & incredibilem illorum amentiam & stoliditatem acgre percipit, qui Deum esse ideo negant hodie, quia nihil esse ullo modo possit
63 infinitum tempore, seu perenne ac aeternum? Deinde vix ac ne vix quidem, ut credam, a me impetro, ulli homini a Deo averso tantam tamque portentosam innatam esse posse socordiam ac dementiam, ut vere hoc sibi persuadeat: Nihil olim fuisse, postea vero, incertum quo modo, materiam sensu destitutam subito exortam esse, unde reliqua deinde omnia procreata sint. Cui quidem proposito hoc foret consequens & consentaneum, fieri omnino posse, ut materia eodem modo aliquando esse desinat, & hac ratione universa in nihilum illud occidant & redeant, unde olim egressa sint. Quamobrem, quidquid commententur hi flagitiosi homines, alterum de duobus verum sit, necesse est: eos aut incomparabili laborare stupiditate & vecordia, aut vero impudentia nulli mortalium secundos esse. Illam notam auferent, si nec Deum, nec materiam, nec ullam rem aliam ex infinito tempore exstitisse contenderint: haec vero in eis haerebit macula, si infinitam concedant esse materiam, seu ab aeterno fuisse eam, & idcirco tamen Deum esse negent, quia nihil aeternum & principii expers (*s*) esse queat.

§. XVI. Nihilo tamen minus, ne nimis secum duriter ac importune agi genus conqueratur Deo inimicum, haec duo vera certaque esse dabimus. Unum: Veram germanamque infinitae rei imaginem & simulacrum nullum hominem animo informare posse. Nec enim umquam infinitus quidam numerus, aut infinita magnitudo in corporis nostri sensus incurrit. Nam quod ad infinitum tempus & infinitam potentiam attinet, de his silendum prope arbitror, quoniam tam tempus ipsum, quam potentia ex illis rebus sunt, quae sensus omnes fugiunt. Alterum: Quum nullus imaginem effingere sibi queat infiniti, ideo quoque infinitum ab humanis mentibus, quae suis descriptae sunt finibus, omnino comprehendi non posse. Interim tamen nihil fieri clarius & evidentius potest, quam hoc, esse aliquid tempore infinitum, seu numquam natum & ortum. Neque ullus sanae mentis Atheus, si modo secum rite consideret omnia, huic derogare veritati audebit. Quae quum ita sint, viderint, si sapiunt, quibus Deus molestus est, quam stolida sint & a vero plane remota bina haec eorum, quibus tantum ceteroquin tribuunt, prae-

ce-

(*s*) *Esse queat*] Sed hanc totam disputationem, quum nemo umquam eorum, quibus Deus esse nullus videtur, negaverit, exstitisse aliquid ex infinito tempore, vir doctissimus omittere potuisset. Si quis forte fuit, cui simile aliquid excidit, is profecto aut mente captus fuit, aut rerum omnium ignarus & nescius.

(*t*) *Aristotelem*] *Metaphys. Lib.* XI. *Cap.* 11. *p.* 434. *Tom.* IV. *Opp.* & clarius *Physic. Auscult. Lib.* III. *Cap.* 5. *p.* 486. *T.* I. *Opp.* & *Cap.* 8. *p.* 491.

(*v*) *Alio loco*] *Aristoteles Physic. Auscult. Lib.* III. *Cap.* 9. *p.* 492. *T.* I. *Opp.* Ou ρ. ε

pa-

ceptа: *Cujus nullam formare ſenſus poſſunt imaginem, id nullum eſt; & Quidquid non plene ac perfecte cognoſcimus, id negari quoque totumque repudiari debet.* Si bina vero haec decreta ſani nihil atque veri habeant, confiteantur, neceſſe eſt, hi homines, eſſe omnino aliquid in rerum natura, quod nec ſenſibus noſtris expoſitum ſit, nec omni ex parte infirmis noſtris mentibus comprehendi queat & intelligi.

§. XVII. Verum amplius etiam aliquid perverſae huic factioni largiemur. Fatebimur, non modo ſenſus nullam efformare nobis poſſe infiniti numeri, temporis, ſpatii imaginem, quae omni ratione perfecta ſit, verum etiam ne rationi quidem & ingenio tantam vim eſſe & potentiam, ut omnibus expletam partibus harum rerum notionem meditando conſequi valeat. Scio, (*t*) *Ariſtotelem* alicubi praecipere, *numerum eſſe infinitum.* Verum is hoc tantum ſibi voluit, neminem addendo numerorum exhaurire poteſtatem poſſe, mentesque noſtras numeros ſemper numeris ſine fine & modo adjicere poſſe: quod idem eſt, ac ſi diſerte dixiſſet, nullum eſſe numerum actu ipſo infinitum. Atque ipſe philoſophus hic (*v*) alio loco ſuppeditat hanc infiniti definitionem: *Infinitum eſt id, cui nihil addi poteſt:* ex qua ſatis conſtat, numerum haud vere infinitum ipſi viſum fuiſſe. Nec enim ullus ita poteſt amplificari numerus, quin multo plures ei addi poſſint numeri. Quemadmodum nullus eſſe poteſt infinitus numerus; ita etiam infinita magnitudo 764
corporea eſſe nulla poteſt. Primo enim, ſi magnitudo exſiſteret infinita, partes ejus numero eſſent infinitae, & numerus idcirco infinitus foret; quod fieri tamen nequit. Deinde quemadmodum nullus tantae amplitudinis eſſe poteſt numerus, quin plures ad eum adjungi queant numeri, ita nullum corpus, nulla magnitudo tam vaſta & immanis cogitari poteſt, ut mens noſtra nihil ei addi poſſe amplius videat, aut nullum grandius fieri poſſe corpus conſtituat. Cumules licet tot finita, quod tibi placet; numquam tamen habebis aliquid, quod infinitum proprie vocare queas. Non ſum neſcius, de infinito ſpatio extra mundum finitum multa eſſe a multis diſputata philoſophis. Sunt, qui infinitum illud eſſe corpus, ſunt, qui rem illud infinitam, quae corpore careat, eſſe volunt, intra cujus tamen ambitum, quem metatorem decempeda dividere ac metiri poſſe non negant; finitus hicce mundus infinitis modis agitari & circumferri queat. Ego vero nihil in his eſſe diſputationibus arbitror, quod pro explorate percepto & cognito haberi queat, praeter hoc unum: Quantacumque ſit finiti hujus orbis magnitudo & moles, poſſe tamen Deum, cujus potentia nullis circumſcripta terminis eſt, eam infinite augere, corporaque ſemper corporibus addere; aut: Ne ipſum quidem Deum mundum ita dilatare & amplificare poſſe, ut immenſa ejus virtus & potentia fines ejus longius proferre (*x*) nequeat. Fallor ego, aut qui multa nobis de infinito narrant ſpatio, hanc Dei potentiam magnitudinem corpoream infinite aut indefinite amplificandi cum ipſa infinitate re vera exſiſtente temere confuderunt. Verum ex eo, quod magnitudo corporei hujus mundi ſine fine & modo augeri & dilatari

a

μηδὲν ἔξω, ἀλλ' ὃ ἀεί τι ἔξω ἐστὶ, τοῦτο ἄπειρόν ἐστι. *Non enim, cujus nihil extra eſt, ſed cujus ſemper aliquid extra eſt, infinitum eſt.*

(*x*) *Nequeat*] Subtiliſſimam hic tangit quaeſtionem vir doctiſſimus, quae ut omnia alia, quae de infinito inter philoſophos diſputantur, infinitis implicata eſt difficultatibus: utrum Deus, cujus interminata eſt potentia, magnitudinem queat infinitam creare? Nobis quid de ea ſimilibusque videatur, paullo poſt exponetur, ubi ad finem venum erit totius de infinito diſputationis.

Digitized by Google

a Deo poteſt, nullo modo probare licet, fieri poſſe etiam, ut mundus reapſe immenſus & infinitus ſit, id eſt, tam vaſtus, ut nihil amplius ad ejus magnitudinem accedere queat. Igitur, quod de numero paullo ante pronuntiavimus, nullum eſſe numerum vere infinitum, idem etiam de corporea magnitudine ſtatuendum eſſe ducimus. Nulla eſt omnino interminata moles. Finge, mundum longe eſſe ampliorem, atque vulgus cenſet Aſtronomorum, qui eum orbe ſtellifero, non ſecus ac extremo vallo, ſeptum eſſe contendunt; numquam tamen abſolute infinitus fiet, numquam terminorum erit expers, numquam denique is erit, quem immenſa Dei virtus proferre & dilatare nequeat. Poſtremo temporis etiam aut durationis cum ſucceſſione conjunctae repudiamus infinitatem, omnemque *aeternitatem temporalem*, quam ſibi fingunt multi, initio carentem nullam eſſe, confirmamus Etenim ſi talis eſſet aeternitas, non modo reapſe quaedam eſſet infinitas numeri, immo plus aliquid etiam, quam infinitas numerorum, verum etiam ſemper infinitas fuiſſet praeteriti temporis, & talis quidem, quae numquam praeſens fuiſſet. Atqui omnia praeterlapſi temporis momenta praeſentia fuerint aliquando, neceſſe eſt. Quod ſi ita eſt, id inde conficitur, reliqua omnia, excepto uno momento, futura fuiſſe. Hoc autem aſſumto, id conſentaneum erit, ut fateamur, exſtitiſſe primum quoddam momentum ſeu initium temporis. Ipſa igitur ratione magiſtra & duce decernimus, neque mundum neque tempus ipſum ab infinito jam exſtitiſſe tempore, aut ſine ullo exordio (y) aeternum eſſe.

§. XVIII. Verum hic fortaſſis magnum aliquid ſeſe adeptos eſſe, homines Deo inimici ſperabunt, quo ad eum de medio tollendum commode uti queant. *Nonne*, dicent, *qui aeternitatem mundi ſic tollunt, eadem opera etiam mundi conditoris aeternitatem tollunt? Quod ſi enim tempus aeternum non eſt, quomodo aut Deus, aut ulla res alia aeterna eſſe poterit?* Scilicet hoc eſſe ratum atque definitum cenſet perverſa
765 factio haec, Deum nullo alio modo, quam ſuccedente ſibi quadam infiniti temporis fluxione aeternum eſſe poſſe. Ego vero tantum his, quae diſputavi adhuc, arrogo, ut magnum inde atque validum naſci argumentum aſſeverem ad Deum omni injuria liberandum, qua ab his afficitur. Etenim ſi nec mundus, nec ipſum tempus perpetuo exſtiterunt, ſed coeperunt aliquando, hoc non poteſt non inde conſequi, utrumque ab alia quadam natura, quae tempus ipſum anteceſſerit, nec ullam temporis continuationem adjunctam habeat, productum & genitum eſſe. Talis, haec ſi vera ſunt, quae diximus, antequam tempus naſceretur, mens oportet exſtiterit, quae labentem illam temporum mutuo ſeſe excipientium ſeriem prorſus ignoret, idque, quod nos tempus praeteritum, praeſens, & futurum nominamus, ſtabili ac immutabili naturae ſuae perfectione ſimul contineat & complectatur. Juvat paullo alia quoque forma hanc argumentationem proponere. Eſſe naturam quamdam, quae ab infinito tempore exſtiterit, nec aliquando eſſe coeperit, id vero nullam habet controverſiam. Verum hoc ipſum, ex infinito tem-

(y) *Aeternum eſſe*] Vehementer haec omnia recedere videntur ab iis decretis, quae de infinito vulgo inter philoſophos recepta ſunt. Quamobrem dudum in *Jo. Clerici*, viri doctiſſimi, reprehenſionem incurrit *Cudworthus*, cujus in hanc de natura infiniti diſputationem animadverſiones leguntur *Biblioth. choiſ. Tom.* V. *p.* 48. *ſ.* Exponam ego, ſi modo potero, paullo poſt dilucide, quemadmodum de perdifficili & perobſcura quaeſtione hac exiſtimem ſentiendum eſſe.

(z) *Imminet*] Et haec de aeternitate Dei controverſia: utrum ſtabilis ea ſit & omnis expers ſucceſſionis, an vero temporum in ſe differentias habeat? ex illis eſt quaeſtionibus, quibus multum diſ-

Digitized by Google

tempore esse, ejus est generis, ut neque in mundum, neque in motum, neque in tempus, nec in ullam denique rem aliam, quae cum tempore procedit, cadere queat. Itaque non possumus, quin aliam esse fateamur naturam infinitatis hujus participem, a qua omnis continuatio abest temporis, quae non fluit, nec labitur, quae denique stabilitate gaudet & constantia singulari. Si qua ratione homines a Deo averti nostram hanc convellere audebunt argumentationem, certe risum edent unice, atque tenuem, qua pollent, ingenii vim in hoc exercebunt exagitando, quod nos stare aliquid, nec ullo modo fluere, & tamen ab aeterno esse decernimus. Quasi vero stans illa, nec fluens aut decurrens Dei aeternitas, quam tot magni ponderis rationibus veteres & germani supremi Numinis vindices communiverunt, nihil esset aliud, quam breve quoddam temporis momentum, quod consistit, aut quasi rerum omnium, cujuscumque sint generis, duratio nostrae similis esset durationi. Talis sit oportet uniuscujusque rei duratio, qualis indoles est ac natura ejus. Quapropter illarum rerum, quarum imperfecta natura fluminis instar decurrit, perpetuisque motibus & vicissitudinibus agitatur, duratio fieri non potest, quin succedens etiam, praeteriens, & fluens sit. Semper hae naturae ac perpetuo ex praeterito tempore in praesens descendunt, semper futurum spectant, semper denique eventurum sibi esse aliquid, quod nondum adest, sed appropinquat, vel sperant, vel metuunt. Verum id, quod stabili gaudet & immutabili natura, quod idem semper manet, & necessario exsistit, ejus quoque duratio stabilis esse debet, nec mutationibus ullis obnoxia. Numquam illud ejus, quod habet ac possidet, amittit aliquid vel relinquit; numquam, ut consequatur aliquid, cujus nondum compos est, procedere pergit; denique, uti nullum habuit initium, ita nec exitus & finis ulla ei ratione (*z*) imminet.

§. XIX. His positis, quidnam de iis habendum sit, liquet, qui nostra aetate, quo Deum tanto felicius tollant, infinitatem omnem respuunt. Nihil esse clamat factio haec infinitum, nec duratione, nec alio modo: quo sumto, Deum postea nullum esse conficit. Rationem opinionis hujus hanc unam afferunt, quod nec infiniti imaginem animo informare, nec naturam ejus omni ex parte comprehendere nobis liceat: quod quidem argumento esse ajunt, vocabula *infinitus* & *aeternus* reapse nihil significare, sed aut notas tantum esse ignorantiae & imbecillitatis nostrae, quae obsistat, ne, quando & quomodo inceperit illud, quod aeternum dicitur, intelligamus; aut vero signa stuporis & amentiae, quae humanas mentes obsidet impellitque, ut, quae monstra formido & ingenii fertilitas finxerunt & 766
pepererunt, sine ratione & intelligentia revereantur; aut denique indicia, cogitationes nostras sine fine & modo adicendere ac regredi perpetuo solere. In quo tamen, id quod ingens est cum stultitiae hujus turbae, tum impudentiae documentum, semet ipsos aperte refellunt, quum saepenumero materiam & motum infinita esse & aeterna fateri (*a*) non verentur. Nos vero, quanta Mathematicorum ratio

difficultatis adjunctum est. Plerique hodie Theologi cum *Cudworthio* sentiunt, qui praeeuntes totam fere Platonicorum familiam habent, maximique nominis ex antiquioribus doctores. At quum aeternitas res omni potior sit comprehensione ac intelligentia, non mirum est, esse alios, eosque nec infimi ordinis viros, nec ceteroquin in perfectiones divinas injuriosos, qui hanc sese negant intelligere aeternitatis notionem. Erit mihi, ut opinor, etiam hac de re non nihil infra dicendi locus.

(*a*) *Non verentur*] Fallor, aut hoc ipsum, quod hic observat vir doctissimus, Atheos saepenumero do materiae atque motus aeternitate verba fa-

tio poteſt, perſpicuitate planum fecimus, eſſe re vera aliquid duratione infinitum ſeu aeternum. Neque illud aut inſcitiae noſtrae commentum eſt, aut ſuperſtitionis, qua imbuti ſumus, progenies, aut vana denique animorum noſtrorum in infinitum progreſſio, quae infinitum tamen numquam aſſequitur, ſed reapſe certum aliquid & definitum, id nimirum, quod numquam non eſt, aut quod initio careret. Hanc praeterea infinitatem ſeu aeternitatem initii expertem nulli convenire rei poſſe, demonſtravimus, quae ſic exſiſtit, ut cum tempore procedat & eſſe pergat. Quamobrem confidenter contra impios Dei adverſarios concludimus, neque materiam & motum, neque rerum naturam, quam conſpicimus, ejus participem eſſe poſſe, ſed unice perfectam quamdam nec mutabilem naturam, quae ſine ulla progreſſione duret, id eſt, Deum. Juvat ſummatim omnia complecti genera, quae expoſuimus. Negamus, *infinitum* & *aeternum* vocabula eſſe, quae nullam veram rei alicujus proprietatem denotent: negamus, haec vocabula meros eſſe ſonos, quos aſſentandi ſtudium aut coeca quaedam & inanis religio ac metus, id eſt, error, homines docuerint: e contrario pugnamus, indicari illis ejusmodi perfectiones, quarum aeque certa & firma eſt veritas, atque rei ullius, quam philoſophi minime dubiam & veram eſſe judicant. Poſtremo has in unum Deum cadere proprietates contendimus. Nos quidem, qui certis concluſi ſumus terminis & finibus, neque hujus infinitatis & aeternitatis, neque Dei ipſius naturam & indolem ex toto comprehendimus & conſequimur. At nihilo tamen minus, quoniam certis nobis argumentis declarare ac probare licet, infinitatem iſtam alicui rei propriam eſſe, & tali quidem naturae, quae abſolute perfecta ſit & immutabilis, id conſtat certiſſime, aliquam ejus animo nos informare notionem ac ſpeciem

facere, in eam ipſum inducere cogitationem potuiſſet, neminem umquam ex hoc grege tam ridiculum & veſanum fuiſſe, ut omnem tolleret infinitatem, & Deum ea de cauſſa nullum eſſe, quia nihil infinitum eſt, decerneret. Eſt, non ignoro, in eorum animis, qui cum ipſo ſibi Deo confligendum eſſe ducunt, incredibilis non raro inſcitia, quae, ut rotunda quadratis miſceant, & ea ſimul ſuſcipiant, quorum univerſa diſtat ratio, efficit. Sed aegre mihi perſuadeo, aliquem, niſi qui omnis jacturam fecerit intelligentiae, eo pervenille ſtultitiae, ut id ipſum oppugnaret ac everteret, quod in primis ipſemet opinionis ſuae fundamentis ponit. Nihil habet ſanctius, ut ex multis unum ſumam, Atheorum grex hoc ſcito: *Ex nihilo nihil fit.* At ſi nihil eſt infinitum, hoc quidem decretum, quomodocumque demum intelligatur, puerile prorſus & ineptum erit. Sed ſingamus nihilominus, ita ſui aliquem aliquando fuiſſe oblitum, ut hoc argumento Deum invaderet: *Nihil infinitum eſt: ergo Deus nullus eſt*; quid homini huic reſpondebimus? Num longa diſputatione opus erit, ut eſſe omnino aliquid infinitum ei perſuadeamus? Vix putem. Nam qui tantum ab animo ſuo impetrare potuit, ut infinitatem omnem rejiceret, is ab eodem facile impetrabit, ut omnia, quae in contrarium partem diſputantur, ſophismata eſſe atque captiones pronuntiet. Quo ſubtilius nos rationem adverſus eum inſtituemus, eo magis ſibi cavebit, & ubique inſidias ſibi ſtrui ſuſpicabitur. Breviorem igitur viam inibimus, ut arbitror, quo hominem, ſi modo ſalis adhuc habet aliquid, compeſcamus, & ſtultitiae convincamus. Fac, nihil eſſe infinitum: non pugnabimus. Quid vero inde? Ergo Deus eſt nullus? Nugae! Quaſi vero id ſtatim nullum eſſet, cujus ſibi notionem effingunt homines a vero alienam. Ferenda eſſet quodammodo haec ratiocinatio, ſi ita inſtitueretur: Nullum eſt infinitum: ergo nec illa natura, quae Deus dicitur, infinita eſt. At qui ſic rationem concludit: Deus non eſt, quia nihil infinitum eſt, is aeque diſputat ſcienter & pulcre, atque is, qui hoc modo argumentatur: Nullus eſt talis cacodaemon, qualis a pictoribus depingitur: ergo nullus omnino cacodaemon eſt.

(*b*) *Auctor*] Recte mentem ac ſententiam *Hobbeſii* hic expreſſerit, an vero diſputandi fervore abripi ſeſe paſſus ſit vir doctiſſimus, viderint aequi & conſiderati judices. Ego ipſa philoſophi verba deſcribam, in quae digitum ſine dubio hic intendit *Cudworthus*, ex *Leviathanis Cap.* 3. *p.* 12. *Animus humanus imaginem infinitae magnitudinis capere non poteſt, neque concipere infinitam velocitatem, infinitam vim, infinitum tempus, aut* INFINITAM

ciem poſſe. Sed, quam nunc inſtituemus, de infinita potentia diſputatio, ea infinitae hujus aeternitatis notionem multo amplius nobis illuſtrabit & aperiet.

§. XX. Solent nimirum illi, qui Deum ferre nolunt, infinitae in primis potentiae ejus bellum movere, utpote quam pariter a quopiam intelligi poſſe negant, remque idcirco contendunt eſſe commentitiam & humani ingenii ſomnium & ludibrium. Exſtitit non ita pridem hujus generis (*b*) auctor, qui publice auſus eſt decernere: Quum nemo unus intelligat & conſequatur, quid ſit potentia interminata, ideo nihil eam eſſe, quam vocabulum, quod perterrefactae mortalium mentes excogitaverint ad illam naturam honorandam, quam ſibi obſervandam & colendam eſſe, ſtolide antea & ſine ulla ratione conſtituiſſent: rem autem, in quam nomen illud conveniat, nusquam omnino reperiri. Atque hic, fateor, nulla eſt inter eos, qui antiqua memoria cum Deo certamen inierunt, & qui idem recentius fecerunt, diſcordia. Nam quod ex *Lucretii*, quos antea protulimus, intelligitur verſibus, nihil diligentius inculcabant veteres religionum oſores, quam hoc, omnem potentiam finitam eſſe, nec eſſe aliquid, quod infinito robore ac virtute valeat. [67]

§. XXI. Ergo huic generi ut occurramus, hoc primum animadverti volumus, religionum ipſiusque Dei hoſtes infinitae hujus potentiae, quam Deo amici ejus adſcribunt, notionem aut perperam ſemper intellexiſſe, aut ſtudioſe, quo nihil fingi poſſe amentius & ineptius perſuaderent aliis, corrupiſſe ac adulteraſſe. Namque ſic de ea loqui ſolent, ac ſi nos, qui pro Deo verba facimus, poſſe eum exiſti-

TAM POTENTIAM. *Itaque nomen non uſurpatur, ut illum concipiamus, (eſt enim incomprehenſibilis, & magnitudo* POTENTIAQUE *ejus* INCONCEPTIBILIS) *ſed ut honoremus.* Interjectis paucis verbis, ita pergit: *Nemo concipere aliquid poteſt, niſi ut in loco, & finita aliqua magnitudine praeditum, & diviſibile in partes; neque aliquid eſſe totum in uno loco, & totum in altero, tempore eodem: neque duas vel plures res eodem tempore eſſe poſſe in eodem loco. Nihil enim horum fuere aut eſſe potuere in ſenſione: Sed ſunt orationes inſignificantes admiſſae propter auctoritate quorundam philoſophorum errantium vel ſcholaſticorum faſtentium.* Videtur ſibi perſuaſiſſe *Cudworthus*, poſtrema *Hobbeſii* verba ad *infinitam* quoque *potentiam* eſſe referenda, ideoque *potentiam infinitam* in orationibus illis, quas *inſignificantes* vocat, ab eo eſſe numeratam. Atque in hanc ſecum ſententiam vener. *Buddeum* abduxit, qui *Theſ. de Atheismo & ſuperſtit. Cap. 5. p. 516. infinitam durationem & infinitam potentiam inter voces nihil ſignificantes* ab *Hobbeſio relatam eſſe*, diſerte ſcriptum reliquit. Verum purgat *Hobbeſium*, ut de iis nihil dicam, quae jam antea monui, ſeries & contextus orationis, ex quo ſine ulla patet controverſia, *inſignificantes orationes* eorum tantum dicta ipſi vocari, qui *aliquid eſſe totum in uno loco, & totum in altero, tempore eodem*, dicant, aut qui *concipere ſeſe aliquid* perhibeant, *quod nec in loco ſit, nec magnitudine finita praeditum.* Non igitur *potentiam infinitam* decernit vocabulum eſſe, quod nihil ſignificat, ſed eorum ſermonem, qui concipere ſeſe dicant aut animo comprehendere *magnitudinem infinitam*, aut *rem unam eodem tempore multis in locis eſſe* ſtatuant, iis connumerat orationibus, quibus nihil, niſi ſtrepitus, ſubeſt. Quod ſi ea eſſet *Hobbeſio* ſententia, quam hic tributam ipſi videmus a *Cudworthio*, *omnipotentiaque* divina penitus ab eo rejiceretur, a ſemet ipſo diſſentiret, quum alio loco inter virtutes divinas omnipotentiam ſecundo ſtatim loco ponat. Etenim *Leviathan. Cap. 31. p. 170.* ita diſſerit: *Inter attributa, quae Deo debita eſſe lumine naturali intelligimus, primum eſt exiſtentia: Secundum eſt* OMNIPOTENTIA, *& quod omnium rerum conditor eſt & rector. Qui dicunt ergo, mundum aeternum eſſe, Deum non honorant, quantum poſſunt: neque illi, qui Deum rerum humanarum curam habere negant. Tertium*, ita pergit, *Deum non honorant, quantum poſſunt, qui* FINITUM *eſſe dicunt:* FINITO *enim addi poteſt*, & quae ſequuntur. Ad ſpeciem fortaſſis haec eſſe ſcripta & ad circumveniendos lectores, dicet aliquis. Ego vero, factum hocce ſit, nec ne, praeter Deum, certo ſcire poſſe neminem, reſpondebo. Nos ex verbis ſen-

ſtimaremus facere, quaecumque modo velit, resque etiam, quae mutuo ſeſe tollunt, virtute ſua ſociare & conjungere. Exſtitit non ita pridem (*c*) homo ab omni pietate averſus, qui, tametſi videri vellet pro infinita Dei potentia pugnare, re vera tamen in contemtionem eam & irrilionem adduxit hominum, quum mordaci uſus ironia, *Deum* diceret *infinita potentia ſua perficere poſſe, ut haec arbor ſyllogismus evadat.* Pueri quidem tam inficetis & ſtultis immenſam virtutem Dei cogitationibus interdum contaminant. Quorum certe imbecillitatem & deliratio-
168 nem aemulari minime decebat *Renat.* (*d*) *Carteſium*, philoſophum ceteroquin ſubtilem & peracutum. Namque is res omnes praecipit, cujuscumque demum ſint naturae ac generis, ipſam quoque boni & mali, veri falſique naturam libera Dei voluntate ac potentia unice regi, Deumque, ſi quidem libuiſſet ei, decernere potuiſſe, exempli gratia, ut nec bis bina quatuor eſſent, nec tres anguli trianguli plani aequales eſſent duobus angulis rectis. Quamquam hoc tamen addit, omnes res illas, ſi Dei ſemel decreto conſtitutae ſint, immutabiles deinde fieri, non quidem, ut ego mentem philoſophi interpretor, in ſe aut ad Deum relatas, verum ratione noſtrum habita. Nullus umquam veterum philoſophorum decrevit aliquid, quod mirabile magis & inopinatum, nihil, quod inſipientius & ab omni ratione remotius ſit. Neque arbitror, ſi quis invidiam conflare ſtuderet *Carteſio*, & in eam alios inducere opinionem vellet, philoſophum hunc, tametſi Deum eſſe nova ratione demonſtrare voluerit, inſidioſe tamen & veluti cuniculis Deum & religionem oppugnaſſe, in omnibus ejus libris, quod valeret magis ad hoc perſuadendum, praeter hoc ipſum, aliquid reperturum eſſe. Etenim is Deum reapſe tollit, qui virtutes ejus ita inter ſe committit, ut una conſumat & abſorbeat veluti

ſenſus aeſtimamus hominum: Deus vero, num verbis reſpondeat animus, unus novit omnium.

(*c*) *Homo*] Hic quisnam ſit, expiſcari mihi haud licuit. Similia eſſe a nonnullis ex eorum genere dicta, qui Deum & religionem deſpiciunt, non ignoro.

(*d*) *Carteſium*] Is in *Reſponſ. ad Objectiones ſextas*, quae *Meditat.* ejus *metaphyſicis* ſubjectae ſunt §. 6. *p.* 160. *ed. Amſtelod.* 1685. in 4. ita loquitur: *Repugnat, Dei voluntatem non fuiſſe ab aeterno indifferentem ad omnia, quae facta ſunt, aut unquam fient, quia nullum bonum, vel verum, nullumve credendum, vel faciendum, vel omittendum fingi poteſt, cujus idea in intellectu divino prius fuerit, quam ejus voluntas ſe determinarit ad efficiendum, ut id tale eſſet. Neque hic loquor de prioritate temporis, ſed ne quidem prius fuit ordine, vel natura, vel ratione ratiocinata, ut vocant, ita ſcilicet, ut iſta boni idea impulerit Deum ad unum potius, quam aliud, eligendum. Nempe, exempli cauſſa, non ideo voluit mundum creare in tempore, quia vidit, melius ſic fore, quam ſi creaſſet ab aeterno; nec voluit tres angulos trianguli aequales eſſe duobus rectis, quia cognovit, aliter fieri non poſſe. Sed contra, quia voluit mundum creare in tempore, ideo ſic melius eſt, quam ſi creatus fuiſſet ab aeterno: & quia voluit, tres angulos trianguli neceſſario aequales eſſe duobus rectis, idcirco jam hoc verum eſt, & fieri aliter non poteſt: atque ita de reliquis.* Paullo poſt §. 8. *p.* 163. haec addit: *Nec opus eſt quaerere, qua ratione Deus potuiſſet ab aeterno facere, ut non fuiſſet verum, bis quatuor eſſe octo, &c. fateor enim, id a nobis intelligi non poſſe. Conf. Epiſtolar. Tom.* I. *Ep.* CX. *p.* 351. & *Ep.* CXV. *p.* 372. item *Tom.* II. *Ep.* VI. *p.* 21. *ed. Amſtelod.* 1682. 4. Sunt, qui ſuſpicantur, viri doctiſſimi, hanc ideo in opinionem *Carteſium* ingreſſum eſſe, ne id, quod *Tranſſubſtantiationem* Romani Pontificis aſſectatores vocant, decretis ſuis tollere videretur. Vid. *Jo. Clerici Ontologia Cap.* 4. §. 8. *p.* 351. & *Cap.* 14. §. 11. *p.* 406. Nec hi male, ut opinor, conjecerunt. Nihilo tamen minus non ita pridem viri exſtiterunt magni, qui *Carteſium* aliis locis ſenſiſſe rectius, *Meditatione* ſigillatim *quinta Metaphyſ. p.* 31. clare profeſſum eſſe, *naturas rerum aeternas & immutabiles eſſe*, ut honori tanti viri quodammodo conſulerent, animadvertere nos juſſerunt. Hoc ſi ita ſeſe haberet, ſecum ipſo *Carteſius* pugnaſſet, eorumque opinionem, qui ſectae eum ſtudio impulſum fuiſſe volunt, ut ſecus locis illis, quos indicavimus, doceret, aperte ni-

Digitized by Google

uti alteram, infinitaque voluntas & potentia infinitam intelligentiam & ſapientiam exſtinguat. Deum ſciſcere neque ſapere, neque intelligere, niſi per voluntatem ſuam, id vero eſt, Deo omnem ſapientiam & intelligentiam adimere. Itaque nemo noſtrum tam eſt veri negligens, aut a ratione relictus, Dei ut confirmet tam immenſam vim ac potentiam eſſe, ut pro lubitu rerum naturas, quae ſub intelligentiam & rationem noſtram unice cadunt, deſtruere aut mutare queat. Quod quidem ſi ſtatueremus, id credere noſtros juberemus, tanta ſummum Numen vi ac potentia praeditum eſſe, ut, ſi modo velit, ſuam ipſius ſapientiam & prudentiam, quae potentiae ejus unica eſt norma & regula, delere & exſtinguere, aut vero fallere ac decipere queat. Ergo valeant, qui Deum, quoniam infinite potens eſt, efficere poſſe decernunt, ut bis bina non ſint quatuor, aut ex arbore fiat argumentatio. Nos id unum profitemur, tam immenſam Dei eſſe vim & potentiam, ut omnia, quae fieri poſſunt, facere valeat, id eſt, omnia, quae concipi poſſunt, neque tota natura & univerſo genere differunt. Namque id, quod fieri poteſt, re vera idem eſt, quod id, quod concipi animo & comprehendi poteſt. Vetus vero eſt haec & ab antiquiſſimis temporibus ducta opinio, quam non Chriſtiani modo tenuerunt, verum etiam ipſi vetetes gentium Theologi, ut- 769
pote qui eum infinite potentem demum dicendum eſſe decreverunt, qui cuncta valeat perficere, praeter ea, quae fieri nequeunt, aut quorum ita pugnat inter ſe natura, ut alterum ſalvo altero manere nequeat. Docet id *Agathonis*, quod ex (*e*) *Ariſtotele* protulimus alio loco, pronuntiatum, quo in Dei poteſtate ſita eſſe praecipit omnia, ſi hoc unum demas, facta, ut infecta ſint, reddere, & quae huic paria ſunt. Infinita igitur potentia quum nihil ſit aliud, quam virtus faciendi omnia,

nimis confirmaſſet. Verum *Meditatione* ejus *quinta* diligenter & attente lecta, minime deprehendi, *Carteſium* in ea a ſe ipſo aut ab illis diſſidere locis, quibus *mutabiles* ſtatuit eſſe *rerum naturas*. Quamvis enim naturas rerum ibi *veras*, *aeternas*, & *immutabiles* eſſe ſciſcat; hoc tamen non Dei ratione intelligi vult, ſed reſpectu tantum hominum, in quorum poteſtate negat eſſe poſitum, alias ſibi rerum formas & eſſentias animo fingere, atque ſemel a Deo factae atque conſtitutae ſunt. Sunt ex mente *Carteſii* naturae rerum aeternae & immutabiles, quia Deus tales eas ex omni aeternitate eſſe voluit, quales nunc ſunt; non vero tales ſunt, ſi potentiam ſpectemus ejus, quae tanta eſt, ut eas mutare valeat. Ceterum dogma hoc *Carteſii*, quod ex ejus diſcipulis alii rejecerunt, alii approbarunt, tam perturbate ac confuſe ab his plerumque explicatur, ut ipſi neſciviſſe, quid ſibi vellent, auctores ejus videantur. Nec id valde mirum eſt: quum ex eorum illud ſit genere, quorum ſtatim apparet falſitas, ſimulatque verbis perſpicuis & claris explicantur.

(*e*) *Ariſtotele*] *Lib.* VI. *ad Nicomach. Cap.* 2. *p.* 98. *Tom.* III. *Opp.* Τὸ δὲ γενέσθαι ἐπ᾽ ἐνδέχεται μὴ γενῆναι· καὶ ἀγαθῶν ἀγαθόν.

Μόνον γὰρ οὐτὲ τῷ Θεῷ ὑπάρχειν,
Ἀγένητα ποιεῖν, ἅπερ ἂν ἤ πεπραγμένα.

Quod factum eſt autem, ut ſit infectum, fieri non poteſt. Itaque Agatho:

Hoc namque dumtaxat negatum etiam Deo eſt,
Quae facta ſunt, infecta poſſe reddere.

Adde luculentum *Celſi* locum apud *Origenem Libr.* V. *contra Celſum p.* 240. quo cum ea, quae ſanctitati adverſantur, tum quae naturae rerum repugnant, Deum facere non poſſe, diſerte perhibet: ἀλλ᾽ οὔτε γε τὰ αἰσχρὰ ὁ Θεὸς δύναται, οὐδὲ τὰ παρὰ φύσιν βούλεται. *Certe Deus nec turpia poteſt, nec vult ea, quae naturae ſunt contraria.* Quae τὰ παρὰ φύσιν vocat *Celſus*, illa ſunt, quae repugnantia ſeu contradictoria vocant alii. *Origenes* hanc approbat ipſe & ab omnibus approbari ſcribit Chriſtianis *Celſi* ſententiam *p.* 246. 247. Chriſtianos ait inter alia, quum Deum dicant poſſe omnia, excipere tamen ſemper τὰ ἀνύπαρκτα & ἀδιάπτωτα. Prius vocabulum interpres reddit: *Non exiſtentia* Obſcure. Rectius: *Quae fieri nequeunt.*

omnia, quae intelligi possunt, graviter illi in sanam rationem peccant, qui potentiam ea tantum perficiendi, quae intelligi possunt, rem esse contendunt, quam nemo unus intelligere (*f*) valeat.

771 §. XXII. Sed quum homines videam a Deo & cultu Dei alienos nihil infinitate portentosius & horribilius ducere, faciam nunc, ut ad se redeant, ideoque infinitati terribilem illam larvam, quae tantum in animos eorum potest, ut exhorre-

(*f*) *Valeat*] Praeclare hic & erudite adversus *Cartesium* vir egregius illosque disputat ex ejus discipulis, qui pie sibi ac magnifice de Deo sentire videntur, quum efficere eum posse, ut quae toto genere diversa sunt, simul tamen vera sint, affirmant.. At quod opinatur, principem fere & auctorem sententiae hujus *Cartesium* esse, ante quem cum Christianis, tum ceteris philosophis ea inaudita fuerit, id ne verum esse credam, maximis prohibeor auctoritatibus. · Consentientem tamen hic habet non contemnendum philosophum, *Gerh. de Vries*, qui in *Philosophematis miscellaneis*, quae *Exercitationibus* suis *rationalibus de Deo divinisque perfectionibus*, *Trajecti* 1685. 4. *editis*, subjecit, *Dissert. de contradictor. Deo possibilibus* §. 1. *p.* 336. neminem unum ante *Cartesium* tam absurde docuisse, confidenter asseverat, si ab uno *Valent. Weigelio*, fanatico homine, discedatur, quem *Jo. Crocius* in *Anti-Weigelio Quaest.* II. *praelim. Sect.* II. III. *p.* 27. accurate repressit. *Hic*, inquit de *Cartesio*, *opinionis absurdissimae*, *quatenus hodie inter suos viget*, *est architectus.* Quamquam omnes fere ab hac parum remotos esse opinione, inde videtur constare, quod, quotiescumque de hac agunt controversia: *Deus utrum contradictoria facere possit*, *nec ne?* nullos, nisi Cartesianos, nominant, quibus hoc statuere visum sit. Vid. praeter alios, *Zachar. Grapius* in *Theologia recens controversa P.* I. *Quaest.* XXIV. *p.* 92. & *Petr. Bayle Pensées sur les Cometes P.* II. §. 114. *p.* 554. *Petr.* a *Mastricht in Gangraena novitat. Cartesianarum Sect. poster. Cap.* 9. *p.* 246. *s.* Faciam ego ut ab hac desistant sententia viri doctissimi, multosque alios, praeter *Cartesium*, idem docuisse, quibus nihil cum eo commune fuit, cognoscant. Omittam autem ex hoc ordine eos, quorum ingens est numerus, qui Deum *impossibilia facere posse* scriptum reliquerunt: cujus quidem argumenti locos ex antiquis auctoribus *Dion. Petavius* collegit *Dogmat. theolog. Tom.* I. *Lib.* V. *de Deo Cap.* 7. §. 6. *p.* 223. Commode enim haec dicta de iis rebus accipi possunt, quae nobis fieri non posse videntur, aut quae ratione nostri sunt *impossibilia*; nec necesse est, ut de illis, quae per se fieri nequeunt; aut in se sunt *impossibilia*, intelligantur. Neque etiam huc illos referam, qui Deum *omnia posse*, *nisi mentiri*, perhibuerunt: quod *Clementis Romani* pronuntiatum est *Ep.* I. *ad Corinth. Cap.* 27. *p.* 164. *Tom.* I. *PP. Apostol.* a multis post sanctum hunce virum repetitum. Lubricum enim nimis esse arbitror, ex generalioribus ejusmodi verbis sententiam alicujus aestimare, quae fortassis apte declararet, si viveret, is, a quo profecta sunt. Principem ex antiquioribus Christianorum Theologis opinionis hujus auctorem *Tertullianum* sistam, qui *Libro adv. Praxeam Cap.* 10. *p.* 351. perspicue profitetur, in potestate Dei positum esse, ut semet ipsum sibi filium faciat, id est, ut Deus & pater simul & filius sit: id quod *contradictorium* esse, omnes statim intelligunt. *Monarchiani*, adversus quos ibi disputat *Tertullianus*, ab infinita potentia divina argumentum hoc duxerant, quo caussam suam ornarent: *Nihil Deo difficile.* —— *Ergo difficile non fuit Deo*, *ipsum se & patrem & filium facere*, *adversus traditam formam rebus humanis.* Hunc ut nodum dissolvat *Tertullianus*, primum nihil esse Deo difficile concedit: at deinde Deum non omnia facere, quaecumque potest facere, subjicit: *Non autem*, inquit, *quia omnia potest facere*, *ideoque credendum est*, *illum fecisse.* Ergo nihil obstare fatetur, quo minus id verum sit, quod Monarchiani dixerant, *posse Deum se & patrem & filium facere*: negat autem, Deum id facere voluisse. Idque clarissime ex his verbis apparet, quibus disputationem suam contra hanc rationem terminat: *Hac ratione erit aliquid & difficile Deo*, *id scilicet*, *quodcumque non fecerit*, *non quia non potuerit*, *sed quia noluerit.* —— *Ergo quia si voluit semet ipsum sibi filium facere*, *potuit*, *& quia*, *si potuit*, *fecit*, *tunc probabis*, *illum & potuisse & voluisse*, *si probaveris*, *illum fecisse.* Qui tantam esse sibi persuadet divinam potentiam, ut semet ipsum Deus gignere atque ex omni aeternitate procreare potuerit, is eadem facilitate credet, effici posse a Deo, ut triangulum simul quadratum, & mons simul vallis sit. Post *Tertullianum*, qui tam audacter de eo, quod Deus potest, decerneret, nemo mihi obtigit ante illam aetatem, qua *Paschasius Radbertus* conversionem illam panis & vini in corpus & sanguinem Servatoris nostri, quam *Transsubstantiationem* vulgo nominant, evidentius, quam factum fuerat antea, tuebatur. Hoc enim dogma salvum esse nequit, nisi Deum perficere posse constituamus, ut ea simul vera sint, quae per ipsam rerum naturam vera simul esse nequeunt, ut, verbi

reſcant ſtatim, vocabulo hoc audito, detraham. Sic igitur ſtatuo: Infinitatem nihil eſſe re vera, quam *perfectionem.* Infinita enim cognitio & ſapientia idem eſt omnino, quod abſoluta & perfecta cognitio, cui nec deeſt aliquid, nec ignorantiae quaedam pars adjuncta eſt, ſeu notitia omnium illorum, quae cognoſci poſſunt & intelligi. Similiter quid infinita eſt potentia, nili potentia perfectiſſima, in qua nihil eſt debilitatis & impotentiae, ſeu virtus omnia faciendi, quae fieri per rerum naturam poſſunt, id eſt, omnia, quae concipi poſſunt? Quidquid infinitae in-

bi cauſſa, *accidentia* maneant, ſublata *ſubſtantia*, id eſt, ut, nihilum quod eſt, id exſiſtat tamen, nec exſiſtat tantum, ſed & longum, latum, humidum, rotundum, dulce, grave, durum ſit, & multa hujus generis alia, quae Theologorum Anglorum acutiſſimus, *Guil. Chillingworthus*, ingeniosiſſime omnium enumeravit libro notiſſimo, *La Religion proteſtante une voye ſure au ſalut*, *Tom.* II. *Cap.* 4. *p.* 277. *ſ.* Quamobrem cum ipſe *Paſchaſ. Radbertus* ſub exordium *Libri de ſacramento coenae Cap.* 1. tum, qui ſententiam ejus amplexi ſunt, reliqui hanc ſibi placere opinionem non obſcure profeſſi ſunt. Poſtea *Scholaſticorum*, qui dicuntur, multi libere hac de re inter ſe diſputarunt: quumque longius quotidie inter Chriſtianos ſerperet error ille de *Tranſſubſtantiatione*, quem modo notavimus, non pauci ex hac familia integrum eſſe Deo ſuos docuerunt ea facere, quae toto genere disjuncta ſunt. Atque univerſa ſchola Pariſienſis, qua nihil olim fuit celebrius, plane ad hoc ſeſe dogma adjunxit: quippe quae in maximis *Thomae Aquinatis* erroribus hoc poſuit, quod Deum non poſſe contradictoria facere aſſeveraſſet. Verba Theologorum Pariſienſium recitavit *Jo. Launojus de varia Ariſtotelis fortuna in Acad. Pariſienſi Cap.* 10. *p.* 214. 215. *Unde dicunt etiam, quod in terminis Philoſophiae & naturalibus principiis in eodem libro Cap.* 15. *erravit manifeſte, ubi declarando, qualiter Deus omnipotens dicatur quaedam non poſſe, inter alia dixit, quod Deus non poteſt facere, unum & idem eſſe & non eſſe, quod eſt, contradictoria ſimul: & poſtea ſubdit, quod contradictio in contrariis & privative oppoſitis includitur. Sequitur enim, quod ſi eſt album & nigrum, quod ſit album & non album.* Quis magnam ex ſummi nominis doctoribus turbam ante ſacrorum fuiſſe inſtaurationem dubitet, quibus idem viſum ſit, quum ea illis temporibus Theologorum Pariſientium eſſet auctoritas, ut pronuntiata eorum & decreta non ſecus ſpectarentur, ac ſi ab ipſo Deo edita eſſent? Neque hodie, niſi ſecum ipſis dimicare velint, omnes illi aliter ſentire poſſunt, qui Romani coetus de ſacra coena ſententiam probant. Quod tametſi quidam eorum, vi veritatis commoti, negant, ſolent tamen, ſimulatque paullum ab initiis ſuis diſputatio proceſſit, ſtatim ſeſe ad infinitam Dei potentiam, tamquam ad ſacram anchoram, recipere: ex quo patet, credere illos *implicite*, ut in ſcholis loqui ſolent, Deum *contradictoria* poſſe facere, licet *explicite* illud fateri nolint, ne laqueis iſtis conſtringantur, quos tendi non ignorant illis, qui ſic ſentiunt. Fueritne in noſtro coetu Theologorum aliquis, qui aperte ac ſine circuitu Dei decerneret tantam eſſe virtutem, ut ea, quae natura rerum haud patitur fieri, facere queat, non explorate mihi cognitum eſt. At ſunt aliqui, a quibus haec non nimis longe videtur abeſſe ſententia. Inter eos quidem, qui Reformati dicuntur, ſunt aliqui, qui in hoc nos omnes vitio haerere aſſeverant, qui corporis & ſanguinis *Jeſu Chriſti* veram in S. coena praeſentiam profitemur: ſed injuriam nobis a viris eruditis fieri, apertum eſt. Neque enim fieri a Deo *contradictoria* poſſe ſtatuimus; verum tanta inſidet in animis noſtris ſupremi Numinis reverentia, ut verbis ejus fidem habere nulli dubitemus, tametſi res, quam pollicetur, ex eorum eſſe nobis videatur genere, quae fieri nequeunt. Quod qui vitio nobis vertunt, illi viderint, ne ingenii ſui viribus plus aequo tribuant, eaque ſtatim in *contradictoriis* habenda eſſe opinentur, quae captus noſtri modum ſuperant. *Jo. Gerhardum*, Theologum de omni re ſacra meritiſſimum, erroris hujus ſigillatim accuſat *Petrus a Maſtricht* in *Gangraena novitat. Carteſian. p.* 267. Neque nego, aliquam ita de ſe ſuſpicandi occaſionem praebuiſſe virum egregium. Ita enim in *Locis Theolog. Tom.* I. *de natura Dei* §. 127. *p.* 274. loquitur: *Regulam illam non negamus, quod ea, quae vere contradictoria ſunt, Deus non poſſit facere*, VEL RECTIUS LOQUENDO, NON FACIAT. Cujus quidem dicti haec eſſe videtur ſententia, poſſe quidem Deum res ejusmodi facere, non facere tamen, id eſt, nolle facere: quam ſupra *Tertulliano* placuiſſe vidimus opinionem. At quum neſciam, num forte aliis in locis clarius mentem ſuam expoſuerit *Gerhardus*, nihil equidem conſtituam, ſed rem in medio relinquam. In eamdem ſuſpicionem nonnullis venit *Jo. Hülſemannus*, peracutus ceteroquin Theologus, quem decrevisse aliquando novimus: *Deum poſſe contradictoria & materialiter & formaliter.* Verum verba pro confecto habet *Jo. Herm.* ab *Elswich Notis ad Jo. Launoj. de varia fortuna Ariſtotelis p.* 215. monetque in *Vindiciis* [illegible] *riptur. Art. V. Hülſemannum* rectiſſime de potentia divina diſſeruiſſe. Aeque facile vero ab purgari queat *Bren-*

intelligentiae comprehendere licet, id virtuti etiam infinitae perficere licet, nihil vero amplius. Etenim tam late patet vis potentiae, quam vis concipiendi: quidquid autem omnem fugit intelligentiae & cognitionis vim, id nec fieri ullo modo poteſt. Poſtremo infinitas durationis ſeu aeternitas pari ratione eſt perfectio, quatenus nimirum ea neceſſitatem exſiſtendi & immutabilitatem continet & comprehendit. Quare de aeternis rebus aeque abſurdum & ineptum eſt dicere, novas fuiſſe eas aliquando, & principium habuiſſe, aut fluere eas, converti, & mutari, praeſens tempus relinquere, novique nonnihil, quo caruerint antea, ſibi acquirere, atque fatuum eſt, affirmare, fore tempus aliquando, quo exſiſtere illae ac eſſe deſinant. At nihilo tamen minus aeterna illa & perennis natura differentias praeteriti, praeſentis, & futuri temporis omnes continet, ſeu id, quod in rebus omnibus tempori alligatis prius eſt, & paullatim labitur ac ſeneſcit, poſteriusque fit, in ſe complectitur. Quocirca quum infinitas idem ſit, quod perfectio, nihil, quod naturae ſuae imperfecti aliquid admiſtum habet, exempli cauſſa, numerus, magnitudo corporea, duratio ſuccedanea, vere proprieque infinitum eſſe poteſt. Omnia haec, quae nominavimus, *mentiuntur* tantum *infinitatem*, eo quod ſemper ad ea ſine ullo modo & fine addi poteſt aliquid, nec tamen ipſam infinitatem ullo umquam modo attingere queunt & aſſequi. Paucis: Nihil vere infinitum eſt vel intelligentia, vel virtute, vel duratione, praeterquam una abſolutiſſima & perfectiſſima natura, ſanctiſſima nimirum Trinitas.

§. XXIII. Jam vero perfecti ſeu naturae perfectae notionem informatam eſſe in animis noſtris, ex imperfecti notione abunde intelligitur, qua nihil nobis eſt familiarius. Etenim perfectum modus eſt & regula imperfecti: quemadmodum linea recta menſura eſt & norma lineae obliquae, non vero haec illius. Atque ſicut lux naturali ordine ante intelligitur, quam caligo, & id, quod eſt, prius concipitur animo, quam id, quod non eſt, aut deficit; ita etiam perfectionem neceſſe eſt ante intelligamus & concipiamus, quam imperfectionem. Nec enim perfectio pro-

tius, valde dubito: qui in *Confeſſione Wurtembergica de euchariſtia*, in *Chriſt. Matth. Pfaffii Actis & ſcriptis eccleſ. Wurtemb. p.* 197. nil dubitavit ſtatuere tantam eſſe Dei potentiam, ut poſſit *ſubſtantiam panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti mutare. Credimus etiam*, inquit, *omnipotentiam Dei tantam eſſe, ut poſſit in euchariſtia ſubſtantiam panis & vini vel annihilare, vel in corpus & ſanguinem Chriſti mutare. Sed quod Deus hanc ſuam abſolutam omnipotentiam in euchariſtia exerceat, non videtur eſſe traditum.* At fortaſſis idem ſenſit vir praeſtantiſſimus, quod omnes hodie purioris ecclefiae Theologi: eo vero, quo haec ſcripſit, tempore non omnes, quas cum *Tranſubſtantiationis* dogmate conjunctas hodie videmus eſſe, conſequutiones perſpexit, nec idcirco in ſententiis, quae vere pugnantes inter ſe vocari poſſunt, illud numeravit. Fieri certe poteſt, ut aliquis rectis imbutus ſit praeceptis, & in applicatione tamen praeceptorum fallatur. Ex reformati coetus doctoribus, praeter eos, qui *Carteſium* hac in re ſequuntur, unum nunc habeo, quem hujus de potentia divina erroris fautorem jure optimo dicere poſſum, *Henr. Burtonum*, cujus exſtant *Annotationes in Epiſt. Clementis Rom. ad Corinthios*, *Lond.* 1647. editae, & a *Jo. Clerico* Latine verſae, *Patrum Apoſtolicor. Tom.* II. ſubjectae. Namque is *Tom.* II. *PP. Apoſtol. p.* 479. libere Deum ideo repugnantia non facere, quia non vult, tametſi poſſit ea facere, decernit: quam ob rem a *Jo. Clerico* caſtigatur. *Burtono* jungere liceat *Thom. Browne*, Anglum, magnae, ſed dubiae famae virum, qui *Religione Medici Part.* I. *Sect.* XXVI. *p.* 29. eandem amplectitur, vere neſcio, an ſimulate, ſententiam: *Angustis*, inquit, *nimis finibus coarctat, quisquis ſuae tantum mentis capacitate metitur divinam potentiam. Deum omnia poſſe ſtatuo. Ea, quae* CONTRADICTIONE IMPLICITA *ſunt, quo facto expedia: Deus, non aſſequor, nec tamen idcirco id eum poſſe negare auſim. —— Poſſe eum non nego, ſed nolle tantum ajo iſta, quae nos illum non omnino poſſe vulgo aſſerimus. Hoc certe civilius eſt*,

Digitized by Google

proprie eſt defectus imperfecti, ſed imperfectum inopia perfecti eſt. Varios praeterea perfectionis gradus in naturis eſſe rerum animadvertimus: eaque de cauſſa ſcalas quasdam & gradus perfectionum, quibus inter ſe naturae rerum differunt, effingimus. Res vita & anima praeditae praeſtantiores ſunt & meliores rebus ſenſu vacuis & inanimatis; res viciſſim rationis participes eas multum poſt ſe relinquunt naturas, quae ſenſu tantum valent. Unde vero hae rerum ſcalae? Ex eo ſine ulla controverſia, quod notionem rei perfectiſſimae in animis noſtris expreſſam gerimus, cum qua reliqua comparamus & contendimus omnia, in quae incidimus: quod dum facimus, quaenam res ad iſtam notionem propius accedant, quaenam vero recedant ab ea longius, intelligimus. Neque enim hic adſcenſus animi noſtri ab imperfectis ad perfectiora, qui gradatim fit, ſine termino & ſine poteſt procedere, ſed poſtremo ad rem quamdam perveniamus, neceſſe eſt, tamquam ad 772
apicem, in qua, quod deſiderare ullo modo liceat, nihil omnino ſit. Ad extremum nullo nobis modo liceret in rebus etiam perfectiſſimis, quarum nobis uſus aut cognitio in hac vita noſtra conceditur, imperfecti aliquid & vitioſi deprehendere, niſi ſpecies quaedam naturae numeris omnibus abſolutae mentibus noſtris perpetuo eſſet propoſita, quam cum eo, cui deeſt aliquid, ſecreto ſemper comparare ſolemus. Taceo, nullo pacto intelligi poſſe, quemadmodum minor quidam perfectionis gradus in ullo poſſit eſſe genere, niſi antea in eodem genere abſolute perfectum fuiſſet aliquid, unde inferior ille gradus fluxerit. Vocem certe ac ſenſum naturae in rebus illis, quae ratione ſunt praeditae, expreſſiſſe mihi (*g*) *Boëthius* videtur, haec quum in litteras referret: *Omne, quod imperfectum eſſe dicitur, id deminutione perfecti imperfectum eſſe perhibetur. Quo fit, ut, ſi in quolibet genere imperfectum quid eſſe videatur, in eo perfectum quoque aliquid eſſe, neceſſe ſit. Etenim, ſublata perfectione, unde illud, quod imperfectum perhibetur, exſtiterit, ne fingi quidem poteſt. Neque enim a diminutis inconſummatisque natura rerum cepit exordium, ſed ab integris abſolutisque procedens, in haec extrema atque effoeta dilabitur.* Sed de his alias (*h*) copioſius.

§. XXIV.

eſt, nec tamen hac in re paradoxis patrocinor. De *Weigelio* fanatico ſupra jam dictum eſt. Plures nunc in promtu non habeo, quos *Carteſio* jungere queam: ſed nec plures deſiderantur, ut verum illud eſſe appareat, quod teſtatum eſſe volui, falli eos, qui *Carteſium* aut principem dogmatis huius auctorem eſſe, aut nulli placuiſſe illud, niſi diſcipulis & amicis ejus, exiſtimant.

(*g*) *Boëthius*] *De conſolatione philoſophiae Lib.* III. *p.* 69. 70. *ed. Vallini.*

(*h*) *Copioſius*] Platonicorum hic ſententias, quas unice amabat, fideliter exprimit vir doctiſſimus. Namque hi omnes, qui naſcuntur, homines naturae perfectiſſimae formam & notionem in animis ſuis expreſſam & effictam habere, praecipiunt. Ex quorum quidem ordine *Boëthius* quoque fuit, cujus verbis vir eximius diſputationem ſuam terminat. Secus vero plerisque videtur aliis, qui ex conſideratione rerum minus perfectarum ſenſim nos adſcendere contendunt ad naturae perfectiſſimae cognitionem, negantque ideo, nos ejusmodi notionem nobiscum in orbem terrarum afferre. Quam propter cauſſam nihil mirum eſt, *Cudworthii* ſententiam paucos approbatores habuiſſe, a nonnullis etiam, & in his *Jo. Clerico*, caſtigatam eſſe, *Biblioth. choiſ. Tom.* V. *p.* 59. Ego quidnam ſtatuendum eſſe putem, ex ſequentibus obſervationibus manifeſtum erit. (I.) Ad hanc de natura infiniti diſputationem, quam adverſus Dei negatores inſtituimus, parum aut nihil intereſt, utrum *Cudworthe* accedamus, an contrariam amplectamur ſententiam. Hoc unum adverſus impiam iſtam turbam obtinere ſtudemus, neminem eſſe mortalium ſana ratione praeditum, quin fateri cogatur, exſiſtere naturam ejusmodi perfectiſſimam, unde reliqua manaverint omnia: ex quo conſequitur, reapſe naturae ejusmodi notionem, tametſi imperfectam, in omnium, qui ratione valent, hominum eſſe animis. Hoc ſi nobis dederit homo Atheus, perinde nobis erit, utrum notionem hanc nobiscum eſſe natam, an vero extrinſecus adveniſſe, & ex rerum, quibus

Digitized by Google

773 §. XXIV. Igitur quum infinitum idem ſit, quod omni ex parte perfectum & abſolutum, hujus autem in animis noſtris notio & forma inſit, illius quoque ſpeciem quamdam ut habeamus, neceſſe eſt. Ex quo etiam intelligitur, vocabulum *infinitus*, tametſi, forma ejus ſi ſpectetur, ex iis ſit, quae removent & négant aliquid, poteſtate tamen, ſi illas cogitemus res, in quas re vera cadit infinitas, affirmante gaudere, quia infinitum id eſt, quod abſolutiſſimum eſt. E contrario poteſtas verbi *finitus* negativa eſt: id enim ſignificat hoc nomen, quod alioquin *imperfectum* vocatur. Quare qui *finitum* dicit aliquid, is proprie negat, illud eſſe *infinitum*, quippe quod lege naturae finito prius eſt, non vero is, qui infinitam naturam quamdam appellat, eam eſſe finitam (*i*) inficiatur. Interim in illis rebus, quae propterea, quod ipſa natura ſua terminatae & finitae ſunt, verae infinitatis participes eſſe nequeunt, numerum intelligo, magnitudinem corpoream, & tem-

cinĉti ſumus, contemplatione in nobis excitatam eſſe ſtatuat. (II.) Haec ſi viri doctiſſimi fuit ſententia, ineſſe reapſe in omnium hominum animis explicatam naturae abſolutiſſimae notionem: quod quidem Platonicorum plerique opinantur, quos ſequitur: experientiam & rationem aeque habebit adverſarias. Notio rei perfectiſſimae binis proprie conſiſtit ex propoſitionibus; quarum altera haec eſt: Eſt aeterna rerum omnium cauſſa; altera vero haec: Aeterna iſta rerum omnium cauſſa infinitis gaudet perfectionibus. At videmus quotidie multos, eosque non ineptos homines, qui de ſuperiori propoſitione nulli dubitant, Deumque eſſe, ſeu aeternam rerum omnium cauſſam, conſtantiſſime conſitentur, multas tamen ſaepenumero iſti, quam habent, Dei notioni imperfectiones adjungere. Sunt, qui Deum ſibi perſuadent eſſe corporeum: ſunt, qui ſuo eum metiuntur ingenio: ſunt, qui graviſſimis erroribus Dei notionem contaminant & obſcurant. Tot vero tantique errores inde poſſent in hominum exoriri animis, ſi perfectiſſimae naturae notio praeſens ſemper in illis, immo inſita & innata eſſet? Nonne notio haec naturae perfectiſſimae cunctis obſiſteret animi aberrationibus, efficeretque, ut nemo male de Deo ſentiret, omnisque de natura Dei diſcordia, quae dudum viget inter homines, prorſus tolleretur? Dicet forte aliquis, adeſſe quidem iſtam notionem; at vitio fieri hominum, ne vim ſuam queat edere, & erroribus animorum de Deo mederi. Unde igitur conſtabit nobis, quaeſo, adeſſe iſtam notionem? Quid in animis noſtris ſit reconditum, id non alio modo, quam ex ejus operationibus & effectis intelligimus. Notio ergo haec quum nihil operetur, nec ideirco de praeſentia teſtetur ſua, quonam certi erimus argumento, eam re vera latere & adeſſe in mentibus noſtris? Praeterea quum perfectio ex doctiſſimi viri ſententia eadem ſit, quae infinitas, ſi perfectionis in omnibus, qui naſcuntur, explicata eſſet notio, infinitatis quoque in illis adeſſet ſpecies: infinitatis autem veram & expletam notionem quomodo capiat mens finita & terminata, & me praeterit, & fortaſſis omnes, qui uno ore fatentur, nullam nos habere abſolutam infiniti ideam: a quibus ipſe *Cudworthus* non diſſentit, quod ex ſuperioribus conſtat. Quare praeferenda erit omnino eorum ſententia, qui inſitam Dei notionem, quae, ſimulatque ratione incipimus uti, vim ſuam prodit, initio quidem omnibus non eſſe partibus expletam, at meditatione, inſtitutione, ac rerum a Deo conditarum attenta contemplatione perfici ac emendari, opinantur. Neque (III.) quae hic afferuntur a doctiſſimo viro, argumenta tantum efficiunt, ut hanc opinionem dimittamus. (1.) Perfectum menſuram eſſe imperfecti monet, non autem imperfectum modum & menſuram perfecti. Vetus hoc eſt Platonicorum decretum, cujus haec ſine dubio ſententia eſt: Quid ſit imperfectum, nemo ſcire poteſt, niſi qui antea noverit, quid ſit perfectum. Quamobrem niſi eſſet in nobis naturae perfectiſſimae notio, nemo noſtrum res, quas conſpicimus, a perfectione remotas eſſe intelligeret. Verum etſi ſciti hujus veritati nihil detractum velimus, ex eo tamen haud conficitur, natura nos perfectiſſimae rei notione imbutos eſſe. Id quidem inde patet, eſſe in illis, qui de rerum praeſtantia & utilitate judicant, formam rei perfectae, ad quam judicium inſtituant: ſed hoc nullo modo hinc conficias, iſtam formam natura nobis eſſe inſitam & innatam. Nihil enim impedit, quo minus meditatione & rerum contemplatione collecta ſit & in nobis producta. (2.) Idem reſpondemus ad alterum argumentum: Solent homines res hujus univerſitatis in varias claſſes diſtribuere, alteramque alteri praeferre ac anteponere: atqui hoc nullo facere modo poſſent, niſi eſſet in illis forma quaedam perfectionis, cum qua res, quas vident, compararent & contenderent. Eſſe nimirum haec ratio probat in eorum animis, qui ſuis gradibus res a Deo conditas diſtinguunt, formam quamdam perfecti aut regulam, in quam intuentur, quum rectum rei cuilibet pretium ſtatue-

re

Digitized by Google

tempus, infinitas quippe, quae commentitia tantum in illis eſt & reapſe nulla, non aliter poteſt intelligi, quam per negationem finiti. Eodem modo nihilum non aliter comprehenditur, quam ſi id, quod vere eſt & exſiſtit removeamus, id eſt, poſitivam ejus, quam vocant, notionem nemo ſibi unus effingere poteſt. Quae quum ita ſint, ſic concludendum eſſe ducimus: Qui naturam tuetur eſſe infinitam, is exſiſtere contendit naturam omnibus abſolutam & perfectam numeris, quae numquam non exſtitit, neque coepit umquam, quae rebus omnibus producendis par eſt, quae fieri poſſunt & intelligi, cujus denique voluntati & imperio, quae ſunt reliqua, parent & obediunt omnia. Atqui ejusmodi qui rem eſſe profitetur, is Deum concedit eſſe, ſeu naturam unam omnium perfectiſſimam, ceterarum rerum omnium parentem & auctorem. Etenim Deus, natura infinita, & res abſolute perfecta tria ſunt vocabula, quibus res una eademque (*k*) deſignatur.

§. XXV.

re volunt: at non probat eadem ratio, iſtam formam ſeu regulam actu in omnium jam adeſſe animis, qui naſcuntur. (3.) Nec majorem vim habet tertium argumentum: Nulla res tam perfecta nobis exhibetur, quin deeſſe ei nihilominus aliquid animadvertamus. Id vero non liceret nobis animadvertere, niſi animus noſter notione ejus, quod perfectum & abſolutum eſt, imbutus eſſet. Totam hanc facile admittimus argumentationem: nec enim obeſt nobis. Scilicet praeſentiam haec ratio docet notionis, de qua loquimur, in eorum animis, qui rerum etiam perfectiſſimarum vitia & maculas deprehendunt, non autem originem ejus & cauſſas demonſtrat, aut nobiscum eam eſſe ortam oſtendit. (IV.) Ceterum non male ita concludit vir doctiſſimus: Quum rei perfectiſſimae in nobis ſit notio, ideo rei etiam infinitae qualiscumque in nobis eſſe debet ſpecies.

(*i*) *Inficiatur*] Ego ſi quid video, utrumque vocabulum, *finitus* & *infinitus*, nec abſolute *poſitivum* dici poteſt, nec abſolute *negativum*. Verum duplex in utroque latet notio, quarum altera negat, altera affirmat aliquid. Duplicem nimirum haec vocabula notionem & poteſtatem habent, alteram *grammaticam*, alteram *philoſophicam*, quemadmodum reliqua fere omnia, quibus in rebus ſuis explicandis utuntur philoſophi: ſenſus grammaticus ipſa eſt verborum poteſtas & notio; at ſenſus philoſophicus explicatio eſt naturae illius rei, cui verba illa ſunt propria. Grammatice ſi vocabula *infinitus* & *finitus* ſpectentur, nullum cuiquam eſſe dubium poteſt, quin illud vim negantem; hoc autem notionem affirmantem habeat. *Infinitum* enim id proprie ſignificat, quod finibus caret, & *finitum* id, quod finibus circumſcriptum eſt. Aliter vero pronuntiandum, ſi philoſophica conſideretur, quae his ſubjecta eſt nominibus, notio. *Infinitum* enim idem eſt inter philoſophos, quod natura perfectiſſima & abſolutiſſima. *Finita* vero illa dicuntur, quae a perfectione ſumma diſtant. Quo ſenſu ſi accipiantur haec nomina, *infinitum* haud dubie ſenſum habet *poſitivum*, *finitum* vero notione valet *negativa*. Atque hoc poſteriori ſenſu *Cudworthus* bina iſta verba hoc in loco ſumit.

(*k*) *Deſignatur*] Nova plurimis atque ſingularis videbitur haec de infinito ejusque natura diſputatio, quippe quae a vulgari & conſueta ſubtiliſſimum hoc argumentum tradendi ratione in multis abit. Adſuetae ſunt aures noſtrae vocabulis his, *infinitum tempus*, *infinita magnitudo*, *infinitus numerus*, multaque de his infinitis a philoſophis paſſim praecipiuntur. Quare qui magnitudini, qui tempori, qui numero omnem infinitatem detrahit, fierique nullo modo poſſe perhibet, ut horum aliquid infinitum ſit, is non poteſt non pleriſque eorum, qui aliter inſtituti ſunt, ad ea proclivis videri, quae *Cicero admirabilia* quondam dixit. Hinc & *Jo. Clericus*, quod ſupra jam monui, vir alioquin ſubtilis & acerrimo ingenio praeditus, diſſentire ſe cum *Cudworthо* de infiniti natura, non obſcure profeſſus eſt, & multi poſt eum alii ſubtilius, quam verius, hanc rem ab eo explicatam eſſe, arbitrati ſunt. Verum ſi attentius, quae diſſeruit vir egregius, expendantur, & ad prima revocentur, quae in nobis inſunt, rationis principia, multo plus ea veritatis habere, apparebit, atque primo videntur adſpectu habere. Plerique, qui de infinito philoſophantur, id quod multis demonſtrare licet exemplis, grammaticam vocabuli *infinitus* notionem unice ante oculos habent poſitam: ex quo fit, ut ea, quae vere ſunt infinita, cum illis, quae parum proprie ſic appellantur, ac reſpectu noſtri tantum ita dicuntur, inter ſe confundant, neque ſecus diſputent, ac ſi vere aliquid vel magnitudine, vel tempore, vel denique numero infinitum exſiſteret. Atqui notionem iſtam grammaticam in hac diſputatione totam paene ſepoſuit *Cudworthus*, interioremque rei naturam, quae hoc nomine vere deſignatur, unice ſpectavit: qua de cauſſa factum eſt, ut multum a reliquis differre philoſophis viſus ſit. Vellem, paullo enodatius & ordinatius animi ſui cogitata ex-

774 §. XXV. Succedit nunc quartum eorum argumentum, qui Deo insidiantur.
775 *Theologia*, inquiunt, *nihil est, quam variarum notionum, quarum altera tollit & evertit al-*

expoſuiſſet & demonſtraſſet vir egregius, & multo minus foret in illis obſcuritatis. Sed brevitatis cum haud dubie ſtudium impedivit, ne longior & apertior eſſet. Tentabo ego, num aliquanto ſimplicius de his rebus, quae magnis ceteroquin difficultatibus premuntur, differere, &, reſectis ſubtilitatibus, quae meditanti haec in mentem venerunt, explicare valeam. Sic agam, ac ſi nihil unquam in litteras hac de re eſſet relatum: quam viam ſequens, ſi fortaſſe erravero, veniam mihi facile dabunt, qui ſecum cogitant, nulla in re citius finita ingenia labi poſſe, quam in diſputationibus de infinito. Quod quidem *Carteſium* adduxit, ut de infinito ſilendum ſibi eſſe duceret. *Quum ſimus finiti*, inquit, *abſurdum eſſet, nos aliquid de infinito determinare, atque ſic illud quaſi finire ac comprehendere conari; Princip. Philoſ. P.* I. §. 26. *p.* 7.

Principio, quotquot ratione ſunt praediti, conſitentur, exſtitiſſe aliquid ex omni aeternitate, idque, quod ex omni fuit aeternitate, neceſſario, per ſe, atque ſine ulla cauſſa exſiſtere. Tam haec certa ſunt, ut, ſi quis in dubium ea revocare auderet, vix hominis tueri nomen poſſet. Quamvis enim, quale illud ſit, quod aeternum eſt, atque abſoluta neceſſitate exſiſtit, nemo unus mortalium intelligat; eſſe tamen naturam ejusmodi, id aeque certum eſt, atque bis bina eſſe quatuor. Ex hac notione, quam nemo ejicere poteſt animo, infiniti ſtatim fluit notio. Duo enim ex ea perſpicue & manifeſte conſequuntur. (I.) Illud, quod per ſe & neceſſario exſiſtit, certo loco non poteſt concluſum & terminatum eſſe, ſed ubique locorum, aut, ſi loqui fas eſt ita, per totam infinitatem aeque praeſens ubique eſſe debet. Etenim ſi aliquo abeſſet haec natura loco, aut certis contineretur finibus, cauſſa ſtatim quaedam concipienda foret, quae efficiſſet, ne alicubi praeſens eſſet. Ita vero haec natura non ex ſe ſine ulla cauſſa neceſſario exſiſteret, ſed alia, praeter eam eſſet cauſſa, cujus virtute finita & coarctata eſſet, id eſt, non eſſet id, quod eſt. Itaque habemus jam, ſi haec cogitamus, infinitatem, quam *expletionis* ſeu *plenitudinis* nonnulli vocant, nos rectius cum Theologis *immenſitatem* dicimus. Tanta quidem nemo unus mortalium perſpicientia ingenii valet, ut naturam atque modum infinitatis hujus explicare atque comprehendere queat: qua ſi quis praeditus eſſet perſpicientia, non is eſſet, qui eſt, homo nimirum certis circumſcriptus, ſive rationem ſpectes, ſive corpus, limitibus: at rem tamen ipſam nullus, ut arbitror, negaverit, qui ratiocinari didicit, & quid rem quamlibet neceſſario conſequatur, intelligit. (II.) Illud, quod per ſe & neceſſario exſiſtit, omnibus illis perfectionibus inſtructum eſſe debet, quas concipere nobis licet animo. Etenim ſi quaedam ab aeterna illa natura perfectio abeſſet, aut ſi modus aliquis perfectionibus, quibus ea praedita eſt, datus eſſet, cauſſa quaedam haud dubie foret, quae perficeret, ut naturae illi deeſſet aliquid. Simulatque vero cauſſam aliquam adeſſe fingimus, negamus, illud, de quo loquimur, per ſe atque neceſſario ſine ulla cauſſa exſiſtere, fatemurque, eſſe aliquid & prius & potentius. Ex quibus quidem patet, *infinitatem perfectionis* rem eſſe itidem, quam inficiari nemo poſſit, niſi qui rationi velit renuntiare. *Infinitum* igitur idem illud proprie eſt, quod neceſſario & ex omni aeternitate exſiſtit: Quumque illud, quod neceſſario & ſine cauſſa ulla exſiſtit, non poſſit non immenſum quoque eſſe & perfectiſſimum, immenſitas autem ſine ulla controverſia inter perfectiones referenda ſit, evidens eſt, commode dici poſſe, *infinitum* & *perfectiſſimum* vocabula eſſe pari poteſtate praedita. Quocirca ſi *Cudworthus* vocabulum *perfectio* tam late cepit, ut ſub eo infinitatem praeſentiae quoque complecteretur, id quod eum feciſſe ſuſpicor, non video, quidnam peccaverit, quum *infinitatem* nihil eſſe, quam *perfectionem*, & viciſſim *perfectionem* idem, quod *infinitatem*, ſcriberet. Loquutus eſt paulo aliter, quam illi ſolent, qui de hiſce rebus diſputant: at rem tamen ipſam apte ac ſcienter expreſſit. Ex his ſequentia fluunt conſectaria, quae ad argumentum hoc illuſtrandum non plane nihil, ut arbitror, conferent.

(1.) Eſt in omnium hominum animis notio *infiniti*: nam in omnium hominum animis notio eſt naturae alicujus aeternae atque neceſſario exſiſtentis. Quicunque igitur negant, eſſe infinitum aliquid ſive ratione praeſentiae, ſive reſpectu virtutum & perfectionum, illi negant, eſſe aliquid aeternum, id eſt, deſipiunt, & prima omnis rationis initia evertunt.

(2.) Quodcunque per ſe & neceſſario exſiſtit, id *infinitum* quoque eſt: & viciſſim, quod neceſſario & per ſe non exſiſtit, id *infinitum* eſſe nequit. Etenim quod neceſſario non exſiſtit, id cauſſam ſui habeat aliquam oportet. Quod ex cauſſa quadam eſt natum, id terminetur a cauſſa ſua, neceſſe eſt. Itaque nec omnis perfectionis particeps eſſe, nec ubique locorum adeſſe, nec denique ex infinito tempore exſiſtere poteſt.

(3.) Materia infinita eſſe nequit, ſive durationem ſpectemus, ſive praeſentiam. Multis enim materia perfectionibus deſtituta eſt; id quod omnes quotidianus edocebit uſus. Cui autem de virtutibus ſeu perfectionibus vel una deeſt, id ipſum ter-

mi-

Digitized by Goog

alteram, arbitraria collectio. Hic ego primum minime negaverim, fieri omnino po- 776
tuiſſe, ut rudes quidam ac ſapientia vacui homines Deo virtutes attribuerent 777
pug-

minari ſeſe a cauſſa quadam teſtatur. Quodcumque vero ratione perfectionis finitum & terminatum eſt, id reſpectu durationis & praeſentiae nullo modo interminatum & infinitum eſſe poteſt. Qui ſecus docent, repugnantia inter ſe, quae *contradictoria* vulgo vocant, tradunt: etenim materiam cauſſa quadam terminari, & ea tamen habere, quae nulli naturae conveniunt, niſi illi, quae neceſſario & per ſe exſiſtit, aſſeverant.

(4.) Qui concedunt, exſiſtere aliquid neceſſario ex omni aeternitate, atque Deum tamen eſſe negant, illi, quid ſibi velint, neſciunt, & in eodem ſunt vitio, in quo is eſſet, qui regem quidem eſſe in re publica affirmaret, at negaret, adeſſe in ea aliquem, qui jus gubernandi & leges ferendi habeat. Deus illa eſt natura, in qua omnes, quae cogitari modo poſſunt, virtutes & perfectiones ſunt. Ejusmodi naturam inficiari, id vero eſt contendere, nihil eſſe omnino, quod non ab alia quadam cauſſa terminetur, atque certis finibus deſcribatur. Atqui hoc qui ſibi perſuadent, illi fateantur, neceſſe eſt, nullam rem neceſſario & ſine cauſſa quadam exſiſtere. Nihil vero ſi per ſe ac neceſſario exſiſtit, nihil quoque aeternum eſt. Aeternum qui negant eſſe aliquid, hi viderint, ne omnibus ludibrium debeant, qui rectae rationis aliquid poſſident. Deum igitur tollere, id idem eſt, atque ea funditus evertere ac deſtruere, ad quae omnis diſputatio ſanorum hominum revocari debet, aut in prima rationis praecepta peccare.

Plura, ſi vellem, elicere mihi liceret ex illis, quae ante dicta ſunt: ſed quum nec juſto ſubtilior, nec aequo eſſe longior velim, in his acquiescam. Scio, multo plures de natura infiniti quaeſtiones commoveri ſolere ab illis, qui philoſophiae conſulti dicuntur: in quibus ſi quis ingenium exercere, immo conſeneſcere velit, facile patiar, modo libertatem mihi relinquat & aliis ſic ſtatuendi: Tutius eſſe homini, ſuo ſeſe pede metiri, quam nihil eorum ignorare velle, quae univerſi fatentur ingenio noſtro majora & mirabiliter abſtruſa eſſe. Scio quoque, non deeſſe in philoſophis, qui minime veriti ſunt, id quod *infinitum* ipſimet eſſe dicunt, certis definitionibus alligare: ſed plerosque horum ignorantiam ſuam vocabulis texiſſe, certus ſum, quorum ipſi poteſtatem ignorarunt. Sunt, qui imperioſe decernunt: *Infinitas praeſentiae punctum eſt: Infinitas durationis momentum eſt.* Sed qui decernunt ita, illi aut nihil mihi dicere videntur, aut repugnantia proferre. *Punctum* & *momentum* vocabula ſunt haud dubie, quae finitum aliquid ſignificant: quocirca, qui *infinitatem* aut *punctum* vocant, aut *momentum*, illi eam *finitam* eſſe praecipiunt. Ita vero ſi nolint haec vocabula accipi, quod certe nolle debent, niſi velint ridiculi eſſe; aut, quaenam notio his nominibus ſit ſubjecta, quum ad infinitatem transferuntur, claris verbis nos edoceant, aut vero fateantur, auſos ſeſe eſſe rem, cujus naturam non capiunt, vocabulis illuſtrare, quorum ipſi vim & notionem neſciunt, id eſt, rei obſcuriſſimae ex ſummis tenebris lucem accendere voluiſſe.

Expeditis his, ad ea nunc ſigillatim pergam, quibus infinitatem ullo jure negavit *Cudworthus* adſcribi poſſe, ſecus ac multi cenſent philoſophi, *magnitudinem* ſeu *extenſionem*, *numerum*, & *tempus*. Qui attendit, *infinitum* ſenſu philoſophico hic ab eo ſumi, idque ipſi denotare, quod *perfectiſſimum* eſt, is ſentiet continuo, nihil in universum ab eo, quod reprehendi queat, admiſſum eſſe. Etenim quum hae res, de quibus loquimur, in ſe nihil ſint, verum inter *proprietates*, *modos*, & *relationes* rerum locum tantum ſuum habeant, perſpicuum eſt, talis eas non eſſe naturae, ut perfectionis illius, qua nulla cogitari major poteſt, participes eſſe queant. Neque is idcirco, qui ſciſcitatur: *utrum numerus ſit infinitus, nec ne?* hoc ſibi vult explicari: *utrum in numero ſint omnes, quae comprehendi poſſunt ab animo noſtro perfectiones & virtutes?* ſed hoc unice ſciſcitatur: *utrum numerus quidam ſit ſine atque termino carens?* Eadem eſt ratio ſpatii, magnitudinis, & temporis. Ut brevibus complectar omnia, qui de Deo nomen *infinitus* adhibent, eo id faciunt ſenſu, quem philoſophicum diximus: at qui de infinita magnitudine, tempore, ſpatio, numero deliberant, grammaticam in animo notionem habent, atque, num hae res certis deſcriptae ſint terminis, ſimpliciter inveſtigant. At videtur tamen *Cudworthus* omnem plane infinitatem, ſive vox haec philoſophice ſumatur, ſive grammatice, rebus iſtis derogare: quocirca haec reſtabit nobis quaeſtio tractanda: utrum tempus, magnitudo, numerus terminis careant, nec ne?

Ordiar a *magnitudine* ſeu *extenſione*. Magnitudo ſeu extentio proprietas eſt, id quod omnes ſciunt, rei cujusdam. Duae vero res ſunt, quae proprietatis hujus poſſunt eſſe compotes: *corpus* ſeu *materia*, & *ſpatium*. De utraque ſigillatim puto dicendum eſſe. Hoc ergo primum in diſceptationem venit: Num corpus ſeu materia infinite ſit extenſa? aut, utrum naturae materiae repugnet infinitas, nec ne? aut, ut aliis verbis idem exprimam: num aeque late pateat natura illa, quam materiam dicimus, ſaltem patere queat, atque ipſam Dei naturam & eſſentiam patere dicimus?

Digitized by Google

778 pugnantes inter ſe ac contrarias, eo quod omnes illas virtutes nil dubitarent in
779 perfectionum loco habendas eſſe. Nam & noſtra vidimus aetate Theologos, aut ve-

Hanc ut ſolvam quaeſtionem, hoc primum animadverti velim, eos, qui materiam volunt interminatam eſſe, alterum de duobus ſtatuere oportere: aut hoc: materiam per ſe infinitam eſſe, vel, quod idem eſt, eam ex omni aeternitate neceſſario ac per ſe infinitam exſtitiſſe; aut vero illud: Deum infinitam materiam ex nihilo condidiſſe ac creaſſe. Superius ſi ſtatuant, facili negotio erroris coarguentur. Etenim, quum id, quod per ſe ac neceſſario exſiſtit, non poſſit non omnibus praeditum eſſe, quae fieri ac cogitari poſſunt, perfectionibus, materia vero ex illarum genere ſit rerum, quae variis laborant vitiis & viciſſitudinibus, perſpicuum eſt, per ſe illam non exſtitiſſe ab aeterno. Praetermitto reliqua, quibus acutiſſimi viri dudum probatum dederunt, argumenta, ſanae rationis praecepta violari ab illis, qui materiam per ſe perhibent exſiſtere. Vid. *Jac. Abbadie de la verité de la religion Chretienne Sect.* I. *Cap.* 6. §. 4. *p.* 49. *ſ. Dion. Petavius Dogmat. theol. Tom.* I. *Lib.* III. *Cap.* 5. 6. *p.* 143. *ſ.* & multi, praeter hos, alii. Poſterius ſi tenent, alio longe modo certamen ineundum erit. Non me fugiunt ea, quae copioſiſſime inde a *Carteſii* potiſſimum aetate de materiae infinitate diſputata ſunt, in quibus multa eſſe fateor ſubtiliter & acute excogitata: ſed nec ignoro, ex utraque parte ſic eſſe interdum certatum, ac ſi nos illi eſſemus, quorum putilli & anguſti animi pares infinito eſſent comprehendendo. Ex *Carteſii* aſſectatoribus ideo quidam, a quibus ipſe magiſter propius abeſt, materiam negarunt eſſe finitam, quia fines ejus a noſtro concipi nequeant ingenio. Sed fuerunt rurſus alii, qui eodem fere argumento materiam probare conati ſunt finitam eſſe: idcirco ſcilicet finitam eſſe dixerunt materiam, quia nulla tam late patens animo effingi queat magnitudo, quin addi queat ad eam aliquid. Neutri recte, ſi quid ego harum rerum intelligo, decreverunt. Etenim quis, quaeſo, ſapiens ita ſibi faveat, ut ad animi ſui poteſtatem & vires totam veritatem revocet, eaque de cauſſa eſſe neget aliquid, quoniam imbecillitas obſtat ingenii ſui, ne completam ejus notionem informet? Simplicius ego inſtituam, aperteque negabo, fieri poſſe, ut materia ſit infinita, hac unice nixus ratione, quod infinitum & materia duae res ſunt, quae univerſo genere diſcrepant, uno verbo, *repugnantia*. Dabunt, ut opinor, mihi omnes, materiam rem eſſe partibus conſtantem, & idcirco dividuam. [Vid. *Biblioth. Françoiſe T.* XXI. *p.* 254.] Infinitum vero quod eſt, id, quemadmodum nihil habet extremum, ita nec partibus conſtare poteſt, nec dividuum ulla ratione eſt. Dividi enim ſi poſſet id, quod infinitum eſt, & in partes ſuas ſecari, extremitatem quoque haberet, nec idcirco infinitum eſſet. Materiam igitur infinitam qui dicunt eſſe a Deo conditam, illi hoc ſibi proprie volunt, quo nihil cogitatu eſt ineptius: Deum ea feciſſe, quae fieri omnino nequeunt, rem nimirum condidiſſe dividuam ſimul & individuam, partes habentem & non habentem, infinite extenſam & definite patentem. Clarius adhuc mentem meam explicabo. Non negabunt, qui materiam eſſe volunt infinitam a Deo conditam, poſſe Deum, qua eſt incredibili potentia & virtute, huic infinitae materiae demere aliquid & detrahere, aut partem ejus aliquam ad nihilum redigere. Etenim quis ita deliraret, ut potuiſſe Deum affirmaret infinitam materiam ex nihilo educere, negaret autem, eumdem hujus materiae portionem deſtruere ac in nihilum rurſus convertere poſſe? Hoc autem ſi Deus facere poteſt, nonne extremitas in illa ſit materia, quam infinitam tantiſper vocamus, neceſſe eſt? Unde enim pars quaedam demi ac abradi poteſt, id extremum quoddam habeat oportet: quo ſi careat, ne ipſa quidem infinita potentia auferre aliquid inde valet. Quod extremum autem aliquid habet, aut quod parte quadam extrema poteſt privari, id infinitum nemo dixerit, niſi qui neſcit, quidnam ita vocetur. Pergamus paullulum. Finge, Deum partem illam, quam ademit materiae, reddere illi & reſtituere: quid tum fiet? Num materia, quae finita facta fuerat, poſtquam demta illa fuerat portio, infinita evadet iterum, reddita illa parte? Non poterunt, quin affirment hoc, qui pro infinitate dimicant materiae. Ita vero ſemet ipſos oppugnabunt, & in inſidias incident, ex quibus numquam, niſi abjecta opinione, quam fovent, elabentur. Finita eſt ſine controverſia illa portio, quam Deum finximus ab infinita materia ſegregaſſe ac ſeparaſſe: ergo, ſi ad materiam, unde ſublata eſt, adjiciatur denuo, finita quoque manebit. Stultus profecto foret & hominis plane diſſimilis, qui ex finitate in infinitatem tranſire partem iſtam ſtatueret, ſi toti ſuo reddatur. Hoc vero ſi dederis, nonne ipſam materiam finitam eſſe ſtatim ſimul largiendum erit? Duo nempe habemus finita: partem finitam a toto ſuo ſecretam, & totum finitum, quod parte ſui quadam privatum eſt. Haec duo finita conjunguntur & ſociantur iterum a Deo. Hanc ergo duorum finitorum conjunctionem num putas infinitum efficere? Materiam, quae finita fuerat, infinitam fieri adjectione particulae finitae, arbitraris? Certus ego ſum, nemini ſano & ſui compoti in mentem hoc venire poſſe, ex duobus finitis inter ſe copulatis & conjunctis, aut ex binis rebus, extremitatibus & terminis ſuis deſcripti-

Digitized by Google

verius homines ſuperſtitioſe ac ſine ratione pios, qui Dei tam immenſam eſſe aſſe- 780
verarunt potentiam, ut res prorſus ſibi contrarias & toto genere diſtinctas efficere 781
va-

ptis, ſi componantur & ſocientur, rem infinitam & omni termino deſtitutam fieri poſſe. Longe certe tolerabilius inſaniret, qui ex opibus duorum mendicorum Croeſi divitias conſtrui poſſe, & ex duobus luminibus inter ſe junctis ſolem conſtare, aſſeveraret. Nihil ergo reliquum eſt, quam ut fateamur, qui *materiam infinitam* dicunt, eos uti vocabulis, quibus nulla ſubeſt vera notio, totamque hanc rem inter ea referri debere, quae fieri nullo modo poſſunt, & *repugnantia* dicuntur. Quae quum ita ſint, accurate *Cudworthum* ſanxiſſe arbitror, ne ipſam quidem, infinita licet ſit, potentiam Dei tantum poſſe, ut magnitudo, cui nihil addi queat amplius, exſiſtat. Nam quum infinitas indoli materiae prorſus repugnet, Deus autem ea nequeat efficere, quae *contradictoria* vocantur, manifeſtum eſt, eos, qui ſupremum Numen materiam omni termino & fine carentem condere poſſe opinantur, non tam praeclare ac magnifice de Deo ſentire, quam prima illa initia, unde omnis de divinis virtutibus ratiocinatio ducitur, funditus evertere, quumque multa ſibi videantur affirmare, nihil reapſe dicere. Plura, quibus idem doceam, in promtu mihi ſunt: ſed quum ſubtiliora ſint illa, majoremque deſiderent, quam locus hicce patitur, explanationem, in aliud ea tempus differre ſtatui.

De *ſpatio* non mihi deterius videtur eſſe ratiocinatus *Cudworthus*, quidquid illi ſentiant, quibus philoſophia ejus diſplicet, quam de magnitudine diſſeruit. Primum eſſe naturam aliquam, cujuscunque demum modi ſit illa, in qua corpora moventur & verſantur, id eſt, ſpatium, concedo. Quamvis enim tantam ingenio meo vim attulerim, quantam potui, ut, demtis corporibus, ſpatium quoque tolli, cum *Carteſio* & multis aliis philoſophis conſtitueret; nullo tamen modo id ab eo impetrare potui. Dixerim fere, quo modo aeternae cujusdam & per ſe exiſtentis naturae notio, eodem ſpatii quoque notionem in omnium hominum innatam & inſitam eſſe animis, quam ejicere prorſus & exturbare, nullius in poteſtate poſitum eſt. Naturam ſi quis ejus rei, quam *ſpatium* vocavi, ex me cognoſcere cupiat, neſcire me illam reſpondebo, tametſi rem ipſam, cui nomen hoc imponitur, exiſtere certus ſim. Acrius ſi idem inſtet, partitionemque rerum, quas eſſe novimus, facta, ſciſcitetur, ad quodnam rerum genus ſpatium pertinere arbitrer, ex *Jo. Lockio de intellectu humano Lib.* II. *Cap.* 13. *p.* 192. *Petr. Gaſſendo Phyſicae Sect.* I. *Lib.* II, *Cap.* I, *p.* 182. *Tom.* I. *Opp. Newtono*, *Clarckio*, & aliis ut meas reſponſiones petat, rogabo. Spatium igitur hoc finitumne eſt, an vero infinitum? [Vid. de hac quaeſt. *Bibl. Germanique T.* XXXVII. *p.* 127.] Novi, maximi nominis viros, quorum ceteroquin merita & eruditionem ſuſpicio, nihil eſſe veritos, ſpatio infinitatem attribuere. Neque recens eſt haec opinio, verum dudum ab illis tradita, quorum pietas & virtus ne in ſuſpicionem quidem hodie adducitur. Ego vero ſapientius feciſſe *Cudworthum* arbitror, quod ab hac diſceſſit opinione, ſpatiumque infinitum dici poſſe negavit. Spatium hoc, qualecunque demum ſit, aut per ſe ex omni exſtitit aeternitate, aut conditum & factum eſt a Deo. Illud ſi eligas, aut ab ipſo Deo, ſive potius immenſitate Dei, non differet, aut vero, praeter Deum exiſtet. Praeter Deum aut extra Deum exiſtere ſpatium per ſe ac neceſſario, non affirmabit, opinor, aliquis, qui non ignorat, per ſe exiſtere ac nulla carere perfectione unum idemque eſſe, nec idcirco, praeter unum Deum, per ſe ac neceſſario rem ullam exiſtere poſſe. Ergo hoc quum fieri nequeat, ſi nec factum nec creatum eſt ſpatium, nihil erit aliud, quam ipſe Deus, ſeu divina immenſitas? Ita certe ex antiquiſſimis Chriſtianorum doctoribus non ultimi ſenſerunt, *Theophilus* Antiochenus, *Arnobius*, & alii: ex Judaeis diu ante hos *Philo Libro de profugis p.* 360. quippe qui Deum τόπον ἴδιον τόπων, *locum omnium rerum eſſe*, praeceperunt. Vide, quae vir celeb. *Jo. Alb. Fabricius* collegit *ad Sexti Empirici Lib.* X. *adv. Mathematicos p.* 639. Neque mihi aliud his verbis dicere videtur *Jo. Damaſcenus de orthodoxa fide Lib.* I. *Cap.* 13. *p.* 149. *Tom.* I. *Opp.* Ὁ Θεὸς ἑαυτῷ τόπος ἐστι, τὰ πάντα πληρῶν, καὶ ὑπὲρ τὰ πάντα ὤν, ἢ πῶς συνέχων τὰ πάντα. *Deus ſuimet ipſius locus eſt, omnia implens, et ſuper omnia exiſtens, omniaque ipſe complectens.* Cujus *Damaſceni* quam ingens ſemper fuerit inter Graecos auctoritas, nihil mirum eſt, magnum Graecorum doctorum agmen idem poſt cum dogma ſuis inculcaſſe, immo in ipſa *Graecae eccleſiae confeſſione*, quam *Laur. Normannus* edidit, *Quaeſt.* XV. *p.* 34. *ed. Lipſ.* 1695. 8. ipſis fere *Damaſceni* verbis illud expreſſum eſſe. Inter recentiores philoſophos praecipere hoc non dubitavit *David Derodon*, vir maximi ſuperiori ſaeculo nominis, in *principiis* ſuis *philoſophiae*, id quod *Petr. Baylius* obſervavit *Lettres choiſ. T.* III. *n.* 256. *p.* 373. Atque fortaſſis nihil diſcrepat ab hac opinione eorum inter recentiſſimos philoſophos ſententia, quibus Deus videtur *in ſpatio infinito, tanquam in ſenſorio ſuo, res ipſas intime cernere, penitusque perſpicere, totasque intra ſe praeſentem praeſentes complecti.* Vid. *Iſaac. Newtonus*, vir immortalis memoriae, *Optices Quaeſt.* XX. *p.* 315. *verſ. Latinae.* Adde, quae ex *Tranſaction. ſociet. regiae*

782 valeat, verbi gratia, ut unum idemque corpus totum simul & integrum variis
783 distitisque in locis adsit. Exempla quaedam afferre nil impedit. Omnium fere Theo-

giae *Anglicanae Volum.* XXXI. aut potius ex *Edm. Halley*, viri summi, *Dissertatione*, quae in his exstat *Transactionibus*, excerpta sunt ab *Armando* de la *Chapelle Biblioth. Angloise Tom.* X. *P.* II. *p.* 358. *s.* Aperte saltim sic docet *Jo. Raphson Demonstratione de Deo p.* 36. *s. Londini* 1712. 8. edita & alii, quorum nil refert commemorare nomina. Praetermittam ego maximas, quas ipsi non ignorant amici ejus, difficultates, quibus urgetur haec sententia: sufficiet enim ad praesens institutum meum, si eam ostendero *Cudworthi* de infinito doctrinae non repugnare. *Infinitum spatium* si ipse Deus est aut divina immensitas, quaestionis nostrae status prorsus mutatur. Neque enim de spatii amplius infinitate quaeritur, sed de Dei ipsius natura, quem infinitum esse, nec *Cudworthus* negat, nec alius quisquam, qui recte ratione uti didicit. Nempe, qui in terminos & fines inquirunt spatii, illi tamquam rem a Deo segregatam & diversam illud spatium concipiunt: quod qui non faciunt, hi nihil omnino causse habent, cur in hac sede quaestione enodanda fatigent: utrum terminis describatur spatium, nec ne? Haec dicta sunt in eos, qui spatium factum & conditum a Deo esse inficiantur. Alteram vero qui praeferunt sententiam, idque spatium conditum & factum esse largiuntur, illi opinione citius iisdem constricti erunt impedimentis, quibus eos paullo ante innectitos esse vidimus, qui materiae infinitatem attribuunt. Deus infinito illi spatio, quod ipse condidit, aut detrahere & demere potest aliquid, aut nihil potest inde auferre. Spatium si a Deo diminui non potest, id quidem, quo nihil est a ratione remotius, subsistentiam esse Dei, quod ipse fecit, destruere rerum non potest. Nihil vero si obstet, quo minus Deus spatio deroget aliquid, finitum illud erit, non autem infinitum. Nec enim, quomodo id, quod omni fine ac termino caret, vel augeri queat, vel minui, ullus homo, si vel alter esset Salomon, intelligit. Sequamur igitur & hac in re *Cudworthi* vestigia, plurague de spatio & infinitate ejus vulgo quaeri & dici, tantamus, quam probari.

Ad *numerum* nunc accedo: quem, nisi me fallunt omnia, pari, quin etiam majori facilitate, infinitum nullo vocari modo posse, demonstrabo. Sciunt omnes, numerum in se nihil esse, sed ad res & actiones referri, ex quo patet, quum de numeri infinitate oratio instituitur, hoc proprie quaeri: rerumne quarumdam vel actionum tanta sit multitudo, ut omnis ab ea terminus & finis absit? Haec ipsa vero controversiae explicatio ostendit jam quodammodo, nemero qui nil dubitant infinitatem adjudicare, eos sine repugnantia id facere non posse. Multo vero clarius idem apparebit, si in notiones & potestates vocabulorum *numerus* & *numerare* accuratius inquisivero. *Numerus*, nescio, quid sit aliud, quam multitudo rerum vel actionum, quarum singulae finitae sunt & modo suo terminatae. *Numerare* vero significat explorare, quanta sit multitudo rerum vel actionum quarumdam finitarum, quo cognitum fiat, quinam fines sint vel termini hujus vel illius multitudinis. Exercitum qui numerat, is, quibus terminis multitudo hominum, quam conspicit, contineatur, investigat. Gregem qui numerat, is, quonam numero vel modo terminetur grex, quem ante oculos habet positum, sibi notum esse cupit. Has qui cum notione nominis *infinitus* comparabit definitiones, is sine ullo confestim negotio sentiet, vocabulum *infinitus* sine manifesta repugnantia cum vocabulo *numerus* sociari non posse, atque bina haec vocabula ex eorum esse ordine, quae mutuo sese tollunt & evertunt. Quid, quaeso, infinitum est? Id, quod termino & fine omni caret. Quid vero numerus? Multitudo terminis suis circumscripta. Quid numerare? Fines & terminos agminis seu multitudinis alicujus designare & explorare. Igitur quid sibi vult, qui de *numero infinito* loquitur? Hoc, nisi plane fallor: esse multitudinem aliquam finitam simul & infinitam, dividuam & individuam, numerabilem & innumerabilem. Quid is sibi vult, qui de numeranda infinitate verba facit? Id certe, velle sese terminos explorare rei, quae nullos habet terminos. Nescio, quale sit vitium illud, quod Logici *contradictionem* nominant *in ipsis terminis*, si purus hujus vitii is est, qui hac ratione differit. Lucem, credo, majorem negotio huic comparabo, si quaestionibus nonnullis omnem rationem comprehendero. Quaero igitur primum ex illis, quibus infinitas naturae numerorum non repugnare videtur: Nonne in omni numero extremum quoddam sit, necesse est, unde is incipiat, qui numeri quantitatem indagaturus est? Ita esse, respondebunt. Certe, qui perhibet, esse numerum sine extremo quodam, aut esse aliquid omni principio destitutum, quod numerari tamen queat, is iisdem verbis idem negat & affirmat. Infinitum vero quod est, id omni vacat & caret extremo, ac, ut fine, ita etiam initio destitutum est. Recte praecipit *Aristoteles Physicor. Lib.* VIII. *Cap.* 5. §. 4. *p.* 587. ἄπειρον οὐκ ἔστιν οὗτινος πρῶτον. *Infinitorum nihil primum est.* Ergo quid est *numerus infinitus*? Numerus, qui non est numerus, res extremo quodam concisa & non concisa, terminata & non terminata. Quaero secundo: Nonne numerus multis ex rebus constitit, quarum quaelibet finita est? Dabunt hoc re-

tum,

Digitized by Google

Theologorum licet conſenſione firmatum ſit, eſſe ſanctitatem & juſtitiam in Deo naturalem, non deſunt tamen, qui voluntatem Dei negant antecedenti quadam re-

rum, ut arbitror, omnes, qui ſapiunt. Hoc autem ſi dederint, pergo interrogare: Multane igitur finita infinitum aliquid conſtituere poſſunt? Negabunt, niſi finitatem, id quod plane abſurdum eſt, in infinitate eſſe concedere velint. Equidem aut nihil harum rerum intelligo, aut is, qui infinitum ex multis rebus finitis compoſitum eſſe tradit, id, quod infinitum eſſe affirmat, ſimul infinitum eſſe negat. Ergo quid eſt numerus infinitus? Finitas infinita, id eſt, nihil. Quaero tertium: Sitne numerus multitudo variis ex partibus conſtans? neque hoc, ut opinor, quisquam negaverit. Nullae enim ſi numeri partes eſſent, aut ſi numerus totum aliquod continuum foret, numerari nullo modo poſſet, neque numerus idcirco eſſet. Jam dicant mihi, qui numerum exiſtimant infinitum eſſe poſſe, num infinitum partes admittat & dividuum ſit? Equidem nego: nam ſi partes forent infiniti, concretio, finitas, & termini per totum eſſent infinitum: quum nos contra ratio edoceat, ſimpliciſſimum eſſe illud, quod proprie infinitum appellari poteſt. Proinde numerus infinitus idem eſt, quod numerus non numerus, aut numerus innumerabilis.

Duo tamen diligentius haec meditanti in mentem veniunt, quae non ſine omni ſpecie adverſus haec, quae diſputavimus, moveri poſſent. Primum aliquis fortaſſis Dei actiones nobis in memoriam revocabit. Deum dicet numquam non egiſſe, & ex infinito tempore operatum eſſe, in infinitum quoque tempus ab actione non eſſe ceſſaturum: actionum igitur Dei numerum interminatum & infinitum eſſe. Ita vero qui nos invaderet, cum cogitare juberemus, de Deo & rebus ad Deum pertinentibus, quas infinitas eſſe confitemur & praedicamus, diſceptationem minime hic inſtitutam eſſe. Deinde illi ipſi, qui haec contra nos valere putant aliquid, negant, actiones & opera Dei numerari poſſe: quod dum faciunt, negant etiam, id, quod infinitum eſt, & termino omni caret, numerari poſſe. Parum proprie ſcilicet, nec accurate loquuntur, qui divinorum operum infinitum eſſe numerum perhibent: nec enim id, quod in ſe innumerabile eſt, numerum vocare fas eſt. Rationi qui morem gerere volunt, quum loquuntur, eos operum divinorum numerum iniri nullum, neque numero actiones divinas ulla ratione ſubjici poſſe, praecipere oportet. Poſtremo, tametſi nos ingenio & ratione divina diſtinguamus opera, & numeremus quodammodo, certum tamen eſt illis, qui res divinas recto metiuntur pretio, nec ad rerum humanarum exemplum expendunt, nihil in illis eſſe dividuum, ſed divinam voluntatem & potentiam uno continuo ſimpliciſſimoque actu velle ac perficere univerſa. Quod ſi enim actiones & opera divina ſuis eſſent intervallis diviſa inter ſe & ſejuncta, numerarique ideo reapſe poſſent, non ſecus ac hominum actiones numerantur, iisdem divina natura ſubiecta eſſet, quibus humana, imperfectionibus, virtutesque divinae ab eſſentia ejus ſeparatae ac diſtinctae eſſent.

Infinitum deinde *mathematicum* aut *phyſicum* objici nobis forte poſſet. Notum quippe eſt, praeſtantiſſimos ex Mathematicis atque Phyſicis materiam ſtatuere infinite ſecari poſſe, ſeu, quod idem, opinor, erit, infinitum eſſe particularum, ex quibus conſtat materia, numerum, contendere. Quod qui revocare audent in dubium, eos multi hujus generis inſcitiae ac ſtuporis coarguunt. Hic, ſi nodum non expedire, verum ſecare placeret, nihil hujus rei mihi apertum eſſe dicerem, cui parum omnino temporis in pulvere illo litterario conſumere licuit. Neque id ſine maximi nominis auctore facerem. *Carteſius*, quem Mathematici in veſtibulo haeſiſſe diſciplinae ſuae numquam ſtatuent, *De mundi extenſione*, inquit, *de numero partium, in quas materia eſt diviſibilis, & ſimilibus, an ſint ſimpliciter infinita, nec ne, me profiteor neſcire: ſcio tantum, me in illis nullum finem agnoſcere, atque idcirco reſpectu mei dico eſſe indefinita; Epiſtolar. Part.* I. *Ep.* LXVII. *ad Henr. Morum p.* 187. [Vid. *Biblioth. Germanique T.* XXXVII. p. 124.] Hac ſi uti nollem reſponſione, audacter negarem, ſi liberet, eſſe infinitum ejusmodi aliquid, quod *infinitum ſectione* non inepte *Conimbricenſes* Jeſuitae vocant *in Ariſtotelis Phyſic. Lib.* VI. *Cap.* 9. *p.* 148. & alias. Neque deſiderarem argumenta, quibus ita poſſem dimicare, praeeuntibus perſpicaciſſimis viris, ut confitendum foret adverſariis, inexplicabiles huic infinito difficultates eſſe adjunctas. Forte, ſi nihil, niſi unum hoc vehementius urgerem pronuntiatum: *Totum quod finitum eſt, ejus etiam partes finitae ſint, neceſſe eſt*, ſatis ſuppeditarem vel illis negotii, quorum rationem meae ceteroquin rationi multis antepono modis. Verum planius agam, omniſisque omnibus ſubtilitatibus, *infinitum* hoc *ſectione*, ſeu, ſi mavis, mathematicum, cum valde differre ab infinito metaphyſico, cujus hic unice res agitur, tum infinitum non ſatis propric vocari, animadvertam. Infinitum metaphyſicum ſcilicet continuum aliquid eſt, & ex utraque parte, ſi quidem ita loqui licet, interminatum. Secus vero ſeſe hoc habet infinitum, quod initio non caret, tametſi fine carere dicatur, partibusque conſtat innumerabilibus. Satis de numero: reſtat eorum, de qui-

regula ſeu juſtitiae norma dirigi, idque omne contendunt *ipſo facto* ſanctum & juſtum fieri, quod modo divino viſum fuerit arbitrio decernere. Placet illis hoc ſupremam Dei

quibus dicere propoſui, *tempus*, quod itidem *Cudworthus* &, praeter eum, non pauci viri eruditiſſimi infinitatis eſſe capax inficiantur.

Tempus & *aeternitas* vulgo ſibi, id quod inter omnes conſtat, opponuntur. Quotquot autem haec duo ita diſcludunt, ut alterum adverſarium eſſe ſtatuant prorſus alteri, illi omnes infinitatem derogant tempori. Namque aeternitas eſt infinita duratio. Tempus igitur ſi toto genere diſcrepat ab aeternitate, univerſa etiam ratione ab infinitate diſſidet. Quare paucis verbis ſi negotium hoc dirimere vellem, omnium teſtarer conſenſionem, quum nemo ſit, qui temporis & aeternitatis ſummam eſſe neget differentiam. Sed quum omnium concordia & communis loquendi uſus non optimi ſint veritatis magiſtri, aequum eſt, ut accuratius rem evolvam & clarius explicem. Primum id, de quo proprie quaeritur, perſpicue declarabo, ne notionum ambiguitas legentium animis noceat. *Tempus* duplici ratione ſpectari poteſt, vel in ſe ac ſimpliciter, vel comparate ad eas res, quae cum tempore procedunt, labuntur, & perſeverant. *Tempus* in ſe ſpectatum ſimpliciſſimum eſt aliquid, quod, ſi definire velis, obſcurabis potius. Quemadmodum nemo, quantacumque ſit intelligentia praeditus, quid ſit ſpatium, ſi a corporibus recedas, explicare valet, quum ita ſimplex ſit natura haec, ut omnium fugiat aciem & comprehenſionem: ita nec tempus, ſi ab illis diſceſſeris rebus, quae ſunt in tempore, ullius ſubjici poteſt ingenio. *Durationem* plerique nominant: ſed hi, velim, ſecum conſiderent, hoc verbo minime tempus definiri, ut abſtracte ſpectatur, ſed ut ad *res* refertur, quae durant ſeu exiſtere perſeverant. *Duratio* enim ſine rebus, quae *durant*, aut durationis participes ſunt, inane vocabulum eſt, quod nihil ſignificat. Experiantur viri acutiſſimi rationis ſuae vires, num naturam temporis talibus explicare verbis queant, quae omnem ad res in tempore verſantes reſpectum excludant: quod ſi fecerint, libenter me diſcipulum eorum profitebor, atque haec, quae ſcripſi, temere ſcripta eſſe pronuntiabo. Non me praeterit, hac difficultate veram temporis naturam & rationem indagandi commotos eſſe viros perſpicaciſſimos, ut tempus nihil eſſe decernerent in ſe ſpectatum, quam viſum animi noſtri, *ens rationis*, ut vulgo loquuntur, aut modum res concipiendi. Verum hi, meo quidem judicio, ut unam effugiant difficultatem, in multas incurrunt alias prorſus inenodabiles. Ita multorum comparatum eſt moribus, ut, ſi quid purius videant eſſe ac ſimplicius, quam ut mente illud complecti valeant, inter animi noſtri commenta ſtatim illud referant. At vident, ut opinor, omnes, ſi vel omnes cogitare deſinerent homines, immo motus ceſſaret omnis, futuram tamen eſſe in orbe terrarum durationem aliquam: ex quo ſine controverſia patet, falli, qui ad rationis entia tempus abire jubent. *Tempus* ſi ad res, quas vel videmus, vel cognoſcimus, referatur, nihil eſt aliud, quam duratio ſeu perſeveratio exiſtentiae earum. Atqui haec duratio ſucceſſionem complectitur, & variis intervallis mutuo ſeſe excipientibus atque inter ſe ſecretis diſtinguitur. Quam propter cauſſam tempus etiam ad res, quae exiſtunt in tempore, relatum in ſua ſpatia, momenta, intervalla, viciſſitudines diſtribuitur, & continuatio quaedam eſt, quam in partes ſuas ſecare ac metiri licet. Pari modo *aeternitas* duplici ratione conſiderationi noſtrae ſubjici poteſt, vel ſimpliciter & in ſe, vel quatenus ad Deum refertur, quem concipimus in aeternitate eſſe. De aeternitate abſolute ac in ſe conſiderata idem fas eſt ut pronuntiemus, quod de tempore ſimpliciter ſpectato diximus: non liquere nobis, qualis ea ſit; neque puto aliter reſponſurum fuiſſe *S. Petrum* vel *S. Paulum*, quam diu inter mortales verſati ſunt. Hebeſcit animus noſter, atque ſibi veluti eripitur, quoties in immenſam illam durationem intuetur, quam aeternitatem vocamus, neque verba reperit, quibus id, quod ſentit, exprimat. Ad Deum vero ſi referatur aeternitas, nil prohibet, quo minus eam definiamus durationem exiſtentiae divinae termino & fine carentem. Ita vero dum aeternitatem partior in aeternitatem *ſimpliciter* & *comparate* ad Deum ſpectatam, in abſtruſam illam ingredi nolo quaeſtionem: utrum aeternitas in ſe conſiderata certo modo a Deo differat, nec ne? Totam contra quaeſtionem hanc illis trado, quorum hoc officium eſt, philoſophari. Mihi ſatis nunc eſt, rem ita concipi a nobis poſſe, ac ſi aeternitas diſtinctum eſſet aliquid ab ipſo Deo, non ſecus atque tempus ut ſemotum aliquid a rebus, quae ſunt in tempore, commode menti noſtrae fiſtitur.

Explicatis notionibus, rem ipſam aggrediemur. Atque primum, quonam de tempore loquantur, qui negant tempus eſſe infinitum, aut, quod idem eſt, aeternitatem opponunt tempori, diſpiciendum erit. Abſolutum ſi tempus intelligant, nulla rerum ratione habita, quae durant & exiſtere perſeverant, equidem nihil, quod reſiſtat, video, ne tempori infinitas attribuatur. Namque id ipſum tempus, quod vivimus, quodque durant res a Deo conditae, non differt in ſe ab aeternitate, verum ad infinitam durationem pertinet, & noſtro con-

Dei majeſtatem vocare, maximamque omnium in eo collocare perfectionem. Neque tamen quisquam ita eſt a ratione remotus, quin videat, haec duo inter ſe pugna-

concipiendi modo pars portioque eſt aeternitatis, tametſi propric nullae aeternitatis ſeu infinitae durationis partes ſint. Illud igitur tempus in animo habeant, neceſſe eſt, quod ad res creatas refertur, quum tempus nulla ratione cum infinitate componi poſſe perhibent. Iſtuc autem tempus, perſpicuum eſt ſtatim, prorſus ab infinitate diſcrepare, ſi utriusque inter ſe comparetur indoles. Etenim initii omnis atque finis expers eſt aeternitas; tempus vero ea, qua diximus, ratione ſpectatum non ante coepit, quam res illae coeperunt exiſtere. Verum ita lis nondum ſublata eſt. Reſtat alia quaeſtio, eaque ſubtiliſſima, in qua expedienda etiam illi valde laborant, quorum rationem nemo umquam ſanus obtuſam & hebetem dixerit: Num tempus id, quod, ſi fines intucamur, tota ratione ab infinitate ſejunctum eſt, etiam reſpectu modi cum infinitate nullo pacto componi queat? Efferam rem eamdem aliis verbis: An perfecta prorſus & abſoluta ſit temporis & infinitd diſſimilitudo? num interior modus temporis idem ſit, qui modus aeternitatis? num Deus ita ſeſe habeat in aeternitate, uti res a Deo conditae ſeſe habent in tempore? an nulla prorſus ſucceſſio, nulla durationis continuatio, nulla momenta & intervalla ſint in aeternitate, quae in tempore deprehendi nemo unus ignorat? Haec omnes quaeſtiones, ſi vis, quae verbis ſubjecta eſt, expendatur, unum idemque valent & ſignificant. Si quid eſt inter eas diſcriminis, id ex eo unice oritur, quod res una eademque vario modo contemplationi noſtrae ſubjici poteſt. In hac igitur re dirimenda magnis motibus & incredibili acumine multa jam ſaecula elaboratum eſt. Hi quidem temporis & aeternitatis modum univerſa ratione differre certarunt: illi ſucceſſionem aliquam in aeternitate, ſalva tamen & incolumi divina immutabilitate, conſtituerunt: hi aeternitatem fixum eſſe aliquid & punctum ſeu momentum, quod totum coëxiſtat omnibus temporum differentiis, neque prius aliquid habeat vel poſterius decernunt: illi rem ita ſeſe habere negant, tempusque, non ſecus ac aeternitatem, momentis conſtare ſibi ſuccedentibus aſſeverant.

Aeternitatem per partes non evolvi, ſed omni carere differentia praeteriti ac futuri, princeps, quod ſciam, veterum philoſophorum ex inſtituto *Plato* docuit, quem magno numero multi ſectae, quam inſtituit, alumni, & ex Judaeis *Philo* ſequuti ſunt. Collegit dicta ejus generis *Dionyſ. Petavius Dogmat. theol. Tom.* I. *Lib.* III. *de Deo Cap.* 4. *p.* 138. *f.* quibus, ſi res id poſceret, multa poſſent adjici. Addam unum *Chalcidium Comm. in Timaeum Platonis* §. 25. *p.* 285. & §. 199. *p.* 250. Chriſtianorum doctorum, quibus idem viſum fuit, non minor eſt copia: quorum qui praecipuos cognoſcere volunt, *Petavium* iterum *loc. indic.* adeant. Maxime vero inde a ſexto poſt natum Servatorem ſaeculo communis omnium fere Chriſtiani coetus doctorum evaſit haec ſententia. Quo ſaeculo quum *Boëthius* acute ac ingenioſe *Libro* V. *de conſolatione philoſophiae p.* 137. pro ſtabili & fixa aeternitatis natura pugnaret, mentemque ſuam ſimul hac definitione complexus eſſet: *Aeternitas eſt interminabilis vitae tota ſimul & perfecta poſſeſſio*, ratio haec poſteris una cum multis ejus praeceptis aliis tantopere placuit, ut agmine veluti facto, quidquid Theologorum & doctorum ſcholaſticorum poſtea vixit, in haec ejus verba juraverit. A ſcholaſticis doctoribus idem dogma tranſiit ad eos, qui purgatam ab inveteratis erroribus *Lutheri* beneficio eccleſiam rexerunt & docuerunt, nec ad nos tantum, verum etiam ad eos, qui Reformati dici volunt. Primi quidem tam noſtrorum, quam Reformatorum coetuum antiſtites, tametſi Deum eſſe aeternum & omnis termini expertem docuerunt, modum tamen aeternitatis divinae haud determinarunt. *Melanchton* nihil de eo in *Locis communibus*; *Jo. Calvinus* nihil de eo in *Inſtitutione religionis Chriſtianae* praecepit. Neque ipſum *Lutherum* usquam aliquid ad hanc quaeſtionem enodandam ex inſtituto afferre memini. Quod ſcilicet alieni prorſus erant magni hi homines ab arida, quam ſcholaſtici doctores conſectati erant, & rixoſa divinam ſapientiam tradendi via, ideo nonnullorum dogmatum nullam ſibi rationem duxerunt habendam eſſe, quae populari modo vix explicari poſſe cernebant. At diſcipulos eorum, ut doctrinam hanc una cum aliis hujus generis in ſcenam denuo revocarent, aſtutia Socinianorum & ſimilium coeleſtis doctrinae adverſariorum commovit. Qui quum univerſam religionem in rationis ſuae orbem cogere niterentur, neque Dei naturam vererentur ex ſua natura aeſtimare; ex quo multi naſcebantur errores valde peſtiferi ac capitales: ſubtilius & acutius de divinis virtutibus, quam antea factum fuerat, diſputari coeptum eſt, & aeternitas quoque Dei inter alia diligentiori explorationi ſubjecta. Ipſe tamen *Mich. Servetus*, cui tota ſcholaſticorum natio tantopere inviſa & exoſa fuit, nihil in eorum de aeternitate doctrina, quod vituperaret, invenit: quod quidem ipſis ejus verbis probare, operae pretium arbitror. Sic igitur *Lib.* II. *de Trinit. errorib. fol.* 53. *a. Praeterea*, inquit, *nullam eſſe in Deo temporum differentiam, argumentum facit proprietas ſeu conſuetudo eloquii prophetici: nam futura pro praeteritis*

gnare: *Esse aliquid φύσει seu natura sua justum & injustum*, seu *naturalem esse in Deo sanctitatem*; &: *Voluntatem arbitriumque supremi Numinis, nulli adstrictum legi, unam esse*

vitis annuntiant, & interdum econtra, tempusque pro tempore saepe ponitur, non solum rei firmitatem, sed etiam significans, in Deo non esse tres illas temporum differentias, scilicet praesens, praeteritum, & futurum: nam ea, quae videntur, videnti jam sunt firma & perpetua. Plura ibi disserit in hanc rem homo non semper delirans, sed interdum peracutus, quae brevitatis amore praetermitto. Secus vero longe visum est, id quod jam antea monui, illis, quibus alioquin *Servetus* minime displicuit, Socinianos intelligo: secus etiam *Conr. Vorstius* in notissimo *de Deo & attributis divinis Libro*, qui tot peperit certamina, praecepit. Cujus quum non plane repudiarent sententiam illi, qui a *Jac. Arminio* nomen habent, difficiles cum *Vorstio* & Arminianis de hoc argumento lites excitatae sunt. Atque hinc evenit, ut non modo dogma de aeternitate stabili & omnis successionis nescia in omnes fere *Theologicas institutiones*, tam a nostris, quam a Reformatis ab illa aetate conscriptas, referretur, sed etiam eorum, qui successionem in aeternitate concipiunt, sententia in opinionibus collocaretur, quibus a reliquis Christianis Arminiani secreti sunt. Vid. venerandi & praeclare de re omni sacra promeriti viri, *Gustav. Georgii Zeltneri, Breviar. controversiar. cum Remonstrantibus Quaest.* VII. *p.* 56. Omnes, qui pro aeternitate, quam *fixam* vocare solent, certant, num ratio impulerit, ut hanc opinionem amplecterentur, equidem vehementer dubito. Multos certe tam constitisse de hac re disputare video, ut facile appareat, non satis patuisse illis totum istud momentum, quod in quaestione & controversia versatur. At Platonicis, nisi multum fallor, ut in hanc ingrederentur sententiam, sectae & reliquorum, quae tuebantur, dogmatum salus aeque fortiter, atque vis veritatis & rationis, coëgit. Mundum esse initii expertem, seu una cum Deo ex omni aeternitate exstitisse, familia haec scisebat. Hoc autem adversus dogma qui pugnabant, illi vel omne Dei atque mundi discrimen eo tolli, vel etiam duo infinita & aeterna induci, in primis animadvertebant: utrumque vero intolerabilem errorem esse ac philosophis prorsus indignum. His igitur ut occurrerent Platonici, necesse erat omnino, ut differentiam aliquam inter Dei & mundi aeternitatem excogitarent: atque hanc inventam esse putabant, si Dei aeternitatem non secus ac punctum & momentum quoddam, mundi vero perennitatem tamquam durationem cum successione conjunctam spectari debere, decernerent.

Vidimus, quantis auctoribus & vindicibus eorum stet sententia, qui omnem ab aeternitate successionem removent: nunc eorum etiam convenit aliquos indicare, qui se nihil peccare arbitrantur, si temporum differentias non abhorrere a natura aeternitatis statuant. Sociniani omnium hac de re durissime sentiunt, quorum dicta collegit *Jo. Adam. Scherzerus* in *Collegio Anti-Socinian. Disp.* V. *Thes.* IV. *p.* 47. *s.* quamquam & in hoc quidam sunt grege, qui cautius opinantur, nec ad eam, quae inter nos recepta est, sententiam accedere formidant. Modestius multo, qui *Remonstrantes* seu *Arminiani* appellantur. Namque hi, tametsi acute ac ingeniose in eos disputent, qui aeternitatem *fixam* esse volunt, in extrema tamen plerumque disputatione fatentur, quaestionem hanc esse valde subtilem, de qua in uramque partem sine veritatis offensione sententiam dicere liceat. Totus est in aeternitate, quam *momentaneam* dicunt, oppugnanda *Simon Episcopius Instit. Theologic. Cap.* 9. *p.* 287. *s. Tom.* I. *Opp.* omneque prope ingenium in eo argumento effundit. Idem vero quum postea ad eamdem revertitur quaestionem *Cap.* 14. *p.* 298. *a.* his verbis dissertationem terminat: *Licet mihi facilius tutiusque esse id, quod diximus, videatur; tutissimum tamen omnium est, aeternitatem creare, & modum aeternitatis Deo relinquere & tempori, salva dissentientium pace & concordia.* At quid tamen opus erat tantum verborum in modo aeternitatis explicando consumere, si tutiorem illi viam & meliorem sequuntur, qui prorsus tacent hac de re? Confidentius paullo differunt *Steph. Curcellaeus* in *Institutione religionis Christianae Lib.* II. *Cap.* 3. *p.* 45. *Opp.* & *Jo. Clericus Ontologiae Cap.* 5, *p.* 352. & *Biblioth. choisie Tom.* V. *p.* 56. *s.* At *Phil. Limborgius* rursus *Theol. Christianae Lib.* II. *Cap.* 5. §. 2. *s. p.* 56. *Episcopii* vestigia premit, expositisque difficultatibus, quibus utraque premitur sententia, *definire sese nolle*, §. 10. *p.* 57. perhibet, *utrum aeternitas fixa sit, an successiva, quum Scriptura nihil definiat.* Sunt tamen & alii, quibus nihil vel cum Socinianis commune est, qui aeternitatem successionis nesciam repudiant. Spernit eam *Petr. Gassendus Physices Sect.* I. *Lib.* II. *Cap.* 7. *p.* 227. *Opp.* rejicit *Jo. Tillotsonus*, vir eloquentia & ingenio maximus, *Vol.* VII. *Serm.* XIII. & *Vol.* VI. *Serm.* VI. cujus verba *Sam. Clarckius* attulit *Demonstration de l'existence de Dieu Cap.* 6. *p.* 65. qui *Clarckius* ipsemet non obscure indicat, ad eorum sese partes propendere, qui successionem in durationem infinitam admittunt. *Petr. Baylius Dictionaire histor. & crit. Tom.* IV. *voce Zabarella p.* 2901. 2902. multa adversus eos commovet, qui *Boëthii* definitionem aeternitatis probant, non quidem ut certi statuat aliquid, sed ut more suo nihil sciri a nobis osten-

esse justi & injusti regulam. Sunt in Theologis alii, qui hoc primum sanciunt: *Quidquid in Deo est, id Deus est*, seu ad divinam naturam pertinet: hoc vero deinde

ostendat; in quibus id singulare est, quod Romani coetus dogma de conversione panis & vini in corpus & sanguinem *Christi* multo facilius comprehendi posse, quam definitionem hanc, pronuntiat. Plures ut nominem sententiae hujus patronos, necesse non est.

Non is ego sum, qui me putem post tot viros ingenii praestantia nulli secundos novi aliquid & solidi de tam recondito argumento proferre posse: at quum propositum meum ita fieri velit, ingenue, quid, utriusque partis rationibus diligenter expensis, in animum mihi venerit, aperiam. Neque tamen praetoris instar aut philosophi decernam, certa ut sint & fixa, quae dicturus sum, sed ut homo unus e multis, qui probabilia conjectura sequitur, cogitata mea explicabo. (I.) Qui hanc controversiam tractarunt, non mihi semper videntur satis constanter & perspicue, ut fit plerumque, quum de rebus a sensu remotis sermo est, animi sui sensa declarasse. Nescias interdum, utrum de aeternitate in se & absolute spectata, an vero de aeternitate, quatenus ad Deum refertur, differant. *Episcopius* de aeternitate Dei clare loqui videtur. *Limborgius* vero, *Non quaerimus*, inquit, *de essentia Dei, sed de natura aeternitatis in abstracto consideratae.* —— *Nihil impedit, quo minus nos notionem aeternitatis in abstracto consideremus, cujus notio omnis inferre videtur successionem durationis*; *loc. citat. §. 7. p. 57.* Vereor, ne, si haec vera sunt, universa haecce lis plus subtilitatis, quam veritatis habeat, & in pugnam postremo non de re ipsa, sed de viribus ingenii & animi nostri desinat. Similiter nescias interdum, utrum successionem ratione nostri intelligant, qui fortasse sibi videantur esse, in aeternitate successionem collocare, an vero successionem ratione Dei. Sic enim saepenumero loquuntur, ut id sibi tantum velle videantur, tantam esse debilitatem animorum nostrorum, ut aeternitatem successionis omnis expertem complecti nullo modo valeant. Multum vero ad hanc quaestionem interest, ut hoc ante omnia expediatur: aeternitatem enim ad nos relatam successionem quodammodo habere, nemo forte in dubium revocet. (II.) Si vocabula *successio, momentum, instans, punctum* ab hac controversia abessent, multo minus illa, nisi fallor, obscuritatis & difficultatis haberet. Namque haec vocabula, quae e rebus finitis sumta sunt, quum ad res applicantur infinitas, perperam saepenumero accipiuntur sententiae differentium, quia in mentibus audientium notiones ex excitant rebus perfectis & aeternis parum consentaneas. Simulatque *successionis* mentio fit, talis statim *successio* mentibus nostris obversatur, qualis est rerum conditarum & oculis nostris expositarum. Pari ratione, quum *spatium, punctum, instans, momentum* nominari audimus, earum statim rerum reminiscimur, quibus inter homines haec imponuntur vocabula. Ita vero fit, ut nonnumquam sententias iis tribuamus, quos vel audimus, vel legimus, a quibus illi multum aversi sunt. Namque hi, quum tanta sit linguarum inopia, ut nulla praesto sint nomina, quibus res a sensuum consuetudine abstractae commode queant exprimi, vocabula usurpant rebus finitis & in oculos incurrentibus propria, quibus perfectiorem tamen & meliorem potestatem subjici volunt: nos vero consuetas nominum illorum notiones cum verbis eorum temere conjungimus: ex quo postea multi errores in disputando nascuntur. Certus ego sum, eos, qui aeternitatem cum successione concipiunt, vocabulum, *successio*, sensu longe puriori sumere, atque vulgo sumitur. At qui adversus eos dimicant, aut ignari hujus rei, aut immemores, non secus agunt, ac si de eo unice quaereretur, quod inter homines *successio* dicitur. Rursus, qui *punctum, instans, momentum* aeternitatem vocant, multo melius sentire suspicor, quam loquuntur: in quam me sententiam responsiones induxerunt, quibus argumenta adversariorum diluunt. Namque has si accurate consideremus, non id sibi velle videntur proprie, aeternitatem nihil, quam *momentum* & *punctum* esse: quod si vellent, rem infinitam finitam esse statuerent: sed hoc tantum significant, uti conjicio, respectu modi durationis, non autem ratione durationis ipsius, aeternitatem cum puncto vel momento comparari posse. Verbo, nihil aliud mihi dicere videntur, quam hoc: Quemadmodum in momento nulla est successio, ita nec in aeternitate; tametsi non ignorem, multo plura sibi dicere videri nonnullos hujus generis. Certe plura si nos docere volunt, qui aeternitatem sic, uti dixi, definiunt, equidem in illis nomen meum profitebor, qui se vim descriptionis huius plane negant assequi. Illi vero, qui contra sententiam eorum veniunt, non secus orationem instituunt, ac si adversariis momentum & aeternitas unum idemque videretur. Vellem igitur, abstinere possent ab his aliisque ejus notae vocabulis, quae perperam a plerisque intelliguntur, qui in enodanda quaestione hac elaborant: vellem maxime, *puncti* & *momenti* nomina prorsus ex ea exturbarentur: quippe quae nihil explicant, quod antea jam monui, sed rem potius obscurant. Minime vero omnium ferendi sunt, quorum supra jam temeritatem castigavi, qui luculentam sese attulisse opinantur aeternitatis definitionem, quando *punctum* vel *momentum* nuncupant, quum ipsi, si urgeantur, fateri deinceps cogantur, nescire sese vim

Digitized by Google

de praecepto freti, tantam Deo immutabilitatem, tamquam neceſſariam virtutem, attribuunt, ut non modo omnem in divina natura libertatem voluntatis exſtinguere, verum etiam omnem Deo vim *ad extra*, ut loquuntur, agendi, aut res ilias animadvertendi & percipiendi, quae in orbe hoc paullatim fiunt & accidunt, adimere videantur. Et hi tamen ipſi, quos hae delectant ſententiae, tam acerrimi ſunt divinae libertatis vindices, ut omnia praecipiant abſolute a Deo decerni, & mero ejus arbitratu ſine ulla norma & regula fieri. Verum haec aliaque vitia, in quae imprudentes nonnulli incidunt ex divinae ſapientiae profeſſoribus, nulli ſtatim argumento eſſe debent, univerſam Theologiam ingenii commentis & notionibus inter ſe pugnantibus abſolvi, nec habere quidquam, quod ſanioris philoſophi explorationem ſuſtineat. Quot, quaeſo, philoſophi opiniones ſimul tuentur, quas nemo ſanus junxerit? Inde vero nemo unus umquam efficiet ſapiens, totam philoſophiam cumulum eſſe ſententiarum inter ſe male cohaerentium, nec eſſe aliquid ſim-

norum vocabulorum, quum ad aeternitatem accommodantur. Sed quum hoc minime ſperandum ſit, fore, ut omnia ejusmodi verba, quae ad irretiendos animos & in errorem inducendos multum valent, repudientur, cogitandum tamen ſemper erit ab illis, qui in haec certamina ſeſe immittunt, ordinarias poteſtates ab illis eſſe ſegregandas. (III.) Infiniti qui naturam ſemper ob oculos habent poſitam, illi non poſſunt non, ſi hanc notionem ſequi velint, intelligere, illis, qui ſucceſſionem ab aeternitate ſeclusam plane ac ſemotam volunt, veritatem multo magis favere, quam reliquis, qui ſecus ſentiunt. Infinitum quod eſt, id ſtabile quoddam eſt, omni termino, origine, ac initio vacans, ſimplex denique, continuum, individuum, & unicum, in quo nil duplex, nil coagmentatum, nil copulatum: quare nec ſecerni ulla ratione, nec dividi, nec diſcerpi, nec diſtrahi poteſt. Infinita igitur duratio ſeu aeternitas nullam in ſe admittat diviſionem, neceſſe eſt, nullas habeat partes, nullam dimenſionem, nullis denique diſtinguatur momentis & differentiis. Idque ipſi non diffitentur interdum illi, qui aeternitatem *ſucceſſivam* eſſe ſtatuunt, utpote qui differentias temporum non in ipſo eſſe tempore, ſed in animis hominum, concedunt. Hoc autem ſi ita ſeſe habet, equidem neſcio, qua ratione aeternitas ordo momentorum ſibi ſuccedentium eſſe queat. Ubi nimirum nullae partes ſunt, ibi nullus poteſt eſſe vel ordo, vel ſucceſſio: ubi nulla proprie momenta ſunt, nullae temporum differentiae, ibi alterum ſequi alterum & excipi ab altero nullo modo poteſt. Quod humanae res a Deo conditae res fluunt, labuntur, praetereunt ſenſim, id propter finitatem ſit, qua circumſcriptae ſunt. Ergo infinitum, ſi flueret & paullatim laberetur, non eſſet infinitum, ſed finitatem adjunctam haberet. Metuo igitur, ne hac in quaeſtione idem viris eximiis eveniat, quod multis in rebus aliis contingere nobis ſolet, ut ea, quae in animis tantum noſtris aut ſenſibus ſunt, in ipſis eſſe rebus extra nos poſitis, nobis perſuadeamus. Nos quidem aeternitatem in certa ſpatia deſcribimus, variasque temporum in ea diviſiones effingimus. Haec ſpatia, hasque diviſiones quum cogitamus, exiſtimamus, eas in ipſa eſſe aeternitate, quum tamen in animis tantum noſtris ſint: quumque ipſimet, qui in tempore ſeu aeternitate verſamur, fluamus & ſenſim labamur, ideo ipſa nobis aeternitas fluere una nobiſcum, labi, ac praeterire videtur; quae tamen ſi flueret atque praeteriret, non eſſet aeternitas, ſed res terminis ſuis definita. Fingo mihi vaſtum & immenſum ſpatium, idque ſtabile prorſus & omni motu interiori vacuum: fingo, in hoc ſpatio magnum animantium ratione praeditorum numerum decurrere paullatim & ſenſim procedere. Ipſum ſpatium hoc prorſus eſt individuum: at animalia tamen, quae in eo verſantur, menſurae illud in animo ſuo ſubjiciunt, terminosque cogitando varios & limites in eo figunt. Hi termini num ſunt in ipſo ſpatio? Nemo dixerit: caret enim partibus omnibus. Ubi ergo ſunt? In ipſa tantum animantium intelligentia. At nihilo tamen minus ea ſibi perſuadent, ac ſi, quae in animis ſuis deſignata habent, in ipſo re vera eſſent, cujus partem aliquam occupant, ſpatio. Spatium illud conſiſtit, nec ulla ratione cietur & concitatur. At haec animantia ideo, quia ipſamet locum mutant & proficiſcuntur, ſpatium una ſecum pergere ac decurrere, ſine ulla cauſſa opinantur. Id ipſum nobis accidit, quoties immenſum illud temporis ſpatium intuemur, quod aeternitatem nominamus. Succeſſionem & ordinem, quem ipſimet in animis habemus noſtris, ad ipſam aeternitatem nec opinato transferimus, quodque ad nos tantum pertinet, id ad aeternitatem pertinere opinamur. Forte aliquis hac ratione non illuſtrari naturam aeternitatis dicet, ſed in perpetuis reconditam relinqui tenebris. Verum facilis erit reſponſio. Neque nos illi ſumus, quibus aeternitatis rationem aperire datum eſt: quod ſi nobis datum eſſet,

Digitized by Google

ſimpliciter verum vel falſum, ſed, quod *Protagoram* docuiſſe quondam accepimus, omnia, quae falſa vel vera dicuntur, ita nobis videri tantum & apparere.

§. XXVI. His explicatis, paullo propius congrediemur. Certum eſt, per ip- 784
ſam rerum naturam fieri nullo modo poſſe, ut exſiſtat aliquid, quod ſibimet ipſi repugnat. Quamobrem, quidquid demonſtrare nobis licet ex rebus toto genere diſjunctis & diſcordibus conflatum & compoſitum eſſe, id nullum ſit & nihilum, neceſſe eſt. At hac tamen regula non raro hominum abutitur levitas. Sunt enim, qui continuo illud fieri non poſſe, & intolerabili abſurditate laborare clamant, quod coeca ipſorum mens & debilis non complectitur ratio. Homines, verbi cauſſa, a Deo averſi, qui materia **univerſam** rerum naturam contineri ſibi perſuadent, quoniam tam obtuſo ſunt **ingenio**, ut eſſe naturas quasdam a corpore ſecretas nullo modo capiant, continuo, **quae de** naturis ejusmodi praedicantur, incredi-

eſſet, homines non eſſemus, quorum ingenia finibus ſuis, iisque admodum angustis, continentur. Satis nobis ſit, dum hic vivimus, rerum ipſarum intelligere ac cognoſcere veritatem: modi vero inveſtigationem modice appetamus, nec homines eſſe nos oblivifcamur. Clare quidem cerno, nihil eſſe verius hoc ſcito: In eo, quod infinitum eſt, ordinem & ſucceſſionem concipere id vero eſt infinitatem tollere: quomodo vero infinitum ſucceſſione vacans interius ſeſe habeat, id viros eruditos, ut me ignorare patiantur, rogo, quem vertigo neſcio quae veluti invadit, quoties voraginem illam attentius adſpicio. Quae de aeternitate in ſe ſpectata hic diximus, ea multo magis vera ſunt, ſi ad Deum ea referatur. Namque is, quum infinitus ſit, nullo plane modo ita poteſt in aeternitate eſſe, quemadmodum in tempore res ſunt ab eo factae & conditae. (IV.) Bona igitur quod fiat cum gratia eorum, quorum merita & eruditionem meas multum antecedere dotes fateor, putem, ad hanc litem terminandam non inutile fore, ſi aeternitas diſtinguatur in *aeternitatem in ſe ſpectatam* & *ad nos relatam*. *Aeternitas, ſi ad nos referatur*, non caret ſucceſſione: nec enim tantae ſunt animi noſtri facultates, ut omni, quum de ea ratiocinamur, ſucceſſionis notione animos noſtros purgare queamus. Quod illi ſolent, qui navigant, idem nos facimus. Illis terra recedere, fugere, & abire videtur, nave fugiente & per fluctus properante, quum tamen quieſcat illa, nec moveatur, nec vel ingenioſiſſimus, tametſi rem aliter ſe habere ſciat, oculis ſuis & animo ita poteſt imperare, ut hoc ſeſe errore liberet: nobis, qui volamus ipſimet & concitato curſu ad calcem vitae feſtinamus, aeternitas ipſa, qua nihil tamen eſt ſtabilius, immo ipſe Deus labi nobiſcum & feſtinare videtur. At *aeternitas in ſe ſpectata* omnem excludit ſucceſſionem, omnem ordinem, omnem dimenſionem, omnem partitionem reſpuit. Atque parum abeſt, quin illos, qui Deum immutabilem eſſe, immenſum, & infinitum acerrime tuentur, at una tamen aeternitatem ordine & ſucceſſione carere negant, hoc unum ſibi tantum velle putem, aeternitatem, ſi cum noſtro contendatur ingenio, in ſuccedentia ſibi tempora & momenta non poſſe non diſtribui. (V.) Reliqua, quae de hoc afferuntur argumento, illis relinquo, a quibus profecta ſunt. Scire mihi ſufficit, ſtabilem eſſe Dei eſſentiam & aeternitatem: quae de modo hujus ſtabilitatis ſubtiliter magis, quam dilucide, differuntur, parum mihi perſpecta eſſe lubens fino. *Boëthii* definitio aeternitatis plus habet audaciae, quam perſpicuitatis: atque dudum eſt, quod magnis ea viris diſplicuit, qui ceteroquin idem, quod nos, de aeternitate ſentiunt. *Punctum* & *momentum* qui ſtatuunt aeternitatem eſſe, illi viderint, quomodo finitionem ſuam rite declarent, & ab adverſariorum argumentis vindicent. Mihi conſtitutum eſt, hanc loquendi rationem aliis relinquere, ne ſatis ſpinoſum per ſe argumentum in novas conjicere ſalebras, verboque obſcuro rem in primis reconditam & comprehenſu difficillimam implicare magis, quam explicare videar. Denique, quod *aeternitatem totam coëxſiſtere ſingulis rebus & omnibus temporum differentiis*, doctores multi poſt Scholaſticos aſſeverant, id, quia mihi plane repugnans videtur, ut recipiat, ab animo meo non impetro. Modum ſtabilitatis, quae aeternitati propria eſt, iſtis verbis exponere conantur viri doctiſſimi: ego vero, hunc modum incognitum mihi prorſus eſſe, non poſſum, quin ingenue fatear. Putem, multo eſſe gloriosius, ignorantiam ſuam profiteri, quam verbis, quorum vim & ſententiam nemo unus aſſequitur, magnam ſapientiam prae ſe ferre. Hoc unum mihi perſpicuum eſt & omni vacans controverſia: Succeſſio & ordo, qui nobis in aeternitate videtur eſſe, non eſt in aeternitate ipſa, ſed in animo tantum noſtro: quemadmodum colores non in rebus proprie ſunt, quas conſpicimus, ſed in oculis noſtris. Haec igitur contenus ſum. Plura qui

Digitized by Google

dibilia esse ac inter se pugnantia, decernunt. Censent enim, si dicas: *natura corporis expers*, id idem esse, ac si diceres: *corpus* (*l*) *corpore vacuum.* Itaque quum divini juris consultos Deum audiunt praecipere naturam esse omnis corporeae concretionis expertem, rident statim, atque tradi existimant aliquid, quod omnis aversetur ratio. Videamus, quemadmodum nuperus quidam scriptor hac de re (*m*) differat: *Universum, id est, tota rerum omnium moles, corporea est, id est, corpus. Jam singulae partes corporis corpus sunt, & idcirco quaelibet pars universi corpus est, & quodcumque corpus non est, id nec pars ejus est: quumque, praeter universum, nihil sit, consequens est, id nihil esse, quod ejus pars non est. Spiritus igitur quum appellantur incorporei, hoc vocabulum tantum honoris est. Majori vero cum pietate idem nomen Deo ipsi potest tribui; quem quum nominare volumus, non spectamus, quodnam attributum optime naturam ejus exprimat, quae incomprehensibilis est, verum id unice consideramus, quod aptissime desiderium nostrum indicat honorandi eum.* Hic vocem *incorporeus* nomen quoddam honoris caussa inventum esse perhibet, id est, exprimi eo verbo tantum reverentiam illam, quae mentes obsideat mortalium, nihil vero reapse eo significari,

sibi ait esse hac de re aperta, illi scientiam, quam sibi arrogat, non invideo: rursus vero ab eo postulo, ne meam mihi modestiam invideat. Haec habui, quae de natura infiniti ad muniendam & illustrandam *Cudworthi* sententiam differerem: in quibus si peccavi forsitan, quod fieri potuit, aut verbis parum idoneis animi mei sententiam exposui, cogitent velim secum aequi lectores, de re omnium, quae sub nostram cadunt intelligentiam, retrusissima & difficillima orationem hic institutam esse. Aliis quid eveniat, quum de infinito cogitant, nescio: mihi vero diligenter aeternitatem commentanti idem usu venire sentio, quod illis, qui acriter solem oculis intuentur. Ut adspectum hi amittunt omnino, & oculos valde conturbatos inde referunt: ita mihi mentis acies hebescit: & ob eam cautiam contemplandi diligentiam omitto.

(*l*) *Vacuum*] Ita differte praecipit *Thom. Hobbesius Leviathan. Cap.* 34. *p.* 163. *Corpus*, inquit, *& substantia idem significant: & proinde vox composita* substantia incorporea *est insignificans, aeque ac si quis diceret*, corpus incorporeum. Conf. *Cap.* 12. *p.* 56. & *Cap.* 45. *p.* 307.

(*m*) *Differat*] Fidelissime hic & ad verbum paene Latine expressi, quae apud *Cudworthum* Anglice leguntur. Etenim in omnibus, quae mihi recta sunt, puto vero, recta mihi esse omnia, quae momenti sunt alicujus, *Hobbesii* scriptis talem mihi locum indagare non licuit, qui his verbis accurate responderet. More suo sententiam, non voces, hic retulisse hominis *Cudworthus* videtur. Fuisse autem hanc *Hobbesio* sententiam, cum ex aliis quibusdam librorum ejus locis apparet, tum maxime ex *Leviathanis Cap.* 34. in quo multa leguntur plane illis similia, quae hic afferuntur. Sic nempe differit *p.* 183. *Corpus significat universaliter id, quod locum aliquem rerum implet sive accipiat: nec dependet (ut locus ipse) ab imaginatione nostra, sed pars est realis ejus, quod vocamus universum. Universum enim quum sit corporum omnium aggregatum, nullam habet partem, quae non sit etiam corpus: neque dicitur proprie corpus, quod non sit totius universi aliqua pars.* Quibus dictis, ad vocabulum *spiritus* ex sententia sua declarandum progreditur: cujus postquam recensuerat notiones aliquot, ex sacris litteris, parum licet scienter, erutas, sic *p.* 184. differere pergit: *Vocabuli spiritus significationes in scripturis sacris alias non invenio. Siquidem ergo scripturae loco alicui nulla harum significationum sufficere potest, locus ille intellectum nostrum superare existimandus est. Nec mirum: quum natura Dei incomprehensibilis sit, & nomina ei attribuenda sunt non tam ad naturam ejus, quam ad honorem, quem illi exhibere debemus, congruentia. Cap.* 12. *p.* 56. alia quaedam leguntur, quae eamdem fere continent sententiam: *Deum* (quidam) *esse spiritum incorporeum dixerunt, fortasse non dogmatice, ut naturam divinam per ea verba comprehenderent, sed ex intentione pia Deum attributo aliquo honorandi, quod corporum visibilium crassitudinem omnem a Deo removerent.*

(*n*) *Ait*] Accurate iterum hic verti, quae a *Cudworthio* non secus recitantur, ac si essent ipsa verba *Hobbesii.* Repetendum vero hic rursus est, quod paulio ante monui, orationem hanc nusquam ita scriptam in *Hobbesii* libris legi, sed a doctissimo viro ex variis eorum locis congestam & contextam esse. Quid? quod in ea quaedam mihi videntur esse, quae citius consectaria ex *Hobbesii* decretis derivata, quam ipsa, quae verbis expressit, dicta ejus & praecepta dixeris. Afferam ego praecipuos, ex quibus orationem hanc compositam video, philosophi Angli locos, de sententia ut ejus tanto constet omnibus certius. In *Elementis de cive Cap.* 15. §. 14. *p.* 118. ita differit: *Quando Deo attribuimus visionem & ceteros sensuum actus, vel scien-*

Digitized by Google

cari, nec, quae ei vere reſpondeat, naturam ullam exſtare: naturam enim corpore vacuam rem eſſe ex binis rebus aeque contrariis compoſitam, ut *nihil* ſunt & *aliquid.* Nihilo tamen minus haec disjunctio non in re ipſa, verum in humanarum tantum mentium infirmitate ac coecitate latet. Eſſe enim, praeter corpora, naturas alias, ſi modo veram propriamque corporis notionem arcte teneamus, certiſſimis extra dubitationem ponere licet argumentis. Verum quum non illi tantum, quibus Deus odio eſt, hoc mentis cum morbo conflictantur, ut, praeter corpus & materiam, intelligere aliquid & ingenio conſequi nulla ratione valeant, verum etiam inter eos, qui Deum eſſe fatentur, non deſint, quos eadem vexat ſcabies, quippe propterea corporeum ſibi Numen fingunt, hoc quidem nunc dimittam. Exponam potius nuperi cujusdam auctoris verbis, cujus generis repugnantes illae ſententiae ſint, quibus illi, qui Deum eſſe nolunt, univerſam Theologiam con- 785
taminatam eſſe aſſeverant. Credere igitur, verbi gratia, nos ajunt perabſurde, Deum *res percipere ſenſibus ſubjectas ſine ullo ſenſuum organo, ſapereque ac intelligere ſine cerebro. Pii viri,* (n) *ait, bonoris cauſſa Deo attribuunt nomina, quae inter homines ho-*

ſcientiam & intellectum, quae in nobis nihil aliud ſunt, quam ſuſcitatus a rebus externis organa prementibus animi tumultus, non eſt putandum, aliquid tale accidere Deo: ſignum enim eſt potentiae ab alio dependentis, id quod non eſt beatiſſimum. Illum igitur, qui nolit attribuere Deo alia nomina, quam jubet ratio, oportet uti nominibus, quae vel negativa ſunt, ut infinitus, aeternus, incomprehenſibilis, *vel ſuperlativa, ut* optimus, maximus, fortiſſimus, *&c. vel indefinita, ut* bonus, juſtus, fortis, creator, rex, *& ſimilia, eo ſenſu, ut non velimus, quid ſit, dicere, (quod eſſet eum limitibus noſtrae phantaſiae circumſcribere) ſed propriam admirationem & obedientiam confiteri, quod humilitatis eſt & proprium animi honorantis, quantum poteſt. Unicum enim ratio dictat naturae ſignificativum Dei nomen,* exſiſtens, *ſive ſimpliciter,* quod eſt, *unumque relationis ad nos, nempe* Deus, *quo continetur & rex & dominus & pater.* His ſimilia plane ſunt, quae in *Leviathane Cap.* 31. *p.* 170. litteris mandavit: *Qui Deum videre, ſentire, ſcire, intelligere dicunt, (quae facultates in hominibus nihil aliud ſunt, quam animi ab agentibus externis per corporis humani partes organicas excitatus tumultus) niſi per ea verba intelligant divinam & incomprehenſibilem potentiam, Deum non honorant. Is, qui Deo attribuere nomen nullum vellet, niſi quod naturali rationi conforme ſit, nominibus uti debet vel negativis,* infinitus, aeternus, incomprehenſibilis; *vel ſuperlativis, ut* altiſſimus, maximus; *vel indefinitis, ut* bonus, juſtus, ſanctus, creator, *idque eo ſenſu, ut non velit declarare, quid ſit Deus, ſed quantum ipſum admiramur & veneramur nos. Unicum enim naturae ſuae nomen habet:* EST. Interjectis nonnullis, ita pergit *p.* 171. *De natura autem divina diſputare, honori Deo debito contrarium eſt: ſupponitur enim, de regno Dei nihil ſciri poſſe, niſi per rationem naturalem, id eſt, per principia phyſica, quae tantum abeſt, ut naturam divinam patefaciant, ut ne noſtram quidem aut cujusquam rei minimae naturam nos docere poſſint. In attributis ergo divinis reſpiciendum non eſt ad definitiones vocabulorum, ſed ad, quam ſignificant, honoris intentionem.* His poſterioribus affinia ſunt, quae in *Elementis de cive Cap.* 15. *p.* 118. 119. excidere ſibi paſſus eſt: *Non eſt diſputandum de divina natura. Suppoſitum enim eſt, in regno Dei naturali ſola ratione omnia inquiri, hoc eſt, ex principiis ſcientiae naturalis. His autem tantum abeſt, ut ſciamus naturam Dei, ut ne quidem noſtri corporis aut cujusque creaturae proprietates ſatis aſſequi poſſimus. Ex hujusmodi igitur diſputationibus nihil provenit, praeterquam quod ad modulum conceptionum noſtrarum nomina divinae majeſtati temere imponantur. Ex Libro de homine Cap.* 14. §. 4. *p.* 78. ſequentia huc optimo jure referas: *In his autem diſputationibus* (de religione) *dum ſcientiam quaerimus earum rerum, quae ſub ſcientiam non cadunt, fidem in Deum, quantum in nobis eſt, deſtruimus. Poſita enim ſcientia, tollitur fides, ſicut, poſita fruitione, tollitur ſpes. —— Quaeſtiones ergo de natura Dei, naturae conditoris, nimis curioſae ſunt, nec operibus pietatis accenſendae: & qui diſputant de Deo, non tam Deo fidem, (cui jam omnes credunt) quam ſibimet ipſis conciliare cupiunt.* Neque omitti debent, quae *Leviathanis Cap.* 3. *p.* 12. leguntur: *Nomen Dei non uſurpatur, ut illum concipiamus, (eſt enim incomprehenſibilis, & magnitudo potentiaque ejus inconceptibilis) ſed ut honoremus.* Ad extremam partem eorum, quae hic a *Cudworthio* adſcribuntur *Hobbeſio*, illuſtrandam inter alia haec pertinent, quae in *Elementis de cive Cap.* 15. §. 17. *p.* 121. exſtant: *Concludi itaque poteſt, legum naturalium, tam ſacrarum, quam ſecularium, regnante Deo per ſolam naturam, interpretationem dependere ab auctoritate civitatis, hoc eſt,*

honorifica ſciant putari, viſum, auditum, voluntatem, cognitionem, juſtitiam, ſapientiam, &c. Privant vero iidem Deum miſeris illis rebus, ſine quibus hominciones nos iſtas facultates nec habemus, nec vel intelligere poſſumus, ut oculis, auribus, cerebro, & reliquis organis. Atque hoc non male. Quum vero de Dei actionibus philoſophice diſputant, tum rurſus non ſecus diſputationem inſtituunt, ac ſi Deus reapſe his facultatibus eſſet praeditus. Hoc autem perperam fit: atque haec ratio eſt, cur in tot difficultates delabantur. Diſputandum nobis non eſt de natura Dei, quae philoſophiae noſtrae ſubjici nullo modo poteſt. Vera religio in eo conſiſtit, ut obedientiam legatis Chriſti praeſtemus, & tantum Deo honoris, ſive actiones ejus ſpectentur, ſive virtutes, tribuamus, quantum unusquisque horum legatorum in ea, cui praeeſt, provincia praecipit. Ab his ſi quis cuncta removeat involucra, vera videtur haec eſſe viri hujus ſententia: Deum inter res, de quibus philoſophari licet, non eſſe referendum: licet vero de omnibus illis rebus philoſophari, quae exſiſtunt re vera: quam quidem ſententiam hoc, quod (*o*) alio loco tulit, pronuntiatum confirmat: *Religio non eſt philoſophia, ſed lex:* Divinam naturam reapſe non exſiſtere, neque coelum aut terram ab ea incoli & habitari; verum, ſicut omnes genios & mentes, ita Deum incolam eſſe tantum humani cerebri, id eſt, ſimulacrum quoddam, quod metus & imaginatio effinxerit, aut calliditas conſtruxerit eorum, a quibus civitates conditae ſunt. Quare ſapientis eſſe, ſine ulla formidine ac dubitatione tantum Deo virtutis & perfectionis attribuere, quantum uniuscujusque rei publicae civiles leges jubeant, nil autem amplius. Viris ceterum, qui naſum habeant & ingenium, obſcurum eſſe nullo modo poſſe, univerſum iſtud religionis ſtudium ad ſpeciem unice & externam pompam inſtitutum eſſe, virtutesque, quas in Deo eſſe plerique exiſtimant, neque verum aliquid, neque falſum, id eſt, nihil ſignificare, ſignaque tantum eſſe venerationis & reverentiae, qua in illam ferri ſoleant homines naturam, quam timor & metus unice produxit: quibus vero verbis & notis reverentia haec teſtanda ſit, id civili lege ſancitum eſſe. Ergo ſi Deum adſpicere omnia dicas, & oculis tamen carere, audire cuncta, nec auribus tamen eſſe inſtructum, ſapere & intelligere, at cerebro tamen vacare, hujusque generis alia ſi de Deo tibi placeat affirmare, nil quidem peccabis, modo haec teneas vocabula ad honorem & reverentiam teſtandam unice inventa eſſe. Sin autem, rationis & veritatis voce neglecta, longius meditando adſcendere cupias, ſi voces honoris cauſſa excogitatas veritatis multum habere, & virtutum verarum eſſe nomina tibi perſuadeas, ſi verbis his, non ſecus ac primis initiis & fundamentis, utaris ad verum inveſtigandum falſumque refellendum, ſi diſputationem de ipſis rebus inſtituas, quarum illa ſigna videntur eſſe, paucis, ſi naturam ejusmodi divinam re vera putes in orbe verſari, in quam vere iſta conveniant vocabula, tum vehementer a recta ratione aberrabis, & in captiones temet ipſum induces, ex quibus eluctari nullo tibi modo liceat. Serio ni-

eſt, ejus hominis vel curiae, cui conceſſum eſt ſummum civitatis imperium, & Deum, quidquid imperat, per ejus vocem imperare: & e converſo, quod ab iis imperatur & circa modum honorandi Deum, & circa ſacularia, imperari a Deo. Plura huius generis proferre dicta, nihil opus eſt. Eſſe in his omnibus multum veneni reconditum, neque aliud fuiſſe Malmesburienſi philoſopho conſilium, quam ipſis religionis fundamentis vim & injuriam afferre, teſtatiſſimum eſſe arbitror. Num vero neque inculenter pateat ex illis, *Hobbeſium* riſiſſe Theologos, quod Deum ſine oculis percipere, ſine cerebro ſapere ac cognoſcere dicerent, atque hanc ſententiam in repugnantibus illis numeraſſe opinionibus, quibus univerſa deformata ſit hodie Theologia, id quidem eſt, quod me dubitare ingenue profiteor. [Vid. de hac opinione, quam certe nemulli tuentur, *Berkley dialogues* T. I. p. 259.]

Digitized by Google

nimirum & graviter contendere, Deum omnia, quae geruntur in orbe, intueri, neque tamen oculis valere, audire universa, & auribus tamen captum esse, denique sapientia & intelligentia summa gaudere, neque cerebro instructum esse, id vero idem est, quod nugas agere, delirare, resque tales oratione conjungere, quas nulla sociare vis ingenii potest. Ad summam, religionem & Theologiam, quae lege tantum & ingenii viribus continetur, si convertas in philosophiam, tum nihil, quam acervum habebis opinionum & nominum, in quibus nec veritas, nec vis ulla, nec denique sensus inest. Hae sunt illae, quarum homines religionibus inimici Theologiam incusant, ineptiae ac nugae: sic eos secum ipsis pugnare, & res toto genere diversas coagmentare, probare student. Omnia vero haec ex eo manant unice, quod mentibus laborant incredibili caligine, stupore, ac inscitia penitus oppressis & occupatis. Neque aliunde nata est haec ipsorum cognitionis & intelligentiae (*p*) definitio: *Scientia & cognitio nihil aliud sunt, quam animi ab agentibus externis per corporis humani partes organicas excitatus tumultus. O vos dementes in populo, quando tandem intelligetis? O vos stulti, quando tandem sapietis? Qui plantavit aurem*, (hominumque animis facultatem dedit ejus ope audiendi) *isne ipse* (tametsi auribus non sit instructus) *non audiat? Qui construxit oculum*, (hominisque animo vim dedit eo, tamquam instrumento, ad videndum utendi) *isne ipse* (tametsi oculos non habeat) *non videat?* Denique, *qui hominem cognitionem docuit*, (atque, praeter cerebrum, animam ipsi dedit rationis participem) *nonne is etiam* (quamquam cerebri expers sit) *intelligat & cognoscat?*

§. XXVII. Certum est, nullam ex ideis, quas simplices esse novimus, qualis 787
est trianguli, quadrati, sphaerae, cubi, contrarium aliquid & repugnans continere posse. Multo vero minus naturae perfectissimae, id est, Dei notio, quippe quae ceteris omnibus longe est simplicior, hoc esse vitio potest infecta. Ita quidem est: simplex naturae perfectissimae notio multas ambitu suo arcet & continet virtutes: quam propter causam notio Dei, si evolvatur accuratius, composita certa ratione videtur esse, seu ex rebus variis collecta & coagmentata. Atque res hae si ejus essent indolis, ut altera tolleret & conficeret alteram, tota ista notio sonus tantum & inane vocabulum esset. Fingamus, hanc ab aliquo definitionem afferri: *Triangulum planum est, cujus tres anguli duobus rectis majores sunt*; & statim apparebit, nullam & futilem hanc esse definitionem. Etenim sibimet ipsi ea repugnat idque tollit rursus, quod antea posuit. Verum omnes germanas virtutes Dei, ex quibus tota ejus componitur notio & descriptio, aeque facile nobis ac fortiter demonstrare licet, ad naturam rei perfectissimae pertinere, atque probare nobis integrum est, proprietates trianguli seu quadrati illis figuris convenire, quibus haec nomina imponuntur. Quocirca fieri nullo modo potest, ut virtutes illae vel ipsi naturae divinae

p. 259.] Idem nescio, an longior interpretatio sententiae *Hobbesii*, quam subjicit vir doctissimus, omni ex parte recte sese habeat, & cum mente illius congruat. Praeter Deum enim, nemo est, cui sine erroris formidine concessum sit, de cogitationibus aliorum judicare.

(*o*) *Alio loco*] *Libro de homine Cap.* 14. *p.* 78. *Si religio*, inquit ibi *Hobbesius*, (*praeter eam, quae consistit in pietate naturali*) *ab hominibus privatis non dependeat, tunc necessarium est*, (*cessantibus jam dudum miraculis*) *ut dependeat a legibus civitatis. Religio itaque philosophia non est, sed in omni civitate lex: & propterea non disputanda est, sed implenda.*

(*p*) *Definitio*] Exstat ea *Leviathan. Cap.* 31. *p.* 170. & in *Elementis de cive Cap.* 15. §. 14. *p* 118.

nae contrariae sint, vel inter se pugnent. Quaecumque enim in uno tertio conveniunt, ea inter se quoque conveniant, necesse est. Amplius aliquid addo: Omnes germanae Dei proprietates, id est, omnes illae virtutes, quas certo cognoscimus ad rei perfectissimae naturam pertinere, non modo non adversantur sibi mutuo, sed etiam vinculo indissolubili ita inter se connexae sunt, ut arte nulla divelli & separari queant. Quis enim, obsecro, sanus exsistere credat naturam aliquam, in qua nihil sit, praeter infinitam sapientiam, extitere rursus aliam potentiae infinitae unice compotem, aliam denique nulla re, nisi tempore, infinitam, seu aeternam? Quis e contrario non intelligit, necesse omnino esse, ut eadem illa natura, quae interminata valet sapientia, infinita quoque sit potentia & duratione infracta? & *vice versa*. Quidquid nimirum re una & virtute infinitum est, id non potest non omnes omnino comprehendere in se & continere virtutes. Concludamus igitur, omnia, quae vere Deo propria sunt, non modo non dissidere inter se, sed etiam ditimi nulla ratione posse aut distrahi: neque notionem & definitionem Dei, quae vulgo traditur, vel rerum repugnantium, vel etiam sine necessitate conjunctarum & copulatarum indigestam molem ulli sapienti & integro judici videri posse.

§. XXVIII. Quotquot summi Numinis nominantur virtutes, totidem, si rite cuncta expendamus, unius ejusdemque simplicissimae & perfectissimae naturae notiones imperfectae & particulares proferuntur. Animus enim noster quum tanta laboret imbecillitate, ut ejusmodi naturam simul complecti & comprehendere nequeat, particulatim eam contemplari & explorare cogitur. Quamobrem omnes istae proprietates divinae, tametli variae nobis videantur ac multae, reapse tamen unum idemque sunt: non secus atque solis lux, una licet sit & simplicissima, tamen, si nubes quaedam intercedat humida, radiosque ejus frangat & reflectat, oculis nostris iridis habere speciem videtur variis distinctae coloribus. Vehementer igitur errant, qui proprietates divinas, quas in se contrarias & nullo modo colligandas statuunt, ab humano ingenio, reluctante sana ratione, coactas esse in unum, clamant. Falluntur, qui vana eas tantum esse nomina scisunt honoris caussa excogitata, aut signa mentium, quas religiosus quidam horror invaserit, atque, ut verbis venerationem suam erga id, quod metuunt, declararent, impulerit; eaque de caussa negant, esse naturam quamdam, quae illis vocabulis respondeat, & in qua re vera insint ista omnia. Falluntur denique, qui definitionem Dei queruntur arbitrariam esse vanarum notionum & rerum collectionem, quas nulla jungere nos necessitas jusserit, quum minime cohaereant inter se. Certe Dei notio non est res quaedam commentitia, quam facultas imaginandi, qua valet noster animus, unice procreavit, verum notio naturalis & simplicissima, in qua nihil concreti est & compositi. Nihil ei notioni hominis arbitrium & voluntas ad-
788 dere, nihil vicissim demere potest & detrahere Sed hoc tamen non impedit, quo minus humana ratio, quae multis modis distat a perfectione, multifaria eam ratione intueatur & concipiat. Quemadmodum enim is, cui notum est in universum,

(q) *Qui de natura*] His de verbis *Hobbesii* vide, quae supra dixi ad *Cap.* 2. §. 4.

(r) *Hieronymo*] Verba hic designat *Hieronymi* satis nota, quae *Comm. in Habacuc Lib.* I. *p.* 148. *Tom.* VI. *Opp.* exstant: *Absurdum est, ad hoc Dei deducere majestatem, ut sciat per momenta singula, quot nascantur culices, quotve moriantur,*

Digitized by Google

ſum, qualis ſit illa figura, quae triangulum planum dicitur, non hoc ideo etiam continuo novit, id ejus figurae eſſe proprium, ut tres habeat angulos binis rectis aequales: neque is, in cujus animo ineſt notio trianguli rectis angulis praediti, idcirco intelligit continuo, quadratum inferius aequale quadratis elle utriusque lateris: ita nec is, qui notionem naturae perfectiſſimae generatim habet perſpectam, ob eam cauſſam omnia ſimul habet ſtatim cognita, quae illius concluſa & comprehenſa ſunt notione. Taceo, fieri facile poſſe, id quod jam planum quodammodo fecimus, ut homines in abſolutiſſimarum perfectionum numero quaedam collocent, quae hoc nomine minime digna ſunt.

§. XXIX. Jam impia cohors, quantum velit, diſputet, unde pugna iſta nata ſit, quam ſibi temere in notione Dei & inter virtutes ejus cernere videtur. Dicat licet, metum aut amentiam hominum attonitorum & religionis portento perculſorum omnis hujus mali originem & initium eſſe: hac enim cauſſa adductos fuiſſe plurimos, ajunt, ut, quae modo fingi poſſunt, honoris, reverentiae, & venerationis vocabula, veritate licet, ratione, ac ſenſu plane vacua, congererent & inter ſe colligarent. Statuant denique, rei publicae firmandae cauſſa multa hujus generis a callidis & verſutis hominibus excogitata eſſe. Nos haec omnia jam labefactavimus, aut potius funditus evertimus. Oſtendimus enim, in germana Dei definitione nihil omnino eſſe, praeter id, quod ratio intelligit in naturam rei perfectiſſimae convenire, neque magis quemquam ei addere aliquid vel demere poſſe, quam notioni trianguli aut quadratae figurae detrahi aliquid a quoquam aut adjici poteſt. Ex quo quidem ſine controverſia efficitur, fieri nulla ratione poſſe, ut definitio ſummi Numinis contineat arbitrarium aliquid aut ſemet ipſum interimens, contra veras ejus proprietates aeterna niti veritate, neque humanorum animorum commotiones, interiorem nimirum pietatem, religionem, & metum, unice ſignificare, ſed rei ipſius, de qua praedicantur, naturam & indolem ante oculos ponere. Quae quum ita ſeſe habeant, quo loco ſint habenda, conſtat, quae nuperus quidam ſummae impietatis defenſor de illis ſcripta reliquit, qui ex Dei virtutibus naturam ejus indagare, & ratiocinatione conſequi ſtudent: (q) *Qui de natura Dei ex his attributis honoris philoſophice diſputare vel ratiocinari audent, hi in ipſo ſtatim diſputationis exordio omnem amittunt perſpicientiam, neque ſibi cavere poſſunt, quo minus ex uno errore in alterum ſine omni fine ac modo delabantur. Idem nempe illis evenit, quod homini caerimoniarum aulicarum ignaro, qui, dum viros adit in magna dignitate poſitos, in ipſo ſtatim cubiculi limine ceſpitat, lapſum vero quum impedire ſtudet, pallium imprudens dimittit, pallium dum recuperare nititur, pileum ſibi manu patitur excidere, iſtoque modo vitia ſemper vitiis emendat, ut, qui praeſentes ſunt, conturbationem ejus moresque parum decentes facillime perſpiciant.* Non haec quidem in ſe ſpectata ratione prorſus carent & ingenio. Verum ſi ad diviniorem ſapientiam germanasque Dei virtutes accommodantur, tum omnem ſtatim veritatem & ſpeciem amittunt. Interea fuiſſe tamen haud inficiamur homines, quos aut ſuperſtitio decepit, aut adulandi ſtudium induxit (*ſtulti* enim *adulatores Dei* ab (r) *Hie-*

tur, *quae cimicum & pulicum & muſcarum in terra ſit multitudo, quanti piſces in aqua natent, & qui de minoribus majorum praedae cedere debeant. Non ſimus* TAM PATUI ADULATORES DEI, *ut, dum potentiam ejus etiam ad ima detrahimus, in nos ipſos injurioſi ſimus, eam rationabilium, quam irrationabilium, providentiam eſſe dicentes.*

Hieronymo vocantur, qui ſic animo affecti ſunt) ut nonnumquam Deo attribuerent, quae ab ejus natura plane abhorrent; quumque ſibi honeſtare ſupremum Numen, majeſtatemque & gloriam ejus extollere viderentur, ſumma illud contumelia afficerent; in quo illi haerent ſigillatim vitio, qui in naturam eum convertunt nec amabilem, neque votis & ſtudiis mortalium dignam.

789 §. XXX. Nihil vero prius & antiquius eſſe debet Dei ac religionis adverſariis, ſi cauſſam ſuam cuſtodire volunt, quam ut nobis explicent, unde communis illa humani generis opinio de Deo nata ſit. Conſtat enim, hac omnes homines opinione imbutos eſſe, exſiſtere Deum: conſtat etiam, omnes, quocumque demum vel loco vel tempore vivant, ad pietatem adverſus Deum ſuſcipiendam valde proclives eſſe. Quod ſi vero nullus eſt in rerum natura Deus, unde illud eſt, quod omnes habere Deum volunt? Igitur in hoc etiam poſtremo hujus generis cura verſatur, ut hanc hominum opinionem partim ex metu, cui cauſſarum jungere ſolent ignorantiam, fluxiſſe doceant, partim ex legislatorum & eorum, qui civitates condiderunt, verſutia, quos quippe religione ſtabilita melius in officio cives contineri poſſe, perſpexiſſe narrant, mentibus eam hominum inſtillatam eſſe demonſtrent. Hic ego primum plane ac perſpicue nefarii generis ſententiam proponam: deinde, quo argumentum illud, quod ab humani generis concordi conſenſione ducitur ad probandum, eſſe Deum, virtuti ſuae reſtituam, quam ſtulta ſint & imbecilla, quae diſputantur ab illis, docebo.

§. XXXI. Primum igitur, qui Deum ipſum oppugnant, obſervare jubent nos, homines, quod natura imbecillos & infirmos eſſe ſeſe ſentiant, perpetuis curis & ſollicitudinibus noctes atque dies exedi, atque rerum futurarum exſpectatione, fortunaeque proſperae & adverſae vel ſpe vel metu miſere ſemper excruciari. Hos autem angores ajunt inducere homines, ut res ſibi fingant animo horribiles & formidoloſiſſimas, multaque ſuſpicentur aut credant eſſe, quae nusquam ſunt: hac etiam formidine plena ſuſpicionis, hac anxia rerum futurarum exſpectatione, qua animi pendere ſoleant mortalium, unice fieri, ut ſpectrum ſibi quoddam terribile ac tetrum comminiſcantur, naturam ab oculis hominum remotam & intelligentiae participem, quae ad voluntatem & arbitrium ſuum faciat & componat omnia, quae eveniunt in univerſo terrarum orbe, atque pro lubitu leges ferat ac dominetur hominibus. Huc ubi ventum eſt, ita pergunt ratiocinari, quorum referimus ſententiam, immoderatusque pavor hominum terribile monſtrum illud, quod nec in coelo, nec in terra, ſed in cerebro tantum habitat hominum, ſibimet ipſi procreavit, tum, quod ipſimet crearunt, id vehementer extimeſcunt, trementesque ac trepidantes rem, quam metus unice genuit, tamquam ſi vere extra ſe exſiſteret, in Dei loco colunt & venerantur. Quidquid igitur vocabulorum

(r) *Ariſtoteles*] *Metaphyſic. Lib.* I. *Cap.* 4. *p.* 267. *Tom.* IV. *Opp.*

(s) *Metus*] Haec verba ſunt *Thom. Hobbeſii* in *Leviathane Cap.* 12. *p.* 55. *ſ.* Verum ipſe vidit *Hobbeſius*, juſto majorem eſſe in his verbis, ſi nude ac ſimpliciter accipiantur, audaciam. Quamobrem, ut invidiam declinaret, ſtatim ſubjicit, nolle ſeſe eam, niſi de religione & Diis veterum populorum ante natum Servatorem, intelligi: ſummi enim & unius Dei cognitionem non ex metu, ſed ex contemplatione naturae rerum naſci. *Id quod*, ita ſtatim pergit poſt ea verba, quae hic allata ſunt, *de Diis* (id eſt, de multis ethnicorum Diis) *verum eſt. Agnitio vero unici, aeterni, in-*

Digitized by Google

rum excogitare poſſunt ad reverentiam & ſtudium ſuum teſtandum, id in commentitiam illam naturam conferunt, omnesque anxii & ſolliciti vias modosque exquirunt placandi eam & ſibi conciliandi. Ita ipſi homines in miſerrimam ſeſe ſervitutem detrudunt, vitamque ſuam omni genere calamitatum, angorum, & moleſtiarum replent.

§. XXXII. Huic anxiae rerum futurarum exſpectationi ignorantiam cauſſarum plerumque ſolent addere, qui Deum negant eſſe, quo habeant, unde humani generis ad religionem propenſionem eſſe natam probabiliter demonſtrare queant. Homines, ita differunt, ipſa natura feruntur ad cauſſarum explorationem & indagationem. Nec modo, quid ſibimet ipſis vel boni vel mali ſit aliquando eventurum, curioſe ſcrutantur, ſed etiam, quibus de cauſſis fiant & eveniant, quae fieri & evenire vident in rerum natura, obſcurum ſibi eſſe nolunt. Atque haec tanta eſt in illis diſcendi cupiditas, ut, ſi cauſſas naturales & oculis patentes reperire nequeant, alias ipſimet fingant nec naturales, nec ſpectabiles. Tragicos nimirum plerique mortalium aemulantur poëtas: qui, ſi exitum invenire fabulae difficile videant, Deum quemdam ex machina advocant. Sic *Anaxagoram* tradit (*s*) *Ariſtoteles* numquam in explicandis rerum originibus & cauſſis ad mentem ſeu intelligentiam quamdam, id eſt, ad Deum confugiſſe, niſi quum cauſſis aliis naturalibus & neceſſariis ſeſe prorſus deſtitui intelligeret. Et hoc ipſum exemplum impia cohors in ſua rapit commoda, contendens, *Anaxagoram* hac una re 790
adductum fuiſſe, ut unum Deum eſſe ſtatueret, quod cauſſas rerum ignoraret. Nihil ergo mirum eſt, ſic pergunt, quos hic introducimus loquentes, quod plerique omnes mortalium, quia cauſſas rerum, in primis earum, quae in rerum natura contingunt, neſciunt, metu atque curioſitate ſua naturali induci ſeſe patiuntur, ut naturam quamdam fingant aeternam, in oculos non cadentem, & infinite potentem, tamquam ſupremam rerum omnium cauſſam, atque in hac una cauſſa praeſidium & aſylum ignorantiae ſuae conſtituant. Non nemo, qui non ita pridem impietatem ſcriptis propagavit, duo haec, ex quibus omnem manaſſe religionem arbitrantur hi homines, rerum nimirum futurarum metum, & cauſſarum ignorantiam curioſitati adjunctam, his verbis conjuncte expoſuit: (*t*) *Metus perpetuus, qui genus humanum in cauſſarum ignorantia, quaſi in tenebris, comitatur, objectum habet neceſſario aliquod. Quia ergo fortunarum ſuarum cauſſam aliam homines non vident, nihil eſt, quod accuſare poſſunt, praeter potentiam aliquam & agentem inviſibilem. Atque hinc fortaſſe erat, quod veterum poëtarum aliqui Deos primos a timore factos eſſe dixerint.* Iisdem ex cauſſis natam eſſe ſtatuunt popularem doctrinam de inferioris ordinis mentibus, ſupremi Numinis, tamquam maximae totius univerſitatis animae & mentis, arbitrio & voluntati parentibus. Nam quae de ſpectris, viſis, & manibus feruntur, ea ſomnia ſunt, uti putant, hominum, cernere ſeſe, quae non vi-

infiniti, omnipotentis Dei ab inveſtigatione cauſſarum, virtutum, operationumque corporum naturalium, quam a cura futuri temporis, facilius derivari potuit. Nam qui ab effectu quocumque, quem viderit, ad cauſſam ejus proximam ratiocinaretur, & inde ad illius cauſſae cauſſam proximam procederet, & in cauſſarum deinceps ordinem profunde ſe immergeret, inveniret tandem (cum veterum philoſophorum ſanioribus) unicum eſſe primum motorem, id eſt, unicam & aeternam rerum omnium cauſſam, quam appellant omnes Deum: atque hoc ſine omni fortunarum ſuarum cognitione, quarum ſollicitudo & metum gignit, & ab inquiſitione cauſſarum naturalium animum avertit, ſimulque tot Deo-

vident, exiſtimantium. Ad extremum bina haec fontem etiam addunt eſſe morbi illius, qui multos cruciat homines, uti res fortuito factas omina & portenta eſſe cenſeant, totiusque eorum ſuperſtitionis, qui oracula, vaticinationes, & divinationes conſectantur. Unum enim omnis hujus dementiae hoc eſſe fundamentum arbitrantur, quod temere ac ſtulte ſibi perſuadent homines, non naturae lege, ſed intelligentis cujusdam & ſapientiſſimi Numinis nutu & imperio fieri & geri, quae fiunt in orbe, (v) omnia.

§. XXXIII. Sed verentur tamen, qui hanc cauſſam agunt, ne haec duo nondum omne conficiant negotium, totamque illam rationem, quae univerſum fere genus humanum animat, ut Deum eſſe credat facile, eumdemque revereatur, aperiant. Itaque tertium nil dubitant fontem addere, calliditatem & aſtutiam eorum, qui civitates condiderunt, legesque imperitae rogarunt multitudini. Sapientes iſtos homines praeclare intellexiſſe, affirmant, ſi Deum eſſe putarent homines, & religionibus conſtricti viverent, fore, ut multo facilius in officio erga magiſtratus continerentur, pacique & concordiae civili longe diligentius ſtuderent. Vix enim aliquid ad coërcendos homines validius eſt, quam ſi certi ſint, etiamſi aliquis poenas effugerit legibus conſtitutas, quae publica tantum ulciſcuntur & aperta maleficia, nec raro eluduntur a facinoroſis, divinae tamen cuidam & potentiſſimae naturae, cui reſiſti nequeat, occultos legum violatores cum in hac vita, tum poſt fata poenas eſſe daturos exquiſitiſſimas. Ergo, ſi his credas, prudenter & aſtute hominum pavorem & ignorantiam ſuam eſſe occaſionem rati ſunt, nec modo ſemina illa religionis, aut vitia potius naturae, quibus laborant
791 mortales, ſollicite foverunt, verum etiam, quae de geniis, daemonibus, miraculis, prodigiis, oraculis, & divinationibus jam circumferri videbant inter populos novis fabulis & narratiunculis, quas publice laudari & commendari curabant, confirmarunt & corroborarunt. Hinc nuperus quidam auctor religionem ita definivit: (x) *Metus potentiarum inviſibilium, ſive fictae illae ſint, ſive ab hiſtoriis acceptae ſint publice, religio eſt; ſi publice acceptae non ſint, ſuperſtitio.* Iſtam religionem, quam ita ſapienter foverant & aluerant rerum publicarum auctores, quum iidem perſpicerent conſiliis ſuis & inſtitutis perpetuo quodam praeſidio & emolumento, numquam vero noxiam & adverſam ſibi fore, ad hanc deinde ſummo ſtudio curam incubuerunt, ut multitudini perſuaderent, non a ſe profectas eſſe vel excogitatas, quas obſervari juſſiſſent, leges: ſibi id unice muneris relictum eſſe, ut Deorum juſſa & mandata interpretarentur: nam quae legibus vetita eſſent, ea ipſis etiam Diis vehementer diſplicere: Deum non aliter mundum gubernare, quam per magiſtratus & ſummos imperantes, qui vices ejus in orbe ſuſtinerent, ſeu, ut recentioris cujuſdam (y) auctoris verbis utar, *Deum nullum regnum in homines ha-*

rum fingendorum occaſionem praebet, quot ſunt fere, qui eos fingunt. Haec utrum homo vafer & aſtutus ad odium tantum propulſandum, an vero ex animi dixerit ſententia, ſoli Deo cognitum eſt. Utrumque verum quo minus ſit, nihil impedit.

(v) *Omnia*] In his quoque vir doctiſſimus ad ea intendit digitum, quae ab *Hobbeſio Libro de homine Cap.* 13. *p.* 78. *ſ.* & *Leviathanis Cap.* 12. *p.* 56. *ſ.* his de rebus ſatis audacter diſputata ſunt.

(x) *Metus*] Haec verba *Hobbeſii* exſtant *Leviathan. Cap.* 6. *p.* 29. Verba, quae *Cudworthus* adhibuit, Anglica non omni quidem ex parte Latinis hiſce reſpondere videntur: *Fear of power inviſible, feigned by the mind, or imagined from Tales publickly allowed, Religion: not allowed, Superſtition.* At qui attente tamen utraque inter ſe

habere, nisi per eos, qui imperium tenent. Habes itaque aliud inventum eorum, qui Deum tolli volunt, cujus ope sese putant demonstrare posse, unde incredibilis hominum propensio ad religionem & Dei cultum exstiterit. Religio, si hos audias, nihil est, quam callidum regum & imperatorum artificium: quo, qui populis praesunt, tamquam *arcano imperii*, utuntur. Operam illi dant, ut populorum animi omnino metu summi Numinis constringantur & repleantur, nec omittunt aliquid, quod ad sacras exercitationes incitare possit eos & inducere. Sic enim affecti si sint, in magnam spem veniunt, fore, ut multo sint molliores & mitiores, ac ad obedientiam praestandam pacemque & concordiam servandam multo magis proclives & idonei.

§. XXXIV. Cave vero credas, qui recentiori tempore Deum adorti sunt, primos haec omnia proferre ausos esse: obsoletum & perantiquum est hoc impii generis carmen; id quod partim ex notissimo illo (z) poëtae veteris dicto: *Primus in orbe Deos finxit timor*, elucet, partim ex eo intelligitur, quod *Lucretius*, qui *Epicuri* sententias carmine expressit, easdem saepius caussas urget. *Primo* statim *libro terrorem animi & tenebras* praecipuas esse rationes contendit, unde omnis de Diis opinio nata sit. *Sexto* vero *libro* uberius hosce locos persequitur, posteriorem in primis: ex quo ipsa ejus verba recito:

(*) *Cetera, quae fieri in terris coeloque tuentur*
Mortales, pavidis quom pendent mentibu', saepe
Efficiunt animos humiles formidine Divum,
Depressosque premunt ad terram, propterea quod
IGNORANTIA CAUSSARUM *conferre Deorum*
Cogit ad imperium res, & concedere regnum, &;
Quorum operum caussas nulla ratione videre
Possunt, haec fieri divino Numine rentur.

Eamdem caussarum ignorantiam alio poëta loco, tamquam unicum omnis religionis atque metus Dei fontem, designat:

(†) *Praeterea coeli rationes ordine certo* 792
Et varia annorum cernebant tempora verti;
Nec poterant quibus id fieret cognoscere caussis.
Ergo PERFUGIUM *sibi habebant, omnia Divis*
Tradere, & illorum nutu facere omnia flecti.

§. XXXV.

(*) Lambin. 528. (v. 49. f. p. 435.) (†) Lib. V. Lamb. p. 500. (v. 1182. f. p. 383.)

se contulerit, is rem in utrisque eamdem exprimi sentiet. Hoc observatu dignius putem, *Hobbesium* hic iterum, nescio utrum invidiae declinandae, an veram animi sententiam declarandi caussa, sequentia huic definitioni adjecisse verba: *Quando autem potentiae illae revera tales sunt, quales accepimus, vera religio.*

(y) *Auctoris*] *Bened.* de *Spinoza* intelligit, cujus haec verba exstant *Tractatus theologico-politici Cap.* 19. *p.* 214.

(z) *Poëtae veteris*] In *Petronii Arbitri Fragmentis* hoc scitum est. Vid. *Petronii editio*, quam *Petr. Burmannus* curavit, *p.* 676. Ante *Petro-*

Digitized by Google

§. XXXV. Simili ratione, quod nuperus quidam auctor doctrinam de geniis & daemonibus ex illis eſſe rebus perhibet, quae maximum religioni firmamentum praebent, totamque hanc opinionem inde diſputat manaſſe, quod plerique homines neſciunt, quemadmodum ſomnia & commenta a veris ſecernenda ſint viſis, id ex *Lucretio* videtur ſumſiſſe. Namque hic *Libro quinto* non obſcure prodit, idem ſibi perſuaſum fuiſſe:

(*) *Nunc quae cauſſa Deum per magnas Numina gentes*
Pervolgarit, & ararum compleverit urbes, &c.
Non ita difficile eſt rationem reddere verbis.
Quippe etenim jam tum Divum mortalia ſaecla
Egregias animo facies vigilante videbant,
Et magis in ſomnis mirando corporis auctu.
His igitur ſenſum tribuebant.

Non diffiteor, proprie hic poëtam de Diis inferioribus & plebejis differere, quos *daemones* & *genios* vocabant. At perſpicuum tamen eſt, una vatem hunc docere, homines his imbutos ſententiis facili etiam negotio eo potuiſſe adduci, ut unum ſummum & infinite potentem Deum huic univerſitati praeſidere crederent.

§. XXXVI. Poſtremo hoc quoque antiquis religionum conſemtoribus in more fuiſſe poſitum, ut, quod hodierni ſolent, praecepta de Deo & religione magiſtratuum diſputarent reperta eſſe atque dolos, id multis veterum ex locis apparet. Audiamus prius (a) *Ciceronem: Ii*, inquit is, *qui dixerunt, totam de Diis immortalibus opinionem fictam eſſe ab hominibus ſapientibus rei publicae cauſſa, ut, quos ratio non poſſet, eos ad officium religio duceret, nonne omnem religionem funditus ſuſtulerunt?* *Plato* veterum Atheorum ſenſus his verbis complexus eſt: (†) Θεὸς, ὦ μακάριε, τὸν μὲν πρώτον φασὶν ἢ τινι τύχῃ, ἢ φύσει, ἀλλὰ τέχνῃ νόμων, καὶ τὸ τοῦ ἄλλου ἄλλος, ἐπὶ ἔθνεσι συνωμολόγησαν τοιαῦτα εἶναι. *Deos, o beate vir, primum affirmant non natura eſſe, ſed arte unice ac legibus conſtitutos, hincque fieri, ut ſingulis regionibus & populis proprii Dii ſint pro diverſo eorum, qui leges rogarunt civitatum, ingenio & indole.* Ante *Platonem Critias* ex

(*) (v. 1160. f. p. 181.) (†) Lib. X. de legibus (p. 666.)

tronium idem *Statius* jam dixerat: quem imitatum *& Tragicor. p.* 402. Ceterum utrum *Critiae* ſint hi verſus, nec ne, incertum valde eſt. Nam *Plutarchus de placitis philoſ. Lib.* I. *C.* 7. *p.* 880. *T.* I. *Opp.* & *Euſebius Praeparat. euangel. Lib.* XIV. 16. ad *Euripidem*, poëtam Tragicum nobiliſſimum, eos referunt: ſigillatim *Plutarchus* ex *Euripidis*, quam *Siſyphus* inſcripſit, Tragoedia eos eſſe ſumtos tradit. *Petrus Petitus*, vir doctiſſimus, *Miscellancar. obſervat. Lib.* I. *Cap.* 1. *p.* 5. nil dubitavit *Plutarchum* ſequi, &, quo tutius id facere poſſet, *Sexti Empirici* codices corruptos mutilatosque eſſe, ſuſpicari. Verum docte confutavit cum rationes ejus, tum hanc conjecturam *Petr. Baylius Diction. hiſtor. crit. T.* I. *voce Critias Not. p.* 937. *f.* Et quod ad integritatem codicum *Empirici* attinet, eam mihi ſatis hoc unum ſuadet, quod

(a) *Ciceronem*] *Lib.* I. *de natur. Deor. Cap.* 42. *p.* 2945. *Tom.* IX. *Opp.*

(b) *Sextus*] *Sextus Empir. Libro* VIII. *adverſ. Mathematicos* §. 54. *p.* 562. Prioris ex hoc *Critiae* carmine loci Anglicam tantum verſionem attulit *Cudworthus*: ſecundum ſine verſione Graece tantum deſcripſit. Igitur & illi Graeca, & huic verſionem addere, utile mihi viſum fuit. Verſio vero eſt *Hugonis Grotii* in *Excerptis veter. Comic.*

Digitized by Google

ex triginta tyrannis Athenienſium ſine ullo circuitu profeſſus eſt, eos, qui religionis fundamenta jeciſſent, id unum ſibi poſuiſſe ob oculos, ut ſuis commodis & civitatis neceſſitati conſulerent. Verſus, quibus hanc expoſuit ſententiam ſuam, (*b*) *Sextus* recitat philoſophus: quorum quidem hoc eſt initium:

Ἦν χρόνος, ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος 793
Καὶ θηριώδης, ἰσχὺς δ' ὑπῆρχεν ὅρος·
Οὔτ' ἆθλον ἄθλιον ἦν τοῖς ἰθλοῦσιν ἴσον,
Οὔτ' ἂν κόλασμα τοῖς κακοῖς ἐγίνετο.
Κἄπειτά μοι δοκοῦσιν ἄνθρωποι νόμους
Θεῖναι κολαστάς.

Fuit illud olim tempus, exlex quum fuit
Ferinaque hominum vita, vim dominam ferens:
Honos nec ullus tunc habebatur bonis,
Supplicia nec tunc ulla terrebant malos.
Poſt mihi videtur condita a mortalibus
Cenſura legum:

Quo nimirum poenarum metu abſterrerentur homines a criminibus. Uſus tamen nihilo minus poſtea docuit, apertis quidem flagitiis & ſceleribus modum per leges poni poſſe, non vero peccatis, quae remotis edi poſſunt arbitris. Qua cauſſa commotus homo quidam ſagax & providus rationem invenit homines a manifeſtis non minus, quam occultis facinoribus & injuriis abſtrahendi:

Ἐντεῦθεν ἦν τὸ θεῖον εἰσηγήσατο,
Ὡς ἔστι δαίμων ἀφθίτῳ ζωὴν βίῳ,
Νόῳ τ' ἀκούων, καὶ βλέπων, φρονῶν τ'· ἐφ' ᾧ
Πᾶν μὴ τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούσῃ·
Ὃς δράμῃσιν ἢ πᾶν ἰδιῶν διανοίσῃ·

In-

quod de nonnullis etiam aliis Tragoediis *Euripidis* veteres auctores parum conſtanter loquuntur, his eas *Critiae*, illis *Euripidi* tribuentibus. Vid. *Hugo Grotius* in *Excerptis veter. Comicor & Tragicor. p.* 452. & *Jo. Alb. Fabricius Biblioth. Graec. Lib.* II. *Cap.* 18. *p.* 621. & *Cap.* 19. *p.* 642. Quis, quum hoc ita ſit, demiretur, de auctore Tragoediae *Siſyphus* aliquid etiam diſſenſionis olim fuiſſe? Verum de re ipſa cum *Petito* me ſentire, non diffiteor. Etenim ut mediocre rationum, quas ille attulit, momentum eſſe concedam, aliam tamen habeo cauſſam, quae veri facit ſimillimum, non potuiſſe a *Critia* hos verſus proficiſci, ſed *Euripidis* potius eſſe. Quis credat, *Critiam*, tyrannum, qui imperium ſuum Athenis ſtabilitum cum maxime cupiebat, tam vecordem fuiſſe, ut, audiente populo Athenienſi, carmen publice decantari curaret, quo tyrannorum fraudes ac doli elegantur explicantur? Quis voluiſſe eum exiſtimet populum Athenienſem in Tragoedia edoceri, religionem nil, niſi commentum eſſe ſapientum, plebis conſtringendae cauſſa inventum? Excors certo fuiſſet *Critias*, & ſeditionis ſemina ipſemet ſparſiſſet, ſi ejusmodi praecepta mentibus eorum, quibus dominari pro lubitu volebat, ipſemet inſtillaſſet. At quum nonnulli ſententiam, quae his verſibus continetur, perſona & ingenio tyranni omnino eſſe dignam intelligerent, *Critiam*que non ignorarent Tragoedias quasdam compoſuiſſe, facile adducti ſunt, ut ejus potius, quam *Euripidis*, fabulam eſſe illam ſuſpicarentur, ex qua verſus hi depromti ſunt. [*Zimmermann.* (*Muſ. Helvet. T.* IV. *p.* 422.) has pro *Critia* rationes negat exceptione majores eſſe.] Verum ſatis verborum de re, quam ſine ullo nobis ignorare licet detrimento.

Indexit ideo Numinis reverentiam:
Florere nempe vita perpetua Deum,
Natura cui sit potior, & cui mens vigil,
Quaecumque fiunt, curet atque intelligat;
Hominum profata qui repente exaudiat,
Dictusque cernat, nescius falli arbiter.

Finem carmini *Critias* his versibus imponit:

Οὕτω δ' πρῶτον εἴσεμψε πεῖσαί τινα
Θνητὸς νομίζειν δαιμόνων εἶναι γένος.

Hoc aliquis astu, sic reor, mortalibus
Persuasit, esse ut crederent primum (c) Deos.

754 §. XXXVII. Igitur quidnam religionum irrisores excogitaverint ad ostendendum, unde sit illud, quod universum fere genus hominum tanto Dei & religionis studio flagrat, id plane & dilucide expositum est. Vidimus, tres ab illis in primis fontes indicari, unde tota haecce ratio exstiterit: primum curam & sollicitudinem, quam incerti futurorum temporum eventus in animis hominum & excitare & fovere solent: deinde ignorantiam caussarum, quibus vel ea, quae hominibus accidunt, vel quae in natura rerum fiunt, efficiuntur, curiositati adjunctam: denique versutiam & calliditatem eorum, qui leges rudibus tulerunt populis, atque civitates construxerunt. Nunc, quam infirma sint haec omnia & inepta, declarare breviter (*d*) constituimus. Principio certum hoc esse, nemo sapiens negaverit, immoderatum illum metum, quo nonnulli tantopere agitantur, ut non modo constanter & pertinaciter rem quamdam exsistere credant, quae tamen nec

(*c*) *Deos*] His veterum locis, quibus origo religionis omnis atque pietatis ad dolos & fallacias summorum imperantium refertur, binos ejusdem argumenti adjiciam: unum *Senecae*, alterum *Sexti Empirici*. *Seneca Quaest. natural. Lib.* II. *Cap.* 42. *p.* 536. *T.* II. *Opp.* *Si quaeris*, inquit, *a me, quid sentiam* (de fulmine), *non existimo, tam hebetes fuisse* (veteres, qui dixerunt, fulmen a Jove mitti), *ut crederent, Jovem aut non aequae voluntatis, aut certe minus paratum esse.* — *Quid ergo sequuti sunt, quum hoc dicerent?* AD COERCENDOS ANIMOS IMPERITORUM SAPIENTISSIMI VIRI JUDICAVERUNT INEVITABILEM METUM, UT SUPRA NOS ALIQUID TIMEREMUS. *Utile erat, in tanta audacia scelerum aliquid esse, adversum quod nemo sibi satis potens videretur. Ad conterrendos itaque eos, quibus innocentia nisi metu non placet, posuere super caput vindicem, & quidem armatum.* *Sextus Empiricus Lib.* VIII. *adv. Mathemat. p.* 551. Ἔνιοι τοίνυν ἔφασαν, τοὺς πρώτους τῶν ἀνθρώπων προστάττας καὶ τὸ συμφέρον τῷ βίῳ σκιώμενους πάνυ σφόδρα ὅτας ἀναπλάσαι τὴν περί τε τῶν θεῶν ὑπόνοιαν καὶ τὸν περὶ τὸ ἀφανὲς μυθολογούμενον δόξαν. *Nonnulli dicunt, eos, qui primi praefuerunt hominibus, & quid humanae vitae conferret, considerarunt, quum essent intelligentes ac prudentes, finxisse eam, quae de Diis habetur, suspicionem & fabulosam de inferis opinionem.* Quod si eos ex Graecis & Latinis nominandos esse hoc in loco docerem, qui nil veriti sunt scribere, quae de Diis inter Graecos & Romanos constituta olim & legibus sancita fuerunt, ad multitudinem in officio continendam unice a viris sapientibus inventa esse, multo plures laudare liceret auctores. Sed quum de religione in universum hic agatur, nec, ut puto, negari queat, in falsis religionibus tam condendis, quam roborandis multum interdum astutiae & fraudibus fuisse datum, has quidem auctoritates nunc praetermittam. Collegit aliquot ejusmodi dicta *Petr. Bayle Pensees sur les Cometes Tom.* II. §. 71. *p.* 356. *s.* Ex recentioribus, ut de *Nic. Machiavello* taceam, de quo *B. Jo. Fr. Buddeus* legi potest in *Thesibus de Atheismo & superstitione Cap.* I. §. 24. *p.* 132. *s.* *Bened.* de *Spinoza* religionem, sigillatim Mosaicam, *ad imperium conservandum & stabiliendum* comparatam

nec ſenſuum nec rationis nititur teſtimonio, ſed etiam vitam ipſi ſuam omni gaudio & tranquillitate privent, animis in ſummum terrorem conjectis, mentis vehementer aegrotantis & gravi morbo oppreſſi luculentum eſſe indicium. Hoc autem ſi ita ſeſe habet, quid agunt homines a Deo averſi, dum plerosque homines fateri quidem coguntur Deum credere; at ſimul ex immodico terrore hoc totum proficiſci contendunt, quum alioquin nec ſenſus, nec ratio huic opinioni faveat? Id agunt, ut univerſum prope genus humanum rationis uſum amiſiſſe, atque miſere cerebro & capite laborare, nobis perſuadeant, paucos vero quosdam Atheos, homines magno, ſtabili, & imperterrito animo, fanatici hujus terroris vim effugiſſe, nec de ſanitate mentis ullo modo dejici potuiſſe. Actum itaque eſt de toto genere humano, his ſi nobis magiſtris ſtandum ſit: nec enim vani tantum, leves, & inepte creduli omnes ſumus, verum etiam tanto metu exanimati atque obſeſſi vivimus, ut omnis a nobis ingenii vis & perſpicientia una cum ipſa valetudine, aufugerit & abierit. Sed bene habet. Nos e contrario confidenter tuemur, hanc omnem, in qua gloriantur tantopere, fortitudinem, conſtantiam, & animi ſanitatem nil eſſe aliud, quam furioſam & amentem quamdam inſcitiam, mentesque eorum contendimus exanimi quadam & ignava incredulitate ignobili- 795
que diffidentia depreſſas eſſe, qua compelluntur, ut, praeter id, quod vident & ſentiunt, nihil omnino recipere velint.

§. XXXVIII. Deum qui eſſe non dubitant, illi certe religioſe timent ac verentur eum. Fieri enim non poteſt, quin ita ſtatim ſint animo conſtituti, quibus Deum eſſe perſuaſum eſt: de quo quidem poſtea. Sed qui metum quemdam antecedentem ſeu pavorem hominum, quidnam boni vel mali eventurum ſibi ſit, dubitantium, Deum ſeu opinionem omnem de Deo genuiſſe arbitrantur, his ſana vehementer reſiſtit ratio. Conſtat enim inter omnes, nullos minus eſſe de futuris rebus & eventis ſollicitos, quam eos, in quibus exquiſita eſt erga Deum pietas. Ne-

tam eſſe ex inſtituto, verum argumentis ineptis & ratione vacuis, probare ſtuduit *Tract. theologico-politico Cap.* 5. *p.* 59. *ſ.* Ipſe quoque, quum poſtea *Librum de optima rei publicae forma* ſeu *Tractatum politicum* exararet, qui inter *Opera* ejus *poſthuma p.* 265. legitur, non obſcure ſuaſit magiſtratibus, ut religionem ad rei publicae opportunitates & indolem temperarent: idque vel haec ejus verba monſtrant, ſi attentius ponderentur, quae *Cap.* 8. §. 46. *p.* 339. exſtant: *Templa, quae patriae religioni dicantur, multum refert,* (civitatis nimirum) *ut magna & ſumtuoſa ſint, & ut praecipuo ipſius cultui ſolis patriciis vel ſenatoribus manus admovere liceat, atque adeo, ut ſolis patriciis liceat baptizare, matrimonium conſecrare, manus imponere, & abſolvere, ut templorum veluti ſacerdotes patriaeque religionis vindices & interpretes agnoſcantur. Ad concionandum autem & eccleſiae aerario ejusque quotidianis negotiis adminiſtrandis aliqui ex plebe ab ipſo ſenatu eligendi ſunt, qui ſenatus quaſi vicarii ſint, cui propterea rationem omnium reddere teneantur.* Gravedine laboret ac pituita, neceſſe eſt, qui horum verborum hanc eſſe difficulter intelligit ſententiam: Ante omnia id curent magiſtratus, ut ea, quae ad religionem & cultum divinum pertinent, in poteſtate ſemper habeant, hisque rebus ad populum terrendum & ſacro quodam horrore percellendum utantur.

(*d*) *Conſtituimus*] Metum religionis eſſe causſam, ſine pudore affirmat *Bened. de Spinoza Praef. Tract. theol. politici.* Quamvis enim ſuperſtitionem tantum nominet, proclive tamen judicatu eſt, vocabulum *ſuperſtitio* eo ſenſu ab ipſo eſſe adhibitum, quo nos nomen *religio* adhibere ſolemus. Juvabit aliqua ejus verba afferre, ut ſocios habuiſſe *Hobbeſium* opinionis hujus eo ipſo, quo vixit, tempore pateat. *Videmus*, inquit inter alia, *eos omni ſuperſtitionis generi addictiſſimos eſſe, qui incerta ſine modo cupiunt, omnesque tum maxime, quum ſcilicet in periculis verſantur, & ſibi auxilio eſſe nequeunt, votis & lacrymis muliebribus divina auxilia implorare, & rationem coecam appellare, humanamque ſapientiam vanam. —— Tantum* TIMOR *homines inſanire facit. Cauſſa itaque, a qua ſuperſtitio oritur, conſervatur, & fovetur,* METUS *eſt.*

Neque cauſſa ſecuritatis hujus obſcura eſt. Summum nimirum bonum in nulla re poſitum eſſe putant, quae *aliena* eſt, ἀλλοτρία, extra poteſtatem hominum, & fortunae expoſita injuriis, verum in eo uno, quod ſibi proprium vocare poſſunt, in recto ſcilicet voluntatis ſuae uſu. Contra, qui Deum rejiciunt, hanc ipſam propter cauſſam non poſſunt non in perpetua verſari anxietate, ſi humanorum caſuum & eventorum incerta cogitent. Bonum enim omne ac malum in ſenſu voluptatis & doloris collocant, quod Graeci πάθος ἡδονῆς καὶ λύπης dicunt, aut ſaltim, quoniam natura eſſe honeſtum aliquid negant, nihil eſſe bonum decernunt, praeter id, quod animali huic vitae conducit, & idcirco fortunae ſubjectum eſt imperio. Nec, qui modo ſecum reputat, omnis ſocietatis civilis, rerum publicarum, & juſtitiae, quam ita parum proprie nominant, fundamentum ab hoc hominum genere in uno metu ac diffidentia conſtitui, dubitare ullo modo poteſt, nihil illis, qui Athei dicuntur, timidius, meticuloſius, ſuſpicioneque & angore plenius fieri poſſe.

§. XXXIX. Omnium vero graviſſimum impii generis in hac diſputatione vitium eſſe hoc merito dixerim, quod Deum toti fere mortalium generi naturam videri terribilem, nec optabilem ulla ratione aut amabilem, ſibi perſuadent. Nullus enim ignorat, homines, qui aerumnis & calamitatibus implicati divinum implorant auxilium, ſummum illud Numen placabile ac benignum exiſtimare, atque hoc ipſo, quod magnam in eo fiduciam collocant, clementiam & miſericordiam ejus ſummam profiteri. *Syneſius*, tametſi mortales ceteroquin ſententiis mirifice diſſideant, hoc tamen inter omnes convenire affirmat, Deum bonum ac benignum eſſe: (*) Ἀγαθὸν μὲν θεὸν ὑμνοῦσιν ἅπαντες ἀπανταχοῦ καὶ σοφοὶ δῆμοι καὶ ἄσοφοι. *Bonum utique Deum omnes tam ſapientes, quam imperiti homines ubique celebrant, licet, quod ad alia ſpectat, variis de Deo ſententiis diſſideant.* Quod ſi olim nonnulli exſtiterunt, quibus vetus proverbium illud: φθονερὸν τὸ δαιμόνιον, tam perverſe placuit interpretari, ut Deum eo probarent naturam eſſe odio & invidia adverſus homines flagrantem, pauci certe numero fuerunt, iique maligno animo praediti, qui idcirco ex ſe ſuoque ingenio Deum aeſtimarunt. Quotquot vero ſapientia ceteris praeſtiterunt, illi omnes ab hoc ſenſu dicti hujus vehementer abhorruerunt. Exemplo ſit *Ariſtoteles*, qui *poëtas cum multis aliis in rebus, tum hic mentitos eſſe*, ſcriptum reliquit: (†) Οὔτε τὸ θεῖον φθονερὸν εἶναι δεῖ τοῖς, ἀλλὰ πολλὰ ψεύδονται οἱ ποιηταί. *Sed nec naturam divinam invidam eſſe convenit, ſed poëtae, quod in proverbiis eſt, multa mentiuntur.* *Plutarchus* (§) etiam hoc nomine *Herodotum* objurgat, quod

(*) De regno p. 9. (Opp. ed. Petavii.)
(†) Metaphyſ. L. I. C. 2. (p. 263. T. IV. Opp.)
(§) De Herodoti malign. (p. 857. T. II. Opp.)

(e) *Ex vita Aemilii*] *Plutarchus*, poſtquam nemini bono inviſum fuiſſe *P. Aemilium* dixerat in *Vita* ejus *Tom.* II. *Opp.* p. 273. haec ſubjicit verba: Πλὴν εἴ τι δαιμόνιον ἄρα τῶν μεγάλων καὶ ὑπερόγκων εὐημερίαν ἀνταγωνίζεται ἀκαρῆ λύπαις, καὶ μεγίστας ἀνθρώποις βίον, ὅταν μηδὲν κακὸν ἄκρατον ἐν τῷ καθαρῷ. *Niſi ſane quis Deus hoc habet muneris, ut de inſigni & immodica detrahat felicitate, ſortemque miſceat humanam, ne a malis liquida ſit & ſincera.* Hic ſatis circumſpecte *Plutarchus* loquitur, magisque conjecturam, quam ſententiam, proferre videtur. Paullo vero poſt apertius prodit, fuiſſe animum ipſius non leviter ad hanc ſententiam proclivem. *Aemilium* enim quum loquentem inducit p. 274. fateri eum facit, in rebus proſperis ſeſe ſemper a rebus divinis aut a maligno illo daemone mali aliquid metuiſſe: Ἔφη δ', ὅτι τὴν ἀνθρωπίνην εὐδαιμονίαν ἀεὶ δέδοικε δαίμονας, τὴν δὲ θείαν, ὅτι κεκόσμηται καὶ τεκμήρατον πέπηγεν, οὐ τύχῃ ἀλλὰ φόβοις. *Quum ab hominibus, inquit, nihil unquam metuerim, ex rebus*

Digitized by Google

quod τὸ θεῖον πᾶν φθονερὸν καὶ ταραχῶδες, ſeu *omnem divinitatem invidam eſſe ac tumultuoſam*, ſcripſerit. Ipſe vero in malum, quod credebat eſſe, principium ſeu daemonem pronuntiatum iſtud unice cadere autumat; quemadmodum (*e*) ex vita, quam exaravit, *Pauli Aemilii* patet: qua quidem non hoc ſciſcit, τὸ Θεῖον 796
πᾶν φθονερὸν εἶναι, *omne Numen eſſe invidum*; verum id tantum tuetur: *Eſſe Deum quemdam ſeu daemonem, cujus hoc munus ſit, omnem abundantiorem rerum humanarum proſperitatem deprimere, atque ſingulorum mortalium vitam ita moderari, ne quis perfecte beatus in hac vivat miſeria, ſed omnium bonis & commodis mali aliquid & incommodi admiſtum ſit* Quod non ſecus accipi poteſt, atque id, quod Chriſtiani omnes profitentur, eſſe, qui bonis & opportunitatibus hominum invideat, malignum quemdam genium. (*f*) *Plato* cauſſas expoſiturus, quibus Deus ad hunc orbem fingendum adductus ſit, hanc unam prae ceteris affert: Ἀγαθὸς ἦν· ἀγαθῷ δ' οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος. *Optimus erat: ab optimo vero longe remota eſt invidia.* Ex quo deinceps hoc ducit conſectarium: Πάντα ὅτι μάλιστα ἐκείνῳ ὅμοια γενέσθαι προθυμήθη αὐτῷ. *Itaque omnia ſibi plane ſimilia voluit fieri.* Sed qui princeps hoc adhibuit proverbium, quod verbis parum aptum & congruens eſſe non diffiteor, hoc unum docere videtur voluiſſe, quod non modo *Heſiodus*, verum ipſe ſacer codex inculcat, Deum praepotentem arrogantiam & ſuperbiam mortalium ferre nullo modo poſſe, omniaque excelſa & ſublimia dejicere ſolere, ſive quod ipſis eſſent mortalibus perniciosa & noxia, ſive quod quodammodo invidioſa Deo eſſent, aut honori ejus derogarent, qui ſolus laude atque praedicatione dignus eſt, cujusque in conſpectu neminem mortalium inſolentius gloriari decet. Hujus vero opinionis veritatem omnis omnium aetatum hiſtoria confirmat. Quapropter ipſe ille Epicureus poëta, *Lucretius*, abditam eſſe vim quamdam non diffiteri auſus eſt, quae omnem magnitudinem modi neſciam irridere ac contemnere, hominumque animos nimis ſublatos & ſecundis rebus inflatos caſtigare & dejicere ſoleat:

(*) *Usque adeo res humanas vis abdita quaedam*
Obterit, & pulcros faſces ſaevasque ſecures
Proculcare ac ludibrio ſibi habere videtur.

Quo quidem in loco bonus ille vates aperte cauſſam impietatis deſerit, atque imprudens pro Deo verba facit. Ecquis enim credat, abditam ejusmodi vim *in regno atomorum* (*g*) verſari? Quod ad eos autem attinet, qui ex ipſis *Chriſti* ſectatoribus

(*) Lamb. 503. (Lib. V. vſ. 1232. p. 390.)

bus divinis metuere, ut infidam & inſtabiliſſimam rem, fortunam numquam deſiiti. De τύχῃ ſeu *fortuna* his in verbis non ſecus differit *Aemilius*, ac ſi Dea quaedam eſſet, quae rebus hominum ſemper minaretur, & raro ſecundo curſu mortales ſemper uti ſineret. Quis vero dubitet, *Plutarchum* ſuam *Aemilio* ſententiam, quod ſolent hiſtorici, qui heroum orationes recitant, ſuppeditaſſe?

(*f*) *Platone*] In *Timaeo Cap.* 14. *p.* 237. *ed. Fabricii.*

(*g*) *Verſari*] Omnino *Lucretius* vim illam, quam *abditam* appellat, *in atomorum regno* verſari credidit, quod hos verſus cum antecedentibus conferenti conſeſtim patebit. Memorat nimirum paullo ante, claſſium praefectos, commoto mari, & horrida tempeſtate exorta, Deos ſacrificiis & precibus adire ſolere, aut, ut loquitur, *Divum pacem votis adire*, verum nihil ſaepenumero efficere, ſed fluctibus miſere obrui. Tum cauſſam, quare hoc fiat, ſubjicit: Eſſe nimirum vim quamdam abditam in rebus humanis, contra quam ſuprema nihil poteſtas valeat. *Vis* igitur, de qua loquitur, retruſa ſeu *abdita* Diis a poëta hic opponitur: ex quo liquet, nihil in ea divinum eſſe, verum to-

Digitized by Google

bus tam inique & turpiter de ſummo Numine ſentiunt, ut maximam hominum partem hoc unice conſilio & propoſito ab eo praecipiant conditam eſſe, quo ex aeternis eorum poenis & tormentis delectationem quamdam & voluptatem caperet, illi, quae in ſemet ipſis reperiunt, naturae prorſus depravatae flagitia in Deum audacter transferunt, quem ſacrae tamen litterae amorem ipſum eſſe diſerte tradunt.

tum illud, quod ita nominat, in natura rerum eſſe reconditum. Verbo: Vis abdita haec *Lucretii* nihil eſt, quam fortuita quaedam atomorum concurſio, cujus cauſſas mortales neſciunt. Si abjectis figuris poëticis, quas ſaepius conſectatur, loqui voluiſſet poëta hic, ex praeſcripto diſciplinae, quam ſequebatur, ſic animi ſui ſenſa expoſuiſſet: Multi imperatores, tametſi Neptunum victimis & votis placare maximopere ſtudeant, nihilo tamen minus mari pereunt; quod quidem ideo fit, quia nullus eſt Neptunus, nulla divina providentia, ſed naturalibus momentis & ponderibus variaque atomorum commotione, cujus obſcurae nobis ſunt rationes, accidunt & eveniunt, quaecumque ſunt, omnia: nec enim procella eſt aliquid, quam concitatio quaedam violenta particularum & atomorum inviſarum, quam nec preces nec ſacrificia frangunt. *Lucretius* interdum clare & philoſophice canit: alias vero ex poëtarum more figuris ſententias magiſtri ſui exornat. Inde fit, ut nonnullis in locis religioni aliquid dediſſe videatur; quod tamen longe ſecus ſeſe habet. Quae hic contra *Cudworthum* dicta ſunt, ea valent etiam adverſus *Petr. Baylium*, qui *Diction. hiſtor. critique T.* II. *voce Lucrece*, *Not. F. p.* 1804. eodem modo, quo *Cudworthus*, *Lucretium* arguit, eumque ejus *ſententiam* de virtute neſcio qua divina exponit.

(*h*) *Affeciſſe*] Princeps qui proverbium hoc uſurpavit: Τὸ δαιμόνιον φθονερὸν, peſſimum ei haud dubie ſenſum ſubjecit, & vetuſtiſſimorum Graeciae populorum ſtultis de divina natura erroribus imbutus fuit. Antiquiores Graeciae incolae, id quod cuivis patebit *Homerum* & *Heſiodum* legenti, Deos, quos colebant, non ſecus, atque reges & tyrannos, quibus ipſimet ſubjecti erant, animo ſibi concipiebant, eaque de cauſſa omnes illas animi perturbationes & vitia, quibus magiſtratus ſuos videbant uteri, in Numina conferre nil verebantur. Tyrannis autem & minutis Graecorum regibus in more plerumque erat poſitum, id quod nemo ignorabit hiſtoriae Graecae non ignarus, ut, ſi quem civium ſuorum viderent opibus & fortunis prae ceteris florentem, eum vel vi vel dolo deprimerent, ac, ſi minus interimerent, ſplendore tamen omni exuerent, ac civitate ejicerent. Neque enim aut invidia, aut amittendi imperii metus patiebatur, ut civem potentia & dignitate ſibi aequalem in re publica tolerarent. De Diis igitur ſuis quum non aliter Graeci cogitarent, quam de regulis, quorum formidabant potentiam, illos quoque ſic animo conſtitutos eſſe putabant, ut ſecundis hominum proſperisque rebus inviderent, nec quemquam ſinerent ſummum honoris & dignitatis faſtigium ſecure tenere. Quam propter cauſſam eos, quibus ex voto fluere omnia videbant, ſecum ut cogitarent, admonebant, invidos eſſe Deos, neque homines ferre poſſe felicitate continua utentes: quorum ut averterent indignationem, idem faciendum eſſe, quod prudentes ſolerent cives, qui tyrannos nollent offendere: abjiciendam eſſe partem felicitatis, qua fruerentur. Haec ita ſeſe habere, vel illa ſatis oſtendit exhortatio, quam *Herodotus* narrat *Amaſin*, Aegypti regem, ad *Polycratem*, feliciſſimum Samiorum tyrannum, miſiſſe, *Hiſtoriar. Lib.* III. §. 40. *p.* 176. *edit. Gronovii*: Αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσί τῷ ΘΕΙΩΙ ἐπισταμένῳ Ὡς ΕΣΤΙ ΦΘΟΝΕΡΟΝ... ἐμοὶ γὰρ καὶ ἄλλῳ οὐδὲ ἀκίνδυνος, ὅστις ἄτερθε ἐὼν καλῶς ἐπιλιστηται πρήσσοντα, εὐτυχέειν τὰ πάντα. *Tuae magnae proſperitates mihi non placent, qui intelligo, quam invidum Numen ſit.* —— *Nec enim adhuc de quoquam audiſſe me puto, qui, quum in omnibus felix fuiſſet, non tandem male perierit funditus.* Luculentius etiam hoc ipſum intelligi mihi poſſe videtur ex *Xerxis* apud eundem *Herodotum Lib.* VII. §. 10. *p.* 385. oratione, qui inter alia: Φιλέει, inquit, ὁ Θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν· ἔστω δὲ κῆρτός τις πολλὸς ὑπὸ ὀλίγου διαφθείρεται κατὰ τελευτὰς, ἐπεάν σφι ὁ Θεὸς φθονήσας φόβον ἐμβάλῃ. —— ὁ δὲ ἰὼν φρονέειν ἄλλου μεῖζον ὁ Θεὸς, ἢ ἑωυτόν. *Gaudet Deus eminentiſſima quaeque mutilare. Unde & ingens exercitus ab exiguo profligatur, quoties Deus iis metum immittit.* —— *Deus enim neminem alium, quam ſe ipſum, ſinit magnum ſapere.* Meo quidem judicio fruſtra laboraret is, qui hunc locum ita vellet exponere, ut nihil, niſi Deo honorificum, continere videretur. Memini, eſſe in viris doctis, qui de juſtitia ultrice ſermonem hic eſſe *Xerxi* opinantur, idque regem hunc dixiſſe judicant, ſuperbiae poenas a potentioribus divinam juſtitiam repetere ſolere. Verum hos id ſatis refellit, quod *Xerxes* aut *Herodotus* ideo Deum excelſa dejicere perhibet, quia nihil ſibi finibus ferre queat, aut quia, praeter ſe, quemquam negotium aliquid ſapere nolit. Invidus certe in primis eſt, qui neminem ſibi parem eſſe patitur, etiamſi nihil inde ſibimet imminuendum ſit. Praeterea ſi de poenis ſuperbiae, quas juſtitia divina infligit, hic ageretur, *Herodotus* aperte ipſum Deum hoc vitio, quod finitimum prorſus eſt invidiae,

Digitized by Google

dunt. Et nihilo tamen minus hi ipſi, qui tam durum & crudelem ſibi Deum fingunt, magno eum erga ſemet ipſos amore, ſtudio, & benevolentia flagrare, nulli dubitant, tantoque complectuntur ardentius divinam naturam, quanto certiores 797
ſunt, eam, nulla omnino meritorum virtutumque ſuarum, nulla affectionis animi ratione habita, ſummis ſeſe beneficiis (*b*) affeciſſe.

§. XL.

diae, laborare diciſſet. Namque propterea potentioribus iraſci Deum ait, quod neminem ita animo velit eſſe affectum, atque ipſe eſt. Sed hi tamen ipſi, qui de Diis tam inepte ſentiebant, res ab iis hominum non negabant procurari, &, quod ex *Heſiodi Diebus & operibus* apparet, bonorum malorumque, quae uſu veniunt hominibus, diſtributores eſſe Deos, firme perſuaſum habebant. Ergo forſitan mirum nonnullis videbitur, qui Graeci potuerint exiſtimare, Deos hominibus bona illa invidere, quae ab ipſis tamen Diis accepiſſent. Verum accuratius Graecorum inſtituta & opiniones perpendenti non difficile hoc ipſum explicatu videbitur. Primo notum eſt, Graecis ſummum aliquem fuiſſe Deum, ſeu Deorum hominumque parentem, quem *Jovem* nominabant; praeter hunc vero, multos Deos minores, ſupremo illi Deo parentes & ſubjectos. Summum illum Deum maxima gaudere quidem bene faciendi poteſtate affirmabant: ſed nec inferioribus Numinibus facultatem derogabant multa hominibus munera tribuendi, & cultores ſuos ampliſſimis afficiendi beneficiis. Feliciſſimus aliquis ex Graecorum ſententia fieri poterat unius Apollinis, Mercurii, Plutonis auxilio, ſed permittente tantum, ut homo iſte prae reliquis exornaretur. Haec qui obſervavit, is vim Graeci proverbii, cujus hic res agitur, facile aſſequetur. Δαιμόνιον ſummus eſt in eo Graecorum Deus. Nam, quod alio jam loco exemplis demonſtratum eſt, ita ſaepenumero Graeci hoc uti ſolent vocabulo; neque in hoc dicto commode aliter accipi poteſt. Ut omittam, *Herodotum* altero, quem produxi, loco, τ Θεὸν diſerte invidum illum Deum vocare. Is ſummus Deus invidus eſſe dicitur, id eſt, non impedire quidem, quo minus Dii minores cultores & amicos ſuos magnis opibus & muneribus cumulent, ſed nulla tamen ratione ferre poſſe, ut modum excedat felicitas illorum hominum, aut ſuae felicitati ſimilis fiat: quare, ſi nimis creſcat eorum fortuna, quibus minor aliquis Deus faveat, potentia eum, qua ſumma valeret in omnes Deos, rationes ejus omnes evertere ſolere. Atque haec ex ipſa mihi *Polycratis* hiſtoria, quae apud *Herodotum* eſt, confirmari poſſe videntur. *Polycrates*, quem *Herodotus* perhibet id egiſſe, ut maris obtineret imperium, *Lib.* III. §. 122. *p.* 206. Neptunum, quo voti compos fieret, diligentius ceteris ſine controverſia Diis coluit. Idem, eodem auctore §. 47. *p.* 178. thoracem pretioſiſſimum Minervae in Lindo dono miſerat: ex quo ſingulare ejus erga hanc Deam ſtudium elucet. Cruenta vero morte *Polycrate* exſtincto, *Maeandrius*, qui pro rege inter Samios erat, monumentum *Jovi Liberatori* ponit. Vid. *Herodotus Lib.* III. §. 142. *p.* 215. Hoc monumentum *Jovi Liberatori* dedicatum argumento eſt, Samiis fuiſſe perſuaſum, Jovem optimum maximum vita ſimul & felicitate *Polycratem* ſpoliaſſe. Atqui hoc ſi crediderunt, Jovem ipſum non potuerunt pro auctore omnis illius felicitatis habere, qua tot annos uſus fuerat *Polycrates*. Ergo ſine Diis quum neminem inſigniter beatum fieri poſſe putarent, haud dubie Deos illos, quibus ſacra feciſſe *Polycratem* in primis non ignorabant, Neptunum & Minervam, pietatem ejus adverſus ſe remuneratos eſſe, arbitrati ſunt. Sed nec opus eſt, ut ad ſummum Deum atque principem totum hoc pertinere proverbium exiſtimemus: namque minores quoque Deos Graeci, poëtis auctoribus, putabant mutuis inter ſe odiis flagrare, alterumque alterius conſiliis & bonis invidere; id quod multa rurſus apud *Homerum* & *Virgilium* exempla probant. Οἱ Θεοὶ, recte inquit *Sextus Empiricus Pyrrhoniar. Hypotyp. Lib.* I. *Cap.* 14. *p.* 39. Φθονεῖσθαι ὑπὸ τῶν ποιητῶν λέγονται. *Dii invidere alii aliis inducuntur a poëtis.* In qua quum Graeci eſſent ſententia, fieri non poterat, quin vererentur, ne ſi unius Dei amore ac benevolentia potirentur, in alterius invidiam & odium incurrerent.

Verum procedente tempore, quum philoſophiae lux inter Graecos eſſet exorta, ſapientiores invidiam facile intellexerunt vitium eſſe Deorum immortalium majeſtate prorſus indignum. Quocirca multo cautius de cauſſis differuerunt, propter quas viris in magna fortuna poſitis eximiae plerumque calamitates evenirent. *Plato*, quem tanquam Deum aliquem philoſophorum poſteriores Graeci venerati ſunt, in ſuperbia hominum potentium & opulentorum omnem malorum, quibus illi vulgo ſolerent conflci, originem conſtituit. Homines nimirum copia bonorum affluentes animo ait immoderate plerumque efferri: elatos autem animo a Deo deſeri: a Deo deſertos crimina quotidie criminibus addere, ſeque ipſos & fortunas ſuas juſto Dei judicio hac ratione miſere evertere. Non indigna ſunt, quae deſcribantur, ipſa ejus verba *Lib.* IV. *de legibus p.* 600. Ὁ δὲ τῆς ἐμφρόνος ὑπὸ μεγαλαυχίας, ἢ χρημάτων ἐπιῤῥύτων, ἢ τιμῆς, ἢ σώματι ἰσχύος ἄμα πίστεως ἢ ἀνοήτου φλαύρου

798 §. XL. Non ſum neſcius, ſacras litteras non raro univerſam religionem *timorem Dei* nominare. Scio etiam fuiſſe, qui metum *primam menſuram deitatis* dicerent, id eſt, primam illam animi commotionem, quam in hominibus, quales nunc ſunt flagitiis & peccatis cooperti, religio excitare ſolet, antequam ad verum Dei amorem & ſanctimoniam perveniant. Sed quos ſacer hicce metus invadit, hi minime Deum intuentur, ut naturam libere & abſolute infinita potentia ſua utentem, multo minus ut rem malitia & invidia refertam, quibus a vitiis odium abeſſe nequit: verum triſtes ac moerentes eum, tamquam Numen conſiderant ipſa natura ſua juſtum, quodque delicta & peccata haud minus acriter puniat & caſtiget, quam virtutem benigne remuneretur. Ipſe *Lucretius*, ſacrum iſtum metum commemorans, non diſſitetur, neglecti officii conſcientiam cum eo conjunctam eſſe:

(*) *Tunc populi gentesque tremunt*, &c.
Ne quod ob admiſſum foede dictumve ſuperbe
Poenarum grave ſit ſolvendi tempus adactum.

§. XLI. In hac omnes fere homines ſunt ſententia, quum naturale ſit boni atque mali moralis diſcrimen, ideo etiam in Deo eſſe juſtitiam ab omni partium ſtu-

(*) P. 503. (Lib. V. vſ. 1223. p. 389.)

μιᾶς τὰν ψυχὰν μετ' ὕβρεως, ὃς ἔτ' ἄρχοντος, ἔτι τοὺς ἐγγυτάτω δήμους, ἀλλὰ καὶ ἄλλους ἐκπλήσει ὀργᾶς ἐγείας, κατακλύσιτας ἱρὰν θεῶν· κατακλυσθεὶς δὲ, καὶ ἴτι ἄλλοις τοιούτοις πρόσκλυδων, σκιρτᾷ, ταραττῶν πάντ' ἄμα, καὶ πολλοῖς τισιν ὄφελος εἶναί τις· μὴ δὲ χρόνον ἐ πολὺν ὑποχὰν τιμωρίας ἐ μεμπτὰν τᾷ δίκᾳ, ἑαυτόν τι καὶ οἶκον καὶ πόλιν ἅπασαν ἀνέτρεπεν ἐποίησε. *Qui ſuperbia elatus eſt, quod pecunia vel honoribus antecellat; vel corporis forma polleat, qua quum juvenilis animus dementia ſimul ardeat & petulantia, quaſi nec principe nec duce ullo indigeat, ſed aliorum ipſe ſufficiens ductor ſit, is penitus a Deo deſeritur. Deſertus autem, & alios hujusmodi naſtus, exſultat, omnia ſimul perturbans, multisque videtur minime contemnendus; brevi tamen poſtea inculpabili Dei punitus judicio, ſemet ipſum, domum ſuam, ac univerſam ſimul civitatem evertit.* Ipſum quidem proverbium illud, quod Deum arguit invidiae, non abrogatum eſt inter Graecos, neque deſierunt vel poëtae, vel ſcriptores alii poſt ea tempora φθόνος ſeu *invidiam* Diis attribuere; verum longe alio id factum eſt, quam a majoribus factum fuerat, ſenſu. Namque φθόνος in recentioribus Graecorum monumentis, quum Deo adſcribitur, iram plerumque Dei, juſtitiam ultricem, odium arrogantium & improborum hominum ſignificat. Placet hoc ipſius *Herodoti* loco quodam roborare, qui *Hiſtor. Lib.* VIII. §. 109. p. 494. exſtat: Τάδε οὐχ ὁμοῖς, inquit ibi *Themiſtocles*, πεπηγμένα, ἀλλὰ θεοῖσι τε καὶ ἥρωσι, οἳ ΕΦΘΟΝΗΣΑΝ, ἐόντα ἐν τῇ τῆς Ἀσίης καὶ τῆδε. Εὐρώπης βασιλεῦσι, ἰσοπαλίην τε καὶ ἀτρεμέειν. *Non nos iſta effecimus, ſed Dii pariter & heroës, qui* INVIDERUNT, *unum virum & Aſiae regem & Europae eſſe, qui ſit impiiſſimus atque ſceleſtus.* His in verbis perſpicuum eſſe puto, invidiam, qua Dii & heroës accenſi dicuntur fuiſſe, non criminis & vitii alicujus eſſe notam, ſed odium tantum erga hominem ſceleratum, quo nihil ſupremo Numine dignius eſt, deſignare. Neque verba illa: Οἱ θεοὶ ἐφθόνησαν, rectius vertas, quam ita: *Dii aegre tulerunt, hominem tam impium tot regionibus dominare.* Alia hujus generis exempla collecta ſunt a viro egregio *Jac. Elsnero* in *obſervationibus ad novi teſtamenti libros Tom.* II. *p.* 396. Nec contemnenda ſunt, quae de nominis φθόνος uſu illuſtris *Ezechiel Spanhemius* obſervavit *Comment ad Callimachum p.* 112. A Deorum cultoribus ad ipſos Chriſtianorum doctores haec tranſiit loquendi ratio, quorum multi Deum ſcripſerunt invidia flagrare, quum dicere vellent, arrogantium & tumidorum mortalium conſilia ſupremum Numen intervertere, potentiumque furori & ambitioni reſiſtere ſolere. Lege, quae ab *Iſaaco Caſaubono* in *Obſervationibus ad Gregorii Nyſſeni Epiſtol ad Euſtath. p.* 70. *Ludov. Anton. Muratorio Anecdot. Graec. T.* I. *p.* 23. & *Henrico Dodwello Diſſertatione V. in Cyprianum p.* 26. *ed. Brem.* animadverſa ſunt. Sequuti ſunt viri optimi leges loquendi, quae ea, qua ſcribebant, aetate vigebant, nec idcirco jure magni alicujus delicti poſſunt coargui: ſed nihilo tamen minus *Cudworthо* aſſentior, qui parum aptam hanc eſſe loquutionem, tutiusque repudiari, quam adhiberi, cenſet.

Digitized by Google

ſtudio alieniſſimam, quae utrique rei praeſideat, Deumque pari virtute commoveat ad malos puniendos & ad bonos praemiis afficiendos. Ipſum (*i*) *Epicurum* (*) faſſum eſſe hoc accepimus: Ἐνίοις γὰρ μεγίστας βλάβας οἴεται τοῖς κακοῖς ἐκ 799
θεῶν ἐπάγεσθαι, καὶ ὠφελείας τοῖς ἀγαθοῖς. *Hinc illi* (qui Deos eſſe credunt) *detrimenta maxima cenſent malis a Diis inferri, & commoda item probis.* Hic autem Dei metus non modo univerſo generi humano prodeſt, quoniam incrementis reſiſtit criminum & ſcelerum, verum etiam illis ipſis, quos invaſit, ſalutaris eſt & fructuoſus. Quemadmodum enim continet eos, ne peccatis ſe polluant; ita etiam poenas, quae conſequi ſolent crimina, ab eis arcet & removet. Hic germanus eſt ille verusque metus, qui cum religione conjunctus eſt, qui ſi ab indole ſua degeneret, atque in tremorem quemdam ſuſpicioſum & turbulentum convertatur, qui Deum aut tamquam terribilem naturam quamdam, aut inſtar tyranni arbitratu ſuo cuncta decernentis ſpectat, tum vitium fit, quod a religione ſingulari vocabulo diſtingui ſolet, & δεισιδαιμονία aut *ſuperſtitio* vocatur. *Plutarchus* ſuperſtitioſi hominis hanc nobis imaginem ſuppeditat: (†) Οἴεσθαι θεοὺς εἶναι, λυπηρούς τε καὶ βλαβερούς. *Deos eſſe exiſtimat; verum putat, eos acerbos & noxios eſſe.* Idem, Ἀνάγκη, inquit, καὶ μισεῖν τὸν δεισιδαίμονα καὶ φοβεῖσθαι τοὺς θεούς. *Homo ſuperſtitioſus non poteſt non Deos aeque odio habere, ac metuere.* (*k*) *Siracides*, (§) Φίλων, inquit, κενὴν ἔχει ἀγαπήσεως αἰτίαν,

(*) Ep. ad Menoec. p. 46. Gaſſ. (Tom. V. Opp.)
(†) Περὶ δεισιδαιμονίας (p. 165. T. II. Opp.)
(§) Cap. XXV. 13.

ſet. Ita vero fit inter homines. Multae, quae malo ex fonte primum fluxerunt, dicendi formae ſenſim dedecus, quod adjunctum habent, amittunt, &, amplificata populorum ſapientia, meliores paullatim notiones accipiunt novis gentium opinionibus congruentes.

(*i*) *Epicurum*] Locus hic eſt apud *Diogenem Laërtium Libro* X. §. 124. p. 655. & ita ſeſe in codice formis deſcripto habet: Ἐνίοις γὰρ μέγιστα βλάβας αἴτιαι τοῖς κακοῖς ἐκ θεῶν ἐπάγονται, καὶ ὠφέλειαι τοῖς ἀγαθοῖς. *Hinc detrimenta maxima peſſimis quibusque a Diis inferuntur, & commoda item probis.* *Cudworthus* autem ſic eum hic deſcripſit, uti a *Petro Gaſſendo* emendatus eſt. Vid. *Comm.* eius *ad Lib.* X. *Diogenis Laërtii p.* 120. *T.* V. *Opp.* Corruptum & ſcribentium incuria depravatum hunc eſſe locum, cuivis attente legenti manifeſtum eſt. Qua vero ſanari debeat ratione, id hodie propter codicum veterum penuriam vix conſtituere nobis licet. In codice manu exarato, ex quo *Laërtius* eſt editus, vocabulum ἀγαθοῖς quoque deerat. Atqui hoc quum ſenſus ipſe poſcere videretur, princeps *Ambroſius Camaldulenſis* in verſione ſua addidit: quod ejus factum *Gaſſendus*, *Marc. Meibomius* & *Joach. Kühnius* ita probarunt, ut nomen illud nil dubitarent in ipſum contextum recipere. Nec ego tantis viris repugnem. Moneo potius, videri mihi vocabulum αἰτίαι, quod ſine ſenſu poſitum hic & ſupervacaneum eſſe apparet, ex voce ἀγαθοῖς errore librarii natum eſſe. Verum reliquis virorum doctorum emendationibus quantum ſit tribuendum, non intelligo. *Joach. Kühnius* in *Obſervat. ad Laërtium p.* 553. hac ratione locum emendat: Ἐνίοις γὰρ μέγισται βλάβαι· ἄτται (ſic legit pro αἰτίαι) τοῖς κακοῖς ἐκ θεῶν ἐπάγονται, καὶ ὠφέλειαι τοῖς ἀγαθοῖς. *Inde damna maxima ſunt. Mala malis a Diis accerſuntur, & commoda bonis.* Ingenioſe, fateor, & eleganter: num vere, alius dixerit. Quamquam quid opus eſt multum in hoc loco corrigendo ingenii conſumere? Qui de verbis hic diſſentiunt, viri docti de re ipſa concordes ſunt inter ſe. Omnes nimirum, ipſe *Gaſſendus* quoque, *Epicuri* patronus, confitentur, non ex ſua, ſed ex populi ſententia *Epicurum* verba facere, eorumque ſententiam, qui malis poenas, praemia bonis a Deo immitti putant, popularibus annumerare erroribus. Neque aliter ſentire nos patiuntur cum ea, quae praecedunt & conſequuntur, tum quae contra providentiam in *Epiſtola ad Rythoclem Epicurus* diſſerit. De ſenſu igitur quum ſatis conſtet, perinde erit, ſive nos *Meibomio*, ſive *Gaſſendo*, ſive *Kühnio* adjungamus.

(*k*) *Siracides*] In nonnullis tantum *Siracidis* exemplis hoc dictum exſtat, in plerisque deſideratur. Hinc & in verſione, qua utimur, *Lutheri* Germanica deeſt. Expreſſit illud *Jo. Druſius* in editione ſua *Eccleſiaſtici*, quem *Jo. Alb. Fabricius* ſequutus eſt in editione *Librorum Apocryphorum*, quam *Lipſ.* 1691. 8. emiſit, itemque alii

Digitized by Google

αὐτῷ, πίστις ἡ ἀρχὴ προσήγωγος αὐτῷ. *Timor domini principium dilectionis est, fides autem principium adhaesionis ejus.* Quod idem est, ac si dixisset: Primus ad religionem gradus est, in Deum, tamquam vitiorum & peccatorum severum vindicem, non sine metu & reverentia intueri: alter vero, ipsi confidere, & in ejus benignitate ac misericordia spem ponere firmissimam: ultimus denique, quo anima ipsa continetur religionis, Deum sic amare, ut nihil eo ducas esse amabilius. Christiana religio, qua nulla sanctior est aut melior, fidem unam & certissimam ad veram ingenuamque pietatem esse viam, docet: (*) *Qui accedit ad Deum, hunc credere oportet, esse Deum, & praemia largiri iis, qui ipsum requirunt.* Illa vero qualis sit fides, id ex sacris melius litteris, quam ex ullo discas scholastico doctore. *Fides*, inquit sacer codex, *est id, quo subsistunt, quae sperantur, & quae demonstrat, quae non cernuntur*, id est, certissima de illis rebus persuasio, quae, sive quod futurae sunt, sive quod videri nequeunt, sub adspectum non cadunt, ideoque spe tantum praecipiuntur. Igitur religiosus timor a fide minime abhorret: fides cognata & affinis est spei: fidei denique & spei effectus est amor. Haec tria vero, fides, spes, & amor, summam esse in Deo bonitatem assumunt. Talis Deus est natura, qualis, si non exsisteret, omnibus omnium votis expetenda & optanda esset. Neque Deo ejusque providentia sublata, id quod sapiens & eximius ille Imperator quondam dixit, causae esset aliquid, cur vir sapiens vivere in hoc orbe vellet. Qui Deum esse credit, is omne illud bonum omnemque in hac universitate perfectionem esse certus est, quam votis & cogitationibus potest assequi. Nulli omnino mortalium expedit, non esse Deum, nisi miseris illis hominibus, qui pietatem & amicitiam Dei, qua nihil tamen homini utilius & salutarius esse potest, deseruerunt, atque, omnibus repagulis effractis, totos sese sceleratae ac nefariae vitae tradiderunt.

§. XLII. Ipsam vero in malignam atque depravatam plane impii generis naturam descendat oportet, qui scire cupit, unde fiat, quod hi homines longe aliter, quam reliqui omnes, de Deo sentiunt. Namque haec una causa illa est, quae, ut veram Numinis notionem amitterent, remque sibi in eo cernere viderentur ex toto terribilem, atque odio propterea dignam, effecit. Primum quidem vitiorum tantum in eos potest amor, ut boni malique, justi ac injusti discrimen non ab ipsa natura, verum ab hominum tantum legibus & institutis existiment proficisci. Atqui lex naturae adversatur & contraria est. Nam natura libertas est: lex vero vim affert, & libertatem coërcet: igitur quemadmodum non possunt non id odio habere, a quo libertati suae & summo, quod putant, bono modum poni vident; ita, quae de severitate Dei erga peccatores & maleficos toties dicta sunt, summam necessario crudelitatem ac tyrannidem interpretantur. Inhaeret deinde in animis istorum hominum improbum hoc & vitiosissimum praeceptum: (†) *Nulla naturalis caritas est; verum omnis benevolentia oritur ex imbecillitate & metu.* Id est: Ideo amamus alios, quia ab aliorum nobis hominum vi & potentia metuendum est, neque talis est haec vita, carere ut queamus aliorum auxilio. Quocirca quidquid

(*) Hebr. XI. 6.
(†) Cicero de nat. Deor. Lib. I. 213. Lamb. (cap. 43. p. 2948.)

Interpretatio dicti hujus, quam subjicit *Cudworthus*, similior est liberiori enarrationi, quae vim ver-

Digitized by Google

quid amorem ac amicitiam ceteri vocant homines, id haec turba nihil eſſe contendit aliud, quam alienae potentiae, cui reſiſtere non licet, metum, & *mercaturam quamdam utilitatum.* Ita *Cotta* apud *Ciceronem* (*) ſenſum declarat familiae hujus: *Ne homines quidem cenſetis, niſi imbecilles eſſent, futuros beneficos aut benignos.* Deus vero, ſi quidem is eſſet, infinite potens eſſet, nec vim ejus ulla alia res morari ac impedire poſſet. Hinc adulterinum ejusmodi amorem & fucatam benevolentiam ab eo plane abeſſe, religionum hoſtes decernunt. Tanto enim qui valet robore, quanto Deus, is nec rei indiget alicujus, neque ulla cujusquam formidine conturbatur. Loquatur iterum, quem paullo ante produximus, *Cotta:* (†) *Quid eſt praeſtantius benitate & beneficentia? qua quum carere Deum vultis, neminem Deo, nec Deum nec hominem, carum, neminem ab eo amari vultis. Ita fit, ut non modo homines a Diis, ſed ipſi Dii inter ſe ab aliis alii negligantur.* Atque his nuperus quidam de re publica ſcriptor aſſentitur, utpote qui, omni juſtitia & benevolentia naturali proſcripta, de Deo ſic (*l*) ſciſcit: *Regnandi & puniendi eos, qui leges ſuas violant, jus Deo eſſe a ſola potentia irreſiſtibili.* Idem hoc eſt, ac ſi clare dixiſſet: Nullum omnino jus eſſe Deo aliis imperandi, legesque hominibus ferendi; quae vero moliatur ille hoc in genere, ea vi unice ac injuria fieri. Nam quum jus & vis toto differant genere, nec ullum eſſe jus poſſit ſine juſtitia naturali, vocem *jus* patet hic perabſurde eſſe adhibitam. Confirmant hoc, quae idem ſubjicit auctor: (§) *Si jus regnandi habeat Deus ab omnipotentia ſua, manifeſtum eſt, obligationem ad praeſtandum ipſi obedientiam incumbere hominibus propter imbecillitatem.* Quod aliter deinceps his verbis exponit: *Homines ideo Deo ſubjecti ſunt, quia omnipotentes non ſunt, aut quia ad reſiſtendum ſatis virium non habent.* Ex his perſpicue elucet, vitiorum amorem corruptamque naturam tantum valere apud homines religione vacuos, ut omne
801 primo naturae jus, omnem naturalem honeſtatem, amorem, & benevolentiam tollant: ex quo poſtea evenit, ut Deum non ſecus ac terribile quoddam monſtrum ſibi animis effingant. Fieri enim negant poſſe, ut naturam infinita praeditam potentia, qualis eſſe Deus dicitur, ulla juſtitia, aut ullus erga res a ſe factas amor teneat: jus omne ac auctoritatem dominandi aliis, quam habeat, ex eo naſci unice, quod nemo viribus ejus reſiſtere valeat: nec igitur ullam rerum creatarum aliquid in eo ſpei ac fiduciae collocare poſſe, nec quemquam ulla lege & ratione alia, quam metu & neceſſitate, quae ex imbecillitate naturae noſtrae oritur, ad obediendum ipſi obligatum eſſe. Talis Deus monſtrum certe eſt informe, nec niſi res horribilis & formidoloſiſſima.

§. XLIII. Verum vehementer falluntur, qui haec omnia vanis ſomniis & commentis, ab impii generis amentia excogitatis, meliora eſſe opinantur. Vera & germana religio nihil de Deo rebusque divinis docet, quod non ſummam homini delectationem & animi tranquillitatem afferat. Contra illi, qui religione conſtringi nolunt, in ſcenam nos immittunt triſtitia, metu, & deſperatione omnino refertam. Omne enim bonum in illis eſſe rebus ſitum praecipiunt, quae in noſtra prorſus poteſtate non ſunt poſita: felicitatem univerſam brevi titillatione ſenſuum, quorum

(*) Cicero ibid. (†) Cicero ibid. (§) L. c. §. 7. p. 114.

verborum modice curat, quam accuratae expoſitioni.

(*l*) *Sciſcit*] *Thom. Hobbeſius* nimirum in *Elementis de cive* Cap. 15. §. 4. *p.* 112. & alias.

Digitized by Google

rum appetitus nullo modo exſatiari poſſe novimus, perpetuaque veluti *dolii pertuſi* irrigatione abſolvi putant: nos ipſos denique atomorum eſſe acervum volunt, cujus ſi commiſſurae diſſolvantur, cum vitam noſtram omnem in nihilum occidere, tum univerſam ſpem noſtram interire ſtatuunt. Providentiam eſſe nullam patiuntur: exſiſtere beneficam quamdam & coeleſtem naturam, quae res humanas procuret, plane negant: extra nos poſtremo nihil verſari volunt, praeter inſipientem & vita omni vacuam materiam. Equidem in corpuſculis individuis & in natura quadam coeca & ſenſu omni deſtituta voluntatem & propoſitum ineſſe haud poſſe nocendi aliis & ulciſcendi, minime negaverim. Quae quidem cauſſa *Plutarchum* (*) induxit, ut hanc impiae familiae ſententiam, qua nihil tamen fieri capitalius poteſt, praeferre non dubitaverit illorum doctrinae, ſi modo illi umquam hac imbuti fuere doctrina, qui malum quoddam principium, quale Manichaeorum eſt, ſeu naturam infinite potentem invidiaeque omnis ac malitiae plenam, toti rerum univerſitati praeponunt, ejusque unius nutu & arbitrio cuncta regi & adminiſtrari opinantur. Nihilo tamen minus & hoc quoque perſpicuum eſt, tantum homines ab atomis vita vacuis, quas caſus & neceſſitas unice concitant, auxilii & opis ſperare atque polliceri ſibi poſſe, quantum quis ſolatii a ſaeva quadam procella & turbine exſpectaverit, aut a commoto quodam mari, cujus violenti fluctus exorari nequeunt, omnesque ſupplicantium clamores & lamentationes reſpuunt. Quod quum ſecum reputaret (*m*) *Epicurus*, ſatius quidem duxit eſſe, fabulis, quas vocat, de Diis aures praebere, quam impio illi fato rerumque omnium neceſſitati, quam phyſici illi religionibus inimici, *Leucippus* & *Democritus*, introduxerant, loci aliquid in animo relinquere: (†) *Κρεῖττον ἦν τῷ ὄντι θεῶν μύθῳ κατακολουθεῖν, ἢ τῇ τῶν φυσικῶν εἱμαρμένῃ δουλεύειν· ὁ μὲν γὰρ ἐλπίδα ἀπολογίσεως ὑπογράφει θεῶν διὰ τιμᾶς· ἡ δὲ ἀπαραίτητον ἔχει τὴν ἀνάγκην. Praeſtat enim fabulam, quae de Diis traditur, ſequi, quam phyſicorum ſervire fato. Illa enim ſpeciem excuſationis obtendit Deorum ob honorem; hoc vero inevitabilem neceſſitatem habet.* Ipſe quidem malo huic mederi voluit, partemque invidiae & odii, quam ſibi fautores atomorum conflaverant, ab eorum diſciplina propulſare. Sed quoniam, quam homini reliquit, facultas ad res illas non pertinet, quae extra nos ſunt poſitae, ſed nos ipſos tantum moderatur, parum humano generi ſolatii reſtituit. Ipſe non leviter pertimeſcebat *Epicurus*, ne coeli machina, quam videmus, ſubito convulſa diſſiliret, nec modo mole ſua homines obrueret, ſed etiam univerſum illud atomorum concilium, quod caſu tantum & temeritate coactum putabat eſſe, in chaos quoddam reverteretur:

— (*n*) *Tria*

(*) De ſuperſtit. (p. 164. T. II. Opp.) (†) Epiſt. ad Menoec. p. 49. Gaſſend.

(*m*) *Epicurus*] Vid. *Diogenes Laërtius Lib.* X. *Segm.* 134. *p.* 659.

(*n*) *Tria*] *Lucretii* ſunt hi verſus *Libro* V. *de rerum natura vſ.* 95. *ſ. p.* 238.

(*o*) *Pertimeſcere*] Nil repugno, quin vera ſint haec omnia, quae de miſero & turbulento eorum ſtatu vir doctiſſimus hic differit, qui Deum eſſe negant. Verum quoque eſt, quod monet, impietatem erga Deum ex metu potius eſſe natam, quam religionem & cultum Dei. Nam plerique eorum, qui Deum ſuſtulerunt, ideo tantum hoc auſi ſunt, quia metuebant, ne vim pravis propenſionibus ſuis & amori vitiorum afferre cogerentur, ſi Deum eſſe putarent. Proprie vero ſi loquendum ſit, in iis, qui nulla ſpe rerum futurarum ducuntur, quales ſunt Athei, nullus etiam metus eſſe poteſt, ne amittant ea, quae ſperant alii. Metus nihil eſt, quam perturbatio animi verentis, ne jacturam eorum faciamus, in quibus felicitatis noſtrae partem putamus eſſe poſitam. Homo autem Deum eſſe negans, ſi ab hujus vitae commoditatibus & deliciis abeas, nihil habet, in quo felicita-

—— (n) *Tria talia texta*
Una dies dabit exitio, multosque per annos
Suſtentata ruet moles & machina mundi.

Quantam, ſi haec fieri poſſunt, voluptatem ex libertatis ſuae conſcientia capiet, qui totam felicitatem ſuam in ſecuritate ab externis malis collocat? τέλος, inquit 802
Plutarchus, (*) ὃ μὴ νομίζειν Θεὸς, μὴ φοβεῖσθαι. *Athei, qui Deum eſſe negant, hanc ideo ſententiam ſequuntur, ut metu vivere queant vacui.* Verum haecce via tam late diſtat ab iſto conſilio, ut dictu incredibile ſit, quique Deum eſſe nolunt, ita res omnes ſolent diſponere, ut potius nihil ſibi ſpei, nihil laetitiae, nihil fiduciae faciant reliqui. Dum ſcilicet metum ſtudent effugere, ipſimet totos ſeſe pavori & anxietati tradunt. Nam qui ſpe deſtitutus omnino eſt, is quidem metu nullo carere modo poteſt. Quare infinitus ſit eorum timor atque cruciatus, neceſſe eſt, qui unum illum Dei metum, cujus haec tantum vis eſt, ut a vitiis & criminibus abſterreantur homines, ejiciunt mentibus, contra vero omni ſeſe ipſos ſperandi & confidendi facultate privant. Quae quum ita ſint, multo nobis validioribus concludere licet rationibus, opiniones eorum, qui Deum eſſe negant, quoniam nec ratio favet illis, nec natura, ex metu primum eſſe natas, atque rationes ſunt, quas proferunt illi, ut noſtram de Deo ſententiam ex metu ortam eſſe probent. Fides enim, quam religio flagitat, quum ſit *id, quo ſubſiſtunt, quae ſperantur, nondum vero videntur*, conſequitur inde, incredulitatem, qua caterva haec laborat, genus eſſe exquiſitae cujusdam diffidentiae, mentisque quamdam deſperationem ſine ulla rerum meliorum, quae nondum videntur, exſpectatione. In primis autem id miſerum & cum ſummo timore conjunctum eſt, quod naturam omnino negant eſſe quamdam, nulli quidem viſam mortalium, at infinitis praeditam viribus, quae omnes, quotquot res ei ſuas commitunt, vitamque ad voluntatem ejus componere ſtudent, benevolentia & amore complectatur, nec quemquam eorum cum in hac vita, tum poſt fata ope & auxilio deſtitutum eſſe ſinat. Quamquam quid multa? Scelerum cupiditas amorque libidinibus ſine modo ſerviendi tantum apud hujus ordinis homines valet, ut ſenſim ac paullatim nihil eſſe credant deſiderabilius, quam non eſſe Deum, quippe quem ſuis vident obſtare cupiditatibus. Hinc eum demum beatum eſſe putant, quem nullus Dei metus urget, cujus, ſi quidem exſiſteret, ſeveritatem & juſtitiam non poſſet non (o) pertimeſcere.

§. XLIV. Itaque planum, ut exiſtimo, fecimus, eos, qui matrem omnis erga Deum

(*) De ſuperſtit. (p. 165. T. II. Opp.)

tatem ſuam collocat, & quae de futuro animorum decedentium ſtatu dicuntur, in vanis numerat commentis & ſomniis. Quare metuere quoque non poteſt, ne harum rerum amittat aliquid. Dicet aliquis: Eſſe tamen in perpetuo metu Atheos, ne perdant ea, quibus in hac vita unice delectantur. Non ego negem, quosdam infortunati gregis hujus ita animo conſtitutos & affectos eſſe. Sed qui ſecum expenderit, miſeros hoſce homines primum nullam eſſe putare naturam infinite potentem, quae bonis, quibus fruuntur, ſeſe privare queat, deinde plerorumque ex illis hoc eſſe animis alte infixum, praeſentibus utendum eſſe voluptatibus, futura negligenda & contemnenda, is hoc quoque metu mediocriter plerumque angi profanum genus ſolere nil dubitabit. Quapropter non ſine cauſſa *Plutarchum* dixiſſe putem, ideo Atheismum homines conſectari, ut metu ſeſe liberent, neque Atheos hoc voto & deſiderio ſuo prorſus excidere, exiſtimem. Liberiori ſenſu vocabulis *ſpes* & *metus Cudworthus* hic utitur. Id ſibi vult, nullius verae pacis & laetitiae, nullius tranquillitatis animi.

Deum pietatis & religionis metum & timorem esse statuunt, primo quidem Deum turpiter deformare, horribilemque ei larvam circumdare, quo invisus omnibus & odiosus videatur: deinde vero hinc efficere conari, quod fieri posse quodammodo non inficior, non esse reapse naturam ejusmodi, verum hominum imbecillitatem & pavorem temere totum illud monstrum confinxisse. Rite vero qui omnia ponderaverit, is multo fore sapientius sentiet, si spem bonorum genuisse Deum dicat, quam si a malorum metu productum esse illum affirmet. Quod si tamen id, quod res est, dicendum sit, neque spes, neque metus opinionem, qua imbuti sumus, de Deo produxit, tametsi religio utramque hanc commotionem animi pro diversa status nostri rerumque ceterarum circumstantium natura in mentibus nostris

mi, nullus spes, sine qua vita hominum miseria est, compotes fieri posse Atheos, sed perpetuis veluti tempestatibus jactari & concitari: quod quidem omni ex parte verum certumque est.

(p) *Mentibus*] Qui ex metu, quidquid est in orbe religionis & pietatis adversus Deum, profluxum esse volunt, illi, tametsi verbis loquantur iisdem, in eadem tamen non sunt omnes sententia positi, nec propterea eodem modo confutari debent. Quidam opinantur homines, quum incerta rerum casuumque humanorum viderent, metu bona & opportunitates suas ex improviso amittendi excitatos, naturam quaesiviisse cum potentem, tum humani generis amantem, quae fortunas suas adversus omnes insidias temporum hominumque firmaret: itaque rem sibi finxisse supra omne id, quod videmus, positam, neque infinita modo praeditam virtute, verum etiam benevolentia & amore generis humani flagrantem, ad eamque, quo tutis sibi liceret esse, precibus & sacrificiis confugisse. Ita vero qui religionis origines explicant, tantum abest, ut existiment, Deum hominibus rem formidolosam, terribilem, & truculentam videri, ut potius contrarium sibi persuadeant, summumque Numen ab hominibus, ut naturam spectari amabilem atque cultu omnium dignam, eo quod bene velit mortalium generi, perhibeant. Fieri enim nequit, quin naturam illam, in qua sibi aliquis praesidium adversus mala quaevis & imminentes calamitates constituit, & voluntate & facultate juvandi instructam esse putet. Alii vero, qui similiter religionis causam metum esse arbitrantur, longe aliam praecepto huic sententiam subjiciunt. Homines censent, quum fulmina, terrae motus, naufragia, urbium eversiones, totque alia, quibus hic obsessi vivimus, mala conspexissent, metu & ignorantia causarum perculsos, in eam praecipites isse opinionem, esse naturam quamdam invisam, unde hae omnes miseriae veniant, quae hominum aerumnis delectetur, plusque animi ad nocendum, quam bonae voluntatis ad juvandum habeat: itaque sollicitos & anxios statuisse quovis modo irritabile illud & saevum Numen sibi placandum, &, ne opes suas evertat, supplicationibus adeundum esse. Haec *Democriti* fuit sententia, cujus verba *Sextus Empiricus* recitat *Libro* VIII. *adv. Mathemat.* §. 24. p. 554. haec *Petronii* in *Fragmentis* p. 676. *f.*

—— —— *Ardua coelo*
Fulmina quum caderent, discussaque moenia flammis.
Atque ictus flagraret Athos, mox Phoebus adortus
Lustrata dejectus humo, Lunaeque senectus
Et reparatus honos: hinc signa (Deorum) *effusa per orbem:*

haec *Lucretii* & multorum aliorum. Hoc modo qui metum peperisse religionem volunt, illi, nullum dubium est, quin existiment, Deum hominibus naturam videri terribilem, a quo plura metuenda sint, quam speranda. Cognatae sunt inter se ac finitimae hae sententiae: fieri quoque posse video, ut utramque societ ac conjungat homo religioni atque Deo inimicus: neque tamen confundi debent inter se, quum alteram tenere aliquis, alteram vero rejicere queat, nec eadem ex utraque fluant consectaria. Mihi quidem, tametsi nemini leges rogare velim, sed unumquemque libertate, quam habet, facile frui patiar, cum in omni pro veritate disputatione, tum in certaminibus pro religione id esse in primis curandum videtur, ut distincte, de quibus controversia est, animi notiones explicentur, neque temere misceantur, quae affinitate quadam conjunctae sunt. Sunt, quae utriusque sententiae hujus stultitiam & vanitatem simul demonstrant, argumenta: sunt, quae singulas perimunt tantum & insaniae convincunt. (1.) Primum hi disputatores id sibi sumunt, de quo inter partes quaeritur, quod absurdum & vitiosissimum esse, neminem praeterit. Quaeritur inter nos & illos: utrum Deus sit, nec ne? Illi vero non secus certamen instituunt, ac si omnis hac de re sublata esset controversia, ac in fundamentis disputationis suae hoc ponunt, nullum esse Deum. Namque in origines opinionis nostrae seu erroris, quem esse putant, inquirunt: quod quo jure facerent, nisi hoc ratum atque fixum antea statuissent, nullum esse Deum? Ratione

Digitized by Google

ſtris excitare ſoleat. Neque eſt etiam, cur ullam aliam ex mentis noſtrae pertur- 303
bationibus hanc nobis vim attuliſſe putemus, ut Deum eſſe crederemus. Nam, quod ſuo loco demonſtrabitur, ipſum non contaminatae rationis lumen in hanc homines ſententiam impulit. Quamquam quum divinitatis cujusdam notio & ſenſus ipſam ſaepenumero ratiocinationem in animis noſtris antecedat, mentemque, nulla re alia adjuncta, ſola virtute ſua ſtimulet, non ſolam Dei magiſtram rationem eſſe, ſimul apparet, verum naturalem quamdam praenotionem ſummi cujusdam Numinis, quam *Ariſtoteles μαντικὴν* ſeu *vaticinationem* vocat, in mortalium inſitam & innatam eſſe (p) mentibus.

§. XLV.

tione atque ordine qui dimicare volunt, & ſententiam aliquam de gradu ſuo dejicere, eos primum oportet levitatem & falſitatem dogmatis, cui male cupiunt, idoneis rationibus demonſtrare. Hoc facto, nemo quidem impediet, ne in cauſſas & origines erroris inquirant. Verum qui Deum & religionem tollunt, prius illud totum omittunt, idque unum ſibi datum eſſe credunt, ut cauſſas erroris, quem nominare illis placet, aperiant: quaſi vero de re ipſa nihil dubitationis ſupereſſet. Ingenioſos certe diſputatores! qui, quod imperiti ſolent Medici, de cauſſis antea morbi & de curatione deliberant, quam ſciunt, utrum adſit morbus, nec ne. (II.) Quod ſi negent, in hoc ſeſe vitio haerere, idque ſerio in argumentis haberi velint adverſus Deum & religionem, quod de originibus religionis ex metu hominum perhibent, paulo etiam turpius errabunt. Argumentum hoc eſt: Quidquid a metu profectum eſt, id falſum eſt. Religio inde nata eſt. Igitur commentum illa eſt hominum. Aequum erit, ut minoris, quae dicitur, propoſitionis virtutem oſtendant, religionemque metus eſſe filiam, teſtatum faciant. Novam igitur hanc proferent ſine dubio argumentationem: Quidquid metum aliquem adjunctum ſemper habet, id ex metu ortum eſt. Religioni vero metus ſemper adjunctus eſt. Igitur religio ex metu prodiit. Imitemur acumen hoc. Ipſi nobis perſuaſum eſſe cupiunt Athei, animum ſuum talem eſſe, qualis coeli ſtatus ſupra lunam, ſemper ſerenum & pacatum: neque alia de cauſſa religionem ſeſe deſeruiſſe, quam ut ſine ulla formidine gaudere & laetari poſſent. Fingamus, rem ita ſeſe habere. Hoc igitur principio nixi, ſic rationem concludemus: Quidquid cum perpetuo gaudio & voluptatis ſenſu conjunctum eſt, id ex amore gaudii & voluptatis procreatum eſt. Atheismus comite ſemper utitur gaudio. Hoc ergo totum, quod Atheismus dicitur, non ex ratione, ſed ex voluptatis amore genitum eſt. Sed non vident, aut videre nolunt Athei, rationem iſtam, qua tantopere delectantur, nullum habere aliud fundamentum, quam hoc, quo nihil eſt fragilius: *Quidquid videri poteſt ex animi noſtri propenſione quadam eſſe natum, id vere inde natum eſt*; aut: *Cujus origo repeti poteſt quodammodo ab imbecillitate quadam animi noſtri, id re vera inde ortum eſt.* Jam videri poteſt alicui religio ex metu eſſe nata. Igitur illa inde nata eſt. Nihil tam teſtatum, tam certum, tam evidens erit, quod non oppugnare atque rejicere nobis liceat, hac ſi ratione nobis uti fas ſit. *Alexandrum M.* & *Julium Caeſarem* fuiſſe, quis negat? Sed in fabulis cuncta, quae de his narrantur heroibus ſecure numeravero, ſi hanc ſequi viam tutum erit. Etenim ſic rationem concludam: Eſt in hominum animis libido quaedam res confingendi mirabiles & inauditas. Ex ea libidine quidquid videri poteſt profectum eſſe, id inde profectum eſt. Hiſtoria *Julii Caeſaris* & *Alexandri* quia multis referta rebus eſt inopinatis & admiratione dignis, ad eam animi noſtri inclinationem referri poteſt. Igitur quidam homines, quos neſcio quis amor rerum ſingularium & mirabilium urebat, totam hanc hiſtoriam excogitarunt. Abjiciamus omnia, quae de recta ratiocinatione adhuc a ſapientibus & magnis viris tradita ſunt, novaque diſputandi praecepta petamus ab illis, qui a Deo & religione abhorrent, ſi ejusmodi concluſionibus locus aliquis in argumentis non plane ſtultis & ridiculis concedi debet. (III.) Quid demum eſt illud, in quo tantopere ſeſe jactant homines Athei? Num demonſtratio? Num concluſio principiis nixa nec obſcuris nec dubiis? Ne ipſi quidem hoc dixerint Athei. Conjectura eſt & divinatio hominum omnia citius, quam Deum, ferentium. Hoc primum ſcilicet ponunt: Nullus eſt Deus, nulla idcirco etiam religio. Poſtea ſuſpicionem aliquam captant, quo, unde nata ſit religio, doceant. Quumque metu magnam partem contineri videant mortalium, praeclarum aliquid ſeſe adeptos eſſe opinantur, ſi hunc metum graviter decernant religionis fontem eſſe. Tanti eſt ſapere, nec umbrarum modo vagari! In re vero tanti momenti, qualis omnis eſt de religione atque Deo diſputatio, num viri ſapientis eſt & ratione praediti, ſuſpicionibus, divinationibus, & conjecturis, quae nos fallunt quotidie, certare? Fingamus, narrari alicui, totum, in quo vivit, oppidum flagrare, flammamque

Digitized by Google

804 §. XLV. Ergo primus jam exaruit fontium, unde homines a Deo averſi religionem manaſſe univerſam contendunt, qua humanum genus obligatum eſſe vident, metus nempe & anxia rerum futurarum exſpectatio. Pergamus jam ad alterum. Ignorantiam nempe cauſſarum & verae philoſophiae inopiam effeciſſe tra-
805 dunt, ut Dei religionisque cura inter homines exſiſteret. Omnibus, ita differunt, hominibus incredibilis quaedam innata eſt ſciendi aviditas. Haec una trahit eos, ut, ubi cauſſas rerum ratione reperire nequeunt, ingenio quasdam ipſimet fingant & excogitent. Accedit metus, quo plerique omnes tenentur. Hic enim, ut divinas & extraordinarias comminiſcantur cauſſas, efficit, ſi quidem naturales & neceſſarias indagare nequeant. Ita ſeſe cenſent, quod ſatis eſt, quo ignorantiam ſuam tegant & excuſent, aſſequutos eſſe. Quod itaque philoſophorum aliqui de qualitatibus occultis praedicare ſolent, *perfugium* eas *& aſylum* eſſe *ignorantiae*, id nefarium hoc genus in ſanctiſſimum non transferre veretur Deum, quem, dum ita ſentiunt, ſi clare & proprie loquendum ſit, *ſtultorum* eſſe *ſacrarium* dicunt.

§. XLVI. Binas hic videmus rationes ſociari, *metum & ignorantiam cauſſarum.* Has

que ad domicilium ejus ſenſim appropinquare: fingamus, non unum modo aut decem homines, ſed univerſam civitatem, paucis demtis, id ipſum confirmare. Quemnam hunc eſſe putaremus hominem, ſi publicam hanc vocem nihil curaret, & a fanatico quodam terrore ac metu omnem iſtam incendii opinionem fluxiſſe conjiceret? Sic vero inſtituunt, contra quos haec ſcribimus. Clamat univerſum genus humanum, paucis nonnullis exceptis, quorum intereſt, nullum eſſe Deum, ſummum aliquod Numen eſſe, idque reverenter adeundum ac pie colendum eſſe. Illi vero ſatis ſeſe putant feciſſe officio ſuo, ſi ſuſpicentur, metum, qui natura ineſt hominibus, ſententiam iſtam unice peperiſſe. (IV.) Si a metu profecta eſſet religio & opinio de Deo, nulla foret in illis religio, nullus Dei ſenſus, quos magno natura & imperterrito procreavit animo, quique nec vincula, nec mortem, nec quidquid reliquis hominibus calamitoſum videtur & miſerum, formidant, quales eſſe multos novimus. At in audaciſſimis hominibus plus ſaepe pietatis ac religionis animadvertitur, quam in timidis & meticuloſis. Ipſi illi ſcelerati homines, quos, ut *Lucretii* verbis utar *Lib.* III. *vſ.* 1030.

Carcer & horribilis de ſaxo jactus eorum
Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, taedae

non terrent, tametſi cupiant id magnopere, opinionem tamen de ſupremo quodam Numine animis exturbare nullo modo valent. Si a metu id eſt, quod Deum colimus, his unde venit pietas & religio? E contrario homines voluptate diſſluentes, qui ad umbram quamvis mali cujusdam imminentis toti cohorreſcunt, tantum non raro a ſemet ipſis impetrant, ut nullum eſſe Deum credant. Si metus pietatis mater eſt, hi cur pietate carent, quum metu tamen abundent?

Propius nunc ad eos primum accedamus, qui metum bona ſua amittendi adduxiſſe homines ſtatuunt, ut magnum aliquod ſibi Numen fingerent, cujus ſalvi & incolumes potentia & benignitate viverent. Hi vero nihil prorſus explicant, neque rationem rei, de qua agitur, vel mediocriter probabilem afferunt. Series rationum, quibus pugnant, haec eſt: Metuunt homines, ne caſu quodam fortunas & poſſeſſiones, quas habent, amittant. Hinc optant, eſſe naturam aliquam, quae bona ſua contra omnes adverſae fortunae inſultus tueatur. Quod quis eſſe deſiderat, id facile ſibi perſuadet vere exſiſtere. Igitur & homines, quum vehementer deſiderarent, talem eſſe naturam, qualis Deus eſt, eſſe quoque talem naturam, temere ſibi perſuaſerunt. Callide ſane & acute! Sunt, non diſſiteor, inter homines quidam ita dementes, ut id, quod eſſe vehementer cupiunt, reapſe eſſe ſibi perſuadeant. At hi primum pauci ſunt: deinde nulli, niſi quibus hoc *Catulli* jure occinas:

Non eſt ſana puella: ne rogaſe,
Qualis ſit: ſolet ea imaginoſum
Fati aliquid.

Quis vero ſanus credat, exiguam quamdam manum ſtultorum hominum tantum apud genus humanum potuiſſe, ut ineptas eorum opiniones omnes, docti & indocti, ſani & inſani, prudentes & ſtolidi ſuſciperent, plusque amentium quorumdam auctoritatem in orbe valuiſſe, quam rectam rationem? Qui ſit deinde, quod homines, qui ſumma ſunt animi ſecuritate, nihilque minus, quam opum ſuarum ruinas, extimeſcunt, qui ſit, quod illi, a quibus omnis fere animi demiſſio & infractio abeſt,

Digitized by Google

Has enim conjuncte ad religionem inter homines cum excitandam, tum alendam facere, homines illi, quos oppugnamus, exiſtimant. Quemadmodum pueri, quos metus agitat & pavor, ſpectra ſibi fingunt & lemures, praeſertim in tenebris conſtituti: ita homines ſimiliter, ſi hos audias impietatis magiſtros, quoniam natura meticuloſi ſunt, ex ipſa mentium ſuarum caligine & ignorantia portentum illud & commentum eduxerunt, quod Deum vocare moris eſt: quod quidem (q) *Lucretius* his verbis expreſſit:

—— —— Omnia coecis
In tenebris metuunt.

Nec aliam (r) *Democritus* quondam attulit religionis erga Deum cauſſam: (*) Ὁρῶντες τὰ ἐν τοῖς μετεώροις παθήματα οἱ παλαιοὶ τ ἀνθρώπων, καθάπερ βροντὰς, καὶ ἀστραπὰς, καὶ κεραυνὰς, ἢ ἄστρων συνόδους, ἡλίου τε ἢ σελήνης ἐκλείψεις, ἐδεισιδαίμονουν, θεοὺς οἰόμενοι τούτων εἶναι τὰς *Videntes veteres, quae in ſublimi accidunt, utpote tonitrua, & fulgura, & ful-* 806
mina, & aſtrorum coitus, ſolisque & lunae defectus, terrebantur, exiſtimantes, Deos eorum

(*) Stephani Poëſ. philoſ. p. 158. ex Sexto.

eſt, qui fit denique, quod homines, quorum manus, ut Comicus ait, oculatae ſunt, quique nihil credunt, praeter id, quod vident, maxima tamen Dei reverentia ducuntur? Neque ſapientius decernunt illi, qui ad alteram ſententiarum, quas diximus, inclinant. Homines, hi ajunt, eventis naturalibus perterritos, quum ignorarent, quibus ea de cauſſis fierent, Numen aliquod praepotens & ſupra nubes collocatum effinxiſſe, quod omnia efficeret, quae in rerum natura eveniunt. Non eſt quidem, cur negemus, metum hunc ex ignorantia profectum multas interdum peperiſſe ſuperſtitiones & errores: nec enim, ut omittam alia, ignotum eſt, quantum ſolis & lunae defectiones terroris & pravae religionis inter barbaros quosdam populos produxerint. Omnem vero de Deo & religione opinionem ex ejusmodi metu natam eſſe putare, id aeque ſapiens eſſe duxerim, atque arbitrari, quia nonnulli, repentino terrore concitati, in febrem prolapſi ſunt, ideo morbos omnes ex metu unice proficiſci, nec aegrotare aliquem, niſi metu antea perculſum. Rationi primum haec ſententia repugnat. Etenim incredibile eſt, univerſum genus humanum opinionem aliquam concordi conſenſione adoptaſſe, a nullis, niſi ab hominibus ignaris, rerum imperitis, & formidine oppreſſis, procreatam. Experientiae deinde eadem refragatur ſententia. Manet nimirum haec de Deo opinio, poſtquam ignorantia illa cauſſarum magnam partem ſublata, & plerique mortalium de veris naturalium eventorum rationibus multo melius inſtituti & eruditi ſunt. Atque, ut de multis taceam aliis, quid, quaeſo, eſt, quod illi, qui omnium diligentiſſime rerum cauſſas & origines ſcrutati ſunt, non modo in communi generis humani ſententia perſiſtunt, verum etiam hac ipſa inveſtigatione naturae validius ad Deum colendum commoventur & inflammantur? *Anaxagoram* accepimus in cauſſis rerum, quae fiunt, eruendis tantum poſuiſſe temporis, ut in *Socratis* etiam reprehenſionem ob eam induſtriam incurreret, qui philoſophum hunc aegre ferebat ſemper ad naturas aëreas, aethereas, & aqueas confugere, ubi rei cujusdam reddenda eſſet ratio. Vid. *Plato* in *Phaedone p.* 393. Et is ipſe tamen philoſophus aeternam aliquam & potentiſſimam eſſe mentem nil dubitabat, cujus nutu & ſapientia cum conſtituta eſſent omnia, tum perpetuo regerentur. Quis ardentius patrum noſtrorum memoria in abditos naturae receſſus penetravit *Rob. Boylio*, illuſtri viro & aeterno magnae Britanniae ornamento? Quis noſtra aetate ſagacius in eadem gente reconditas rerum cauſſas inveſtigavit & aperuit *Iſaaco Newtono*, viro magno, cujus numquam morietur memoria, quam diu lueris & eruditioni honos erit, aliquis inter homines? Atqui ille hunc unum ſtudii ſui & laboris fructum cepit, ut Deum tanto arctius complecteretur, pietatisque ac religionis propagatione nihil prius & antiquius duceret: hic curas omnes & meditationes ad debellandam eorum amentiam, qui Deum eſſe nolunt, & contulit ipſe, & ſuos conferre docuit.

(q) *Lucretius*] *Lib.* II. *vſ.* 54. 55. *p.* 273. *Tom.* I. His autem verbis *Lucretius* non eos perſtringit, quod *Cudworthus* dicere videtur, qui Deum eſſe volunt, verum ad pueros ea pertinent, quorum ſimiles poëta hic profeſſores eſſe religionis ſomniat.

(r) *Democritus*] Apud *Sextum Empiricum Lib.* VIII. *adv. Mathemat.* §. 24. *p.* 554.

Digitized by Google

eorum esse auctores. Epicurus, cur tantum temporis & otii in naturae rerum contemplatione consumeret, hac una sese incitatum esse ratione profitetur, quo, necessariis & naturalibus rerum originibus patefactis, cum semet ipsum, tum alios metu Dei, quo ceteroquin vehementer affligi & excruciari possent homines, expediret & liberaret. Tantam enim tamque importunam curiositatem mentibus humanis esse insitam, ut confestim ad Deum confugiant, ejusque sese metu torqueant, si modo naturae vim & leges non statim intelligant. Hinc quibus Deum de coelo deturbandi est animus, hi cunctam conturbare solent & corrumpere physicam. Inventis autem, ut existimant, eventorum quorumdam naturalium, eorum in primis, quae imperita saepe multitudo ad ipsum refert Deum, necessariis & definitis rationibus, tum laetitia exsultant. Si, ut exempla quaedam afferam, solis lunaeque defectiones non esse miracula demonstrare queant, si tonitru non ipsius esse Dei vocem, in coelo ad homines terrore quasi enecandos & percellendos rugientis, planum facere possint, si fulmina non ipsa Dei manu emitti, tamquam indignationis & irae insignia, ostendant, tum vero nescio quos triumphos agunt, atque subito exclamant:

(s) — —— *Natura videtur*
Ipsa sua per se sponte omnia Dis agere expers.

Nos vero, quantum fieri potest, breviter aliquot testatum faciemus exemplis, veram causarum naturalium cognitionem ad Deum nos ducere, eorumque sapientiam, quibus Deus esse nullus videtur, ignorationem esse cum causarum, tum omnis rationis & philosophiae.

§. XLVII. Primo igitur neminem unum ex illis, qui Deum esse negant, totamque rerum naturam ex materia corpusculisque vita vacuis conflatam esse statuunt, ortus sui rationem reddere, aut mentis animique, cujus particeps est, origines & initia demonstrare posse, confidenter confirmo. Animum enim, sensum, rationem, & intelligentiam ex nescio qua materiae ratione & sensu carentis temperatione, aut ex corpusculis, cunctis qualitatibus destitutis, nec ulla re, nisi magnitudine, figura, situ motuque partium praeditis, prosiluisse, id illis demum credibile videbitur, quibus omnis animi sanitas periit. Satis quidem & illud absurdum est, quod hi homines perhibent, res ridentes & clamantes ex principiis factas esse nec ridentibus nec clamantibus.

(t) *Et ridere potesse non ex ridentibu' factus.*

Fac autem, hoc ita sese habere; minime tamen hinc conficies, fieri posse, ut naturae sensus & rationis participes ex corpusculorum rationis & sensus inopum, nec nisi, ut *Democritus* putat, magnitudinis, figurae, situs, motus & quietis compotum coagmentatione exsistant. Clamor enim & risus motus sunt, quos humanorum corporum dispositio & structura producere valet. Vis vero sentiendi & ra-

(s) *Natura*] *Lucretii* versus sunt *Lib.* II. *de rerum nat. vs.* 1091. *p.* 450.

(t) *Et ridere*] *Lucretius Lib.* II. *vs.* 984. *p.* 432. Pro *factus* autem, quod expressit *Cud-*

Digitized by Google

ratiocinandi neque concitatio quaedam & motus eſt, neque legum mechanicarum effectus. Quod ſi aliquis, ſchola *Democriti* relicta, vel ad *Anaximandrum* ſeſe conferat, aut cum *Stratone* vitam in materia ineſſe praedicet, haud tamen accipiet ab his aliquid, quod hac de re probabilius dicere queat. Etenim aeque incredibile eſt, aut qualitatum, quascum materia *Anaximander* ſociabat, frigidi nimirum & calidi, humidi & ſicci, temperationem, aut artificioſam materiae inanimatae & inertis diſpoſitionem, rationem & intelligentiam parere poſſe, atque difficile intellectu illud eſt, quod Epicurei praecipiunt: Atomorum ab omni genere qualitatum relictarum

(v) *Concurſus, motus, ordo, poſitura, figura*

omnis ſenſus & rationis cauſſa ſunt. Fieri nullo modo poteſt, ut effectus cauſſa ſua perfectior ſit & praeſtantior. Quare ſi nihil olim exſtitiſſe tibi perſuadeas, praeter brutam materiam, temere & fortuito commotam, numquam, unde ulla mens, ſenſus, & ratio nata ſint, demonſtrare poteris. Quae quoniam ita ſeſe habent, 807
ſic nos ipſa jubet ratio decernere: Homines Deo inimicos, qui cum ſemetipſos, tum cunctos animos ex ſtupida ſenſusque omnis inani materia natos eſſe credunt, & quidquid in orbe ſapientiae exſtitit, aut adhuc exſtat, omnem philoſophiam tam civilem, quam reliquam, temeritatis & fortunae cenſent fructum eſſe, cauſſarum prorſus rudes & ignaros eſſe. Namque tales ſi non fuiſſent, numquam ad eorum ſeſe gregem aggregaſſent, quibus Deus non ferendus videtur eſſe. Ignoratio igitur cauſſarum non religionem & cultum Dei genuit, verum deſpicientiam religionis & negationem Dei. Germanae nimirum philoſophiae qui deditus eſt, neque ſui ipſius ignorat ortum, is neceſſe eſt ad Deum meditando ſenſim perveniat.

§. XLVIII. Iidem deinde homines, qui a Deo tantopere abhorrent, tametſi motus ſemper leges teſtantur & in ore habent, cauſſas tamen motus in corporibus neſciunt, nec, quam diu religionem & Deum aſpernantur, totamque rerum naturam corpore ſeu materia abſolvi judicant, motus initia & origines explicare nobis ratione poterunt. Hoc primum dubio caret, motum non eſſe ex iis rebus, quae ad naturam corporis pertinent. Motus enim ſi pars eſſet ipſius eſſentiae corporum, nullae ſane materiae particulae vel quieviſſent umquam, vel nunc quieſcerent: nec idcirco generari ullo modo aliquid, aut ejusmodi orbis, qualis noſter eſt, exſiſtere potuiſſet, cujus ſalus certam quamdam juſtamque motus & quietis menſuram requirit. Non ſol, non luna, non terra, non corpora denique animalium genita eſſent, ſi motus non poſſet non materiae adjunctus eſſe: eo quod, ſi perpetuo motu res omnes cieantur & agitentur, ac ſine fine & modo divellantur & ſegregentur, nullae omnino inter ſe cohaerere, ſtabilitatisque & conſtantiae aliquid adipiſci queant. Deinde hoc quoque explorate cognitum eſt, materiam ſeu corpus in ſe ſpectatum omni plane facultate vacare ſemet ipſum libere ſuoque arbitratu movendi. Nam ut praetermittam, hoc ſi quis aſſeverare auderet, eum iisdem, quas modo enumeravi, difficultatibus oppreſſum iri, ſenſus ipſe & rerum uſus homi-

worthus, in aliis codicibus legitur *optus*. Ad ſenſum parum refert, utro modo legas.

(v) *Concurſus*] *Lucretius Lib.* I. *vſ.* 686. *p.* 171.

Digitized by Google

minem iſtum ſtultitiae convincerent. Non ſum neſcius, paucos quosdam exſtitiſſe olim ex Dei adverſariis tam inepte & abſurde ſapientes, ut omnem materiam ſciſcerent in ſe ſpectatam, ſingulasque particulas ejus, ne minutiſſimis quidem exceptis, non modo vitae per ſe compotes, ſed etiam perfecta cognitione & ſapientia, appetitu, facultate denique ſemet ipſas movendi praeditas eſſe, licet alioquin interiori ſenſu & conſcientia vacarent. Verum his alias opportuniori loco copioſius occurrere conſtitui. Ceteri paene omnes, qui impietatem olim profeſſi ſunt, *Anaximandri* videlicet & *Democriti* ſectatores, omni vitae genere nudarunt materiam, nec propterea voluntarium ei motum, ſed fortuitum tantum, adſcribere potuerunt. Audiemus, quem jam laudavi, (x) *Lucretium*:

Nam certe neque conſilio primordia rerum
Ordine ſe quaeque atque ſagaci mente locarunt,
Nec, quos quaeque darent, motus pepigere profecto.

Quapropter, id quod (y) *Ariſtotelem* alicubi ſcriptum relinquere memini, illi, qui a *Democrito* erant, non aliam motus reddere cauſſam poterant, quam hanc: *Corpus a corpore ex omni aeternitate infinite cieri & commoveri.* Ex quo, quum aeternitas nec primum aliquid nec initium habeat, id neceſſario conſequebatur, non eſſe πρῶτον κινοῦν, *principium quoddam, unde omnis motus coepiſſet.* Atque hinc Stoicos nonnullos ad impietatem erga Deum proclives occaſionem cepiſſe ſuſpicor, auctore *Alexan-*
808 *dro* (z) *Aphrodiſienſi*, praecipiendi, *in cauſſarum ordine nihil princeps & primum eſſe.* Veteres hos philoſophos recens quidam (a) auctor aemulari videtur, ita diſſerens: *Si quis ab effectu quocumque ad cauſſam ejus immediatam, atque inde ad remotiorem, ac ſi perpetuo ratiocinatione adſcenderit, non tamen in aeternum procedere poterit, ſed defatigatus aliquando deficiet.* Quorum verborum, ſi quid ego judico, haec eſt ſententia: Altera res alteram ex omni aeternitate infinite ciet & agitat. Aeternitatis vero nullum eſt principium. Igitur nec primam aliquis ullo modo cauſſam aut motus primordium cogitatione aſſequetur. Praeclare vero perſpexit (b) *Ariſtoteles*, eos, qui ſic, duce *Democrito*, infinitum cauſſarum progreſſum ſibi fingunt, motusque rationem ex una ſemper cauſſa in alteram ſine fine & modo transferunt, re vera nullam omnino motus cauſſam nominare: Εἰς ἄπειρον ἴασιν, εἰ μή τι ἔσται ἡ φύσιν κινοῦν πρῶτον. *In infinitum procedunt, quicumque negant, eſſe natura primum aliquod movens*, id eſt, ex mente philoſophi, nullam plane motus cauſſam deſignant. *Epicurus*, quo hunc effugeret ſcopulum, tametſi ex praeſcripto philoſophiae illius, quae corpuſculis nititur individuis, omnes atomos ſuas qualitatibus privaret, unam ta-

(x) *Lucretium*] *Lib.* I. *vſ.* 1020. *p.* 239.

(y) *Ariſtotelem*] Crediderim, haec verba Stagiritae doctiſſimi viri memoriae obverſata eſſe *Phyſicor. Lib.* VIII. *Cap.* 1. §. 3. *p.* 576. *Tom.* I. *Opp.* Ὁπόσους μὲν ἀπείρους κόσμους τινὲς εἶναί φασι, καὶ τοὺς μὲν γίνεσθαι, τοὺς δὲ φθείρεσθαι τῶν κόσμων, ἀεί φασί τινα εἶναι κίνησιν. *Quotcumque infinitos eſſe mundos ajunt, & alios quidem mundos fieri, alios interire, ſi ſemper inquiunt eſſe motum.* Namque his verbis probabile eſt diſcipulos *Democriti* tangi. Clarior tamen & ad hanc rem accommodatior eſt, qui §. 27. *p.* 579. legitur, locus, in quo & mentio differte fit *Democriti*, & nullam ab eo aliam motus cauſſam eſſe redditam traditur, praeter hanc, ita ſemper factum eſſe. Poſtquam enim *Ariſtoteles* indignum eſſe philoſopho dixerat, nullam rerum naturalium cauſſam & rationem afferre, niſi hanc; ὅτι ἀεὶ ἦν ἄλλο ἄλλου, ἢ γίνεται, *ſemper ita vel eſſe, vel fieri*; hoc tamen ſolitum fuiſſe *Democritum* continuo ſubjicit: Εἰς ὁ Δημόκριτος ἀνάγει τὰς περὶ φύσεως αἰτίας, ὡς ἔτυχε καὶ τὸ πάντων ἐγίνετο· τῷ δὲ ἀεί ἐκ τοῦ ἀρχὴν ζητεῖν. *Ad hoc autem* (principium) *Democritus refert naturae cauſſas, ſic & antea factum eſſe: aeternitatis autem non putat* prin-

ci-

Digitized by Google

tamen illis gravitatis qualitatem relinquebat, qua effici affirmabat, ut illae continuo in infinito ſpatio deſcenderent. In quo quidem id primum perabſurdum & a philoſophi acumine alienum eſt, quod in ſpatio infinito ſuperius eſſe aliquid & inferius dictitat, atque ibi gravitate ſua ferri & deprimi corpora fingit, ubi nullus locus eſt medius, in quem ferri queant. Deinde nullam hanc ratione motus cauſſam indicat, ſed id tantum, ſi rem ipſam intuearis accuratius, docet, corpuſcula propterea deſcendere, quia deſcendunt. Qualitas nimirum gravitatis nihil eſt, quam niſus deſcendendi: unde autem is niſus oriatur, aut quomodo, id vero nullius patet ingenio. Multo rectius feciſſet *Epicurus*, ſi corpuſcula ſua per occultam quamdam qualitatem in locum ferri medium aperte dixiſſet. Namque aut ad qualitatem ejusmodi, tamquam ad ignorantiae quoddam aſylum, confugere oportet eum, aut vero, quod multo eſt amentius, ipſam ignorantiam ſuam, qualitatis vocabulo tectam & indutam, motus cauſſam tradere. His illi moribus ſunt, qui adverſus Deum dimicant. Qui *Anaximandro* & *Democrito* aſſentiuntur, nullam plane afferunt motus cauſſam: qui cum *Stratone* vitam ineſſe praedicant materiae, ineptam & ſtolidam. Non verentur enim, ne naturas fateri cogantur eſſe corporis expertes, univerſae materiae, ſenſu licet ea ſit vacua, perfectam ſapientiam, appetitum, voluntatem, denique potentiam ſemet ipſam movendi adſcribere. Sed quum explorato conſtet, corpus ſeu materiam ſibimet ipſi motus non eſſe cauſſam poſſe, alterutrum neceſſe eſt verum ſit, aut motum ſine ulla oriri cauſſa, aut vero eſſe aliam, praeter corpora, naturam, in qua motus omnis principium visque materiam agitandi & gubernandi reſideat. Quod quum *Plato* ſecum reputaret, praeclare cogitationem decrevit ante, quam motus ullus naſceretur corporeus, exſtitiſſe: cogitationem enim inſita vi ſua ſe verſare & movere, corporum vero motum aliena virtute produci. Motus quidem, ſi in ipſis ſpectetur corporibus, aut translatio dicatur eſſe corporum, vel mutatio intervalli & loci, res certe eſt corporea modusque corporum ipſorum, quae loco moventur. Sin autem *vim* illam *moventem* cogites, qua translatio haec aut loci mutatio perficitur, rem fatendum eſt eam eſſe corporis neſciam, ſeu potentiam naturae cujusdam efficacitate ſumma valentis, cujus impreſſio inertem illam materiam, motu omni vacantem agitet. Motus igitur illius, quem in corporibus animantium eſſe videmus, veram propriamque cauſſam in materia certa lege temperata & diſpoſita nullo licet nobis modo ponere: verum animam exiſtimandum eſt, ſive ut naturam cogitantem, ſive ut rem vi quadam creantem & agentem, quae vitaliter cum corpore conjuncta eſt, ac naturae quadam lege gubernat illud, motum ejus omnem vel determinare, vel (*c*) efficere. Ejus vero motus, quo haec tota cietur univerſitas, aut ipſe 809

Deus

cipium eſſe quaerendum.

(*z*) *Aphrodiſienſi*] *Libro de fato* §. 25. p. 118. *ed. Lond.* Οὐκ ἔστι δὲ κατ' αὐτὰς ἐν τοῖς αἰτίοις τὸ πρῶτον. *Non autem eſt ſecundum eos inter cauſſas prima.* Haec vero *Alexander* non de certo quodam Stoicorum genere, quod exiſtimat *Cudworthus*, eoque ad impietatem reliquis ſectae hujus propenſiori, ſed de tota hac familia praedicat. In ſententiam dogmatis hujus, quod Stoicis non ſine veritate tribui arbitror, hic quidem locus inquirere nos vetat.

(*a*) *Auctor*] *Hobbeſius in Phyſica ſeu in Elementis philoſ. Part.* IV. *Cap.* 26. *p.* 204. Non poſſum autem, quin moneam, videri mihi doctiſſimum virum in ſenſu hujus dicti declarando ſuſpicionibus plus aequo dediſſe. Certe ſenſum, quem expreſſit ille, non fundunt verba haec, ſi proprie intelligantur, neque, quidnam ea cum *Democriti* de motu doctrina commune habeant, video. Pugnare mihi potius haec verba videntur cum *Democriti* dogmate, ut verum fatear.

(*b*) *Ariſtoteles*] *Phyſic. auſcult. Lib.* VII. *Cap.* 2. *p.* 565. *Tom.* I. *Opp.*

(*c*) *Efficere*] Locus hic *Cudworthi*, quemad-

Deus auctor est, certam motus quantitatem cum materia communicans, eamdemque constanter in ea conservans: quae *Pauli* videtur esse sententia, dicentis: (*) *In eo vivimus & movemur*, nec non inclyti (d) Agrigentinorum poëtae ac philosophi, quem Deum accepimus docuisse *mentem esse puram & sanctam, quae celeri cogitatione totum versat terrarum orbem*; aut certe mens quaedam inferior, vita & anima a Deo condita & in natura residens, seu principium quoddam materiae insitum, quod facultatem accepit materiam definita quadam lege ex praescripto perfectissimae mentis movendi & gubernandi. Ergo iterum, quod diximus, planum est, ignorantiam causarum non religionis, verum impietatis erga Deum (e) genitricem esse. Nullus enim eorum, qui Deum esse nolunt, unde motus exsistat & oriatur, docere potest: neque possunt aliter, quin ad Deum postremo sese recipiant, qui causam ejus nosse cupiunt.

§. XLIX. Jam si ex ejusmodi quaeramus homine, qui materiam sensus expertem temereque concitatam rerum omnium principium esse putat, unde illud sit in rerum natura, quod *Aristoteles* τὸ εὖ καὶ καλῶς, *pulcrum & aptum*, vocitavit, admirabilis illa cum totius universitatis, tum sigillatim corporum animatorum fabricatio, omniumque, ex quibus constant ea, partium incomparabilis consensio & concentus, iterum, quod respondeat, non habebit. Nam qui rerum omnium causas naturales & necessarias demonstrare sese posse, nulla Dei alicujus ratione habita; gloriantur, hoc unum, quod dicant hic, reperire possunt, tantam rem inde natam esse unice, quod mundus fortuito & casu talis, qualis nunc est, aliquando exstiterit. Sed quibus casus & fortuna unica esse videtur tam praeclarae rei causa, qualis est artificiosissima rerum naturae constructio & concentus, illi unum de his quatuor dicant, necesse est: Aut inopiam & absentiam causae veram esse causam fateantur: fortuna enim & casus quid, quaeso, indicat, quam absentiam & indigentiam intelligentis causae? Aut ignorantiam suam, quodque ipsi nesciunt, quomodo res illa contigerit, id causam ejus esse statuant: quam rem auctor (f) *Leviathanis* his verbis expressit: *Homines interdum suam ipsorum ignorantiam, verum aliis verbis vestitam, pro causa naturalium eventorum venditant, ut quum dicunt, fortunam esse causam rerum contingentium, id est, rerum, quarum causas ignorant.* Aut, quod ab omni prorsus aversum est ratione, contraria contrariorum esse causas affirmant, confusionem peperisse ordinem, pulcritudinem, & concentum, temeritatem & fortunam artem produxisse & sapientiam, stultitiam & stuporem operis omnium optimi & elegantissimi auctorem esse. Aut denique, quia nullam ferre possunt intelligentis cujusdam causae mentionem, fieri vero nullo modo potest, ut

(*) Act. XVII. 28.

modum multi alii ejus loci, verbis refertus est asperis & a Latini sermonis consuetudine prorsus abeuntibus. Judicent ex verbis Anglicis, quae subjicio, num magni viri sententiam assequutus sim, qui linguae utriusque periti sunt. *But the Soul either as cogitative, or plastickly-self-active vitally united thereunto and naturally ruling over it.* Haec ad verbum si exprimere voluissem, non modo aures offendissem legentium, sed etiam animos.

(d) *Agrigentinorum*] *Empedoclem* intelligi perspicuum est. Sed vellem, indicasset vir doctus, apud quemnam veterum hoc ejus dictum exstet. Sed nullum tamen habeo dubium, quin hos *Empedoclis* versus intelligat, qui apud *Ammonium Comm. in librum Aristotel.* περὶ ἑρμηνείας *p.* 107. *ed. Aldinae* leguntur:

Ἀλλὰ φίλη ἰὼν καὶ ἀδιάφθορε ἵκεο μῦθε
Φρονεῖν, κόσμου ἅπαντα κατάσκοπε θεῖε.

(e) Ge-

Digitized by Google

ut artificioſae & conſentientis harmoniae cauſſa quaedam alia ſit, quam ratio, ſapientia, & conſilium, nullam ejus eſſe cauſſam perhibeant oportet.

§. L. Verum ſolent, quo ſuae aliquo modo hac in re ſubveniant ignorantiae, homines, qui Deum eſſe negant, nonnulla adverſus haec monere, quae diximus. Neque horum igitur aliquid praetermittemus, quo, cunctis eorum captionibus & argutiis explicatis, levitas hujus generis & imbecillitas tanto pateat evidentius. Primo igitur mundum negant tam apte & concinne, ut plerisque videtur, compoſitum eſſe; non unum e contrario in eo vitium apparere contendunt & maculam, neque multo meliorem & elegantiorem exſtrui potuiſſe mundum, pugnare verentur. Quibus poſitis, hoc credunt effici poſſe, Deum, quem cultores ejus non ſemidoctum, ſed perfectiſſime bonum & ſapientiſſimum eſſe velint, auctorem mundi hujus non eſſe, eo quod ejusmodi natura non poſſit non optima lege & modo cuncta comparare ac perficere. Verum huic exceptioni quum duodecimum jam inter ea argumenta locum ſupra dederimus, quibus improbi homines Deum oppugnare ſolent, par erit confutationem ejus differre, dum eo nos diſputationis ordo duxerit. Unum tamen hic praetereundo veluti animadvertemus. Fuerunt recentiori aetate inter Dei & religionis amicos, qui meliori modo diſponi potuiſſe mundum & conſtrui non inficiati ſunt: quod idem eſt, ac ſi libere diſerteque profeſſi eſſent, mundum non nimis bene & ſapienter comparatum eſſe. Quonam malo fato in hanc inciderint ſententiam, nunc quidem conſtituere nolo. Forte, quod Deum arbitratu ſuo unice cuncta agere, nec ulli legi eſſe adſtrictum, ſibi temere perſuaſerunt, huc demum errore delati ſunt. Forte ideo in hanc inciderunt opinionem, quod de divina bonitate parum certi ac perſuaſi eſſent. Fortaſſis non ea mentis libertate vel acumine valuerunt, ut ſine ullo partium ſtudio, quid toti rerum univerſitati proſit & expediat, perſpicere poſſent, ſed ex ſuo ſenſu animique ſui commotionibus & cupiditatibus rem tantam dijudicarunt. Forte praeſentem tantum rerum ſcenam ſpectarunt, futuri prorſus immemores, neque totum divinae providentiae conſilium ob oculos ſibi poſuerunt. Forte denique communis humani generis imbecillitas perſpicientiae & rationi eorum impedimento fuit. Nec enim quisquam noſtrum tam alte ſeſe a terra tollere poteſt, ut univerſam orbis hujus machinationem & ſtructuram commode ſimul contempletur & mentis oculis adſpiciat. Neque tanta cuiquam mortalium ingenii vis eſt attributa, ut in omnes divinae ſapientiae receſſus animo penetrare, omniumque providentiae coeleſtis conſiliorum rationes & cauſſas perſpicere valeat. Utcumque eſt, hoc tamen omni caret dubio, recentiores, quibus hoc, quod diximus, concedere pla-

(e) *Genitricem eſſe*] Sentient, vel me tacente, aequi & conſiderati lectores, haec verba non eſſe vehementius premenda, verum ſenſu liberiori accipienda. Neque enim proprie cauſſarum ignoratio genitrix & mater impietatis eſt. Numquam ſcilicet quisquam eo pervenit inſaniae, ut ita ſecum ſtatueret: Deus eſt nullus; nam cauſſae rerum, quae fiunt in orbe terrarum, nobis ignotae & obſcurae ſunt. Hoc tantum ſibi vult vir doctiſſimus: Multis, ut Deum negarent, hanc occaſionem exſtitiſſe, quod falſas & inanes eventorum naturalium cauſſas comminiſcerentur. *Epicurus*, verbi cauſſa, divinam providentiam propterea ſuſtulit, quod ſibi temere perſuaderet, rerum, quae contingunt, omnium rationes ex atomis earumque concurſione temeraria reddi poſſe. Haec propter eos duxi eſſe monenda, qui nonnumquam in verbis auctoris cujusdam, quae ſatis commode & apte poſſunt explicari, reprehenſionis quaerunt materiam, quam in rebus ipſis reperire nequeunt.

(f) *Leviathanis*] Vid. *Hobbeſii Leviathan Cap.* 11. *p.* 53. & aliis in locis.

(g) *Li-*

placuit, Chriſtianos multo plus religionis contemtorum commodis & utilitatibus ſerviiſſe, quam illos ipſos, qui inter gentes veritatis ignaras Deum olim profeſſi ſunt. Namque hi ab eo, quod ſemel fundamenti loco poſuerant, nullo ſeſe modo dimoveri paſſi ſunt, fortiterque contra Dei hoſtes tutati ſunt, mentem & conſilium, non vero caſum & fortunam, aut omnipotentis Dei arbitrium nulla lege vel juris norma nixum, naturam rerum produxiſſe: ex quo firmiter credendum eſſe concluſerunt, naturam & providentiam in unaquaque re τὸ βέλτιστον, id, quod optimum & praeſtantiſſimum eſt, ſequutam eſſe, quantum quidem per neceſſitatem rerum communemque totius univerſitatis ſalutem fieri (*g*) licuerit.

§. LI. Sed pergunt illi, qui corpuſculis ad Deum de medio tollendum abutuntur, atque multa quidem eſſe fatentur in hoc orbe, quae uſum habeant, ſed inde negant effici poſſe, conſilio & ratione haec omnia facta eſſe, commodis uti noſtris & opportunitatibus conducerent. Licet enim caſu & fortuito res hoc vel illo modo contingant & eveniant, poſtea tamen easdem induſtria hominum & arte ad certos uſus trahi & accommodari poſſe. Quaecumque igitur univerſam abſolvunt rerum naturam, ea omnia temere & caſu alleverant formam, ſpeciem, & figuram, qua praedita ſunt, eſſe nacta: eveniſſe vero deinde, ut multae a mortalibus eorum utilitates animadverterentur & excogitarentur. Omnium inſtar audiemus *Lucretium*, qui ſic canit:

(*) —— *Nil ideo natum eſt in corpore, ut uti*
Poſſemus, ſed quod natum eſt, id procreat uſum.

311 Neque alia ratione veteres illi philoſophi differebant, quorum impietatem notavit *Ariſtoteles*: (†) Τοὺς ὀδόντας ἐξ ἀνάγκης ἀναστῆναι, τοὺς μὲν ἐμπροσθίους ὀξεῖς, ὥστε διαιρεῖν, τοὺς δὲ γομφίους πλατεῖς, καὶ χρησίμους πρὸς τὸ λεαίνειν τὴν τροφήν· ἐπεὶ οὐ τούτου ἕνεκα γέγονεν, ἀλλὰ συμπεσόν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων μερῶν, ἐν οἷς δοκεῖ ὑπάρχειν τὸ ἕνεκά του. *Dentes* (ajebant) *neceſſario oriri, anteriores quidem acutos, & ad ſcindendum aptos, molares autem latos, & ad molendum cibum idoneos: non enim hujus cauſſa id factum eſſe, ſed contigiſſe. Similis eſt ratio aliarum partium, quae videntur alicujus rei gratia factae eſſe.* Idem de reliquis etiam naturae rerum partibus genus hoc ſenſiſſe,

(*) Lucret. L. IV. p. 367. Lamb. (vſ. 832. 833. pag. 139. T. II.)
(†) Phyſ. Lib. II. C. 8. (p. 475. T. I. Opp.)

(*g*) *Licuerit*] Haec quin in *Ren. Carteſium* & ejus aſſectatores, quibus parum faviſſe videtur vir praeclarus, dicta ſint, nullum fere dubium eſt. Namque is in *Principiis philoſophiae*, dum rerum naturalium cauſſas aperire ſtudet, & aliis in locis paſſim non obſcure ſignificat, nonnullas hujus univerſitatis partes aptius conſtitui potuiſſe.

(*h*) *Evenit*] Locum hunc *Ariſtotelis* is, qui *phyſicos* ejus *libros* Latine vertit, *Julius Pacius*, ut multos ejus operis alios, tam obſcure reddidit, nuda verba, non mentem auctoris, exprimenda ſibi eſſe duxit, ut ſenſum ejus aegre aliquis ex verſione aſſequatur. Itaque eo modo illum converti, ut non tam verba verbis reſponderent, quam ipſa ſententia pateret. Quod utinam facerent omnes, qui Graecorum philoſophorum libros Romanorum civitate donant. Sed, quod alias jam conqueſtus ſum, mira in plerisque philoſophorum verſionibus obſcuritas lectores conturbat, quoniam interpretes, veteris philoſophiae non ſatis gnari, ſuum eſſe tantum putarunt verbum verbo exprimere. *Ariſtoteles* autem, ſecus atque doctiſſimus *Cudworthus* hic affirmat, non philoſophorum aetatis ſuae aliquos ita ratiocinatos eſſe perhibet, ſed non aliter haec verba recitat, ac ſi ex ſua

ſiſſe, ex eodem conſtat nobis *Ariſtotele.* Nil eſſe nimirum contendebant in hac univerſitate, quod neceſſitatis lege non eſſet definitum, nil, quod motus materiae aliter, quam caſu & fortuito, peperiſſet: at naturae temeritatem poſtea hominum ingenio ad varios uſus translatam & applicatam eſſe. Τί κωλύϵ῎ τὴν φύσιν μὴ ἕνεκά τϝ ποιῶν, μηδ' ὅτι βέλτιον, ἀλλ' ὥσπϵρ ὗϵ῎ ὁ Ζεύς, οὐχ ὅπως τὸ σῖτον αὐξήσῃ, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης; τὸ γὰρ ἀναχθὲν ψυχροῦσθαι δεῖ, καὶ τὸ ψυχρανθὲν ὕδωρ γϵνόμϵνον καταλθεῖν· τὸ δ' αὐξάνϵσθαι τούτϝ γϵνομένῳ συμβαίνϵ῎ τὸν σῖτον· ὁμοίως δ' καὶ εἴ τῳ διέπλυνϵ῎ ὁ σῖτος ἐν τῇ ἅλῳ, οὐ τούτου ἕνεκα ὗϵ῎, ὅπως διέπλη, ἀλλὰ τοῦτο συμβέβηκϵν. *Quid probibet naturam non facere, quae facit, alicujus rei gratia, nec quia id, quod facit, melius ſit, ſicut Jupiter* (ſeu coelum) *pluit, non ut frumentum augeat, verum ex neceſſitate? Vapores enim in mediam regionem aëris ſublati, refrigerantur ibi & condenſantur, refrigerati vero & condenſati ſub aquae forma deſcendunt iterum. Hoc autem non ideo fit, ut frumentum augeatur, verum temere ac caſu accidit. Pari ratione ſi cui frumentum in area corrumpatur, non idcirco pluvia delapſa eſt, ut frumentum periret, verum caſu hoc* (b) *evenit.*

§. LII. His ita reſpondemus. Non eſt quidem, cur neget aliquis, fieri poſſe interdum, ut res, quas caſus & fortuna produxit, poſtea demum commoditatem quamdam & utilitatem ſollertia hominum habeant. Quod ſi vero res quaedam variis conſtet partibus, mirabiliter inter ſe aptis & artificioſiſſime connexis, ſi perſpicuum ſit, ſublata una parte, aut alio modo diſpoſita & collocata, futurum fuiſſe, ut omnis illa, quam nunc ea praeſtat, utilitas interiret, tum, quid nos impediat, neſcio, quo minus firmiter ſtatuamus, non caſum in ea fingenda unice elaboraſſe, verum ſapientem quamdam cauſſam ad certos uſus rem illam fabricatam eſſe. Oculum intueamur, ut exemplo res illuminetur. Hoc corporis noſtri membrum ita eſt conſtructum, ut multis partibus, membranis & humoribus, contineatur, quae omnes ſingulari arte cohaereſcunt & inter ſe colligatae ſunt. Quare certus ego ſum, nullum fore ſapientem & conſideratum hominem, quin, ſi totam ejus compoſitionem, ſtructuram, & machinationem prorſus admirabilem accurate perſpexerit, in hanc ingrediatur ſententiam, non caſu primum & fortuito oculum eſſe natum, deinceps vero ad videndum adhibitum, ſed naturam quamdam rationis & conſilii compotem prudenter eum, quo viſus noſtri eſſet inſtrumentum, compoſuiſſe. Interim contrarium *Lucretius* perſuadere nobis ſtudet:

(*) *Lu-*

ſua depromta eſſent meditatione. Credibile tamen eſt, fuiſſe *Ariſtotelis* tempore philoſophos, quibus haec diſſerendi ratio placuit, quia homines ea exſtiterunt aetate, qui Deum ſeu naturam aeternam ſapientiaque & bonitate infinita praeditam negarunt eſſe. Quotquot enim tanta laborant animi impotentia, ut in ipſum Deum ingenii ſui aciem convertant, neceſſario in hanc incidere ſtultitiam coguntur, ut fines rerum tollant, neque certo conſilio factum & conditum aliquid eſſe, contra omnia naturali quadam neceſſitate contigiſſe, ſtatuant. Hinc ſuperiori ſaeculo princeps Atheorum, *Bened.* de *Spinoſa*, nulli pepercit operae, ut omnem illam ſententiam, quae certo fine Deum agere vel egiſſe aliquid ſtatuit, radicitus ex animis evelleret hominum. Satis enim hac ſalva ſalvam & incolumem nullo modo fore nefariam philoſophiam ſuam, facile perſpexit. Lege *Ethicam* ejus *more geometrico demonſtrat. Part.* I. *Prop.* XXXVI. *p.* 36. 37. ubi eo progreditur impudentiae ac ſtultitiae, ut hanc doctrinam *perfectiones Dei tollere* ſcribat. Sed poſt *Cudworthum* tot tamque graves viri ſapientiam Dei ex naturae operibus elucentem validiſſimis cum rationibus, tum experimentis extra omnem controverſiam collocarunt, ut concuſſa plane nunc jaceat haec turpis philoſophandi ratio. Praecipuos eorum indicavit *Jo. Alb. Fabricius* in utiliſſimo libro, quem inſcripſit: *Delectus argumentorum & ſyllabus ſcriptorum, qui veritatem religionis Chriſtianae aſſerverunt, Hamb.* 1725. 4. *Cap.* 7. *p.* 286. *ſ.* & aliis in locis.

(*) *Lumina ne faciat oculorum clara creata,*
Prospicere ut possimus.

812 Ego vero, qui tantum a se impetrare potest, ut credat, casum finxisse oculos, tum usum videndi subsequutum esse sine ullo effectoris consilio; aures in omnibus animantibus fortuito confluxisse, audiendi usum, factis jam auribus, exstitisse; os & linguam sine ulla arte exstitisse, at quod cibis comminuendis & sermoni faciendo essent utilia, id postea homines & animalia intellexisse; pedes primum temere compositos esse, ambulandi usum animalia postea didicisse; manus casum esse fabricatum, quarum tot tamque variae sunt opportunitates; ut de multis aliis corporum nostrorum partibus & membris nihil dicam, quorum tamen nullum demere licet, nisi totum corpus ineptum & inutile velimus reddere: qui, inquam, a se impetrare potest, ut haec omnia credat, cunctaque, quibus constant animalia, fortuito & temere facta esse, non autem mente quadam & consilio, quo ad communem totius universitatis salutem facerent, constructa, eum ego omnium mortalium amentissimum, vixque dignum, qui homo vocitetur, existimem. Sed non est, cur in stolida ista & ab omni ratione aversa sententia refellenda copiosus sim. Dudum enim est, quod *Galenus*, nobilissimus philosophus & medicus, idemque a *Christo* disjunctus, *Libro de usu partium*, quanta sit eorum turpitudo ac deformitas, dedita opera demonstravit, qui tam ridiculum philosophandi genus (*i*) complexi sunt.

§. LIII. Igitur inter *Democriti* somnia & ineptas argutias haec scita referamus: Dentes praecisores acutos & tenues, molares vero crassiores & latos sine ulla providentia factos esse ac consilio, nec in nubibus ceterisque rebus, quae aëre feruntur, ad utilitatem & salutem orbis hujus habitabilis, cujus ἀτμοσφαίρᾳ continentur, aliquid accommodatum & institutum esse, sed omnia necessitatis & fati lege evenisse & comparata esse. At *Renatus* tamen *Cartesius Librum* suum *de meteoris* hanc unice propter causam videtur exarasse, quo his nugis & commentis robur & praesidium quoddam afferret. Nam in ipso statim exordio suaviter eos irridet, *qui regiam Dei sedem in nubibus adornant, & magnas illius manus ibi occupari fingunt laxandis atque obstruendis ventorum claustris, matutino rore floseulis nostris perfundendis, & fulminandis editorum montium jugis.* Extremo vero libro effeciisse sese sperat, ut, qui mentem disputationis suae perspiciant, *nihil in nubibus in posterum visuri sint, cujus non facile causam animadvertant, nec quod pro miraculo sint habituri*, id est, ad quod explicandum Deum sint advocaturi. Quamquam demonstratu foret facillimum, conatibus acuti hominis fortunam multis in locis defuisse, neque fieri ullo pacto posse, ut solae leges mechanicae tam aequabilem, compositum, & accuratum

(*) P. 367. Lamb. (Lib. IV. vs. 823. p. 136.)

(*i*) *Complexi sunt*] Eleganter & accommodate prorsus ad viri doctissimi sententiam *Lactantius de opificio Dei Cap. 6. p.* 1003. *Epicurus*, inquit, *dixit, neque oculos ad videndum esse natos, neque aures ad audiendum, neque pedes ad ambulandum, quoniam membra haec prius nata sunt, quam esset usus videndi, audiendi, & ambulandi, sed horum omnia officia ex natis exstitisse. Vereor, ne hujusmodi portenta & ridicula refutare non minus ineptum esse videatur. Sed libet ineptire, quoniam cum inepto agimus, ne se ille nimis argutum putet.*

(*k*) *Intelligit*] Naturam fictricem suam seu *plasticam* intelligit, de qua supra copiose commen-

tum

tum haec omnia ſervare cogant curſum, niſi excellentior quaedam & ſuperior cauſſa accederet, motuique praeeſſet. Interim Deum & naturam non diſſitemur omnia, quaecumque agunt, breviſſima ratione ac via, minimoque labore peragere ac conficere: Nec idcirco virtutes arbitramur mechanicas rejici & repudiari oportere. Concedimus potius, quatenus exemplari, quod divina finxit ſibi ſapientia, poſſunt inſervire, eatenus eas eſſe adhibitas. Sed univerſo tamen naturae motui unam praeſidere & intelligentiſſimam & ſapientiſſimam naturam contendimus, ſine cujus nihil voluntate & approbatione fiat; quae ſi forte leges mechanicae deficiant, aut pertinax materiae neceſſitas reſiſtat conſilio, omnes difficultates removeat, vitiaque & errores vitali vi emendet & corrigat. Hanc vero naturam non ipſam quodvis opus moliri, aut unicuique rei manus veluti admovere arbitramur. Eſt nimirum, qua conſiliorum ſuorum miniſtra utitur, artificioſa quaedam natura, totius mundi tamquam anima, quae ratione & ſapientia vagos materiae motus moderatur & regit, fideliterque ad id perficiendum progreditur, quod domini & ma- 813
giſtri ſui convenire voluntati & conſiliis (*k*) intelligit.

§. LIV. Sed redeamus ad generis illius ſermonem, quod corpuſculis ſuis ad religionis perniciem tam audacter abutitur. Non negant illi, admirabile ac portentoſum prorſus videri poſſe, ſi materia caſu & fortuito concitata primo veluti ſaltu & conatu in concinnam & elegantem iſtam formam, qua nunc praeditu eſt, redacta eſſet. Nimis enim manifeſtam ajunt ejus eſſe ad res varias utilitatem, nimis perſpicuam in ea rerum generis multifarii neceſſitudinem & cognationem, nimis denique amicum totius univerſitatis concentum, quam ut illud credi poſſit ab aliquo. Sed commota haec corpuſcula narrant modis paene innumerabilibus per infinitum tempus concurriſſe, ac in omnes formas & figuras rerum, quae fingi modo poſſunt & cogitari, ſeſe vertiſſe: multa vero poſtquam fruſtra tentaverant, informiumque conjunctionum infinita paene vis & coaluerat & disjecta rurſus erat, ad extremum multitudinem atomorum in iſtud, quod hodie ſpectamus, corpus coiiſſe: neque id putant magnam alicui admirabilitatem afferre poſſe. Terram ergo noſtram, quam habitamus, ſtatuunt multas primo animalium ſpecies, deformes plane & omni elegantia captas, edidiſſe.

(*) *Orba pedum partim, manuum viduata viciſſim,*
Multa ſine ore etiam, ſine voltu cocca reperta.

Et fuerunt quidem nonnulli inter antiquos impietatis patronos, qui licere ſibi putarunt eo usque in hac cauſſa progredi, ut Centauros quoque, Scyllas, & Chimaeras, *βορινὰ ϰ ἀνθρώπων*, monſtra boum partim, partim hominum formam referentia, bi-

(*) Lucret. Lib. V. p. 476. Lamb. (vſ. 838. p. 339.)

tatus erat. In *Carteſium* quae hic dicuntur, ea, metuo, ne invidioſius aliquanto, quam neceſſe erat, dicta multis videantur. Namque magnum inter *Epicuri* flagitia, qui nihil certo conſilio a Deo conditum, ſed temere coiviſſe omnia putavit, & inter *Carteſii* ſententiam, qui motum omnem a ſapientiſſimo & praepotente Numine profectum eſſe docuit, diſcrimen eſt. Credo, tam ſevere paſſim ab egregio viro *Carteſium* caſtigari ac corripi, quod praeceptis ejus illi tum temporis ſtudebant, qui religionis in Anglia perniciem & exitium meditabantur, nec *Hobbeſius*, quem jure odio habebant ſapientes in Britannia viri, multum ab eo abeſſe videbatur.

Digitized by Google

biformia & triformia animantia cum reliquis monſtroſiſſimis beſtiis tum temporis ex ſinu prodiiſſe terrae, non vererentur contendere. Sed *Epicurum* horum fere philoſophorum puduit: quumque nimis haec abſurda eſſe & ridicula intelligeret, cautius & prudentius hanc rem tractandam ſibi eſſe, & antiquae illius opinionis turpitudinem caſtigandam ſibi cenſuit.

(*) *Sed neque Centauri fuerunt, neque tempore in ullo*
Eſſe queat duplici natura & corpore bino
Ex alienigenis membris compacta poteſtas.

Addit idem vates, qui talia ſibi perſuadeant animalia gigni potuiſſe, illis nil obſiſtere, quo minus & ſtatuant aurea per terras flumina olim fluxiſſe, & gemmis arbuſta floruiſſe, aut *hominem tanto membrorum impete natum eſſe*,

(†) *Trans maria alta pedem niſus ut ponere poſſet,*
Et manibus totum circum ſe vertere coelum.

Quamquam quum rationem eorum, quae ſic diſputat, reddere ſtudet, ſuis ipſe vi-

(*) (Lib. V. vſ. 876. p. 344. (†) (Ib. vſ. 911. p. 349.)

(1) *Creare*] Praeclare hic vir doctiſſimus animadvertit, *Lucretium* praecepta philoſophiae ſuae deſeruiſſe, quum Centauros, Scyllas, Chimaeras, animalia denique bovi-partim, partim homini-formia, ſub initium orbis hujus terrarum non potuiſſe naſci contenderet, multoque illos conſtantius & decretis ſuis reliquis convenientius docuiſſe, qui ejusmodi animalia orbe novo & potuiſſe exſiſtere, & exſtitiſſe reapſe judicarunt. Sed non placuit ipſi futilitatem & levitatem rationum, quibus id ipſum efficere ſtudet *Lucretius*, ſigillatim oſtendere. Quod quum videam alicujus utilitatis eſſe poſſe ad eos coërcendos, qui poëtam hunc hodie adhuc in deliciis habent, neque ſecus, ac ſapientiae omnis parentem, venerantur, faciam hic, ut omnes intelligant, non eſſe hunc *Lucretium*, e quo recte ratiocinandi praecepta hauriri poſſunt. Tribus autem poëta utitur argumentis, quo conſequatur id, quod perſuaſum ſuis eſſe vult, non Centauros, Scyllas, Chimaeras, & ejusmodi animantia initio fuiſſe. Primum hoc eſt: Non poſſe unum animal ex diſparibus naturis & poteſtatibus eſſe conflatum: fore enim, ſi hoc fieret, ut altera pars animalis ejus vivax & diuturna, altera vero infirma vitaeque brevis eſſet. Nec igitur hominem & equum conjungi, id eſt, Centaurum fieri poſſe: prorſus enim diſparem eſſe hominis & equi naturam: equum, tribus annis exactis, jam robuſta aetate eſſe, hominem vero triennem imbecillem adhuc & vix a matris uberibus depulſum.

[a] *Poſt ubi equum validae vires aetate feneſta*
Membraque deſciunt fugienti languida vita:
Tum demum pueris aevo florente juventas
Occipit, & molli veſtit lanugine malas.

Eamdem eſſe rationem Scyllae, quam feminam poëtae fingunt eſſe canibus rapacibus ſuccinctam, & Chimaerae ſeu monſtri ex leone, dracone, & capra, ſi fabulas veterum audias, compoſiti. Tam repugnantes enim horum animalium naturas eſſe, ut nullo plane modo ſociari ac conjungi queant. Verum ratio haec ad id, quod probatum eſſe vult *Lucretius*, nihil plane facit. Conſtat quidem ex ea, animalia ex diverſis & diſcrepantibus ejusmodi naturis conflata & compoſita diuturna haud eſſe, nec poſſe non brevi tempore interire: at nullis inde machinis hoc conficias, non potuiſſe animantia ejusmodi ex atomis vario modo concurrentibus aliquando naſci ac exſiſtere. Ipſe *Empedocles* & reliqui veteres philoſophi, qui animantia ejusmodi ex ſinu quondam terrae prodiiſſe autumabant, nil dubitabant de omnibus, quae *Lucretius* adverſus ſententiam eorum diſputat: quam ob cauſſam periiſſe ſtatim tradebant informes hoſce foetus, eo quod ex contrariis & inter ſe pugnantibus principiis coaluiſſent; haud tamen inde conſequi putabant, numquam ex atomis per inane immenſum volitantibus beſtias & monſtra ejusmodi naſci potuiſſe, aut nata eſſe. Qua quidem in re multo rectius *Lucretio* & magiſtro ejus *Epicuro* ratiocinabantur. Et

[a] Lucretius Lib. V. vſ. 884.

Digitized by Google

vinetis nocet, idque graviter pro cauſſa vult haberi, quod principia funditus evertit, quae antea ipſemet poſuerat.

(*) *Res ſic quaeque ſuo ritu procedit, & omnes*
Foedere naturae certo diſcrimina ſervant.

Quodnam enim, quaeſo, naturae foedus eſſe poteſt in infinita rerum viciſſitudine? aut quaenam lex excogitari poteſt, qua fortuitus plane & temerarius corpuſculorum motus coërceatur & deſcribatur? Certe confitendum eſt, eos, qui fortuitum materiae motum omnes, quae modo intelligi poſſunt, rerum inanimatarum, plantarum, & animalium formas & ſpecies, Centauros, Scyllas, & Chimaeras, procreare potuiſſe decernunt, germana philoſophiae illius initia ſervare & ſequi, quae ab atomis arma ſumit, quibus Deo & religioni noceat. Neque enim eſt aliquid, quod 814
illis reſiſtere corpuſculis queat, quae concedunt hi philoſophi

(†) *Omnimodisque coire, atque omnia pertentare,*
Quaecumque inter ſe poſſint congreſſa (l) creare.

§. LV.

(*) (vſ. 920. ſ. p. 349.) (†) Lib. V. vſ. 191. p. 250.)

Et ipſe *Lucretius* paullo poſt multa olim concedit animantium genera fuiſſe nata, quae propter varia vitia & monſtroſam corporum formam diuturna eſſe haud potuerint.

Alterum argumentum a conſectariis ſumit perabſurdis ex hac opinione fluentibus Epicureus noſter poëta. Nil impedire nimirum ait, quo minus illi quoque ſtatuant, qui, quod ipſe oppugnat, defendunt, *aurea flumina fluviſſe olim, & gemmis arbuſta floruiſſe.* (vſ. 905. *ſ.*) Hoc autem dictu ridiculum & ſtolidum eſſe. Sententiam igitur, cum qua iſtud conſectarium conjunctum ſit, aeque ineptam & abſurdam eſſe. Satis fuit perſpicax *Lucretius*, quod vidit, ex eorum ſententia, qui multa olim monſtra fuiſſe nata exiſtimant, iſtas conſequutiones duci poſſe: ſed hebes admodum fuit, quod ex ſua eadem conſectaria ſententia manare non animadvertit. Puerile vero eſt & philoſopho prorſus indignum, id alteri crimini dare, cujus ipſe optimo jure poſtulari queas. Omnes, qui ex atomorum fortuita concurſione totam rerum naturam exſtitiſſe pugnant, niſi a ſemet ipſis deſciſcere velint, confiteri debent, fieri potuiſſe, ut olim flumina aurea terram irrigarent, gemmae arboribus adhaereſcerent, & alia fierent ejusmodi, quae in campis elyſiis, ſi poëtas quosdam audias, conſpici ſolent. Quid enim, quaeſo, impedire potuit, quo minus atomi, ex quibus aurum conflat, cum atomis aqueis vel igneis forte fortuna copularentur, & flumen aureum conficerent? Quid potuit obſiſtere, ne atomorum, ex quibus gemmae factae ſunt, multitudo illis paſſim atomis adjungeretur, quae in arbores coaluerunt? Et ſi coecus & temerarius atomorum motus hominem meae potuit ſtaturae efficere, equidem non intelligo, cur eadem concitatio talem hominem fingere non potuerit, qualis *Atlas* fuiſſe fingitur, cujus humeris olympus nititur. Obſtare, forſitan dicet *Epicuri* & *Lucretii* amicus, diſparem naturam atomorum, ne id fiat. Sed quaenam, obſecro, natura eſt in atomis, quae omni qualitate carent, ſi gravitatem excipias? quaenam naturae diſparitas in corpusculis, quae nil habent, niſi figuram, magnitudinem, ſitum, motum & quietem? Aut igitur hac reſponſione uti deſinet Epicureus, aut ad amicitiam & diſcordiam *Empedoclis* confugiet, ſuaeque idcirco diſciplinae fundamenta ipſemet evertet.

Tertium reſtat hominis argumentum, quod prioribus binis, ſi minus levius, certe gravius non eſt. Ecce tibi ſummam ejus: Herbae, fruges, atque arbores, quarum magnus numerus e terra nunc oritur, numquam commiſcentur, atque conflatae inter ſe producuntur. Ergo nec olim variarum rerum aut diverſi generis animantium ſemina inter ſe concreta & miſta ſunt. (vſ. 916. *ſ.*)

Nil tamen eſt ſigni, miſtas potuiſſe creari
Inter ſe pecudes, compactaque membra animantum:
Propterea quia, quae de terris nunc quoque abundant,
Herbarum genera ac fruges arbuſtaque laeta
Non tamen inter ſe poſſint complexa creari.

Dignum profecto patella operculum! Cras, ſi forte libuerit, eodem argumento, non vixiſſe olim

Digitized by Google

515 §. LV. Portenta vero haec & monſtroſa animalia hodie propterea nusquam apparere confirmant, quia nec ad genus ſuum propagandum apta, nec ad ſemet ipſa conſervanda propter inſicetam & ineptam corporum conſtitutionem ſatis valida & idonea fuerint. Ita mentem *Epicuri* declarat *Lucretius:*

(*) —— *Quoniam natura abſterruit auctum,*
Nec potuere cupitum aetatis tangere florem,
Nec reperire cibum, nec jungi per Veneris res.

Quamquam diu ante *Epicurum* fuiſſe, quibus idem videretur, ex his *Ariſtotelis* verbis elucet: (†) Ὅσα μὲν ἐν ἅπασι συνέβη, ταῦτα μὲν ἐσάθη ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου συνεστῆναι ὠφελείας· ὅσα δ' μὴ ἔτυχε, ἀπώλετο, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς λέγει, τὰ βουγενῆ καὶ ἀνδρόπρωρα. *Poſtquam igitur omnia acciderunt, haec quidem ad noſtrum usque tempus ſervata ſunt, quoniam caſu & forte fortuna apta erant facta* (ad generationem) *& conſtituta: quae vero non ita facta ſunt, ea periere atque percunt: quemadmodum Empedocles inquit periiſſe bovigena & androprora.* Praeter haec, qui *Democriti* & *Anaximandri* copiis contra Deum quondam dimicabant, illi infinitos eſſe mundos alios, praeter hunc, quem nos incolimus, ſtatuebant. Nam in ſpatio infinito unum tantum collocare mundum, id aeque genus hoc abſurdum ducebat eſſe ac a ratione remotum, quam ex agro latiſſime patente beneque culto & arato unam tantum ſperare ſpicam. In his porro mundis innumerabilibus, quos omnes caſu & temeritate coagmentatos eſſe putabant, vix unum eſſe praecipiebant ex millibus, aut fortaſſis decem millibus; cujus tantus eſſet ornatus, tanta pulcritudo, tantus ordo, tam elegans ſtructura, quanta hujus noſtri, in quo, caſu ſic ferente, nati eſſemus & educati. In tam immenſa vero mundorum multitudine unum eſſe aut alterum, quem fortuna ceteris omnibus pulcriorem, ornatiorem, & concinniorem effinxiſſet, id vero magnam ſapienti admirationem non poſſe ciere arbitrabantur. Poſtremo quoque praeſentem rerum hujus orbis ſtatum brevi commutatum iri, omniaque in veterem confuſionem

(*) Lamb. p. 476. (Lib. V. vſ. 844.)
(†) Nat. auſcult. Lib. II. C. 8. (p. 475. T. I. Opp.)

Lucretium, qui *Epicuri* difficiles nugas carmine heroico complexus eſt, efficiam, quia hodie talis non in orbe verſatur poëta. Quid ſi primum aliquis magnam eſſe differentiam inter herbarum & inter animalium ſemina dicat? Quid ſi alius deinde inepte parumque ſcienter ita concludi moneat: Illud hodie non fit, ergo nec olim factum eſt? Spd accipiam, quod *Lucretius* dat, totumque argumentum concedam, modo facultatem mihi viciſſim largiatur eo utendi. Sic igitur certamen inſtituo, vatis noſtri principiis fretus: Non miſcentur hodie herbarum ſemina. Igitur nec miſta fuerunt olim animantium ſemina, quum recens adhuc terrarum orbis eſſet. Igitur hoc verum ſit, neceſſe eſt, quae hodie non fiunt in rerum natura, aut quorum ſaltim qualiacumque non exſtant exempla, ea nec olim facta eſſe, quum rerum natura naſceretur. Atqui hodie nulla muſca ex atomorum concurſione, nullus ſcarabaeus, nullus papilio, nullus lumbricus, multo minus homo naſcitur. Igitur, qui olim homines, animalia, ſidera, ſolem, flumina ex temeraria concitatione corpusculorum individuorum concreviſſe praedicant, tam ſobrie praecipiunt, ac ſi heſterni convivii crapulam rondum exhalaſſent. Tantum ſaepe cautionis in diſputando poëta hic, ingenioſus ceteroquin, adhibet, ut occaſionem aliis faciat ſuis ſeſe telis adverſus fundamenta diſciplinae, quam ſequitur, armandi. Diſcant ex hoc ſpecimine, qui *Lucretium* unice diligunt, quantum ament philoſophum. Vellem, vir quidam eruditus poëtam hunc non tam philologicis, quam philoſophicis obſervationibus illuſtratum ederet, ex quibus, qui ſtudio ejus ardent, & ſuavitate carminis non raro ad portenta ejus amplectenda incitantur, cognoſcere poſſent, non eſſe dignum hunc Epicureum, cui ſe ho-

Digitized by Google

nem & perturbationem mox esse reversura, non secus asseverabant, ac si ex tripode loquerentur:

(*m*) —— *Mundi naturam totius aetas*
Mutat, & ex alio terram status excipit alter:
Quod potuit, nequeat; possit, quod non tulit ante.

Atque tum temporis Centauri, Scyllae, Chimaerae, & nescio quae aliae portentosae & terribiles animantium formae ac species denuo, ut olim, procreabuntur & in lucem prodibunt.

§. LVI. Verum sentiunt religionum inimici, his sese inventis nondum satisfacturos omnibus esse: etenim fore, qui perpetuitatem & constantiam in primis 816
testaturi essent ordinis illius & ornatus, quo rerum naturam cernimus esse praeditam. Quoad enim longissime praeterita tempora mens nostra & memoria respicere potest, idem semper fuit, qui nunc est, terrarum orbis status, eademque rerum natura & constitutio. Ergo hinc ut sese expediant, novam ineunt hi philosophi rationem & viam. Corpuscula, narrant nobis, sensu & consilio plane vacua, postquam ex infinito tempore sine ulla cura & cogitatione sursum, deorsum, ultro citroque commeavissent, nec ullam intentatam reliquissent formam & figuram, ad extremum, incertum qua ratione, ab ipsa rerum necessitate coacta fuisse, ut certae cuidam viae & ordini motus suos alligarent. Initio quidem omnem eorum commotionem casui & fortunae unice subjectam fuisse, verum diuturnitate temporis evenisse, ut ad certam ea sese stabilemque rationem referret, legisque cujusdam & normae subiret imperium. Longum scilicet usum infinitique temporis experientiam habitum illis quemdam aequabilis & compositi motus acquisivisse, aut potius fatum & necessitatem sensim talem illis motum induxisse, qualem statim habuissent, si ars quaedam & sapientia illis praefuisset. Ita (*n*) *Epicurus* in *Epi-*

homo sapiens & ratione valens erudiendum committat. Tentavit hoc, si recte memini, olim *Jo. Barbeyracus*, vir egregius & litterati hodie orbis non postremum decus: qui si ad institutum hoc, quod abjecisse videtur, rediret, praeclare de litteris & religione mereretur.

(*m*) *Mundi*] *Lucretius de rerum nat. Lib.* V. *vs.* 832. *s. p.* 337. *s.*

(*n*) *Epicurus*] Verba exstant apud *Diogenem Laërt. Lib.* X. *Segm.* 75. *p.* 633. *Gassendi*, quam affert vir doctus, explicatio exstat in *Syntagmate philos. Epicuri Sect.* III. *Cap.* 7. *p.* 38. *T.* III. *Opp.* In versione vero *Libri decimi Laërtii* haec verba ita vertit Latine *Gassendus*, aut potius liberiori oratione interpretatur: *Illud quin etiam tenendum est, fuisse naturam ab ipsis rebus continuatoque rerum serie veluti edoctam, & necessitate quadam seu motuum concatenatione constam, ad haec tam multa tamque varia, quae appellitamus, opera naturae patranda.* De sententia hujus dicti in *Comm. ad h. l. p.* 82. *Tom.* V. *Opp.* sic censet *Gassendus*: *Videtur voluisse Epicurus heic attingere propagationis rerum caussam: ac eam praesertim, quae viventium est, ut admirationem, quae nos propter illam propterque membrorum structuram jure percellit, extenuaret.* Quae quidem amplius & uberius persequitur & explicat *Physices Sect.* III. *Membr. poster. Lib.* IV. *Cap.* 3. *p.* 274. *T.* II. *Opp.* Atque hanc fere facit *Cudworthus* noster interpretationem, quae & antiquiorum est *Laërtii* interpretum. Verum *Marc. Meibomius*, qui multum in *Laërtio* expoliendo industriae posuit, negat acriter, recte a *Gassendo* haec verba esse exposita, putatque nihil in illis esse vel inceptum vel impium. De hominum nempe putat natura differere *Epicurum*, idque sibi unice velle, homines multi sensim usu & experientia doctos esse, quae nescivissent antea. Quod ut tanto probabilius fiat, vocabulum ἀνθρώπων seu ἀνθρώπου excidisse post φύσιν conicit, & locum totum sic esse legendum & vertendum statuit: Ἀλλὰ μὴ ἐπολαττίου τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν πολλὰ καὶ παντοῖα ἐπὶ τὸ αὐτῷ συνιστάναι πραγμάτων δύνα-

Epiſtola ad *Herodotum*: (*) Ἀλλὰ μὴν ὑπολητέον, καὶ τὴν φύσιν πολλὰ καὶ ποικίλα ὑπὸ τῶν αὐτῶν πραγμάτων διδαχθῆναί τε καὶ ἀναγκασθῆναι *Sed & naturam opinandum eſt multa & varia a rebus ipſis edoctam & coactam fuiſſe*, aut, quemadmodum *Gaſſendus* interpretatur haec verba, *quadam veluti naturali neceſſariaque doctrina ſenſim imbutam.*

817 §. LVII. Reſpondeamus nunc breviter hiſce captionibus profani generis. Primo igitur, quod hanc terram noſtram inficetas & informes omnis generis animalium ſpecies, Centauros, Scyllas, & Chimaeras, olim produxiſſe, nec ullam initio naturam, niſi monſtroſam & horribilem, peperiſſe affirmant, id delirantium eſſe ſomnium dicimus, aut verius magnum & impudens mendacium. Primo enim nullum hujus rei veſtigium in omnibus vetuſtatis monumentis aut priſci aevi narrationibus & fabulis deprehendas. Deinde nullam Dei adverſariis, quae momenti alicujus ſit, rationem afferre licet, quare non hodie quoque ejusmodi monſtra generentur, tametſi nec diu ea ſupereſſe, neque generi ſuo propagando ſervire poſſent. Hoc unum ſaltim, ſi quid valent ingenio, nobis explicent, unde fiat, quod nec ullo tempore, nec ulla in regione animalia naſcantur utroque ſexu, tam maſculo, quam femineo, praedita, verum omnia, quae lucem hanc adſpiciunt, alterius ſexus ſint, aut quanam de cauſſa non interdum neutrius plane ſexus naturae oriantur, enarrent nobis. Aeque nobis ſtultum & ridiculum videtur, quod, tametſi omnem alioquin divinationem aſpernentur, futurorum tamen temporum eventus & caſus praedicere nobis audent, foreque vaticinantur, ut totus noſter orbis in antiquum aliquando chaos ſummamque confuſionem redeat. Infinitatem, quam praedicant, mundorum ad res, quae fieri nullo modo poſſunt, migrare jubemus. Interim quod horum commentitiorum mundorum vix unum in decem eſſe millibus, cui tantus inſit ornatus tamque compoſitus & aequabilis rerum motus, quantus huic noſtro, tam confidenter & audacter confirmant, ac ſi omnes omnino orbes illos peragraſſent, ei pari nos confidentia, at multo majori cum probabilitate ac veritatis ſpecie, aliam opponimus ſententiam. Sic nempe ratiocina-

(*) P. 28. Gaſſ.

χθῆναί τε καὶ ἀναγκασθῆναι. *Sed & naturam hominum opinandum eſt multa & varia ab rebus ipſam circumſtantibus edoctam fuiſſe ac coactam.* Vocabulum ἀπόρρητον hic a *Meibomio* eſt, qui ſibi licere duxit, ex ingenio illud addere: unde verba αὐτῶν ἀφηγητῶν ſint, quae *Gaſſendus* quoque non habet, viderint alii. Audax quidem & temerarium videtur eſſe facinus, quod *Meibomius* vocabulum in *Laërtii* orationem, ſola fretus conjectura ſua, intrudit: verum ſi rationes expendantur, propter quas ita ſibi ratus eſt *Epicuri* verba eſſe explicanda, plus probabilitatis apparebit ſententiam ejus, quam primo videtur adſpectu, habere. Primum *Gaſſendi* interpretationem prorſus monet ab illis abhorrere verbis, quae ſtatim hoc dictum conſequuntur; ſuam vero ſequentibus verbis praeclare reſpondere. Neque certe ſine cauſſa id monet. Verba, quae continuo hoc dictum excipiunt *Epicuri*, haec ſunt: Τοῖς δὲ λογισμοῖς τὰ ὑπὸ ταύτης καταγινόμενα καὶ ὕστερον ἐπανορθοῦν. *Porro ratiocinationem, quae ab ea* (natura) *monita fuiſſent, poſtea diligentius explicuiſſe.* Haec omnia verba urget *Meibomius* non niſi de homine poſſe intelligi: nam in homine tantum eſſe λογισμοὺς ſeu *rationem*: neminem poſſe moneri, niſi hominem, qui rationis compos ſit: diligentiorem explicationem nulli convenire, niſi homini: praecedentia igitur quoque verba, ut cohaereant conſequentibus, de homine ſeu natura hominum accipienda eſſe. Addit, *Laërtium* paullo poſt haec verba τὰς φύσεις τῶν ἀνθρώπων commemorare, ex quo emendatio ſua mirifice confirmetur. Poſteriorem hancce rationem mediocriter curo: at ſuperiorem multum habere firmitatis intelligo. Non cohaereret certe inter ſe *Epicuri* oratio, ſed inepta prorſus eſſet, ſi haec ejus ſententia foret: *Natura ſenſim certo cuidam motus generi ſeſe adjuefecit, aut habitum quemdam cum tempore acquiſivit aequabili ratione ſeſe movendi: ratiocinatio au-*

namur: Quod ſi quaevis ſtellarum vagarum, quibus ſol noſter cingitur, orbis eſſet habitabilis: ſi ſingulae ſtellae inerrantes totidem eſſent ſoles, ſuis pariter ſtellis errantibus ſeu mundis habitabilibus circumdatae: ſi denique nullus horum mundorum deſertus eſſet, ſed omnes incolis referti: ſi, inquam, admirabilis haec & inopinata ſententia vera eſſet, nullus tamen horum orbium ineptus, ridiculus, aut ſine ratione compoſitus & digeſtus foret. Summi enim Numinis conſilium & ſapientia, quae, quum infinita ſit, nulli deeſſe rei aut fruſtra moliri poteſt aliquid, omnibus eſſet imperatura, & in ſingulis iſtis mundis luculenta virtutis ſuae documenta & ſigna editura.

§. LVIII. Adhaec fortuitum negamus corpuſculorum individuorum motum, omnes rerum formas tentantium, infinitamque conjunctionum varietatem variis agitationibus efficientium, aptum eſſe ad unius perfecti animantis corpus, idque omnibus ſuis partibus & membris idoneum & congruens, quod puſilli cujusdam mundi ſimilitudinem habet, producendum, multo minus ad tam egregium, qualis hic noſter eſt, orbem, tamque varia, quibus ille abundat, animalia generandum. Ne quid de conſtantia & perpetuitate cum aedificii ipſius, tum ſingularis, quam oſtendit, artis & pulcritudinis dicam: quam quidem nemo ſanus temeritatis effectum eſſe dixerit. Motum materiae inſipientis, ſtupidae, & rationis omnis inopis, quem caſus & fortuna tantum moderatur, pedetentim artis evadere ac conſilii plenum poſſe, atque habitum longinquitate temporis ſibi contrahere tam apta & exquiſita ratione agendi, ac ſi perfectiſſimae ſapientiae ac judicii leges ſequeretur, adeo ab omni ratione & intelligentia abhorret, ut inſanire merito ac vaticinari videantur, qui has nugas ad Deum oppugnandum virtutis aliquid ha- 818
bere putant. Si virum aliquando rudem prorſus & illiteratum, in quo nec legendi fuiſſet nec ſcribendi ulla facultas, exſtitiſſe, quidam graviter narraret nobis, qui, ſumto in manus calamo, primo quidem in charta ineptos omnis generis & ordinis ductus & lineas atramento exarallet, at poſtea ſenſim re ipſa edoctus & neceſſario im-

autem, monita a natura, diligentius haec omnia explicuit. Quonam, quaeſo, pacto ratio & judicium habitum illum motus, quem corpuſcula individua paullatim adepta eſſent, confirmaſſet & accuratius explicuiſſet? Hominesne igitur ratiocinando effecerunt, ut naturae conſtantia & motus illae leges, quas nunc obſervant atomi, majus robur acciperent, & latius diffunderentur? Nugae profecto! quas ſi excidere ſibi paſſus eſſet *Epicurus*, irriſione dignus eſſet omnium. Verum apte fluit, modisque omnibus congruens eſt, ſi ita exponatur, ejus oratio: *Natura ipſa de multis rebus primum variis caſibus eſt admonita: quae monita ingenio & ratione ab hominibus deinceps ſunt firmata & dilatata.* Nihil eſſe verius hoc, ipſa omnium aetatum & ſaeculorum docet hiſtoria. Neque tamen, ſic licet ſtatuam, neceſſarium eſſe arbitror, ut in contextum *Laërtii* vocabulum ἐπιφύσεως recipiatur, aut de humana tantum natura praeceptum hoc *Epicuri* intelligatur. Nil enim impedit, quo minus generatim de φύσει ſeu natura omnium rerum animatarum & viventium accipiatur, & hunc ſenſum habeat: *Varii caſus & eventa naturam hominum & animalium de rebus multis admonuerunt.* Neque repugnat λογισμὸς huic ſententiae, de quo ſtatim *Epicurus*. Nam ut omittam, commode verbum hoc ad hominem trahi poſſe, Epicuri nec anima nec ratione prorſus privabant animalia, quod vel ex *Lucretio* conſtat. Interim ipſam ſententiam illam, quam in hiſce verbis contineri poſt *Gaſſendum* & alios opinatur *Cudworthus*, non inficior recte *Epicuro* tribui. Certe non poterat, niſi hoc modo, rationem reddere conſtantiae illius, quam in animalium, plantarum, hominum generatione ac propagatione admiramur. Lege, quae *Petrus Gaſſendus* ſcripſit *Syntagmate philoſ. Epicuri Sect.* III. *Cap.* 7. *p.* 38. *T.* III. *Opp.* Cum quo tamen conferri debet *Thom. Stanlejus Hiſtoriae philoſ. P.* XI. *p.* 1029. *ſ.* qui auctores a *Gaſſendo* omiſſos indicavit. Adde omnino *Gaſſendum Phyſicae S.* 3. III. *Membr. poſter. Lib.* IV. *Cap.* 3. *p.* 274. *Tom.* II. *Opp.*

impulſus fuiſſet, ut volumen quoddam certis repleret notis & litteris, quibus, remotis clave quadam involucris, omnes intellexiſſent maximi ponderis veritates, easque apte junctas & connexas inter ſe, contineri, hunc quis ſui ſatis eſſe compotem exiſtimaret? Si quis evenire poſſe aſſeveraret, ut, qui diu ſatis viginti quatuor litterarum notas, nullo ordine adhibito, nulla aut ſententiarum aut verborum ratione habita, chartae cuidam illeviſſet, multaque hoc modo per longum temporis intervallum perſcripſiſſet omni plane ſenſu vacua & inania, ad extremum ex re ipſa tantum neceſſario virtutis capiat & ingenii, ut ſine ulla commentatione aut meditatione librum conſignaret praeſtantiſſimum & utiliſſimum, nae is omnibus ſapientibus riſum commoveret. Si quis, ut alius generis exemplum afferam, decem aut duodecim homines artis muſicae omnino ignaros, poſtquam nervos in fidibus longum tempus imperitiſſime pulſaſſent, variique generis inſtrumentis muſicis tam miſere ceciniſſent, ut omnium aures obtunderent, poſtremo, re ipſa & neceſſitate magiſtra, nobiliſſimos fidicines evaſiſſe, ſuaviſſimumque concentum non modo excitaſſe, verum etiam conjunctim per multas horas ſine ulla conturbatione ſervaſſe referret, huic, non dubito, quin multi dicerent Medico & curatore opus eſſe. At idem prorſus a nobis credi volunt, quorum res hic agitur, dum coecam & rudem materiam, caſu & temere commotam, ex ſe ipſa eruditam & vi ſua concitatam fuiſſe praecipiunt, ut tam mirabile & ſtupendum opus, qualis haec mundi machina eſt, una cum omnibus animalium omnium corporibus non modo perficeret & fabricaretur, ſed etiam in eodem ſtatu perpetuo retineret & conſervaret. Stultus ſummo jure ac inſanus haberetur, qui, lectis *Platonis* & *Ariſtotelis* operibus, aut his ipſis ſex *Lucretii Cari de rerum natura* libris evolutis, fieri potuiſſe ſtatueret, ut litterae, ex quibus illa volumina ſunt compoſita, temere ac fortuito coirent, aut homo rerum philoſophicarum prorſus expers ſine ullo ſtudio & labore, aliud agendo & cogitando, hos libros caſu in chartam conjiceret. Dignus foret, quem omnes irriderent, ſi quis, auditis decem aut duodecim hominibus, praeclare fidibus canentibus, & exquiſito aures concentu placantibus, neminem horum unum ſibi perſuaderet aliqua muſicae artis notitia tinctum eſſe, ſed omnes, uti caſus & fortuna ferret, vocem & digitos moderari. At quanto gravior illorum eſt vecordia & amentia, qui corpuſcula individua nec ſenſu nec ratione praedita, quum temere fuiſſent commota, tantum potuiſſe cenſent, ut, nulla ſapienti aut intelligenti natura juvante vel motus gubernante, totum orbem hunc, quem mirifica plenum arte & ſapientia videmus, efficerent & machinarentur? Multo certe plus ſapientiae, conſilii, & philoſophiae in hac rerum eſt natura, quam in ullo poëmate aut libro philoſophico ab hominibus exarato, plusque proportionis & concentus, quam in ullo muſices genere vel artificioſiſſime compoſito. Quare verbis *Ariſtotelis* rationem concludimus: (*) Ἀδύνατον ἦ, πάντα τοῦτον ἔχειν ἢ τρόπον. *Fieri nullo modo poteſt, ut res iſto modo contigerint*, id eſt, caſu tantum & fortuna, ſine ulla Dei cujusquam aut mentis ope & auxilio. Tam expreſſa nimirum exſtant divinae mentis & rationis in corporeo hoc orbe veſtigia & inſignia, ut inſani hominis ſit & de ſtatu mentis dejecti, ad fortunam haec omnia & caſum referre.

§. LIX. Nihil tamen horum veteres tetigit divinae naturae contemtores, qui, ut

(*) Nat. auſc. Lib. II. C. 8. (p. 475. T. I. Opp.)

Digitized by Google

ut prorſus egregie in Dialecticorum ſcholis verſati erant, hoc ſibi audacter demonſtrandum ſumebant, nec artificis opere & manu rerum eſſe naturam conſtructam, nec certo aliquid in ea conſilio factum eſſe: id eſt, ut exemplis rem declarem, nec oculos arte & ratione ad videndum, nec aures ad audiendum, nec reliqua corporis membra ad certos uſus comparata eſſe. Evidens enim dicebant eſſe, has omnes partes natura & tempore priores eſſe uſibus ſuis, aut antea exſtitiſſe, quam opportunitates, quibus ſerviunt. *Lucretius* hoc argumentum ſerio his verſibus exponit:

(*) *Nec fuit ante videre oculorum lumina nata,*
Nec dictis orare prius, quam lingua creata eſt,
Sed potius longe linguae praeceſſit origo
Sermonem, multoque creatae ſunt prius aures,
Quam ſonus eſt auditus, & omnia denique membra B 19
Ante fuere, (ut opinor) eorum quam fuit uſus.
Haud igitur potuere utendi creſcere cauſſa.

Tota vis & ſententia argumenti iſtius hac continetur propoſitione: *Quidquid idcirco comparatum eſt, ut alius rei commodis inſerviat, id poſt illam rem, cujus cauſſa factum eſt, naſci & exiſtere debuit.* Aut vero hac: *Illud, cujus cauſſa factum eſt aliquid, natura non modo, verum etiam tempore prius eſſe debet illo, quod ejus cauſſa exſtitit.* Atque hoc poëta Epicureus variis confirmare nititur exemplis:

(†) *At contra conferre manu certamina pugnae,*
Et lacerare artus, foedareque membra cruore,
Ante fuit multo, quam lucida tela volarent,
Et volnus natura prius vitare coëgit,
Quam daret objectum parmai laeva per artem.
Scilicet & feſſum corpus mandare quieti
Multo antiquius eſt, quam lecti mollia ſtrata,
Et ſedare ſitim prius eſt, quam pocula, natum.

His exemplis id ſe conſequuturum eſſe putat poëta philoſophus, ut, qui oculos videndi cauſſa tuentur compoſitos & conſtructos eſſe, ſimiliter viſus quoddam exſtitiſſe genus, antequam fierent oculi, confiteri cogantur. At quum ante oculos conſtet nullum fuiſſe cuiquam videndi ſenſum, una hoc confectum eſſe cenſet, minime ad videndum comparata eſſe lumina. Vides univerſam impiae turbae argumentationem, qua ſe hoc efficere poſſe nil dubitat, membra corporis humani ceterasque res naturales non eſſe certo conſilio ab intelligenti quadam cauſſa conditas & conſtructas.

§. LX. Ego vero nemini obſcurum fore arbitror ratione praedito, iſtam ratiocinandi artem, qua religionum hic utuntur adverſarii, prorſus a communi omnium mortalium ſenſu recedere. Sic enim cunctis perſuaſum eſt hominibus, finem rei ali-

(*) Lamb. p. 367. (Lib. IV. vſ. 834. p. 139. T. II.) (†) Ibidem.

Digitized by Google

alicujus, aut id, cujus cauſſa res quaedam fieri debet, in mente quidem verſari hominis, antequam res ipſa fiat, at tempore tamen & effectu poſteriorem eſſe rebus illis, quae ad eum obtinendum comparantur. Ita commodior & aptior pugnandi & bellandi ratio, quae tela peperit, telis eſt antiquior, ſi cogitationem ſpectemus hominum, at eventu ipſo & tempore telis poſterior. Non ego negem, certamina univerſe fuiſſe ante tela, ſomnum ante lectos, potum ante pocula, occaſionemque haec praebuiſſe hominibus deliberandi, poſſitne melior & opportunior dimicandi, dormiendi, & bibendi ratio reperiri? Uſu enim rerum inopiaeque ac egeſtatis ſuae ſenſu plerumque ſolent excitari homines, ut incommodis ſuis quaerant & excogitent remedia. Ex his autem conſequi nego, effectorem & parentem hujus orbis non potuiſſe diu ante proſpicere, quid e re & ratione futurum eſſet animantium, & ad neceſſitates & utilitates eorum res multas accommodare. Quapropter hoc ego pacto argumentum iſtuc ordinari & diſponi debere putem: id, cujus cauſſa res quaedam facta eſt, in mente ac intelligentia effectoris prius eſſe debet neceſſario, quam id, quod propter illud fieri debet. Ergo lumina noſtra ſi propterea ſunt facta, ut ope illorum animus videat, neceſſe eſt, viſus notionem & ſpeciem in mente fuiſſe machinatoris oculorum, antequam ullus exſiſteret oculus. Verum viſus nulla poteſt eſſe cognitio aut notio, priusquam ſint oculi. Itaque falluntur, qui oculos videndi cauſſa ducunt factos eſſe. Certe vera haec eſt & germana argumentationis iſtius, quam expoſuimus, ratio & facies, tametſi, quibus illud adhibere placet, parum illud apte & aperte explicent. In hac enim, qui Deo ſtruunt inſidias, ſententia ſunt, omnem cognitionem beneficio ſenſuum ab ipſis rebus, quas antea exſiſtere novimus, proficiſci. Quod ſi ita eſt, id quidem controverſia vacat, priusquam eſſent oculi, nullam facultatis videndi cognitionem & notionem eſſe potuiſſe. Quamobrem id aeque certum & exploratum eſſe arbitrantur, oculos non eſſe a Numine quodam ad viſum inſtructos, priusquam viſus eſſet, quam hoc, ſpectacula & ludos ab hominibus propter oculos non eſſe apparatos, antequam eſſent oculi. Quo nixus praeſidio Epicureus poëta, exſultans veluti concludit:

(*) *Illa quidem ſeorſum ſunt omnia, quae prius ipſa*
Nata, dedere ſuae poſt notitiam utilitatis,
Quo genere in primis ſenſus & membra videmus.
820 *Quare etiam atque etiam procul eſt, ut credere poſſis*
Utilitatis ob officium potuiſſe creari.

Igitur huc demum totam intelligitur revocari controverſiam: utrum omnis ſcientia & cognitio in univerſum ſpectata ex rebus oriatur ante illum natis & factis, qui novit & intelligit, nec ne? Qui Deum negant, ita rem ſe omnino ha-

(*) Lib. III. p. 368. (potius Lib. IV. vſ. 851. p. 141.)

(o) *Ariſtoteles*] Nullus dubito, quin haec *Ariſtotelis* verba viri doctiſſimi oculis ſint obverſata, quae *Natural. auſcult. Lib.* II. *Cap.* 8. *p.* 477. *Tom.* I. *Opp.* exſtant: Ἄτοπον δὲ τὸ μὴ οἴεσθαι ἕνεκά του γίνεσθαι, ἵνα μὴ ἰδόντι τὸ κινεῖν βαλλόμενον, καὶ τοι τῇ ἡ τύχη κινῆσαι· τῇ γὰρ κἀν ἐν τῷ ξύλῳ ἡ ναυπηγικὴ, ὁμοίως ἂν τῇ φύσει ἐποίει. *Illud quoque abſurdum eſt, quod non putant aliquid alicujus gratia fieri, niſi videant movens conſultaſſe. Atqui etiam ars non conſultat. Etenim ſi in ligno ineſſet ars navis conſtruendi, ſimiliter ut natura faceret.*

(p) *Idolo ſpecus*] Sciunt rerum, quae geſtae ſunt

Digitized by Google

habere decernunt. Quo poſtea freti fundamento, conſilium, ſapientiam, & proviſionem omnem divinae cujusdam mentis a rebus hujus mundi ſegregant & removent, omniaque repente ſine ulla ratione ex ſe paullatim prodiiſſe arbitrantur, quemadmodum fortuitus materiae motus poſtularet. Rebus ipſis exortis, mentem, ſapientiam, cognitionem, & conſilium exſtitiſſe volunt, quippe quae rebus ipſis originem ſuam debeant, atque hac univerſitate poſteriora ſint. Verum totam hanc orationem undecimo inter argumenta illa loco poſui, quibus Deum profanum genus adoriri ſolet: *Omnis cognitio mentisque noſtrae ſenſus nihil eſt, quam rerum ipſarum ante & extra eum, qui ſapit & intelligit, exiſtentium informatio, ejusque, quem eruditum & ſapientem appellamus, affectio. Itaque neceſſe eſt, mundum fuiſſe, antequam ejus notitia quaedam & cognitio exiſteret, neque ſapientia & cognitio mundum, tamquam cauſſa ejus, praecedere potuit.* Quare reſponſionem & confutationem argumenti hujus in eum reſervabo locum, quem cauſſae huic dicavi. Quo quidem loco planum faciam, cognitionem & intelligentiam non eſſe natura ſua aliunde derivatam, verum ex ſe natam, nec mundo tantum antiquiorem, ſed etiam rerum omnium effectricem.

§. LXI. Nondum finis eſt ſubtilitatum, quibus impii homines argumentum illud labefactare ſtudent, quod ab orbis hujus pulcritudine mirabilique corporum animatorum ſtructura ad opinionem de Deo ſtabiliendam ducitur. Nimirum eos dicunt a ratione aberrare, qui ſtatuant, nullam eſſe in ipſa natura eventuum, quos videmus in ea contingere, cauſſam, illorum maxime, qui fiunt quotidie, qualis eſt corporum animatorum generatio: neque ſapientis eſſe viri, poëtas imitari Tragicos, qui, quo exitum reperiant fabulae, Deum ex machina advocare ſolent. Quod ſi, pergunt, Deus eſſet, majeſtate tamen tanti Numinis indignum foret, tam abjectis illud & ſervilibus negotiis praeficere, atque contemtiſſimi cujusvis animalis corpus manibus ejus veluti componendum & conſtruendum tradere. Neque hoc credibile eſt, mundum hunc & naturam rerum tam imperfectam eſſe & fragilem, ut perpetuo reconcinnari & refici debeat. Una igitur in natura rerum omnium, quae generantur & fiunt, ratio & cauſſa latet recondita. Hanc autem non certo cuncta conſilio peragere, nec ad ſuum quodvis opus officium accommodare, id primum ex eo intelligitur, quod numquam conſultat & deliberat. Hac certe cauſſa veterum quosdam effici poſſe exiſtimaſſe, res naturales ad certos uſus haud effictas eſſe, (*o*) *Ariſtoteles* auctor eſt. Idem deinde ex eo patet, quod ſenſu interiori, intelligentia, & appetitu natura caret. Itaque eorum ſententia, qui ubique in natura rerum certa vident & deſtinata conſilia non poteſt non pro (*p*) *idolo ſpecus*, (hanc enim multis placere video loquendi formam) aut pro adſcita temere opinione haberi. Solent enim homines, quas in ſemet ipſis deprehendunt, virtutes rebus etiam extra ſe poſitis attribuere, quumque ipſi ad certam ſemper metam col-

ſunt olim inter eruditos, non ignari, *Franc. Baconem* de *Verulamio* hanc loquendi formam & ſimiles ad varias errorum, quibus laborant homines, claſſes deſignandas inveniſſe. *Idola ſpecus* vocare ſolet *Verulamius* illos errores, quibus hominum natura, educatio, & conſuetudo praebere ſolet occaſionem. Vid. *Novum ejus organum ſcientiar. P.* II. §. 53. *p.* 47. Fateor, non eſſe cas has loquendi formas, nullae ut meliores & aptiores reperiri queant: ſed licet tamen cuivis nominibus uti, quibus vult, modo, qualem illis poteſtatem ſubjiciat, ſignificet. Sed parum favet memoriae magni hujus viri *Cudworthus*, quem inter occultos impietatis erga Deum patronos numeraſſe videtur: quare occaſionem facile nullam negligit ſententias & verba ejus perſtringendi.

collineant, idem naturam rerum facere, ſuſpicari. Mirum, quod non ideo,
821 quia ipſimet rident, clamant, loquuntur, ambulant, ratiocinantur, & philoſophantur, naturam quoque haec omnia facere ſtatuunt. Verum recte (q) nuperus quidam philoſophus praecepit: *Univerſum, tamquam unum aggregatum rerum omnium naturalium, nullam proprie intentionem habet.* Neque melius quidquam *Democritus* moliri potuit, quam omnia conſilia cauſſasque, quas *finales* appellare ſolent, ex naturae ſcientia exterminare: quod quidem auſum fuiſſe eum, (r) *Ariſtoteles* memoriae prodidit: Τὸ δ' ἕνεκα ἀφεὶς λέγειν, πάντα ἀνάγκῃ οὕτως χρῆσθαι ἡ φύσις. *Cauſſas, quare res quaedam ſit facta, omittit, omniaque ad cauſſas naturales & neceſſarias referenda eſſe putat.*

§. LXII. Hanc nos ita breviter reprimimus diſputationem. Sapientis omnino hominis & conſiderati eſt, duplicem in hac cauſſa extremitatem aequa ratione fugere: alteram eorum, qui ex fortuita materiae ratione & vita carentis commotione cuncta eſſe nata volunt; in quod illi vitium inciderunt, qui corpuſculorum individuorum copias ad Deum de medio tollendum conduxerunt: alteram horum, qui ſuperſtitione religionem miſcent, Deumque *αὐτουργὸν πάντα, ipſum omnia per ſe facere*, affirmant; quaſi vero, quae fiunt omnia in rerum natura, nil niſi miracula eſſent ac prodigia. Inter duo haec extrema media quaedam interjecta eſt opinio, eorum nimirum, qui naturam quamdam, non temere, ſed via & ratione progredientem, Deo ſubjiciunt, quam motum moderari ajunt materiae, eaque de cauſſa ſecundariam omnis generationis cauſſam eſſe. Artificioſa haec natura, tametſi ipſa

(q) *Nuperus philoſophus*] Certus ego ſum, *Thom. Hobbeſium* intelligi, cujus voces agnoſcet facile, qui libros ejus legit. Ubi vero apud eum verba exſtent, quae producuntur hic, & a me Latine ſunt reddita, me quidem praeterit. *Leviathanis Cap.* 34. *p.* 183. haec ſcripta leguntur: *Univerſum, quum ſit corporum omnium aggregatum, nullam habet partem, quae non etiam ſit corpus.* Forte *Cudworthus* haec ipſa verba liberiori ratione, quod ſaepe ſolet, vertere ſibi conceſſum eſſe opinatus eſt.

(r) *Ariſtoteles*] *Lib.* V. *de generat. animal. Cap.* 8. *p.* 713. *Tom.* II. *Opp.*

(s) *Incitatur*] Verum, niſi me fallit opinio, media haec via inter eos, qui ad leges omnia mechanicas referunt, & eos, qui Deum ipſum uniuscuiusque rei auctorem faciunt, tametſi ubique a doctiſſimo viro commendetur, tot habet difficultates & ſalebras, quot in ceteris humana deprehendit ratio, neque multum ab altera extremitate, quam fugiendam eſſe monet, diſcrepat. Etenim genitrix iſta natura, cui favet tantopere vir magnus, ſi, quaecumque agit, a Deo afflata & inſtincta facit & agit, quum ipſa conſilii & rationis inops ſit, quidquid ab ea perficitur, id proprie ab ipſo Deo perficitur, cujus ea virtute commovetur & ducitur. Cujus igitur, quae in rerum natura committi nonnumquam videmus, vitia ſunt? cujus monſtra, quae naſcuntur interdum? Nonne Dei ipſius? Peccata operarum, quae libros deformant, non litterarum formis tribuuntur, verum homini, a quo collocatae ac compoſitae ſunt; nec, ſi domus inſigni quodam vitio laboret, ad ſervos, qui materiam convexerunt, verum ad architectum culpa hujus maculae pertinet: nec denique epiſtolae errores ſcriptoris eſſe putantur, ſed ejus, a quo dictata eſt. Quare hanc ſi viam ſequamur, difficilis ille nodus, qui multos, ut ad mechanicas unice cauſſas confugiendum ſibi eſſe ducerent, incitavit, aeque manet implicatus, uti fuerat antea. Quantum deinde differentiae eſt inter eum, qui Deum ipſum, nulla interveniente alia cauſſa, cuncta, quae fiunt & eveniunt, perficere cenſet, & inter eum, qui Deum per inſtrumentum quoddam agere, quod ipſe perpetuo regit & gubernat, quum ſapientia & conſilio ſit vacuum, opinatur? Tantum unice, quantum inter eum, qui ipſemet epiſtolam exarat aliquam, & eum, qui alieno utitur calamo, tametſi verba ipſa & modum praeſcribat. Quantillum autem hoc eſt, ſi cauſſas & effectus negotii, quibus totum illud continetur, ſpectes? Taceo, Deum non illa uti poſſe excuſatione, qua homines nonnumquam utuntur, librarium ab errore ſibi calami non ſatis caviſſe, quum nihil ipſi facilius ſit, quam providere, ne quid natura genitrix delinquat. Equidem, ut, quod ſentio, ingenue fatear, ſi altera mihi harum rationum neceſſario eſſet eligenda, citius ad eorum me adjungerem amicitiam, qui Deum ipſum perficere omnia,

Digitized by Google

ipſa non intelligit, quare hoc vel illud moliatur, neque metam proprie videt, ad quam properat, dici tamen quodammodo poteſt arte & conſilio cunctas actiones ſuas ad certa propoſita dirigere, quae quidem ſumma illa mens & perfectiſſima ratio, cujus unice voluntati paret ac obtemperat, perſpicit & intelligit: quemadmodum ſerviles operae conſilium quidem architecti non habent cognitum, verumtamen fideliter, quae ab eo jubentur, negotia perſequuntur; aut ſicuti litterarum formae, ab artifice ſapienter coagmentatae & compoſitae inter ſe, ſententias, quarum nihil tamen ipſae capiunt, philoſophicas chartis imprimunt. Sed de hac nos artificioſa & genitrice natura copioſius & plenius in *tertii capitis Appendice* commentati ſumus. Hanc ſi viam teneamus, nec omnia putabimus ab ipſo Deo miraculo veluti quodam fieri, nec aliqua temere ac fortuito accidere: verum omnia ad certos uſus accommodari ſentiemus, quos haec fictrix quidem haud aſſequitur natura, at Deus tamen perſpicit, cujus illa perpetuo veluti afflatu & inſtinctu movetur & (*s*) incitatur. Non fuiſſe nego tam rudes aliquos & re- 822
rum imperitos, qui naturae ſuae animales affectiones & proprietates in corpora transtulerunt animo vacua & deſtituta. Fuerunt, qui graviter decernerent, materiam, non ſecus ac feminam virum, formam ſuam appetere, coeleſtia corpora appetitu quodam naturali in locum mundi medium ferri, ut quieſcant aliquamdiu in illo: rurſus vero eadem, quo vacuum fugiant, non ſine ratione & ſapientia adſcendere. Nugae ſcita ſunt haec & ſomnia hominum: quae ſi ſpectavit is, qui amplificationem eruditionis (*t*) molitus eſt, nihil vituperabile haec ejus verba habent: *Incredibile eſt, quantum agmen idolorum philoſophiae immiſeris naturalium operationi-*

omnia, quae fiunt, exiſtimant, quam ad eos accederem, qui genitricem ipſi naturam adjungunt. Namque primo nullam plane cauſſam intelligo, quae ſupremum Numen inducere potuerit, ut ejusmodi naturam fingeret, cujus ope in fabricandis & condendis rebus naturalibus uteretur. Homines quidem, ut negotiorum ſibi adminiſtros adſciſcant, partim quietis amore & inertia, partim naturae imbecillitate, quae non omnibus ſimul ſufficit, admonentur. Atqui horum nihil in ſummum & praepotentem Deum cadit. Convenit inter eos, qui ad Deum omnia referunt, & eos, qui naturam genitricem Deo ſociant, aeque facile eſſe infinitae Numinis potentiae, ſine naturae ejusmodi auxilio corpus hominis aut animalis conſtruere, atque adſcito ejus generis naturae auxilio idem corpus fabricari. Hoc autem ſi ita eſt, dicant mihi, qui naturae genitrici bene cupiunt, quaenam Deo ratio potuerit eſſe, ut operas inter ſe ac naturam ejusmodi partiretur. Via deinde eorum, qui Deo adſcribunt omnia, multo mihi ſimplicior videtur eſſe atque planior. Sapientis autem officium eſſe putant omnes, breviſſima & ſimpliciſſima ratione, quae facta ſunt neceſſaria, facere. Jam neminem puto negaturum eſſe, qui nullius opis indiget, & ſolus par eſt omnibus, ſimplicius & ſimul ſapientius agere, ſi ipſe faciat omnia, quam ſi aliquot in auxilium miniſtros vocet, quibus errandi periculum imminet. Deum igitur, quum ſumme ſapiens ſit, neque alienis nervis indigeat, quis ſibi facile perſuadeat per circuitus & ambages id voluiſſe efficere, quod facillimo ſolus negotio procurare & adminiſtrare valet? Aut quis cum cenſeat muneris ſui partem naturae commiſiſſe, ni qua magna eſt peccandi facultas? Poſtremo, ſi quis tam vecors eſſet, ut Deum, quo moleſtia quadam ſeſe levaret, naturam ſibi genitricem adjunxiſſe diceret, haud tamen, quem audiremus, dignus eſſet. Conjeciſſet Deus aliquam laboris partem in hanc naturam, ſi eam providam, ſagacem, conſilii & rationis compotem, falli denique neſciam condidiſſet. Atqui talis non eſt haec natura. Caret illa conſilio, ratione, ſagacitate: nihil eſt, niſi inſtrumentum quoddam, cui Deus ſemper praeſto eſſe debet, ſi quid ab eo vult peragi. Omitto alia.

(*t*) *Molitus eſt*] Hic *Franc. Baco* de *Verulamio* eſt, cujus celeberrimum opus *de augmentis ſcientiarum* vir eruditus his verbis deſignat. Verba ipſa exſtant *Lib.* III. *Cap.* 4. *p.* 288. Mirum, ſcio, multis videbitur, quare *Cudworthus* toties eximium huncce virum caſtiget, qui magnam ubique in ſcriptis ſuis ſupremi Numinis reverentiam & ſtudium teſtatur, ac a Deo non ſemel monet omnis verae philoſophiae initium eſſe ducendum. Sed mirari deſinent hi, ſi ſequentia ſecum expenderint. (I.) *Verulamius* eorum paſſim diligentiam contemnit, qui cauſſas rerum naturalium *finales* in-

tionum ad similitudinem actionum humanarum reductio. Sin vero latius hoc dictum patere voluit, omnesque ex natura rerum causſas, quas vulgo *finales* appellant, tollere, ac ſi nihil in ea ab excelſa quadam mente ad certas opportunitates & utilitates relatum eſſet, eorum certe haec juvant & fovent amentiam, qui religionibus & Deo ſtruunt inſidias. Credere, mundi molem hanc & aedificium a mente quadam perfectiſſima exſtructum eſſe, hodieque adminiſtrari ac gubernari, nec ullam eſſe materiae partem, in qua divinae rationis non exſtent veſtigia, non eſt *idolum ſpecus*, ut hoc genus ſermonis poëticum & parum proprium adhibeam, aut res dolis & fraudibus inventa hominum, rebus extra ſe conſtitutis ea, quibus ſe ipſos ſentiunt eſſe praeditos, attribuentium. Neque illi ſemet ipſos fallunt & decipiunt,
323 qui naturam cenſent, tametſi ipſa ratione careat & ſapientia, tamen ſapientiſſimum exprimere exemplum, & regulam a ſumma ratione praeſcriptam imitari, aut ſupremi machinatoris a manibus & opere veluti, vel potius ipſam divinam eſſe artem, quatenus in materiam transfuſa & cum ea copulata eſt. Dudum certe eſt, quod *Balbus* apud (v) *Ciceronem* naturam definivit *non eſſe vim quamdam ſine ratione cientem motus in corporibus neceſſarios, ſed vim participem rationis & ordinis, tamquam via progredientem, cujus ſollertiam nulla ars, nemo artifex conſequi poteſt imitando.* Quod ſi enim neque mens nec ratio in ipſa eſſet rerum natura, aut in illa ſuprema, unde omnia profecta ſunt, cauſſa, unde, quaeſo, vim iſtam animi & mentis, qua ipſimet valemus, adepti eſſemus? Praeclare praeterea (x) *Ariſtoteles* monuit, plus artis & ingenii in nonnullis eſſe rebus naturalibus, quam in ulla earum, quae hominum arte & ſollertia conſtructae ſunt. Quare ſi ab illis rebus, quae arte comparatae ſunt hominum, conſilium opificis minime ſecernimus, quaenam, malum, haec eſt perverſitas & dementia, res naturales nullo propoſito, nec ad certos uſus factas eſſe, tueri? Evidens eſt, nullam rem arte & ingenio conſtructam recte nos intelligere, aut domus, exempli gratia, aut machinae cujusdam veras perſpicere cauſſas poſſe, niſi conditorem & artificem propoſitum aliquod ſpectaſſe, & incommodo cuidam conſulere voluiſſe ſtatuamus. Neque enim is domum apte definit, & naturam ejus plane explicat, qui eam lapides, materiam, calcem, vitrum, plumbum, ferrum, & alia inter ſe juncta eſſe dicit, quum certum ſit, domum omnium harum rerum tam concinnam & artificioſam eſſe diſpoſitionem, quo totum, quod ex illis conſtat, idoneum & aptum fieret ad hominum commorationem & alias opportunitates. Quam propter rationem nec is veram domus alicujus cauſſam demonſtravit, qui lapicidinam indicavit, unde ſaxa, ex quibus conſtructa eſt, exciſa ſunt, aut ſilvam oſtendit, quae ligna ad eam exſtruendam

indagare conantur, immo parum ab eorum abeſt ſententia, qui totum hoc ſtudium futile ac vanum eſſe praedicant. *In novo organo ſcientiar. Lib.* I. *Part.* II. §. 65. *p.* 59. a ſuperſtitione illud eſſe profectum, non obſcure tradit: *Invenitur*, inquit, *etiam hoc genus mali* (ſuperſtitio) *in partibus philoſophiarum reliquarum, introducendo formas abſtractas &* CAUSSAS FINALES *& cauſſas primas.* Clarius etiam *Lib.* II. §. 2. *p.* 145. CAUSSA FINALIS, inquit, *tantum abeſt, ut profit, ut etiam ſcientias corrumpat, niſi in hominis actionibus.* Conf. *de augment. ſcient. Lib.* III. *Cap.* 4. Cauſſas autem *finales* tollere, id nec immerito *Cudworthо* prona videbatur & patens ad ſummam impietatem via. Adde, qui de hac re adverſus *Verulamium* erudite diſputat, *Sam. Parkerum Diſſert. de Deo & providentia divina Diſſ.* III. §. 16. *p.* 283. *ſ.* (II.) *Verulamius* paſſim Platonicae philoſophiae ſeſe inimicum oſtendit. In *novo organo Lib.* I. *P.* II. §. 65. *p.* 51. poſtquam ex ſuperſtitione & intellectus ambitione vehementer corruptam eſſe philoſophiam conqueſtus erat, ita pergit: *Hujus autem generis exemplum inter Graecos illuceſcit, praecipue in Pythagora, ſed cum ſuperſtitione magis craſſa & onerosa conjunctum; at periculoſius & ſubtilius in Platone atque ejus ſchola.* Plures ejusmodi

Digitized by Google

dam neceſſaria ſuppeditavit, & quae ejus generis ſunt alia. Neque illi hoc faciunt, qui ea, quae *Ariſtoteles* his verbis ſcripta reliquit, de domus originibus narrant: (*) Εἴ τις τὸ τοῖχον γεγῶσθαι ἐξ ἀνάγκης νομίζοι, ὅτι τὰ μὲν βαρέα κάτω πέφυκε φέρεσθαι, τὰ δὲ κοῦφα ὑπερθεῖ· διὸ οἱ λίθοι μὲν κάτω καὶ θεμέλια, ἡ δὲ γῆ ἄνω διὰ τὸ κουφότητα, ὑπερθεῖ δὲ μᾶλλον τὰ ξύλα· κουφότητα γάρ. *Perinde ac ſi quis aedificium ex neceſſitate factum eſſe arbitraretur, quia gravia deorſum feruntur ſuapte natura, levia vero in locum ſublimem; idcirco lapides quidem & fundamenta ſunt inferiori loco, ſupra autem eſt terra ob levitatem, ſummum locum maxime obtinent ligna, quia ſunt leviſſima.* Denique nec is officio huic ſatisfaceret, qui, quod idem (y) alicubi *Ariſtoteles* ait, domum talem exſtitiſſe diceret ἐμπεσόντος ἢ ἐρράνη, id eſt, caſu eveniſſe, ut manus opificum, ſecures, mallei, & reliqua inſtrumenta hac vel illa ratione commoverentur. Nullus horum, uti arbitror, nos de veris domus alicujus cauſſis edocebit, niſi architectum adjiciat animo ſibi primum exemplum aut formam aedificii effinxiſſe, quod conſtruere vellet, ſecumque conſtituiſſe, varii generis materiam arte ſic coagmentare atque ordinare, ut ſuis locis fundamentum, muri, oſtia, tectum, loca vacua, gradus, feneſtrae, camini, & alia comparerent, totaque moles cum ad ipſos homines recipiendos, tum ad alias commoditates eorum apta fieret & idonea. Idem prorſus de naturae operibus pronuntiare fas eſt, a quibus quippe nullo pariter modo conſilium certumque propoſitum ſemovere licet. Nemo umquam tanta naſcetur perſpicientia praeditus, ut ex motu & materia, aut ex neceſſaria & temeraria materiae concitatione cauſſas rerum omnium eruere, naturaeque rationes declarare valeat, niſi rationem & ſapientiam conditoris & effectoris advocet & adhibeat. (z) Quamobrem qui animalium corpora ideo formam, quam habent, conſequuta eſſe opinantur, quoniam fluidus ſeminis liquor temere commotus veſtigia ejusmodi ſignaverit, taliaque ſtamina & lineamenta expreſſerit, ex quibus totius corporis compages naſci debuerit, hi non tam cauſſam nobis corporum aperiunt, quam veram eorum rationem celant, reticent, & diſſimulant: quippe quae ſummi Numinis & Geometrae ars eſt & ſapientia, apte & ſcienter corpora temperantis & diſponentis, ut mentes in illis commode habitare & vitae fungi queant officiis. Verbo: Si quis ex philoſophia & naturae conſideratione omnem exturbatam cupit eſſe ſapientiam, rationem, & conſilium conditoris, is ſe ipſum ratione prius, mente, ac conſilio privet, neceſſe eſt, totamque naturam brutis adſueſcat oculis adſpicere. Interim hoc animadverti velim, neminem tamen eorum, qui Deo quondam adverſati ſunt, auſum eſſe omnium corporis mem- 824
brorum formarumque, quibus ea ſunt praedita, neceſſarias ex materiae natura motus-

(*) Natural. auſc. Lib. II. C. 9. (p. 478. T. I. Opp.)

di locos excerpere nec vacat, nec expedit. At *Cudworthus* amore *Platonis* vehementer flagrabat, exiguoque diſcrimine philoſophiam ejus & Chriſtianorum Theologiam ſegregari autumabat. (III.) *Thom. Hobbeſius*, cujus conſiliis, qua poterat, virtute *Cudworthus* obſiſtebat, cum inventis & ſententiis *Verulamii*, tum ipſis ejus dicendi modis ad dogmata ſua firmanda & ornanda non raro abutitur. Forte aliae, praeter has, odii hujus cauſſae fuere: quas inveſtigandas aliis relinquo.

(y) *Alicubi Ariſtoteles*] *Libro* I. *de partibus animal. eorumque cauſſis Cap.* 1. *p.* 473. *Tom.* II. *Opp.*

(z) *Quamobrem*] *Renat. Carteſium* perſtringit hiſce verbis, ſigillatim *Librum* ejus *de formatione foetus*, in quo jam dudum viri doctiſſimi obſervarunt plus eſſe ingenii & audaciae, quam verae certaeque ſapientiae.

(v) *Ciceronem*] *De natura Deor. Lib.* II. *Cap.* 32. *p.* 3001. *Tom.* IX. *Opp.*

(x) *Ariſtoteles*] Lege *Natural. auſcult. Lib.* II. *Cap.* 10. *p.* 476. *Tom.* I. *Opp.*

Digitized by Google

tusque legibus cauſſas eruere. Non ignoro, pauca quaedam hac in re tentaſſe nonnullos, atque aliquot horum conatuum exempla exſtare. (*a*) *Spinam dorſi* fuerunt, qui dicerent ex flexione ortam eſſe corporum, quum e terra primum animantia emergerent & adſcenderent: *inteſtina* ex humorum fluxione, obliquos & flexuoſos ſibimet ipſis meatus deſcribentium, nata eſſe: *nares* denique vim ſpiritus & aëris corpore concluſi aperuiſſe. Verum haec levia & ridicula ſunt, idque unum oſtendunt, nugas agere, & fruſtra laborare, qui hoc ſibi ſumunt negotium tractandum. Quod quum intelligeret, quo erat mentis acumine, *Democritus*, nunquam iſta via progredi voluit ad cauſſae illius rationem, quae foetus in utero conformationem efficeret, explicandam, verum totam hancce indagationem in deſperatis plane quaeſtionibus poſuit. Rogatus hac ſuper re nihil, praeter hoc unum, auctore (*b*) *Ariſtotele*, reſpondit: Ὅτι ἀεὶ ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι. *Sic ſemper neceſſario evenire.* Plura vero his de rebus ſciſcitantes hoc dicto comprimere ſolitus erat: Τὸ ἐρωτᾶν τὸ Διὰ τί, ἐπὶ τῶν πάντων ταὐτόν, τὸ ζητεῖν εἶναι ἐξ ἀπείρου ἀρχήν. *In ea inquirere, propter quae hoc vel illud ita factum eſt, id idem eſt, quod infinitatis initium inveſtigare.* Non ſecus, ac ſi corporum omnium, quae nunc procreantur, origines ex aeternis materiae motibus repetendae eſſent, atque perennes illi motus ex infinito jam tempore ad eorum generationem nonnihil contuliſſent. *Lucretius*, tametſi intoleratiſſime & prorſus arroganter glorietur, ſibi & *Epicuro* integrum eſſe rerum omnium naturales & neceſſarias cauſſas, nulla Dei alicujus ratione habita, demonſtrare,
825 ne verbo quidem hoc argumentum (*c*) attigit. Quamobrem *Ariſtotelis* judicium de

(*a*) *Spinam*] Quae hic commemorantur de cauſſis membrorum dogmata, veterum phyſicorum ante *Ariſtotelem* commenta ſunt, teſte hoc philoſopho *Libro* I. *de partib. animal. Cap.* 1. *p.* 471. 472. De ſpina dorſi ſic docuiſſe refert *Ariſtoteles Empedoclem*: Διόπερ Ἐμπεδοκλῆς ἐν οἷς ἔφησε, λέγων, ὑπάρχειν πολλὰ τοῖς ζώοις, διὰ τὸ συμβῆναι ὥστε; ἐν τῇ γενέσει· οἷον δὲ ῥάχιν τοιαύτην ἔχειν, ὅτι στραφεῖσα κατεαγῆναι συνέβη. *Quamobrem male dicit Empedocles, quum pleraque in animalibus propterea ſic eſſe comparata perhibet, quia ita, quum orirentur, accideret: ſpinam hodie talem eſſe, quod per contortionem acciderit, ut frangeretur & disjungeretur.* Quod vero *Cudworthus* ait, voluiſſe hos philoſophos, ſpinam dorſi ſic fuiſſe formatam, quum ex terra primum emergerent animantia, id nec apud *Ariſtotelem*, nec usquam alias ſcriptum reperio. Neque putem, id a quoquam eſſe dictum. Nam qui hanc ſpinae rationem reddidiſſet, is quidem, cur in primis animantibus ſpina ſic fuiſſet conſtituta, tradidiſſet, non vero, cur eadem hujus oſſis forma in iis quoque animantibus eſſet, quae quotidie naſcuntur, hoc modo explicaſſet. Reliqua paullo poſt *Ariſtoteles* generatim omnibus antiquis phyſicis tribuit. Sic enim *l. c. p.* 472. loquitur: Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰ τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν γίνεσθαι λέγουσιν οἱ ἀρχαῖοι καὶ πρῶτοι φιλοσοφήσαντες περὶ φύσεως· ὅτε δὲ τῷ σώματι, φύσιν μὲν ἐκάστου, πολλὰς τοιαύτας καὶ πᾶσαι ὑποδέχεσθαι τὰ τοιαῦτα καὶ τὰ ἀναπόμενα, τὰ δὲ πνεύματος ἀναβαίνειν, τὰς μυκτῆρας ἀναῤῥαγῆναι. *Haec eadem illi veteres & primi naturae interpretes de ortu plantarum & animalium referunt. Ventrem enim, alvum, omneque cibi & excrementi receptaculum ita conſtitiſſe, quum humor in corpore laberetur & flueret, nares ex rupto patuiſſe, quum ſpiritus ſive flatus transmearet atque diſpelleret.* *Ariſtoteles* autem non inſcite vanas has & ſtultas opiniones profligat. Praeclare quoque adverſus ineptias hasce ac fortiter diſputat *Petrus Gaſſendus Phyſicae Sect.* III. *Membr. poſter. Lib.* II. *Cap.* 3. *p.* 232. *T.* II. *Opp.*

(*b*) *Ariſtotele*] *Lib.* II. *de generat. animal. Cap.* 6. *p.* 629. *Tom.* II. *Opp.* Putem vero, hanc *Democriti* reſponſionem non abſolute ac ſimpliciter accipiendam eſſe, ac ſi nihil hic philoſophus quaeri voluiſſet de cauſſis, propter quas membra hominum & animalium ita formentur, uti in omnibus conſpiciuntur. Namque libri *Ariſtotelis de generatione animalium*, itemque *de partibus animalium earumque cauſſis* pleni paſſim ſunt cauſſis & rationibus, quas *Democritus* attulit ad oſſium, dentium, membrorum generationi inſervientium, & aliorum, quae in animalibus ſunt, origines declarandas: quas quidem *Democriti* cauſſas, ex materiae plerumque neceſſario motu petitas, *Ariſtoteles* multis in locis refellit & repudiat. Praeterea ipſe *Ariſtoteles* collaudat ideo *Democritum*, & *Platoni* longe praefert & *Empedocli*, quod membrorum, carnium, oſſium, ſimiliumque rerum cauſſas.

prin-

Digitized by Google

de cauſſis, propter quas, quae videmus, omnia ſunt condita, *Democriti* longe praeferendum eſſe ſententiae, concludo: Sic vero *Ariſtoteles:* (*) Καὶ ἄμφω μὲν τῷ φυσικῷ λεκτέον αἰτίαν, μᾶλλον δ' ἕνεκα· αἴτιον γὰρ τοῦτο τῆς ὕλης, οὐκ ἐκείνη τοῦ τέλους. *Et ambae quidem cauſſae* (materiales & finales, de quibus dixerat) *tradendae ſunt a phyſico, magis tamen ea, cujus gratia fit aliquid: haec enim eſt cauſſa materiae, non vero materia ipſa eſt cauſſa finis.* Ergo ignaros eſſe prorſus liquet impietatis magiſtros cauſſae illius, quae τὸ εὖ καὶ καλῶς, pulcritudinem illam, ornatum, & admirabilem noſtri orbis compoſitionem peperit & perfecit. Cujus quoniam ſunt neſcii, totius naturae rerum rationem & initia ſimiliter ignorent prorſus, neceſſe eſt, cujus quidem recta veraque cognitio nos non poteſt non ad Deum ducere.

§. LXIII. Tantam autem tamque inſulſam generis hujus ignorantiam & inſcitiam, non deeſſe hodie ex Dei *Chriſti*que profeſſoribus, qui tueantur & ipſi aemulentur, id vero propemodum incredibile videri debet. Enimvero quis eſſe neſcit inter recentiores philoſophos, qui, corpuſculorum individuorum motus unice perſequentes, ſimiliter ut illi veteres, perſuaſum nobis eſſe cupiunt, totam hancce mundi machinam una cum plantis & animalibus ex neceſſario & confuſo minimarum materiae particularum motu unice procreatam eſſe. Si, qua ratione id factum ſit, quaeras; atomos rapidiſſimi turbinis inſtar ajunt primum celeriter circumactas eſſe, aut nullo certo fine ac conſilio propoſito, id eſt, ſine ullius mentis gubernatione, in chaos quoddam indigeſtum coiviſſe. Deum interea hos atomorum

(*) Natural. auſcult. Lib. II. C. 9. (p. 478. T. I. Opp.)

princeps diligenter ſcrutatus eſſet, quam inquiſitionem illi plane philoſophi neglexerint. Vid. *de partib. animalium Lib.* I. *Cap.* 1. *p.* 475. *Tom.* II. *Opp.* & alias. Igitur de parte tantum quadam hujus de cauſſis membrorum diſquiſitionis *Democriti* dictum quin ſit intelligendum, nullus dubito. Atque hoc ex ipſo *Ariſtotelis* loco ſatis apparet, quo illud exſtat; quippe quo non generatim de cauſſis, quae ſingula membra produxerint, ſed de eo unice diſputatur, quare ordine illo, quo naſcuntur, iſta membra naſcantur, aut cur hoc membrum in formatione animantis prius altero perficiatur. Ergo hanc unam quaeſtionem *Democritus* cenſebat eſſe omittendam, negabatque, dilucide explicari poſſe, quare, verbi cauſſa, cor citius reliquis omnibus partibus in animalibus naſcatur: verum ad neceſſitatem, id eſt, cauſſas motus mechanicas hanc unice rem eſſe referendam opinabatur. Verbo: In univerſum inutile cenſebat eſſe *Democritus* diſceptare, quibus de cauſſis eveniat, ut eo modo & ordine coaleſcant animalia in utero matrum, quemadmodum coaleſcunt: verum ſi ad ſingulas ventum erat partes, earumque requirebatur ratio, ſatis ille diſertus & ingenioſus erat.

(c) *Attigit*] Neque hoc abſolute verum eſt, nihil omnino Epicurum dixiſſe de generatione ejusque cauſſis. Dixit certe in univerſum aliquid, tametſi ineptum ſit illud atque omni ratione vacuum. Nempe atomos ſciſcebat ſenſim ac paullatim habitum acquiſiviſſe iſta ſeſe lege atque modo collocandi, quo nunc collocata ſunt in animantibus: qua de ejus ſententia paullo ante quaedam dicta ſunt, quum celebrem ex *Epiſtola* ad *Herodotum* locum apud *Diogenem Laërtium Lib.* X. *Segm.* 75. *p.* 633. illuſtraremus. Expreſſit iſtam hominis plane delirantis ſententiam *Claud. Galenus*, Medicorum Graecorum doctiſſimus, *Libro* περὶ κατὰ μέρος ἀρμοκλίσεων, ſeu *de foetuum formatione Tom.* V. *Opp. edit. Paris. p.* 293. quum Epicureos ait putare, τὴν ἀκολουθίαν τῆς κινήσεως γενέσθαι τοιαύτην ὑπό τινος ἀφύσου ἀλόγου, *motus continuam ſeriem a quadam natura ratione vacante effectam fuiſſe artificialem.* Nam ex hiſce liquet verbis, viſum fuiſſe *Epicuro* temerariam & fortuitam materiae commotionem tempore procedente ſenſim fuiſſe factam artificioſam; idque naturae cuidam brutae & ratione vacuae unice acceptum eſſe ferendum. Haec autem natura ſeu ἄφυσος ἄλογος, quaenam eſſe poſſit, praeterquam crebra unius motus & actus repetitio, quae habitum paullatim induxerit in materiam, equidem non intelligo. Ad incitas ſcilicet redactus ſenex Gargettius cum ratione inſanire maluit quam turpitudinem ſententiarum, quibus ſenex ipſum temere mancipaverat, confiteri.

Digitized by Google

rum ſaltus, luſus, & motus, variosque eorum effectus otioſum inſpectaſſe ac (*d*) deſidem. Hi certe philoſophi, quamvis Deum eſſe fateantur, ipſos tamen veteres Dei contemtores, qui ex motu corpuſculorum profecta ſtatuebant eſſe omnia, impudentia & immoderata temeritate vincunt, quorum quidem nemo eo usque philoſophando progreſſus eſt. Numquam aliquis eorum, quibus nullus eſſe Deus olim videbatur, id a ſe impetrare potuit, ut pulchrum hoc & admirabile naturae rerum aedificium ex fortuita corpuſculorum agitatione ſtatim generatum eſſe ſtatueret; verum omnes, poſt infinitas alias naturae formas & corpuſculorum conjunctiones, magnam partem ineptiſſimas & cito diſſipatas, hunc demum, quem videmus, orbem natum eſſe aſſeverabant. Iidem negabant, perpetuum fore hunc mundi ordinem, ſtructuram, & ornatum, ſed omnia aliquando ad priſtinam confuſionem & primum chaos reverſura eſſe, diſputabant. Praeterea huic noſtro mundo innumerabiles alios adjungebant mundos, pulcritudine & ordine multum inferiores, vixque unum ex millibus, aut decem mundorum millibus tam aptam & concinnam eſſe formam conſequutum, quam hic noſter, quem incolimus, confirmabant. Quorum quidem dogmatum haec una fuit ratio, quod ab univerſo genere humano hoc approbatum & receptum viderent pronuntiatum, quod (*e*) *Ariſtotelis* verbis recitabo: *Τῶν κατὰ τύχην καὶ ἀπὸ διανοίας οὐδὲν ἀεὶ ὡσαύτως γίνεται. Quaecumque casu & fortuna eveniunt, eorum nihil eodem modo & eadem lege ſemper accidit.* At quid hi noſtri philoſophi, qui Deum tamen eſſe tuentur? Negant illi, individua corpuſcula ſua umquam a recti deſciviſſe regula: negant, vel ſemel illa in inconcinnam & deformem inter ſe ſocietatem coiviſſe: e contrario univerſa primo ſtatim momento ſedes ſuas ratione & ordine occupaſſe, ſeque ipſa tam ſcite, prudenter, & belle collocaſſe pugnant, ut, ſi ipſa ſapientia motus eorum temperaſſet, non melior rerum naſci potuiſſet ſtructura & facies. Igitur qui hanc viam ſequuntur, magnum & eximium illud argumentum, quod ab artificioſa rerum naturae fabricatione omnes omnium aetatum ſapientes ad homines in religione adverſus Deum continendos duxerunt, penitus evertunt & deſtruunt. Atqui hoc nulla tamen eſt ra-

826

(*d*) *Deſidem*] *Carteſii* ſententias, id quod omnes ſtatim intelligent, harum rerum non ignari, vir doctiſſimus enarrat. Verum ſectatores philoſophi hujus enarrationem hanc forte conquerentur ad invidiam magiſtro ſuo conflandam unice inſtitutam eſſe: nobiliſſimam enim & optimam phyſices ejus partem omitti, quae omnem facile ſuſpicionem ab eo amoliatur. In fundamentis nimirum philoſophiae *Carteſii* hoc eſſe, materiam, e qua conſtat hic mundus, initio a Deo procreatam, in particulas certae cujusdam magnitudinis diviſam, atque certa motus quantitate impulſam eſſe.

(*e*) *Ariſtotelis*] *Natural. auſcult. Lib.* II. *Cap.* 4. *p.* 469. *Tom.* I. *Opp.*

(*f*) *Conducti eſſent*] *Carteſium*, quem doctiſſimus vir hoc loco infra Epicureos & infenſiſſimos ſupremi Numinis hoſtes ponit, tot defenderunt alii, ut meam is minime qualemcumque deſideret operam. Concedam ego potius, magnum & acutum hominem, contentione ingenii ac meditandi fervore abreptum, in multas incidiſſe opiniones juſto audaciores, quibus ad rem ſuam ornandam uſi ſunt poſtea, qui Deum & religionem ſublatam voluerunt. Nihilo tamen minus comparationem, quae hic inſtituitur, inter veteres Dei contemtores & *Carteſium* minus habere ſolidae veritatis exiſtimo, atque primo videtur adſpectu habere. Nempe quod *Democriti* & *Epicuri* ſectatores poſt infinitas demum, at varias, atomorum concurſiones mundum, qualis nunc eſt, exſtitiſſe opinati ſunt, *Carteſius* vero materiam ſtatim, poſtquam certam motus quantitatem erat adepta, in tam concinnam formam coiiſſe cenſet, id minime illos prae *Carteſio* ſobrios & circumſpectos, hunc vero temerarium & judicio vacuum eſſe, probat, verum potius illos prorſus aegros & amentes, hunc ſaltim ſemiſanum neque prorſus ſtolidum fuiſſe, oſtendit. Epicurei nimirum ideo cogebantur tot tanque varias in immenſo ſpatio corpuſculorum individuorum concurſiones, antequam hic mundus fieret, tantam mundorum multitudinem & reliqua commenta, quae hic enumerantur, fingere, quia

ratio, quae vehementius & acrius mentes hominum commoveat, incitet, & ad Dei reverentiam & amorem ſtimulet. Quae in hujus vero locum ſufficiunt argumenta metaphyſica, ut validiſſima ſint & ingenioſiſſima, multo tamen ſubtiliora ſunt, quam ut multitudinis ingenium capere, & rudem populum ad ſummi Numinis cognitionem adducere queant. Taceo, illos ipſos, in quibus litterae ſunt & eruditio, citius interdum ad contendendum inter ſe & diſceptandum iſtis impelli argutiis, quam certa & minime dubia ſcientia & cognitione imbui. Interim in ſinu gaudent, qui Deum eſſe negant, dum profeſſores Dei & amicos cauſſam ejus aperte vident prodere, neque mediocriter laetantur, quod illos, quos minime decebat, primum & maximum religionis omnis firmamentum ipſos labefactare, neque ſecus cernunt agere, ac ſi a Dei adverſariis ad rem ſuam agendam (*f*) conducti eſſent.

§. LXIV. Equidem primo perſuaſum habeo, genus hoc, quod Deum quidem videri vult profiteri, at nulla tamen divinae virtutis, ſapientiae, & artis documenta & veſtigia in hoc orbe deprehendit, neque ſecus mundum hunc rerumque naturam, ac bruta ſolent animantia, intuetur, incredibili vecordia mentisque ſtupore laborare. Deinde multa evenire in hoc orbe confidenter aſſevero, quae partim vires mechanicarum legum ſuperant, partim illis plane refragantur: quorum quidem rationem nemo umquam reddet, niſi qui ad vitale quoddam principium effectoremque certo cuncta moderantem conſilio confugiat. In his gravitatem corporum numero, qua in medium ſemper locum feruntur, praecordiorum, dum aërem ducimus, commotionem, cordis contractionem & diſtractionem, quam antea muſculorum oſtendimus eſſe *conſtrictionem* & *relaxationem*, neque hanc mechanicam, ſed vitalem. His cum multa licet alia addere, tum in primis interſectionem planitiei tam circuli aequinoctialis, quam lineae eclipticae, ſeu quotidianam terrae motionem circum axem nec orbi eclipticae parallelum, nec planitiei ejus perpendicularem. Novi quidem, (*g*) *Carteſium* omni nobis ratione perſuadere conari, ter- 827
ram,

quia omnem a materiae motu ſapientiam, omnem Dei gubernationem removebant, temereque ac ſine ratione actas & concitatas fuiſſe atomos cenſebant. Incredibile enim erat, atomos, nulla mente aut judicio impulſas, ſtatim in tam ſcitam & elegantem, qualem natura rerum habet, formam coactas fuiſſe. *Carteſio* vero his omnibus commentis nihil opus erat, quia materiam a Deo conditam eſſe, motumque omnem ab ipſo Deo accepiſſe, tuebatur. Materia nimirum & motus materiae ſi a Deo ſunt, neceſſe quoque eſt, leges, ad quas movetur & concitatur materia, Dei eſſe leges & inſtituta. Ubi autem leges vigent ab ipſo Deo profectae, ibi nihil mirum eſt pulcritudinem & ornatum confeſtim naſci, omniaque ſapienter & ordine ab ipſo motus initio diſponi atque collocari. Quare tantum abeſt, ut diſcrimen hoc, quod inter *Carteſium* & *Epicurum* eſt, illi dedecoris afferre aliquid exiſtimem, ut potius ad excuſandum illud *Carteſium* nonnihil valere mihi perſuadeam *Cudworthus* noſter ea potiſſimum de cauſſa tantum in *Carteſium* concepiſſe odium videtur, quia, quod paullo poſt monebitur, cauſſas finales ex phyſica ſua ejectas plane voluit: quod quidem parum prudenter & conſiderate ab hoc philoſopho factum eſſe, nemo religionis & pietatis amans negaverit.

(*g*) *Carteſium*] Vid. *Principia* ejus *philoſophiae Part.* III. §. 155. *p.* 136. & *P.* IV. §. 2. *ſ. p.* 137. Recte me facturum credidi, ſi ipſis, quoad poſſem, *Carteſii* verbis, a quibus *Cudworthus* liberius divagatur, has ejus explicarem ſententias. Praeter *Cudworthum* vero, plures alii copioſius & uberius in hoc inopinatum *Carteſii* dogma diſputarunt: e quibus omnium inſtar eruditiſſimos *Cudworthi* cives nomino, *Henr. Morum Enchiridii Metaphyſ. Cap.* 14. *p.* 42. *Sam. Parckerum Diſput. de Deo & providentia Diſſ.* III. *Sect.* XXVIII. *p.* 335. *ſ. David. Gregorium* in *Aſtronomia phyſica & geometrica Libr.* I. *Prop.* LXXVI. ut de *Iſ. Newtono* & aliis nihil dicam. De cauſſis, quae *Carteſium*, ut ita ſentiret, adduxere, non

ram, quam homines incolunt, olim ſolem fuiſſe, ideoque in medio minoris cujusdam vorticis loco conſtitiſſe; axis vero ejus directionem a partibus coeli pependiſſe, a quibus primi elementi materia verſus ipſam fluxerit, neque ideo ſitum eam mutaſſe, eo quod ſtriatae particulae nusquam foramina exeundi & elabendi, niſi directione hac manente, reperire potuerint. Sed idem tamen confitetur *Carteſius*, duplicem terrae converſionem, diurnam ſcilicet & annuam, multo commodius peractum iri, ſi fieret circa parallelos axes: eaque de cauſſa, jubentibus ita legibus mechanicis, fore ſtatuit, ut cauſſae hoc impedientes paullatim utrimque immutentur, atque declinatio eclipticae ab aequatore ſenſim minuatur, donec utriusque paralleli fiant axes. Verum nihil hujus rei adhuc accidit, neque illis, qui bis mille abhinc annis ad noſtra usque tempora diligentiſſime coeli ſiderumque ſtatum & motus ſcrutati ſunt, vel minimam ejusmodi appropinquationem animadvertere licuit. Quare illis, qui rationem utriusque hujus terrae noſtrae converſionis, unius diurnae, alterius annuae, circum axes plane diverſos, neque ſibi parallelos, ſibi explicandam proponunt, id unum relictum eſt, ut a ſapiente quadam conſiliique compote natura haec eſſe conſtituta fateantur, quae τὸ βέλτιστον ſeu id, quod optimum eſt, hic etiam ſpectaverit, eaque de cauſſa ſic omnia temperaverit, quo hiemes & aeſtates, quaeque in temporibus annua vice fiunt, inde exſiſterent. Nihil vero eſt in tota rerum natura, quod hominum magis admirationem commoveat, quam ſtructura corporum animatorum, cujus utrum varietatem, an artem majoris aeſtimes, propemodum neſcias. Neque ita rudes ſunt philoſophi noſtri mechanici, ut neceſſarium materiae motum, nulla mente, nullo conſilio munitum, tantae rei explicandae ſufficere exiſtiment. Itaque huc ubi ventum eſt, repente ſilent, corporaque animalium prudentes intacta plane dimittunt. Exſtat quidem libellus *de formatione foetus*, *Carteſio* adſcriptus & poſt obitum ejus editus, quo ad hoc quoque negotium explicandum fortuitus materiae motus legesque mechanicae adhibentur. Verum ſi id ſpectes ſcitum, quo haec tota diſputatio nititur, *ipſam feminis materiam ovi compoſitionem ingredi*, nihil primo longius a vero remotum eſt: id quod doctiſſimus *Harvejus Libro de generatione* egregie docuit. Totus deinde libellus conjecturis & ſuſpicionibus continetur infinitis dubitationibus & exceptionibus obnoxiis. Denique differentias, quibus ſecernuntur animalia, ne attingit quidem *Carteſius*, neque ullam ſuppeditat rationem, quare unius generis animal ex ſemine alterius generis animalis naſci & prodire (*b*) nequeat.

§. LXV. Equidem ſcio, quibus ſeſe praeſidiis tueri ſoleant, qui has rationes ſe-

inepte diſſerit *Henr. Morus* in *Epiſtola de philoſophia Carteſiana* §. 26. *p.* 52. *ed. Lond.* 1711. 8. ad calcem *Enchiridii Ethici.*

(*h*) *Nequeat*] Hiſtoriam libri hujus *Carteſii de formatione foetus* lege apud *Adrian. Bailletum Vie de Mr. Des Cartes Tom.* II. *Lib.* VII. *Cap.* 19. *p.* 393. *ſ.*

(*i*) *Meditationibus*] *Meditatione* IV. *p.* 26. *ed. Amſtel.* 1685. 4.

(*k*) *Principiis*] Vid. *Part.* I. §. 28 *p.* 8. Adde omnino *Part.* III. §. 2. 3. *p.* 50.

(*l*) *Ariſtotelem*] *Lib.* 4. *de partibus animalium Cap.* 10. *p.* 559. 560. *T.* II. *Opp.*

(*m*) *Cauendi*] Longus hic eſſe poſſem, ſi cum ea, quae ad accuſandum *Carteſium* a viris ingenioſiſſimis diſputata ſunt, tum quae ad eumdem excuſandum amici magni hominis attulerunt, enumerare ac expendere vellem. Sed quid ea juvat multis enarrare, quae neminem harum rerum peritum fugiunt? Diligentiſſime & ingenioſiſſime hoc totum *de cauſſis finalibus* argumentum Phy-

Digitized by Google

ſequuntur. In conſiliis divinis & operum ejus cauſſis explicandis philoſopho propterea negant multum eſſe laborandum, ne ſibi eamdem, qua Deus ipſe valet, ſapientiam arrogare, ac voluntatem ejus retruſam penitus & ab humana cognitione remotam patefacere velle ingenio videatur. Ita *Carteſius* in (*i*) *Meditationibus metaphyſicis*, *Atque*, inquit, *ob hanc unicam rationem totum illud cauſſarum genus, quod a fine peti ſolet, in rebus phyſicis nullum uſum habere exiſtimo: non enim absque temeritate me puto inveſtigare poſſe fines Dei.* Idem fere in (*k*) *Principiis philoſophiae* inculcat: *Nullas unquam rationes circa res naturales a fine, quem Deus aut natura in iis faciendis ſibi propoſuit, admittimus, quia non tantum nobis debemus arrogare, ut ejus conſiliorum participes eſſe poſſimus.* Sed hoc minime in diſceptationem vocatur: An nos ii ſimus, qui latentes ſemper praepotentis Dei rationes & arcana conſilia eruere, ac in unaquaque re, quod praeſtantiſſimum eſt & optimum, perſpicere, inde vero 228
poſtea cauſſas elicere queamus, propter quas hoc vel illo modo res omnes factae ſint aut fieri debuerint? Verum hoc unice in quaeſtione ponitur: An Deus res quasdam certa ratione & conſilio, & utilitatis quidem cauſſa, aliter fabricatus ſit, atque alioquin natura fortuitusque materiae motus tuliſſet? Equidem tam me eſſe hebetem lubens profiteor, ut nullo plane pacto intelligam, quo jure is aut juſto arrogantior aut nimis curioſus abditorum Dei conſiliorum explorator videri queat, qui oculos decernit a Deo eſſe ad videndum factos, aures ad audiendum comparatas, ideoque membra haec, quam fieri poterat, apte & ſcienter ab eo ad hanc opportunitatem obtinendam compoſita eſſe. Certe tanta hujus rei eſt perſpicuitas, ut aut tardo plane & obtuſiſſimo ſit ingenio oporteat, aut animo laboret ad credendum propter impietatem, qua aegrotat, vehementer difficili, tametſi ficta labem hanc modeſtia tegat, cui aliquid de ea dubii in mentem venire poteſt. Proinde (*l*) *Ariſtotelem* recte *Anaxagoram* increpaſſe judico, quod abſurdum hoc pronuntiatum aliquando ſibi paſſus ſit excidere: *Διὰ τὸ χεῖρας ἔχειν φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζώων τὸν ἄνθρωπον. Homo prudentiſſimus eſt animalium, quoniam unus omnium manus a natura habet.* Ipſe contrarium nil dubitat his verbis conſtituere: *Εὔλογον ἦν, διὰ τὸ φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζώων, χεῖρας ἔχειν. —— ἡ γὰρ Φύσις ἀεὶ διδοῖ, καθάπερ ἀνθρώπῳ φρονίμῳ, τῷ δυναμένῳ χρῆσθαι ἑκάστῳ· συμφορώτερον γὰρ τῷ ὄντι αὐλητῇ δοῦναι μᾶλλον αὐλούς, ἢ τῷ αὐλοὺς ἔχοντι συμβαίνειν αὐλητικῷ. Sed rationi conſentaneum eſt, ut credamus, ideo manus recepiſſe hominem, quo prudentiſſimus omnium eſſet animalium. —— Natura enim, quod homo prudens ſolet, id unicuique ſolet tribuere, quod ipſi utile eſt ac convenit. Rectius nimirum eſt tibias dare homini, qui peritus eſt tibiis canendi, quam tibias jam habenti peritiam artis dare tibiis* (*m*) *canendi.*

§. LXVI.

Phyſicorum ſuperioris ſaeculi facile princeps, *Rob. Boylius*, perſequutus eſt, ſempiternum gentis Britannicae decus, *Libro de cauſſis finalibus Londini* 1688. *in* 8. edito, quem notiorem piuribus eſſe vellem, quam eſt hodie. Atque is *Sect.* I. *p.* 10. *ſ.* ſigillatim praeclare adverſus *Carteſium* pugnat. Adde *Jo. Rojum*, eximium periter ex Anglis naturae ſcrutatorem, *The wisdom of God manifeſted in the works of the creation P.* 1. *p.* 28. qui *Cudworthi* totam diſputationem deſcripſit & probavit *p.* 33. Ad purgandum vero quae valent aliquid *Carteſium*, ea *Petr. Poiretus* non ita pridem ſtudioſe obſervavit *Meditationib. de Deo, anima, & homine Lib.* III. *Cap.* 15. §. 8. 9. Equidem nonnullis contentus ero obſervatiuncula. (I.) Primo igitur facile, ut credam, adducor, *Carteſium*, ut *cauſſas*, quas *finales* vocant, e phyſica ſua ejiceret, non tam animi quadam ſcabie & erga Deum impietate commotum fuiſſe, quam philoſophiae, cujus parens exſtitit, amore magnam partem ac ſtudio. Multas nimirum quum de rebus naturalibus conjecturas & divinationes protu-

Digitized by Google

829 §. LXVI. Ab hoc gradu depulſi philoſophi noſtri, quorum praecepta perſequimur, aliam, qua ſe munirent, rationem excogitarunt, eamque paullo probabiliorem, nec omni plane ſpecie deſtitutam. Majeſtate dicunt divina indignum eſſe, tot levium & minutarum rerum procuratione diſtineri, omniaque, quae accidunt in

tuliſſet, multa etiam quum poſuiſſet inaudita & admirabilia, fore multos proſpiciebat, qui cauſſas ſciſcitaturi eſſent, propter quas Deus talem, qualem *Carteſius* volebat eam eſſe, naturam rerum condidiſſet. Moleſtos hoſce inquiſitores quo a finibus ſuis arceret philoſophus, praeceptaque ſua ab innumeris quaeſtionibus libera praeſtaret, nihil fore ratus eſt utilius, quam ſi res ipſas unice ſpectandas, de cauſſis autem rerum, quas humana mens perſpicere ob ſummam imbecillitatem haud valeret, non eſſe magnopere deliberandum, in primis ſcientiae ſuae phyſicae fundamentis poneret. Quieti igitur & gloriae ſuae conſulere, Deo autem & religioni nocere haud voluiſſe videtur, tametſi alios non negem idcirco tantum *cauſſis finalibus* bellum indixiſſe, ut Deum, his remotis, ſecurius aggrederentur. Memini, hoc jam bene obſervatum eſſe ab *Henr. More Ep. de philoſ. Carteſiana* §. 2. *p.* 6. At (II.) aegre mihi perſuadeo, praeter hanc, nullam habuiſſe aliam, cur ita ſentiret, philoſophum rationem. Etenim ad importunos percunctatores abigendos ſatis habuiſſet praeſidii, ſi multarum, quas Deus comparavit, rerum cauſſas ignotas eſſe hominibus praecepiſſet: quo nihil verius eſt. At multo plura *Carteſius* audet, &, quod certe periculoſum eſt, nullam omnino nobis patere cauſſam operum divinorum, libere ſtatuit. Sic enim in *Reſponſione ad objection. Gaſſendi* in *Petr. Gaſſendi Oper. Tom.* III. *p.* 359. *Nec fingi poteſt*, inquit, *aliquos Dei fines magis, quam alios, in propatulo eſſe:* OMNES *enim in imperſcrutabili ejus ſapientiae abyſſo ſunt eodem modo reconditi.* Ad quae verba *Gaſſendus* praeclare reſpondit *p.* 361. Fuerit igitur, neceſſe eſt, aliud quiddam in animo *Carteſii*, quo, ut ſuos a *cauſſarum finalium* inveſtigatione abduceret, incitatus eſt. Atque hoc quale fuerit, facile, ut arbitror, perſpicere licet rationem phyſices Carteſianae attentius meditanti. Dei nimirum opera, quod *Stratonem* quondam gloriatum eſſe accepimus, negabat *Carteſius* ſeſe uti ad mundum fabricandum: ponderibus enim & momentis naturalibus ad leges motus, quas excogitaverat, omnia eſſe facta praecipiebat. Atqui huic ſententiae ceterisque inventis ſuis, in quibus tantum conſumſerat operae, ne multum detraheretur, metuebat, ſi certo fine & conſilio ſtatuerentur a Deo eſſe omnia condita, quae nos circumſtant, corpora. Namque rem aliquam ſtatuere magna ſapientia & praeclaro conſilio ad certos generis humani uſus factam eſſe, ſimul vero opificis & architecti moderationem & virtutem ab ejus fabricatione prorſus removere, ea plerisque omnibus ita videntur eſſe disjuncta, ut a nemine, niſi parum ſano, conjungi queant. Solem qui nil dubitat eo fine conditum eſſe, ut non modo lumen huic orbi miniſtret, ſed etiam rerum naturam foecundam reddat, is non poteſt non in eam venire cogitationem, ſapientiſſimam naturam particulas, ex quibus ſol conſtat, coëgiſſe, eaque ratione prudenter temperaſſe ac diſpoſuiſſe, ut iſti uſus exiſterent. Par reliquarum rerum omnium eſt ratio. Simulatque finem alicujus corporis animo concipimus, quacumque etiam contentione ingenii enitamur, ut, praeter neceſſitatem & motus regulas, conſtructioni ejus nihil praefuiſſe nobis perſuadeamus, ſemper tamen repugnat ſenſus quidam interior, nec quieſcere nos ſinit, donec ad opificis cujusdam ſapientiam nos recipiamus. Quod quum facile perſpiceret *Carteſius*, rebusque ſuis maximum ex hac mentis noſtrae affectione periculum creari animadverteret, hanc ſibi ante omnia legem rogandam eſſe ratus eſt: *De cauſſis finalibus, quippe quae nulli cognitae ſunt, perpetuum eſto in academia mea ſilentium.* Periculoſe, fateor, ne quid dicam gravius. At quid non poteſt immoderatus ſententiarum amor, in quibus inveniendis diu ſudavimus? Fortaſſis etiam, hanc ut legem ſciſceret philoſophus, illa nonnihil cauſſa contulit, quae *Verulamium*, ut idem ante *Carteſium* praeſcriberet, adduxit. Veri nimirum phyſici inveſtigandi cupidus *Verulamius* metuebat, ne omnis prorſus cauſſarum naturalium indagatio, cauſſis finalibus ſuſceptis ſemel atque confirmatis, intermitteretur ac negligeretur. Vid. *de augmentis ſcientiar. Lib.* III. *Cap.* 4. Sed hunc metum vanum omnino fuiſſe, ipſemet, ſi in terram hodie reverteretur *Verulamius*, totque inſpiceret recentiorum phyſicorum eximia volumina, lubens conſiteretur. (III.) Ipſa interim prima phyſices Carteſianae ſi ſpectemus initia, idemque vere ſenſiſſe, quod verbis decrevit, acutum & ingeniosum virum arbitremur, quod quidem officium aequitas a nobis flagitat, fieri nullo modo potuit, quin certos propter fines naturam eſſe comparatam putaret. Iſtam enim, quae in materia ineſt, motus quantitatem ab ipſo ſummo Numine in eam eſſe introductam praecepit: ipſam quoque materiam a Deo eſſe conditam ſtatuit. Non negavit autem, credo, potuiſſe Deum vel alius generis materiam creare, vel majorem etiam aut minorem motus portionem cum iſta, quam condidit, materia copulare. Porro praevidiſſe ſupremum Numen, quae eventura eſſent, omnia, ſi eam, quam

in hac rerum universitate, perficere: ipsam quoque naturam nimis a perfectione remotam fore, si, re quadam deficiente & sublata, semper ad eam restituendam miraculo opus esset. Verum neque ad haec diluenda labor magnus requiritur. 830 Divina sapientia totius universitatis constitutionem ipsa machinata est, omniaque certo

quam accepit, motus quantitatem materia nanciscetur, haud dubie concessit. Atqui omnibus hisce positis, consentaneum omnino est, ut Deus cum certo consilio egisse, quum materiam conderet atque concitaret, tum omnium illarum rerum, quas motus iste peperit olim & parit quotidie, parens & auctor unicus credatur. Finge, *Archimedem* tanto valuisse robore, ut orbem terrarum non modo loco suo movere, verum etiam talem motus & quantitatem & qualitatem, qualem voluisset, globo huic dare potuisset: adde, accurate prospexisse philosophum hunc, quidnam futurum esset, qualicumque demum motus genere hunc orbem donaturus esset. Isne mathematicus, si, rebus omnibus expensis, motum circularem, eumque velocissimum, reliquis motus generibus antetulisset, summo jure & consilio egisse, & effectorum omnium ex isto motu prodeuntium caussa & auctor unicus videretur? (IV.) Miror ceterum, quonam modo a se impetrare queant philosophi illi, qui cum *Cartesio* ad caussas omnia mechanicas referunt, neque Deum tamen tollunt cum sapientissimum, tum potentissimum, ut usus quidem rerum nobis esse cognitos dicant, nullo vero modo fines. Equidem sic rationem subducerem: Quia usus nobis rerum cogniti sunt, Deus autem sapientissime materiam concitavit, ideo nec fines rerum, quas Deus fecit, prorsus ignoramus. Scilicet Deus, quum materiam, quae nulla erat antea, produceret atque certa motus quantitate instrueret, sine ulla vidit controversia, homines manibus, pedibus, auribus, oculis, aliisque membris praeditos prodituros esse: vidit etiam, homines istis oculis ad videndum, auribus ad audiendum usuros esse. Illud autem si vidit & intellexit, nonne simul ad istos usus haecce membra praeparari atque componi a materia passus est? In homine, qui *Democritum* aut *Epicurum* sequitur, non admodum miror, si usus relinquat rerum, fines vero tollat: postulat id philosophiae, quam probat, ratio. At idem facere hominem, qui Deum nihil eorum fugisse statuit, quae motus materiae ab ipso impressus effecturus esset, id vehementer mihi a ratione & philosophiae, cui se tradidit, natura remotum videtur. E contrario omnem legitimum & rationi consentaneum rei alicujus usum in finibus Dei ponendum esse arbitror. Si quis esset inter homines architectus tam validus tamque sapiens, qui materiam a servis convectam ea ratione concitare posset, ut concinna & omnibus suis partibus constans ex eo motu domus nasceretur, nihilque simul ignoraret opportunitatum illarum, ad quas incolae domum illam adhibituri essent, isne jure optimo ad omnes illos usus & opportunitates domum istam construxisse diceretur? Quidnam igitur, quaeso, hoc est, quod philosophi nostri mechanici, qui Deum & rerum omnium providum & motus omnis auctorem faciunt, tam caute usus a finibus secernere jubent, hosque nobis ignotos, illos vero notos nobis esse sanciunt? Num secreta quaedam est impietas? aut scientiae, ad quam sese adjunxerunt, amor? aut nescio quid aliud, quod ipsi forte nesciunt? (V.) Discant vero hi philosophi, si nos forte parum intelligentes rerum suarum existimatores esse putent, ex homine profano & verae religionis ignaro, quonam via ista, quam sequuntur, ducat, & quam modicum illud intervallum sit, quo ab illis distent, qui omnem religionem conculcant. *Plutarchum* intelligo, qui *Libro de facie in orbe lunae Tom.* II. *Opp. p.* 927. Stoicos Deum esse fatentes, at caussis omnia simul mechanicis tribuentes, tam belle increpat, ut digna sit, quae hic legatur, orationis ejus particula. Εἰ μὲν γὰρ, inquit, ἀδὲν ἄλλο τι τῶν κόσμου μερῶν παρὰ φύσιν ἔχει, ἀλλὰ ἕκαστον ἐν τόπῳ κεῖται, μηδενὸς μεθιδρύσεως μηδὲ μετακοσμήσεως δεόμενον, μηδὲ τὸ ἀρχὴ δοῦναι, δόντα, τί ἂν προοίμιος ἔργον εἶν, ἢ τίνα γένεσιν ποιητὴς ἢ πατὴρ δημιουργὸς ὁ Ζεὺς ἀφιστάτο; ἢ γὰρ ἐν τεταγμένῳ τακτικῶν ἑαυτῷ, ἢ τεταγμένῳ ἕκαστα ἀφ' ἑαυτοῦ τάξιν τε καὶ χώραν καὶ καιρὸν, ἃ δεῖ λαβεῖν καὶ διαφυλάττειν· εἰδὼς κατορθῶν, εἰδὼς οἰκοδομῶν, τί πρῶτον μὲν τὸ ὕδωρ ἀφ' αὑτοῦ πίπτειν ἐπῆκται τοῖς δεομένοις καὶ κατάρδειν ἐπιρρέον, πρὸ δὲ πλίνθοι καὶ ξύλα καὶ λίθοι τοῖς κατὰ φύσιν χωρίοις τραπεῖς καὶ ἱσταμένοις ἐξ ἑαυτῶν κατελαμβάνειν τὸν προσήκοντα κόσμον καὶ χώραν. *Si nulla mundi pars praeter naturam fuit affecta, sed unumquodque ita jacet, ut natum est, nullius translationis, nullius mutationis indigens: quibus ne in ipso quidem rerum exordio opus habuerit: miror, quodnam sit munus providentiae, aut quid fecerit pater ille & artificiosissimus opifex Jupiter. Non enim in exercitu opus est scientia ordines instruendi, si sua sponte quivis militum noverit suum locum, ordinem & statienem, quam occupare debeat ac tueri. Neque opus erit hortulanis, aut qui domos aedificent, si quidem ultro aqua affluat: plantis irrigatione indigentibus, aut lateres, ligna & lapides naturalibus motionibus per se in locum suum & desideratam concinnitatem abeant.* Reliquam *Plutarchi* orationem, in qua multa sunt peregregie dicta, apud ipsum legant, qui harum rerum aliqua cura tanguntur.

certo conſilio & optima ratione diſpoſuit: at natura, tamquam Dei miniſtra, quae ipſemet decernit & conſtituit, perficit, & mandata ejus exſequitur. Naturam vero dum nomino, non vita vacuam, caſui & fortunae obnoxiam, legibus denique mechanicis alligatam, verum vitalem, artis compotem atque ordine progredientem naturam intelligo. Juvat hujus naturae, quam plerique veterum philoſophorum profeſſi ſunt, qui Deum eſſe crediderunt, deſcriptionem ex (*n*) *Proclo* recitare: (*) Ἡ Φύσις ἐχάτη μέν ἐςι τ τὸ σωματοειδὲς τοῦτο καὶ αἰσθητὸν δημιεργήντων αἰτίων, καὶ τὸ πέρας ᾧ τ ἀσωμάτων ἐπιῶν πλάτως· πλήρης ᾧ λόγων καὶ δυνάμεων, δι ὧν κατ᾽ ἀλήνη τὰ ἐγκόσμια· τοιαυτη δ᾽ ἔσα περιελήλυθεν ὑπὸ τ ζωοτόνε θεᾶς.

Νώτεις δ᾽ ἀμφὶ, θεᾶς Φύσις ἄπλετ@· ἠύτη.

ἀφ᾽ ἧς πᾶσα ζωὴ πρόεισιν, ἥ τε νοερὰ καὶ ἡ ἀχράντ@ τ δοκιμίων· ἐξηρτημένη δ᾽ ἐκείθεν καὶ ἀπηωρημένη, Φωτὸς ᾀεὶ πάντ@ ἀκηλύτως, καὶ πάντ@ ἐμπνεῖ· δι ἣν τὰ ἀψυχωτάτα ψυχῆς μετέχει πως, καὶ τὰ φθαρτὰ μᾶλλον ἀθανασίας ἐν τῷ κόσμῳ παῖς ἐν αὐτῇ τ εἰδῶν αἰτίαις συνέχεται.

Ἕπεται δ᾽ αὖ Φύσις ἀπαμάτη κόσμων τε καὶ ἔργων.

Φησὶ τὸ λέγειν.

Οὐρανὸς ὄφρα θεὴ δρόμον αἰὲν κατασύρων.

καὶ τὰ ἐξῆς. *Natura poſtrema eſt omnium illarum cauſſarum, quae mundum hunc corporeum & in ſenſus cadentem fabricatae ſunt, ultimusque terminus naturarum a corpore ſecretarum. Plena eſt illa rationum & facultatum, per quas gubernat & moderatur omnia, quae in orbe terrarum fiunt & accidunt. Procedit enim, ſicut magica dicunt oracula, ex ſuprema illa Diva, ſapientia divina, quae fons eſt omnis vitae, tam intellectualis, quam ejus, quae materiam adjunctam habet. Natura igitur, quae cum hac ſemper ſapientia conjuncta eſt, & ex ea pendet, res omnes, nulla re impediente, penetrat, & omnia inſpirat. Hinc & illae res, quae anima ceteroquin carent, vitae quoddam genus ſortiuntur, resque corruptioni obnoxiae aeternum tamen manent in mundo: namque formis & ſpeciebus ſuis, tamquam cauſſis, continentur. Hiſce concinunt oracula magica, quae naturam ajunt praeſidere toti mundo corporeo, & coelos perpetuo in orbem torquere.* Vides luculentam unius vitae, animae, & ſpiritus, per univerſam naturam rerum fuſi, divinaeque voluntati parentis, deſcriptionem. Huic vero idem *Proclus* (*o*) alio in loco naturas alias minores ſive rationes, quas *ſeminantes* vocat, ſociat. En ipſa hominis verba: Μετὰ τ ψυχὰν τ πρώτην ψυχαὶ, καὶ ᾧ τ ὅλων φύσιν φύσεις. *Principem animam ſequuntur animae inferiores, & naturam univerſalem excipiunt naturae particulares.* Erat *Proclus* hicce, id quod praetereundo liceat animadvertere, totus ex ſuperſtitione compoſitus, Deorumque minorum turbae amplificandae praeter modum deditus, ita ut quamlibet fere rem in Deorum aggregaret numerum. Hinc evenit, quod hanc quoque naturam Deam ſalutat. At hoc tamen parum fieri proprie fatetur,
831 naturamque, quoniam rationis ſit inops & conſilii, eodem modo tantum *Divam* eſſe perhibet, quo corpora coeleſtia ſolis, lunae, & ſiderum, quibus animam ducebat ineſſe, Dii vocarentur, tametſi Deorum ſtatuae & ſigna tantum eſſent. Haec ſen-

(*) Steph. poëſ. philoſ.

(*n*) *Proclo*] *Comm. in Timaeum Platon. Lib.* I. *p.* 4. *edit. Graecan.*

(*o*) *Alio*

Digitized by Googl

ſententia eſt verborum ejus, quae adſcribo: Καὶ θεὸς μὲν τῷ ἐνθεῖσθαι, ἢ οὐκ αὐτόθεν ἔχειν τὸ εἶναι θεός· ἢ γὰρ τὰ θεῖα σώματα θεὸς καλεῖσθαι, ὡς ἀγάλματα τῶν θεῶν. *Natura Deus eſt aut Dei, non ac ſi divinitatem haberet ſibi propriam, verum eo ſenſu, quo divina corpora Dii appellantur, quia ſtatuae & ſigna Deorum ſunt.* Quae quum ita ſint, vix ac ne vix quidem a me impetro, ut de iſto philoſophorum genere, quod omnia corpora ex naturae vitae ſenſusque expertis ſinu prodiiſſe, materiamque brutam temere & fortuito concitatam, nec ulla mente aut conſilio gubernatam, totum hoc, quod videmus, univerſum generaſſe diſputat, praeclare & benigne ſentiam. Magna, ſi quid ego video, hi ſapientes cognatione ac neceſſitudine conjuncti ſunt cum ſupremi Numinis inimicis, vel etiam impio quodam furore animati, qui ad omnia eos divina contemnenda incitat. Eodem certe morbo detinentur, quo illos oppreſſos videmus, qui religionibus & ipſi Deo bellum indixerunt: utrique nimirum obſtinate ſunt increduli.

§. LXVII. Ceterum ſectae huic, quae, tametſi Deum eſſe fatetur; totam tamen naturam ad leges revocat mechanicas, aliud oppoſitum eſt philoſophorum genus, quod nec caſui & fortunae, neque legibus aliquid mechanicis tribuit, & Deum tamen eſſe negat. Illos intelligo, qui vitam ineſſe putant materiae. His philoſophis perſuaſum prorſus eſt, opera naturae eſſe opera intelligentiae, nec ullo fieri modo potuiſſe, ut bruta vitaeque omnis inops materia, nulla lege ac ratione commota, corpora omnia produceret & generaret. Quamobrem *Stratonem*, quae *Democritus* de corpuſculis aſperis & laevibus, hamatis & uncinatis praedicare ſolitus erat, ſuaviter irriſiſſe & ad nugas retuliſſe ac ſomnia, accepimus. Sed nihilo tamen minus iidem, praeter corpora & materiam, nil eſſe ſtatuunt in rerum natura, quod per ſe conſiſtat, eaque de cauſſa vitam atque ſenſum cum omni naturaliter conjunctum eſſe materia exiſtimant. Materiam nimirum, ſenſu licet interiori careat, perfecte tamen credunt intelligere, quidnam ipſa vel ferre valeat, vel facere, facultateque ſemet ipſam, quam fieri poteſt, optime & aptiſſime fingendi praeditam eſſe: hinc eamdem partes ſuas nunc ita diſponere & ordinare, ut ſenſus ex illarum coagmentatione naſcatur, qualis in brutis eſt animantibus, nunc eo modo, ut ratio & judicium, quo valent homines, exſiſtat. Ergo horum ſi placitis obtemperandum ſit, nil cauſſae erit, cur Deum, ſeu perfectiſſimam mentem, & naturam intelligentem, toti rerum univerſitati praeſidere putemus. Nam quae de Deo vulgo feruntur inter homines, ea perhibent inde unice profecta eſſe, quod materiam non ex toto contemplati ſint, verum vitam & vim effectricem, cujus ea particeps eſt, ab ea cogitando ſecreverint, non ſecus ac ſi haec ſeparatim per ſe exſiſteret & ageret. Verum neque hoc genus, quod vitam attribuit materiae, pulchritudinis illius, conſtantiae, & ordinis, quibus naturam rerum videmus exornatam, origines & cauſſas iſta philoſophandi via demonſtrare valet. Quamlibet enim materiae particulam propria & peculiari praeditam eſſe ducunt perceptione ac cognitione, quae res extra ſe poſitas non attingat; naturam vero negant eſſe, toti univerſitati leges ferentem & cuncta moderantem. His autem poſitis, ubi cauſſam illam reperiemus, quae effecerit, ut omnia, quibus mundus hicce continetur, ἐν ᾧ πάντα συνήκται, *in quo omnia certa lege ſociata* &

(b) *Alio in loco*] *Lib.* II. *in Timaeum p.* 118.

Digitized by Google

& conjuncta sunt, tam amice inter se coirent, tamque jucundum & amabilem conficerent concentum, quem omnes admirari convenit? Iniquiori etiam loco versantur in hac caussa, qui, ne Deum fateri cogantur, universum mundum unam esse ingentem arborem vel plantam autumant, natura quadam fictrice ac artis participe animatam, quae omnia via atque ratione, sensus ipsa licet expers sit ac intelligentiae, fingat & efficiat. Nam quis, quaeso, sanus credat, esse naturam ejusmodi artis & ordinis compotem, neque tamen perfectam quamdam mentem & sapientiam exsistere, unde illa hausta sit, cujusve mandatis pareat. Ergo rationem sic concludamus, neminem illorum, qui Deum esse nolunt, ad caussas rerum naturalium, in primis admirabilis mundi hujus structurae & harmoniae, explicandas aptum esse, veramque philosophiam seu caussarum cognitionem eo homines ducere, ut Deum esse fateantur.

§. LXVIII. His, quae disputavimus, ut sine Deo doceremus neque mentis & animi in hominibus & animantibus, neque motus corporum exterioris, neque artificiosissimae rerum ad certos fines & usus structurae, nec denique singularis,
132 quae naturam omnem coërcet, harmoniae rationem aperiri posse, ortum etiam hominum & grandiorum animantium licebit addere. Quotquot ad fortunam atque casum cuncta referunt, & mundi tamen aeternitatem inficiantur, naturamque rerum certo momento natam esse tuentur, id quod totam eorum familiam facere notum est, qui *Democriti* & *Anaximandri* disciplinam probant, illi nihil, quod vel primum sustineat impetum, respondere possunt scisscitantibus; unde primi homines, unde majora animantia, quae non nisi maris & feminae conjunctione nascuntur, exstiterint? *Aristoteles Libro de generatione animalium* haec scripta reliquit: (*) Περὶ τ᾽ ἀνθρώπων καὶ τετραπόδων φύσεως ὑπολαβεῖν τις ἂν, εἴπερ ἐγίγνοντό ποτε γεώδεις, ὥσπερ φασί τινες, δύο τρόπων γενέσθαι τὸ ἕτερον· ἢ γὰρ ὡς σκώληκες συνισταμένης τὸ πρῶτον, ἢ ἐξ ὠών. *De prima hominum atque quadrupedum generatione, si quidem ex terra procreati sunt & geniti, non male existimes, altero horum modorum id contigisse: aut sicuti vermes ex putredine primum prodierunt, aut vero ex ovis excusi sunt*, e terra nimirum natis. Idem, nonnullis interjectis, ita decernit: (†) Εἴπερ ἦν τις ἀρχὴ τῆς γενέσεως πᾶσι τοῖς ζώοις, λόγον δυεῖν τούτων εἶναι τὴν ἑτέραν. *Ergo si initium ullum generationis omnium animalium fuit, alterutrum de his fuisse apertum est verisimile esse.* Notum est, *Aristotelem* aliis in locis pro aeternitate mundi dicere. Hac vero qui sunt opinione imbuti, illi primum quemdam marem ac primam feminam in ullo genere animalium exstitisse aliquando negant, contra unum animal ex altero ab omni aeternitate genitum & procreatum esse statuunt. Qua quidem sententia, nescio, an ulla magis communi hominum rationi repugnet, quippe quae infinitatem ejusmodi cum numerorum, tum temporis, generationemque ab infinito tempore procedentem prorsus recusat, & rejicit. Sed hoc tamen loco ipse videtur *Aristoteles* dubius fuisse, an homines umquam ex terra prodierint, numque animalium aliquando coeperit generatio.

Idem.

(*) Lib. III. C. ult. (p. 665. T. II. Opp.)
(†) (P. 666.)

(p) *Crescebant*] *Lucretius de rerum natura Lib. V. vs.* 806. *p.* 335.

(q) *Epicuri*] Aut, si mavis, *Lucretii*, qui *de rerum natura Lib. V. vs.* 823. *p.* 337. ita canit:

Sed

Digitized by Google

Idem animadverto ei aceidiſſe, quum *Topica* conſcriberet. In his enim primo inter res, de quibus diſputatio queat inſtitui, hoc refert: (*) Πότερον ὁ κόσμος ἀίδιος, ἢ οὔ; *Utrum mundus aeternus ſit, nec ne?* Poſtea vero huic quaeſtioni locum inter ea tribuit, περὶ ὧν λόγον μὴ ἔχομεν, ὅλων μεγάλων, *de quibus rationem non habemus, quum magna ſint & ardua.* Atqui, ait, ſi mundus principium olim habuit, hominesque aliquando γηγενεῖς ſeu αὐτόχθονες fuerunt, id eſt, *ex terra geniti*, neceſſe eſt, eos aut vermium inſtar ex putredine genitos eſſe, aut vero ex ovis prodiiſſe: quae quidem ova videtur putaſſe ex terra eſſe enata. Sed plerique omnes, qui *Ariſtotelis* vivebant tempore, Athei, non ſecus ac Dei profeſſores, mundum negabant aeternum eſſe. Sentiebant enim, ſi tantam aequabilitatem, conſtantiam, & harmoniam, quantam hicce mundus habet, ex omni fuiſſe aeternitate ſtatuerent, fore, ut temeritati & fortunae parum aut nihil loci in orbe hoc relinqueretur, neque fieri potuiſſe intelligebant ſine ſapientis cujusdam & perfectae mentis, mundo natura quidem, ut *Ariſtoteles* putabat, non vero tempore ſenioris, procuratione & adminiſtratione, ut eumdem omnia curſum ex infinito tempore ſervarent. In hac quum eſſent ſententia, probabile eſt, eos de hominum ortu idem, quod *Ariſtoteles*, exiſtimaſſe, atque genus humanum fortuita materiae commotione, ſine ulla Dei cujusdam providentia, aut ex putredine, aut vero ex ovis generatum credidiſſe. At poſt *Ariſtotelem Epicurus* primos iſtos homines & reliqua animalia certis quibusdam uteris concluſa & formata e terra proſiluiſſe, temerario corpuſculorum motu rem omnem moderante, cenſuit:

(*p*) *Creſcebant uteri terrae radicibus apti.*

§. LXIX. Verum hoc ſi modo primi homines orti ſunt, ſi aut caſus certis eos uteris vel ovis informavit, & deinceps e terra protruſit, aut putredo prima mater humani generis exſtitit, quaenam, malum, vel fingi poteſt ratio, cur hodie ſimile quiddam non interdum eveniat? Motus certe corpuſculorum aeque manent vehementes, atque olim fuerunt, neque tempus ullum de virtute eorum & robore aliquid umquam detrahet. (*q*) *Epicuri* enim commentum, tellurem, ingraveſcente aetate, ſterilem & effoetam eſſe factam, perhibentis, quemadmodum mulieres ſolent, cum per ſe ridiculum & inane eſt, tum nullo plane argumento nititur. Ipſi hi praeterea philoſophi, quos oppugnamus, homines non adultos & maturae jam 833
aetatis uteris & ovis, quibus antea concluſi erant, aut putrefactis ſeminibus egreſſos eſſe ſtatuunt, verum omnes imbecillos, teneros, infirmos, ut infantes hodie naſcuntur, hanc lucem adſpexiſſe, arbitrantur. Unde igitur, quo ſemet ipſos alerent & nutrirent, habuerunt? Aut quis eis, quibus contra injurias & vulnera ſeſe tuerentur, praeſidia ſuppeditavit? Novi, non deeſſe (*r*) *Epicuro*, quae & hic reſpondeat. Foecundiſſimam, ait, matrem, tellurem, editis tot foetibus, temere poſtea & caſu blandae & ſollicitae nutricis animum erga ſobolem ſuam imita-

(*) Lib. I. C. 9. (aut in recentioribus edit. Cap. 11. p. 265. T. I. Opp.)

Sed quia finem aliquam pariendi debet habere,
Deſtitit, ut mulier ſpatio defeſſa vetuſto.

Conf. idem *Lib.* II. *vſ.* 1149. *p.* 463.

(*r*) *Epicuro*] *Lucretii* haec iterum nugae ſunt *Lib.* V. *de rerum nat. vſ.* 810. *p.* 336. quem veriſimile eſt *Epicuri* ſententias carmine expreſſiſſe.

Digitized by Google

tatam esse, atque, venis apertis, rivos succi, lacti consimilis, emisisse ac fudisse, quibus animalia haec semet ipsa nutriverint. Bellum vero somnium! In quo primum illud miror, quod jam dudum (*s*) *Critolaus* animadvertit, cur non etiam telluri mammas & ubera dederit, quum uteros & lac illi tribuerit: deinde hoc, cur non etiam eamdem manibus & brachiis instruxerit, fasciisque recentes pueros involvisse dixerit. Aequo certe jure fingere hoc potuisset, quo superius illud. Nihilo plus gravitatis habet, quod idem adjicit philosophus a religione alienus, isto tempore, quum tellus novos illos fructus ederet, diu satis nec dura frigora, nec nimios aestus, nec magnis ventos viribus exstitisse, quibus teneri hi terrae filii laedi & dolore affici potuissent. Mihi quidem haec omnia diligenter consideranti (*t*) *Anaximander* multo statuisse videtur sapientius *Epicuro*: qui, quod hominum partus plus animadvertebat temporis requirere, quam ceterorum animantium, primos mortales in piscium ventribus generatos, atque ibi tam diu enutritos fuisse docebat, donec ad se ipsos defendendos & alendos satis acquisivissent roboris: tum vero a piscibus extrusos & in continentem ejectos esse. Vel haec ipsa vero demonstrant, nihil esse tam ineptum, tam absurdum, tam ab omni ratione remotum, quod non libentius suscipiant & credant homines ad despicientiam summi Numinis, proclives, quam ut Deum esse fateantur.

§. LXX. Dignus itaque hic vindice nodus est. Nec, qui hominum primorum majorumque bestiarum ortus scrutantur, aliter sese expedire possunt, quam si, *Mosis* historia duce, θεὸν ἀπὸ μηχανῆς, *Deum ex machina*, evocent, id est, ad extremum confiteantur, Deum aliquando extraordinarium virtutis suae specimen in fingendis e terra hominibus & animalibus, tam maribus, quam feminis, dedisse: prima vero haec animalia non imbecillia, infirma, & tenera e conditoris exiisse manibus, quemadmodum infantes hodie nascuntur, sed justo robore praedita & matura jam aetate, quo sibimet ipsis victum & praesidia comparare, atque sua quaeque genera propagare & gignendo amplificare possent: & hoc quidem semel olim contigisse; postea vero singularem hancce procreandi rationem, quod nulla eam flagitaret necessitas, cessasse, Deumque post primos mortales natos terrae amplius filios in lucem prodire noluisse. Cunctis nimirum, quae hanc rem circumstant & attingent, rite circumspectis & consideratis, perspicuum omnino erit, quidquid vel mechanicae vel fictricis est virtutis in orbe, id tanto munere multum esse inferius: namque ingens ex eo sapientia elucet, cujus virtutes fictrices, quae necessario semper & fataliter agunt, participes esse nequeunt. Interim haud ego plane negem, praepotentem Deum, quum primum virtute sua corpora animalium ex terra fingeret, eaque grandiori jam & confirmata aetate, ullius mentis aut genii excellentioris, ante homines conditi, opera & ministerio usum esse. Sit potius haec res in medio relicta. *Plato* quidem in *Timaeo* summum Numen, a quo omnes existimat immortales animos esse conditos, Diis junioribus corporum mortalium con-

(*s*) *Critolaus*] Apud *Philonem Libro*, quod mundus sit incorruptibilis, *p.* 945.

(*t*) *Anaximander*] Censorinus de die natali Cap. 4. p. 26. ed. Lindenbrogii: *Anaximander Milesius videri sibi ait ex aqua terraque calefactis exortos esse sive pisces, sive piscibus similima animalia: in his homines concrevisse, foetusque ad pubertatem intus retentos: tum demum, ruptis illis, viros mulieresque, qui se jam alere possent, prorepsisse.* Plures veterum cum poëtarum, tum philosophorum de generis humani ortu opiniones, aut, verius ut loquar, ineptias collegere *Dion. Lambi-*

nus

conſtructionem commiſiſſe, hosque ſic alloquutum eſſe fingit: (*) Τὸ δ' λοιπὸν, ὑμεῖς ἀθανάτῳ θνητὸν συνφαίνοντες, ἀπεργάζεσθε ζῶα καὶ γεννᾶτε. *Quod reliquum eſt, vos ad id, quod erit immortale, partem adtexitote mortalem, animaliaque efficite ac genera-* 834
te. Quibus haec addit in ſequentibus: (†) Μετὰ τὴν σπόρον τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς σώματα πλάττειν θνητά. *Poſt eam ſationem* (animorum immortalium) *Deis junioribus permiſit* (Deus ſupremus) *ut corpora mortalia effingerent.* Et ſunt nonnulli, quibus haec *Platonis* verba ex illo *Moſis* dicto videnter hauſta eſſe: *Faciamus hominem ad imaginem noſtram.*

§. LXXI. Quod ſi jam ad conſervationem omnium generum, in quae diſtributa ſunt animalia, deſcendamus, aliud in ea homines impii argumentum habent, in quo enodando ſine fine & modo nullo plane fructu ſe exerceant, tametſi nihil eo vulgare magis & notius ſit. Numquam enim, quanam fiat ratione, explicabunt, quod is ſemper virorum numerus manet in orbe, qui ad feminarum numerum juſtam habet proportionem & comparationem. Si fortuna motus omnes materiae regeret, equidem caſu aliquando eventurum fuiſſe non dubito, ut aut omnes homines mares, aut omnes feminae naſcerentur, alterque ſexus iſto modo deficeret. Quod quum numquam factum ſit, in hanc omnes ſapientes venire cogitationem oportet, divina mente & conſilio iſtam quoque humani generis propagationem & aequalem utriusque ſexus diſtributionem gubernari & adminiſtrari, neque una genitricis cujusdam naturae virtute hoc totum negotium perfici. Hujus enim naturae tanta non eſt providentia & ratio, ut per ſe ſola tam arduo ſufficiat muneri. Sunt in illis quoque rebus, quae a cognitione disjunctae ſunt phyſica, non pauca, in quibus explicandis aeternum ſeſe excruciabunt ingenia Deo inimica. Origines juſtitiae illius, honeſtatis, officii & obligationis, quam ipſa nobis natura imperat, qua, tamquam fundamento, omnis doctrina moralis & civilis nititur, numquam homo demonſtrabit a Deo alienus. Idem, ſi ad illud τὸ ἐφ' ἡμῖν ſeu libertatem voluntatis ventum ſit, nihil habebit, quod quaerentibus reſpondeat. Libertatem vero proprie ita dictam intelligo, non eam animi facultatem, qua quis, rebus omni modo inter ſe aequalibus & paribus propoſitis, unam ex illis temere ac ſine ratione eligit, verum illam libertatem, quae nos laude & reprehenſione, praemiis & poenis dignos reddit, juſtitiaeque, quam remunerantem vocant, locum aperit: cujus quidem libertatis ſalute ac defenſione religionis maxime ſalus continetur. Quamquam duplex haec libertas non tam accurate vulgo, quemadmodum decebat fieri, ſejungitur. Auſus quidem eſt *Epicurus*, homo omnis omnino religionis expers, quo rationem aliquam libertatis redderet, a *Democrito* deſciſcere, atque in *exiguo*, quod finxit, *clinamine principiorum* initia libertatis quaerere. Sed perſpicuum eſt, nihil hoc invento fieri poſſe amentius, hominique impietatem, ut deliraret, magiſtram fuiſſe.

§. LXXVII.

(*) (§. 27. p. 250.) (†) (§. 29. p. 252.)

nus ad Lucretium Lib. V. p. 335. Sam. Parkerus Diſputationibus de Deo & providentia divina, Diſp. V. Sect. II. p. 433. Franc. Baltus Jugement des SS. Peres ſur la Morale de la Philoſophie payenne Cap. 15. p. 111. nuperque B. Jo. Franc. Buddeus in Hiſtoria Eccleſ. Vet. Teſtamenti Period. I. Sect. I. §. 8. p. 61. ſ.

(v) Aut-

§. LXXII. Haec qui ſecum omnia expenderit, eum credo intellecturum eſſe, quae de dolis & fallaciis legumlatorum & eorum, qui civitates condidere, tertio loco differunt Athei, quo doceant, unde iſte religionis ſenſus, qui totum obſidet genus humanum, exſtiterit, fracta jam a nobis & diſſipata eſſe. Nec enim modo demonſtravimus, eſſe in hominum animis naturalem quamdam Dei anticipationem, quum metu Numinis, antequam ratione uti queant, jam duci ſoleant mortales; verum etiam planum fecimus, rationi qui obedire ſtudent, eos non poſſe non fateri, Deum eſſe, eo quod, ſi ex rerum natura Deus exterminetur, cauſſas atque rationes naturalium eventorum nemo unus reddere valeat. Quae ſi vera ſunt, id inde perſpicue conſequitur, religionem, quoniam cum naturae ipſius inſtinctu docetur, tum rationis nixa ſtat imperio, ab hominibus fraudulentis & civitatum auctoribus haud excogitatam eſſe. Verum juvat tamen de hoc tertio profani generis perfugio dilucidius & ſigillatim nonnihil commentari. Igitur ſic ſentiunt, qui religionem una cum Deo aſpernantur: Ipſam quidem naturae noſtrae imbecillitatem, metum hominum & levitatem, ignorantiam denique cauſſarum per ſe ſatis incitare & impellere homines, ut Deum eſſe credant, aut ordinem quemdam naturarum homine praeſtantiorum, ſive videri queant illae, ſive non videri, quas Deos vulgo vocarunt olim. At hanc tamen opinionem, illam praeſertim, quae unum eſſe ſummum Deum, rerum omnium parentem, totiusque orbis regem & moderatorem, ſuadet, non tam alte radices acturam, omniumque populorum animos invaſuram fuiſſe, niſi fraus & aſtutia eorum acceſſiſſet, qui ſocietates hominum & conventus legibus & inſtitutis principes colligarunt. Hos enim, quo in officio continerent homines, legibusque latis ſuperſtitioſam quamdam & religioſam compararent venerationem, pacemque iſto modo firmarent rei publicae, no-
235 tionem illam ſummi cujusdam Numinis excogitaſſe, civiumque ſuorum deinde animis una cum metu Numinis illius verſute immiſiſſe.

§. LXXIII. Hic ego minime negem, fuiſſe inter illos, qui rebus publicis praefuerunt, homines ita callidos, ut religione ad civitatis ſalutem abuterentur, Deique nomen turbulentis ingeniis resque novas molientibus opponerent. Id vero nego, hac eos via commode uti potuiſſe ad capiendos homines, ſi univerſa haecce res ex eorum prodiiſſet ingenio, nec ipſius naturae noſtrae ſuffragio rationisque judicio & voce ſulta eſſet. Religionem Deique cultum per univerſum videmus terrarum orbem eſſe fuſum. Jam quis, quaeſo, ſanus ſibi perſuadeat, omnes magiſtratus regesque, quorum plerique immenſis locorum intervallis diſſociati, neque ullo uſu aut commercio mutuo juncti ſunt, concordi quadam voluntate ad hoc conſilium delatos eſſe, ut religione multitudinem ſibi ducerent conſtringendam & Deorum metu circumveniendam eſſe? Hoc autem ſi quis fieri potuiſſe arbitretur, ex eo rurſus quaeram, unde tanta his omnibus obtigerit felicitas, ut omnium omnino mortalium, tam ſapientum, quam inſipientum, mentibus tam conſtans & per-

(v) *Animadvertite*] Magna eſt & incredibilis paene in illis vecordia, qui religionem commentum eſſe eorum, a quibus civitates ſunt conditae, ſtatuere non erubeſcunt. Namque (I.) id aſſumunt ingenioſi diſputatores hi, de quo unice diſputatur, nempe religionem commentum & fabulam eſſe. In cauſſas inquirunt erroris, priusquam errorem eſſe demonſtrarunt illud, cujus origines & rationes explorant: quo quidem neſcio, an vitioſius & ineptius aliquid eſſe poſſit. (II.) Omnem conjecturam hanc ex eo ducunt unice, quod ex annalibus & antiquis monumentis cognoverunt, fuiſſe

Digitized by Google

perpetuum ſtudium & reverentiam erga naturam quamdam commentitiam & nihil quoddam inviſum injicerent? Quaeram, quonam factum ſit Numine, ut toti mortalium generi metum rei cujusdam instillarent, quae non modo ſenſuum & rationis teſtimonio deſtituitur, verum etiam, id quod ipſi fatentur religionum oppugnatores, ingenti homines terrore & cruciatu animi enecat, atque iſta fraude in miſerabilem corporis ſimul & animi ſervitutem univerſum genus humanum conjicerent? Tanto certe majorem haec res movet admirationem, quanto exploratius eſt, non omnes ita mortales affectos eſſe, ut, quorum major & praeſtantior eſt dignitas & auctoritas, eos rerum etiam naturalium & philoſophiae cognitione ceteris omnibus praeſtare exiſtiment. Num praeterea credibile eſt, tam longinquo & diuturno tempore homines dolos iſtos & fraudes potentum haud perſpexiſſe, nec id agi odoratos eſſe a praefectis civitatum, ut ludicra quadam pietate ac religione libertatem civium opprimerent & exſtinguerent? Num porro veriſimile, tot reges atque magiſtratus ipſos hujus plane contilii & fallaciae ignaros fuiſſe, nec minori, quam reliquos, nihili hujus, quod Deum vocarunt, terrore tactos vixiſſe? Quidquid omni aetate fraudum & dolorum ad coërcendos homines excogitatum fuit, id omnem continuo vim & facultatem amiſit, nec diutius aditum ad hominum tentare animos auſum eſt, ſimulatque abſconditi nonnihil ſceleris iſtius in vulgus emanavit. At bis mille licet annos homines a Deo alieni carmen hoc ſtudioſiſſime cecinerint, religionem commentum eſſe eorum, qui ſocietates populorum condiderunt; haud tamen quidquam auctoritati ejus derogatum eſt, nec minus illa hodie apud hominum valet animos, atque olim valuit. Ex quo quidem intelligi poſſe arbitror, non eſſe eam calliditate hominum & verſutia inventam, verum natura nobis inſitam & ingenitam, rem ſolidam atque ſtabilem, ſuoque pondere ac virtute nixam. Multo vero magis id apparebit, ſi religionem nobis ante oculos ponamus Chriſtianam. Quae quum nec rei aliquid cum rerum publicarum conſtitutione & forma habeat, neque humanis cujusquam commodis aut opportunitatibus inſerviat, ſuo tamen, ſeu divino potius robore magiſtratuum omnium, tam Judaeorum, quam reliquorum, furorem, calliditatem, & potentiam devicit & ſuperavit, maximamque orbis illius, cujus diu ſatis impetum & odium ſuſtinuit, partem praeceptis ſuis ſubjecit. Neque hanc victoriam vi aut armis, ſed patientia, caede, ac interitu ſuorum conſequuta eſt, quibus divinum hocce monitum ſemper obſervatum fuit: (*) *Satius eſt Deo obedire, quam hominibus.* Atque hunc diu ante ſacri vates cecinerunt triumphum: in quibus *David*, (†) *Quare*, inquit, *tumultuantur gentes, & nationes inane meditantur? Siſtunt ſe reges terrae, & proceres conſultant ſimul contra Jehovam & Chriſtum ejus. Sedens in coelis ridet, Dominus ſubſannat eos. Tunc alloquetur eas in ira ſua. Ego inungens regem meum praefeci Zioni, monti ſanctitatis meae. Donabo gentes in poſſeſſionem tuam, & fines terrae jus poſſeſſionis tuae. Nunc ergo, reges, (v) animadvertite.*

§. LXXIV.

(*) (Act. V. 29.) (†) (Pſ. II. 1.)

fuiſſe inter reges & tyrannos olim, qui religione, aut potius ſuperſtitione, ad ſtabiliendum imperium ſuum abuſi ſunt. Nemo quidem ſapiens eſt, qui hoc neget: ac ſi quis exempla deteſtandae fraudis hujus requirat, is vel hodie inter eos, qui Romani Pontificis decreta ſequuntur, largam ſine negotio meſſem inveniet. At qui ſufficere judicant hoc ad obtinendum, religionem ſummorum impe-

Digitized by Google

836 §. LXXIV. Sunt & alia, quibus eos omnino revincas, qui religionem ſapientum eſſe commentum dictitant. Omnibus perſuaſum eſſe hominibus, ſummum illud, quod eſſe credunt, Numen naturam aeternam eſſe, neceſſario exſiſtentem, perfectiſſimam, infinite potentem, totius rerum naturae parentem & conditorem, ſuperiori diſputatione luculentis argumentis & auctoritatibus a nobis demonſtratum eſt. Pertinet huc (*x*) *Sexti* in primis philoſophi pronuntiatum hoc: (*) Κοινὰς γὰρ προλήψεις ἔχουσι πάντες ἄνθρωποι περὶ θεῶν, καθ' ἣν μακάριόν τι ἐστι ζῶον, καὶ ἄφθαρτον, καὶ τέλειον ἐν εὐδαιμονίᾳ, καὶ παντὸς κακοῦ ἀντιδεκτικόν. *Omnes homines communem & anticipatam de Deo habent notionem, ſecundum quam eſt beatum quoddam animal, & ab interitu alienum, & in felicitate perfectum, & in quod nullum poteſt malum cadere.* Neque aliam (*y*) *Epicurus* Dei notionem ac definitionem aggreſſus eſt, quam hanc: *Deus eſt natura intelligens, corruptionis expers, ſummae felicitatis compos, quae totam rerum naturam machinata eſt.* Jam ſi ejusmodi non exſiſtit natura, haecque Dei deſcriptio prorſus ficta & commentitia eſt, totam hancce notionem credendum eſt arbitrariam eſſe, neque certo quodam principio fretam. Quis vero animum inducet facile, ut univerſum genus humanum credat, paucis quibusdam demtis, quibus omnis ſordet religio, unam prorſus eamdemque rem & definitionem ſuſcepiſſe arbitrariam, neque legi rationis & naturae conſentaneam? Placuit jam olim, id quod *Sexti*, quem antea nominavi, verbis edoctus ſum, nonnullis Dei vindicibus haec argumentatio: (†) Τελέως δ' ἔξω λόγου, τὸ τῇ τύχῃ πάντας τοῖς αὐτοῖς ἐπιβάλλειν ἰδιώμασιν, ἀλλὰ μὴ φυσικῶς ἔτυσι ἐκκινεῖσθαι. *Eſt vero prorſus a ratione alienum, omnes forte fortuna in easdem incidere Dei proprietates, non autem ad hoc natura ipſa moveri ac incitari.* Neque haec remota erit difficultas, ſi, quibus Deus odio eſt, reſpondeant, ſapientes viros & rerum publicarum architectos in eam ubique terrarum curam incubuiſſe, ut parem prorſus in hominum animis Dei notionem informarent. Id enim, antequam hoc credamus, explicandum nobis erit, quanam lege factum ſit, ut,

(*) Adv. Mathem. p. 314.
(†) Adv. Mathem. p. 314. (loc. cit. p. 557.)

tantium inventum eſſe, illi aeque ſapienter ratiocinantur, ac ſi quis artem fidibus canendi *Pythagorae* inventum eſſe praeciperet, quia philoſophus hic ſuos docuit artem muſicam ad animos placandos & componendos adhibere. E contrario multum hac in re virtutis eſt ad docendum, religionem fuiſſe, antequam de rebus publicis condendis cogitaret aliquis. Etenim qui circumvenire volunt alios, illi plerumque affectiones animorum, quas jam vident in hominibus exſtare, in rem ſuam convertere, non vero novas in mentes introducere ſolent. *Numa*, ut exemplum afferam, numquam colloquia cum Egeria finxiſſet, legesque ac inſtituta ſibi ab hac Diva eſſe tradita mentitus eſſet, niſi in populo Romano notionem Dei alicujus & propensionem ad religionem animadvertiſſet (III.) Si ad plebem in officio continendam inventa eſſet religio, ſapientes viri ea forent vacui, qui dolos omnes & fraudes ſummorum imperantium facile perſpiciunt. Verum illi ſaepenumero in religione defendenda fuerunt acerrimi, qui omnium fuerunt ad fallacias aperiendas aptiſſimi. Non inepte *Lactantius de ira Dei* Cap. 10. p. 929. *Quod ſi*, inquit, *fallendi noſtri, atque adeo totius generis humani cauſſa commenti ſunt religionem, ſapientes igitur non fuerunt, quia in ſapientem non cadit mendacium. Sed ut fuerint ſapientes, quae tanta felicitas mentiendi, ut non tantummodo indoctos, ſed Platonem quoque ac Socratem fallerent, & Pythagoram, Zenonem, Ariſtotelem, maximarum ſectarum principes, tam facile deluderent?* (IV.) Ab imperantibus ſi profecta eſſet religio, carerent religione, qui nullis vivunt legibus, neque parent aliis, quam ſibimet ipſis. Sed quis rerum humanarum inter doctos tam ignarus eſt, ut uſu compertum eſſe hodie neſciat, in illorum etiam populorum animis, quos nulla civilis ſocietas colligavit, ſemina veri ac religionis fuiſſe reperta? Alia in hanc rem differere ſolent qui ex inſtituto pro religionis veritate pugnant: in primis *Thom. Wiſe*, qui operis *Cudworthi* compendium fecit, copioſam digreſſionem adverſus has Atheorum

ut, quotquot toto fuerunt orbe civitatum condendarum principes, nec foedere quodam, nec alio modo junĉti, verum longis terrarum spatiis secreti, in eamdem inciderent Dei definitionem, quum nulla illis neque sensus neque ratio, quibus ad eam fabricandam uterentur, principia suppeditarent.

§. LXXV. Praeterea, si nullus esset Deus, quanam via notio ista Dei, quam 837
diximus, in hominum animos sese insinuasset, aut quo consilio & arte in illis excitata esset, nullo plane modo intelligi posset. Solent quidem, qui Deum sublatum esse cupiunt, satis sese huic quaestioni feciſſe putare, si dixerint, legumlatores & civilium rerum peritos narrasse hominibus, esse naturam ejusmodi, atque persuasisse illis, ne ita sese rem habere dubitarent, aut, quod idem est, totam hanc opinionem a primo ejus auctore ac parente ad nos usque voce & ore propagatam esse, eaque ratione universi generis humani animis doctrinam istam concreditam esse. Verum qui sic nodum huncce solvi putant, magna sese in rerum philosophicarum ignoratione versari declarant. Assumunt enim, narratione & verbis tantum opus esse, ut notio quaedam hominum animis informetur, & ibi roboretur. Res autem longe secus sese habet. Sonos quidem vocabulorum, quae pronuntiantur, aures nostrae necessario excipiunt: anima vero occasionem inde sumit notiones, sive innatae sint illae, sive adventitiae, quas antea jam continebat, excitandi; quarum notionum voces & verba, consentione hominum & voluntate, signa tantum sunt: aut vero notiones illas, quibus ea jam ante imbuta erat, attentius & distinctius considerandi, versandi, comparandi inter se, & excutiendi. Non ego *Platoni* assentior, qui (z) *Boëthio* auctore, omnem doctrinam & eruditionem recordationem tantum esse eorum, alicubi scripsit, quae, antequam cum corpore sociaretur, anima reapse noverit jam & intellexerit.

Quod

rum nugas *Cap. 6. p.* 436. - 452. *Cudworthi* cogitationibus interposuit. Horum ego ne argumenta, ut valida sint & egregia, describam, vel hac una inducor ratione, quod *Cudworthi* disputatio hoc universum negotium abunde conficit. Versantur praeterea in omnium manibus libri, quibus caussa religionis contra quosvis ejus hostes acute ac erudite defenditur.

(x) *Sexti*] *Lib.* I. *adverſ. Phyſicos*, seu *Lib.* VIII. *adv. Mathemat. Sect.* I. §. 33. *p.* 556. *ed. Fabricii.*

(y) *Epicurus*] Nusquam dixit *Epicurus*, hanc sese supremi Numinis definitionem aggredi: colligas id vero facile ex argumentis ejus & disputationibus adversus divinam naturam, quas apud *Lucretium* congestas habes.

(z) *Boëthio*] *De consolat. philoſ. Lib.* III. p. 79. 80. Ipse *Platonis*, quem *Boëthius* testatur, locus est in *Phaedone:* ubi *Socrates* morti vicinus hanc explicat sententiam *p.* 382. *ſ.* Adde ejusdem *Menonem p.* 18. ubi puer inducitur *Socrati* de dimensione quadrati varia interroganti apte ac scienter respondens: quod fieri *Socrates* ait ob consignatas in animis ἰδέας seu notiones. Recte vero deserit *Cudworthus* hanc *Platonis* sententiam, qua nihil est ad fovendam fanaticorum deliorationem & amentiam accommodatius. Fac enim hoc firme persuadeas alicui, esse in animo ejus veritatum omnium notiones diu ante, quam nasceretur; descriptas, negliget ille rationem & aliorum institutionem, atque mentis suae commotionibus & visis unice sese erudiendum dabit: ex qua quidquid eruet, falsum licet sit & ineptum, id pro vero & divino recipere non dubitabit. Nihilo tamen minus multis, qui omnes notiones innatas repudiant, proclivior hic *Cudworthus* videbitur ad *Platonis* dogmata, quam veritas patiatur. Inter hos & illum arbiter & judex hic sedere nolo, quum res longe alia agatur, atque aliquoties jam nonnihil de hoc argumento sit traditum. Hoc vero monebo, videri mihi eos, qui de notionibus, quas insitas & innatas vocant, inter se litigant, non satis clare plerumque & aperte animi sui sensa edidĉrere, sed vocabula & loquendi modos adhibere, in quibus multum est ambiguitatis: a quibus si abstinerent, forte minus inter multos eorum foret discordiae, atque primo adspectu videtur.

Quod ſi Platonis Muſa perſonat verum,
Quod quisque diſcit, immemor recordatur.

At certus tamen ſum, homines, qui nos erudiunt, & inſtituunt, obſtetricum fungi munere, neque animam noſtram vaſis cujusdam inſtar eſſe, quod hauſto aliunde liquore repletur, verum excitari in nobis magiſtrorum labore latentes igniculos, adjuvarique mentem, ut ſuas ipſa notiones eliciat, excitet, contendat inter ſe & componat. Hoc itinere ad rerum illarum, quas antea neſciebamus, cognitionem ducimur. Rem apte & ſcite poëta philoſophus, quem paullo ante laudavi, expreſſit:

Haeret profecto ſemen introrſum veri,
Quod excitatur ventilante doctrina.

Quamobrem niſi certae antea in hominum animis exſtitiſſent ſpecies, vocibus & verbis, tamquam ſignis, reſpondentes, ſi vel centies narratum fuiſſet, eſſe Deum, numquam tamen notionem ejus mente concepiſſent; neque, creberrime licet repetita, haec definitio: *Deus eſt mens perfectiſſima, aeterna, neceſſario exiſtens*, naturae divinae cognitione nos imbuere potuiſſet. Sed quidquid id eſt, unum tamen manebit, cujus ſemper explicationem urgebimus. Viam nimirum monſtrent oportet, qui hac ratione delectantur, qua magiſtratus hi & civitatum parentes, aut is, a quo *Critias* opinionem de Deo & religione primum fluxiſſe opinatur, hanc ipſi notionem Dei in ſuis ipſorum animis informaverint, quum, ſi Deus nullus ſit, ejus, quod nihilum & nullum eſt, haec definitio ſit ac notio. Videor, id *Sextum* jam ingenioſe & acute obſervaſſe: (*) Οἱ δὲ ἀμφισβητοῦντες, φασὶν, ὅτι νομοθέτῃ τινὲς ἐν-
838 πόησαν τοῖς ἀνθρώποις τὸ περὶ θεῶν δόξαν, μὴ εἰδότες, ἐπὶ τὸ ἀρχηθὲν ἁμάρτημα αὐτοὺς περιβάλ, ζητήσαι τὸ ὅτῳ, πόθεν δὲ εἰ νομοθέτῃ, μηδενὸς πρότερον τοιαῦτα περὶ αὐτοῖς θεὸς, ἦλθεν εἰς ἔννοιαν θεῶν; *Illi autem, a ſtatu quaeſtionis aberrantes, dicunt, quosdam legislatores de Diis opinionem indidiſſe hominibus, neque ſentiunt, quod hac ratione abſurdum petitionis principii vitium incurrant, quum ſit quaeſiturus aliquis: undenam legislatores illi, quum nemo prius eis Deos eſſe tradidiſſet, in Deorum venerint notionem?* Ex quo poſtea hoc efficit: (†) Οὐ πόθεν θεοί, οὐδὲ κατά τινα νομοθεσίαν παρεδέξαντο οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων, εἶναι θεούς. *Non ergo ex inſtituta impoſitione, neque ulla lata lege antiqui homines Deos eſſe acceperunt.*

§. LXXVI. Sunt vero aliqui ex illis, quos nullum eſſe Deum juvat, qui hoc loco ita nobis occurrunt: Ineſſe in animis humanis fingendi facultatem quamdam, cujus ope rerum, quae nec exſtiterunt umquam, nec exſiſtent, ſpecies & formas, Centauri, verbi cauſſa, & montis aurei, cogitatione informare valeant: huic etiam virtuti fictrici notionem Dei qui numquam tamen exſtiterit, acceptam ferri debere. Hic equidem non diffiteor, mentem humanam vi quadam eſſe praeditam res atque notiones conjungendi inter ſe ac componendi, quae toto ſejunctae ſunt genere, quarumve nec fuit ullo tempore, nec erit in poſterum conſociatio & conjunctio. Sed hac quoque virtute omnis, qua valet noſter animus, fingendi facultas abſolvitur. Neque enim mens ullam machinari novam poteſt cogitationem, quae

(*) Adv. Mathemat. p. 313. 314. (l. c. p. 556.)
(†) (P. 557.)

Digitized by Google

quae non fuit antea, sed ea tantum, quae jam sunt, coagmentare & componere. In pictore nulla est potestas novos producendi colores; illis eum oportet contentum esse coloribus, quos natura ipsi suppeditat: at hos ipsos colores multis ille modis miscere ac temperare, figurasque & lineamenta rerum, quas nusquam gentium reperias, penicillo adumbrare, humanoque capiti cervicem equinam addere valet. Simili ratione mens nostra, quae pictorum & sculptorum omne genus subtilitate vincit, rerum componere novit species & figuras, nec visas umquam, nec videndas aliquando; at simplices tamen, quibus hae notiones constant, colores reapse sint & exsistant in rerum natura, necesse est. Nemo nostrum aptus est cogitationibus, quae nusquam sunt, confingendis, aut ejus, quod plane nihilum & nullum est, notioni informandae. Quo si quis polleret robore, is quidem efficere posset, ut nihil fieret aliquid, aut ex nihilo aliquid creare valeret. Quod sigillatim ad commentitias rerum species attinet, quos animo concipiunt interdum homines, montis, exempli caussa, aurei, non exsistunt illae quidem usquam; sed nec tamen ex earum rerum sunt genere, quae ita pugnant inter se, ut fieri nullo modo queant. Ex quo quidem si essent genere, ne mente quidem ullius effingi & comprehendi possent. *Triangulum*, exempli gratia, *quadratum* res est ex notionibus disjunctissimis conflata, ob eamque caussam nec esse ullo modo, nec ingenio hominis cujusquam informari potest: vocabula audis, quibus nulla potestas est subdita, merumque sonum, tametsi separatim, tam quid quadratum, quam quid triangulum sit, nullo negotio concipias. Neque vereor, in supremi Numinis majestatem me peccaturum esse, si ipsum Deum confirmem plures quidem vel pauciores res pro lubitu producere, mundumque plane novum ex nihilo fingere posse, plures vero notiones vel cogitationes, quam reapse sunt, aut infinita ejus mente & aeterna sapientia continentur, creare, aut rei cujusquam, quae nec exsistit, nec ullo modo potest exsistere, notionem animo informare nullo modo posse. Dei autem notio non ex variis rebus, toto orbe separatim dispersis, congregata & veluti exaggerata est: qualis si esset, ista quidem species esset arbitrio cujusvis relicta, nec obstaret aliquid, ne hic demeret pro lubitu & detraheret ex ea nonnihil, alius vicissim nonnulla adjungeret, modo quilibet commento suo, quod rudes olim pictores fecisse (*a*) accepimus, Dei titulum & vocabulum adscriberet. E contrario Dei notio una est simplicissimaque naturae perfectissimae idea, id quod supra jam probatum dedimus, cujus varias tamen parumque absolutas notiones animo nobis licet informare. Nihil illi addi, nihil derogari potest: nec enim complectitur aliquid, praeter id, quod, ipsa ratione magistra & teste, in naturam cadit perfectissimam: quamobrem certa quoque est & stabilis, neque hominum arbitrio & voluntati commissa. Sunt praeterea in illis notionibus, ex quibus integra definitio Dei constat, nonnullae, quibus nihil omnino in universo terrarum orbe respondet: tales sunt *immutabilitas*, *necessitas exsistendi*, *perfectio*, *infinitas*, & aliae. Qua- 839
propter, si Deus foret nullus, istae notiones infinitatis, immutabilitatis, exsistendi necessitatis, perfectionis, aliarumque rerum nihili essent notiones inaniaque nomina & vocabula. Atqui hoc si ita sese haberet, qui harum proprietatum notiones animo efformarent, illi colores novos conderent, atque notiones & cogitationes, quae antea non fuissent, ex nihilo procrearent. Postremo: Si nullus jam exsistit Deus,

(*a*) *Accepimus*] Vid. *Aelianus var. Histor. Lib.* X. *Cap.* 10. *p.* 184. qui veteres pictores tam rudi penicillo adumbrasse animantia narrat, ut tabulis adscribere debuerint: Hoc est bos, illud equus.

Digitized by Google

Deus, nullus etiam in poſterum exſiſtet, neque, ut exſiſtat aliquis, ulla ratione fieri poteſt. Itaque tota Dei definitio rem referet & adumbrabit, ex eorum genere, quae nullo pacto eſſe poſſunt. Verum reliquae, quas homines interdum ſibi fingunt, commentitiae ſpecies & formae, tametſi rerum nusquam in orbe exſiſtentium ſint imagines, tamen, id quod antea jam docuimus, non ita ab omni ratione abhorrent, ut nullo plane modo eſſe queant.

§ LXXVII. Sed, ne quid reticeam eorum, quibus homines religione vacui cauſſam ſuam commendari poſſe putant, quosdam ejus generis fatendum mihi eſt eo usque progreſſos eſſe, ut, praeter facultatem res varii generis ſociandi ac componendi, aliam quoque virtutem ineſſe decernerent in anima res amplificandi, augendi, & exaggerandi. Utramque vero poteſtatem hanc commentitiam Dei notionem, quamvis nec exſiſtat ille, nec exſiſtere queat, conjuncte generare potuiſſe, perhibent. Iſtas enim virtutum divinarum notiones, quibus nullae in natura res reſpondent, μετάβασιν quamdam ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων effeciſſe ſeu ductas eſſe ab hominum virtutibus & perfectionibus, ſenſimque ampliſicatas & auctas, ad Deum demum translatas eſſe. Expoſuit hanc (*b*) *Sextus* iterum ſententiam: cujus verba in medium afferre placet: (*) Τὸ αἰδιον εἶναι τὸ θεὸν, καὶ ἄφθαρτον, καὶ τέλειον ἐν εὐδαιμονίᾳ, παρῆλθε κατ' ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων μετάβασιν· οἱς γὰρ τὸ κρεῖττον ἄνθρωπον αὐξήσαντες τῇ φαντασίᾳ, θεὸν ἔσχομεν Κύκλωπα· εἶτα ἄφθαρτον εὐδαίμονα νοήσαντες καὶ μακάριον καὶ συμπεπληρωμένον πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς, εἶτα τοῦτο ὑπερέβημεν, τὸ ἐν αὐτοῖς ἐκείνοις ἄκρον ἐνοήσαμεν θεόν· καὶ

(*) Adv. Mathem. p. 317.

(*b*) *Sextus*] *Lib.* VIII. *contra Mathem. ſeu Lib.* I. *adv. Phyſicos Sect.* II. §. 46. p. 559 560. Sed non integra dedit *Sexti* verba *Cudworthus*, verum nonnulla, ſine quibus ſententia comunode intelligi poterat, omilit.

(*c*) *Sextus*] Quum ea, quae ſequuntur, *Cudworthi* verba nihil ſint, quam enarratio uberior loci, quem teſtatur, *Sexti Empirici*, par erit, ipſam *Sexti* argumentationem ex *Lib.* VIII. *contra Mathem. Sect.* II. §. 47. p. 560. hic deſcribere, quo de ſententia ejus tanto melius conſtet: Οἱ δὲ ταῦτα λέγοντες, πιθανὴν μὲν προβάσεως δόξης· ἰσῶμεν δὲ εἰς τὸ δι' ἄλλων ἰρονικῶτατα τρόπον, ὃς ἔστι ἀπιστότατος· ἐπεὶ γὰρ πρῶτον εὐδαίμονα νοήσωμεν ἄνθρωπον, εἶτα διὰ τούτου κατὰ μετάβασιν τὸ θεῖον, εἰκότως τοῦτο κατὰ μετοχὴν νοοῦμεν ὁ εὐδαίμων. Ἀλλ' ἵν' γε εὐδαιμονία κατ' αὐτὸν ἕξις ἐστὶν καὶ θεία φύσις, καὶ εὐδαίμων ἐκεῖνο τὸ ὁ τῷ τὸ ἀκίνητον ἔχει. ἵνα δὲ μὴ λέγωμεν τὸν περὶ ἄστρων εὐδαιμονίαν, πρῶτον ἔχειν ἐφίλαμεν τοῦτο θεὸν καὶ ἀκίνητον· ἵνα δὲ τὸ θεὸν νοήσωμεν, πρότερον ἔχειν ἐφιλοσοφήσαμεν ἄνθρωπον εὐδαίμονα· ἀναγκαῖον τοίνυν ἐκάτερον φαίνεσθαι τῶν τὰ θνητὰ νόμιζόντων, ἀπιστότατον γίνεσθαι νῦν. *Ii, qui haec dicunt, probabilem quidem defendunt opinionem: ſenſim autem incidunt in modum probandi alterum per alterum, qui quidem eſt maxime dubius. Nam ut primum felicem & beatum intelligamus hominem, & ex eo Deum per tranſcenſionem, debemus intelligere, quidnam ſit felicitas, cujus participatione intelligitur beatus. Sed felicitas quidem ſecundum ipſos eſt felix quaedam ac beata & divina natura, & dicitur beatus Graece εὐδαίμων, qui daemone bono utitur. Quamobrem, ut hominis quidem recte percipiamus beatitudinem, debemus prius habere Dei ac daemonis notionem. Ut autem Deum intelligamus, debemus prius habere notionem felicis hominis ac beati. Quum ergo utriusque notio ab altero dependeat, eoque indigeat, neutrum a nobis mente poteſt comprehendi.* De notione ſummae perfectionis, quam in hominum animis natura eſſe inſitam *Cudworthus* opinatur, quid ſentiam, ſupra latius jam expoſui: neque hic, quod ab ea me dimoveat ſententia, dictum aliquid reperio. (I.) Cur hanc augendi & amplificandi, quam vocant, facultatem oppugnet vir doctiſſimus, nihil plane cauſſae video. Ineſt certe in animis noſtris ejusmodi facultas; neque illa, ſi modo recte intelligatur, religionis atque Dei cauſſae nocet, ſed prodeſt potius. Simulatque nimirum rem aliquam adſpicimus perfectione quadam & virtute praeditam, confeſtim, ipſa duce & magiſtra natura, ex cauſſa quadam eam eſſe natam, non vero per ſe exiſtiſſe, concludimus. De hac autem dum cogitamus cauſſa, non poſſumus, quin plus ei perfectionis demus, quam in eo, quod ab illa productum & effectum eſt, cernimus, at-

Digitized by Google

καὶ πάλιν πολυχρόνιόν τινα φαντασθέντες ἄνθρωπον οἱ παλαιοὶ, ἐπηύξησαν τὸν χρόνον εἰς ἄπειρον, εἶτα ἐντεῦθεν εἰς ἔννοιαν ἀϊδίου ἀνθρωπόμορφου, ἔφασαν καὶ ἀΐδιον εἶναι τὸν θεόν. *Notiones, quod Deus sit aeternus, & interitui non obnoxius, & perfectus in beatitudine, ajunt accessisse transcendendo ab hominibus. Quomodo enim, quum communem hominem phantasia auximus, habemus notionem Cyclopis: ita, quum felicem & beatum hominem intellexerimus, aut omnibus bonis repletum, deinde ea amplificaverimus, quod est in illis summum, Deus nobis venit in mentem. Et rursus, quum veteres longaevum quempiam visione apprehendissent hominem, id auxerunt in tempus infinitum, & quum tempori praesenti praeteritum & futurum conjunxissent, & inde in sempiterni processissent notionem, dixerunt etiam, Deum esse sempiternum.* Sed hunc quoque conatum mediocri labore reprimemus. Principio ne per ipsa quidem adversariorum Dei placita licere contendimus, tantam animae humanae fingendi & amplificandi potestatem attribuere, ut plura possit, quam re vera sunt, effingere & conficere. Negant nempe, qui religionem ferre nolunt, ullam animae nostrae vim agendi concessam esse. Contra omnium rerum notiones, quas excitari sentimus in nobis, extrinsecus ad nos manare, & a rebus extra nos positis ad animum perferri, opinantur. Notum est *Protagorae*, quod *Plato* in *Theaeteto* servavit, scitum: (*) Οὔτε γὰρ τὰ μὴ ὄντα δυνατὸν δοξάσαι, ὅτι ἄλλα, παρ' ἃ ἂν πάσχῃ. *Fieri plane nequit, ut homo aliquis id concipiat, quod nullum est, aut alia, praeter ea, quae patitur & sentit.* Deinde, id quod (c) *Sextus* quoque philosophus animadvertit, qui hanc adhibent ratiocinationem, in 840
id vitium incidunt, quod Dialectici *circulum* seu δι' ἀπήλων appellare solent. Primo

(*) P. 167. Serr.

atque hac ratione perfectionem, quae in effecto est, amplificemus & augeamus. Ab hac rursus caussa ad novam & aliam caussam adscendimus: cujus iterum virtutes amplificamus, donec ad talem, cui nihil addi potest amplius, caussam meditando perveniamus. Haec ita sese habere, sentiet unusquisque, qui vel mediocriter animi sui vires exploraverit. (II.) Haec vero, qua valet animus noster, augendi & amplificandi facultas, quemadmodum eorum caussam ulla ratione juvet, qui Deo adversantur, equidem nullo pacto perspicio. Fac, aliquem ita rationem subducere: Homines a contemplatione rerum, quae a perfectione remotae sunt, eo sensim cogitando devenerunt, ut notionem naturae perfectissimae animis informarent: ergo nulla est natura ejusmodi perfectissima. Utro ille in ordine collocandus esset? sapientumne? an vero insipientum? Me quidem judice, homo iste dignus esset, qui consulis aut dictatoris perpetui munere inter Phryges fungeretur. Tam sapienter enim ac scite concluderet, atque is, qui horologia urbis cujusdam semet ipsa construxisse decerneret, quia omnes homines, qui machinam vident ejusmodi, plus esse in effectore ejus ingenii & sollertiae, quam in ipsa machina, statuunt. Quaenam, obsecro, haec est argumentandi ratio? Quia omnes homines nihil fieri posse sine caussa certi sunt, caussam vero effecto suo nobiliorem esse ducunt, ideo nulla est rerum caussa. Abeant, quos haec juvat ratio, aeternumque, nisi rectius sapere discant, ex sapientum coetu exsulent. (III.) Ego potius hanc ipsam perfectiones & virtutes, in quas incidimus, exaggerandi potestatem, quae in mente nostra residet, ad religionis confirmationem non parum conferre arbitror. Namque patet ex ea, inesse in nobis notionem summae perfectionis atque infinitatis, quam nemo unus mortalium, quidquid etiam conetur & moliatur, exturbare valet. Quemadmodum enim is, qui, visis multis horologiis affabre ac artificiose constructis, semper tamen majorem elegantiam & concinnitatem requirit, sine ulla controversia notionem horologii pulcherrimi quodammodo informatam habet in animo: ita etiam qui, postquam res hujus mundi optimas & perfectissimas contemplatus est, perfectiones tamen, quas vidit, amplificat semper & exaggerat, naturae perfectissimae specie ac forma imbutus esse debet. (IV.) Hanc autem naturae perfectissimae notionem, non opus est, ut existimemus, ab omnibus hominibus, qui nascuntur, in orbem simul afferri, quod vir doctissimus post Platonicos opinatur. Ad religionis certe caussam perinde est, utrum eam innatam esse putemus, an vero adventitiam. Satis est, id quod omni vacat controversia, omnes homines non posse non, simulatque rationis usum ali-

Digitized by G

mo enim non intelligerent homines, maximam, quae in mortales cadere poteſt, felicitatem & perfectionem multum eſſe a ſumma abſolutione remotam, niſi anticipationem quamdam & praenotionem perfectionis & felicitatis haberent in animis, cum qua illam contenderent perfectionem & felicitatem, cujus humanum genus particeps eſt. Atque hujus praenotionis ope fit etiam, quod minores iſtas, quibus homines gaudent, virtutes & perfectiones gradatim amplificant, atque ita ex rebus imperfectis occaſionem capiunt de eo, quod omnium eſt abſolutiſſimum, cogitandi. Itaque ex notione perfectionis, quam animis impreſſam gerunt, quid ſit illud, quod a perfectione abeſt, primo diſcunt. At hujus poſtea rei immemo-
841 res, longe aliam ineunt rationem, atque ab ejus, quod imperfectum eſt, notione addendo ſemper & amplificando ad notionem illius, quod perfectiſſimum eſt, adſcendere volunt homines. Nullum vero dubium eſt, quin animis hominum notio quaedam ſummae perfectionis ſit indita, qua, tamquam norma & regula, reliqua omnia metiuntur, quae, inſtituta cum hac notione comparatione, ad perfectionem ſummam haud accedere ſentiunt. Ex quo conſequitur, hanc notionem naturae ordine ceterarum rerum cognitione priorem eſſe. Id vel inde patet, quod omnes omnino Theologi, ſive *Chriſtum* profiteantur, ſive alia ſectentur ſacra, ad Deum cognoſcendum via, quam *remotionis* vocant, nihil eſſe aptius decernunt. Ita (*d*) *Alcinous*, Πρώτη μὲν, inquit, αὐτῆ ἰδηται ἡ ἐξ ἀφαίρεσιν. *Prima ad intelligendum Deum ratio per abſtractionem eſt.* Ad extremum res finitas, addo, ita nullo modo cumulari & coacervari poſſe, ut infinitum quoddam naſcatur: id quod vel exemplo a longaeva hominum aetate ſumto intelligitur. Addas enim licet vitae hominum innumerabiles annos, tantumque pergas amplificando, quantum velis, numquam tamen aeternitatem omnis expertem initii numerando aſſequeris. Deus ab imbecillis & imperfectis rebus, quibus hic orbis conſtat, non gradu tantum, verum toto genere diſcrepat. Neque eſt, quod infinitum nobis hic aliquis ſpatium obducat, quod, quum nihil ſit, quam magnitudo ſeu extenſio, ex finitis partibus conſtare oporteat. Nam, quod antea ſatis declaravimus, hoc unum tantum exploratum habemus, finitum huncce mundum potuiſſe magis magisque infinite aut ſine modo amplificari & dilatari. Verum haec infinitas magnitudinis, non ſecus ac numeri, *potentialis*, quod ajunt, tantum eſt. Quod documento quidem eſt, nec numerum, nec magnitudinem actu infinitam fieri poſſe. Quocirca niſi res

adipiſcuntur, in eam ſententiam ingredi, eſſe aliquid perfectiſſimum & aeternum, niſi animi forte ſui perturbationibus plus parcant, quam rectae rationis praeceptis ac monitis. Sed plura jam hac de re ſupra diſſeruimus. (V.) Neque verior fit Platonicorum ſententia, qui rei perfectiſſimae notionem actu in omnium, qui naſcuntur, mentibus ineſſe ducunt, argumento illo, quod *Cudworthus* hic a ratione Theologorum ducit divinas virtutes via remotionis inveſtigandi. Probat certe haec *remotionis via*, quam plerique omnes ſequuntur Theologi, certos eſſe eos de naturae cujusdam aeternae ac perfectiſſimae exiſtentia, eſſeque in illis naturae hujus qualemcumque ſpeciem ac formam: inde vero nulla ratione cogas, hanc notionem actu jam adeſſe in puerorum mentibus, quum lucem hanc adſpiciunt. Fingamus, hominem aliquem, viſo libro quodam vitiis quibusdam deformi, *via remotionis*, quam vocant, uti ad libri perfectiſſimi notionem indagandam, aut concludere, nullam macularum, quibus liber ille laborat, in volumine omnibus numeris abſoluto deprehendi: cum certe hominem notione quadam libri abſoluti & perfecti eſſe inſtructum, recte decernes; numquam vero inde elicies, eum abſoluti voluminis formam in animo jam habuiſſe, quum in matris utero deliteſceret. Neſcio, qui fiat, quod Platonici haec duo plerumque ſolent inter ſe confundere: notionem rei alicujus in animo informatam habere, & praenotionem rei alicujus ſecum in orbem afferre: quae duo tamen valde ſunt inter ſe remota. Conferri velim hic ea, quae ſupra jam hac de re diſputavimus.

(*d*) *Al-*

Digitized by Google

res quaedam exsisteret infinite perfecta, numquam ista virtus augendi & amplificandi, qua mens nostra praedita est, numquam rerum finitarum coacervatio notionem ejusmodi naturae producere in nobis (*e*) potuisset. Quae (*f*) *Gassendus* ad sententiam hanc affert labefactandam, leviora sunt. Mentem, ait, humanam, etiamsi nullus exsisteret Deus aut infinita quaedam natura, ejus tamen notionem pari ratione informare posse, qua nonnulli philosophi infinitatem mundorum & materiae imaginati sunt. Ego vero infinitam materiam aut infinitos mundos vocabula esse arbitror male inter se juncta: infinitas enim res est aeque certe quidem in rerum natura exsistens, atque mundus & materia, neque ingenii commentum quoddam, attamen soli Deo propria. Quamquam quid mirum est, eos, qui Deum esse negant, neque hanc tamen infinitatis notionem exturbare valent animo, uti reliquas Dei virtutes & perfectiones, ita hanc temere ad materiam traducere? Sic igitur concludo: Mens humana novas cogitationes aut notiones fingere nullo modo potest, quae non fuerunt antea, verum ea tantum, quae re vera sunt, varie componere & miscere valet. Neque quisquam tanta est perspicacitate praeditus, ut nihili, seu rei, quae nec exsistit, nec ulla fieri ratione potest, certam quamdam & stabilem producat & effingat notionem. Minime vero omnium nobis, quos tanta premit miseria & imbecillitas, tam vastam tamque late patentem notionem, qualis est naturae sine modo perfectae, ex nihilo producere licebit. Quod qui homines putant facere posse, nae illi majorem iis potentiam adscribunt, quam ipsi Deo tribuitur, quando universum huncce orbem ex nihilo finxisse dicitur. Namque hoc cur fieri nequeat, nil quidem repugnat: verum illud superius ab omni penitus ratione abhorret. Ergo ratum hoc & constitutum esto, nec poëtas, nec philosophos, nec civitatum conditores, nec ullum alium hominem notionem naturae infinite perfectae creare potuisse, aut sibi fingere, nisi ejusmodi natura seu Deus exstitisset. Atque haec tamquam novum argumentum spectari possunt ad eos reprimendos, qui Deum esse (*g*) negant.

§. LXXVIII. Alia nunc succedat ratio ad eorum insaniam coërcendam in pri- 84*
mis accommodata, qui religionum omnium origines a fraudibus & astutia magistratuum arcessunt. Quemadmodum jurisjurandi religio necessarii instar est vinculi, quo civilis continetur societas: ita interior obligatio animi, Deum, tamquam obli-

(*d*) *Alcinous*] *Introduct. in doctrin. Platonis* Cap. 10. p. 602. ad calcem *Maximi Tyrii* a *Dan. Heinsio* editi.

(*e*) *Potuisset*] Repete, si placet, hic, quae supra copiose de natura infiniti tradita sunt. Sequitur hic vero *Cudworthius* vestigia *Renati Cartesii*, qui eodem prorsus modo differit in *Responsionibus ad Gassendi dubitationes* p. 324. *Tom.* III. *Opp. Gassendi.*

(*f*) *Gassendus*] in *Disquisitione metaphysica seu Dubitationibus & instantiis ad Cartesii Metaphysicam Dubit.* IV. p. 336. *Tom.* III. *Opp.*

(*g*) *Negant*] Multa partim ad roborandas, partim ad illustrandas, partim ad infirmandas doctissimi viri cogitationes afferri atque moneri possent. Verum quum haec tota ratio de specierum & formarum natura & origine ab illis dudum tractata sit, quibus ingenio & doctrina longe sum inferior, praeterea vel prudentissimo vix sanum & incolumem nullaque macula notatum ex certamine hoc abire liceat, satius esse duxi, liberum lectoribus judicium de his omnibus relinquere. Crediderim fere, si diligenter excutiantur omnia, quae de notione Dei, utrum adventitia sit, an vero innata, inter viros doctos disputantur, resque potius, quam verba & vocabula, ponderentur, minus de hac re dissensionis fore, quam videtur multis. At si inter eos haec res agatur, qui sic pugnant inter se, ut olim pygmaeos cum gruibus pugnasse ferunt, nulla ordinis & consilii ratione habita, nil mirum est, alteri alterum non talem, qualis est reapse, videri, certaminaque accendi potius & inflammari, quam exstingui.

obligationis iſtius auctorem, & ſimul ultorem criminum, quibus ea violatur, reverentis, omnis imperii & dominationis civilis fulcrum & fundamentum eſt. Quod ſi enim a pactis & foederibus, ad quae omnem non pauci civilem dominationem revocant, hanc obligationem ſegreges, meros habebis ſonos & nuda vocabula. Neque leges & edicta magiſtratuum obligationem illam primum producunt; verum qui leges ferunt, inſidere jam illam hominum aſſumunt animis, nec ignorant, ſine illâ legem nullam validam eſſe poſſe. Atque hujus veritatis tanta lux eſt & evidentia, ut ne ipſe quidem *Libri de cive* auctor, qui perperam alioquin de hac naturali obligatione praecipit, vim ejus effugerit. Namque, (*) *Obligatio*, inquit, *ad obedientiam civilem, cujus vi leges civiles validae ſunt, omni lege civili prior eſt. —— Quod ſi quis princeps ſummus legem civilem in hanc formulam conciperet: non rebellabis, nihil efficeret. Non niſi prius obligentur cives ad obediendum, hoc eſt, ad non rebellandum, omnis lex invalida eſt: & ſi prius obligentur, eſt (b) ſuperflua.* Hanc vero ad civilem obedientiam obligationem ex eo unice naſci, quod ſuorum hominum commodorum & utilitatum maxime amantes & ſtudioſi ſolent eſſe, quemadmodum idem hic *Libri de cive & Leviathanis* ſcriptor exiſtimat, equidem incredibile prorſus arbitror. Unusquisque enim quum ſibimet ipſi omnium conſulat optime, ſuarumque unicus arbiter ſit opportunitatum, nihil ille flagitioſi committet, qui, ſi judicaverit, rem ſuam morte regis auctum iri, aut ſe dominatum impetrare poſſe, rege de medio ſublato, perſpexit, caedem ejus vel veneno, vel per ſica-

(*) Imper. Cap. 14. Sect. 21. (p. 109.)

(*b*) *Superflua*] Paullo aliter poſtrema haecce verba exhibuit *Cudworthus*, atque leguntur apud *Hobbeſium*. Hic enim ita differit *loc. cit. Omnis lex invalida eſt: obligatio autem, quae obligat ad id, ad quod ante obligati erant, ſuperflua eſt.*

(*i*) *Introductam*] Niſi multum fallor, haec argumentatio non adverſus omnes eos valet, qui religionem commentum eſſe ſummorum imperantium arbitrantur, ſed fortaſſis contra nonnullos tantum ex hoc genere. Rationem ita ſubducit vir doctiſſimus, ſi mentem ejus ſatis capio: Religionem eſt callidum eorum inventum, qui res publicas & civitates condiderunt. Nam antequam civitas condi queat, ineſſe debet valida in hominum animis convictio, eſſe ſeſe obligatos ad obediendum & parendum legibus. Haec autem valida convictio non niſi ex religione poteſt oriri. Igitur religio prior eſt omnibus civitatibus. Si vero prior eſt civitatibus, a ſummis imperantibus non eſt conficta. Hic ego lubens conceſſerim, omnem veram ſtabilemque obligationem ex reverentia Dei atque religione naſci, neque, ſi religionem demas, rem publicam ullam ſalvam & inconcuſſam permanere poſſe. Quae vero ab his initiis ducitur argumentatio, non ejus mihi videtur eſſe virtutis, ut omnes ſtatim eorum copias interimat, qui de fraudibus & doliis legumlatorum garriunt, quum religionum origines oſtendendae ſunt. Dabit homo Deo & religioni adverſarius, ſi hac cum aliquis oppugnet machina, opus eſſe omnino religione ad firmandas civitates, neque certos eſſe magiſtratus de civium obedientia, niſi animi eorum reverentia ſummi cujusdam Numinis, ſcelerum criminumque vindicis, imbuti ſint. Verum hoc ipſum adduxiſſe magiſtratus addet, ut religionis ſemina hominum mentibus ignorantia oppreſſis inſtillarent. Quosdam imperantes id praeclare proſpexiſſe animo, antequam civitates conderent: itaque prius de religione, quam de republica formanda, conſilia ſuſcepiſſe, atque fanaticorum antea perſonam ſibi ſumſiſſe, quam regum & magiſtratuum induerent habitum. Ita *Mahumedem* feciſſe, quem novimus tum demum imperii fundamenta jeciſſe, quum ſuorum animis hanc injecitiet opinionem, ſeſe vatem eſſe a Deo miſſum, cujus mandatis reſiſtere nefas foret. Similem prope modum in Anglia *Oliverium Cromwellium* egiſſe, qui fanatico potius furore, quam vera fortitudine & virtute viam ſibi ad imperium muniverit. Nihil igitur impedire, quo minus religio prior ſit civitate, & nihil tamen quam magiſtratuum & hominum regnandi cupidorum fallacia & commentum ſit. Adjicient fortaſſis homines profani, ne hoc quidem ſeſe velle, omnem religionem a magiſtratibus profectam eſſe: fuiſſe in pleorumque populorum animis ſuperſtitionem, quam metus rerum futurarum ignoratioque cauſſarum peperit, antequam in civiles ſocietates coirent: hanc ſuperſtitionem aluiſſe tantum, amplificaſſe, certisque

Digitized by Google

ficarios moliatur, & rem publicam conturbet. Quod ſi homines ideo tantum parendum ſibi regibus & magiſtratibus eſſe ducerent, quod privatas utilitates ſuas iſta obedientia juvet, aeque facile commodorum privatorum amor obſequium illud & ſtudium diſſolveret & reſtingueret. Ex quo intelligitur, niſi credant cives, religione ſeſe conſtringi ad mandata perficienda eorum, qui in dominatu locati ſunt, ſtare nullo modo incolumem atque permanere rem publicam poſſe. Tolle religionem, nec ullum amplius jus erit imperandi, nulla magiſtratuum auctoritas, nulla denique legum vis & poteſtas. Quapropter illi demum audebunt obligationem hominum, quae religione nititur, ad fraudes & calliditatem referre imperantium, qui ipſam poteſtatem civilem concedent ad fraudes & dolos pertinere, remque eſſe non naturae quadam lege praeceptam, verum aut arte aut armis (*i*) introductam.

§. LXXIX. Quod ſi porro, quae de Deo ac religione feruntur, ideirco tantum 843
a verſutis hominibus excogitata eſſent, quo facilius, quae cuperent, conſequerentur, hominumque mentibus laqueos injicerent, talem certe religionis effinxiſſent formam, quae variis mutari & flecti modis poſſet. Hoc nimirum prae ceteris ſuorum inſtillaſſent animis, quidquid ipſi vellent ac praeciperent, id divinae quoque voluntati conſentaneum eſſe, quidquid ipſi vicißim lege prohiberent, id ſummo diſplicere Numini, iramque ejus & vindictam inflammare: Deum non aliter gu-

que legibus alligaſſe civitatum principes. Sed nec eſſe perhibebunt porro neceſſarium, ut religio jam adſit in hominum mentibus, quum reſpublica condenda eſt: metum & alias quasdam naturales cauſſas adduxiſſe primum homines, ut libertati ſuae renuntiarent, uniusque hominis voluntati ſe ſuaque ſubjicerent: recentes haſce ſocietates nullius initio religionis indiguiſſe: pacta inter magiſtratum & cives inita, ſenſum praeteritorum incommodorum, metum quoque poenarum, aliasque rationes in officio ad tempus continuiſſe populos: procedente vero tempore, quum homines ambitioſi ſuorumque commodorum ſtudioſiores, quam publicorum, turbas in re publica concitarent, perſpexiſſe civitatum praefectos, majori vinculo ad conſtringendos civium animos opus eſſe: quare quum propenſos viderent multitudinis animos ad religionem inviſi cujusdam Numinis recipiendam, hac uſos fuiſſe propenſione, atque pietatem adverſus Deum valli inſtar ac ſepimenti ad ſeditiones & turbas ſedandas adhibuiſſe. Neque hoc multum commovebit homines a Deo averſos, quod poſtremo loco monet vir doctiſſimus, eos, qui religionem inter fraudes & dolos numerant ſummorum imperantium, ipſum quoque civile imperium, quod religione nititur, haud meliori loco habere poſſe. Erunt enim in perverſo hoc grege multi tam ſtulte audaces, ut rem ita eſſe dicant, quodque religioni indicunt bellum, id quodammodo ſummorum magiſtratuum juribus etiam denuntient. Nugae, fateor, ſunt haec omnia & commenta hominum infamorum, quibus Eumo vel exiguo praeditus acumine, ceteris *Cudworthi* noſtri rationibus inſtructus, omnem facile ornatum & ſpeciem detraxerit: ſed vim tamen argumenti, quod hic uſurpat *Cudworthus*, valde labefactant & diminuunt. Quamobrem ſatius eſſe putem, eo non, niſi magna cautione adhibita, adverſus Atheos uti, maxime quum in reliquis argumentis ſatis ſuperque roboris ſit ad omnes cavillationes comprimendas, quarum res hic agitur. Equidem uſu multiplici edoctus, ſic ſentio: In nullos prudentius & ſapientius eſſe diſputandum, quam in eos, qui ingenii, qua valent, aciem ad ipſum Deum & religionem oppugnandam convertunt. Nam quum horum hominum plerique non tam rationibus, quam libidinum & voluptatum amore in hanc infaniam inciderint, neque certi ſint, Deum eſſe nullum, ſed cupiant tantum certiores hac de re fieri, quo ſecurius peccare queant, ideo vel minimum eorum, qui pro Deo fortiter propugnant, delictum cupidiſſime arripiunt, & ex unius argumenti levitate de cauſſae totius indole ineptiſſime judicant. Scilicet nihil facilius credunt mortales, quam id, quod ſuis conducere vident deſideriis & cupiditatibus. Eſſent hic quaedam alia animadvertenda, ſi doctrinae civilis rationem hic habere liceret: verum nunc alia plane res agitur. Quaedam ad hunc *Cudworthi* locum jam monuit *Jo. Clericus Bibl. choiſie Tom. V. p.* 101. qui (1) religionem & reverentiam Dei & utilitatem humani generis non pugnare inter ſe in rerum publicarum adminiſtratione, (2) non tam privatam, quam publicam utilitatem finem eſſe ſocietatum civilium, docuit.

gubernare mundum, quam in illis & per eos, qui ſummam rei publicae adminiſtrarent: hos unos Dei eſſe legatos & vicarios, hos ſolos voluntatis ejus interpretes & nuntios. Ita leges cujuslibet rei publicae voluntasque ſummorum imperantium ſola fuiſſet habita veri & boni, juſti ac injuſti, religionis & pietatis norma atque regula, neque aliquid harum rerum ad naturae praecepta relatum fuiſſet. Hoc modo conſtituta religione, rerum domini ſummi evaſiſſent negotiorum arbitri, atque interminatam habuiſſent poteſtatem, jusque infinitum, quaecumque modo vellent, perficiendi & edicendi, eo, quod univerſi credidiſſent, nihil legibus contrarium committi poſſe ab illis; civibus vero ſumma fuiſſet neceſſitas impoſita ſine ulla tergiverſatione quibuscumque regum mandatis, tamquam ipſius Dei voces eſſent, obtemperandi. Verum haec religionis ſpecies monſtrum tantummodo religionis fuiſſet, atque Dei quaedam ludificatio. Atqui talis certe eſt religio illa, quam merito commentum eorum dixeris, qui praeſunt (*k*) civitatibus. Neque vero totum umquam genus humanum in hanc induci potuiſſet ſententiam, ut voluntatem arbitrariam illorum, qui praeeſſent civitatibus, unam eſſe
144 juſtitiae ac pietatis normam crederet, neque Deum praepotentem ea, quae ab hominibus praeſtari vellet, alia ratione, quam per hos ejus interpretes & vates, orbi terrarum patefacere velle, ſibi perſuaderet. Vera pietas veraque religio non ejus ſunt naturae ac indolis, ut, cerae inſtar, ad nutum & arbitrium hominum fingi queant, verum perennes ſunt & ſempiternae, nec ulla ratione mutabiles. Deum illae ſolum ſpectant & reverentur, ejusque leges aeternas & perpetuas, voluntatemque patefactam: quibus ſi humana videant, ut fit nonnumquam, praecepta refragari, tum Deo potius decernunt morem eſſe gerendum, quam hominibus. Atque hanc propter cauſſam civilis philoſophiae magiſtri, qui Deo non nimis favent, apertum religioni huic bellum denuntiant, remque diſputant eam eſſe magiſtratuum dominationi & juribus omnino inimicam. Namque & metum ab ea imperari dicunt, qui multum ſuperet *Leviathanis* metum, Dei nimirum illius, qui poſt fata quoque aeternis excruciare queat ſuppliciis, nec benigne ferunt, monſtroſum illud, quod imperantibus adſcribunt, infinitae & interminatae potentiae genus ab ea repudiari, quale ne ipſi quidem praepotenti Deo tribuunt, qui rectis de eo ſententiis imbuti ſunt, facultatem nimirum & poteſtatem ad ſuam omnia voluntatem dirigendi, nulla juſti cujusdam aut injuſti ratione habita. Ita nuperus quidam de re publica ſcriptor inter *ſeditioſa dogmata, quae civitatem labefactent, ac ad diſſolutionem ejus tendant*, haec refert praecepta: (*) *Bonarum & malarum actionum judex eſt civis privatus quilibet:* Item: *Quidquid facit civis quicumque contra conſcientiam ſuam, id peccatum eſt. Non privata enim*, ait, *ſed publica lex unicuique civi pro conſcientia habenda eſt.* Idem auctor, (†) *Opinio*, inquit, *eorum, qui docent, peccare* ſub-

(*) Leviath. p. 168. (Cap. 29. p. 152. ed. Batav.)
(†) Elem. de cive Cap. 12. §. 2. (p. 83.).

(*k*) *Civitatibus*] Occulte hic objurgat & pungit *Thom. Hobbeſium* vir eruditiſſimus. Namque is non obſcure in *Leviathane* & *Elementis de cive* illam religionis formam commendat, quam *Cudworthus*: *hoc monſtrum religionis* appellat.

(*l*) *Homines*] Legitima ratione nefarium hoc conſectarium ex praeceptis iſtis *Hobbeſii* ducitur. Ipſe tamen *Hobbeſius* longe aliam inde conſequutionem elicit, quam ipſis ejus verbis exponam: *Ideo res diligentia multa digna eſt illis, qui per obedientiam civilem confuſionem calamitatesque belli civilis evitare cupiunt, quid ſit, quod in ſacris ſcripturis per vitam aeternam & cruciatus aeternos intelligendum eſt, perſcrutari, & propter quae crimina*

ſubditos, quoties mandata principum ſuorum, quae ſibi injuſta videntur eſſe, exſequuntur, & erronea eſt, & inter eas numeranda, quae obedientiae civili adverſantur. Alio loco, (*) *Impoſſibile eſt*, inquit, *conſervari civitatem illam, in qua perſona alia ſit, quae poteſtatem habeat majores infligendi poenas, quam eſt mors, vel majora praemia tribuendi, quam eſt vita. Vita vero aeterna praemium majus eſt, quam vita praeſens, & cruciatus aeternus poena gravior.* Atqui Deus is eſt, qui poenas praemiaque aeterna diſtribuit. Quare pronuntiati hujus haec vis erit & ſententia: Stare nullo modo poſſe rem publicam, in qua cives credant, eſſe Deum, qui perpetuis poſt fata poenis & praemiis afficiat (*l*) homines. Rurſus alio loco, (†) *Si metus*, ait, (*m*) *ſpirituum* (quorum princeps eſt Deus) *ſublatus eſſet, ſimulque prognoſtica a ſomniis, aliaque multa, quae inde dependent, & quibus homines ambitioſi aſtutique populo ſimplici abutuntur, cives in omni civitate ad obedientiam multo magis eruditi eſſent, quam nunc ſunt.* Huc etiam pertinet, quod alio loco (§) perhibet, eos, qui aut immortales eſſe animos, aut praemiis poenisque poſt fata poſſe affici tuentur, *vanis & inanibus vocabulis homines ab obedientia, quam legibus patriae ſuae debent, deterrere, non ſecus ac ruſtici aves ſolent vacua tunica, pileo & inflexo baculo a frumento abigere.* Quibus poſitis, civiles magiſtratus concludit non modo aequitatis omnis & juſtitiae, ſed etiam totius religionis principes & auctores eſſe unicos, nec ullam patefactionem divinae voluntatis aut ſacrum librum valere poſſe apud homines, niſi antea ſigillo veluti & approbatione eorum munitus ſit, qui jura ſcribunt civibus. Jam quis eos neget, qui Deos creandi & religionem conſtituendi poteſtatem habent, omnibus Diis majores & ſuperiores eſſe? Itaque ſi hujus doctrinae tenorem ſervare fas ſit, huc demum deveniamus, neceſſe eſt, ut reges atque magiſtratus ſupremum illud eſſe Numen, cui omnis debeatur religio, aut ſaltem ſecundum materiam, quam infinite potentem, ſenſu licet orba ſit, faciunt hi homines, Leviathanem, regem omnium fluminum, altiſſimo inter Deos loco verſari ſtatuamus. Namque illa materia hominum qui a Deo abhorrent, naturale Numen eſt; hic autem arte factus eorumdem Deus. Interim, id quod praetereundo mihi obſervare liceat, qui tantopere extollunt regum potentiam & jura homines a religione averſi, ut nullum plane illis modum ſtatuant, nec juſtitiam, religionem, pietatem, ipſum denique Deum loco eſſe ſuo patiantur, re vera omnem magiſtratibus auctoritatem & dignitatem eripiunt & detrahunt. Diſcunt enim ab illis cives, nulla ſeſe religione ad obediendum magiſtratibus ſuis cogi & impelli: qua opinione civium animis inſtillata, omne verum jus omnisque germana magiſtratuum auctoritas tollitur, nec niſi bruta quaedam vis & potentia illis relinquitur. Quae quum ita ſeſe habeant, quumque novi hi civitatum architecti veram religionem rectosque de Deo ſenſus ſuis plane conſiliis & inſtitutis adverſari aperte fateantur, quanam, obſecro, fronte

845

(*) Leviath. Cap. 38. p. 238. (p. 208.)
(†) Leviath. p. 8. (Cap. 2.)
(§) P. 373.

mina & contra quos commiſſa cruciandi in aeternum ſunt, & propter quae facta vita aeterna fruituri ſunt.

(*m*) *Spirituum*] Vocabulum *ſpirituum* in verbis *Hobbeſii* hic ideo poſui, quia *Cudworthus* illud Anglice expreſſit, additaque ab eo interpretatio ſine hoc verbo nulla & inanis foret. Apud ipſum vero *Hobbeſium*, ut Latine exſtat, vocabulum hoc non offendas, ſed nomen *ſpectrorum: Si metus*, inquit, *ſpectrorum ſublatus eſſet.* Quod quidem multum ab oratione ejus invidiae ac ſuſpicionis abſtergit.

Digitized by Google

fronte religionem omnem a magiſtratibus confictam & ad cives coërcendos comparatam eſſe tueri audent? Actum igitur eſt & conclamatum de tribus illis fontibus, metu, cauſſarum ignoratione, potentium & dominorum dolis & aſtutia, ex quibus omnem illam Dei reverentiam fluxiſſe profanum genus autumat, quae univerſum genus humanum occupat & obſidet.

§. LXXX. Vidimus, quam multa ſint in ordinariis naturae rebus & eventis, quarum ratio omnem impii generis aciem praeterit. Praeter haec autem, alia quaedam extra ordinem ſaepenumero contingunt, quae aut Deum evidenter probant eſſe ac providentiam, aut ordinem quemdam exſiſtere naturarum docent ratione praeditarum homineque excellentiorum, quae oculos noſtros fugiunt. Qualis quidem ſi exſiſtit mentium ordo, facilis inde eſt ad ſupremum Deum adſcenſus. In his rebus haec tria ſunt praecipue, *viſa*, *miracula*, & *praedictiones rerum futurarum*. Non ſum neſcius, qui cum Deo ſibi nihil eſſe rei volunt, fidem omnis hiſtoriae in dubium vocare ſolere, atque iſta, quae modo memoravimus, aut ad dolos & fallacias aſtutiorum, aut ad metum & ignorantiam hominum neſcientium, qua ratione ſomnia & ſenſuum errores a veris diſtinguenda viſis ſint, aut denique ad pias fabulas publica auctoritate rei publicae cauſſa ſancitas & confirmatas referre. Nihilo tamen minus nos breviter veritati hiſtoriae ſuccurremus, neque omnia, quae de hiſce rebus narrantur, fabulis & commentis annumeranda eſſe, teſtatum faciemus. Quod igitur ad viſa ſeu apparitiones primum attinet, equidem neminem eſſe ſapientem negaturum arbitror, multa circumferri ejus generis fabuloſa & incerta plane, quibus nemo prudens fidem habeat. Attamen omnia, quae referuntur harum rerum, vulgi eſſe nugas aut virorum ſapientum ludos & in-

(n) *Exiſtimant*] Haec ad *Thom. Hobbeſium* caſtigandum in primis dicta ſunt, quippe qui *Leviathanis Cap. 2. p. 6. 7.* cum difficillimum eſſe contendit, ſomnia & alia phantasmata a veris viſis diſtinguere, tum *p. 8.* libere, *Ab hac ignoratione*, inquit, *diſtinctionis ſomniorum aliorumque phantasmatum vividorum a viſione & ſenſione maxima ex parte orta eſt antiquorum gentilium religio, Satyros, Faunos, Nymphas, & ſimilia colentium ſpectra, hodieque opinio, quam habent populi rudes, de lamiis & lemuribus.* Paullo tamen poſt idem non omnia videri vult negare viſa: *Dictum tamen*, inquit, *non eſt, quin phantasmata ſupernaturalia fieri poſſint a Deo: quod tamen ita ſaepe facit, —— fidei Chriſtianae articulus non eſt.*

(o) *Abire*] Eamdem hanc opinionem commemorat & severe, quod par erat, caſtigat *Cudworthi* amicus, *Henr. Morus*, in *antidoto adverſus Atheismum Lib. III. Cap. 16. p. 137.* ſed nullam, quemadmodum *Cudworthus*, auctorem ſententiae tam portentoſae tamque mirabilis & inauditae memorat. *Thom. Wiſe*, qui compendium fecit operis *Cudworthi*, *Cap. 6. p. 460.* dogma hoc cum *Democriti* opinione, quam paullo poſt vir doctus explicat, confundit. *Jo. Clericus*, quem ſatis diligenter excerpſiſſe novimus hunc librum, prorſus eam omittit *Bibl. Choiſ. Tom. V. p. 107.* non ſecus ac ſi incredibile ipſi viſum fuiſſet, quemquam tam abſurde ſenſiſſe. Difficile certe creditu eſt, quemquam hominum, in quo vel umbra fuit rationis, tantam incidiſſe in dementiam, ut cogitando naturas a nobis produci poſſe vere exiſtentes & in ſenſus noſtros incurrentes, ſomniaret. Itaque vellem, auctores viri doctiſſimi nobis nominaſſent, quibus tam abſurde atque inſulſe philoſophari placuit. Miror ceterum, tantum laboris conſumere religionis contemtores in explicandis viſorum & ſpectrorum originibus, ut etiam ad ſummas, quo ſeſe tueantur, ineptias deſcendere non vereantur. Qui ſi magiſtrorum ſuorum, quos unice probant, *Epicuri*, *Metrodori*, *Democriti* veſtigia legere vellent, multo breviori via & ratione his ſeſe ex tricis expedire poſſent. Namque hi, quod *Lucianus* memoriae prodidit in *Pſeudomanti p. 758. Tom. I. Opp.* mentem habebant ἀδιαφορίαν adverſus ejusmodi res, quibus ſeſe explicandis haud eſſe pares cognoſcebant; quumque ad inciti redacti eſſent, neque amplius, quod reſponderent, invenirent, nihilo tamen minus audacter exclamabant, falſa eſſe omnia, quae pro-

Digitized by Google

inventa putare, id idem ego longius, quam ipſa veritas patitur, a ratione abeſſe arbitror. Nulla enim aetas eſt, qua non ejusmodi quid accidiſſe a multis confirmatum, virorumque ſaepenumero nec prudentia nec veritatis amore ulli ſecundorum auctoritate comprobatum ſit. Qui religiones aſpernantur, hominum imbecillitatem, ſomnia vigilantium & viſa quietis a veris viſis ſecernere ignorantium, hanc totam peperiſſe rationem, (*n*) exiſtimant. Sed non vident, ſeſe, dum ita ſtatuunt, non poſtremum philoſophiae, quam ſequuntur, ſcitum funditus evertere, illud nimirum, quod ſenſus unicam decernit eſſe veritatis notam certique ac incerti regulam. Quod ſi enim viri judicio florentes & ingenio tantopere falli ſaepenumero poſſunt, ut falſa & inania viſa pro veris certisque habeant, quantum, quaeſo, fidei erit cognitioni iſti tribuendum, quae a ſenſibus oritur? Utcumque eſt, tantum haec oratio tam ſenſuum auctoritati, quam humanorum teſtimoniorum fidei derogat, ut, ſi eadem ad alios traduceretur eventus & caſus, omnia confeſtim vitae noſtrae praeſidia interirent. Itaque non defuerunt in hac hominum Deo inimicorum turba, qui durum nimis fore & a ratione disjunctum intellexerunt, ſi tot ſenſuum teſtimonia, tot facta, tot narrationes ad fabulas remandarent, eaque de cauſſa ſatius duxerunt confiteri, vera eſſe, quae de viſis feruntur. Sed hi tamen ipſi origines eorum ad imaginationis vires referunt. Quas quidem tantas eſſe praedicant, ut non modo commentitia fingere viſa, verum etiam vera creare queant rerum ſimulacra, certo intervallo ab eo, qui frena phantaſiae laxat, remota: atque haec ajunt ſenſus aliorum ad tempus quoddam ferire & afficere poſſe, poſtea vero ſubito iterum evaneſcere & e conſpectu hominum (*o*) 846
abire. Mirabile profecto portentum & plane inauditum! Quod qui intuentur, ii ſatis, unde diſcant, habebunt, quanta ſit amentia generis hujus, neque quidquam

proferrent adverſarii: Τὸ δὲ ὃ ἐστι πᾶν ψεῦδος ἐστι καὶ γενέσθαι ἀδύνατον. *Quidquid id eſt, falſum id tamen eſt, atque fieri nequit.* Dignam certe eo hominum genere audaciam, quod nec Deum curat, nec homines. Quam ſi illi imitabuntur, qui hodie philoſophiam, aut verius impietatem eorum exprimunt, multis ſeſe liberabunt moleſtiis, nec amplius quaerent, quo eorum retundant rationes, qui Dei cauſſam agunt. Ad rem ipſam quod attinet, equidem argumentum illud, quod viſa & ſpectra praebent ad eos coërcendos, qui Deum ipſum invadunt, in iis arbitror ponendum eſſe, quibus neminem ſapientem ſine magna cautione ac circumſpectione uti decet. Nam ut taceam, multo eſſe labore opus, antequam narrationes ejusmodi extra omnem controverſiam ponantur, nec deeſſe hominibus obſtinate incredulis, quae ſemper adverſus teſtium fidem & auctoritatem excipiant, quaedam ex diſciplinis, quas amplectuntur Athei, ejus ſunt indolis, ut ex illis viſorum & ſpectrorum qualiscumque reddi queat ratio. *Epicurum*, verbi cauſſa, qui ſequuntur, & humanum genus ex corpuſculis conflatum eſſe ſtatuunt, illis nihil obſtat, ne fateantur, ſolere interdum tenuiores & ſubtiliores atomos ita coire, ut talem formam, qualis hominum, animalium, aliarumque rerum eſt, oculis hominum objiciant, rurſus vero mox diſſipari ac evaneſcere. Talia ſi ex atomis & fortuita earum concurſione nata ſunt olim corpora, qualia hominum ſunt & animantium, quidni etiam hodie ex temeraria earumdem coagmentatione ejusdem figurae naſcantur corpora multo leviora, at minus ſtabilia & perpetua? Confer, quae ingenioſe hac de re diſputavit *Petr. Bayle Dictionaire hiſtor. & critique Tom.* II. *voce Lucretius Not. F. p.* 1804. 1805. cujus tamen quaedam minus habent, quam videtur initio, ſoliditatis. Idem *Baylius* neque *Thom. Hobbeſium*, neque ipſum *Bened.* de *Spinoſa* ullam ex praeceptis philoſophiae ſuae probabilem cauſſam reddere potuiſſe, cur viſa, ſpectra, & lemures eſſe negarent, demonſtrare aggreſſus eſt. Vid. *Tom.* II. *voce Hobbes Not. N. p.* 1481. & *Tom.* III. *voce Spinoza Not. Q. p.* 2642. Non haec eo diſputo, ac ſi illis nonnihil concedere vellem, qui viſa omnia & ſpectra penitus rident & rejiciunt. Valeant hi, qui puerorum mihi ſemper viſi ſunt ſimiles, quos ideo juvat negare, corpus eſſe aërem, quia ipſimet illum haud cernunt. Conſtitutum mihi unice eſt prudentiam iſtis commendare, qui cum Atheis conſligere ſuum eſſe ducunt.

(*p*) Ra

quam esse sentient tam ineptum, tam absurdum, tam omnis expers rationis, quod non libentius suscipiant, quos semel haec perfidia cepit, quam ut aliquid admittant, ex quo vel suspicionsum fiat, esse Deum. Namque hoc si dederis, esse mentes quasdam invias, stabili & permanente natura praeditas, non erit amplius, quod illis respondeas, qui supremam esse mentem concludunt, ceteris omnibus & toti rerum naturae praesidentem.

§. LXXXI. Itaque longius etiam progressus est *Democritus*; nec modo fidem detrahi noluit illis, quae de tot feruntur visis, verum etiam esse concessit genus quoddam naturarum permanentium & constantium, homine superiorum, quae in varias sese formas vertere, hominibus apparere, & pro lubitu vicissim e conspectu eorum sese auferre queant. Has ille naturas *idola* vocat seu simulacra, ac ejusdem esse indolis censet, cujus exuviae sunt illae, quas perpetuo ab extremis corporibus fluere opinatur. Perenne tamen aliquid & immortale in illis esse negat, neque tempori resistere posse concretiones corpusculorum, ex quibus illae constant, autumat: quibus dissolutis, ipsas censet naturas etiam in nihilum redire ac occidere. Ita *Sextus* philosophus mentem hominis exponit: (*) Δημόκριτος εἴδωλά τινά φησιν ἐπιπελάζειν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τούτων τὰ μὲν εἶναι ἀγαθοποιά, τὰ δὲ κακο-
847 ποιά· ἔτι δὲ καὶ εὐλόγων τυχεῖν εἰδώλων· εἶναι δὲ τοῦτα μεγάλα τε καὶ ὑπερμεγέθη καὶ δυσφθαρτα μὲν, σὺν ἀφθαρτα δὲ, σημαίνειν τε τὰ μέλλοντα τοῖς ἀνθρώποις. Φαντάσματα καὶ φωνὰς ἀφιέντα. *Democritus autem ait, quaedam simulacra appropinquare hominibus, & ex illis alia quidem esse benefica, alia vero malefica. Hinc etiam optat, ut bona simulacra sibi occurrant: ea autem esse magna & ingentia, & difficulter quidem interire, non esse in-*

(*) Adv. Mathem. p. 311. (Lib. VIII. adv. Phys. §. 19. p. 552.)

(p) *Relictis*] Non indignum hoc *Democriti* esse dogma judico, de quo nonnihil differam, maxime quum viros graves atque inclytos, nec recentiores tantum, verum etiam veteres, circa illud non parum esse lapsos intelligam. Si nullam afferent aliam, quae dicturus sum, opportunitatem, id saltim constabit ex illis, veterum philosophorum, & in his *Democriti* in primis, de natura rerum praecepta non ita hodie nobis percepta & cognita esse, ut sine omni erroris formidine de illis disputare queamus: fortassis & hoc inde quidam intelligent, ambiguitatem vocabulorum multis fuisse fraudi, ne recte dogmata veterum explicarent. (1.) Ante omnia tota nobis enarranda est *Democriti* sententia, quae in *Sexti* loco non ita traditur, ut nihil desideretur ad eam cognoscendam amplius. Ex *Sexti* dicto, quod a *Cudworthio* producitur, apparet, visum fuisse *Democrito*, (1) esse naturas quasdam ex tenuissimis & valde subtilibus corpusculis conflatas, quae certis tantum temporibus, in tenebris maxime, hominibus appareant. Nullum dubium est, quin existimaverit, ipsam harum naturarum indolem obstare, ne semper & omni tempore ab hominibus conspiciantur, sed certum earum statum certasque oculorum nostrorum affectiones requiri, si cerni a nobis ac videri debeant. Multa sine controversia de his rebus praecepit *Democritus*, quae hodie, libris ejus amissis, ignoramus. (2.) Has naturas magnas esse, ac humanam staturam multis modis superare. (3.) Eas multo difficilius dissipari atque disjici, quam hominum corpora; at post longum tamen tempus interire ac dissolvi. (4.) Eas certos sonos vocesque edere, sine dubio hominum vocibus & sermoni similes. Addit enim *Democritus*, spectra haec de futuris rebus erudire homines: quod qua ratione facere possent, nullo modo intelligitur, nisi facultatem haberent cogitationes suas iis verbis enuntiandi, quibus utuntur homines, apud quos degunt, quibusve apparent. Quare credendum est, cognitionem linguarum humanarum & usum sermonis in orbe utitati a *Democrito* illis concessum esse. (5.) Eas fatura prospicere, & hominibus interdum, antequam eveniant, praedicere ac praesignificare. (6.) Duplicis eas esse generis, alias beneficas, alias maleficas, malefícasque nocere hominibus posse. Hanc enim propter caussam optavit philosophus, ut simulacra sibi benigna apparerent. His nunc ea addemus, quae aliunde de his *Democriti* speciebus & naturis addiscuntur. Ipse *Sextus Lib.* VIII. *adv. Mathemat.* §. 42. *p.* 559. bina memoriae pro-

tamen interitui non obnoxia: ſignificare autem hominibus futura, eſſeque adſpectabilia, & vocem emittere. Graviter quidem tulerunt hanc *Democriti* ſententiam, qui pari cum ipſo ardore Deum oppugnant, plusque eum largitum eſſe, quam neceſſe erat, ſupremi Numinis profeſſoribus, conqueſti ſunt. Ipſe vero ab his ſpectris nihil cauſſae ſuae metuendum eſſe ratus eſt. Nam quod totam iſtam idolorum turbam deſtrui poſſe & deleri ſciſceret, quod ea nihil eſſe, quam ſubtiliores atomorum concretiones, aut genus quoddam animalium ex aëre & aethere conflatorum, duceret, quod denique anima immortali ea carere, nec niſi corpore conſtare praeciperet, in illis ſatis eſſe ſibi judicabat praeſidii ad eos reprimendos, qui ducibus hiſce *idolis* ad Deum adſcendere conarentur. Quemadmodum nimirum ex eo, quod homines ſunt, quos pariter putabat nil eſſe, niſi corpora immortalis animi expertia, nullo effici modo poſſe putabat, eſſe Deum: ita etiam ſimulacra haec nihil eos adjutura eſſe rebatur, qui Deum eſſe volunt. Sic nimirum pergit apud *Sextum*: Ὅθεν τούτων αὐτῶν φαντασίαν λαβόντες οἱ παλαιοὶ, ὑπενόησαν εἶναι θεὸν, μηδενὸς ἄλλου παρὰ τοῦτο ὄντος θεοῦ ὃ ἄφθαρτον φύσιν ἔχοι(p). *Unde ea viſione apprehendentes antiqui, Deos eſſe exiſtimarunt, quum praeter haec, non ſit alius Deus, qui habeat naturam, in quam non cadat interitus.* Fateor haec ſatis, quam impie erga Deum affectus fuerit *Democritus*, indicare. Verum id tamen ex his intelligitur ſcitis, non tam impudenter, quam qui hodie Deum oppugnant, philoſophum hunc omnia, quae de viſis perhibentur, ad fabulas referre auſum fuiſſe. Namque, praeter animalia, quae terram incolunt, eſſe alia in aëre vel aethere credebat, neque tellurem noſtram ſolam habitabilem eſſe factam putabat, ceteris immenſis ſpatiis, quae ſupra nos ſunt, deſertis plane & incultis (*p*) relictis. Haec dum refero, non poſſum, 848

quin

prodidit alia de his naturis: (7.) Placuiſſe *Democrito* conſtituere, eas in aëre, qui nos ambit, verſari ac commorari, & (8.) eas eadem, qua homines, figura & forma eſſe praeditas. Τὰ δ' εἴδωλα εἶναι ἐν τῷ περιέχοντι ὑπερφυᾶ τῇ ἀνθρωποειδεῖ ἔχοντα μορφὴν, ἢ καθόλου τοιοῦτα, οἷόν φησι Δημόκριτος, παντελῶς ἐκ δυσπαράδεκτον. *Quod autem in aëre, qui nos ambit, ſint ſimulacra ingentia & humanis formis praedita, & in ſumma talia, qualia ſibi vult effingere Democritus, eſt omnino ejusmodi, ut admitti difficulter poſſit.* Pleraque haec, quae memoravimus, confirmat *Cicero*, tametſi, quod paullo poſt patebit, non is ille ſit, cui de *Democriti* opinionibus differenti fides temere haberi queat. Addit tamen (9.) quasdam harum naturarum *tanta magnitudine* viſas fuiſſe *Democrito*, *ut univerſum mundum complectantur extrinſecus.* Quod tamen qua ratione intelligi debeat, ignorare me fateor. Forte *Cicero*, uti ſolet interdum, non cepit *Democriti* ſententiam. Utcumque eſt, ridiculum mihi plane & ab homine tam acuto, qualem *Democritum* fuiſſe ferunt, prorſus alienum videtur, naturas eſſe ſtatuere univerſo mundo majores & grandiores. Conf. quae adverſus hanc opinionem differit *Auguſtinus Epiſt.* CXVIII. *ad Dioſcor.* §. 29. *p.* 258. *Tom.* II. *Opp.* Adſcribam interea ipſum *Ciceronis* locum *de natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 43.

p. 2948. *Tom.* IX. *Opp.* *Democritus* —— *cenſet, imagines divinitate praeditas ineſſe univerſitati rerum: tum principia menteſque, quae ſunt in eodem univerſo, Deos eſſe dicit: tum animantes imagines, quae vel prodeſſe nobis ſolent, vel nocere: tum ingentes quasdam imagines, tantasque, ut univerſum mundum complectantur extrinſecus.* Quibus dictis, haec addit, neque male, meo judicio: *Quae quidem omnia ſunt patria Democriti, quam Democrito, digniora.* Scio, *Petr. Baylium* in *Dictionario Tom.* II. *voce Democritus Not. P.* p. 984. hanc aegre ferre *Ciceronis* cenſuram, atque contra contendere, magni potius & excellentis ingenii ſigna & documenta has eſſe opiniones. Sed nec ignoro, ea viro huic ut magna & egregia ſaepe praedicari, quo diſputandi materiam habeat, quae ſapientiores merito ad excrementa ingeniorum referunt. Jure tamen majori hanc promeret reprehenſionem *Democritus*, ſi tot foviſſet de Deorum natura ſententias, quot *Cicero* hic recitat, tamque lubricus & inconſtans, ut ab eo fuiſſe dicitur, in explicandis Deorum rationibus fuiſſet. Sed animadvertet facile, qui vel *Sexti Empirici*, quos attulimus, locos cum *Ciceronis* hiſce verbis contulerit, ne quid nunc de aliis veterum teſtimoniis dicam, unam & continuam *Democriti* ſententiam ab eo in plura diſcerpi & dilacerari dogmata. Namque illae *imagines divinitate praeditae*, illa *principia*

quin ſimul indicem, non paucos de antiquis Chriſtianorum doctoribus, tametſi non

cibia mentesque, illae *imagines animantes*, denique *ingentes* illae *imagines*, de quibus *Cicero*, tamquam de diverſis naturis, loquitur, unum tantum genus ſunt, illae nempe naturae, quas εἴδωλα ſeu *ſimulacra* vocabat *Democritus*. Forte, quod nonnumquam ſolet, ſtudioſe pervertit *Cicero* philoſophi hujus ſententiam, quo tanto eloquentius & melius eum confutare ac deridere poſſet: forte incuria in hunc errorem incidit, aut memoriae ſuae plus, quam decebat, tribuit. Exſtat alius ejus locus *de natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 12. *p.* 2896. quo nihilo curatius loquitur de hoc *Democriti* dogmate, & praeterea in alium, quem paullo poſt demonſtrabimus, errorem incidit. Obſervent haec velim illi, qui omnia, quae de veterum philoſophorum ſcitis *Cicero* tradidit, non ſecus ac ſi oracula coelo delapſa eſſent, probant & recipiunt. [Exemplum in *Ariſtotele* affert *Leibnitius Epiſt. Vol.* II. *p.* 116.]

(II.) Quibus gradibus ad dogma hoc delatus ſit *Democritus*, non admodum difficile inveſtigatu eſt. Audax ipſi videbatur & temerarium, omnia illa repudiare ac rejicere, quae de viſis ſpectriſque tam concordi populorum omnium conſenſione tradebantur: neque facile a ſeſe impetrabat, ut, quam in omnium gentium animis haerere videbat, de Diis opinionem ex nihilo eſſe natam crederet. Itaque dogma ſibi eſſe cenſebat excogitandum, ex quo rei utriusque ita reddi poſſet ratio, ut religioni tamen, a qua abhorrebat, nihil incrementi & roboris accederet, nec philoſophiae, quam ſemel adoptaverat, initia & fundamenta convellerentur. Quaenam vero hujus ſententiae cum primis diſciplinae, cui ſeſe addixerat, principiis conſenſio ſit, id quidem, quum pauca tantum fragmenta operum ejus nobis reſtent, paullo gravius intellectu eſt. Conſentiunt veteres, vacuum & corpuſcula omnibus nuda qualitatibus bina illa fuiſſe principia, ad quae totam rerum naturam revocavit *Democritus*, diſciplinamque, quam *Epicurus* poſtea profeſſus eſt, philoſophiae ejus prorſus fuiſſe ſimilem & conſentaneam. Non me praeterit, *Auguſtinum* & alios quosdam exiſtimare, dediſſe eum atomis ſuis qualitates nonnullas. Sed aegre mihi perſuadeo, rem ita ſeſe habere, plusque arbitror credendum eſſe tot antiquioribus teſtibus, qui *Democriti* volumina legerunt, quam *Auguſtino*, quem paullo poſt non nimis perſpicacem fuiſſe in *Democriti* philoſophia interpretanda, *Ciceronemque* ſequutum eſſe temere, docebo. Id ergo agitur, ut, quanam ratione is, qui ex atomorum fortuita concitatione omnia, quae fiunt & facta ſunt in rerum natura, provenitſe arbitratur, ſalvis diſciplinae ſuae legibus & elementis omnia illa recipere ac tueri queat, quae ſupra enumeravimus, pateat. Equidem periculum faciam, num aliqua ratione, incolumi diſciplina atomorum, hoc dogma a *Democrito* defendi potuiſſe oſtendere valeam. Quod ſi peccavero, nemo tamen erit, qui me facile erroris redarguere queat, quum temporum iniuria pericrint, quae magno alioquin exaravit numero *Democritus*, ingenii monumenta. Principio hominem, qui atomis totam rerum naturam deſcribit, ſtatuere, eſſe concretiones quasdam atomorum longe ſubtiliores illis concretionibus, quae homines & animalia nominantur, easque concretiones eandem, quam homines, formam & figuram referre, nihil prorſus a verisimile & inauditum habet. Nam quid impedit, cur atomi credantur eſſe, corpuſculis illis, ex quibus nos ſumus conflati, multo tenuiores & leviores? Ut ſi graviores illae & craſſiores atomi ita aliquando coiverunt, ut homines & animalia efficerent, quidni illis exilioribus idem aliquando felicitatis obtigiſſe putemus? His concretionibus aethereis & ſubtilioribus vitam, rationem, linguae & oris facultatem dare, itidem atomorum diſciplinae non repugnat. Etenim ſi tam apte quondam cecidcrunt graviora & craſſiora corpuſcula, ut rationem, mentem, voluntatem, ſenſus, & ſermonem in hominibus & animalibus parerent, de exilioribus & ſubtilioribus corpuſculis quo minus idem dicatur, nil equidem, quod obſtet, video. Majus aliquid addo. Ne hoc quidem a philoſophia *Democriti* alienum eſt, quod divinationem & rerum futurarum proſpicientiam his idolis ſuis & ſpeciebus tribuit. Nempe ſubtiliores & exiliores atomi haud dubie ſenſus quoque multo perſpicaciores & acutiores genuerunt, atque noſtri ſunt. Quod ſi ita eſt, videant, neceſſe eſt, hae naturae, quae nullius alioquin oculis patent, neque ulla impediantur ratione, quo minus ipſos corporum noſtrorum meatus penetrent, atque interiores ſanguinis ſpiritumque animalium motus perſpiciant. Cogitationes autem & deliberationes noſtrae ex mente *Democriti* nihil ſunt, quam varii ſanguinis & inteſtinorum, e quibus contexti ſumus, atomorum motus. Haud igitur mirum eſt, has naturas praedicere poſſe, quae multo poſt eventura ſunt. Finge, naturam quamdam oculis eſſe tam acutis praeditam, ut, quid rerum in corpore ſiat *Alexandri M.* & quibus ſanguis ejus motibus agitetur, perſpicere valeat. Illa certe natura, ſi diſciplinam ſequantur *Democriti*, cogitationes ejus de bello Perſis inferendo ex illis atomorum motibus intelliget. Praedicet igitur & vaticinabitur, ſi velit, Perſis, fore, ut *Alexander* bello *Darium* aggrediatur. Eadem ratione ſacinoroſis & maleficis imminentem mortem, aulicis regis indignationem, hominibus morbos & mortem diu ante, ſi velit, ſignificabit. Cognitis enim inteſtinis corporum motibus, effecta quoque motuum

non tam abjecte cenſerent de geniis, ut mera eos eſſe corpora ducerent, quod 849
D.

tuum illorum facili negotio cognoſcet & proſpiciet. Tales ſimiliter naturae, perſpectis aëris concitationibus & atomorum in eo variis concurſionibus, tempeſtates, fulmina, tonitrua, procellas nautis & agricolis commode, ſi placuerit, antequam irruant, denuntiabunt. Adde his, reliquos horum geniorum ſenſus, auditus, tactus, odoratus, guſtatus, non poſſe non facultatibus noſtris multo excellentiores & praeſtantiores eſſe, multoque minus miraberis, ſi *Democritum* his naturis ſuis audias divinandi poteſtatem attribuiſſe. Neque difficilius ex atomorum diſciplina, unde fiat, explicabitur, quod hae naturae tardius reliquis naturis pereunt, tametſi perpetuitatem ſibi promittere nequeant. Nam quo ſubtiliores & exiliores ſunt atomi, e quibus conſtant, eo firmius inter ſe cohaerent, diuturno ut opus ſit tempore, antequam hae naturae diſſolvantur & diſſipentur. Forte etiam ex figuris corpuſculorum rationes *Democritus* reddidit, quas hodie nos ignoramus, cur idola ſua multo longius viverent, quam homines & animalia. Diſparem, quam his ſpeciebus & ſpectris attribuit, naturam, quarum alias beneficas eſſe, alias ſtudio nocendi flagrare voluit, cum philoſophia *Democriti* componere, nil itidem negotii habet. Namque tantum ſi potuerunt individua corpuſcula, e quibus nos toti ex mente philoſophi hujus conſtati ſumus, ut homines ingenio, moribus, natura, propenſionibus mirifice diſſentientes, hosque bonos, illos malos efficerent, quidni minum eumdem atomos egiſſe leviores & ſubtiliores exiſtimemus? Aërem cur domicilium his naturis dederit *Democritus*, neminem puto a nobis ſciſcitaturum eſſe. Res ipſa, ut id fieret, flagitabat. Reſtat igitur tantum procera ſtatura & eximia magnitudo idolorum, de qua dicendum nobis aliquid eſt. Nihil in hac magnitudine eſt, quod diſciplinae repugnet *Democriti*. Etenim nil obſtat, quo minus atomi, quae pygmaeum produxerunt, gigantem etiam pariant, ſi caſus & fortuna faveat. Sed cur omnia haec ſpectra magna & ingentia fecerit, nec quaedam minori, alia majori & excelſiori eſſe forma praeceperit philoſophus, id vero ex hac philoſophia paene nego doceri poſſe. Igitur *Democritum*, quem non prorſus a vulgi opinionibus abhorruiſſe accepimus, hic popularem ſententiam eſſe ſequutum ſuſpicor. Vetus enim eſt opinio tam inter Graecos, quam Romanos, Deos genios & heroës forma multo grandiori atque majori, quam homines ſunt, apparere ſolere.

(III.) Dogma ceterum hoc *Democriti* dudum eſt, quod nec recte intellectum, nec ab aliis ejus praeceptis accurate diſtinctum eſt. Quod antequam doceam, cauſſam primum & fontem erroris demonſtrabo. Duplex eſt in philoſophia *Democriti* genus *idolorum*, aut, ut clarius loquar, res binas valde inter ſe diverſas uno nomine εἴδωλα vocavit *Democritus*. Primum naturas illas ſeu ſpectra, de quibus adhuc copioſe diſſeruimus, hoc vocabulo appellavit. Deinde imagines, quas cenſebat philoſophus hic a rebus omnibus fluere & ad oculos noſtros manare, eodem nomine deſignavit. *Diogenes Laërtius Lib.* IX. *Segm.* 44. *p.* 573. Ὅσα δ' ἡμᾶς κατ' ΕΠΑΠΤΑΣΘΑΙ ἐμφαίνοντες. *Democritus docet, videre nos, incidentibus in nos rerum imaginibus. Cicero Epiſtolar. ad Atticum Lib.* II. *Ep.* IV. *p.* 1012. *Tom.* VII. *Opp. Nam ſi κατ' εἴδωλα ἐμφαίνεσθαι videremus, valde laborarent εἴδωλα in angustiis.* Quibus ille verbis aperte *Democriti* dogma perſtringit. Clarior eſt & concinnior alter *Ciceronis* locus *Epiſtol. ad familiar. Lib.* XV. *Ep.* XVI. *p.* 864. *Tom.* VI. *Opp.* quo & *Epicuro* eamdem fuiſſe, quae *Democrito*, ſententiam docet, & Latine haec εἴδωλα *ſpectra* fuiſſe nominata tradit: *Nam ne te fugiat, Catius Inſuber, Epicureus, qui nuper eſt mortuus, quae ille Gargettius, etiam ante Democritus εἴδωλα, hic* ſpectra *nominat. His autem ſpectris etiamſi oculi poſſent feriri, quod vel iis ipſa occurrunt, animus qui poſſit, ego non video. Democritus* nimirum, quo viſus naturam declararet, de ſummis corporibus affluere ſemper ſimulacra corporum ipſorum, eaque ſefe in oculos noſtros inferre, atque ita fieri ſenſum videndi affirmabat. [Vid. *Cicero de Nat. Deor. Lib.* I. *Cap.* 38. *p.* 2940.] Placuit eadem poſtea ſententia *Epicuro*, cujus mentem, praeter alios, *Lucretius* expoſuit *de natura rerum Libro* IV. *vſ.* 238. *ſ. p.* 40. *ſ.* Haec ſimulacra ſeu imagines, quas *exuvias* vocant alii, de extremis corporibus ad noſtros ſemper oculos manantes, εἴδωλα quoque nominabat. Sunt haec bina idolorum genera tota natura, id quod vident omnes, diverſa, nec affinitatis habent aliquid. At veteres tamen recentioresque, qui *Democriti* expoſuerunt praecepta, niſi totus fallor, vocabuli decepti ſono, ea inter ſeſe confuderunt, quodque de altero ſpectrorum genere *Democritus* dixerat, perperam de altero intellexerunt. Ipſe primum hic erravit *Cicero*, quem jam ſupra monui haud ſatis dextre *Democriti* de Diis placita enarraſſe. *Quid*, inquit ille, *Democritus, qui tum imagines earumque circuitus in Deorum numero refert, tum illam naturam, quae imagines fundat ac mittat? de natura Deor. Lib.* I. *Cap.* 12. *p.* 2896. Imagines, de quibus hic *Cicero* loquitur, illa ſunt εἴδωλα, quae *exuvias* & *ſimulacra* dicunt Epicurei Latine loquentes. Patet id non modo ex eo, quod naturae cujusdam, id eſt, corporis mentionem facit, quae fundat imagines eas, quod in alterum *idolorum Democriti* genus minime cadit, verum etiam inde, quod his imaginibus *circui-*

850 *Democrito* viſum fuit, tamen certa illis corpora, tenuia quidem & ex aëre vel aethe-
851 re conflata, attribuiſſe. Quae quidem (q) *Auguſtinum* adduxit opinio, ut *Epiſtola* CXV. angelos *aethereos*, malos autem genios *aëreos animantes* nominaret. Afferam inſignem ex *Pſelli Dialogis* περὶ ἐνεργείας δαιμόνων ſeu *de operat. daemonum* locum, qui hanc rem illuſtrat: (*) Ἀλλ' οὐκ ἀσώματον, ὦ γύναι, τὸ δαιμόνιόν ἐστι φῦλον, μᾶλλον σώματος· δι' ὃ καὶ αὐτὶ σώματος ἀμφίτροφοι· καὶ τοῦτό ἐστι μὲν καὶ παρ' αὐτῶν μαθεῖν τῶν σεμνῶν πατέρων· καὶ βασιλεὺς ἦν ὁ θεῖος ὁ δαίμοσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγχοῦ πᾶσι τοῖς ἀγγέλοις εἶναι σώματος ἀμφίνους, οἷά τινα πνεύματος λεπτοῦ, καὶ ἀερώδη, καὶ ἄχραντος, καὶ ἐξῆς. *At heus tu, daemones incorporei non ſunt, immo corporei, & circa corpora verſantur. Quod quidem vel ab ipſis venerandis patribus, religionis noſtrae antiſtitibus, diſcere poſſumus.* — *Quin* &

(*) P. 29. (potius p. 44. 45. ed. Gaulmini.)

cultus adſcribit. Etenim hi *circuitus* haud dubie id ipſum ſunt, quod περιπλόκους Graece dixit *Democritus*. At falſum prorſus eſt, *Democritum* iſtas corporum, quas in oculos incurrere noſtros fingebat, exuvias in Deorum retuliſſe numerum: quod ſi feciſſet, ne inter Abderitanos quidem, cives ſuos, homines non nimis acutos, locum aliquem tueri potuiſſet. Stultius enim quid fieri poteſt, quam dicere, ſimulacrum de corpore equi aut aſini ad oculos noſtros defluens Deum eſſe? Superius vero illud *idolorum* genus, cujus naturam abunde expoſuimus, *Democritus* id eſſe ſtatuit, quod *Deos* appellaverint homines. Quocirca manifeſte *Cicero*, quod philoſophus hic de uno genere ſpectrorum dixerat, ad alterum temere & ſine ratione tranſtulit. *Cicerone* apertius in hunc errorem incidit *Auguſtinus*, qui, quod verba, quibus utitur, oſtendunt, *Ciceronem* in primis ducem adhibuit in philoſophia *Democriti* explicanda. Ita vero hic *Epiſtola* CXVIII. *ad Dioſcorum* §. 27. p. 257. *Tom.* II. *Opp.* *Quanto enim melius ne audiſſem quidem nomen Democriti, quam cum dolore cogitarem, neſcio quem ſuis temporibus magnum putatum, qui Deos eſſe arbitraretur imagines, quae de ſolidis corporibus fluerent, ipſae vero ſolidae non eſſent, eaſque hac atque hac motu proprio circumeundo atque illabendo in animos hominum facere, ut quis divina cogitetur: quum profecto illud corpus, unde imago flueret, quanto ſolidius eſt, tanto praeſtantius eſſe judicetur?* Magni ponderis & momenti *Auguſtini* eſſet ratio ad inſaniam & turpitudinem *Democriti* demonſtrandam, ſi vere id ipſum ſenſiſſet, quod eum ſenſiſſe arbitratur. Nam vel pueri intelligunt, emotae mentis hominem eſſe, qui aſinum negat eſſe Deum, at umbram aſini Dei nomine dignam eſſe ſtatuit. Quidni aſinus majori jure Deus ſit, ſi ſimulacrum aut ſpectrum de corpore fluens aſini & oculos noſtros feriens Deus haberi debet? At certus ego ſum, nihil ejus rei *Democrito* in mentem veniſſe. Non ille *imagines de ſolidis corporibus fluentes* Deos eſſe cenſuit, ſed longe alias imagines & naturas, quae homine digniores & meliores ſunt, diutius vivunt, divinandi denique facultate & aliis rebus pollent. Ante hunc *Irenaeus* duplex illud ſpectrorum *Democriti* genus miſcere videtur: ſaltim parum concinne *Democriti* dogma exponit *Lib.* II. *adv. haereſes Cap.* 14. *p.* 133. *edit. Maſſueti*: *Democritus*, inquit, *primus ait, multas & varias ab univerſitate figuras expreſſas deſcendiſſe in hunc mundum.* Increpat ibi Valentinianos *Irenaeus*, qui rerum coeleſtium ſimulacra neſcio quae in orbe verſari nugabantur, atque hanc eos opinionem a *Democrito* & *Platone* accepiſſe perhibet. Quasnam *Democriti* imagines in animo habuerit, haec quum ſcriberet, ex verbis ejus non continuo liquet: utro vero de genere ſpectrorum accipiamus hoc dictum, ſemper aliquid apud *Irenaeum* erit, quod aegre ad id genus accommodes. Quod quidem documento eſt, ſanctum hominem non ſatis gnarum fuiſſe diſciplinae *Democriti*, resque prorſus diſtinctas cogitando conjunxiſſe. Si dicas, *figuras*, quarum ille meminit, iſta eſſe εἴδωλα, quae *Democritus* in aëre habitare, atque futura nonnumquam hominibus praedicere putabat, certe vitium id eſt, quod has figuras cum *Platonis* ſpeciebus aut ideis componit & ſociat. Etenim horum idolorum & *Platonis idearum* ingens omnino eſt differentia. Sin vero *exuvias* ab eo putandum eſt intelligi de corporibus extremis ad ſenſus noſtros manantes, neſcio, quid ſit illud, quod has figuras *ab univerſitate expreſſas in mundum deſcendiſſe* ait. Namque verba haec nullo modo in ſimulacra illa conveniunt, quorum περιπλόκους ſeu *circuitus Democritus* videndi ſenſum efficere opinabatur. Hac ſi ratione veteres errarunt, qui philoſophi hujus propiores fuerunt temporibus, ac deletis nondum ejus voluminibus vixerunt, recentiores in iisdem eſſe erratis, magnopere haud demirandum eſt. Vir longe doctiſſimus, *Jo. Alb. Fabricius*, in *Notis ad locum Sexti Empirici*, quem *Cudworthus* attulit, *p.* 553. auctoritate, ut videtur, *Ciceronis* adductus, *ideas Democriti* cum *Epicuri* ſimulacris comparat a Diis ad nos affluentibus. Vix putem recte id fieri, quod

& divinus ille Baſilius — non daemonibus ſolis, ſed intemeratis etiam angelis ineſſe corpora contendit, quaſi tenues quosdam, aëreos defaecatosque ſpiritus. Idem poſtea *Pſellus*, quomodo *συμφυὲς ἀϊγίλοις σῶμα, corpus illud nativum angelorum*, ab illo differat, quo cacodaemones veſtiti ſint, corpore, docet: illud quidem tradit fulgere & radiato ſplendere lumine, hoc vero fuligine quadam obductum & tenebris tectum eſſe. Eſſe autem ſua malis geniis corpora, id Servatoris noſtri verbis efficere ſtudet, qui ſupplicium illis ignis comminatur: quo quidem affici nullam poſſe naturam cenſet, niſi corporis eadem particeps ſit. Fortaſſis erunt alii, qui, ut angelos oſtendant corporibus praeditos eſſe, aliud noſtri Servatoris effatum teſtabuntur, quo confirmat, homines, quum corporibus ſuis aliquando reddentur, neque uxo-

res

quod bona tamen cum venia viri ſummi dixerim, quem ſcio totam veterum doctrinam animo complecti. Sunt, fateor, in philoſophia *Epicuri* talia ſimulacra, qualia in diſciplina conſpiciuntur *Democriti*; quod quidem jam ante monui: verum illa, quorum ibi *Sextus* meminit, *Democriti εἴδωλα* ab imaginibus, quas *Epicurus* a Diis aliisque rebus ad nos deferri putabat, vehementer diſtant. Multo gravius lapſus eſt *Petr. Baylius*, qui *Dictionnaire hiſt. & critique Tom.* II. *voce Democritus Not. P. p.* 984. *Democriti* ſententiam de Diis ita interpretatur, ac ſi philoſophus hic non modo ſimulacra, ſed etiam notiones rerum, quae in noſtris ſunt animis, pro Diis habuiſſet. *Il prodiguoit*, ait, *le nom de Dieu aux images & aux idees des objets & a l'acte de notre entendement par lequel nous connoiſſons les objets.* In quo quidem bis peccat: primum quod *Democritum* putat imagines rerum in Deorum poſuiſſe numero; deinde quod eum notionibus etiam animi noſtri parem honorem habuiſſe arbitratur. Utrumque plane a ſententia philoſophi hujus alienum eſt. Sed progreditur tamen longius *Baylius*, atque poſitis iſtis *Nicolai Malebranchii* ſententiam, qui nos omnia praecepit in Deo videre, non differre a diſciplina *Democriti*, ejusque tantum uberiorem eſſe declarationem, ſtatuit: *Je ne ſais ſi jamais perſonne a pris garde, que le ſentiment de l'un de plus ſublimes eſprits de ce ſiecle*, que nous voions toutes choſes dans l'etre infini, dans Dieu, *n'eſt qu'un developpement & qu'une reparation du dogme de Democrite.* Id vero eſt, ſomnia ſibi fingere. Citius enim, id quod ex iis, quae diſputavimus, conſtabit, inter lupos & agnos, quam inter *Democritum* & *Malebranchium*, conveniet. Ne his quidem contentus *Baylius* pertinaciter ſententiam illam, quam *Democritum* ſibi perſuadet profeſſum eſſe, non potuiſſe niſi a ſummo & perſpicaciſſimo ingenio proficiſci, contendit: *J'oſe bien dire, que celle erreur — ne ſera jamais celle d'un petit eſprit, & qu'il n'y a que de grands genies, qui ſoient capables de la produire.* [Non ineptam tamen hanc comparationem putat *d'Argens.* Vid.. *Nouv. Biblioth. Tom.* VII. *p.* 191.] Ego vero, tametſi non ignorem plus *Baylio* fuiſſe ſagacitatis & perſpicientiae, quam mihi, hoc tamen libere confirmo, ſi quis me credere jubeat, equi, galli, aſini umbras & imagines, quin etiam animi mei notiones Deos eſſe, Abderitanorum me exemplum imitaturum eſſe, qui civem ſuum *Democritum Hippocrati* ſanandum & atra bile purgandum tradidiſſe feruntur. Turpiſſime omnium erravit hac in re *Franc. Feuardentius*, qui *Notis ad Irenaeum p.* 141. *ed. Grabii Democriti* imagines, quas tangit *Irenaeus*, corpuſcula ejus individua ſeu atomos eſſe cenſet. Sed piget diutius cum ſpectris colluctari *Democriti.*

(q) *Auguſtinum — Ep.* CXV.] Ex diviſione Benedictinorum *Ep.* IX. *ad Nebridium p.* 9. *Tom.* II. *Opp. Ex quo*, inquit *Auguſtinus*, *licet conjicere, quum etiam cogitamus aliquid, neque id nobis in noſtro corpore apparet, apparere tamen poſſe* AERIIS AETHEREISve *animantibus, quorum & ſenſus acerrimus, & in cujus comparatione noſter ne ſenſus quidem putandus eſt.* His in verbis *Cudworthus* putat *aërios animantes* eſſe angelos bonos, *aethereos* autem daemones ſeu malos angelos: utrisque vero haec nomina ideirco ab *Auguſtino* dari, quod ex aëre & aethere concreta & conflata haberent corpora. Mihi vero interpretatio haec ingenioſa magis, quam vera videtur eſſe. Putem potius (1.) *aërias aethereosque animantes* unum tantum genus naturarum, nempe malignos genios ſeu daemones, deſignare: (2.) hos non a corporibus ita nominari ab *Auguſtino*, ſed a domicilio & commoratione. Daemones enim in aëre verſari, auctore *S. Paulo*, omnes prope veteris eccleſiae doctores tradiderunt. Ita ut *Auguſtini* locum exponerem, ſuaſit mihi aliud ejus dictum, quod huic omni ex parte ſimile eſt, *Libro* I. *adv. Academicos Cap.* 7. §. 20. *p.* 194. *Tom.* I. *Opp. Ideoque talia quum in memoriam noſtram incurrerint, non mirum eſt, ſi ſentiri poſſunt ab hujus* AERIS ANIMALIBUS *quibusdam vilissimis, quos daemones vocant, a quibus nos ſuperari acumine ac ſubtilitate ſenſuum poſſe concedo, ratione autem nego.* De ipſis, quibus veteres genios, tam bonos, quam malos, praeditos eſſe putarunt, corporibus infra fortaſſis differam.

res ducturos, neque maritis nupturas esse, sed ἰσάγγελοι, *angelorum similes* (*) fore. Etenim non nimis justam & concinnam hominum, de quorum hic in primis agitur corporibus, cum angelis comparationem fore ducent, si quidem nihil plane corporeum haberent (r) angeli. Verum de his alii viderint.

852 §. LXXXII. Visis duae res aliae cognatae sunt, ex quibus aequa probes virtute, exsistere omnino mentes corpore abstractas, neque eas solum in cerebro versari hominum, sed in ipsa rerum natura degere. Magorum innuo incantationes & virtutes, eorumque, quorum corpora malus daemon obsedit, miserias. Ex quibus exemplis id discas praeterea, mentium harum aliquas impuras esse, foedas, omnisque generis malitiae deditas; quam tamen labem non ex conditore suo acceperunt, verum suo contraxerunt sibi vitio ac a Deo defectione. Quumque sacer codex toties de his malis loquatur geniis, *Christum*que hoc inter alia consilio ad homines descendisse perhibeat, ut foederatas regni tenebrarum vires labefactaret, hominesque ex servitute daemonum in libertatem vindicaret, multum etiam in his exemplis momenti latere ad religionis Christianae veritatem corroborandam, apertum

(*) Luc. XX. 34—36.

(r) *Angeli*] Non vanus hic conjector fuit *Cudworthus*. Nam post aetatem ejus *Jo. Christian. Loërsius*, Theologus Duisburgensis eruditissimus, cui veterem de corporibus geniorum sententiam non ita pridem renovare, magnaque ingenii copia defendere placuit, in hac comparatione, quam Servator noster inter genios & homines, qui resurgent aliquando, instituit, non postremum opinionis suae robur posuit. Vid. *Diss.* ejus *de angelorum corporibus*, *Duisb.* 1719. 4. edita, §. 16. p. 33. *s.* Sed non putem, comparationem hanc exploratam esse satis ad id efficiendum, quod ea viri doctissimi censent effici potuisse. Vetant bonae interpretationis leges comparationem ullam ultra illos extendere limites, quibus eam auctor ipse circumscripsit, seu ultra *tertium* suum, ut loqui solent vulgo. Igitur antequam ex hoc Servatoris dicto probemus aliquid, de illo nos sollicitos esse decet momento, quod in primis *Jesus Christus* ante oculos sibi posuit, quum coelestes genios conferret cum illis, qui ex sepulcris suis aliquando ad beatam vitam prodibunt. Aperte vero *Christus* id expressit *Luc.* XX. 36. Nam in reliquis locis *Matth.* XXII. 23. & *Marc.* XII. 18. quibus eadem legitur similitudo, praecisa ejus est oratio, nec idcirco tam evidens & perspicua. Postquam apud *Lucam* Servator noster dixerat, conjugiis nullum locum inter coelites fore, caussam subjicit, quare nulla inter eos necessaria futura sint connubia: Οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται. *Nec enim mori possunt.* Ubi scilicet mors dominatur, ibi conjugiis opus est, ne genus humanum intereat, nec, uno ramo avulso, alter deficiat. Coelo vero beatorumque sedibus exclusa semper mors erit. Nec igitur conjugiis sanctus ille populus, ne pereat, indigebit. His dictis, pergit, novamque caussam reddit, propter quam non morituri sint beati: Ἰσάγγελοι γάρ εἰσι. *Sunt enim angelis similes.* Aeque nimirum immortales & perennes erunt, ut angeli. Ex his liquet, unam immortalitatem, qua gaudent genii coelestes, illam esse de omnibus eorum virtutibus, quam Servator noster in hac comparatione spectat. Nobis itaque haud licet terminos istos migrare, ac in aliis quoque rebus angelos cum beatis contendere, quum *Christus* ipse sileat.

(s) *Josephus*] Legitur haec descriptio *Lib.* VII. *de bello Judaico Cap.* 6. §. 3. *p.* 417. *Tom.* II. *ed. Havercampii.* Multa ibi *Josephus* de virtutibus radicis *Baaras*, quae superstitionem in eo non mediocrem fuisse significant, narrat, eamque inter alia ad daemones abigendos aptam & salutarem esse his verbis praedicat: Τὸ μὲν καλούμενον δαιμόνιον, ταῦτα δὲ πονηρῶν ἐστιν ἀνθρώπων πνεύματα, τοῖς ζῶσιν εἰσδυόμενα καὶ κτείνοντα τοὺς βοηθείας μὴ τυγχάνοντας, κατὰ τάχιον ἐξελαυνόμενα, κἂν προσενεχθῇ μόνον τοῖς νοσοῦσι. *Nam quae daemonia vocantur, haec autem malorum hominum spiritus sunt, & viventes intrant, eosque necant, quibus nihil auxilii praestet, ipsa statim, si modo aegrotantibus admoveatur, abigit.* Operae pretium esse duco, ad haec verba illustranda nonnihil hic monere. (I.) Omnium Judaeorum, qui Pharisaeos sequuti sunt, dogma esse, quod his verbis explicatur, unde constet, nescio. Multa sibi propria habuit *Josephus*, quae forte nullus Judaeorum probavit. Praeterea ipsi Pharisaei, id quod non paucis intelligitur indiciis, in magna sententiarum varietate positi fuerunt.

(II.) Sed ne *Josephi* quidem sententiam hic esse traditam, veri mihi videtur esse simile. Atque in eam fere descendo cogitationem, verba; τοῦ-

tum eſt. Scio, tempora noſtra laborare hominibus, qui, quae de magis & divinis feruntur, ſine ulla formidine irrident & aſpernantur. Sed non ſacrae tantum litterae, verum etiam non mediocris ſapientum virorum ex omni aetate numerus, eſſe omnino genus hominum, qui certo modo foederis cum malignis geniis ſocietatem ineunt, quo vindictae, voluptati, ambitioni, ceterisque libidinibus ſatisfaciant, tam aperte & confidenter confirmant, ut, qui nihilo minus aſſentiri nolunt, vix ac ne vix quidem animi impietate erga Deum imbuti ſuſpicionem effugiant. Quod ad illos vero attinet, quorum corporibus cacodaemon inſidet, mirum valde viſum fuit, tot eorum Servatoris noſtri aetate exſtitiſſe exempla, hodie vero aut nulla plane, aut perpauca videri. Conſtat variis ex *Joſephi* locis, Judaeos illos, qui Phariſaeorum ſequebantur doctrinam, vivere paſſim δαιμονιζομένους, ſeu homines a maligno quodam ſpiritu agitatos & oppreſſos, credidiſſe. Neque eſt, quod ſuſpicemur, formam hanc fuiſſe tantum loquendi, qua homines miſere decumbentes & ſingularibus morbis affectos Judaei deſignaverint. Hanc enim ſuſpicionem deſcriptio daemonum ſtatim interimit, quam (*s*) *Joſephus* ex mente

af-

ταῦτα δὲ κατὰ τὸν Ἰωσήπου τοῦ ἀνδρὸς σοφοῦ, non ipſius eſſe *Joſephi*, ſed ab aliquo in extrema codicis ora eſſe adſcripta, &, quod ſaepe factum eſſe Critici docent, ab imperito librario poſtea in contextum orationis temere eſſe intruſa. Aeque certe libere fluit *Joſephi* oratio, ſi haec verba ex illa demas & deleas. Fuit, id quod neminem eruditorum praeterit, *Joſephus* Phariſaeorum ſectae deditus. Atqui aliis in locis Phariſaeorum de ſtatu animorum poſt mortem corporis ſententiam ita explicat, ut plane huic de daemonibus opinioni repugnet. Hoc quidem in loco daemones, qui migrant in corpora, hominum eſſe ait improborum animos: alias vero malorum hominum animos in perpetua detineri cuſtodia, ſolis autem bonorum virorum mentibus id datum eſſe, ut in nova commeare queant corpora, Phariſaeorum eſſe dogma ſcribit. *Antiqq. Judaic. Lib.* XVIII. *Cap.* 1. §. 3. *p.* 871. Ἀθανασίαν τε ἰσχύν τῶν ψυχῶν εἶναι Φαρισαίοις δόγμα ἔχει καὶ ὑπὸ χθονὸς δικαίοις τε καὶ τοῖς, οἷς ἀρετῆς ἢ κακίας ἐπιτηδεύσεις ἐν τῷ βίῳ γέγονε· καὶ τοῖς μὲν ἀϊδίου πρόκειται εἱργμὸς, τοῖς δὲ ῥᾳστώνη τοῦ ἀναβιῶναι. *Credunt etiam Phariſaei animis vim eſſe immortalem, ac ſub terra vel poenis vel praemiis eos affici, qui in hac vita virtuti ſe aut vitiis addixerint; & hos quidem* (malos) *ſempiterno carcere incluſos teneri, illis vero facultatem eſſe in vitam redeundi*, id eſt, quod ex altero apparet loco, in alia corpora commigrandi. Clarius etiam loquitur *Lib.* II. *de bello Judaico Cap.* 8. §. 14. *p.* 166. Ψυχαὶ δὲ πᾶσαι μὲν ἀφθαρτοι, μετάβασις δὲ εἰς ἕτερον τόπον τῶν εὐ ἀγωνάς μόνη, τοῖς δὲ τὰ φαῦλα ἑλομένοις τιμωρίαι κολάζουσι. *Cenſent Phariſaei animam quidem omnem eſſe immortalem, ſolas vero bonorum animas in alia transire corpora, & malorum aeterno ſupplicio puniri.* Animi malorum ſi poteſtatem non habent in hanc vitam redeundi, quomodo, quaeſo, illi daemones, qui hominum ingrediuntur corpora, improborum hominum eſſe queunt animi? Quod ſi igitur vere *Joſephus* eam de daemonibus ſententiam fovit, quae his verbis eſt expreſſa, neque alios eſſe putavit daemones, quam animos improborum hominum, longe cum a reliquorum Judaeorum, tum a Phariſaeorum aetatis ſuae opinione remotus fuit.

(III.) Atque id ex novi foederis libris apertius etiam conſtat, quippe quibus paſſim Judaeorum & Phariſaeorum de daemonibus ſententiae commemorantur. Phariſaeos certe, quibus cum Servator noſter diſputavit, longe aliud daemonum genus credidiſſe, neque dubitaſſe, quin illi ſingularem aliquam civitatem conſtituerent, cui princeps quidam praeeſſet, dubio caret. Accuſant inter alia Servatorem noſtrum Phariſaei virtute eius, qui principe inter daemones loco eſſet, malignos ab eo genios ex hominum expelli corporibus. Reſpondet Servator noſter, inepte hoc ab illis perhiberi: nec enim credibile eſſe, malignos genios ſecum ipſis pugnare ac bella gerere: interea non negat, potentia non exigua illum, qui praeeſt daemonibus, eſſe praeditum, cui tamen ipſe adventu ſuo modum poſiturus ſit. *Matth.* XII. 25. *ſ.* Judices hic omnes, qui ratione non corrupta utuntur, eſſe velim, num ita contra Phariſaeos Servator noſter diſſerere potuiſſet, ſi ſectae illi perſuaſum fuiſſet, daemones, qui corpora intrant hominum, nil eſſe niſi mentes malorum & improborum? Ceterum *Anton.* van *Dalen* de *divinationibus idololatricis ſub Vet. Teſtam. Cap.* 5. *p.* 518. *Diſſertationum* vehementer ob hanc ſententiam *Joſephum* objurgat, nec alia de cauſſa ſuſpicatur, tam abſurde de daemonibus ab eo diſputatum eſſe, quam ut invidiae nonnihil miraculis *Jeſu Chriſti* concitaret. Non accedo ego ad hanc viri docti conjecturam: qui fortaſſe, ſi, quae jam monuimus, ſecum expendiſſet, *Joſepho* temere hanc

Digitized by Google

853 affert eorum, dicens esse eos πονηρῶν ἀνθρώπων πνεύματα ἐπὶ τῶν ζώντων εἰσδυόμενα, *malorum hominum spiritus in vivorum corpora intrantes.* Atque hanc propter caussam, qui sanctissimum Servatorem nostrum daemones expellere corporibus videbant, Judaei, istis minime commovebantur factis ejus, aut in admirationem conjiciebantur. Satis enim tum temporis in hac gente usitatum erat, excantare daemones: cujus artis auctorem & magistrum *Salomonem* sibi fuisse gloriabantur. Sic enim *Josephus:* (*) Παρῆχε δ' αὐτῷ μαθεῖν ὁ θεὸς καὶ τὴν τῶν δαιμόνων τέχνην εἰς ὠφέλειαν καὶ θεραπείαν τοῖς ἀνθρώποις· ἐπῳδὰς τε συνταξάμενον, αἷς παρηγορεῖται τὰ νοσήματα καὶ τρόπους ἐξορκώσεων καταλιπεῖν, οἷς ἐνδούμενα τὰ δαιμόνια οὐκέτ' ἐπανελθεῖν, ἐνδιώκεται· καὶ αὕτη μέχρις ἐμοῦ ἡ θεραπεία πλεῖστον ἰσχύει. *Concessit ei etiam Deus, ut disceret artem contra malos daemones ad utilitatem & curationem hominum. Et cum excantationes composuisset, quibus leniantur morbi, etiam formas adjurationum reliquit, quibus victa daemonia ita ejiciunt, ut numquam revertantur. Atque hoc sanationis genus etiamnum apud nos plurimum valet.* Haec licet ita sese habeant, nullo tamen modo novitio cuidam (t) auctori, qui ad Dei omnisque religionis contemtionem viam munire videtur, fidem esse habendam putem, qui aetate ista Judaeorum animos tanta daemonum copia obsessos & repletos fuisse scribit, ut omnes paene corporum morbos, febres tertianas & quartanas, linguae vitia, surditates, & alia, daemones esse statim pronuntiarent. *Plotinum* non sum tamen nescius postea hoc Gnosticis dedisse crimini, quod omnia corporum mala daemones esse, neque tam medicamentis, quam carminibus magicis curari debere ducerent. Apponam ipsa ejus verba, ex *Ennead.* II. *Lib.* IX. *c.* 14. (†) Νῦν δ' ἐστησάμενοι τοὺς νόσους δαιμόνια εἶναι καὶ ταῦτα ἐξαίρειν λέγω φάσκοντες δύνασθαι καὶ ἐπᾳδόμενοι, σεμνόπροι μὲν ἂν εἶναι δόξαιεν παρὰ τοῖς πολλοῖς, οἱ τὰς παρὰ τοῖς μάγοις δυνάμεις θαυμάζουσι, τὸς μέντοι εὐφρονοῦντας οὐκ ἂν πείθοιεν, ὡς οὐκ αἱ νόσοι τὰς αἰτίας ἔχουσι, ἢ πλησμοναῖς, ἢ ἐδεσίαις κ. τ. λ. δηλοῦσι δ' αἱ θεραπεῖαι αὐτῶν· χαιρόντων γὰρ ῥᾳδίως ἡ φαρμάκων δοθέντων, διεχώρησαν κάτω τὸ νόσημα· καὶ αἵματος ἀφαιρεθέντος καὶ ἐδεσίας ἧς ἐκώλυε· ἢ πυρέσσοντος δὲ δαιμονίου καὶ φαρμάκων πυρέσσοντος τεθέντος. *Nunc autem cum morbos esse dicant daemones, eosque verbis a se expelli profiteantur, idque publice praedicent, praetribuam*

(*) Antiqq. Jud. Lib. VIII. cap. 2. (p. 419. 420.)
(†) (p. 212. Opp.)

attributam fuisse tam ridiculam opinionem conjecisset.

(t) *Novitio auctori*] Haud dubie *Thom. Hobbesio*, qui *Leviathanis Cap.* 40. *p.* 306. ita loquitur: *Judaei bonum singulare & excellens omne pro spiritu Dei, & malum omne egregium daemonium & cacodaemonem vocarunt. Daemoniacos ergo dixerunt illos, quos nos furiosos, insanos, lunaticos vel epilepticos, atque etiam illos, qui ea loquebantur, quae intelligi non poterant. Etiam hominem immundum habere dicebant spiritum immundum & hominem mutum habere in se daemonium mutum.* [Hanc sententiam multis probat Anon. quidam, de quo *Bibl. Britann. Tom.* VIII. *P.* II. *p.* 313. *f.*]

(v) *Ridentem*] Vid. *Philostratus de vita Apollonii Tyanaei Lib.* X. *Cap.* 20. *p.* 157. Ille vero daemon exiens corpore, non, quod hic *Cudworthus* perhibet, totum evertit porticum regium, sed statuam tantum ex illis, quae porticum hunc eingebant, diruit.

(x) *Idem*] Lege *Philostratum Lib.* IV. *Cap.* 10. *p.* 147. *f.* Utraque haec historia dignum haud esse *Apollonium*, hominem superstitione prorsus obrutum, testatur, cui viros inter graves & sapientes locus concedatur aliquis. Posterior si vera est narratio, nullus dubito, quin innocentem senem furiosus homo & honori suo apud imperitam plebem consulens lapidibus opprimi jusserit, plebi vero persuaserit, confecto tam laudabili facinore, illum canis, qui forte occurrebat, formam induisse. Altera si contigit historia, daemon ille, qui statuam in porticu regio dejeciisse dicitur, ipsemet haud dubie *Apollonius* fuit; qui, ut fallax & versutus, plebisque decipiendae avidus erat, signum ita labefactavit antea, ut non posset non certo tempore cadere, in plebisque animo summam

Digitized by Google

praeſtantiores apud plebem habentur. Conſuevit enim vulgus magorum vires nimium admirari: prudentibus tamen viris nequaquam perſuadebunt, humanos morbos cauſſas non habere, videlicet ex labe ribus, vel ſaturitate, vel indigentia —— provenientes. Declarant hoc nobis curationes ipſae morborum: ſiquidem ex fluxu ventris & pharmacis morbus per inferiora ſolet educi: quin etiam miſſo ſanguine atque jejunio ſaepe curatur. Forſan eſuriente tunc daemone atque ita efficiente pharmaco, ut daemon liqueſiat atque tabeſcat. Pariter nihil eſt, cur exiſtimemus, Judaeos, cum in terris degeret Servator noſter, aut omnes mente captos pro hominibus a daemone agitatis, aut omnes daemoni obnoxios pro emptae mentis hominibus habuiſſe: quorum hoc tamen eximio cuidam inter nos auctori placuiſſe videtur. Nam ex aliis etiam, quam de mentis ſtatu dejectis, cacodaemones ejectos eſſe, ſcriptum legimus. Quod vel unum mulieris illius exemplum comprobat, quam Servator a daemone conſtrictam fuiſſe ait, etiamſi *ſpiritum* tantum *infirmitatis habuiſſe, nec erigere ſeſe potuiſſe* dicatur. Circumſpectis igitur rebus omnibus hanc fuiſſe putem Judaeorum ſententiam: ſi quid ſingulare ac inauditum corporibus accideret, in primis ſi furore quis & amentia ſubito corriperetur, id non naturali cuidam cauſſae tribui poſſe, ſed a daemone 854
quodam proficiſci, corpus hominis invadente & vexante. Quamquam nec ſolis ita Judaeis olim viſum fuit. Graecos enim aliosque populos eadem plane opinione fuiſſe infectos, morbosque extraordinarios, amentiam in primis, malignorum daemonum viribus & potentiae adſcripſiſſe, cum multa docent alia, tum *Apollonii Tyanaei* res geſtae declarant. Hic enim Athenis daemonem perpetuo (*v*) ridentem minis & formidine oppoſita ex corpore cujusdam expuliſſe legitur: daemon vero egreſſus regalem in urbe porticum ingenti cum ſtrepitu evertit. (*x*) Idem urbem Epheſum, poſtquam ſenem quemdam mendicum & pannis obſitum lapidibus obruerat, peſte liberaſſe dicitur: hunc enim luem dicebat peſtiferam excitaſſe *Apollonius*: quem fuiſſe daemonem inde patebat poſtea, quod in piloſi canis formam ſeſe repente convertebat. (*y*)

§. LXXXIII.

mam de virtutibus magicis *Apollonii* lapſu ſuo opinionem gignere. Agreſtis tantum & ruſtica haec fallacia eſt, ſi cum eorum comparetur religioſis dolis, qui ipſos inter Chriſtiani nominis profeſſores fidem, quam ſibi rationibus comparare neſciunt, fictis adquirere ſtudent miraculis.

(*y*) Non erraverim, ut arbitror, ſi de hiſce rebus, ſi minus doctius, aut melius, diſtinctius tamen aliquanto & enodatius, diſſeri potuiſſe, dixero.

(I.) Inter eruditos ſatis conſtat, populos ſolem orientem ſpectantes, Chaldaeos, Aegyptios, & alios plerarumque rerum, quae in rerum natura eveniebant, cauſſas & rationes ad daemones retuliſſe. Nec ſcientia naturalis, quae inter hos vigebat populos, aliud erat proprie, quam doctrina de daemonibus, variisque eorum generibus, virtutibus, poteſtatibus, & muneribus. Etenim quidquid accidebat, ejus daemon quidam auctor eſſe credebatur. Daemones erant apud eos herbis, arboribus, animalibus, corpori humano & ſingulis ejus partibus, & quibus rebus non? praefecti, quarum nemo copiam facile dinumeraſſet. Unum corpus humanum & membra ejus Aegyptii, id quod *Celſus* apud *Origenem* memoriae prodidit, *Lib.* VIII. *adv. Celſum p.* 416. triginta ſex daemonibus curanda tradiderant. Hinc, qui corporibus humanis eveniebant forte, morbos daemonum unice malignorum virtuti, ut reliqua omnia, nil dubitarunt hae gentes adſcribi debere. Febre, verbi cauſſa, ſi quem laborare conſpiciebant, non eſſe putabant magnopere quaerendum de mali hujus cauſſis & originibus: daemonem enim in corpore miſeri hominis latentem calamitatis omnis caput & cauſſam eſſe, cujus vis unice ſacris carminibus, & cantationibus, barbarisque vocabulis frangenda ſit. Neque aliter de pleriſque aliis, inteſtinis maxime, corporum noſtrorum morbis pronuntiabant.

(II.) Ex inepta hac doctrina, quae magnam olim Orientis partem pervaſerat, meo quidem judicio, fluxit turpis ac perantiqua ſuperſtitio, quam

855 §. LXXXIII. Hanc vero opinionem non ex toto futilem ac inanem fuiſſe, verum adhuc malignos genios corpora uonnumquam hominum conturbare, morbosque

a Chaldaeis ad Judaeos, ab his ad ipſos Chriſtianos, manaſſe conſtat, morbos certis nominibus, vocabulis, carminibus, gemmis, & aliis eiusmodi nugis ſanari & expelli poſſe. Multa hujus moris exempla viri doctiſſimi *Robertus Keuchenius* in *obſervationibus ad Serenum Sammonicum p.* 54. *ſ. Guil. Spencerus ad Origenem contra Celſum p.* 17. *Anton.* van *Dalen de divinationibus idololatricis ſub Vet. Teſtam. Cap.* 5. *p.* 508. *ſ.* itemque alii collegerunt: fontem vero & cauſſam tam ſtolidi erroris non indicarunt: quem idcirco breviter aperiam. Superſtitioſi ritus & mores fere omnes ex certis naſcuntur opinionibus popularibus: his opinionibus, ut fit, procedente tempore deletis & extinctis, ipſi tamen earum effectus, ritus nimirum & conſuetudines manent. Ita vero fit, ut res ipſae quidem intelligantur, cauſſae vero, quae res iſtas peperierunt, non aeque omnibus pateant. Perſuaſum erat antiquioribus populis, maxime Orientalibus, certa nomina & ſonos quosdam, plerumque horridos & barbaros, vehementer gratos & acceptos eſſe daemonibus, alia vero vocabula iisdem mirifice diſplicere & odio eſſe. Tot ſunt hujus opinionis ex antiquis auctoribus teſtes, quot magiae, artisque daemones vel ſibi conciliandi vel abigendi meminerunt, *Origenes*, *Jamblichus*, *Syneſius*, *Pſellus*, & alii, quorum quidem nunc locos, ne longior ſim, omitto. Nec de cauſſis ſententiae hujus juvat aliquid diſſerere, ne ab inſtituto nimis abeam. Atqui hac qui erant imbuti perſuaſione, illi non poterant non putare, horum vel illorum vocabulorum pronuntiatione placari & allici, aliorum vero nominum & verborum recitatione in fugam verti, cogi, & exterreri poſſe naturas illas, quibus *daemonum* imponere nomen ſolebant. Hinc *Exorciſmi*, qui vocantur, *incantationes*, *excantationes*, *carmina magica*, & ſimiles natae ſunt ineptiae. Nam, qui propitios ſibi & adjutores cupiebant eſſe daemones, ex vocabulis, quae grata credebantur iſti generi, carmen ſuum contexebant: qui eosdem a ſe & aliis propulſare ſtudebant, verba illis occinebant, quae terribilia illis eſſe, a magiſtris edocti erant. Igitur qui morbos divinis nominibus, verbisque obſoletis & barbaris curari poſſe certi erant, aut talia nomina vel gemmis inſculpta vel chartae inſcripta aegrotorum collis alligari jubebant, non aliam, ut arbitror, hujus inſtituti cauſſam habuerunt, quam opinionem hanc, morbi auctorem daemonem eſſe aliquem, cui nomen hoc vel illud ita exoſum eſſet, ut audito illo vel viſo ſtatim abiturus eſſet. *Serenus Sammonicus*, cujus *praecepta* habemus *Medica* heroico carmine exarata, vocabulum *Abracadabra* in charta inſcriptum ad expellendum valere *Hemitritaeum* morbum, *Marcellinus* ad dolorem cordis ſedandum nomine κυριάγων nihil eſſe aptius arbitratur. [Vid. aliud exemplum apud *Catonem de re ruſtica Cap.* 160. *p.* 121.] Nullus ego dubito, quin illi, a quibus lepidae hae curationes primum inventae ſunt, exiſtimaverint, daemonem aliquem & *hemitritaei* & *cardialgiae* eſſe auctorem, *Abracadabra* vero & κυριάγων nomina eſſe ac ſonos, quos ferre oculi & aures illius nequeant daemonis. Sed ipſi forte Medici, qui remedium hoc praeſcripſerunt, quia temporibus eorum minus habebat, quam antea, auctoritatis ſtulta illa Chaldaeorum philoſophia, ignari hujus fuerunt originis & initii. Inſani quidem & rationis neſcii ſunt ſuperſtitioſi homines: ſed ita tamen inſani ſunt, ut cauſſas ſemper aliquas, vanas licet & futiles, inſaniae ſuae habeant. Ab eodem principio fluxiſſe arbitror impium eorum morem, cujus nec dum omnes inter Chriſtianos radices evulſae ſunt, qui dicta ſacri codicis, *Euangelii Joannis initium*, *parvaque Euangelia* aut lectulis aut collis aegrotorum, amuletorum inſtar, ad expellendos morbos appendi curabant: quos quidem paſſim reprehendunt antiqui Chriſtianorum doctores. Nimirum daemones hominum tortores fugam, viſis hiſce ſacris dictis, ſtatim eſſe meditaturos opinabantur. Inſidet adhuc Judaeorum plerisque hujusmodi ſuperſtitio: quam gentem novimus ex veteri barbarica philoſophia plurima retinuiſſe dogmata non ridicula minus, quam noxia.

(III.) *Pythagoram* ex philoſophia veterum populorum Orientalium in ſuam non pauca tranſtuliſſe diſciplinam, ſatis notum eſt. Itaque & ipſe, & qui eum ſequebantur, eadem imbuti erant ſententia, atque morbos, ſi minus omnes, certe multos, a daemonibus corpora incolentibus proficiſci arbitrabantur. Conſtat id non modo ex iis, quae de *Apollonio Tyanaeo* hic ex *Philoſtrato Cudworthus* retulit, quippe qui ſimia fuit *Pythagorae*, omniaque ejus praecepta ſua fecit, verum etiam inde, quod vitae ejus ſcriptores perhibent, multos cum ab eo, tum a diſcipulis ejus morbos incantationibus eſſe curatos. Quibus enim malis carmina proſunt magica, eorum daemones nullum dubium eſt, quin parentes & auctores ſint. *Jamblichus* in *vita Pythagorae* §. 164. *p.* 139. de Pythagoraeis; Χρῶνται δὲ καὶ ταῖς ἐπῳδαῖς πρὸς ἔνια τῶν ἀρρωστημάτων. *Quosdam injuper morbos etiam incantationibus curabant.* Eadem repetit §. 243. *p.* 195. *Porphyrius*, cujus itidem exſtat *vita Pythagorae*, idem prodidit memoriae, §. 30. *p.* 35. Κατεκήλει δὲ ῥυθμοῖς καὶ μέλεσι καὶ ἐπῳδαῖς τὰ ψυχικὰ πάθη καὶ τὰ σώματα. *Animi vero corporisque affectus rhythmis, carminibus & incantationibus ſedabat.* Nonnul-

Digitized by Google

que aut in illa immittere, aut qui jam adſunt augere, duo cenſuerunt Medici, longo rerum uſu probatiſſimi, *Sennertus* & *Fernelius*. Quorum quidem ille *de Ma-* 856
nia

nullis vero interjectis, ad animi potiſſimum morbos curandos hanc eſſe a *Pythagora* medicinam adhibitam, refert §. 33. *p.* 37. Καὶ τὰς ψυχὰς δὲ νοσοῦντας παρηυδᾶτο, τὰς μὲ ἐπῳδαῖς καὶ μαγείαις, τὰς δὲ μουσικῇ. *Sin animo aegrotarent, ſolabatur dolorem partim incantationibus magicisque carminibus, partim vero muſica.* Ex quo quidem apparet, non corporis ſolum pravas affectiones, verum etiam mentis perturbationes, triſtitiam, furorem, libidinem, & alia vitia daemonibus, tamquam auctoribus, a philoſopho hoc eſſe adſcripta. Muſicae quod ſigillatim in remediis *Pythagorae* mentio fit, id pariter ad id, quod agimus, firmandum roboris habet aliquid. Nec enim ignotum eſt, veteres nil dubitaſſe populos, multum in arte muſica virtutis eſſe ad daemones in fugam vertendos. De *Empedocle* quem notum eſt praecipuo quodam loco inter Pythagoraeos eſſe, eadem fere memoriae prodita ſunt, quae de *Pythagora*. *Clemens Alex. Stromat. Lib.* VI. *p.* 754. Παρακολουθῶ, inquit de *Empedocle*, τῷ αὐτῷ λόγῳ, τὰς μὲ μαντικαῖς κεχρῆσθαι, τὰς δ' ἐπὶ τῶν σωμάτων νόσους διὰ καθαρσίων πεπαῦσθαι. *Dicebantque aliquos quidem ipſum ſequi, qui opus habebant divinationibus, alios vero qui gravibus morbis diu cruciati fuerant.* Nimirum daemonibus imperare credebatur *Empedocles*, id quod *Clemens* copioſius iſto loco commemorat. Recentiores Platonici uti ſingulari erga *Pythagoram* voluntate erant, ſubtilius etiam, atque ille fecerat, de viribus & generibus variis daemonum diſſerebant: ita, quod ex *Jamblicho* & aliis non obſcure colligitur, ad hanc ejus quoque propendebant ſententiam. Quo magis *Plotinum* miror tam ſevere in Gnoſticis hanc ſententiam caſtigaſſe, a qua ipſe diſcipulus ejus *Porphyrius*, teſte libro ejus *de abſtinentia*, non admodum remotus fuit.

(IV.) Nihil vero mirum eſt, genus illud haereticorum, quod *Gnoſticum* dici volebat, ſuperſtitioni huic adhaeſiſſe, multaque de daemonum incantationibus, amuletis, & aliis ejus generis rebus praecepiſſe. Sequebatur enim tota haec familia, varias licet in ſectas ſciſſa eſſet & diviſa, philoſophiam Orientalem, id eſt, nugas Chaldaeorum, Babyloniorum, & Aegyptiorum, idque unum curabat, ut hanc inter diſciplinam & religionem Chriſtianam qualiscumque conſtitueretur concordia. Quam propter cauſſam *excerpta ex Theodoto*, quem ex hoc genere fuiſſe conſtat, quae *Clementi Alexandrino* ſubjecta ſunt, καὶ τὰ ἀνατολικῆς διδασκαλίας, *excerpta ex doctrina Orientali*, inſcripta ſunt. Illuſtrabo hoc eximio auctoris ejus loco, qui ſaeculo, ut opinor, tertio poſt natum Servatorem opus illud, quod *Clementina* dicitur, exaravit. Namque is, tametſi Gnoſticorum haud probavit diſciplinam, verum ſingularem propriamque ſibi religionis formam effinxit; ex iisdem tamen impuris fontibus, ex quibus Gnoſtici, hauſit, id eſt, Aegyptiorum & Orientalium veſana de daemonibus & variis rebus commenta, id quod ex univerſo luculenter apparet volumine, cum ſanctiſſimis *Chriſti* praeceptis copulavit. Is igitur *Homil.* IX. §. 12. *p.* 689. ſic inter alia diſſerit: Ὑπὸ μὲ οὖν τῶν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν ἐνδεμυχόντων ἀκαθάρτων ἐκείνων δαιμόνων αὐτοῖς ἐνόησεν, ὡς ἂ δαίμονος ἐκεῖνος ἔσχεν, ἀλλὰ σωματικῆς τινος· οἷον ἢ ὕλης ἁμμώδους, ἢ χολῆς, ἢ φλέγματος, ἢ αἵματος ἀμετρίας, ἢ μαυρίας φλεγμονῆς, ἢ ἄλλου τινός· εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἦν, ἀλλὰ αὐτὸ ἀνῃλλαγμένον δαίμονος εἶδος εἶναι. *Itaque per latentes in eorum animabus daemones datur illis intelligi, ſe non a daemone vexari, ſed a corporis morbo: exempli gratia vel ob acri materia, vel a bile, vel a pituita, vel a nimio ſanguine, vel ab inflammata cerebri membrana, vel ab alio quopiam. Quod etſi eſſet, neque ipſum defineret eſſe daemonis ſpecies.* Huic ergo ſi fidem habuiſſent Chriſtiani, relictis & repudiatis omnibus Medicorum conſiliis, a ſolo Deo, daemonum ſupremo Domino, adverſus omnis generis morbos remedia & auxilium petiiſſent.

(V.) Neque vero haec opinio apud eos unice permanſit, qui nefandis erroribus coeleſtem doctrinam corruperunt, ſed in ipſis quoque purioribus veteris eccleſiae doctoribus ſatis multos approbatores & amicos invenit. Ex pluribus paucos ſufficiet teſtes nominare. *Tertullianus* in *Apologetico Cap.* 22. *p.* 217. *Operatio daemonum eſt hominis everſio.* —— *Itaque* CORPORIBUS *quidem &* VALETUDINES INFLIGUNT *& aliquos caſus acerbos, animae vero repentinos & extraordinarios per vim exceſſus. Lactantius Inſtitut. divinar. Lib.* II. *Cap.* 15. *p.* 253. *Daemones, quoniam ſpiritus ſunt tenues & incomprehenſibiles, inſinuant ſe corporibus hominum & occulte in viſceribus operati valetudinem vitiant, morbos citant,* (forte *cient*) *ſomniis animos terrent, mentes furoribus quatiunt.* Solent in primis antiqui doctores hac uti de cauſſis morborum ſententia ad argumentum illud infringendum, quod Deorum cultores a morborum curationibus ope Deorum factis ducebant, quo religioni ſuae praeſidii nonnihil compararent adverſus Chriſtianos. Concedebant nimirum, rem ita ſese habere, uti miniſtri Deorum dicerent, multosque & olim a Diis ſanatos viſos eſſe, & quotidie videri: Sed aſtutos ſubjiciebant & callidos daemones hos ipſos morbos excitare ſolere, poſtea vero, votis ab aegrotis in Deorum templis factis, ſponte diſcedere, quo Dii auctores ſanationum illarum crederentur, populique in ſuperſti-

nia Lib. I. cap. 15. Etſi, inquit, *ſine ulla corporis morboſa diſpoſitione, Deo permitten-*
850 *te, hominem obſidere & occupare daemon poſſit, tamen quandoque morbis, & praecipue melancholicis, ſeſe immiſcet daemon; & forſan frequentius hoc accidit, quam ſaepe creditur.* Hic autem *Libro de abditis rerum cauſſis*, poſtquam excantationes & carmina magica poſſe aliquid omnino in corpora hominum adſeveraverat, ita pergit: *Neque ſolum morbos, verum etiam daemonas, ſcelerati homines in corpora immittunt. Hi quidem viſuntur furoris quadam ſpecie diſtorti: hoc uno tamen a ſimplici furore diſtant, quod ſumme ardua obloquantur, praeterea & occulta renuntient, aſſidentiumque arcana referent.* Ad haec confirmanda duorum hominum ſibi notiſſimorum *Fernelius* exempla affert commemorabilia, quos maligno quodam genio actos & oppreſſos fuiſſe, nullum cuiquam eſſe dubium potuerit: quorum quidem alterum nos paulo poſt ex eo repetemus. Quodſi vero homines furibundi non modo res abditas & nulli notas aperiant, praeteritaque non minus explicent, quam futura praenuntient, verum etiam linguis, quas numquam didicerunt, loquantur, tum exploratum eſſe arbitror & controverſia vacuum, non in amentium eos unice numero habendos eſſe, verum vi daemonum agitari & incitari. Atqui tales ſaepenumero inde a temporibus, quibus Servator noſter in terris vixit, paſſim repertos eſſe, auctores fide digniſſimi memoriae prodiderunt. *Pſellus* Libro περὶ ἐνεργείας Δαιμόνων, *de operatione daemonum*, inſanientis cujusdam feminae meminit, quae, tametſi nullam aliam calleret linguam, praeter patriam, tamen, Armenio quodam in medium adducto, verbis eum ſtatim Armenicis compellaverit: (*) Ἡμεῖς ὁ πιθηκότες ἤμεν, ὅτι κατ' Ἀρμενίων ἐφθέγξατο, γυνὴ μηδέπω μηδ' εἰς ἔθνη ἀφιγμένη τάττις, μηδὲ θαλάμου καὶ κερκίδος εἰδυῖα πλέον ἄλλο. *Nos autem obſtupeſcebamus, —— quia ſermone Armenico loqueretur mulier, quae ne in conſpectum quidem Armeniorum veniſſet unquam, quaeque praeter thalamum & colum*

(*) p. 69. (p. 105.)

tione adverſus eos confirmarentur. *Tertullianus Apologetic. Cap. 22. p. 222. Venefici plane & circa curas valetudinum: laedunt enim primo, dehinc remedia praecipiunt, ad miraculum nova, ſive contraria, poſt quae deſinunt laedere & curaſſe creduntur. Minutius Felix* in *Octavio Cap. 27. p. 275. Daemones a coelo deorſum gravant & a Deo vero ad materiam avocant, vitam turbant, ſomnos inquietant, irrepentes etiam corporibus occulte, ut ſpiritus tenues,* Morbos fingunt, *terrent mentes, membra diſturquent, ut ad cultum ſui cogant & —— remiſſis, quae conſtrinxerant, curaſſe videantur.* Similia plane legas apud *Cyprianum de idolorum vanitate p. 226. Opp. ed. Baluzii. Tatianus Orat. adverſus Graecos §. 30. p. 69.* Ὁ δαιμονιστὴς Ἰνδὸς ἐξῆς ἐφθέγξατο, ἐπιστὰς τοῖς προπεμπομένοις λεγεῶσι· ὅσπερ γὰρ ἐκεῖνος ἐξ ἑαυτοῦ τινας, ἵνα τοὺς αὐτοὺς μισθῷ τοῖς οἰκείοις ἀπαλλάξῃ· ἵνα δὲ οἱ νομιζόμενοι θεοὶ τοῖς τῶν ἰατρῶν μιμήσωνται, ἔπειτα δὲ ἑαυτοὺς τοῖς αὐτοῖς παγκρατιάζωσιν ἄξιον, δωσείουσι τοὺς τοιούτους πρόσθεν κελεύσαντες, πάντων ὁμοίως, ἐπειδὰν δὲ ἐγκρυμίων ἀπαλλάσσωσιν, ἐπιστρέφουσι δὲ καυδάτων, ἵν' ἐπαγματικώτατοι ὦσιν ἀναγράφοντες τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀνακαλεῖσθαι. *Recte Juſtinus, maxima dignus admiratione, daemones latronibus eſſe ſimiles edocuit. Siquidem ut illi vivos aliquos capere ſolent, deinde pacta mercede familiaribus eos reſtituere: Sic etiam qui a vobis exiſtimantur Dii, quorumdam membris hominum ſe inſinuantes, deinde per ſomnum ſuum in illis gloriam fabricantes, in publicum prodire jubent, & in conſpectu omnium, poſtquam deſideratis ex mundo rebus ſe expleverunt, ab aegris avolant & morbum ſuo dolo productum obliterantes, priſtinae valetudini homines reddunt.* Sequentibus ſaeculis, quibus plerorumque Chriſtianorum doctorum mentes ſordibus veteris Platonicae & Orientalis philoſophiae purgatae erant, minor longe apparet eorum numerus, quibus morbi nil, niſi daemonum videntur eſſe praeſtigiae. Sed nulla tamen fortaſſis aetas prorſus caruit hominibus, in quibus nonnihil hujus fuit dogmatis. Ne illa quidem lux, quae poſt inſtauratas bonas litteras & religionem emendatam arti Medicae affulſit, totam hanc extinguere opinionem potuit. Credo, multis Anglorum memoria nondum excidiſſe *Valentini Greatorickii*, Hiberni, exemplum, qui ſuperiori ſaeculo morborum quaevis genera produci a daemo-

Iam ſcire nihil. Eamdem *Pſellus* feminam futura quaedam vaticinatam eſſe narrat, quae ſibimet ipſi non ita multo poſt evenerint: (*) Σὺ δ'. σοφὴ μὲν εἰμὶ, μεγάλων ἐν χρῷ συμφορῶν ἐσόψεσθε· χολὴ γάρ σοι δεινῶς τὰ δαιμόνια προσκόπτει τὰς αὐτῶν λατρείας· ἀμέλει τι καὶ χαλεπὸν ὀπτήσεσθε καὶ βαρεῖς κινδύνους, ἐξ ὧν οὐκ ἂν ἀφροδέξασθαι δυνηθείης, εἰ μή τις δύναμις κρείττων, ἢ καὶ δαίμονας ἀπ' αὐτῶν ἐξέλῃ. *Tum vero femina* (ſeu potius daemon) *ad me converſa, magnas, inquit, in cute calamitates accipies. Daemonia enim tibi vehementer infenſa ſunt, quorum caeremonias evertiſti. Quin & moleſta tibi graviaque pericula conflabunt, quae ſubterfugere numquam poteris, niſi te vis quaepiam major & daemonibus ſuperior ab iis eximat.* Quibus expoſitis, ita rationem concludit: Τίς ἂν ἐκεῖνον τὸν χρησμὸν ἐνθουσιῶν ἱερᾶ τὰς μανίας πάσας, ὕλης πλημμελοῦς κινήσεις, αἱμαλέα πάθη τραγικὰ δαιμόνων; *Quis igitur oraculum hoc conſpicatus —— omnia inſaniae genera vitiatae materiae motus, non autem tragicos daemonum effectus eſſe dicat?* Verum hoc exemplum longius ab aetate noſtra disjunctum eſt. Itaque aliud recentius, verum aeque memorandum ex *Fernelio* antea laudato referam, cui praeſens ipſe adfuit. Juvenis quidam, illuſtri loco natus, corpore vehementer angebatur & contorquebatur Membrum nunc hoc, nunc illud tanta vi convellebatur & agitabatur, ut vix quatuor viri miſero homini detinendo pares eſſent. Furoris aut emotae & debilitatae mentis nullum initio indicium comparebat. *Fernelius*, aliique Medici doctiſſimi, acciti nulli diligentiae, nullis parcebant remediis. *Veſicatoria, purgationes, ſcarificationes, fomenta, unctiones, cataplasmata, medicamenta*, ut Medicorum vocabulis utamur, *fortificantia* adhibebantur. Sed nil cedebat malum. Cauſſam tam inſolitae rei his verbis exponit *Fernelius: Quoniam omnes longe aberamus a cognitione veri. Nam mene ſe tertio primum deprehenſus daemon quidam totius mali auctor: voce, inſuetisque verbis ac ſententiis tum Latinis, tum Graecis (quamquam ignarus linguae Graecae laborans eſſet) ſe*

(*) p. 65. (p. 99.)

monibus, homines vexantibus, ſeque poteſtate praeditum eſſe verbis eos expellendi, mentiebatur: cujus quidem hominis amentiam in peculiari libro *Henricus Stublius*, Medicus non indoctus, compreſſit. Vid. *Oeuvres meles de St. Evremont Tom.* II. *p.* 219. *ſ.* ubi hominis hujus hiſtoria eleganter enarratur.

(VI.) Ad Judaeos ut demum poſſ hos circuitus veniam, equidem dubitare nolo, quin animis multitudinis opinionis hujus haud parum tempore Servatoris noſtri inſederit, morbos, ſi minus omnes, graviores tamen nec vulgares ſigna eſſe daemonum in hominibus latentium, eamque propter cauſſam tot exſtitiſſe tum in ea gente magos & veneratores, qui radicibus, ſacris nominibus, & aliis ejusmodi ineptiis vim ſeſe morborum, vel daemonum potius poteſtatem, frangere poſſe gloriabantur. Etenim, ut teſtimonia taceam, quae ex *Joſepho* & aliis hac de re dudum prolata ſunt, ex Babylonico exilio omnes populorum Orientalium de bonis malisque geniis ineptias ſecum attulerant Judaei, quas frequentia, quae in Aegyptum facere ſolebant, itinera mirifice alebant & confirmabant. Atqui hoc ſi dederimus, inde quid praeſidii ſibi queant promittere, qui omnes, quos Servator noſter daemonum liberavit vinculis, homines fuiſſe cenſent naturalibus oppreſſos morbis, equidem nullo modo intelligo. Quaenam enim haec, quaeſo, eſt argumentatio? Populo Judaeorum temere perſuaſum fuit, multos eorum morborum, qui naturalibus ex cauſſis oriuntur, a malignis geniis produci. Igitur nulli prorſus id aetatis exſtiterunt, quos cacodaemon aliquis invaſit & vexavit. Aeque mihi ſanum & validum hoc eſſe videtur connexum, atque ſi quis rationem ita ſubduceret: Stoici omnes a ſecta ſua averſos ſtultos eſſe vane atque ſtolide pronuntiabant: Ergo nulli plane fuerunt inter eos ſtulti, qui Stoicorum ſpernebant dogmata. Praeter hanc autem rationem, quidnam ſuppetat illis, neſcio, qui ex eo, quod Judaei plus daemonum poteſtati, quam par erat, tribuerunt, concludunt, nullam plane ipſis in hominum corpora aut conceſſam olim fuiſſe, aut concedi poteſtatem. Fuerit talis Judaeorum ſuperſtitio, qualem eſſe vult eam *Hobbeſius*, quem *Cudworthus* hic potiſſimum oppugnat, id quidem inde conſequetur, varios in hac gente fuiſſe errores, numquam vero hoc, fabuloſa eſſe omnia, quae de hominibus ſcripta exſtant a daemonibus agitatis.

Digitized by Google

ſe prodent. Is multa aſſidentium maximaque Medicorum ſecreta detegebat, ridens quod irritis pharmacis corpus hoc paene jugulaſſent. Hic exemplum habes omni majus exceptione hominis recentiori aetate a daemone quodam occupati, in quo tamen per duos menſes nulla viſa fuerunt vel inſaniae vel conturbatae mentis veſtigia, tametſi daemon totum hominis corpus obſidens poſtea lingua ejus uteretur, verbaque ope
858 illius faceret. *Fernelius* totam hancce diſputationem his verbis terminat: *Haec ego propterea refero, ut apertum fiat, malos daemones nonnumquam in hominum introire corpora, eaque inaudito modo vexare, torquere & affligere: aliis vero temporibus. tametſi non in hominem ingrediantur, neque totum ejus corpus obſideant, nihilo tamen minus innumerabiles in illis morbos excitare, partim ſalutiferos humores exagitando & diſturbando, partim noxios humores in partes corporis principales traducendo, aut venas, aliosque corporum meatus iis obſtruendo, partim denique membrorum ſtructuram diſturbando.* Mitto, ne

(z) Dudum eſt, quod illi, qui ſapientia ceteris praeſtare ſibi viſi ſunt, omnia, quae de hominibus a malignis geniis obſeſſis feruntur, inter vulgi retulerunt mendacia. Platonici & omnes fere illi, qui orientalium populorum placitis addicti erant, mira & ante natum Servatorem & poſt ejus adventum de aſtutia daemonum, eorumque ardentiſſimo in corpora intrandi hominum deſiderio narrabant. Quot erant homines vitiis dediti gravioribus, quot avari, quot libidinoſi, quot ultionis & vindictae cupidi, tot eſſe huic generi videbantur malignorum daemonum mancipia & domicilia. Miror, ſagaces hoſce daemonum venatores in animalibus, in quibus humanorum vitiorum ſimulacra ſunt, in leonibus, ſuibus, vulpibus, & aliis non pariter quaeſiviſſe daemones. Nam ſi vitiorum, quibus nos urgemur, auctores eſſent daemones, nil obſtaret, ne iidem beſtias agitare crederentur. Japones quidem non multum ab hac ſunt opinione remoti, quippe quos *Engelbertus Kaempferus* narrat *Hiſtory of Japan Livr.* I. *Cap.* 10. *p.* 126. exiſtimare, in vulpibus malignos & callidos habitare daemones. Neque mirius, id quod paulo ante vidimus, de aegrotantibus & corporis quodam vitio affectis judicabant. Sed non omnes tam obeſae erant naris, ut ſermones iſtos probarent, ſibique perſuaderi paterentur. *M. Antoninus*, ſapientiſſimus Imperator, didiciſſe ſeſe a *Diogneto* gratus agnoſcit, commenta iſta ſpernere, nihilque eorum, quae περὶ ἐπῳδῶν, περὶ γοήτων, καὶ περὶ διωκόντων δαίμονας, *de incantationibus, de Magis, deque daemonibus averruncandis* ferrentur, credere *Lib.* I. *ad ſe ipſum* §. 6. *p.* 4. *ed. Gataker. Lucianus* ad inſana populi mendacia nil dubitat referre omnia, quae de arte daemones corporibus ejiciendi perhiberentur, facetequе nihil ſeſe mirari addit, quod Platonici daemones e corporibus exeuntes conſpiciant, qui tam acute cernant, ut ipſas etiam rerum ſpecies ſeu ideas volitare videant, in *Philopſeude Tom.* II. *Op. p.* 337. 338. Antiquioris eccleſiae doctores multa ex Platonicorum & eorum philoſophorum, qui affines erant Platonicis, praeceptis in ſanctiorem tranſtuliſſe diſciplinam, neminem hodie praeterit. Quocirca in ſcriptis eorum eadem fere de malorum geniorum in corpora & animos hominum poteſtate leguntur, quae in Platonicorum libris, nec morborum facile aliquid aut vitiorum erat, cujus cauſſam & culpam non in daemonem aliquem conferrent: quod quidem, ſi res id poſceret, infinitis probare dictis & exemplis, proclive foret. Legant *Paſtorem*, quem *Hermas*, neſcio quis, primo jam exaravit ſaeculo, addantque ea, quae *Jo. Potterus ad Clement. Alexandr. p.* 174. collegit, qui teſtimonia requirunt. Haec dum perpendo mecum, non habeo, quod opponam illis, qui non omnia eſſe vera contendunt, quae de virtute *Exorcismorum* inter veteres Chriſtianos, & de tot daemonibus verbis Chriſtianorum dictis, cum apud eos qui *Apologias* olim pro Chriſtiana religione ſcripſerunt, tum apud alios paſſim ſcripta leguntur. Non accedo illis, nec accedere poſſum, qui ficta eſſe omnia exempla ſibi perſuadent illorum hominum, quos poteſtate daemonum a Chriſtianis liberatos eſſe olim antiqua monumenta narrant: in quam quidem ſententiam praeter alios *Jac. Basnagius* ingreſſus eſt, *Antiquitez Judaiqu. Vol.* II. *Chap.* 8. nec non vir quidam ingenioſus & eruditus in *Jo. Clerici Biblioth. choiſie Tom.* XIII. *p.* 219. Metuo enim, ne, ſi haec obtineat ſententia, non omnis modo labefactetur eorum auctoritas, qui primis rerum Chriſtianarum ſaeculis vixerunt, verum etiam ad ipſam Servatoris noſtri hiſtoriam plane pervertendam & contaminandam profanis mentibus pateſiat aditus. At ſi dixero, veriſimile eſſe, inter eos, in quibus daemones habitare veteres Chriſtiani putarunt, ſaeculi ſui erroribus & opinionibus ducti, aliquos fuiſſe malis naturalibus & morbis graviſſimis oppreſſos, nec in veritatem, nec in reverentiam, quam ſanctis illis hominibus debeo, me peccaturum eſſe arbitror. Ipſis etiam miraculis, quae ab antiquis facta leguntur eſſe Chriſtianis, eorumque magnitudini per hanc nihil derogatur ſententiam.

Digitized by Google

ne juſto longior ſim, alia exempla non minus manifeſta, quorum tamen non exiguus extat in recentioris aevi ſcriptoribus numerus, hominum aut omnino a daemonibus obſeſſorum, id quod tum patuit, quum res ſecretas patefacerent & linguis, quarum neſcii prorſus fuerant, loquerentur, aut ita tamen ab illis excruciatorum, ut inuſitatis & a natura plane abhorrentibus malis laborarent. Attingendam tamen hanc mihi cauſſam eſſe duxi, cum propter illos, qui Deum eſſe negant, tum ipſius Chriſtianae religionis cauſſa. Novi enim nonnullos ita vacillare animo, ut hac una ratione, quod nec olim exſtitiſſe, nec hodie exſiſtere homines a daemone occupatos pro certo ducunt, ad univerſam Chriſtianam religionem rejiciendam, novique foederis libros fraudis & mendaciorum accuſandos, ferantur. (z)

§. LXXXIV.

tiam. Etenim ad veritatem religionis Chriſtianae demonſtrandam aeque validum eſt, ſi, nomine Servatoris noſtri recitato, inveteratos & capitales morbos, quibus mederi nemo poterat, fugaſſe credantur nominis ejus profeſſores, quam ſi daemones ejeciſſe miſerorum corporibus putentur. [Vitulo meo hic aratſe videtur auctor libri *de Daemoniacis N. T. Bibl. Britann. Tom.* VIII. *p.* 314.] Utrumque vires excedit hominum & divinae potentiae argumentum eſt. Neque etiam error hicce Chriſtianorum, ex aevi ſui opinionibus hauſtus, religionis, cui addicti fuerunt, auctoritati nocet. Namque ſuperſtitionis & erroris aliquid in eorum etiam haerere mentibus poſſe, qui ſanctiſſimis imbuti ſunt praeceptis, neminem fugit. Haud interim dubito, quin viri graves & ſapientes inter Chriſtianos fuerint, qui opinionem vulgarem non ex toto eſſe veram perſpexerint, nec omnes pro agitatis a daemone habendos eſſe intellexerint, qui vulgo tales eſſe putarentur. Certe ſequentibus non defuerunt ſaeculis inter Chriſtianos, qui nihil plane veri eſſe in iilis, quae de poteſtate & imperio daemonum in homines traderentur, morbosque ex cauſſis ortos naturalibus temere daemonum adſcribi viribus, praecipere auſi ſunt. *Pſellus* Medicos quosdam ita ſentire narrat, & graviter ſert, *de operatione daemonum p.* 84. Ἀλλ', ὦ Μάρκε, ἔφην, ἕτερά τινα τοῖσιν ἰητροῖσι φαίνεται ἐναντία τοῖς δαιμόνιον ἴσχυσιν τοῖς πάθεσι τούτοις λέγουσιν εἶναι. Χυμῶν δὲ καὶ πνευμάτων μοχθηρῶν ἰσχόντων, ἀρθρίτιδι φαρμάκοις καὶ λήμμασιν, ἀλλ' οὐκ ἐπῳδαῖς καὶ καθαρμοῖς τούτοις θεραπευτέον, ἀποτιθέμενοι. *Atqui, o Marce, inquam, alia quaedam his diverſa Medici nobis perſuadere conantur, dum hujusmodi affectus non a daemonibus procedere dicunt: Sed potius ab humoribus, articulis & ſpiritibus male affectis, atque mala haec pharmacis & dietis, ſeu quibusdam vivendi legibus, non autem epodis ſeu incantationibus & expiationibus curare nituntur.* At hos tamen Medicos & alios, qui cum illis inter Chriſtianos conſenſerunt, non puto, prorſus omnem cacodaemonis in hominum corpora poteſtatem negaſſe, atque quos Servator noſter ſanaſſe legitur hujus generis, non ſecus, ac homines gravibus morbis vexatos ſpectaſſe, quos populus temere daemonibus ſubjectos eſſe crediderit. Superiori demum ſaeculo haec publice ſine circuitu propoſita, &, ut tempora noſtra immoderata ſentiendi licentia laborant, a multis avide recepta fuit opinio. Ut de *Vanino*, *Hobbeſio*, *Spinoza*, & aliis nihil dicam, qui omnem conculcaſſe religionem non ſine cauſſa viſi ſunt, prodiit *Londini* 1676. *in* 8. liber inſcriptus: *The doctrine of the devils*, cujus auctor, homo ceteroquin Anglicanae eccleſiae praeceptis deditus & Socinianis vehementer infenſus, teſte viro doctiſſimo, Domino *Des Maizeaux in Notis ad epiſtolas Petri Baylii Tom.* II. *p.* 435. & omnem daemonibus potentiam derogat, & eos, qui in ſacris libris a daemonibus obſeſſi fuiſſe dicuntur, hominum aegrotorum & inſanorum numero habendos eſſe praecipit. Poſt hunc *Benjamin* de *Daillon*, ſacrorum inter Gallos exules miniſter, vir nec ingenio deſtitutus, nec doctrina, longius etiam progreſſus eſt, & in libro: *Examen de l'oppreſſion des Reformez en France Amſterd.* 1687. in 12. edito, unum tantum eſſe cacodaemonem docuit, quosque Servator noſter ejeciſſe dicitur daemones, morbos eſſe pronuntiavit. Legi poterit de hoc libro *Jo. Clericus Biblioth. Hiſtorique & univerſelle Tom.* VII. *p.* 339. Neque aliam frater hujus *Dailloni* ſententiam fovit, quam ſingulari libro *Londini* 1723. 8. edito &: Δαιμονολογια, *or a treatiſe of Spirits* inſcripto, copioſe enarravit. De *Balth. Beckero*, qui ex inſtituto daemonum poteſtatem aggreſſus eſt, ſileo: nec de iis, qui ad eamdem ſeſe recentius abduci paſſi ſunt opinionem, cur multa dicam, cauſſae aliquid habeo, quum paucis ignotum ſit, etiam eorum aliquos, qui ceteroquin religioni ex animo bene videntur velle, ab ea correptos eſſe. Exſtat librorum ab eruditis hominibus conſcriptorum copia, quibus temeritas eorum, qui ſic ſentiunt, caſtigatur: nec meum idcirco duco, longam cum hoc genere litem

Digitized by Google

859 §. LXXXIV. Venio nunc ad miracula eventusque a naturae lege abeuntes,
860 de quibus secundo loco dicere constitui. Inter ipsas gentes verae religionis ne-

tem hic inchoare. Neque ea, quae de recentioribus hominum a daemonibus oppressorum exemplis passim vel commemorantur, vel disputantur, aut quae Medicos inter de Morbis Magicis quaeruntur, examinanda & explicanda mihi sumam. Ad rem praesentem sufficiet, si, relictis & omissis, quae dici possunt, aliis, sequentia observari jubeam. (I.) Periculosa mihi prorsus & universae religioni Christianae vehementer noxia videtur esse opinio eorum, qui quaecumque de daemonibus & ejectione eorum in novi foederis libris leguntur, aut de morbis & morborum sanationibus unice intelligunt, aut ex vulgi errore dicta esse censent. Etenim, si nihil errarent, qui sic sentiunt, id quidem, meo judicio, apertum foret, & ipsum Servatorem nostrum, & legatos testesque ejus vix virorum sapientum nomen tueri posse, talique usos esse dicendi genere, quale nemo solet adhibere vel mediocriter sapiens, qui ab aliis legi vult & intelligi. Id ut pateat, primum nihil coëgisse *Christum* & ejus discipulos, ut ita loquerentur, moneo. [Vid. *Saurin Discours sur la Bible Tom.* IV. *p.* 422. & *p.* 493.] Disputat *Jesus Christus Matth.* XII. & aliis in locis adversus Pharisaeos, qui miracula, quae faceret, ope ac virtute daemonum ab eo edi criminabantur, nec secus respondet, ac si vera essent omnia, quae tum temporis de daemonibus a Pharisaeis credebantur. Si falsa essent omnia, quae de daemonum potestate in hominum corpora traduntur, aptissime & apposite respondisset Servator, inanes vulgi fabulas & aniculariarum commenta esse, quae de astu & potentia daemonum circumferrentur. Neque video cautiae aliquid, quod ipsum, quo minus libere hoc ediceret, impedire potuisset. Non erat haec sententia ex illis, quas vel ignorabant Judaei, vel ita detestabantur, ut auctores earum ferre nullo modo possent. Namque Sadducaei, quibus in supremo senatu concessum erat sententiam dicere, atque sanctissimis muneribus fungi, publice profitebantur, nullos esse daemones, atque delirare eos statuebant, qui tales esse naturas putarent; neque tamen eam ob causam multitudini execrabiles erant. Igitur poterat *Christus* sine omni invidia, ac sine detrimento sanctissimae religionis, ad quam missus erat inculcandam, vulgi fabulas de daemonibus oppugnare & rejicere. Quid? quod etiam a Sadducaeis auxilii & praesidii haud parum contra Pharisaeos, adversarios eorum, sibi pollicéri hanc propter doctrinam poterat. Ipsos autem judices esse velim, contra quos haec animadverto, qualem putent esse hominem, qui, quum nulla urgetur necessitate, ridiculos pestiferosque errores in animis auditorum suorum non modo tolerat, verum etiam oratione ac disputatione sua confirmat & roborat? Non dispar est eorum ratio, quos Servator noster in orbem emisit terrarum ad doctrinam suam propagandam. Erant quidem in plebe, inter Platonicos, inter Judaeorum magistros haud pauci, quos fortassis ad tempus offendissent legati Servatoris nostri, si commentitia esse tradidissent omnia, quae de natura & potestate daemonum, atque de hominibus ab iliis obsessis narrarentur. [Quid hic responderi queat, vid. *Bibl. Britann. Tom.* VIII. *P.* II. *p.* 326.] At nec minor, imo major forte, numerus erat illorum philosophorum, qui nihil sibi horum obtrudi patiebantur; quales Epicurei erant & Academici, quorum disciplinae plurimis inter optimates & proceres aetate Servatoris nostri approbatoribus utebantur: nec idcirco tamen horum aliquis in honoris aut vitae suae versabatur periculo. Et plures forte inter sapientes aetatis illius amicos nacti fuissent Apostoli, si libere displicere sibi omnia significassent praecepta, quae de malignis geniis adhuc populo placuissent. Quis vero sapiens, qui nihil sibi videt periculi imminere, si populares aggrediatur opiniones, fore contra perspicit multos, qui in suam concessuri sint sententiam, fanaticos plebis errores ipsemet assumere & suffragio suo confirmare solet? (II.) Fingamus vero, multum periculi & offensionis fuisse conjunctum cum libera professione veri dogmatis de daemonibus, eorumque natura, numquam mihi tamen persuaserim, Servatorem nostrum sanctissimosque ejus discipulos ita fuisse timidos, ut sententias aperte falsas & pueriles non ferrent tantum, sed etiam approbarent. Sciunt omnes, ipsas Judaeorum delicias, quibus nihil habebant carius, ritus intelligo & caerimonias a *Mose* praescriptas, gentium Deos, a quibus salutem sperabant unice, totque alias praeterea populorum praejudicatas opiniones, quas praeter modum amabant, intrepide a Servatore & amicis ejus, spretis omnibus periculis, oppugnatas & condemnatas esse. Viros tanta fiducia armatos, ut in ipsum impietatis & superstitionis arcem non dubitarent penetrare, quis credat, in sententias, quae nec omnibus arridebant, nec ab iis, quibus arridebant, in primis religionis fundamentis ponebantur, nihil moliri ausos fuisse? Hercules, qui Cerberum haud extimescit, apro certe aut leone viso multo minus fugiet. (III.) Prudentiam forte dicent, qui dissentiunt nobiscum, flagitasse, ne omnes plebis errores simul castigarent & refellerent Sanctissimus Servator ejusque discipuli: tulisse sapientiam *Christi* ad tempus quas-

dam

Digitized by Google

neſcias nonnulla ſaepenumero contigiſſe inopinata & naturae conſuetudini repugnantia, malis, an vero bonis geniis auctoribus non diſputo nunc, non modo 861 re-

dam ſententias in animis Judaeorum, quas incrementis verae religionis non prorſus eſſe contrarias perſpexerit: exemplum *Chriſti* legatos eius imitatos eſſe. Non is ego ſum, qui haec ita ſeſe habere quodammodo negaverim: ad rem vero praeſentem nihil plane haec conducit obſervatio. Tulit Servator noſter ad tempus errantes quasdam amicorum ſuorum, multitudinisque ſententias: ſed nec tamen eas publice laudavit aut verbis & oratione ſuas fecit. At quis neſcit Phariſaeorum de daemonibus & obſeſſis ſententias paſſim a Servatore noſtro aſſumi, illuſtrari, emendari? Vid. *Matth.* XII. 17 - 30. *vſ.* 43 - 45. *Luc.* XI. 24. Hoc quis prudentiae munus eſſe dixerit? Sapientis Medici eſt, fateor, malis gravioribus medicinam parare, minora interdum tempori ſananda committere: prudentis viri, cum illis ante omnia confligere erroribus, unde majus metuendum eſt periculum, leviores modice curare. At ſtulti eſſe putem, providere, ne minora illa mala deleantur, & inſipientis, mediocres errores novis praeſidiis communire. Id quod prudentia flagitat, feciſſet Servator noſter, ſi prorſus ſiluiſſet, nec vel rejeciſſet aperte, vel adoptaſſet, aut laudaſſet falſas Judaeorum de malis geniis opiniones, ſi juſtas animadvertiſſet obſtare cauſſas, ne ſtatim redarguerentur. (IV.) Sed acquiores etiam nos habebunt adverſarii. Dabo, quod numquam tamen dederim, conſentaneum fuiſſe prudentiae, ut Servator ad populi loqueretur opinionem & multitudinis de obſeſſis & daemonibus nugas ſuas faceret. Spero autem, viciſſim daturos mihi eſſe illos, quibus cum res hic nobis eſt, in officiis eſſe viri ſapientis, ut provideat & caveat, ne inſiceti errores, quibus ſibi parcendum eſſe ducit, ne animos irritet, immortales fiant & ad ſeros usque poſteros permanent. Hoc igitur fecit Servator noſter? Non fecit, quod omnes ſciunt. Neque illi, qui vitae ejus hiſtoriam exararunt, neque ſancti ejus nuntii, qui de univerſa religione epiſtolis ſuis expoſuerunt, vel verbulo nos monuerunt, ſermones Servatoris noſtri de daemonibus & obſeſſis populi Judaici ſententiam, non autem ipſius, continere, & ad credulam plebem capiendam unice inſtitutos eſſe. Quocirca, ſi ab illorum parte veritas ſtaret, qui daemonum imperium prorſus everſum cupiunt, quid mihi de Servatoris noſtri amore erga genus humanum, cui valde noxium eſſe fatentur hunc errorem, quid de ſapientia & prudentia ejus, quid de ipſa Chriſtiana religione conſtituendum eſſet, vehementer anceps haererem ac dubius. (V.) Et quid multis? omnem mihi prorſus tollere videntur ſacrorum voluminum fidem & auctoritatem, qui ſic ſentiunt. Etenim ſimulatque illis accedimus, fateamur neceſſe eſt, fabulas Servatorem noſtrum narrare, quotiescumque de poteſtate loquitur daemonum, aut malis imperat geniis, ut hominum exeant corporibus, orationemque illam, verbi cauſſa quae *Matth.* XII. 17 - 30. *vſ.* 43 - 45. ſcripta legitur, inanibus conſtare ſonis, quibus nulla poteſtas aut notio ſubjecta eſt: fatendum eſt nobis, *Paulum*, quum ait, Chriſtianis *non cum carne & ſanguine dimicandum eſſe, ſed cum daemonibus*, *Epheſ.* VI. 12. nihil proprie dicere, tametſi graviter monere videatur: fatendum eſt denique, tam corrupte, tamque perverſe interdum loqui ſanctos ſcriptores, ut a nullis ſine metu erroris legi queant, niſi ab illis, quibus ob perpurgatam, qua valent, rationem aurum ſejungere ferro licet. Atqui haec ſi ita ſeſe habent, ſi partes quaedam ſacrorum librorum populares errores, non ſecus ac ipſam veritatem, tradunt, ſi aliae vocabulis conſtant, quibus nihil ſubeſt, niſi ſtrepitus, neſcio, an digni ſint, quibus ſalutem noſtram plane committamus, quosve conſulamus unice, quum, quid credendum vel non credendum ſit, quaeritur. Quod ſi enim tam longe ab uſitato & proprio dicendi genere, quod ſapientes viri conſectantur, recederent ſacri ſcriptores, ut *Beckerus* & alii volunt, qui daemonibus & hominibus a daemone vexatis bellum indixerunt, verendum nobis ubique foret, ne forte in illis locis, in quibus nos myſteria ſalutis & ſanctiſſima exſtare dogmata opinamur, ad vulgi ſententiam, non autem ad veritatis normam loquuti eſſent. (VI.) Poſtremo tota mihi eorum ratio, qui tam ſervide in daemonum poteſtatem diſputant, valde ſingularis & a ſemetipſa videtur eſſe diſſentiens. Aſſumunt illi, Servatorem noſtrum, ejusque diſcipulos, ad plebis opiniones ſeſe loquendo & ſcribendo accommodaſſe, neque ſecus de daemonibus & eorum in corpora noſtra poteſtate, aliisque rebus eſſe loquutos, ac ſi nullum de his omnibus eſſet dubium, tametſi non ignoraverint vana eſſe, quae multitudo vera eſſe duceret, omnia. Neque dubito, quin prudenter & ſapienter ita feciſſe Servatorem noſtrum & amicos ejus exiſtiment. Velim igitur ab illis edoceri, cur hoc ipſimet ſequi & imitari exemplum nolint, & a veſtigiis Chriſti & Apoſtolorum, quibus nihil eſt ſanctius, abeant. Tot hodie forte ſunt, quot aetate Chriſti, qui daemones & eſſe, & hominum interdum incolere corpora cenſent. Tantum apud hos offenſionis ex oppugnatione ſententiae hujus hac aetate naſci poteſt, quam eo tempore potuit, quo Chriſtus & legati ejus docuerunt. Denique non ex illis hoc dogma eſt opinionibus, unde certiſſimum animis periculum & aeternae ſalutis jactura metuenda eſt.

rerum inter eas geſtarum annalibus, verum ſacris etiam libris ſcriptum legitur. Utrum malis haec acciderint geniis auctoribus, an vero bonis, nunc quidem disquirere nolo. Nec ignotum eſt, poſt natum etiam Servatorem populos iſtos oraculorum non minus, quam miraculorum ſibi arrogaſſe gloriam. Nam, ut de *Apollonii Tyanaei* & *Apuleji* factis nihil dicam mirabilibus: neque Romanos tangam Imperatores *Veſpaſianum* & *Adrianum*, quibus vim miracula faciendi tributam fuiſſe ferunt, templum *Aeſculapii* in primis ſummis nobilitari quotidie prodigiis confirma-

Ex his enim ſi eſſet ſententiis, quis Servatorem noſtrum dubitaret illud funditus everſurum & ex mentibus hominum ſublaturum fuiſſe? Quid igitur, quaeſo, eſt, quod eos impedit, quo minus idem faciant, quod *Chriſtum* & Apoſtolos feciſſe volunt, atque cum plebe loquantur, cum ſapientibus autem ſentiant? cur tot ſcriptis & cavillationibus in opinionem invehuntur, quam ipſe Servator nulli noxiam eſſe demonſtravit, imo confirmavit? Fallor, aut, qui haec ſecum expendet, anguem in herba latere ſuſpicabitur. Forte illi, qui dicta *Chriſti* & Apoſtolorum ita torquent, ut adverſus animi ſui ſententiam videantur verba feciſſe, eodem modo de *Chriſto* & Apoſtolis differunt, quo eos de obſeſſis & daemonibus diſſeruiſſe perhibent, id eſt, ad plebis opinionem tantum loquuntur, tametſi longe ſecus de illis tacite judicent. Non tam iniquus ſum, ut omnes ita eſſe animo adfectos putem, qui his favent opinionibus: at omnes tamen hujus generis accurate ſecum ponderare velim, quonam ducant praecepta illa, quae tam audacter proponunt & tuentur.

(*a*) *Graeca tabula*] Marmorea haec tabula, aut fragmentum potius tabulae, quae Romae in inſula Tiberina ad templum Aeſculapii creditur adpenſa fuiſſe, ubi hominum exempla narrantur ab Aeſculapio ſanatorum, exſtat in *Jani Gruteri Inſcriptionibus Tom.* I. *p.* 71. 1. Copioſe egit de hac tabula *Daniel Clericus dans l'hiſtoire de la Medicine P.* I. *Lib.* I. *Cap.* 20.

(*b*) Sequitur hic vir doctiſſimus veſtigia primorum civitatis Chriſtianae doctorum, qui quidem fere omnes nulli dubitarunt, daemonum malorum virtute ac potentia multa olim inter populos vorac religionis ignaros facta eſſe miracula & prodigia. Vid. *Athenagoras Apolog. pro Chriſtianis Cap.* 20. *p.* 89. *Tertullianus Apologet. Cap.* 22. *p.* 222. *Recognitiones Clementis Lib.* IV. *Cap.* 21. *ſ. p.* 542. *S. T.* I. *PP. Apoſtol.* & plures alii. Verum melius, quemadmodum exiſtimo, feciſſet vir doctiſſimus, ſi, quae miracula feruntur inter Deorum cultores olim eſſe patrata, aut falſa & incerta eſſe, aut ex naturalibus accidere cauſſis potuiſſe, aut denique fraudibus & dolis ſacerdotum perfecta eſſe, libere pronunciaſſet. [Confer omnino *van Dalen de oraculis*, qui toto libro ficta multa miracula recenſet & rationes eorum explicat.] Luculenter id, praeter alios, viri doctiſſimi *Anſelmus*, Abbas, ſingulari Diſſ. *dans l'hiſtoire de l'Academie des Inſcriptions & belles lettres Tom.* VIII. *p.* 59. *Freretus* alia Diſſ. *in eadem hiſtoria Tom.* VIII. *p.* 76. & non ita pridem *Jac. Serces traité des miracles p.* 258. *ſ.* demonſtarunt. Atque haec mihi ſententia ad ſupremi Numinis gloriam tuendam longe videtur accommodatior eſſe, quam altera illa, quam *Cudworthus* ſequutus eſt. Etenim ſi tot Deus paſſus fuiſſet inter populos miracula fieri a malignis geniis ad cultum & religionem Deorum firmandam, quot inter eos facta eſſe narrantur, ipſemet quodammodo cauſſa ipſis exſtitiſſet in avitis ſuperſtitionibus & cerimoniis perſeverandi. Neque, id quod paulo poſt apparebit, omni veterum Doctorum auctoritate haec caret ſententia, quorum certe aliqui ſatis fuerunt perſpicaces in dignoſcendis miraculis & ſacerdotum dolis aperiendis. Quae hic referuntur exempla miraculorum, ea confirmant potius ſententiam, cui me favere dixi, quam oppugnant. (I.) De miraculis, quae *Apollonium Tyanaeum* feciſſe accepimus, ſupra late diſſerui. Vix digna ſunt ea, quae commemorentur, hominemque arguunt gloriae cupidum & ad rudem populum fallendum non prorſus ineptum. Neque meliori loco *Apuleji* prodigia haberi poſſunt; qui praeterea in *Apologia*, quae exſtat, ipſemet ſatis luculenter omnem Magiae ſuſpicionem a ſe depulit (II.) *Veſpaſiano* & *Hadriano* quae adſcribuntur miracula manifeſtas ſecum ferunt fallaciae notas, id quod luculenter a viris doctiſſimis *Chriſtophoro Aug. Heumanno* ſingulari *Diſſ. de miraculis Veſpaſiani Poeciles Tom.* II. *Lib.* II. *p.* 427. *Joan. Clerico Hiſtor. Eccleſ. primor. duor. ſaeculorum Saec.* II. *ad A.* CXXXVIII. *p.* 610. 611. & *Jac. Serces traité des miracles p.* 276. *ſ.* oſtenſum eſt. (III.) *Aeſculapii* reſtant miracula, quibus nulla olim fuerunt celebriora & a Deorum miniſtris confidentius Chriſtianis doctoribus objecta. Sed quae jam monebimus, ea, niſi plane fallor, facient, ut his quoque prodigiis omnem fidem derogent, qui rationi repugnare nolunt. Igitur (I.) animadverto, omnes Aeſculapii ſacerdotes, id quod alio jam planum feci loco, artis medicae peritos fuiſſe, atque hominum in templo Numinis excubantium ſtatum naturalem, morbosque ſollicite primum exploraſſe, poſtea remedia praeſcripſiſſe expellendis morbis apta. Non dicto quodam, aut verbo curabantur aegroti, qui valetudinem ſuam com-

mabant. Documento eſt (*a*) Graeca tabula, Romae in Numinis hujus aede olim affixa, in qua haec inter alia perſcripta erant: *Caecum hominem juſſum fuiſſe ab oraculo in genua coram altari procumbere, tum a dextra ejus parte ad laevam tranſire, quinque digitos in ara collocare, ſublata poſtea manu, oculos ſuos ea tangere: his omnibus factis videndi facultatem ſubito recuperaſſe hominem, plaudente omni populo atque clamante, Imperatore* ANTONINO *ingentia facta eſſe miracula, & quae ſequuntur* (*b*). Verum divini noſtri libri multo majorem memorant miraculorum, longe illis praeſtantiorum, 862

committebant Aeſculapio, ſed herbis, ſuccis, rebus, quibus uti ſolent medici. Talia igitur miracula faciebat Aeſculapius, qualia ab ils hodie fiunt, qui artis medicae facultate valent. Confirmabo hoc duplici magnae fidei teſtimonio, altero Chriſtiani, altero non Chriſtiani ſcriptoris. Ille *Arnobius* eſt, qui *Lib.* I. *adv. gentes p.* 35. 36. ita loquitur: *Dii, ſi quando, ut fama eſt, nonnullis attribuere medicinam, aut cibum aliquem juſſerunt capi, aut qualitatis alicujus ebibi potionem, aut herbarum & graminum ſuccos ſuperimponi inquietantibus cauſſis, ambulare, ceſſare, aut re aliqua, quae officiat, abſtinere: quod eſſe non magnum, nec admirationis alicujus ſtupore condignum promtum eſt, ſi volueritis attendere: & medici etiam ſic curant. —— Nulla autem virtus eſt medicaminibus amovere, quae noceant: beneficia iſta rerum non ſunt curationum poteſtates.* Hic *Lucianus* qui *Philopſeude Tom.* II. *Opp. p.* 333. veram miraculorum cauſſam, quibus olim clarebat Aeſculapius, his verbis exponit: *ὁ γὰρ Ἀσκληπιὸς αὐτὸς καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ ἴαντο φάρμακα πάσσοντες, ἡμεῖς δὲ τοὺς τοιούτους. Aeſculapius ejusque poſteri ſalutaria pharmaca admoventes medebantur.* Adde *Clementina Homil.* IX. §. 17. *p.* 690. *Tom.* I. *PP. Apoſtol.* (II.) Huic obſervationi ſi quis cum alia quaedam exempla curationum Aeſculapii, tum illam ſigillatim caeci hominis ſanationem, quam ex tabula marmorea *Cudworthus* memorat, obſtare putet, is ſciat, perſuaſum nobis eſſe, ſi omnia, quae facta illa circumſtant, attentius expendantur, apertum fore, aut remediis, aut dolis rem totam peractam fuiſſe. Ad caecum hunc quod attinet, ſi vere ipſum fuiſſe uſu oculorum orbatum concedamus, ſuſpicioſum tamen id ſtatim eſt, quod digitos in ara Aeſculapii collocare juſſus eſt ab oraculo, & illis deinde oculos tangere. Namque unguento quodam, oculorum morbis depellendis apto, vafri ſacerdotes haud dubie altare imbuerant, quo cum oculos perfricuiſſet homo lumine captus, viſum ſubito recepit. Melius & ſolidius hoc oſtendi poſſet, ſi morbi genus notum eſſet, quo laboravit ille, qui hoc modo ſanatus eſt. (III.) Atque haec abunde confirmantur ex eo, quod non omnes, verum nonnullos tantum, curare potuit Aeſculapius, quorum ſcilicet morbi ſanabiles erant. Qui quidem ſi divina virtute profligaſſet mala hominum, ſine ullo dubio, non ſecus atque Servator noſter *Jeſus Chriſtus* fecit, omnis generis morbos, etiam illos, in quibus omnem artem ſuam jam exhauſerant Medici, depulſiſſet. Scito obſervavit is, qui *Clementina* Saeculo III. compoſuit, non ineptus ſemper ſcriptor, eorum quidem nomina in fano Aeſculapii ſervata eſſe, quibus Dei profuerit conſilium, eos autem, qui diem obierint, miſeriam ſuam non dedicare potuiſſe, *Homil.* IX. §. 17. *p.* 690. *Ἀλλὰ δὴ ὑγιασθέντες, ἢ ἀνάπαυσιν, ἢ κέρδος ἐπιπλείστου ἔγραψαν, ἢ ἀναθήματα ἐκρέμασαν· οἱ δὲ τοῦ μὴ ὑγιᾶναι ἀφορμὴν ἔσχον, τὰς ὑποσχέσεις ἀνέθεσαν ἢ ἔδωκαν. Alii vero aegroti poſt preces recepta ſanitate, iis, quos invocaverant, adſcripſerunt & donaria appenderunt. Qui autem poſt votum decepti exſpirarunt, infortunia non poſſunt dedicare.* Id ipſum quoque, ut omittam alios, graviter & facunde *Arnobius* Deorum miniſtris exprobrat, *Lib.* I. *adv. gentes p.* 36. *Quot millia vultis a nobis debilium oſtendi, quot tabificis affectos morbis, nullam retuliſſe medicinam? cum per omnia ſupplices irent templa, cum Deorum ante ora proſtrati, limina ipſa converrerent oſculis, cum Aeſculapium ipſum dixerem (ut praedicant) ſanitatis, quoad illis ſuperfuit vita, & precibus fatigarent & invitarent miſerrimis votis. —— Quid prodeſt oſtendere, unum aut alterum fortaſſe curatos, cum tot millibus ſubvenerit nemo & plena ſint omnia miſerorum infeliciumque delubra?* Solebant quidem ſacerdotes Aeſculapii, ut hoc telum effugerent, reſpondere, opem bonis tantum a Diis ferri, malorum miſerias negligi. Sed perſpicuum eſt, plenam futilitatis hanc eſſe reſponsionem, qua omnes uti poſſunt nebulones, qui fraudibus & fallaciis ſuis credulam plebem argento emungunt. Quae vero ad religionem aliquam confirmandam valere debent, facta & miracula, ea talia ſint neceſſe eſt, ut nihil exceptionibus ejusmodi loci relinquatur. Atque *Jeſus* noſter ſine ullo diſcrimine bonis malisque ſubvenit, qui opem ejus implorabant. (IV.) Denique non tam caute rem ſuam curare poterant Aeſculapii ſacerdotes, quin perſpicaciores animadverterent, famam & exiſtimationem Numinis fraudibus & dolis aeque firmiter niti atque medicamentis & remediis. Nempe idem ab hoc hominum genere fiebat, quod hodie ab illis fieri novimus, qui ſanctorum quos colunt, templis auctoritatem & divitias, ſibi autem mollioris & lautioris vitae inſtrumenta compa-

rum, copiam, cum a Moſe, tum a Servatore noſtro *Jeſu Chriſto* ejusque legatis perfectorum.

863 Quae cum ita ſint, duo videntur eſſe genera miraculorum & eventuum ab ordinaria naturae lege recedentium: alterum eorum, quae tametſi a cauſſis naturalibus & ordinariis proficiſci nequeant, eaque de cauſſa certo modo ſupernaturalia dici debeant, viribus tamen ordinariis & naturalibus aliarum creatarum mentium, ſive bonarum ſive malarum, permittente Deo, effici poſſunt. Fingamus, lapidem, aut grave aliud & ſolidum corpus, adſcendere primum, deinceps in medio aëre conſiſtere, nec ullum tamen apparere inſoliti eventus hujus auctorem vel cauſſam. Haec quidem res nobis portentum & eventus naturae facultatibus ſuperior videbitur: at nihil tamen impedire, perſuaſum eſt omnibus, ne id ipſum naturali potentia mentium inviſarum, ſive bonarum, ſive malignarum, fiat: quamquam Dei permiſſu, ſine cujus providentia & nutu genios illos in humana ſeſe negotia iſto modo non poſſe ingerere, exploratum ducitur. Fac, hominem rudem prorſus & illitteratum Graece & Latine ſcite & eleganter loqui. Hunc caſum prorſus eſſe mirabilem, neque naturae legibus convenientem, nemo unus dubitabit. Quis enim ſanus Servatoris noſtri legatos neget, cum peregrinis linguis, quarum antea expertes fuerant, coeleſtem doctrinam explicarent, divinitus eruditos & actos fuiſſe? At in hominibus, quos malus daemon agitat, idem virtute ejus accidere, Deo licet permittente, novimus. Ad hunc ordinem illud etiam *miraculum cotis*, ut *Apulejus* vocat, referimus, quod *Accius* patravit *Navius*, quem cotem novacula diſcidiſſe (*c*) accepimus. Alterum genus miraculorum illis conſtat eventis, quae omnes ſecundariarum cauſſarum vires, omnium rerum conditarum facultates ſuperant, nec ulli propterea, niſi infinite potenti Deo, poſſunt attribui; qui cum totius auctor ſit naturae, pro lubitu & arbitrio eam temperare & ad voluntatem ſuam accommodare poteſt. Novi ea, quae non ita pridem protulit *Tractatus Theologico-Politici* auctor, ad utrumque hoc miraculorum genus funditus exſtirpandum. Miraculum profanus homo diſputat, nil eſſe niſi vocabulum, quo imperita multitudo *inſolitum* quodvis *naturae opus* deſignet, aut id, cujus cauſſas aſſequi non poteſt, nominet. Addit, ſi quid ejus generis contingeret, quod aut repugnaret naturae legibus, aut vim earum excederet, aptius illud fore ad ea refellenda, quae de Deo credimus, quam confirmanda (*d*). Verum tota ejus diſputatio ita mihi videtur infirma, futilis, & ſtolida, ut in ea refellenda nonnihil hic conſumere temporis, nec neceſſarium nec utile putem.

§. LXXXV. De ſuperiori, quod dixi, miraculorum genere *Moſen* verba putem

rare volunt. Conducebantur interdum numis aliquot egeni homines, qui morbos fimulabant, & ſe deinceps miraculo ab Aeſculapio ſanatos eſſe audacter mentiebantur: interdum fictis viſis homines in templo excubantes decipiebantur. Obſervatum jam ab aliis eſt, ab *Ariſtophane in Pluto*, *Actu* V. *vſ.* §55. *f.* Servum, cui nomen *Carion*, induci, qui luculenta ſatis oratione fabulam explicat, quam olim ad incautos fallendos cerimoniarum Aeſculapii antiſtites egerunt. Ego Chriſtiani eantum, aut, ſi mavis, ſemi-Chriſtiani auctoris locum afferam, ex quo patebit, non certe prorſus neſcios fuiſſe Chriſtianos fraudum, quibus ſacerdotes ſibi conſulere ſtuderent, ſcriptoris nimirum *Clementinorum*, qui *Homil.* IX. §. 18. *p.* 691. his verbis utitur: Πῶς δὲ ἡ καταψεύδει χρηματισμὸς ἢ θεραπείας ἐξ αὐτῶν ἀποτελουμένας ἢ ταύτας βιαίως μὴ ἔχειν; πῶς δὲ ἐπὶ μισθῷ ἑαυτὸς ἐξιόντας, δι' οἵων ἑτοίμων πάσχει τὸν ἀναβλέμματι, ἢ ὅτως κηρύττεις, αὐτῶν τὸ πάθος ἀποτελεῖν ἀπεκαταστάτους, κεχρημάτικε τὸν θεραπείαν λέγεσιν, ἵνα τὸ ἀναίδητον ἐπαγγέλματος εἴπωμεν; *Quam mul-*

ti

tem facere, *Deut.* XIII. 1. 2. 3. *Quum ſurgens in medio tui vates aut ſomnians ſomnium ediderit tibi ſignum aut prodigium, quamvis eveniat ſignum illud aut prodigium, quod praedixerat tibi, dicendo, ſequamur Deos alienos, quos non noveras, & colamus eos, ne auſcultato verbis vatis iſtius aut iſti ſomnianti ſomnium, quia tentat Jehova Deus veſter vos ad cognoſcendum, an ſitis amantes Dei veſtri ex toto corde veſtro & ex toto animo veſtro.* Etenim quis ipſum credat ſupremum Numen excitare poſſe aliquem ad populos a ſana doctrina revocandos, eique extraordinario adeſſe auxilio, quo miracula edere, iisque turpiſſimis erroribus auctoritatem conciliare valeat? Id igitur *Moſes* ſibi vult, fieri poſſe, ut falſi quidam vates, a maligno impulſi daemone, exoriantur, Judaeosque ad peregrina Numina colenda commovere tentent: fieri quoque poſſe, ut iidem ad ſententiam ſuam confirmandam, malorum virtute geniorum armati, talia faciant miracula, qualia Magi quondam Aegyptiorum ediderunt: fieri poſſe denique, ut Deus, quo fidem & amorem Judaeorum erga ſe exploret, mirabilibus iſtis factis non intercedat, nec virtuti daemonum reſiſtat. Qua quidem in re quod offendat aliquem, nihil omnino eſt, eo quod religio eorum, qui plurium commendant Deorum cultum, partim per ipſam naturae vocem, partim per divinas leges 864
magnis olim miraculis communitas, ſatis ſuperque condemnata & falſitatis convicta ſit. Atque hinc intelligitur, ſola miracula, talia in primis, qualia hic memorantur, niſi etiam accedat doctrinae ipſius conſideratio & exploratio, minus habere virtutis, quam neceſſe eſt ad divini vatis & legati exiſtimationem alicui comparandam. Quod ſi enim totam aliquis Judaeam inſolitis repleviſſet verisque miraculis, & ſimul tamen populum ad relinquendam unius Dei religionem cohortatus eſſet, falſi vatis eum ſupplicio ſine ulla Judaei affeciſſent injuria. Similiter *Chriſtum* in novi foederis libris ſuos monere videmus diſcipulos, fore, (*) *ut multi prodeant falſi Chriſti & falſi vates, ſignaque magna edant & prodigia, ita ut, ſi fieri poſſit, electos etiam abripiant.* *Paulus* etiam (†) *Antichriſti viri peccati* vaticinatur *adventum fore ex illa vi efficaci Satanae cum omni potentia & ſignis ac prodigiis mendacibus.* Sic enim mihi perſuaſi, τέρατα ψεύδους, quorum hic mentio fit, non eſſe ficta miracula, fraudes, dolos, praeſtigias, ſed vera miracula ex ſuperiori, quod deſcripſi, genere ad *confirmandum mendacium*, quo vocabulo deinceps doctrinam *filii hujus iniquitatis* appellat *Paulus*, edita. Alioquin enim quo jure dixiſſet vir divinus, non intelligo, *adventum ejus fore ex illa vi efficaci Satanae.* In *Joannis* divina pateſactione, qua iterum adventus Antichriſti & progreſſus myſterii iniquitatis deſcribitur, *Cap.* XIII. (§) de beſtia duo habente cornua inſtar agni haec ſcripta leguntur: *Editque ſigna magna & decipit incolas terrae propter ſigna, quae datum eſt ei, ut faciat, in conſpectu beſtiae.* Quo pertinent etiam, quae *Cap.* XVI. 13. 14. exſtant:

Vidi

(*) Luc. XXIV. 24. (†) 2 Theſſ. II. 9. (§) vſ. 12.

ti & oracula ementiuntur, curationesque ex iisdem factas, quas juramentis etiam confirmant? Quot autem mercede ſemetipſos tradiderunt, qui commentis quibusdam nonnulla ſponte paſſi, atque ita praedicantes, cum e morbo per remedium convaluerint, oraculo promiſſam fuiſſe ſanitatem aſſerunt, ut ſtolidum cultum ſtabiliant? Nec *Origenem* ignarum plane fuiſſe nequitiae hujus, facile concedet, ut opinor, qui, quae de miraculis Aeſculapii *Lib.* III. *p.* 124. adv. *Celſum* diſputat, accurate legerit.

(*c*) *Accepimus*] Miraculum hoc *Livius Hiſtor. Lib.* I. *Cap.* 36. *Cicero*, & alii narrant veterum. Videtur vir doctiſſimus exiſtimaſſe, malum quemdam genium, *Accio* adſtantem, cotem diſcerpſiſſe, *Accium* vero tantum viſum eſſe novacula illum diſcindere.

(*d*) *Confirmanda*] Exſtant haec in *Spinoſae Tractatu Theologico-Politico Cap.* 6. *p.* 67.

Digitized by Google

Vidi ex ore draconis & ex ore illius beſtiae tres impuros ſpiritus ſimiles ranis prodeuntes. Hi ſunt ſpiritus daemoniorum edentes ſigna, qui abeunt ad reges terrae. Nec non illa, quae *Cap.* XIX. memorantur de falſo vate miracula in conſpectu beſtiae patrante. Nullum ego horum dictorum de commentitiis tantum & fictis loqui crediderim prodigiis, ſed de veris etiam & germanis miraculis, adjuvante cacodaemone, ad mendacii, id eſt, ſuperſtitionis, corruptae religionis, & errorum auctoritatem confirmandam factis. Haec vero fieri Deus patitur partim, ut ſervorum ſuorum fidelitatem & conſtantiam exquirat, partim, ut juſtis eorum amentiam poenis ulciſcatur, qui, ut *Paulus* ait, (*) *amorem veritatis non receperunt, ut ſalvi fierent.* Quamobrem ſi vel ſatis certa & explorata eſſent omnia, quae de miraculis feruntur, reliquiarum, imaginum, aliarumque rerum virtute quondam editis, haud tamen argumento eſſent, non peccare eos, qui cultu quodam & religioſis honoribus iſtas reliquias & imagines afficiunt. Tantum enim abeſt, ut prodigia, certa licet, veraque, quae ad ſuperſtitionis & idolorum cultus confirmationem eduntur, recte eos facere probent, qui Deum adire ſolum nolunt, ut potius ipſa de turpi origine ſua teſtentur, ſeque *νόθα ψεύδη* eſſe, *ſigna mendacii*, virtute cacodaemonis effecta, demonſtrent.

§. LXXXVI. Alia longe ratio eſt miraculorum, quibus Servator noſter doctrinam ſuam communivit. Quae quidem ſi omnia ex ſuperiori illo genere fuiſſent, atque naturali creatarum mentium virtute, permittente Deo, fieri potuiſſent, tamen id a Judaeis ſummo jure atque ipſo *Moſe* auctore efflagitaſſent, ut eum veri vatis in loco haberent & reciperent. Verbis enim Dei gentem compellabat, neque aliquid tradebat, quod ad Deorum inanium religiones duceret, aut lumini rationis legique naturae adverſaretur. *Moſes* autem *Cap.* XIII. & XVIII. *Deut.* Deum non obſcure ſignificat, haud paſſurum eſſe, ut alii falſi vates prodigia & miracula, cacodaemone opitulante, faciant, praeterquam illi, qui aut Deorum religionem ſuadere, aut, quod ſemper ſubaudiri debet, aliud dogma, cujus falſitatem & pravitatem ratio ſine longa meditatione perſpicit, inſtillare tentant animis. Quod ſi enim aliis quoque in rebus facultatem Deus concederet improbis miracula faciendi, nihil eſſet hominibus, quo ſe iſtis expedirent laqueis; id quod a divina bonitate prorſus alienum foret. Nullum certe dubium eſt, quin Servator noſter, *Jeſus Chriſtus*, unus ille eximius vates fuerit, quem ſe Deus ad Iſraëlis filios miſſurum eſſe *Moſis* voce pollicitus eſt. Ipſi hoc ad montem Horeb a Deo poſtulaverant: *Ne pergam audire vocem Jehova Dei & ignem maximum iſtum ne videam amplius, ne moriar.* Cui deſiderio ſic Deus reſpondebat: (†) *Bene loquuti ſunt, quod loquuti ſunt. Prophetam ſuſcitabo eis e medio fratrum ipſorum, ſicut tu es, & indam verba mea ori ejus, ut eloquatur eis, quicquid praecepero ipſi. Erit autem, ut quisquis non auſcultaverit verbis meis, quae loquutus eſt in nomine meo, ego repoſcam ab illo.* Quorum quidem verborum hanc vim eſſe, facile quilibet intelligit: Non ego amplius me Judaeis fulminan-

(*) 2 Theſſ. II. 10. (†) Deut. XVIII. 11. ſ.

(e) *Ducerem*] Solida, nil dubito, & ſapiens haud paucis haec de miraculis videbitur diſputatio: & mihi quoque talis videtur eſſe. Negat vir doctiſſimus, tantas eſſe malorum geniorum vires, ut vera poſſint edere miracula, id eſt, naturae leges, quas Deus ipſe poſuit, vel tollere prorſus, vel etiam mutare: concedit autem, fieri ab illis poſſe multa, quae nobis videantur eſſe miracula &

Digitized by Google

nantem & fulgurantem oſtendam, neque voluntatem meam terribili voce ex flammanti igne declarabo. Quae hanc conſequetur voluntatis meae patefactio, eam vates quidam afferet ex fratribus eorum excitatus, cui juſſa mea committam, quo cum illis 865
verbis meis colloquatur. Hujus ſi mandatis obtemperare recuſaverint, aeque ingens crimen ſuſcipient, ac ſi meae voci ex ignei montis cacumine reſonanti reſtitiſſent. Ac ne aliquid forte excuſationis habeant, quo ſuam aliquando temeritatem aut impietatem erga magnum iſtum voluntatis meae interpretem excuſent, hoc ego illis nunc aperte denuntio: Quicumque meis verbis populum acceſſerit, verisque prodigiis auctoritatem ſibi comparaverit, is pro meo ſtatim legato haberi debet, fideque & obedientia dignus cenſeri. Neque ulli inter falſos vates numerari debent, niſi qui aut commentitiis tantum miraculis famam ſibi quaeſiverint, aut, ſi vera ediderint miracula, alienorum Deorum verbis gentem compellent & ad Numinum falſorum cultum exhortentur. Verum Servator noſter, *Jeſus Chriſtus*, alia quoque patravit miracula, multo nobiliora, quam ſuperiora illa, quae vires non excedunt geniorum, nullique, niſi ipſi naturae auctori, praepotenti omnium Deo, perficienda: quale illud eſt, quod in *Lazaro* praeſtitit, quem quatriduum jam exſtinctum in vitam revocavit. Neque enim ullo modo credibile eſt, tantam eſſe creatarum mentium, ſive bonarum, ſive malarum, virtutem & potentiam, ut leges naturae fatique pro lubitu mutare, animosque hominum vita functorum cum corporibus ſuis iterum ſociare queant. Multo minus hoc a ſe ſapiens quisquam impetraverit, ut Deum mendaciis, ſeu dogmatibus lumini legique naturae contrariis & repugnantibus, vim & auctoritatem addere voluiſſe ſingularibus ejusmodi factis, ſibi perſuadeat. Ad ſummam; Non in univerſum quidem miracula aut Deum eſſe per ſe probant, aut vatis cujusdam auctoritatem extra dubium collocant, aut quaelibet denique dogmata confirmant. At hoc tamen ſine controverſia efficiunt, quod illi, quibus religio omnis exoſa eſt, nullo modo ferendum ſibi eſſe ducunt, eſſe genus quoddam naturarum, homine praeſtantiorum, quae ſub noſtrum haud adſpectum cadunt. Mitto, quaedam etiam perſcripta legi miracula, quae nemo ſanus dixerit ab alio proficiſci potuiſſe, quam a mente naturam rerum pro lubitu moderante, id eſt, ab ipſo Deo. Omnia vero aut negare aut in dubium revocare miracula, id aut ſenſibus eſt omnem plane fidem detrahere; ex quo conſequeretur, ipſam percipiendi, quae in ſenſibus eſt noſtris, facultatem miraculi quoddam genus eſſe: aut vero humanam omnem auctoritatem & hiſtoriae univerſae fidem aſpernari & contemnere, quo nihil fieri amentius aut ſtultius poteſt. Numquam certe tanta Judaeorum exſtitiſſet in ritibus & caerimoniis, quas *Moſes* praeſcripſit, tuendis & defendendis pertinacia, niſi omnibus omnino perſuaſum fuiſſet, *Moſen* prodigiis & mirabilibus factis inſignem fuiſſe. Populi vero, Deorum imbuti ſuperſtitionibus, ſi ſine ullis diſciplinae *Chriſti* ſeſe miraculis adjunxiſſent, equidem hoc ipſum omnium, quae fieri poſſunt, miraculorum fuiſſe maximum ducerem (*e*).

§. LXXXVII.

& hominum omnium facultates excedant. Neque eſt, quod ſciam, inter Philoſophos vel Theologos aliquis, qui hac de re dubitationem umquam commoverit. Diſtinguunt contra omnes inter *miracula* & inter *mirabilia*: Haec effici poſſe a geniis affirmant, illa negant. Addit vir eximius, hac poteſtate non uti poſſe pro lubitu & arbitratu inter homines cacodaemonem, praeſertim quum res agitur verae religionis, ſed tum tantum, quum Deus id patiatur: Permittere autem id Deum non aliter, quam quum aut explorare velit hominum erga ſe voluntatem, aut populos, qui lucem veritatis diu ſpreverant & con-

865 §. LXXXVII. Supereſt, ut de oraculis, vaticinationibus, divinatione, rerumque futurarum, quas nemo alioquin hominum, antequam eveniant, ſcire poteſt, prae-

contemſerant, juſtiſſimis poenis afficere & in errorum ſervitutem tradere: Atque ſuperius quidem ſi facere velit, non ſinere ſupremum Numen, ut ad aliorum dogmatum confirmationem cacodaemon miracula faciat, quam eorum, quorum turpitudinem & falſitatem ſimpliciſſimus quilibet ſtatim perſpicere valeat. Nihil habet, meo quidem judicio, haec doctrina, quod offendere queat aliquem, aut efficaciſſimo illi argumento, quod a *Jeſu Chriſti* miraculis ducitur ad religionis Chriſtianae veritatem confirmandam, officere. Quare hanc ſi auctoris noſtri moderationem & prudentiam, qui eum conſequuti ſunt Theologi & Philoſophi, imitati eſſent, nulla forte iis ſuper hac quaeſtione fuiſſet excitata: *Utrum in poteſtate poſitum ſit cacodaemonis, miraculis homines ad errores amplectendos allicere, nec ne?* Verum qui poſt *Cudworthum* in hoc argumento explicando elaborarunt Theologorum Anglorum & aliorum doctiſſimi, limites ab eo poſitos migrarunt, alioſque idcirco ut metuerent, adduxerunt, ne detrimenti aliquid ex ſcitis eorum capiat Dei religionisque Chriſtianae cauſſa. Itaque viri egregii, *Sam. Werenfelſius Diſſ. num miracula ſint certa veritatis ſigna? in Diſſertationibus Theologicis Baſil.* 1718. *in* 4. *p.* 165. *Jo. Alphonſus Turretinus* in *Diſſertat. pro veritate religionis Chriſtianae. Jo. Arnold. Noltenius* in ſingulari Diſſ. *Francof. ad Viadr.* 1718. edita, [*Abrah. le Moine.* Vid. *Bibl. raiſonnée Tom.* XXI. *P.* I. *p.* 153. qui ſolum itidem Deum contendit facere miracula poſſe.] aliique, omnem plane poteſtatem miracula faciendi malis geniis derogarunt, dictaque ſacri codicis, veterumque auctorum teſtimonia, quibus mentio fit miraculorum a falſis vatibus aut editorum aut edendorum, de fraudibus, dolis, & praeſtigiis unice accipienda eſſe defenderunt. Quorum quidem premens veſtigia *Jacobus Sercer*, vir doctiſſimus, ſingulari libro Gallico, copioſe & eleganter exarato, & *Amſtelodami* 1729. 8. edito, hanc ſententiam ex inſtituto ornandam ſuſcepit: quumque ea, quae a recentioribus Theologis Anglis hac de re ſunt tradita, luculentius & nervoſius nemo expoſuerit *Sam. Clarckio*, inclyto magnae Britanniae Theologo & Mathematico, non ita pridem defuncto, hunc ſibi maxime confutandum propoſuit. Non aegre ferent, ut opinor, viri eximii, qui ex utraque parte ſtant, ſi neutram me amplecti poſſe opinionem, *Cudworthi*que ſententiam unice mihi aptam videri ad omnes, quibus hoc negotium eſt circumſeptum, difficultates tollendas, libere ac ingenue pronuntiem. Cauſſae, propter quas ſic ſentio, ex ſequentibus apparebunt obſervatiunculis: quae ſi aut nulla, aut exigua hanc controverſiam luce colluſtrabunt, de animo tamen meo teſtabuntur veritatis, quam auctoritatis, amantiori. Exponam primum *Sam. Clarckii* de miraculis ſententiam, quam maximi nominis Theologi & Philoſophi probant, *Jo. Tillotſonus*, *Jo. Lockius*, *Jo. Clericus*, *Stillingfleetus*, *Barrowius*, *Fleetwodus*, & plures alii, quidque in ea deſiderem, indicabo: deinde *Jac. Serces* & eorum, qui cum ipſo ſentiunt, opinionem illi oppoſitam conſiderabo: poſtremo utrique anteponendum eſſe *Cudworthi* judicium oſtendam, quod eorum quoque videtur eſſe, qui inter noſtros Theologos auctoritate & doctrina eminent.

(I.) *Sam. Clarckius* Libro *de l'exiſtence & des attributs de Dieu Tom.* II. *Cap.* 19. *p.* 387. *ſ. verſionis Gallicae* de miraculis generatim praecipit. Miraculum ipſi eſt *p.* 373. *Effectus conſueto naturae ordini contrarius, a natura quadam intelligente, quae viribus hominem ſuperat, extra ordinem productus.* [*Clarckii* tamen ſententiam contra *des Voeux*, ſi recte conjicio, *Chapelle* defendit *Nouvelle Biblioth. Tom.* VII. *p.* 499.] Qua ſi ratione definiatur miraculum, equidem nihil, quod reſiſtat, video, quo minus & genii tam boni, quam mali, edere poſſint miracula, quippe qui naturae ſint potentiores homine, & propterea facere quaedam poſſunt, quae conſueto naturae ordini repugnare nobis videntur. Hac deſcriptione poſita, vir acutiſſimus non negat quidem prorſus *p.* 377. eſſe quaedam, quae omnem malorum geniorum poteſtatem excedant, qualia mortuorum cadaverum animationem & creationem ex nihilo eſſe cenſet: at ſi a paucis ejusmodi exemplis diſceſſerimus, in ullo miraculo certas deprehendi notas a nobis poſſe negat, quarum ope diſcerni queat, utrum Deus, an vero daemon quidam aut genius effector prodigii illius ſit: Neque enim cuiquam mortalium notum eſſe, quinam fines ſint potentiae, qua valent genii, ſive boni, ſive mali, nec idcirco decernere aliquem ſine erroris periculo poſſe, quidnam efficere illi poſſint, quidnam vero non poſſint. Ex his concludit, miracula per ſe nullam plane vim habere ad veritatem doctrinae alicujus demonſtrandam, verum ex doctrinae, quam affert aliquis, natura & indole judicandum nobis eſſe, num coeleſtia ac divina ſint, quae in conſpectu noſtro fiunt, miracula, an vero maligni cujusdam genii, qui homines in errorem inducere cupit, opera. Dogmata vero ipſa, quae miraculis confirmari poſſunt, in tres claſſes diſtribuit (1.) in ea, quae manifeſte falſa, impia, & rationi legique naturae contraria: his negat ullum miraculum, quaelecunque demum ſit, dignitatis & auctoritatis aliquid conciliare poſſe

p. 379.

praedictionibus differam. Namque haec etiam aut Deum esse plane declarant, aut saltim argumento sunt, esse genus quoddam mentium invisarum, quae homines 867 vir-

p. 379. (2.) In ea, quae *indifferentia* sunt, id est, ejus naturae ac generis, ut ratio sibi relicta diiudicare nequeat, verane sint, an falsa & inania: Hujus indolis si ab aliquo traduntur praecepta, tum magnitudinem putat miraculorum spectandam, eique parti accedendum esse, quae majoribus & excellentioribus munita sit prodigiis. p. 380. (3.) In iis, quae aperte ad gloriam Dei inter homines amplificandam, justitiamque & virtutem propagandam & confirmandam faciunt: Qualia si miraculis corroborentur scita, tum exploratum esse putat, ea divina esse atque a supremo Numine proficisci.

Ut ingenio & specie haud careat haec doctrina, aptaque inter se ac connexa esse videatur, sunt in ea tamen, quae difficulter susceperit homo consideratus & veritatis cupidus. Nolim omnia hic repetere, quae doctissimus vir, *Jac. Serces*, in eam copiose ac dedita opera disputavit: verum aliqua tantum eorum, quae diligentius eam meditanti magni ponderis adversus eam visa sunt, commemorabo. (I.) Lubricum & caducum fundamentum est, quo haec universa nititur disputatio. Assumit vir praeclarus, nulli perspectum esse mortalium, quousque potentia pertineat, quam Deus geniis, sive bonis, sive malis, concessit: quod quidem nemo facile negaverit. Ex hoc efficit, non modo miracula facere posse genios, verum etiam, paucis quibusdam exceptis, nullum esse tam illustre prodigium, quod a genio non proficisci queat. Ita vero dum ratiocinatur vir acutus, primo id ipsum, quod assumserat, evertere ac destruere videtur. Negaverat, scire ullum hominem fines potentiae angelorum: at qui angelos tanto asseverat robore valere, ut summis etiam miraculis perficiendis pares sint, is notas sibi & aliis angelorum esse vires constituit. Mihi quidem ex eo, quod limites facultatum, quibus genii sunt instructi, nescimus, hoc consequi videtur, ignotum esse nobis, utrum angeli miracula facere queant, nec ne. Deinde non animadvertit, incredibile omnino & a ratione aversum videri, Deum, qui summa sapientia leges naturae sanxit & rogavit, inferioribus naturis tantum virium largitum esse, ut, si velint, legibus illis modum queant ponere. Certe nulli sapientiam & providentiam suam probaturus esset Rex ille, qui ministris suis facultatem daret, leges magna cura excogitatas a se ac roboratas pro lubitu vel abrogandi, vel impediendi: neque causae aliquid video, cur de supremo Numine aliter nobis existimandum sit. Postremo non cogitasse secum videtur *Clarckius*, tametsi de finibus potentiae angelorum non tam distincte sacer codex praecipiat, ut omnem nobis eximat dubitandi rationem, hoc tamen nos sacris litteris clare doceri, potentiam malorum geniorum divina coërceri voluntate, neque pati Deum, ut ea illi ad perniciem bonorum & veritatis detrimentum abutantur. *Job.* I. 12. *f. &c.* quod quidem hac in causa nobis sufficit. Namque nulla res quum veritate ac religione major sit & sanctior, haud esse tantam inde liquet malis geniis potentiam a Deo datam, quantacumque ceteroquin ea in se sit, ut vel ad errorum confirmationem, vel ad veritatis coelestis oppugnationem miracula pro lubitu & arbitratu facere queant. (II.) Sacrae litterae idcirco fieri miracula perhibent, ut veritas doctrinae alicujus testata fiat, & omni exceptione major ac superior. *Joh.* XX. 31. *Ebr.* II. 4. Haec autem si vera est de miraculis sententia, non miracula doctrinae veritatem ostendunt, sed doctrinae potius praestantia & veritas divinitatem miraculorum demonstrat. *Mosen* in desertis locis maxima edidisse novimus prodigia ad populum Israëlis edocendum, Deum esse unum, Numinaque cum Aegyptiorum, tum aliorum populorum esse rejicienda. Atqui *Clarckium* si sequamur, haec *Mosis* miracula non probarunt, verum esse, quod ab eo asserebatur, dogma de Deo uno colendo, sed dogma hoc ipsum, quia rationi plane consentaneum erat, argumenti instar erat ad veritatem miraculorum *Mosis* extra controversiam collocandam. (III.) Omnium ad convictionem & utilitatem pertinere, quae Deus fieri curat, miracula, nullus, credo, negaverit. Non homines ea tantum sapientes & doctos erudire, verum etiam rudibus in primis & simplicissimis rationum & argumentorum loco esse debent. Huic autem si nos adjungeremus sententiae, confitendum esset nobis, eorum tantum causa naturam rerum commovere Deum, qui ratione valent & verum a falso discernere norunt. Statuunt scilicet, qui ei favent, viri eximii, doctrinae, ad quam confirmandam fiunt, naturam unicam illam notam esse, cujus ope divina miracula ab iis, quae cacodaemon edit, segregari possunt: Si doctrina rationi & honestati consentanea sit, de miraculorum divinitate non esse dubitandum; eadem autem si rationi virtutique repugnet, aut ridicula & inepta sit, miracula cacodaemoni attribuenda esse. Igitur ante quam constituere queat aliquis, utrum divina sint, quae fieri videt, miracula, nec ne, doctrina sub examen grave ac serium ipsi vocanda est, quam miraculorum effector proposit. Quis vero ita rerum humanarum imperitus est, ut nesciat, huic examini instituendo non, nisi pusillam manum, inter mortales sufficere? Nam, ut de ipsa rationis nostrae debilitate nihil dicam, opinionum, quibus a teneris imbuimur, imperium, vis perturbationum ani-

868 virtute vincant & praeſtantia. Quod ſi quaedam revera eſt praeſenſio & divinatio fu-

animi, quibus ſubjecti ſumus, auctoritas aliorum, lucri cupido, totque alia, quae ſatis nota ſunt, ita mentem noſtram obtundunt & conſtringunt, ut ea nobis interdum rationi maxime videantur conſentanea, quae omnium ei minime conveniunt, & viciſſim ea, quae rationi & honori Dei praeclare favent, prorſus illis contraria & repugnantia. Quotquot ex antiqua reſtant hodie Perſarum gente, illi ſapienter ſeſe & convenienter rationi facere putant, quod igni, tamquam divinae naturae ſimulacro, cultum & honorem exhibent. Ad hos ergo ſi vates accederet aliquis, Deumque ſine ulla imagine colendum eſſe praeciperet, nec miraculis, quo perſuaderet tanto citius, parceret, gens iſta praejudicatis conſtricta opinionibus, haud dubio cacodaemonis praeſtigias haec eſſe miracula cenſeret, ſi, quod praeſcribit haec ſententia, de miraculorum divinitate ex doctrinae indole ſibi judicandum eſſe duceret. Idem ſine ulla controverſia a plerisque fieret hominibus, qui mediocri valent ingenio, errorumque pravitate a primis annis infecti ſunt. Porro viri doctiſſimi, ſi indifferentia ſint dogmata, neque rationi pateant, tum ipſorum miraculorum magnitudinem unice monent ſpectandam, eique parti fidem habendam eſſe, quae majoribus & illuſtrioribus ſeſe miraculis tueatur. Ergo nullis rurſus proſunt miracula, ſi hoc ita ſeſe habeat, niſi viris perſpicacibus & acutis. Namque primo quid indifferens ſit, quid non, quid ex ratione probari queat, quid non, id nemo dixerit ex eorum numero, qui mediocri tantum valent acumine, nec ullis litteris aut artibus inſtituti ſunt. Populus ne curat quidem hoc, ne dum perſpicit. Inter ipſos etiam eruditos, non leves ſaepe naſcuntur controverſiae in hoc genere. Atque nullum fere tam eſt inficetum dogma, quin id parens & auctor ejus ex indifferentium rerum numero eximat, & rationis ope commode demonſtrari poſſe contendat. Fac vero, nullum hac de re certamen inter eos eſſe, qui miracula in conſpectu ſuo fieri vident, quot inter eos apti erunt ad miracula juſto pretio aeſtimanda & inter ſe ſine errore comparanda? Notum eſt, numquam facilius diſſenſiones exoriri poſſe, quam ubi de comparationibus agitur, raroque concordes eſſe ſolere, quibus rerum ponderanda eſt praeſtantia. Neque id magnopere admirandum eſt. Namque, ut ipſius rei difficultatem omittam, omnia, quae nos impedire ſolent, quo minus verum perſpiciamus, in ejusmodi rebus luminibus noſtris officere ſolent. Summum erat illud *Chriſti* miraculum, quod in animando putenti jam cadavere Lazari praeſtitit. *Joan.* XI. Fingamus vero fuiſſe tum temporis fallum quemdam vatem inter Judaeos, qui de coelo ignem deſcendere juſſerit. Quantae, quaeſo, in hac gente diſcordiae argumentum futura fuiſſet binorum miraculorum iſtorum comparatio? Mihi quidem nullum eſt dubium, quin in factiones ſciſſi fuiſſent Judaei, totque falſus ille vates, quot Servator noſter, habuiſſet ſectatores. Statuamus, Arabes, qui loca incolunt arida & aquis vacua, duos accedere homines, quorum uterque divinitus ſeſe miſſum eſſe perhibet, uterque miraculum pollicetur. Alter mortuo homini vitam reddit, alter vero in ſiccis illis & ſterilibus, qui Meccam & Medinam cingunt, montibus amoeniſſimum & ſalutarem fontem producit. Majus eſſe miraculum, hominem vita functum animare, quam ex arena aquam elicere, perſpicuum eſt. At, ſi recte ego hominum naturam novi, faciet tamen incredibilis ille fontium & aquarum, quem in Arabibus innatum quaſi eſſe conſtat, amor, faciet religio, quam profitentur, cujus ex praeſcripto juſſi ſunt corpus frequenter abluere, ut multi poſterius miraculum priori longe praeferant & anteponant. Tanta eſt, qua cum hic colluctantur hominum miſeria & coecitas, ut nec ratione ſua uti velint, quum ſaepe poſſint, nec poſſint ſaepenumero, tametſi velint. Quod quum divina perſpiceret bonitas & ſapientia, talibus coeleſtis doctrinae veritatem argumentis communivit, quae ſenſus feriunt, & erroris periculum longius a nobis removent. (IV.) Nimis remotum a divina ſapientia & benignitate videtur, permittere, ut daemones, quibus odio ſunt homines & divina veritas, poteſtate, quam acceptam a Deo habent, libere utantur, ad conſilia divina intervertenda, hominesque in vitia & errores inducendos. Nemo, ut opinor, ſapientem & ſalutis reipublicae cupidum Regem illum diceret, qui eodem tempore, quo ipſe leges civibus utiliſſimas rogat, hoſtes ſuos pateretur pernicioſas circumferre ſententias, populoque viam ad exitium ſternere, ſi quidem his conatibus reſiſtere poſſet. (V.) Poſtremo, ut quae ab aliis jam ſunt monita praetercam, conſequitur, niſi fallor, ex hac ſententia, non omnibus, qui ſe Dei legatos eſſe dicunt, miracula eſſe neceſſaria, verum illis tantum, qui ſententias afferunt *indifferentes*, de quibus ſana ratio in neutram aliquid partem pronuntiat. Quod ſi enim miraculorum divinitas ex eo unice intelligi poteſt, ſi doctrina cum ſana ratione ac virtute congruat, ad quam firmandam fiunt, illis quidem praeceptis, quae rationi ſunt conſentanea, verbi cauſſa, dogmati de uno Deo, haud opus erit prodigiis. Igitur nihil obſtat, ne Deus aliquando hominem excitet ad ſuperſtitiones debellandas & rationis praecepta in lucem revocanda, neque tamen eumdem virtute miracula faciendi inſtruat. Vereor autem, ne hac ſententia callidi nebulones, qui gloriam & auctoritatem ſibi comparare inter popu-

los

futurarum rerum, quas humani vis ingenii non ante poteſt cognoſcere, equidem hoc

ſos ſtudent, vehementer ad obtinenda, quae cupiunt, abuti queant. Non ignotum eſt, *Mahumedem* hoc fere modo Arabes compreſſiſſe, qui miracula poſcebant ab eo, nec alia ratione ſectatorum ejus aliquos reſpondere ſolere illis, qui vati ſuo defuiſſe poteſtatem prodigiis doctrinae ſuae veritatem probandi, objiciunt. Vid. *Boulainvilliers vie de Mahomet Livr.* III. *p.* 309. Non requiri ab eo poſſe ajunt miracula, qui dogmata, quae nemo repudiare queat, niſi rationis expers, proponat: ſic vero *Mahumedem* feciſſe, qui hoc unum populis inſtillare ſtuduerit, quod ipſa quemlibet natura doceat, Deum non eſſe niſi unum.

(II.) Quae quum ita ſint, recte feciſſe viros opinor doctiſſimos, qui hanc oppugnarunt ſententiam de miraculis: Sed, quod ad alteram extremitatem abeunt, atque in univerſum daemonem miracula facere poſſe negant, id meo quidem judicio, non ſatis accurate fit. Satis quidem graves illi cauſſas afferunt, cur recedendum ſit ab eorum opinione, qui libere daemonem miracula patrare poſſe, nec niſi doctrinae ipſius conſideratione divina miracula diſcerni a daemonum prodigiis poſſe adſeverant: ſed in ſententia, quam ſuam fecerunt, communienda & explicanda nonnumquam juſto mihi ingenioſiores, interdum juſto negligentiores videntur eſſe. Ingenue profiteor, quae ſentio: neque dubito, quin viri eruditi moderate laturi ſint, eadem me hic libertate uti, qua ipſimet in aliorum ſcitis refellendis uſi ſunt.

(I.) Non omnes diſſipantur per hanc ſententiam difficultates, quae in hoc occurrunt negotio. Dabunt omnes, qui ſapiunt, id quod & nos jam dedimus, non eſſe tantam malorum geniorum potentiam, ut naturae leges turbare, atque vera edere queant miracula. Viciſſim vero omni mihi vacuum videtur eſſe dubio, hominibus robuſtiores & validiores eſſe genios, quod ſacrae toties ſignificant tabulae, eaque de cauſſa facere multa poſſe, quae naturae legibus videntur adverſa eſſe ac miraculorum ſpeciem habent. Daemonem ſuſtinere poſſe hominem, ne aquis mergatur, ſed erectus in mari ambulet, quis, quaeſo, negaverit? Et haec tamen res ſpectatoribus naturae legibus plane videbitur eſſe repugnans, tametſi reapſe illis haud repugnet. Placuit mihi id ipſum hic exemplum adhibere, quod *Guilhelmum Guil. Leibnitium* adhibuiſſe jam video. *Quatrieme Replique à la troiſieme Reponſe de Mr. Clarcke* §. 44. *dans le Recueil de diverſes pieces ſur la philoſophie par Mr. Maizeaux, Tom.* I. *p.* 60. adde *Cinquieme Ecrit de Mr. Leibniz.* §. 117. *p.* 144. *Amſtelod.* 1720. *in* 8. Quis autem neſcit reſpectu plerorumque mortalium admirabilia illa facta, quae vires excedunt hominum, a veris divinisque non differre miraculis? Populus, qui cernit aliquem ſublimem per aërem volare, quod ope geniorum fieri poteſt, aeque concitatur & commovetur, ac ſi aquam in vinum converti videat. Sublata igitur nondum per hanc opinionem difficultas illa eſt, quae tot adhuc exercuit: Quibus notis vera & divina miracula dignoſci queant ab illis, quae virtutes geniorum haud ſuperant. Nam ut viri ſagaces & eruditi falli facile hic nequeant, longe tamen alia multitudinis eſt ratio. Quum vero ad omnes omnino homines miracula pertineant, talem neceſſe eſt adeſſe notam, quae omnium accommodata ſit ingenio. Triplicem quidem intelligo viam inire poſſe, ut hinc ſeſe expediant, opinionis hujus patronos: Aut negabunt, valere genios poteſtate faciendi ea, quae magnam parere poſſunt admirabilitatem, aut ex miraculorum & doctrinae ipſius natura & indole ſumendum id eſſe, quo diſcerni queant utriusque ordinis prodigia, dicent, aut denique non paſſurum eſſe Deum, ſtatuent, ut daemones hanc poteſtatem exerceant, quum religionis & veritatis res agitur. Verum poſtremam ſi elegerint viam, a ſemet ipſis quodammodo deficient, & ad eam ſeſe conferent ſententiam, quae noſtra & *Cudworthi* eſt: ut omittam explicationem, quam proferunt, dictorum ſacri codicis, quibus miraculorum Satanae & miniſtrorum ejus mentio fit, ſatis offendere, ab hac eos ratione prorſus abhorrere. Cur enim omnes iſtos locos de fraudibus & fallaciis exponerent, ſi divina bonitate & ſapientia conſtringi putarent vim naturalem daemonis portentis decipiendi homines? Liceret enim ipſis, ſi hoc ſibi vellent, concedere, agi in his dictis de rebus mirabilibus a malignis geniis perficiendis. Mediam ſi amplectentur viam, in omnes illas incident inſidias, quas ipſimet adverſariis ſuis ſtruxerunt. Primam ſi adoptabunt, non modo contra communem ſenſum, ſacri codicis auctoritate firmatum, pugnabunt, verum etiam id certum facient, quod ipſi negant certum eſſe, ſcire nos, quantae ſint geniorum vires & quibus finibus potentia eorum definita ſit.

(II.) Quibus haec ſententia placet, illi, tametſi nec ingenio parcant, nec operae, haud tamen ita Scripturae S. dicta, quibus miracula vel ipſius cacodaemonis, vel etiam miniſtrorum ejus commemorantur, explicant, ut ſatisfaciant illis, qui diligenter omnia ponderant. Volunt nimirum, in omnibus ejusmodi locis, dolos tantum, fraudes, & fallacias narrari & praedici hoſtium coeleſtis veritatis: Sed hoc mihi aegre perſuadebunt, multisque aliis. Praetermittam nunc miracula magorum in Aegypto, & hiſtoriam feminae, quae Samuëlem ab inferis evocaſſe dicitur, & *Moſis* tantum, *Chriſti*, *Pauli*que dicta tangam, quae huc

870 hoc arbitror certiſſimum, eſſe in orbe intelligentiam quamdam humana longe perfectio-

pertinent. *Deut.* XIII. 1 - 5. *Matth.* XXIV. 24. 2. *Theſſ.* II. 9. 10. 11. (1.) *Moſen* exiſtimant populo Judaico hoc praeſignificare voluiſſe, fore, ut aliquando aſtuti homines, permiſſu Dei, exorirentur, qui fraudibus & dolis gentem ad inanium Deorum religiones amplectendas adducere conaturi eſſent. Hanc ego ne probem expoſitionem, ſequentia faciunt, ne quid nunc de poteſtate verborum, quibus *Moſes* utitur, moneam. Primum *Moſes* falſitatem horum prodigiorum apertam fore ait, ſi doctrinam hominis, a quo fiunt, attendant Iſraëlitae. Negat igitur, ex ipſa natura miraculi poſſe intelligi a populo, verumne ſit illud, an vero falſum. Doli autem, fallaciae, fraudes cognoſci facile poſſunt ac detegi, ſi modo in ſe ſpectentur, nec opus eſt, dogmata cum fictis miraculis conferre, horum ut pateant omnibus ineptiae. Deinde ſi adverſus dolos & praeſtigias cives ſuos munire voluiſſet divinus homo, haud dubie aliam ipſis regulam ſuppeditaſſet, hanc nimirum: *Vos autem nolite hominibus illis fidem habere, ſed certi eſtote, deludi vos ab illis. Itaque viros ſapientes & uſu rerum exercitatos conſtituite, horque in naturam miraculi accurate inquirere jubete. Non ſuſtinebunt, credite mihi, explorationem hanc iſta prodigia, verum repente univerſo manifeſtum erit populo, quibus machinis animos veſtros veteratores illi percellere ſtuduerint.* Nemo eſt, ut arbitror, quin ſentiat, ſapientiorem & meliorem, hac ipſa, legem nullam ferri poſſe ad animos multitudinis contra quosvis dolos roborandos. Fraude enim ejusmodi ſemel patefacta & in medio poſita ſpes omnis & praeſentibus, & futuris fallaciarum magiſtris praeciditur homines decipiendi. *Moſen* ergo nemo quoque dubitabit hanc legem fuiſſe rogaturum, ſi de fallaciis & fictis loquutus eſſet prodigiis. Permiſſurum porro eſſe Deum *Moſes* ait ut iſta fiant miracula, ad tentandos Iſraëlitarum animos, num in amore Dei perſeverent & maneant. Quodcumque vero explorationi pietatis totius populi cujusdam inſervire debet, id validius & majus ſit neceſſe eſt praeſtigiis illis, quibus agyrtae rudem & indoctam plebem circumveniunt, quarum futilitatem qui perſpiciant, numquam in numeroſis gentibus deſunt. Tentatio haec Dei non ad univerſum pertinuiſſet populum, cui *Moſes* tamen eam denuntiat, verum ad eos tantum, qui aut naturae quodam ſtupore, aut inſcitia impediti fuiſſent, ne circulatorum illorum artes intellexiſſent. Neque proficiunt illi aliquid, qui *Moſen* non ea verbis his praedicere opinantur, quae certo eſſent eventura, ſed mentem ejus hanc tantum eſſe, ſi vel aliquid ejusmodi eventurum eſſet, Iſraëlitarum tamen fore, in amore atque cultu ſupremi Numinis perſiſtere. Vid. *Jac. Serces l. c. p.* 199. Namque ſatis eſt ad cauſſam, quae hic agitur, *Moſen* loqui de rebus, quae fieri poſſunt, etiamſi fortaſſis non fiant. Quocirca nullum mihi dubium eſt, quin vaticinatio haec ejus de talibus accipienda ſignis ſit, quae ad homines relata non minorem vim habent, quam vera miracula. (2.) Servatorem noſtrum ſimiliter *Matth.* XXIV. 24. unice de praeſtigiis perhibent loqui, quibus falſi Meſſiae plebem ad ſibi credendum inducturi eſſent. Dabo ego, nil impedire, quo minus verba Graeca de fraudibus ejusmodi ſumantur: dabo quoque, genus illud, contra quod ſuos ibi Servator armat, copioſum & locuples fictis fuiſſe prodigiis & oſtentis, id quod ex *Joſepho* intelligi poteſt: At nihilo tamen minus majus aliquid a *Chriſto* indicari putem. Credibile enim primo mihi videtur, Servatorem noſtrum ſignificaturum fuiſſe, nihil niſi attentione atque diligenti exploratione opus fore ad fraudes iſtas in lucem protrahendas, ſi de dolis verba ſua tantum accipi voluiſſet. Tam deinde inſignia fore miracula illa, praedicit *Chriſtus*, ut ἐκλεκτοὶ, *electi*, illis etiam in errorem induci poſſent, niſi divina muniti eſſent gratia. Ἐκλεκτοὺς, ſanctos eſſe duco, quos praevidit Deus in fide ad vitae usque finem perſeveraturos eſſe, atque propterea elegit, ut vitae aeternae participes fiant. Si quis generaliori ſenſu vocabulum hoc accipit, & omnes eo Chriſtianos comprehendi putat, id quod facere aliquos non ignoro, nihil tamen haec interpretatio ad rem praeſentem conferet. Conſtat ergo ex his verbis primum, miracula, de quibus verba Servator noſter facit, ejus eſſe naturae, ut plus apud eos poſſint, qui fidei verae expertes ſunt, quam apud eos, qui ſalutari fide cum Servatore ſuo conjuncti ſunt. Quis vero neſcit, circulatorum & agyrtarum fallacias ex earum rerum non eſſe genere, quae diſpari virtute apud Chriſti diſcipulos & ejus ſunt adverſarios? Neque enim fide atque ſanctimonia diſpelluntur nebulae ejusmodi, quas verſuti homines offundunt animis, verum ratione & attentione, quae utrisque tam bonis, quam improbis & malis communis eſt. Quamobrem, id quod uſus vitae quotidianus docet, citius interdum ejusmodi nugis capiuntur, qui fideliter obtemperant Servatori ſuo, at mediocri valent perſpicientia, quam illi, qui, fide licet atque pietate vacui, rationem expoliverc. Conſtat ex iisdem deinde verbis, de prodigiis hoc loco *Chriſto* ſermonem eſſe, ad quorum virtutem expugnandam divino auxilio & gratia, qua ſancti valent, opus ſit. Novimus autem, non indigere eos, qui agyrtas fallaciarum convincere volunt, ſingularis auxilii divini, ſed ope facultatum animae, quas natura habent, nugatores iſtos ex latebris ſuis protrahere poſſe. Alia vero longe ra-

fectiorem & nobiliorem. Atque id ſibi voluerunt proprie, quum ita ratiocinaren- 871
tur

ratio eſt illorum prodigiorum, quae verorum miraculorum formam & ſpeciem mentiuntur. Namque horum virtutem ἅγιοι, *ſancti*, qui de ſapientia, providentia, bonitate Dei firmiter perſuaſi ſunt, qui *norunt*, *in quem crediderint*, 2. *Tim.* I. 12. neque amplius *vento perverſae doctrinae agitantur*, *Eph.* IV. 14. reliquis hominibus facilius vincunt, nec ſuis viribus vincunt, ſed virtute divinae gratiae, quae animum eorum, ne vacillare queat amplius, corroboravit. *Ebr.* XIII. 9. Teſtimonium Spiritus Sancti, qui in animis eorum reſidet, omnibus illis potius & validius eſt miraculis, quibus forte daemonis mancipia impios errores ſuos communire tentant. *Quod ſi vel coeleſtis angelus diverſum eos doceret ab eo, quod acceperunt, deteſtabilis eſſet illis.* *Gal.* I. 8. (3.) Neque feliclus, niſi me fallit animus, vim oraculi effugiunt, 2. *Theſſ.* II. 9. 10. 11. quo *S. Paulus* de miraculis Anti-Chriſti exponit. Etenim, ſi vel conceſſerim, nil repugnare, ne vocabula, quae vir ſanctus ſibi ſtudioſe coacervat ad magnitudinem prodigiorum Anti-Chriſti deſignandam ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδους, commode exponantur de dolis & inanibus praeſtigiis: id quod aegre tamen conceſſerim: optime *Cudworthus* tamen jam animadvertit, voces κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ huic explicationi obſiſtere. [Hic aliter elabitur *des Voeux Critique du livre de Mr. Montgeron Tom* I. *Lett.* 2. *p.* 65. qui vocabulum Σατανᾶ de Antichriſto exponit: idem miracula Magorum in fraudibus numerat *p.* 66. Sed parum firma ſunt, quae de tota hac re diſputat.] Ad fallendam plebem incautam, dolosque ſtruendos non vis & poteſtas Satanae requiritur, ſed ingenium ſufficit verſatile. Addo aliud. Deus dicitur, quo peccata & crimina hominum juſtis ulciſcatur ſupplíciis, pati ac permittere, ut Anti-Chriſtus ope ac virtute Satanae tanta faciat miracula, ut qui veritati obedire noluerunt, mendaciis morem gerant, Mediocris autem haec foret tentatio, poenaque, quam effugere poſſent illi, quibus deſtinata eſt, ſi Deus mimum tantum ab aſtutis quibusdam nebulonibus agi ſineret. Sagaciores nempe, niſi Deus miraculo quodam aciem illis animorum obtundere vellet, facili negotio fraudes Anti-Chriſti perſpecturi atque laqueos ipſius evitaturi eſſent. Denique perſpicuum eſt, ſanctum hominem praedicere, ſingularia, prorſusque inaudita fore miracula illa, quae Anti-Chriſtus aliquando editurus ſit ad improbos & ſceleratos homines in ſua caſtra pertrahendos, qualia numquam contigerint antea. Quid autem, quaeſo, mirabile aut inſolitum & portentoſum accideret, ſi agyrtae aliqui in medium prodirent, & ludicris quibusdam miraculis populorum oculis & auribus imponerent. Dudum idem etiam ante Servatoris noſtri aetatem factum eſt, plenaque vetus eſt hiſtoria omnium gentium fictis ejusmodi & doloſis prodigiis, quibus Deorum ſacerdotes multitudinem deceperunt. Non erat ideo, cur *S. Paulus* tam ſplendida oratione facta illa deſcriberet, quibus adventum ſuum hoſtis Chriſti eſſet illuſtraturus, ſi non majora erunt prodigia ejus, quam ea, quae vel Aeſculapii, vel Serapidis ſacerdotes olim ediderunt. Dicta ex divina *Joannis* pateſactione a *Cudworthо* allata praeterire ſtatui, quae ſuperioribus etiam luculentiora ſunt, verbi cauſſa, *Apoc.* XIII. 13. miniſter quidam Anti-Chriſti effecturus eſſe dicitur, ut ignis de coelo deſcendat: quod prodigium haud, credo, aliquis in fallaciis & dolis numeraverit.

(III.) Inter binas haſce ſententias media eſt interjecta *Cudworthi* opinio, quae omnibus medetur dubiis, quibus hoc argumentum ſeptum eſt, dictisque ſacrorum librorum prorſus accommodata eſt. [In hanc fere ſententiam ingreditur quoque *des Voeux Critique generale du livre de Mr. Montgeron Tom.* I. *p.* 29. 30. & paſſim, ubi longa exſtat de miraculis eorumque virtute diſputatio, ſed perplexa interdum & parum limata.] Relinquit haec ſententia malis geniis poteſtatem talia faciendi opera, quae ſummam hominum admirationem excitant, ſpeciemque ac formam miraculorum habent: negat vero, hac poteſtate uti poſſe eos ad conſilia divina evertenda, veramque religionem oppugnandam. Quousque patiatur Deus Satanam facultatem, qua pollet, in regno naturae exercere, id quidem nullus temere dixerit mortalium. At in regno gratiae numquam, ſi a duobus diſceſſeris caſibus, Deus cacodaemoni viribus ſuis uti permittit: primum, quum explorationem ſuorum ducit eſſe neceſſariam. *Deut.* XIII. 4. *ſ.* Deinde quum homines, qui diu vocem veritatis aſpernati ſunt, juſtiſſimo judicio, in poteſtatem tradere decrevit eorum, qui perniciosis erroribus & ipſi ſunt imbuti, & alios imbuere cupiunt. *Matth.* XXIV. 24. 2. *Theſſ.* II. 11. Hoc autem ſi forte fiat, cavet tamen Deus, ne ſuis, qui malis permiſti vivunt, miracula noceant, quae patrantur a veritatis inimicis, electosque roborat & confirmat, ut immoti perſiſtant in fide, quam receperunt. *Matth.* XXIV. 24. Ita nec malignis geniis vis, quam, teſte Scriptura S., habent, eripitur, nec virtutibus rurſus & perfectionibus divinis injuriae aliquid infertur. Sublata (I.) omnis eſt de notis miraculorum, longa ceteroquin & vehementer implicata, quaeſtio, ſi hanc adoptemus ſententiam. Nec enim neceſſe eſt, ut disquiramus, quibus ſignis internoſci poſſint aut ipſius Dei & angelorum, aut malorum & bonorum geniorum miracula, ſi certum ſit, ſupremum Numen non, niſi riſſime, con-

tur veteres ſupremi Numinis (*f*) profeſſores: *Si divinatio eſt, Dii ſunt.* Deos enim vocabant naturas intelligentes, homine meliores & excellentiores. Quo ſenſu ſi dictum hoc accipiatur, nihil habet, quod vituperatione dignum ſit. Itaque quemadmodum antea, quum de miraculis diſputaremus, in duo ea diſtribuimus omnino genera: ita pariter in duas claſſes oracula partienda mihi eſſe video. Unum genus
872 eſt oraculorum, quod a geniis proficiſci poteſt ſeu daemonibus, ſupra hominum ſortem & naturam evectis, in quibus vis quaedam ineſt naturalis, futura praeſagiendi & divinandi. Etenim hae mentes quum clariori longe, quam homines, praeditae ſint rationis lumine, naturamque rerum multo introſpiciant accuratius, propter ſummam quoque celeritatem & agilitatem res facilius cognoſcant remotiſſimas,

cedere, ut ſpecimina potentiae ſuae ſpiritus edant improbi, ac, ſi forte id permittat, ſaluti tamen ſuorum diligenter proſpicere. (II.) Liquet inde, miracula per ſe ſigna eſſe minime dubia verae religionis, quibus ſine formidine periculi aut erroris, nulla ne doctrinae quidem exploratione inſtituta, quam pauci poſſunt inſtituere, ſimpliciſſimus quisque fidem habere queat: quo poſito, quaecumque moliuntur homines nonnulli adverſus argumentum, quod a Servatoris noſtri petimus miraculis, ut divinam ejus auctoritatem probemus, prorſus concidunt & dilabuntur. (III.) Plane conveniens eſt haec doctrina omnibus ſacri codicis dictis, in quibus mentio exſtat miraculorum & prodigiorum cum ipſius cacodaemonis, tum ſervorum ejus, nec facilem minus, quam concinnam & aptam eorum interpretationem ſuppeditat. Evidens id jam eſſe puto ex illis, quae paullo ante de nonnullis eorum dictorum differui: nunc, quod ſupra promiſi, de magorum Aegyptiacorum miraculis atque Samuëlis evocatione ab inferis pauca quaedam adjicere placet.

In miraculis, quae magi Aegyptiorum feciſſe leguntur, ad miraculorum *Moſis* efficientiam evertendam, tantam aliqui dubitationum & quaeſtionum inexplicabilium materiam eſſe judicant, ut ſatius putent, rem hanc omnem in medio relinquere, quam ad cauſſas & origines ſuas referre. Ita fecit non ita pridem vir ingenioſiſſimus, *Jac. Saurinus*, *Diſcours ſur la Bible Tom.* II. *p.* 48. qui mihi tamen, ut, quod ſentio, ingenue fatear, difficultates ſine ratione auxiſſe, atque ibi nodos quaeſiviſſe videtur, ubi ſcirpus erat. Maxima interpretum pars daemonum operam huic aſſiſſe hominum generi, exiſtimat, ut, quae patraſſe dicuntur, patrarent. [At longa aliter *Reinbeck* ſentit in *A. Conf. Tom.* IV. ubi longa diſſ. de miraculis, qui *p.* 136. *ſ.* Magos nec vera nec ficta miracula feciſſe diſputat. Parum accurate!] Alii vero, nullis magos inſtrumentis, niſi manuum & ingeniorum agilitate, uſos fuiſſe, contendunt, quam quidem opinionem poſtremus ſcite ac peracute *Jac. Serces* ornavit *Traité des miracles p.* 157. [*le Moine Bibl. rai-ſonn. Tom.* XLI. *p.* 170, cui contradicitur *p.* 172.] Equidem ad eos me adjungo, penſitatis rebus omnibus, qui aliquas in hoc negotio daemonum fuiſſe partes, exiſtimant. Nam, ut omittam ea, quae dudum ab aliis monita ſunt, ſi aſtu egiſſent omnia magi; *Moſes* & ſibi & cauſſae, quam tuebatur, Dei haud melius conſulere potuiſſet, quam ſi fraudulentis & callidis hominibus iſtis ſpeciem ſuam detraxiſſet; arcanaque eorum ſcelera & flagitia Pharaoni, Aegyptiisque omnibus aperuiſſet. Ita omnis cecidiſſet hujus generis auctoritas, Aegyptus, perſpectis magorum fraudibus, nec religionem amplius, nec rempublicam tam ſceleratae credidiſſet familiae, novis denique & ſaepius repetitis miraculis ad flectendam Pharaonis mentem haud fortaſſis opus fuiſſet. [Vid. multis *Tartarotti del congreſſo notturno. p.* 373. *ſ.*] Hoc ergo, quum minime Dei hic legatus fecerit, ſed multitudine miraculorum potius Regis animum expugnaverit, eſſici hinc poſſe putem, non tam dolis, quam auxilio daemonum armatos ad certamen cum *Moſe* magos proceſſiſſe. Atque hoc quo minus videatur admirabile, animadverti primum velim, id quod multas difficultates tollit; eum fuiſſe tum Regis Aegypti & provinciae totius ſtatum, ut Deus, ſalva bonitate ac juſtitia, daemoni permittere potuerit, oculis hominum illudere, potentiaque ſua ad decipiendam veſanam gentem uti. Idque cum ex tota hiſtoria, tum ex ipſis Dei verbis ſatis intelligitur, quibus ſeſe *cor Pharaoni obduraturum eſſe* minatur *Exod.* IV. 21. VII. 3. Nec enim obdurare Deus ſolet aliquem, niſi eum, qui pertinaciter & malitioſe veritati conſiliisque divinis reſiſtit. Ipſa deinde magorum miracula non ſunt talia, ut leges naturae evertant, aut commode a genio quodam fieri nequeant. Primum magi faciunt, ut ex baculis, quos projiciunt, ſerpentes fiant. *Exod.* VII. 11. 12. Nihil in hac re admirabile eſt: nec enim aut daemones revera commutaſſe baculos in ſerpentes, aut produxiſſe virtute ſua ſerpentes, aut denique ex ſemine ſerpentum ſubito procreaſſe has beſtias exiſtimo: [Hoc acceleratione motus feciſſe putat daemonem *le Brun Hiſtoire crit. des pratiques ſu-*

mas, denique, quoniam videri nequeunt, retrusis & occultis hominum intereſſe poſſint conſultationibus & machinationibus, proclive intellectu eſt, ſaltim valde probabile ac veriſimile, ab illis multa praeſentiri ac praevideri, quae hominum fugiunt proviſionem & perſpicientiam. Neque eget haec eorum praeſenſio divini auxilii & patefactionis, eo quod rerum, quas eventuras eſſe ſentiunt, cauſſae jam praeſentes ſint. Ita homines Aſtronomiae peritos ſolis lunaeque defectiones multo ante, quam contingunt, indicare novimus, quas vulgus proſpicere nequit. Ita reges rebusque publicis gerendis praepoſiti, qui magna rerum tam externarum, quam domeſticarum, inſtructi ſunt cognitione, citius & feliçius, quid huic, quid illi civitati eventurum ſit, pacisque ac belli tempora, tam domi, quam foris, praeſigni-

ſuperſt. Tom. I.] nihil horum contra daemonis virtute fieri poſſe, concedo. Adſtiterunt, meo judicio, daemones quidam his hominibus, &, ſublatis repente baculis, ſerpentes, quorum ingens erat in Aegypto copia, in medium projecerunt. Aquam deinde in ſanguinem convertunt magi, aut potius ſanguineo colore inducunt. *Exod.* VII. 32. Hoc prodigium tale eſt, ut ab iis quodammodo edi queat, qui rerum naturalium periti ſunt. Poſtquam nimirum magi baculis ſuis aquam percuſſerant, daemon aliquis aut plures rubro colore eam tinxerunt, ut ſanguis videretur Aegyptiis, quae unda viſa fuerat antea. Ranarum multitudine Aegyptum tertio magi opplent. *Exod.* VIII. 7. Quantae vero molis negotium eſt daemoni, ranarum copiam aliquam ex vicinis paludibus colligere, & per domos, vicos, & oppida diſtribuere? Nec neceſſe eſt, ut id uno momento factum fuiſſe credamus. Reliqua *Moſis* miracula nec imitati leguntur eſſe praeſtigiatores Aegyptii, nec imitari poterant, quia daemonum ſuperabant facultates.

Pythoniſſa Endorea, quae vita functum dudum *Samuëlem* vivum Regi Iſraëlis, *Sauli*, exhibuiſſe legitur 1. *Sam.* XXVIII. modeſtae atque eruditae diſputationis argumentum haud ita pridem fuit inter viros longe doctiſſimos, *Jo. Franc. Buddeum*, jam inter coelites receptum, & *Jo. Alphonſum Turretinum*, Genevenſem Theologum ingenii & eruditionis laude florentiſſimum. Hic in *Diſſertationibus pro veritate religionis Chriſtianae* feminam illam fucum feciſſe *Sauli* arbitratur: [Ita & *Ant. van Dalen de oraculis* p. 23. 24.] Ille cum in *Hiſtoria eccleſioſt. Vet. Teſtam. Tom.* II. *p.* 306. *ſ.* tum in ſingulari *Diſſ. epiſtolica ad Auguſt. Gotthelf Graffium de Pythoniſſa Endorea Jenae* 1727. *in* 4. edita daemonem auxilio mulieri fuiſſe, atque *Samuëlis* ſibi perſonam circumdediſſe ad fallendum *Saulem* tuetur. *Turretini* ſententiam *Jac. Serces Traité des miracles p.* 203. *ſ.* copioſe non minus, quam eleganter, defendit: cujus tamen cum Diſſertatione conferri merentur ea, quae ad eam tam illuſtrandam, quam oppugnandam & defendendam obſervata ſunt *dans la Bibliotheque rai-ſonnée*, quae Amſtelodami a viris eruditis editur *Tom.* IV. *P.* II. *p.* 435. Mediam inter binas has opiniones, quarum etiam argumenta enumerat, amplectitur *Jac. Saurinus*, facundiſſimus inter Gallos Reformatos Theologus, *Diſcours ſur la Bible Tom.* IV. *p.* 466. *ſ.* Deum enim ipſum effeciſſe cenſet, ut verus *Samuëli* regi Iſraëlis apparaeret. [Hanc ſententiam acute defendit *le Brun Hiſtoire critique des ſuperſtit. Tom.* IV. Ita & *Launoi.* Vid. *Biblioth. Nouv. Tom.* VI. p. 363. *ſ.* Vid. & ſingul. Diſſ. pro hac ſententia *Memoir. Tom.* V, *p.* 338. *ſ.*] Equidem, exploratis ſingularum partium rationibus, eorum mihi profiteor arridere ſententiam, tametſi non totam, qui daemonem decepiſſe *Saulem* nihil dubitant. Nulla certe cum ſacri ſcriptoris verbis aptius & melius congruit. Et potuit hoc fieri & permitti a Deo, incolumi ejus ſapientia & benignitate. Tanta enim *Saulis* fuerat eo usque impietas erga Deum, ut qui in Satanae traderetur inſidias & fraudes, non indignus eſſet. Neque ipſa res, quae contigit, major eſt, quam ut a daemone queat perfici. Etenim nec corpus ſibi ex aëre finxiſſe malignum genium, *Samuëli* ſimile, nec ſpectrum produxiſſe aliquod reor, ſed *optico* eum crediderim artificio *Saulis* ſefelliſſe oculos, cujus generis multa fieri hodie non ignotum eſt, quae homines rerum non nimis gnaros eo facile adducere poſſunt, ut homines ſibi cernere videantur, quum ſimulacra tantum & imagines videant hominum. [Vid. *Tartarotti del congreſſo notturno p.* 383. *ſ.*] Cujus generis hoc fuerit artificium, non explicare meum eſt: hoc autem certus ſum, daemonem, ſi fieri id patietur ſupremum Numen, non ineptum eſſe ad praeſtigias ejusmodi perficiendas. Non prorſus differt haec opinio ab eorum ſententia, qui ad fallacias totum hoc negotium revocant: nec prorſus cum ea concinit, verum certa ratione conjungit eos, qui aut humanae calliditati, aut daemonis potentiae negotium hoc adſcribunt.

(*f*) *Profeſſores*] Stoici nimirum, quos ita ratiocinatos eſſe auctor eſt *Cicero*, de *divinatione Lib.* I. *Cap.* 5. 6. *p.* 3113. 3114. *Tom.* IX. *Opp.* & alias.

(*g*) *Ita.*

Digitized by Google

ſignificant, quam ignara rerum omnium multitudo. Hujus generis praedictiones ne *Democritus* quidem, profanus alioquin homo, Deique contemtor, fieri poſſe negabat, *Cicerone* (*) auctore: *Plurimis locis gravis auctor, Democritus, praeſenſionem rerum futurarum comprobat.* Eſſe enim conſtituebat naturas intelligentes, homine nobiliores, quas (*g*) *idola* dicebat, quae res omnes comprehendant nobis & aſſequantur accuratius, liberiorique utantur intelligendi facultate, proptereaque multa praeſentiant, quibus praenoſcendis humana non ſufficiat perſpicientia. Non dubito, fore multos, qui *Democritum* putabunt, ſi, quod *Epicurus* poſtea fecit, liberam hominibus voluntatem reliquiſſet, neque omnes actiones humanas fato & neceſſitati ſubjeciſſet, numquam huic aliquid opinioni daturum, ſed omnem praeſenſionem rejecturum & repudiaturum fuiſſe. Sed hi erunt illi, qui neque praeſagitioni cuidam, neque rerum futurarum ex conjecturis praedictioni ullum locum eſſe poſſe arbitrantur, ſi voluntas hominis libera & fato ſoluta ſit; in qua tamen manifeſto falluntur ſententia. Etenim ſi vel maxime voluntas noſtra libera & omnis expers neceſſitatis eſſe credatur, haud tamen inde id conſequetur, quod *Epicurus* & multi poſt eum alii ſibi perſuaſerunt, omnes hominum actiones prorſus contingentes eſſe. Homines nimirum, id quod cuivis patet, ſic agere ſolent, quemadmodum id, quod bonum & rebus ſuis conveniens eſſe ducunt, poſtulat: teſtisque eſt experientia, non raro idcirco ſine ullo divino auxilio multo ante intelligi poſſe, quidnam hic vel ille ſuſcepturus ſit conſilii ac negotii. Ita hominem, qui ad voluptates natura propenſus eſt, ſi vehementi quodam incitetur & commoveatur appetitu, neque ullum videat poenae ſibi aut ignominiae periculum imminere, libidini ſuae facile obtemperaturum eſſe, ſine negotio proſpicimus. Taceo, mentes, quae ſub aſpectum non veniunt, quales genii ſunt & daemones, interdum cauſſas quoque & principia, ex quibus hominum propenſiones & actiones fluunt, praedicere poſſe.

§. LXXXVIII. Alterum oraculorum genus illis continetur rerum futurarum praeſenſionibus & praedictionibus, quae a naturali praeſagiendi facultate, qua mentes ceteroquin pollent creatae, proficiſci nequeunt, ſed ſine dubio infinite perfectam mentem & interminatam ſcientiam arguunt. Quod ſi nimirum res praeſignificentur & praenuntientur, longis a vate temporum intervallis disjunctae, quarum proximae nondum exſtant cauſſae: ſi res praedicantur, ad quas perficiendas longa ſeries cauſſarum requiritur, quarum aliae ex aliis ita aptae & neceſſitate nexae ſunt, ut una demta & ſublata, totum negotium evertatur: ſi quid multo ante denuntietur, quod in humana plane poſitum eſt voluntate, quae valde mobilis eſt, cujusque actus non ſemper quaſi ſtructi ſunt & cum rebus praecedentibus copulati, verum ſoluti ſaepenumero & liberi: ſi futurum eſſe aliquid edicatur, quod ejus

(*) De divinat. Lib. I. (Cap. III. p. 3111. Tom. IX. Opp.)

(*g*) *Idola*] De his *Democriti idolis* late ſupra diſſeruimus.

(*h*) Μαντικὴ) *Diogenes Laërtius Libr.* X. *Segm.* 135. *p.* 660. In codice vero edito locus hic aliter ſeſe habet, atque hic exſtat. Etenim in eo his verbis *Epicuri* ſententia terminatur: ἀλλὰ κρὶς ἡμᾶς ἐγκτίσι τὰ γινόμενα. Quae ſic reddita Latine ſunt: *Nihil ad nos exiſtimandum pertinere quae fiunt.* Nec ſententia tamen horum verborum differt ab ea, quam *Cudworthus* expreſſit. Voces κατ' ἡμᾶς in omnibus exſtant, quae *Meibomianam* praeceſſerunt, *Laërtii* editionibus: *Meibomius* princeps, neque, ut puto, temere, κρὶς ἡμᾶς emendavit. Quonam vero auctore vocabulum

ejus eſt naturae ac indolis, ut contrarium quoque voluntas hominum praeferre atque eligere poſſit: ſi denique haec vel illa eſſe eventura indicentur, quae non ex naturaliter antecedentibus gignuntur cauſſis, neque apte pendent ex rebus aliis, ſed virtute quadam extraordinaria, naturaeque legibus majore perficiuntur, eventusque accurate reſpondeat vaticinationi, tum naturam omnia vi ſua comprehendentem, continentem, & arcentem, ac per ſe nullius plane rei neſciam, oraculi auctorem eſſe credendum eſt. *Epicurus* non aliam reapſe cauſſam habebat, cur omnem ſperneret divinationem & rerum futurarum praedictionem, quam quod humana Diis curae negabat eſſe: Sed aliam tamen addebat rationem, nempe hanc, ſi divinatio eſſet, fore ut humanae voluntatis libertas omnis tolleretur ac 873
deleretur funditus: (*h*) ἡ μαντικὴ ἀνύπαρκτος. Εἰ δ' ἦν ὑπαρκτική, οὐδὲν παρ' ἡμᾶς ἔδει τὰ γινόμενα. (*) *Divinatio nulla eſt: ſi vero talis eſſet, omnem ea tolleret voluntatis libertatem, nihilque in hominis poteſtate relinqueret.* Eamdem *Carneadi* fuiſſe mentem (*i*) *Cicero* ſcriptum reliquit, quippe qui, *Ne Apollinem quidem futura poſſe dicere*, putavit, *niſi ea, quorum cauſſas natura ita contineret, ut ea fieri neceſſe eſſet.* Neque inter ipſos recentiorum temporum (*k*) Chriſtianos defuerunt, qui omnium humanarum actionum praeſcientiam ſupremo Numini propterea derogare auſi ſunt, quia metuerunt, ne humana libertas funditus tolleretur, ſi, quid facere ſecum conſtituiſſent homines, ſupremum Numen praenoſceret. Ita nempe rationem ſubducunt: ſi liberae ſunt hominum actiones, nemo eſt, qui eas ante proſpicere valeat: Nec enim ex neceſſariis, ſi hoc verum eſt, cauſſis prodeunt. Sin vero divinari & praedici poſſunt facta hominum, libera non ſunt, ſed *ipſo facto* neceſſaria. Sed exploratum eſt, non idcirco libertatem voluntatis noſtrae tolli, aut fato non alligari, quoniam ſciri poſſunt antea, quae facere decrevimus. Non enim idcirco eventurae ſunt actiones noſtrae, quoniam, antequam fiunt, a nobis intelligi poteſt, eas eventuras eſſe: verum ideo proſpiciuntur, quoniam futurae ſunt. Fingas licet actionem omnium, quae fieri poſſunt, liberrimam, nec ullis ex cauſſis pendentem: attamen, ſi ſtatuas eam certo aliquando eventuram eſſe, id ſimul confitearis neceſſe eſt, ex omni eam aeternitate futuram fuiſſe. Summa mihi praeterea videntur arrogantia laborare, quia ex ſuo Deum metiuntur & aeſtimant ingenio, qui ſic ſentiunt. Nam quum ipſi res futuras aliter proſpicere nequeant, quam ope cauſſarum eas antecedentium, uti ſolis lunaeque defectiones, non dubitant iisdem divinam cognitionem & ſcientiam finibus circumſcribere, divinamque rationem humanarum rerum aliquid praeſentire poſſe negant. Quod, ut opinor, hominum genus aliam longe viam ingrederetur, ſi ſecum cogitaret, naturam Dei nullius comprehendi poſſe ingenio, nec propterea, niſi recte atque ordine, facere, qui ſcientiam quoque ejus inter res referunt modum cognitionis noſtrae excedentes, atque facultate noſtra ſuperiores. Interim hoc omni vacat dubio, rerum con-

(*) Diog. Laërt. in vita Epicuri.

lum ἐγγυτέρω in ἔδει mutaverit *Cudworthus*, me quidem praeterit.

(*i*) *Cicero*] Libro de fato *Cap.* 14. *p.* 3281. *Tom.* IX. *Opp.*

(*k*) *Chriſtianos*] Eorum, qui *Socini* legunt veſtigia, nonnulliorumque aliorum hanc eſſe ſententiam, non ignorant illi, quorum eſt diſcrepantes Chriſtianorum opiniones noſſe. Vid. *Fauſtus Socinus* in *Praelection. Theologicis Cap.* 8. 9. 10. *f.* 32. *ſ. Jo. Crellius* de *Deo & attributis divinis Cap.* 24. *p.* 223. *verſionis Belgic. Val. Schmalzius contra Franzium p.* 472. 473.

conditarum nullam tanta ſagacitate praeditam eſſe, ut naturaliter & per ſe futuros praedicere queat eventus, niſi cauſſas ſciat, propter quas futuri ſunt. Quod ſi igitur rerum ejusmodi praedictiones & vaticinationes occurrant, quas nullae praecedunt cauſſae neceſſariae, id quidem primo ſtatuamus neceſſe eſt, arte naturali, aut ingenio humano, praedici eas nullo modo potuiſſe: deinde & hoc, eſſe Deum, naturam quamdam infinite perfectam, reliquis omnibus majorem, nullius denique plane rei neſciam: Namque talem ſi tollas & removeas naturam, nihil prorſus habebis, unde has profectas eſſe praedictiones oſtendere tibi liceat.

§. LXXXIX. Eſſe vero quamdam rerum futurarum divinationem, quas homines natura proſpicere nequeunt, dudum eſt, quod humano generi perſuaſum fuit. *Cicero* enim, (*) *Vetus*, inquit, *opinio eſt, jam usque ab heroicis ducta temporibus, eaque & populi Romani & omnium gentium firmata conſenſu, verſari quamdam inter homines divinationem, quam Graeci μαντικὴν appellant, id eſt, praeſenſionem & ſcientiam rerum futurarum.* Idem alias *Balbum* ita loquutum fuiſſe, fingit: (†) *Quamvis nihil tam irrideat Epicurus, quam praedictionem rerum futurarum, mihi videtur tamen vel maxime confirmare, Deorum providentia conſuli rebus humanis. Eſt enim profecto divinatio; quae multis locis, rebus, temporibus apparet, cum in privatis, tum maxime in publicis. Multa cernunt aruſpices, multa augures provident, multa oraculis providentur, multa vaticinationibus, multa ſomniis, multa portentis.* Certe ſi qua fides veteri hiſtoriae habenda eſt, nec omnis ei auctoritas detrahenda, inter ipſas gentes verae religionis igna-

874

(*) De divin. Lib. I. c. 1.
(†) De nat. Deor. Lib. II. p. 239. Lamb. (cap. 65. p. 3046. Tom. IX. Opp.)

(*l*) *Priſcus*] *Ciceronis* ſunt haec verba *Lib.* II. *de divinatione Cap.* 17. *p.* 3129. *Tom.* IX. *Opp.*

(*m*) *Praecipere*] Daemones num veterum populorum praedictionibus & oraculis interfuerint, id quidem paullo poſt in diſceptationem a nobis adducetur. Nunc non poſſum, quin moneam, tres, quae hic afferuntur, rationes, quo conſtet, divinationes & oracula, quorum tanta fuit ante natum Servatorem exiſtimatio, daemonum & geniorum virtute potuiſſe edi, ampliori poteſtate, quam vult *Cudworthus*, praeditas eſſe, & ad ſententiam ejus prorſus evertendam adhiberi poſſe. (I.) Ex eo perſpicuum putat eſſe, daemones, non vero Deum, oraculorum illorum auctores fuiſſe, quia flexiloqua ſaepenumero & ambigua fuerint. Alius, neque temere meo judicio, apparere hinc contendet, aruſpicum, augurum, & ſacerdotum calliditati & aſtutiae unice attribuendas omnes iſtas praeſignificationes futurarum rerum & vaticinationes eſſe. (II.) Ex eo idem perſpici poſſe cenſet, quia res tantum paullo poſt futuras praedixerint antiqui vates, non item remotiſſimos eventus, & longis temporum intervallis ſejunctos. Alius valde probabiliter hoc ipſum magno argumento eſſe diſputabit, in omni hoc genere verſutorum hominum verſatam eſſe impudentiam. Nec enim populi multum capiuntur rerum illarum praedictionibus, quas ſemet dudum exſtinctis demum eventuras eſſe audiunt: verum avida eſt multitudo praenoſcendi ea, quae ſibimetipſis, temporibusque ſuis fata portendant. Quare parum intererat ſacerdotum & augurum, futurorum ſaeculorum eventus hominibus aperire, tametſi nullo id ſuo periculo facere potuiſſent: multum vero eorum intererat, viventium hominum ut viderentur fata praedicere, & quid ſors cuique ferat, vaticinari poſſe. Taceo, quaerentibus tantum plerumque oracula & vates reſpondiſſe: quaerebat autem nemo temere de rebus poſt aliquot ſaecula eventuris. (III.) De tertia ut ideam moneam ratione, vix neceſſe eſt. Nec enim tam hebes erit aliquis, quin videat, quod oraculum aliquod eventa deſtituitur, id validius probare, hominem fallacem auctorem ejus fuiſſe, quam daemonem. Sed occurret forte aliquis, exſtare tamen multa praedictionum exempla, quae majorem, quam ullius eſt hominis, perſpicientiam teſtentur, nec idcirco niſi a naturis proficiſci potuerint ſupra hominum conditionem poſitis. Hoc autem ſi verum ſit, multum in his argumentis virtutis eſſe ad probandum, a daemonibus oracula veterum profecta eſſe. Verum reſpondebunt, qui ſecus ſentiunt, incerta eſſe

Digitized by Google

ignaras praedicta esse non pauca confitendum erit, quae nullius cernere ante potuerit mortalium sagacitas, eventumque vaticinationi respondisse. Quae quidem oracula esse naturas homine sagaciores & mentes invisas summae perspicientiae participes, declarant. Atque hos officiosos genios ipsis saepenumero adfuisse auguribus, vel *Attii Navii*, quod paullo ante testati sumus, factum, ut ab Historicis refertur, docere videtur. (*l*) *Priscus cum tentaret scientiam auguratus, dixit ei, cogitare se quiddam, id possetne fieri, consuluit. Ille augurio acto, posse respondit. Tarquinius autem dixit, se cogitasse, cotem novacula posse praecidi. Tum Attium jussisse experiri: ita cotem in comitium allatam, inspectante & rege & populo, novacula esse discissam.* Verum haec, quae inter gentes Dei nescias olim ferebantur, oracula ex superiori illo tantum erant genere, atque a naturali, qua valent daemones, res futuras praesagiendi facultate proficiscebantur. Idque inde partim puto intelligi posse, quia multum saepenumero habebant ambiguitatis, & in sensum trahi non unum poterant, daemonibus ipsis, ut videtur, incertis, quod eventurum esset, partim ex eo, quod non raro fallebant & ab eventu aperte refellebantur. Nec alia putem de caussa factum esse, cur raro Dii res vaticinarentur remotissimas atque longis intervallis sejunctas, verum plerumque instantia & imminentia negotia, quorum rationes ex caussis jam praesentibus probabili conjectura poterant (*m*) 875 praecipere. Nihilo tamen minus pauca quaedam ex altero praedictionum genero exempla fateor inter istas gentes reperiri, quae vera Dei quondam notitia caruerunt. Huc ego illud retulerim, quod *Cicero Libro* (*n*) *de divinatione* memorat, ubi *Dic-*

esse ac dubia praedictionum exempla, quae hanc in rem afferri soleant; fieri potuisse, ut multa casu ac fortuito sic evenerint, quemadmodum praedixerint sacerdotes & augures, nec denique obstare aliquid, quo minus credamus, famae & rumoribus popularibus, aut superstitioni suae plus saepenumero dedisse, quam rationi, Historicos, qui memoriae oracula ejusmodi mandarunt. Sed ut concedamus, rem ita sese habere, ut vulgo dicitur, nec pauca olim praedicta fuisse, quae nemo scire ante potuerit, nisi a natura quadam monitus homine nobiliori, haud tamen major argumentis hisce vis accedit ad id probandum, quod probandum ipsis committitur. Nec enim intelligo, qua ratione is refelli queat, qui sic calculum posuerit: Quibusdam veterum praedictionibus apte res ipsa & eventus respondit: quibusdam vero non respondit. Quaedam oracula perspicua fuerunt & clara: quaedam rursus ambigua & in ancipiti sensu posita. Igitur interdum daemones, permittente Deo, vaticinati sunt per mancipia sua, quae populis essent & hominibus eventura: alio tempore vero sacerdotes & harioli fumos incautae plebi vendiderunt. Responsa illa Deorum & oracula, quae confirmavit eventus, a daemonibus credam profecta esse: at quae alius esse generis video, ea hominum adscribam fallaciis. *Attii Navii*, in quo multum ponit praefidii vir doctissimus, exemplum proprie ad vaticinationes non pertinet, sed ad mirabilia facta, quae heroicis contigisse narrantur temporibus, & ab ipso paullo ante inter miracula relata sunt. Nullo vero id nititur idoneo & probatae fidei teste, verum populari sermone & fama, quod vel ex *Livio* apparet, eodemque propterea loco a me ponitur, quo miracula illa, quae vel *Genovefa* inter Gallos, vel inter Hibernos *Patricius* olim feciſſe traditur. Fortasse contigit ejusmodi aliquid olim Romae: de quo tamen certi nobis aliquid scisci non licet, quum temporum, quibus id contigit, aliarumque rerum rationes, ex quibus de natura factorum mirabilium judicari debet, hodie nos praetereant. Romanorum doctiores quidnam de hoc *Attii* prodigio senserint, id ex his *Ciceronis* verbis velim intelligatur, quae *Lib.* III. *de natura Deor. Cap.* 6. *p.* 3058. *Tom.* IX. *Opp.* leguntur: *Non possum Attii Navii, quem commemorabas, lituum contemnere. Sed qui ista intellecta sunt, a philosophis debeo discere, praesertim cum isti plurimis de rebus divinis* MENTIANTUR. Adde haec, quae *de divinat. Lib.* II. *Cap.* 38. *p.* 3223. leguntur: *Omitte igitur lituum Romuli, quem in maximo incendio negas potuisse comburi: contemne cotem Attii Navii: nihil debet esse in philosophia* COMMENTITIIS FABELLIS *loci.*

(*n*) *De divinatione*] *De fato* dicere voluit, in quo Libro *Cap.* 7. *p.* 3269. *Tom.* IX. *Opp.* haec verba leguntur.

Diodori de neceſſitate & libertate doctrinam explicat: *Non neceſſe fuiſſe Cypſelum regnare Corinthi, quamquam id milleſimo ante anno Apollinis oraculo editum eſſet.* Itemque illud, quod (o) *Varro* de *Vettio Valente*, augure temporibus Romuli, memoriae prodidit: qui quum Roma conderetur, ex duodecim volatu vulturum praedixit, novam illam urbem duodecim ſaecula inviolatam permanſuram eſſe. Cujus ego praedicti veritatem anno poſt natum Servatorem quadringenteſimo quinquageſimo quinto, ſtatim poſt *Valentiniani* III. mortem, quem nonnulli poſtremum in occidentis regionibus imperatorem fuiſſe volunt, apparuiſſe judico, quum *Genſericus*, Wandalorum Rex, urbem iterum caperet & ſuccenderet. Omnium vero maxi-

(o) *Varro*] *Varronis*, quem hic tangit vir eruditus, locus eſt in illis, quae nobis ex *Lib.* XVIII. *Antiquitatum rerum humanarum* ejus hodie reſtant. Ipſa verba haec ſunt: *Fuiſſe Vettium Romae in augurio non ignobilem, ingenio magno, cuivis docto in diſceptando parem: eum ſe audiviſſe dicentem: ſi ita eſſent, ut traderent Hiſtorici de Romae urbis condendae auguriis ac duodecim vulturibus: quoniam centum & viginti annos incolumis praeteriiſſet populus Romanus, ad mille & ducentos perventurum.* Patet autem ex his verbis, bis hoc loco memoriae vitio lapſum eſſe *Cudworthum*. (I.) *Vettium Valentem* vocat augurem illum, cujus praedictionem memorat. At *Varro* nullum ei nomen aliud fuiſſe tradit, quam *Vettii*. Videtur vir doctiſſimus *Veſtium Valentem*, divinum & vatem Antiochenſem, qui Conſtantino Magno fata novae Romae ſeu Conſtantinopoleos praedixit, cum altero illo *Varronis Vettio*, qui veteris Romae annos auguratus eſt, confudiſſe. De illo Antiochenſi vate *Gerh. Jo. Voſſius* videri poterit *de ſcientiis Mathematicis Cap.* 37. §. 6. (II.) *Vettium* augurem Romuli putat aetate fuiſſe, atque ipſum vultures illos vidiſſe, quorum ex numero ſaecula urbis Romae conjecit. Ex *Varronis* autem verbis liquet, eum diu poſt *Romulum Varronis* ipſius temporibus vixiſſe, atque ex illis, quae de vulturibus duodecim a *Romulo* viſis ferebantur, multo poſt conjecturam feciſſe. Rem ipſam, quam *Vettius* ſpectavit, *Livius* narrat *Hiſtoriar. Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 7. Obſervavit jam hos ante me errores Celeberrimus vir, *Jo. Clericus*, *Bibliotheque choiſie Tom.* V. *p.* 116 *ſ.*

(p) Duplex mihi hic quaeſtio paucis erit dirimenda: altera: *Utrum, qui oraculis veterum populorum praefuerunt, ſacerdotes, a malignis acti fuerint geniis, ab illisque moniti res futuras interdum praedixerint, an vero mimos tantum egerint, nec, niſi fictis vaticinationibus, conſultores deceperint?* Altera: *Num ſupremo Numini viſum fuerit, vaticinandi facultatem nonnullis inter eos populos concedere, qui verae religionis expertes fuerunt?* Utramque vir doctiſſimus affirmare non veretur: Verum non pauci ſunt, quibus hoc temere fieri videbitur.

De *oraculis veterum* quae noſtris temporibus inter viros doctos erudite ac ingenioſe diſputata ſunt, neminem fugiunt eorum, qui litterarum fata & hiſtoriam non prorſus neſciunt. Quum plerique olim veterum Chriſtianorum, omnesque fere poſt hos Theologi exiſtimaverint, oracula non poſtremo in illis rebus loco ponenda eſſe, quibus cacodaemon ante natum Servatorem populos in officio erga ſe continuiſſet, *Anton.* van *Dalen* ſingulari *de Oraculis* libro, exeunte ſuperiori ſaeculo edito, magna copia & eruditione nullum oraculum daemoni, omnia verſutiae ac fraudibus ſacerdotum accepta ferri debere, pugnavit: Cujus quidem veſtigia tanto numero viri doctiſſimi preſſerunt, ut ſuperſtitionis ille vix hodie effugiat notam, qui non incredibile ſibi videri pronuntiat, daemones, nonnumquam ſaltim, hiſce rebus interfuiſſe. Hiſtoriam certaminis hujus ex aliis velim petant, qui eam noſſe deſiderant: mihi hoc unum adnotaſſe ſufficiet, quod praeterierit, qui eam enarrarunt, ex Indis non ita pridem *Franc. Balto* & reliquis, qui *Dalenii* ſententiam rejiciunt, adjutorem veniſſe *J. V. Bouchetum*, Jeſuitam ex illis, qui ad Indos, auſpiciis Romani Pontificis, religionis Chriſtianae propagandae cauſſa mittuntur: quippe cujus bene longa exſtat ad *Baltum* epiſtola, qua exempla oraculorum ſibi viſa & obſervata inter populos plurium Deorum ſuperſtitione devinctos, recenſet. Vid. *Lettres edifiantes & curieuſes ecrites des Miſſions etrangeres Tom.* IX. *p.* 61-123. Equidem in eam fere ſententiam, rebus omnibus circumſpectis, deſcendo, ex illis hanc eſſe controverſiam, de quibus in univerſum nihil decernere ac conſtituere licet. Convenit inter eos, qui hac de re dimicant, eſſe daemones, ſeu naturas hominibus ſuperiores, ſive ingenium, ſive agilitatem, ſive cauſſarum reconditarum cognitionem, ſive alias denique res reſpectemus: namque hoc ſi pars altera neget, tota ſublata eſt diſputatio, priusque de daemonibus diſpiciendum erit, quam ad oracula queat accedi. Convenit inter eosdem, hoſce daemones varias propter cauſſas praevidere ac praedicere nonnulla poſſe, quae hominum nemo unus proſpicere valet. Nam ſi illi inter homines, qui ſcientiis praeſtant aliis, praeſignificare multa poſſunt, quae rudiores ante, quam

maxime ad hanc claſſem carmina Sibyllarum pertinent; de quibus ſic auctores a Chriſtiana religione alieni exponunt, ut veri ſimillimum, cecinisſe eas Servatoris noſtri adventum, & Chriſtianae religionis tempora. His vero ſimilibusque oraculis ſi quid veritatis ineſt & dignitatis, tum illud quoque caret dubio, non iſtam, qua daemones valent, res futuras praeſentiendi facultatem, verum excellentiorem quamdam ea cauſſam produxiſſe. Quod in primis de Sibyllarum dixerim vaticinationibus: quae foeminae, ſi quid ego judicando valeo, divinitus fortaſſis excitatae fuerunt, ut in Solis occidentis partibus *Chriſtum* praedicerent, quod idem *Balaamo* in Orientis regionibus munus a Deo commiſſum eſſe conſtat. (*p*).

§. XC.

quam eveniant, cernere nequeant, quis eamdem geniis, homine potentioribus & acutioribus, facultatem deroget? Convenit denique, genios iſtos ſcientiam rerum futurarum, quam habent, aliis impertiri poſſe, neque Dei ſemper vel juſtitiam, vel bonitatem obſiſtere, ne hoc fieri ab illis patiatur. His de rebus quum nulla ſit inter eos diſcordia, qui de oraculorum deliberant cauſſis, equidem non intelligo, quibus modis effici queat, daemones numquam per ſacerdotes futura praedixiſſe, oracula omnia vanis hariolorum & Chaldaeorum divinationibus non eſſe meliora. Qui negant, ullum oraculum a daemone umquam eſſe editum, illi primum tot exempla teſtantur, in quibus manifeſta fraudum & dolorum veſtigia deprehenſa ſint: deinde ipſorum oraculorum ambiguitatem & falſitatem commemorant: tum multorum ex ipſis illis ſcriptoribus, qui a Chriſto alieni fuerunt, auctoritates afferunt, quibus oraculorum vanitatem & fallacias rident: poſtremo indignum videri Deo, permittere, ut mali genii homines reſponſis ſuis fallant & decipiant, exiſtimant. Minoris momenti rationes & obſervationes cur enumerem, neceſſe non eſt. Atqui horum argumentorum ultimum latius, quam hoc negotium, patet, plusque probat, quam probare debebat: Nam his veſtigiis ſic rationem aliquis recte concluſerit: Indignum Deo fuit, pati, ut ſacerdotes, harioli, aruſpices, magi, conjectores, populos divinationibus ſuis & reſponſis in errorem inducerent. Perinde eſt, utrum aliquis per daemones, aut per mancipia eorum faliatur. Itaque ſi nihil majeſtate ſua indignum committit ſupremum Numen, id quod omnes confitentur, quum veteratoribus ejusmodi & inanium ſimulacrorum ſacerdotibus permittit, ut multitudinem circumveniant, neque hoc a ſummis ejus perfectionibus alienum videri poteſt, quod malignis geniis ante natum Servatorem nonnumquam conceſſit, futuros eventus per homines ſibi deditos praedicere. Deus rationem non fruſtra conceſſit hominibus: qua ſi uti nolint, ſeque ab aſtutis hominibus, aut ipſis daemonibus decipi patiantur, non habent, quod Deo, ſed quod ſibimetipſis & iguaviae ſuae imputent. Igitur haec ratio aeque fortiter adverſus eos pugnat, qui nullum daemonibus oraculum adſcribunt, atque in eos, qui daemones in omnibus adfuiſſe delubris perhibent. Priores vero tres, id quidem praeclare oſtendunt, multis in oraculis nequitiam magis hominum verſatam eſſe, quam daemonum, neque hoc fugiſſe eos, qui ſapientia & ſagacitate plebem anteceſſerunt; minime vero probant, omnia oracula ejus fuiſſe generis. Nam ſi vel ſexcenta docuero oracula hominum calliditate atque dolis eſſe edita, haud tamen id argumento eſſe poterit, reliqua oracula ejusdem eſſe generis, niſi antea luculentis planum fecero rationibus, fieri nullo modo poſſe, ut daemones, vel per miniſtros ſuos, vel alio modo de rebus futuris homines erudiant. Quod quidem quum in nullius poſitum ſit viribus, evidens inde reor eſſe, generatim pronuntiari haud poſſe ad fraudes omnia eſſe referenda, quae de oraculis bonorum auctorum libris perſcripta ad nos pervenerunt. Altera pars, quae aut omnia, aut pleraque vult a daemonibus profecta eſſe oracula, ex ipſis partim reſponſis, quae olim leguntur fuiſſe edita, partim ex veterum Chriſtianorum teſtimoniis, maxima opinionis ſuae praeſidia petit. Verum veteris aevi Chriſtianos non eos eſſe, quibus ſine ulla formidine fides haberi queat, is demum negabit, qui varios, in quos incauti inciderunt, errores ignorat. Difficile eſt, opiniones illas exuere, quibus a teneris imbuti ſumus: nec ideirco mirandum eſt, homines ceteroquin ſanctos & egregios multum ex popularibus retinuiſſe ſententiis, quas cum materno prope lacte imbiberant. Ad ipſa quod attinet oracula, ſunt omnino in illis aliqua, quae hominum excedere facultates videntur: ſed perſpicit etiam quilibet, ut opinor, non deſideraturos diu eſſe, quae adverſus ea moneant, qui alteram fovent ſententiam. Nunc caſu fieri poſſe, ut eventus praedictioni reſponderit, reponent: nunc auctorum fidem in controverſiam vocabunt, nunc factorum narrationes parum eſſe perfectas & apertas, contendent. Quae omnia quum ita ſeſe habeant, equidem ſic nullus dubito ſtatuere, ita nondum omnia liquere hac in controverſia, ut ſecundum alteram partem in univerſum pronuntiari queat. Multorum oraculorum auctores vaſros fuiſſe ſacerdotes, non vero dae-

876 §. XC. Sed quidquid oraculorum & divinationum veteres inter populos litteris conſignatum eſt, id multum illis praeſtantia & dignitate cedit, quae divinis perſcripta

mones, iis rationibus demonſtrarunt viri docti: quibus in ejusmodi rebus fieri nihil firmius poteſt. At quum hoc tamen certum quoque maneat, nihil abſurdi & ab omni ratione alieni committi ab illis, qui daemones & fundere, & fudiſſe reapſe interdum oracula arbitrantur, equidem recte me facturum judico, ſi animum cohibeam, neutrique parti prorſus accedam. Interim comparatione inter utramque ſententiam inſtituta, paullo meliori eos loco verſari, qui ad hominum aſtutiam, quidquid olim fuit oraculorum, referunt, quam eos, qui daemones olim ſacerdotes animaſſe, aut ipſos reſpondiſſe quaerentibus cenſent, fatendum omnino erit. Namque illi, quoniam multas hujus generis fraudes in lucem jam produxerunt, non modo hac ratione probabilitatem aliquam ſententiae ſuae compararunt, verum etiam fieri poſſe, ut ea tota vera ſit, planum fecerunt. Quod ſcilicet bis vel ter contigit, id centies contingere poteſt. Hi vero, quia minime dubiis nondum vel exemplis, vel teſtimoniis effecerunt, daemonem oraculorum quorumdam auctorem reapſe olim exſtitiſſe, hoc unum habent, quod ſententia, cui favent, falſitatis haud convinci poteſt. Eſt vero, ut arbitror, perſpicuum, paullo plus ſpeciei in opinione eſſe, quae rationibus ſi minus certis, probabilibus tamen, ſepta eſt, quam in ſententia, quae nullo nixa ſtat fundamento, praeterquam hoc, quod expugnari prorſus a nemine poteſt: tametſi vir ſapiens neutram ex toto probet. Meo quidem judicio, liberum cuilibet relinqui debet, quemadmodum de his rebus ſtatuere velit: nec enim ex altera opinione religioni accedit, nec ex altera decedit aliquid. Miratus ego ſaepius ſum, quum viros vidi egregios & de litteris alioquin, tam ſacris, quam humanis, praeclare promeritos, non ſecus pro eorum parte pugnare, qui origines oraculorum ad daemones unice referunt, ac ſi pro Dei gloria, totiusque eccleſiae ſalute dimicarent. Nec enim impetrare poſſum a me, ut glorioſum id eſſe Deo putem, ſi credant homines, licuiſſe Satanae ante adventum Servatoris noſtri libere vagari, & omni fallaciarum dolorumque genere miſeris mortalibus ubique locorum illudere. Haec vel ea de cauſſa monere volui, quo viro doctiſſimo, ſtrenuoque elegantiarum Teutonicarum vindici, *Jo. Chriſtophoro Gottſchedio*, Profeſſori apud Lipſienſes inclyto, ſatisfacerem, qui venuſtiſſimam verſionem Germanicam *Hiſtoriae oraculorum* a *Fontenellio* Gallice conſcriptae mihi non ita pridem, nullo licet a me beneficio affectus, humaniſſime dedicavit, meamque de hac controverſia ſententiam publice flagitavit.

Accedo ad alteram quaeſtionem: *Utrum fuerint olim inter populos verae religionis neſcios homines, quos ſupremum Numen certis de cauſſis vaticinandi & futura praedicendi facultate inſtruxit?* Ingens eſt doctiſſimorum hominum numerus, qui *Cudworthi* nil verentur ſententiam amplecti. Et quotquot Sibyllinis aliquid carminibus tribuunt, id quod innumeros facere notum eſt, illi non poſſunt, quin ita ſentiant. [Omnes fere veteres Chriſtiani ſic ſenſerunt. Vid. *Beauſobre Hiſt. de Manich.* p. 305. *ſ.*] Ex antiquioribus Chriſtianorum doctoribus is, cujus ſunt *Quaeſtiones & Reſponſiones ad orthodoxos*, quae nomen hodie *Juſtini M.* prae ſe ferunt, hanc ſequi ſententiam nil dubitavit, *Quaeſt.* II. p. 392. *Opp. Juſtini.* Poſtquam enim quaeſiverat, *quum inter Graecos aeque atque inter Chriſtianos veri fuerint vates, & ab utraque parte futurorum editae ſint divinationes, quibus intelligi notis queat, praeſtantiores Chriſtianorum eſſe vates?* ita reſpondet: Τῶ αὐτῶ Θεῶ ἔστι πάντα ταῦτα κ᾽ ἡ πρόγνωσις τ᾽ λόγων κ᾽ ἐκβασις τ᾽ ἔργων, κ᾽ τῶ λῶ τ᾽ προφητῶν τὰ κ᾽ λοιπόλων προμηνύεται Θ-, ἃ ἔμελλε ποιεῖν, ἀναπίπτει δὲ κ᾽ διὰ τ᾽ ἴδιον τ᾽ πονηρίαν αὐτὸς προμήνυσεν, ἃ ἔμελλε ποιεῖν. *Ejusdem Dei haec ſunt omnia tam praedictio verborum, quam eventus rerum: qui & per ſacros vates & apoſtolos, quae futura erant, praeloquutus eſt, & per eos itidem, qui a vero cultu ſunt alieni, quae faciturus erat, praemonſtravit.* Quod quum exemplo Bileami & dicto quodam Ezechiëlis, quamquam parum apte, probaſſet, haec iterum ſubjicit: Ἕτερος κ᾽ διὰ τ᾽ παρ᾽ Ἕλλησι μαντικὴν ὅσα διὰ τ᾽ ἔργων τὸν ἐκβασιν ἐδείξατο, αὐτὸς προμήνυσεν. *Conſimiliter & (Deus) per vates Graecos, quaecumque eventu ad rem collata ſunt, ipſe praemonſtravit.* Videamus, quousque fas nobis ſit, eorum approbare ſententiam. Poſſe primum Deum, ſalvis perfectionibus ſuis, hominibus impiis & flagitioſis virtutes concedere ac erogare extraordinarias, & in his vaticinandi facultatem, ſacrarum litterarum auctoritate nobis conſtat. Nam, ut exempla omittam *Bileami*, quod ipſe laudavit *Cudworthus*, & *Caiphae*, *Joan.* XI. 51. *Michae*, divinus vates, verbis Dei accuſat prophetas aetatis ſuae quod *argento interdum divinarent Mich.* III. 11. & Servator noſter ipſe, multis ſeſe eorum, qui ſuo nomine vaticinati eſſent, in extremo die dicturum eſſe ſignificat: *Numquam cognovi vos: diſcedite a me malefici. Matth.* VII. 23. Sed hi tamen omnes, tametſi vitam ducerent nefariam, verae tamen religionis non prorſus expertes, ſed rectis de Deo ſententiis magnam partem imbuti erant, nec cum illis ſocietate conjuncti, qui, ſpreto vero Deo, falſis Numinibus ſacra faciebant. Quare his exemplis nondum probari poſſe putem, nihil obſiſtere, quo minus Deus futura praedicendi virtu-

ſcripta libris leguntur. In his enim libris multae rerum longo poſt tempore geſta- 87
rum praedictiones exſtant, quas nemo unus in dubium, ſi quidem ſapiat, revo-
cet:

tutem illis etiam concredere queat, qui prorſus a vero Dei cultu alieni ſunt. Exploratum deindo eſt, nullam olim gentem tam fuiſſe barbaram & a Deo deſertam, quin viros in illa ſubinde excitaret probos & cordatos, maxime ante legem per *Moſen* promulgatam, qui multitudinis ſuperſtitiones & ſimulacrorum cultum deteſtarentur, melioremque ac ſanctiorem religionem cum populis praeſcriberent, tum ipſi ſequerentur. Extant in ſacro codice illuſtria, ex quibus id cognoſcitur, exempla. Judaei etiam communi conſenſu quodam docent, ante *Moſis* tempora reliquis populis, non ſecus ac Judaeis, ſuos fuiſſe vates. Vid. *Rich. Simonii Lettres choiſies Tom.* III. *Ep.* IX. *p.* 49. Quocirca ſi hoc tantum ſibi vellent, qui cum *Cudworthо* ſentiunt, nullam gentem prorſus caruiſſe viris divinitus actis, ex quibus veri Dei cognitionem, aeternaeque ſalutis fenitam addiſcere potuiſſent, ſi modo voluiſſent, homines, nihil in hac eſſet ſententia, quod aliquis reprehenderet. Sed majora ſibi dari volunt viri doctiſſimi, hocque ut credamus, flagitant, ſupremum Numen interdum illis etiam voluntatem ſuam, resque futuras patefeciſſe, quorum alioquin mentes vera prorſus religione vacuae & perverſiſſimis de Deo ſententiis contaminatae fuerunt. Hanecine igitur ad ſententiam nos adjungamus? Equidem generatim facere id poſſe, de quo quaeritur, Deum & feciſſe nonnumquam, juſtiſſimis ſanctiſſimisque de cauſſis, pronuntiandum eſſe, arbitror. Ita vero ut ſentiam, facit exemplum, quod in ſacris litteris ſcriptum legitur, Nebucadnezaris. *Dan.* II. 1. Rex hic Diis ſine controverſia ſerviebat inanibus: & nihilo tamen minus Deus illuſtri ſomnio de fatis eum imperiorum erudiebat. Huic adderem fere Abimelechi, Regis Geraris, exemplum, quem ſupremum Numen pariter in ſomnis commonefeciſſe de voluntate ſua legitur. *Gen.* XX. 6. Sed perpendenti mihi omnia, quae de hoc Rege memoriae prodita ſunt, non is videtur eſſe, qui verae religionis ignarus plane fuit, tametſi lubens largiar, talem non fuiſſe cum, qualem fas eſt verum Dei cultorem eſſe. Hoc igitur quum certum ſit, ſanctitatem Dei non obſtare, ne ille idolorum cultoribus res interdum futuras aperiat, reſtat, ut diſpiciamus, num ejuſmodi vatum exempla ex veterum populorum, Graecorum maxime ac Romanorum, hiſtoria produci queant. Perluſtrabo tantum ea, quae a *Cudworthо* hic allata ſunt; meliora enim & majora quum non afferant illi, qui cum eo ſentiunt, quid de omnibus ſentiendum ſit ſtatim patebit, ſimulatque apertum erit, quid de his exiſtimare ratio jubeat. (1.) A poſtremo, quod *Balaami* eſt, exemplo incipiam. Sed ex illis, quae ſuperius dixi, jam conſtabit, remotum illud eſſe a negotio, quod hic agitur. Nec enim *Balaamus*, id quod tota ejus hiſtoria & ipſa vaticinatio docet, caſtae religionis neſcius, ſed unius Dei cultor, nec, niſi vitiis & domicilio, a populo Dei ſejunctus erat. *Num.* XXIII. (2.) Sibyllae, quae penultimum in exemplis locum hic occupant, infinitis ſunt expoſitae virorum doctorum quaeſtionibus & dubitationibus, neque firmum idcirco nobis argumentum in hac cauſſa ſuppeditare poſſunt. Si fuerunt olim, quod credibile judico, ejusmodi feminae, certi tamen aliquid de facultate, qua valuerunt, conſtituere nobis haud integrum eſt, quamdiu oraculis & carminibus earum caremus. Horum autem exſtare hodie aliquid, plerique negant, nec quae pro Sibyllinis venditantur carminibus, ab iis recipiuntur, in quibus artis criticae, rerumque veterum excellens cognitio eſt. (3.) *Vettium*, augurem Romanum, qui *Varronis* aetate vixit, vellem prorſus hoc numero excluſiſſet vir egregius. Etenim haud tale eſt hominis hujus augurium, ut a nullo niſi a vate divino proficiſci potuerit. Crediderim ego, ſtolidum vatem ſecure vaticinatum eſſe, quod certo noverat, eo, quod deſignaverat, tempore, nec ſe, nec auditorum aliquem ſuperfuturum eſſe. Nec eventus, quod opinatur vir doctiſſimus, oraculum ejus confirmavit. Quamvis enim a *Genſerico*, duodecim poſt Romulum ſaeculis, urbs capta & magnam partem combuſta ſit, haud tamen, quod praedixerat *Vettius*, prorſus interiit, neque poſt eam cladem ſplendida, illuſtris, & magnifica urbs eſſe deſiit. Quod vero maximum eſt, & oraculum *Vettii* omni plane privat auctoritate, ex vulturum numero & volatu annos urbis Romanae auguratus eſt hic homo. Igitur ſi Deus oraculi hujus auctor exſtitit, eumdem etiam effeciſſe, ſequitur, ut tot vultures Romulo apparerent, nec dubitare idcirco quisquam poteſt, quin augurum ſcientia, cujus legibus vaticinatio *Vettii* nititur, divinitus inſtituta & tradita olim ſit. Hoc autem quis ſibi ſanus & bene de rebus divinis ſentiens perſuaſerit? (4.) Non meliori loco a me ponitur oraculum de Cypſelo, quod primo exſtat loco, & ex *Ciceronis* de *fato* libro depromtum eſt. Nam *Apollinis oraculo* praedictum id eſſe de Cypſelo legitur. Incredibile vero prorſus eſt, ſummum & ſanctiſſimum Numen ex tripode Delphica umquam vaticinatum & Pythiae ore ad fata populorum & imperiorum praeſignificanda uſum eſſe. Quamquam ne hac quidem opus eſt reſponſione. Si accuratius inſpexiſſet vir doctiſſimus *Ciceronis* verba, intellexiſſet facile ex illis, nunquam reapſe oraculum ejuſmodi

878 cet: plerarumque etiam ea ratio eſt, ut ad nullum alium, quam ſapientiſſimum illud Numen, quod cuncta proſpicit & decernit, quae futura ſunt, referri queant. In his illae eminent *Jacobi*, *Moſis*, *Davidis*, *Eſaiae*, *Jeremiae*, *Danielis*, aliorumque divinorum vatum de Meſſia ſeu Servatore noſtro vaticinationes, quibus tot ſingularia praedicuntur de adventu ejus: quorum quidem illud non poſtremum eſt, quod fore canunt, ut omnes populi, abjectis ſimulacris, Diisque commentitiis, ad *Meſſiae*, Judaeis promiſſi, cognitionem & cultum ſeſe conferant. Inter omnia autem hujus generis oracula illud inter cetera fulget *Danielis* oraculum, quo, expletis ſeptuaginta hebdomadibus ſeu annis quadringentis & nonaginta, initio a ſeptimo anno regni *Artaxerxis*, filii *Xerxis*, ducto, quo lex de reverſione Judaeorum, Sacerdotum, & Levitarum in patriam ab eo rogata eſt, *Meſſiam* occiſum, Judaeisque doctrinam & diſciplinam ejus annuntiatum iri, praeſignificavit. Nec enim doctiſſimos tam horum, quam ſuperiorum, temporum homines moror, qui omnes ingenii nervos intenderunt, neque ſummam verbis ſcriptoris ſacri vim ſaepenumero afferre veriti ſunt, quo alio hanc vaticinationem transferrent. Haec autem de *Chriſto* oracula inſtincta afflatuque divino eſſe fuſa, nec aliunde naſci po-
879 tuiſſe, res ipſa declarat: quippe quae tota non ex naturalibus manavit cauſſis, multo minus, id quod nonnulli ſentiunt, qui (*q*) ex aſtris praeſidia contra Deum petunt, motu curſuque ſiderum effecta eſt, verum unice ex abdita retruſaque voluntate Dei ac conſilio profluxit.

§. XCI. Praeter haec de *Chriſto* ejusque rebus oracula, ſacri libri noſtri alias quoque praedictiones habent de fatis & caſibus praecipuorum in orbe regnorum, civitatum, & rerum publicarum. De ortu verbi cauſſa imperii Perſici, de ejusdem, quam *Alexander* intulit ei Macedo, everſione ac interitu, de quadripartita imperii Graeci poſt fata *Alexandri* diviſione; de Seleucidarum & Lagidarum ſucceſſione futura tam accurate multo ante vaticinatus eſt *Daniel*, ut (*r*) *Porphyrius* praedictiones has poſt res geſtas exaratas eſſe, contenderit. Nec inferior his eſt de ortu & incremento Romani imperii vaticinatio, quae ab eodem edita eſt. Non ſum ego neſcius, multum in eo nonnullos elaboraſſe, ut haec omnia perverterent oracula, quae ad noſtra usque tempora pertinent. Verum nihil certius eſt & evidentius, quam hoc, quartam, quam *Daniel* vidit, beſtiam, decem armatam cornubus, ſeu crura & pedes ſtatuae, quam ſecundum quietem *Nebucadnezar* conſpexit, *regnum aliud ferri inſtar durum*, hoc ipſum eſſe Romanum imperium. Hoc autem *Daniel* poſtremo fractum ſeu diviſum iri proſpexit in decem ſeu plura minora regna, quae, ſtylo ſacris vatibus uſitato, nominantur *cornua:* Inter quae aliud vi-

modi milleſimo ante Cypſeli aetatem anno editum fuiſſe, ſed *Chryſippum*, cuius *Cicero* ſententiam & verba recitat, hoc tantum dixiſſe, *ſi vel ejusmodi datum fuiſſet ab Apolline reſponſum, haud tamen neceſſe futurum fuiſſe, ut regnaret Cypſelus.* Talis eſt in hiſce verbis loquendi ratio, qualis in *Pauli*, Apoſtoli, dictis 1. *Cor.* XIII. 1. *Si hominum angelorumque linguis loquerer*, & *Gal.* I. 8. *Quod ſi vel coeleſtis angelus diverſum nos doceret ab illo, quod accepimus, deteſtabilis nobis eſſet.* Omnem nobis hac de re dubitationem *Herodotus* eximit, qui *Hiſtoriar. Lib.* V. *Cap.* 92. *p.* 320. 321. Cypſeli narrat hiſtoriam & hoc ipſum, quod *Ciceronis* verba tangunt, Apollinis Delphici oraculum affert. Namque is non modo anceps, ἀμφιβολον, oraculum hoc eſſe fatetur, ſed etiam non ante Cypſeli aetatem, ſed eo demum tempore redditum eſſe, quo ad virilem jam aetatem is adoleverat, memorat. Nullum dubium eſt, quin oraculi antiſtites corruperit Cypſelus, regnandi cupidus, ut ex voto ipſius Deum reſpondentem facerent. Sic igitur locum hunc

vidit cornu ſuccreſcere oculis inſtructum, *quod verba adverſus excelſum loquetur, ſanctos deteret, atque eos ad tempus & tempora, particulamque temporis conſtrictos tenebit.* Haec *Danielis* vaticinatio unicum eſt, quo divina *S. Joannis* patefactio nititur, fundamentum: in qua quidem illa dilatata, amplificata, multisque partibus & acceſſionibus aucta eſt. Uterque igitur *Daniel & Joannes* continuam rerum ſeriem ab aetate ſua usque ad orbis terrarum interitum & finem, divina luce colluſtratus, litteris mandavit: ille quidem contractius & generatim, hic vero copioſius & explicatius. Quapropter quum haec oracula neque hominum metui & phantaſiae, neque fraudibus & calliditati eorum, qui civitates conſtruxerunt, neque aliis cauſſis naturalibus ab illis, qui religionem aſpernantur, attribui queant, reliquum eſt, ut ex illis apertum eſſe ſtatuant, Deum eſſe. Neque vero hoc tantum vaticinationes iſtae probant, Deum eſſe, verum etiam divinitatem Chriſtianae religionis & veritatem demonſtrant. Nam multae earum diu ante praedicunt, quae ad hanc religionem pertinent, in quibus hoc in primis eſt, quod gentes *Chriſto* nomen eſſe daturas ſignificant: rurſus alia ab ipſo *Chriſto* ejusque legatis praenuntiata ſunt, quae poſtea evenerunt: nimirum *ſpiritus prophetiae teſtimonium eſt Jeſu* (*). Utraque haec oracula cum illa, quae in veteris teſtamenti libris de *Chriſto* conſignata ſunt, tum haec, quae novi teſtamenti codex complectitur, aequam aut majorem etiam virtutem habent ad nos, qui hodie vivimus, contra quosvis adverſariorum impetus muniendos, quam ipſa, quae memoriae prodita ſunt in ſacris litteris, miracula. Etenim certiſſimi ſumus non paucos horum eventuum contigiſſe, neque dubitare ullo modo nobis licet, quin oracula iſta multo ante, quam res acciderent & fierent, exarata ſint.

§. XCII. Ne longum faciam, omnia haec, de quibus hactenus diſſeruimus, eventa extraordinaria, viſa, excantationes, hominum a daemone occupatorum exempla, miracula, praedictiones, nil nobis reliqui faciunt dubitationis, *mentes, angelos, daemones*, videri licet nequeant, non eſſe humani ingenii commenta, ſed naturas orbem noſtrum reapſe incolentes. Neque eſt in his aliquid, quod in rem ſuam convertere poſſint homines, qui Deum ſublatum eſſe cupiunt. Quaedam enim horum, miracula in primis & oracula alterius generis, liberum minime faciunt hominibus, utrum credere velint, eſſe Deum, nec ne, ſed fateri cogunt, eſſe mentem quamdam pro arbitratu naturae rerum leges ferentem, cuncta arcentem, & comprehendentem, res denique remotiſſimas, neque cauſſis ex neceſſariis pendentes proſpicientem. Omnia itaque confracta jam & diſſipata jacent, quae adverſus notionem ſeu ſpeciem & formam Dei movere ſolent homines a Deo averſi,

(*) (Apoc. XIX. 10.)

hunc concludam, ut a Deo quidem eos etiam de rebus futuris commoneri poſſe largiar, qui ceteroquin perverſiſſime de religione & cultu ejus ſentiunt, negem vero, ſi a Nebucadnezare, & fortaſſis Abimelecho, diſceſſeris, ex reliquorum populorum hiſtoriis ullum afferri exemplum poſſe, quod exceptione omni majus & ſuperius ſit.

(q) *Ex aſtris*] *Hier. Cardanum* & alios quosdam perſtringit, quos Aſtrologiae ſtudium ita quondam cepit, ut ipſam Chriſtianam religionem aſtris ineptiſſime ſubiicerent. Exſtant binae *Jo. Frider. Mayeri*, celeberrimi quondam Theologi, Diſſertationes de hac quaeſtione: *Utrum fata religionum ex aſtris pendeant? Hamb.* 1700. 4. editae, quibus multae hujus generis nugae collectae ſunt.

(r) *Porphyrius*] Teſte *Hieronymo Prooem. commentar. in Daniel. Tom. V. Opp. p.* 481.

averſi, ut nullam eſſe doceant naturam divinam. Quod dum perſequuti ſumus negotium, valida ſimul & eximia quaedam argumenta propoſuimus & attigimus, quibus facile revincas genus iſtuc, quod Deum ferre recuſat. Oſtendimus enim omnia, quae ſenſim procedunt, mundum, motum, tempus ejus eſſe naturae ac indolis, ut ex infinito tempore haud eſſe potuerint. Ex quo efficitur, ad naturam poſtremo aliquam confugere nos oportere, quae initii ac principii expers aeternam ſtabilitatem habeat. Vidimus, homines, qui Deum eſſe negant, nullo pacto, unde mentes & animos acceperint, quibus valent, declarare poſſe. Docuimus, de motu ſine ullo fructu diſputari, niſi principium aliquod eſſe ſtatuamus corpore ſolutum, toti rerum naturae praeſidens: Planum fecimus, τὸ εὖ illud καὶ καλῶς, quod in orbe noſtro admiramur, accuratam illam, elegantem concinnamque rerum omnium ſtructuram, perpetuumque totius univerſitatis concentum, omnino flagitare a nobis, ut cauſſam conſtituamus eſſe hujus orbis intelligentem & ſapientem, quae certo cuncta conſilio fabricata ſit & diſpoſuerit. Mitto alia tam ordinaria, quam extraordinaria eventa, quae quoniam explicare & ad cauſſas ſuas referre nequeunt homines Deo inimici, negare ac tollere coguntur.

§. XCIII. Scio inter ipſos veteres Dei profeſſores exſtitiſſe, qui faterentur, fruſtra laborare, qui, Deum eſſe, rationibus demonſtrare niterentur. Quod eorum pronuntiatum ſic quidam ſunt interpretati, ac ſi nihil eſſe certi in illis argumentis cenſuiſſent, quibus divinam eſſe rationem probari ſoleret, verum probabilibus omnia conjecturis contineri: ſcientiae & cognitioni in diſputationibus de Deo locum non eſſe, verum fidei tantum & opinioni. Longe vero ſecus ſeſe res habet. Nam qui ex antiquis auctoribus demonſtrari poſſe Deum, negarunt, hoc unum ſignificare voluerunt, *a priore*, ut loquuntur, Dei demonſtrationem propterea non poſſe dari, quod ipſe princeps rerum omnium cauſſa ſit. Hinc *Alexander Aphrodiſienſis in dubiis & ſolutionibus phyſicis*, poſtquam, quod ſolent Peripatetici, ex motu Deum eſſe docuerat, ita pergit: (*) ἡ δεῖξις αὕτη ἀναλυτικῶν· ἡ γὰρ οὖν τε πρώτης ἀρχῆς ἀποδεῖξαι εἶναι· ἀλλὰ δεῖ ἀπὸ τῶν ὑστέρων τε καὶ φανερῶν ἀρξαμένους καὶ διὰ τοῦτο τῶν ὁμολογίαν ἀναλύσει χωρήσαι συφίαν ἢ ἐπιστήμην φύσεως. *Haec demonſtratio ex earum tantum eſt genere, quae analyticae dicuntur: fieri enim nullo modo poteſt, ut primum principium accurate demonſtretur. Quare initium nobis hic ab illis rebus eſt capiendum, quae poſteriora ea & manifeſta ſunt & per viam poſtea analyſeos adſcendere ad primae illius naturae, quae prior eſt illis, demonſtrationem.* A cujus non diſcedit ſententia *Clemens Alexandrinus*, qui haec primo ponit: (†) ὡς δυνατὸν μεταχειρίζεται ὁ θεὸς διὰ λόγου· ἐπεὶ καὶ ἀρχὴ

(*) Lib. I. c. 1. (p. 2. edit. Graec. Venet. 1536. fol.)
(†) Stromat. Lib. V. p. 388. (cap. 12. p. 695. edit. Potteri.)

(s) *Nequeas*] Quaeſtio, quam hic tangit vir doctiſſimus: *Deus utrum rationibus demonſtrari queat, nec ne?* ex earum eſt genere, quae facile componuntur, ſi viros inter ſapientes rectaque ratione praeditos agitentur. Remota enim & ſublata vocabulorum: *demonſtratio* & *a priori* ambiguitate, unicuique perſpicuum erit de re ipſa nihil eſſe certaminis, ſed de verborum tantum notionibus. At ſunt tamen aliqui, tam inter veteres, quam recentiores, qui ſenſu minime tolerando Deum negarunt demonſtrari poſſe: ex quorum numero ipſum paene *Clementem Alexandrin.* eſſe ſuſpicor, qui non ſatis caute ſaltim hac de re loquutus eſt, tametſi a *Cudworthio* excuſetur. *Clemens* nempe quo excellentiam & dignitatem religionis Chriſtianae oſtendat, Deum non aliter poſſe cognoſci ac intelligi, quam fide & per doctrinam a Servatore noſtro traditam ſciſcit: λείπει δὴ, inquit, θεῖᾳ χάριτι καὶ μόνῳ τῷ παρ' αὐτοῦ λόγῳ τὸ ἄγνωστον εἶναι. *Reſtat itaque, ut divina gratia*

ἀρχὴ παντὸς πράγματος δυσεύρετος, πάντως που ἡ πρώτη καὶ προηγουμένη ἀρχὴ δυσευρετωτάτη, ἥτις καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἰτία τοῦ γνώσθαι καὶ γνωρίζεσθαι εἶναι. *Eſt quidem certe haec de Deo diſputatio tractatu difficillima. Cum enim cujusvis rei principium inventu longe ſit difficillimum; eſt certe, omnino primum & antiquiſſimum principium difficile ad demonſtrandum, quod quidem eſt etiam aliis omnibus cauſſa, ut fiant & facta ſint.* Poſtea vero haec ſubjicit: ἀλλ' οὐδὲ ἐπιστήμη λαμβάνεται τῇ ἀποδεικτικῇ· αὕτη γὰρ ἐκ προτέρων καὶ γνωριμωτέρων συνίστησι· τοῦ δὲ ἀγνοήτου οὐδὲν προϋπάρχει. *Sed neque ſcientia accipitur demonſtrativa: ea enim ex prioribus conſtat & ex certioribus: nihil eſt autem ante id, quod ingenitum eſt.* Certum eſt omnino, nihil fore magis a ratione remotum, quam ſi quis Deum ſeu naturam perfectiſſimam eſſe, ex alia quadam re, quae prior ipſo fuerit & cauſſa ejus, intelligi poſſe adſeveraret. At vehementer erres, ſi hinc ſequi credas, Deum eſſe, non tam certis validisque rationibus & argumentis, quam probabilibus conjecturis, oſtendi poſſe, nec, quando de Deo diſputatur, cognitionis & ſcientiae rationem eſſe habendam, ſed fidei tantum & opinionis. Multa enim explorate nobis licet ſcire & cognoſcere, quorum tamen *διότι* ſeu rationes *a priori* aut ex cauſſis neceſſariis antecedentibus demonſtrare, nulli plane datum eſt. Ut exemplo, quae dixi, probem: quis neſcit, eſſe aliquid per ſe aeternum omnisque initii expers, id ex antecedente quadam cauſſa nullo erui modo poſſe? Aeterni enim cauſſam qui diceret eſſe, is ſemetipſum refelleret, & inter ſe pugnantia loqueretur. Attamen, ſi hoc unum modo ponamus, quod nemo ſanus pro dubio habebit & incerto, eſſe & exſiſtere aliquid, non probabiliter, verum certiſſime & ſine ullo erroris metu conſtituere licebit nobis, ipſa ratione non tam ſuadente, quam cogente, *Numquam nihil fuiſſe*, verum aliquid ſemper ex omni aeternitate ſine ullo exordio & initio exſtitiſſe. Simili ratione, tametſi Deum ſeu naturam eſſe perfectiſſimam, *a priori* nemo unus demonſtrare valeat, tamen ex nobis ipſis, quos certiſſimi ſumus exſi- 881
ſtere & ex notionibus, quas animo noſtro comprehenſas novimus, earumque planis & perſpicuis conſectariis, veritas haec tam nobis aperte patet, ut nulli locus ſit dubitationi. Neque conjecturis haec perficitur ratiocinatio, verum talibus rationis noſtrae decretis, quibus nihil eſt ſuperius. Hoc vero ſi modo res quaedam probetur atque rationibus & ſcitis minime dubiis extra omnem collocetur controverſiam, invictae demonſtrationis vim illa argumentatio habet, etamſi non τὸ *διότι* ſeu modum rei, ſed *ὅτι* tantum, ſeu rem eſſe ac exſiſtere, cognoſcamus. Neque paucae ſunt in ipſis Geometrarum demonſtrationibus, de quibus majora praedicare (*s*) nequeas.

§. XCIV.

& ſolo, qui apud ipſum eſt, logo ignotum (Deum) intelligamus. Stromat. Lib. V. Cap. 12. p. 696. Quod ſi ita voluiſſet intelligi, longe certiorem & pleniorem, quam ratio dare poteſt, Dei notitiam per Chriſtum nobis eſſe traditam, nec niſi per Spiritum S. fidemque, cujus ipſe auctor eſt, animos noſtros in notitia divinae naturae ſic confirmari, ut omnis eximatur dubitatio, non eſſet, cur hoc aliquis praeceptum reprehenderet. Verum longius *Clemens* progreditur, nihilque prorſus rationi virtutis relinquit ad Deum cognoſcendum, immo ipſam illam Dei notitiam, quae in Philoſophis fuit, a verbo quodam inſito & innato, ſeu a Chriſto, quem natura in omnium putat hominum animis habitare, profectam eſſe, tradit: quod quidem proxime a fanaticorum ſententiis abeſt. Errant certe, qui ſibi perſuadent, notiſſimam illam fanaticorum de *interiori* quodam *verbo* doctrinam a myſticis primum inventam & ad nos ex libris eorum propagatam eſſe. Vetus hoc eſt dogma, quod in ipſis rerum Chriſtianarum initiis, in Aegypto potiſſimum, ſuccrevit & per ſcholae Alexandrinae praefectos, eosque Chriſtianorum doctorum, qui Platonicorum placita cum religione Chriſtiana ſociarunt, ad plures dimanavit, a myſticis autem poſtea diligentius ex-

§. XCIV. Exſtitit non ita pridem inſignis (*t*) philoſophus, qui hanc ſuis le-
882 gem tulit: Nulla quemquam de re certum omnino eſſe poſſe, niſi antea explorate cognoverit, eſſe Deum natura bonum & benignum. Etenim hoc niſi perſpectum habeamus, ſemper in animis noſtris moleſtiſſimam hanc ſuſpicionem, cui vix reſiſti queat, inhaeſuram eſſe: Ita nos fortaſſis aut caſu, aut fato, aut mali cujusdam daemonis voluntate, aut potentiſſimi Numinis denique, ſuo cuncta decernentis arbitrio, poteſtate conditos & factos eſſe, ut in rebus, quas clariſſimas & evidentiſſimas eſſe ducimus, & in ipſis Geometrarum propoſitionibus, quin etiam in iſtis, quae communes ſunt omnibus, notionibus, fallamur & decipiamur. Quod ſi vero ſemel, eſſe Deum natura bonum perſuaſum nobis ſit, qui nec velit nec poſſit circumvenire nos ac decipere, tum demum prorſus diſſipatam fore hanc ſuſpicionem, nosque cur dubitemus, nihil omnino habituros, facultates, quibus valemus, ingenii & rationis haud eſſe fallaces, ſed certas, verique & falſi judices. Huic doctrinae conveniens & conſentaneum eſt, ut omnes illi, qui Deum naturam eſſe cenſent cuncta ſuo arbitratu diſponentem, qui ullis bonitatis aut juſtitiae legibus eum flecti negant, qui voluntatem ejus omnis boni juſtique unicam eſſe normam & regulam exiſtimant, qui denique in hoc ſummam perfectionem, libertatem, & potentiam eſſe poſitam affirmant, nullius omnino rei credantur certam adipiſci cognitionem poſſe, ne illius quidem ſciti, quod bis bina eſſe quatuor tradit. Quamdiu enim hanc Dei notionem animo complexam tenent, tamdiu incerti haereant neceſſe eſt, anne Deus ille, quem ſibi fingunt, voluerit, ut in rebus evidentiſſimis fallerentur homines. Fateor, haec ſententia, quae cognitionem Dei natura boni tam eſſe decernit neceſſariam, ut ſine hac omnis vana foret & inanis ſcientia, omnisque veri conſequendi ſpes corrueret, non levem pietatis colorem & ſpeciem habet. At ſi rite cuncta circumſpiciantur, eum apparebit, qui hoc ipſum aſſumit, quod diximus, fieri poſſe, ut ingenii & rationis noſtrae

expolitum & exornatum eſt. Atque multi fuerunt inter veteres Chriſtianorum doctores, qui *Clementis* hac in re veſtigia ſequuti ſunt, nihilque eorum, quae de Deo poſſunt intelligi, ad rationem, omnia ad fidem & interiorem magiſtrum quemdam referenda aſſeverarunt: quod quidem philoſophorum cavillationibus & irriſionibus anſam dedit, uti ex illis apparet, quae *Origenes* hac de re diſputat *Lib.* 1. *adv. Celſum p.* 8. & alias. Hoc igitur ſenſu, ſi quis neget Deum demonſtrari poſſe, reſiſtendum omnino eſt illi, ne in varias praecipites ruamus inſidias, ex quibus numquam eluctabimur. Sunt & inter fanaticos alii, non multum ab his diſſidentes, qui Deum non ratione, ſed ſenſu & interiori quodam animi affectu cognoſci & comprehendi poſſe confirmant: quibuscum nemo rurſus ſenſerit, niſi qui omnem rationem & notitiam Dei naturalem, quam *Paulus* tantopere commendat, conculcatam & rejectam velit. Recentiorum Theologorum aliqui, ne quid diſſitear, qui adverſus Atheos ſcripſerunt, tametſi optime ſenſerint alioquin, interdum tamen, meo judicio, non ſatis caute ac prudenter de hac re diſſeruerunt. Namque ſunt, qui aperte praecipiunt, Atheos non eſſe argumentis & rationibus, quarum vis humana tantum ſit, oppugnandos, verum ſolis ſacri codicis dictis, in quibus divina virtus ſit. Ego vero valde periculoſam & multis expoſitam eſſe conſequutionibus noxiis, immo in divinam auctoritatem ſacrorum ſcriptorum injurioſam hanc eſſe ſententiam arbitror. Ineſt certe in ſacrorum voluminum dictis incredibilis virtus ad hominum animos flectendos & concitandos: ſed praeparandae tamen antea & imbuendae veluti ſunt mentes ad hanc vim recipiendam & impedimenta, quae reſiſtunt ei, tollenda. Optime & eleganter hac de re praecepit *Ern. Saloma Cyprianus* in *Dedicatione animadverſionibus in Grotii librum de veritate religionis Chriſtianae* praemiſſa. *Alexander* ceterum *Aphrodiſienſis*, quem Peripateticorum addictum fuiſſe novimus ſcitis, quod Deum demonſtrari poſſe negavit, id fecit ex praeſcripto magiſtri ſui, cujus de demonſtratione praecepta non poſſunt accommodari ad argumenta illa, quibus ratio Deum eſſe intelligit. *Ariſtoteles Analyt. poſterior. Lib.* 1. *Cap.* 2. *p.* 188. *Tom.* I. *Opp.* hanc de demonſtratione legem rogat: ἀνάγκη τὸν ἐπιστήμονα ἐπιστήμην ἔχειν ἀλλὰν τ' εἶναι,

trae facultates ſic natura ſint affectae, ut in rebus etiam clariſſimis fallamur, omnes prorſus nobis aditus intercludere ad certam minimeque dubiam perveniendi veritatis hujus notitiam, eſſe Deum natura bonum. Namque ſi ab uſu rationis & ingenii noſtri diſcedamus, ſi ratiocinari & argumentari deſinamus, quid tandem erit, quod ad hanc nos ducere cognitionem queat? Neque eſt, quod dicant hujus opinionis patroni, animi noſtri facultates omni ſtatim ſuſpicione liberari, ſimul atque Deum eſſe natura bonum, qui nos fallere nequeat, perſpectum & cognitum habeamus. Haec ipſa enim propoſitio: Deus eſt, haud aliter, quam adhibitis ingenii & rationis luminibus, probari poteſt. Ita vero primum jubemur, ratione & intelligentia duce & magiſtra, Deum quaerere & demonſtrare, invento deinde Deo, rationi & intelligentiae noſtrae ſuccurrere, atque ex eo, quod Deus eſt natura bonus, oſtendere, has facultates falli non poſſe. Vident omnes, iſtud hoc modo in diſputando vitium committi, quod *circulum* Dialectici vocant, neque veritatem iſtac demonſtratione juvari. Quam accuſationem haud certe levem, quemadmodum a ſe depellere queat, quem indicavi, philoſophus, equidem haud (*v*) video.

§. XCV. Ergo huic ſi accedere liberet philoſophiae, in perpetuam nos ipſos dubitationem conjiceremus. Incertum primum foret, utrum Deus eſſet, nec ne. Propoſitis enim, quae proponi poſſunt, argumentis, omnique rationum penu exhauſta in extrema demum diſputatione, plaudentibus religionum adverſariis, confitendum nobis eſſet: Fieri tamen poſſe, ut nullus ſit Deus. Neque meliori 883
deinde loco res verſarentur ceterae: de quibus quidem quod certo affirmes, ſi hanc probes diſciplinam, nihil omnino habebis, niſi prius, eſſe Deum ejusmodi, a quo dolus omnis & fallendi voluntas abſit, ſine controverſia noveris. Quamobrem ſi quo ſtudio ducimur, cauſſam Dei contra improborum hominum conatus tuendi, in

εἶναι, καὶ πρώτων, καὶ ἀμέσων, καὶ γνωριμωτέρων, καὶ προτέρων, καὶ αἰτίων τῶ συμπεράσματος· ἄνευ γὰρ τούτων οὐκ ἔσται ἐπιστήμη τῶν ἀποδεικτῶν. *Neceſſe eſt demonſtrativam ſcientiam ex veris eſſe, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, & cauſſis concluſionis.* His in verbis quum *Ariſtoteles* demonſtrationem omnem procedere velit ex rebus prioribus illa re, quam demonſtratam eſſe volumus, & ex cauſſis ejusdem, Deus vero nec prius aliquid, nec ullam ſui cauſſam habeat, perſpicuum eſt, ſi leges demonſtrandi, quas tulit Stagirita, probentur, negandum eſſe, Deum ulla ratione demonſtrari poſſe.

(*t*) *Philoſophus*] *Renat. Carteſius*, cujus lege *Meditationem Metaphyſicam Quartam p.* 25. *& Quintam p.* 31. *ſ.*

(*v*) *Video*] Vitii omnino aliquid haec alere videtur *Carteſii* ratio, tametſi primo adſpectu multum habere videatur virtutis ad roborandam religionem ac pietatem. Ponit nimirum hoc *Carteſius*: Utrum in illis rebus, quas clare ac diſtincte percipio, fallar, nec ne, id ante ſcire nequeo, quam eſſe eum, qui me condidit, talem intelligam, ut me decipere atque fallere nolit. Jam vero ſi pergat aliquis & ſciſcitetur: Unde igitur eſſe cauſſam aliquam cognoſcere mihi licet, quae me condidit, eamque ab omni fallendi voluntate alienam? Reſpondet philoſophus: Ex eo, quod clare ac diſtincte, dum in me ipſum deſcendo, percipio, non poſſe non eſſe talem naturam. Cogito nimirum: ergo ſum: ſi ſum, cauſſa mei ſit aliqua neceſſe eſt: Hanc vero cauſſam omnes habere, quae fieri & cogitari poſſunt, perfectiones, id ex notione ejus, quae in animo meo inſidet, efficio. Orbem vides hic, quem vitioſiſſimum eſſe philoſophi omnes fatentur. Si fieri poteſt, ut etiam tum fallar, quum clariſſime ac diſtincte percipio, quis certiorem me reddet, notionem iliam Dei, tametſi evidentiſſima mihi eſſe videatur, & mecum nata, non eſſe viſum quoddam fallax & commentitium? Ceterum acute in hanc *Carteſii* ſententiam diſputavit quoque *Petr. Gaſſendus* in *Dubiis & Inſtantiis ad Carteſii Meditat. Metaphyſ. Dubitat.* III. *p.* 383. *Tom.* III. *Opp.* Scepticismi eumdem philoſophum & multi coarguerunt alii. vid. praeter alios *Petrus Villemandy* in *ſcepticismo debellato Cap.* 2. *p.* 9 *ſ.*

Digitized by Google

in hanc in primis curam nobis eſt incumbendum, ut novae hujus opinionis auctoritatem convellamus, immo nulli parcere nos decet labori, quo prorſus eam conficiamus. Finge enim, hoc eſſe certum, fieri poſſe, ut etiam tum fallamur, quum clariſſime omnium intelligere nobis & percipere videmur, quid erit amplius, quod a ſcepticorum ſcholis nos revocare, aut de ulla re nos certiores facere queat? Principio igitur hoc ponimus: Quantacumque etiam naturae cujusdam potentia ſit, quin ſi ipſa hoc audeat infinita potentia, nullo tamen effici modo poſſe, ut res eadem nunc vera ſit, nunc rurſus falſa, ſicuti placeat. Quod ſi fieri poſſet, tam veritatis, quam falſitatis plane tolleretur natura, nec quidquam eſſent illae, quam duo nomina, omni poteſtate vacua. Veritas non fingi poteſt pro lubitu, aut a quoquam mutari: verum ſibi conſtat & immutabilis eſt. Ne ipſa quidem Dei voluntas & interminata virtus, quam nunc eſſe aſſumimus, leges rogare poteſt divinae intelligentiae. Namque Deus ſi per voluntatem ſuam tantum intelligeret, ne (*x*) intelligeret quidem. Deinde hoc addimus: Nullum quidem eſſe dubium, quin propoſitionum ſingularium & contingentium veritas ex ipſis rebus, de quibus loquuntur, dijudicari debeat, quarum illae naturam tantum exprimunt: verum aliam longe rationem univerſalium illorum ſcitorum eſſe, & ab omni ſenſu abſtractarum propoſitionum, quibus omnium ſcientiarum & artium fundamenta continentur. Voces enim, quibus haec enuntiata conſtant, illas rerum rationes exprimunt, quae nusquam, praeterquam in ipſa mente, exſiſtunt, cujus ſpecies ſunt, formae, & νοήματα. Quare nulla res externa aut extra animum conſtituta normae inſtar eſſe poteſt & regulae, ad quam exigi queant & dirigi: ſed nativum ſit oportet & domeſticum, ſeu in ipſa hominis mente inſitum, ex quo veritas earum aeſtimari debeat: quod quale poſſit aliud eſſe, quam diſtincta & evidens earum ratio & comprehenſio, haud equidem aſſequor. Quidquid ex his animi noſtri notionibus & formis clare & diſtincte cognoſcimus, id eſt, ſeu, quod idem, id verum eſt. Omnis clara perſpicuaque notio res eſt exſiſtens, aut veritas aliqua: contra omne, quod animus conſequi & comprehendere nequit, id nihilum eſt aut falſitas. Hoc in primis ad naturam veritatis pertinet, quod evidenter poſſit cognoſci & intelligi: falſi vero & erroris perſpicuam ſibi fingere animo ſpeciem & formam, nulli licet hominum. Ipſi illi, qui falſis imbuti ſunt opinionibus, hoc tamen omnes concedunt & largiuntur, falſi nullam eſſe poſſe proprie ſcientiam & cognitionem. Veritatum enim abſtractarum & generalium cognitio nihil eſt, quam ſimplex & aperta variarum notionum, quae in animo noſtro ſunt, cognitionumque, quibus neceſſario junguntur inter ſe, perceptio. Quare qui falſi negant ſcientiam eſſe poſſe, illi hoc unice affirmant, nullas claras, diſtinctasque notionum animi noſtri perceptiones falſas eſſe poſſe. Falſas dum imbibimus animis ſententias, tum ipſa intelligendi facultas non falſo percipit & intelligit, verum obſcure tantum. Neque vis intelligendi, qua valemus, errat, ſed nos ipſi erramus, qui temere & imprudentes rebus aſſentimur nondum ſatis explorate cognitis & perſpectis. Haec quum ita ſeſe habeant, uti diximus, quum ne

(*x*) *Intelligeret quidem*] Hac de re quae ſupra jam dicta copioſe ſunt, hic conferri poſſunt. Pauci ſunt, id quod ibi probatum dedimus, qui hoc, quod in fundamentis demonſtrationis ſuae *Cudworthus* ponit, in dubium revocent. At *Carteſius* id negat, qui Deum efficere poſſe ſtatuit, ſimulate, num vero ex animo, non dixerim, ut inter ſe toto genere pugnantia ſimul vera ſint.

(*y*) *Exſequi*] Vellent, non dubito, multi, in

ne infinita quidem potentia veritatem rerum arbitratu ſuo fingere ac mutare queat, quum rerum univerſalium, abſtractarumque veritas in eo conſiſtat unice, ut clare ac diſtincte cognoſcamus, id inde efficimus, ne ſupremum quidem Numen perficere poſſe, ut falſam quamdam rem perſpicue ſentiamus exſiſtere, aut tales creare animos, qui falſi, id eſt, nihili aeque claras & perſpicuas, atque certi verique ſpecies & notiones formare ſibi poſſint. Nulla, ut exemplo rem illuminem, intelligentia, rationis compos & conſilii, quae, quid pars ſit, quid totum, quid cauſſa, quid effectus, cognoſcit, ita poteſt refingi & inſtitui, ut clare ſentiat & evidenter, partem toto majorem eſſe, aut effectum cauſſa ſua priorem. Quapropter confidenter dixerim, quamquam ſimul verecunde ac reverenter, non poſſe Deum, ſive in luna, ſive in alia quadam ſtella erratica, aut ubicumque demum velis, mundum creare ex naturis intelligentibus compoſitum, quae diſtinctas & apertas notiones habeant rerum perſpicuis & evidentibus rerum notionibus, quae nobis inſunt, oppoſitas & contrarias. Eumdem ego negem animae noſtrae vires 884
ita potuiſſe fingere, ut veri atque falſi aeque claras & evidentes informaremus ſpecies. Animus animo condi poteſt imbecillior aut fortior, obſcurior aut apertior, perfectior aut imperfectior. Sed ut mens rationis particeps creetur, quae claras diſtinctasque ſibi fingere queat rerum, quae nullae ſunt & nusquam, notiones, id vero nullo fieri modo poteſt. Omnis enim clara rei cujusdam perceptio eſt aliquid & reapſe exſiſtit. Infinita quidem potentia ex nihilo poteſt efficere aliquid, at ut nihilum ſit aliquid, aut aliquid nihilum, id non poteſt ulla ratione perficere. Nihil hic praecipio, praeter id, quod omnes uno ore decernunt Theologi, quando Deum negant res toto genere disjunctas & contrarias facere poſſe. Cujus quidem praecepti haec una eſt ratio, quod res iſtiusmodi nemo unus intelligere poſſit aut animo comprehendere. Quocirca qui hoc ſentiunt, illi perceptionem & cognitionem omni potentiae, ne illa quidem excepta, quae nullis coërcetus terminis, modum veluti ponere concedunt. Ex quo conſequitur, potentiae nihil eſſe in veritatem, cognitionem, & intelligentiam imperii, neque tantam eſſe infinitae potentiae virtutem, ut rerum, quae nullae ſint in ſe, claras informare nobis queat ſpecies & formas. Si ſupremum Numen rerum toto genere diſtantium & remotarum diſtinctas & perſpicuas in animis noſtris notiones excitare valeret, nil impedimento eſſet, quo minus easdem faceret. Quidquid enim clare percipitur & intelligitur, id ſine ulla controverſia infinita poteſt potentia perficere & (*y*) exſequi.

§. XCVI. Senſus, fateor, in ſe ſpectati, non illi ſunt, quibus tuto fides haberi queat: neque docent hi nos ſine controverſia, aut res illas exſiſtere, quas percipere nobis videmur, aut tales eſſe, quales nobis videntur. Nec quod veterum philoſophorum aliqui pronuntiarunt: *πᾶσα φαντασία ἀληθής*, *omne viſum verum*, id ab hac abit ſententia. Quamvis enim ſenſus veri falſique certi teſtes ac locupletes eſſe nequeant, verum talia rerum nobis tantum ſimulacra exhibeant, qua-

ſa hac demonſtratione majorem eſſe perſpicuitatem & evidentiam: mihi ſaltem iterum iterumque attente legenti eam & expendenti impedita paullum & obſcurior viſa fuit. Et propter hanc rationem ſine ulla eam animadverſione dimittendam eſſe ſtatui, ne fortaſſis ſententiam, a qua tamen alienus fuit, viro magno tribuerem. Judicent viri docti & rerum philoſophicarum periti.

(*z*) *Pre-*

qualia uniuscujusque naturae & constitutioni sunt accommodata, hoc tamen dubio caret, visum quodlibet verum esse visum. Sensus nostri, id quod exploratum est, longe interdum aliter res extra nos positas nobis sistunt, atque re vera sunt, in quo errant sine dubio, at non quod ad formam attinet, sed tantum quod ad materiam. Hoc ergo ratum est, non esse sensus integros veri nuntios & interpretes, sed ad sentientium naturam accommodate testari: nisi igitur ratio accedat & intelligentia, testimonio eorum scire nos & intelligere nihil posse, praeter id unum, res ita nobis vere videri, uti videntur. Ex quo illud veterum philosophorum, qui corpuscu'orum ope philosophati sunt, pronuntiatum manavit, quod a *Platone* proditum est litteris: (*) Ἦ σὺ διαχυείσαιο ἂν ὡς εἶαν σοι φαίνῃ ἕκαστον χρῶμα, τοιοῦτον καὶ καὶ ὅτῳ ἐν ζώῳ; *An tu affereres, qualis tibi unusquisque color apparet, talem canibus etiam & singulis animalibus apparere?* Quamobrem si nullum esset in nobis aliud cognitionis instrumentum, praeter sensus, rectèque veteres illi philosophi, qui Deum sustulerunt, docuissent, *cognitionem esse sensum*, nemo esset hominum, qui absolutam rei cujusquam veritatem sibi patere jure posset contendere. Omnia contra incerta forent & fallacia, merisque visis nixa; quemlibet, quod (z) *Protagoram* quondam praecepisse accepimus, τὰ αὑτῷ μόνον δοξάζειν, *sua tantum cogitare ac opinari*, confitendum foret: verum etiam esset illud, quod idem decrevit philosophus: πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι. *Quemlibet hominem sibimet ipsi rerum omnium mensuram esse, nec hominis ullius sententiam opinione alterius rectiorem & veriorem esse*, verum τὸ φαινόμενον ἑκάστῳ, *id quod unicuique verum esse videtur, id ei ipsi, cui sic videtur, verum esse.* Omnis enim veritas illorum tantum ratione veritas esset, qui eam vident & intuentur. Verum inter cognitionem seu intelligentiam, & sentiendi facultatem, qua praediti sumus, multum omnino interest. Haec quidem fallitur, resque nobis ita exhibet, ut in sensus incurrunt: verum illa res in se spectat & dijudicat, absolutamque rerum veritatem animis nostris significat. Quod enim supra jam docuimus, quidquid abstracte & in universum natura rationis particeps, ubicumque demum terrarum versetur, clare ac distincte cognoscit
885 & intelligit, id non privatim verum est & apud eum solum, qui sentit illud & percipit, valet, sed, uti Stoicis quibusdam vocatur, ἀλήθεια est καθολικὴ, *veritas publica & universalis, quae toti hominum generi scripta est*: de qua illud usurpes, quod de justitia naturae lege praecepta cecinit (a) *Empedocles:*

—— Δῆλα τ' ἠϋγμήδοιο
Αἰθέρος ἠχέεις τέτυγ', Δῆλα τ' ἀπλέτου αὐγῆς.

—— *Hoc quidem per latum aethera omnibus in partibus extensum est, perque ingentem splendorem.* ——

Si vel innumerabiles essent mundi, animalibus referti omnes ratione praeditis, nullus tamen foret eorum, in quo hoc pro certo veroque non habendum esset. Neque ipsam ullo modo credibile est, divinam & infinitam potentiam intelligentes ejusmodi naturas condere posse, quae clare ac distincte contraria illorum, quae nos

(*) Theaet. p. 154. (p. 119. ed. Ficini.)

(z) *Protagoram*] Lege de his *Protagorae* praeceptis *Platonem* in *Theaeteto* p. 118. *f.*

(a) *Em-*

nos intelligimus, perciperent. Quod quidem a nemine defendi poſſe putem, niſi ab eo, qui Deum quoque ducit efficere poſſe, ut res prorſus contrariae ſimul verae ſint. Sed quod multi intelligerent, ſentiendi facultatem non ejus ſemper eſſe nuntiam, quod ſimpliciter & univerſe verum eſt, ideo probabiliter huc demum delati ſunt, ut rationis quoque judicium & omnem animorum cognitionem aeque fallacem eſſe, nil dubitarent. Itaque fieri potuiſſe decreverunt, ut mentes hominum ita fingerentur a Deo, quem infinite potentem & nullis alligatum legibus conceperunt, ut rerum etiam falſarum apertas & diſtinctas informare ſpecies & notiones poſſent. His vero omnibus ſi quis minime ad aſſentiendum commoveatur, neque vetus illud carmen occentare deſinat: Quae diſputavimus adhuc univerſa, vera omnino certaque fore, ſi mentis noſtrae facultates ita eſſe conditas exploratum eſſet, ut falli & errare nequeant: Hac vero de re conſtare poſſe nemini, eo quod nulli liceat ſupra has facultates ingenio & meditatione adſcendere, huic homini vix eſt, quod reſpondeamus. Nihil enim aliud agit, quam quod mordicus & pertinaciſſime praejudicatam illam ſuam tenet & complectitur opinionem: Non ſenſus modo, verum etiam rationem & intelligentiam humanam, non id, quod in ſe & abſolute verum eſt, ſed quod ita nobis eſſe videtur, declarare, neque ullam ineſſe propterea in animis noſtris certam judicandi & aſſentiendi notam.

§. XCVII. Illud paullo probabilius videtur, quod nimis arroganter & ſuperbe naturas facere conditas dictitant, ſi certam ſibi & exploratam rerum cognitionem attribuant: falli & errare non poſſe, id vero in neminem cadere, niſi Deum, quem idcirco divini libri μόνον σοφὸν, *ſolum ſapientem*, nominent. Cui nos orationi ſic breviter occurrimus. Deus perennis ille fons eſt, unde omnis manat & manavit veritas & ſapientia, quae ſplendor & radius aeterni luminis, purum nec contaminatum potentiae divinae ſpeculum & bonitatis ejus ſimulacrum appellatur. Verbum divinum exemplum eſt omnis veritatis ἀψευδέστατον: nihil ei obſcurum & ignotum eſt: nullus illi error inſidiatur. At quae aliquando coeperunt naturae, quidquid habent veri, id inde acceperunt: mentes earum caligine laborant non exigua: multa perperam intelligunt & cognoſcunt: plura prorſus ignorant. Nihil Deo ejusque majeſtati decedit, ſi creatis mentibus hoc a divina benignitate ſtatuamus natura attributum eſſe, ut certo cognoſcant & intelligant: Bis bina eſſe quatuor: Paria paribus addita parem efficere numerum: Totum parte ſua majus eſſe: Cauſſam priorem effectu eſſe: Nihil exſiſtere poſſe ſine cauſſa: Et quae hujus generis aliae ſunt notiones omnibus communes hominibus, ex quibus univerſa oritur cognitio noſtra. Quorum quidem nihil ſi naturae ratione praeditae ſcirent & perſpectum haberent, quid, obſecro, vita earum, niſi ſomnium & umbra, foret? Quid ipſae, niſi miſera & ridicula fabrica, tumoris ac vanitatis plena? Quid praeterea in ſupremum Numen dici poteſt injurioſius, quam hoc, feciſſe eum naturas rationis compotes, quarum nulla certa prorſus fieri queat, utrum vere Deus exſiſtat, nec ne? Quid a ratione magis alienum, quam contendere, ſic a Deo nos eſſe conditos, ut hac una in tanti momenti cauſſa nos con-

(a) *Empedocles*] Exſtant hi verſus ejus apud *Ariſtotelem Rhetoricor. Lib.* I. *Cap.* 13, *p.* 737. *Tom.* III. *Opp.*

contentos eſſe oporteat argumentatione, ſi mentis noſtrae facultates non fallunt; quod tamen nulli eſt cognitum, Deus eſt. Concludam diſputationem hanc contra *Carteſium Origenis* dicto: Μέγιστον τῶν ὄντων βέβαιον θεώρημα. *Omnium, quae ſunt & exiſtunt, rerum firmior nulla eſt cognitione ac ſcientia.* In hac enim certi habemus aliquid, quod nusquam alias offendimus. 186

§. XCVIII. Ergo illud jam tenemus, quod *Archimedes* tanto ſtudio quaerebat, certum quoddam ac firmum, quo ſecuri diſputantes nitamur, fundamentum: Notiones intelligo, quibus omnes utimur: quarum quidem ita certa eſt & explorata veritas, ut falſae nullo eſſe modo poſſint; quibus ſublatis aut labefactatis, omnis continuo deſinat neceſſe eſt veri inveſtigandi & judicio contendendi ratio. Illud nunc fundamentum non ad rem aliquam concutiendam & loco ſuo movendam adhibebimus, quod *Archimedi* propoſitum erat, ſed ad Deum contra omnis generis adverſarios defendendum. In qua nobis diſputatione forma illa ſpeciesque Dei, quam mentibus noſtris inſitam gerimus, cujus adhuc patrocinium adverſus profani generis impetus ſuſcepimus, ducis inſtar & praeſidii erit. Sciunt, qui his rebus delectantur, (*b*) *Carteſium* non ita pridem hoc negotium aggreſſum atque gloriatum eſſe, ſeſe ex idea Dei aeque certo probaturum, eſſe Deum, atque Geometrae ſua demonſtrare ſolent enuntiata. Summa vero argumentationis ejus haec fere eſt: Species formaque naturae perfectiſſimae ſeu Dei, quae mentibus noſtris inſidet, neceſſitatem in ſe complectitur exiſtendi. Ergo Deus exiſtit. Haec illa eſt ratiocinatio, quam is, qui eam excogitavit, aut potius a ſcholaſticis dudum adhibitam renovavit, tam certam, validam, & perſpicuam eſſe cenſet, ut illo eam minime inferiorem eſſe argumento judicet, quod ex notione trianguli ducere ſolent Geometrae ad hoc dogma probandum: Tres anguli trianguli duobus rectis aequales ſunt. At nihilo tamen minus tam fecunda ratio haec fortuna nondum uſa eſt, ut multos in ſui admirationem alliceret ac ad Deum ſanctius venerandum ſtimularet. Sunt alii, iique non pauci numero, qui ad captiones & ſophismata totam referendam eſſe ducunt. Ego quidem nullius argumenti, quo ſupremi Numinis rebus conſulere viri docti ſtuduerunt, virtutem aliquo pacto diminuere, conſtitutum habeo; nec viciſſim tamen cautius aliquid fugio, quam ne vanis hac in cauſſa & futilibus argumentis vim, qua deſtituti ſunt, tribuiſſe videar. Quamobrem primum, qua fide & diligentia potero, tum quae contra hoc afferri ſolent argumentum, tum quae pro ſtabiliendo ejus jure diſputantur candide & ſine ullo partium ſtudio explicabo: quo facto ipſos judicare jubebo intelligentes rerum exiſtimatores, utram partem ſequi & amplecti (*c*) malint.

§. XCIX. Quae ad hujus argumenti vim enervandam afferri ſolent, haec fere ſunt. Principio quod nos formam ſpeciemque naturae perfectiſſimae, quae neceſſariam quoque exiſtentiam complectitur, animis informare poſſumus, id argu-

(*b*) *Carteſium*] Vid. Principia ejus philoſophiae *P.* I. §. 13. *ſ. p.* 4. & *Meditat. Metaphyſ.* V. *p.* 81. & alias.

(*c*) *Malint*] Prudenter hic, ut multis in locis aliis, vir eruditiſſimus diſſerit. Ea enim ipſa, qua vivebat & haec ſcribebat, aetate principes eruditorum in Britannia de vi hujus argumenti vehementer inter ſe diſſidebant: quorum nullos alienare a ſe nimia judicandi libertate conſultum ducebat. Familiaris ejus, vir longe doctiſſimus, *Henr. Morus*, non obſcure favebat huic *Carteſii* argumento, id quod ex *Antidoto* ejus adverſ. *Atheiſ-*

Digitized by Google

gumento minime eſt, naturam ejusmodi reapſe extra nos exſiſtere. Nam quis neſcit, multarum rerum a nobis ſpecies mente & cogitatione fingi poſſe, quae nec ſunt tamen usquam, nec ullo erunt tempore? Quidquid certo ex forma erui poteſt naturae perfectiſſimae, quam animo comprehenſam habemus, id hoc unum eſt, ſi nihil in eam formam incluſum ſit, quod inter ſe pugnet, ſeque tollat mutuo, tum fieri poſſe, ut ejusmodi natura vere extra nos verſetur. Sed vis argumenti hujus non in hac praecipue concluſione poſita eſt: Inſidet in animis noſtris forma abſolutae cujusdam naturae: Ergo illa exſiſtit natura; Verum in hac omnis ejus facultas latet: Ineſt in nobis talis naturae perfectiſſimae ſpecies, quae neceſſariam continet exiſtentiam, quâlis notio nullis aliis rerum formis adjuncta eſt: Itaque talem eſſe naturam credendum eſt. Quocirca ſic illud porro adgredi poſſunt, qui ei male cupiunt. Nemo ſanus dubitat, quin ad naturae perfectiſſimae formam neceſſaria pertineat exiſtentia. Quae res enim non exiſtit neceſſario, ſed eſſe poteſt & non eſſe, eam quis, quaeſo, abſolutam & perfectam dixerit? Verum 887
inde confici negamus, reapſe perfectam ejusmodi naturam in orbe verſari. Circumſpiciamus omnia ſollicite, quae ex hocce manare poſſunt principio, nihil tamen praeter hoc unum habebimus: Quidquid non ex infinito tempore ac neceſſario exiſtit, id perfectiſſimum haberi nequit. Et viciſſim: Si qua exiſtit natura omnis particeps, quae cogitari poteſt, abſolutionis, ea cum exſtitit ſemper neceſſario, tum exiſtet ita perpetuo, ſeu, quod idem eſt, ex omni per ſe exſtitit aeternitate initii plane expers & ad infinitum tempus, eo quod perire nequeat, ſine ulla corruptione & mutatione permanebit. Quod ſi haec valet concludendi ratio: Forma ſpeciesque naturae perfectiſſimae neceſſariam exiſtentiam adjunctam habet: Igitur exiſtit natura talis perfectiſſima, haec etiam ejusdem momenti ſit neceſſe eſt ratiocinatio: Ad formam naturae abſolutiſſimae referri etiam infinita neceſſario debet ſcientia & interminata potentia: Ergo exiſtit abſoluta ejusmodi natura, cui nec ad ſcientiam aliquid, nec ad potentiam deeſt. Atqui evidens eſt, utriusque argumenti virtute hoc tantum effici poſſe: Quod ſi usquam natura exiſtit perfectiſſima, in ea & ſcientiam, potentiamque nullis circumſcriptam limitibus ineſſe oportet, neque ullum cuiquam eſſe poteſt dubium, quin ea ſemper neceſſario fuerit, nec umquam ceſſatura ſit exiſtere. Quapropter inſidioſe ac fallaciter concludunt, qui ex eo, quod conceditur, ſi natura foret perfectiſſima, eam neceſſariam quoque ac aeternam fore, hoc eruunt conſectarium, eſſe naturam ejusmodi. Quod enim ſub certa datum erat conditione, id illi ſimpliciter & abſolute dictum interpretantur. Sunt nonnulli, qui neceſſitatem omnium caſuum & eventuum humanorum, verbi gratia, peccati Adami, hac ratione probant: Certum fuit, antequam haec res contingeret, Adamum arboris vetitae fructum aut guſtaturum eſſe aliquando, aut non guſtaturum. Si certum fuit, eum fructum illum guſtaturum eſſe, neceſſarium fuit, ut eam aliquando attingeret, nec id caſu & libere accidit. Sin eum certum exſtitit non delibaturum fore fru-

tium Lib. I. Cap. 8. p. 22. Scholiaque ad h. l. p. 145. f. aliisque locis intelligitur: nec paucos is habebat ſecum hac de re conſentientes. Contra vanum & futile ſophisma hanc eſſe rationem contendebat, praeter alios, *Sam. Parkerus in Tentaminibus Phyſico-Theolog. de Deo Lond. 1675.* 4. editis *Lib. I. Cap. 5. p. 37. f. & in Diſputationibus de Deo & providentia Diſſ. VI. Sect. XXIV. p. 567.* Nec difficile tamen intellectu eſt, ad eorum propenſiorem fuiſſe partes *Cudworthum*, qui hoc argumentum parum eſſe robuſtum opinatur.

fructum illum, neceſſarium fuit, ut ab haece arbore abſtineret. Neutrum igitur libere committere potuit, ſed utrumque fataliter fieri debuit. In hac perſpicuum eſt argumentatione neceſſitatis illud genus, quod certis alligatum eſt conditionibus, temere commiſceri abſolutae neceſſitati. Incipit argumentum a neceſſitate conditionibus definita, at definit, quod in primis vitioſum eſt, in abſoluta. Simili modo peccant, quorum hoc argumentum eſt, cujus res hic agitur: Primum aſſumunt, eſſe naturam perfectiſſimam; hoc freti veſtigio, fieri non poſſe decernunt, quin ea natura, ſi ſit, neceſſario ex omni aeternitate exſiſtat. Tum vero ſe ſub certa conditione argumentatos eſſe diſſimulant, & abſolute concludunt, exſiſtere naturam ejusmodi omnis compotem perfectionis. In formam ſpeciemque naturae perfectiſſimae neceſſaria omnino includi debet exſiſtentia. Ex quo efficitur, ſi natura talis ſit perfectiſſima, fieri nullo modo poſſe, quin ea non poſſit non eſſe ac exſiſtere. Sed hoc nulla inde arte extorqueas, eſſe revera naturam ejusmodi. Nimis enim hae duae propoſitiones diſtant, quam ut credi queat, unam neceſſario conſequi alteram. Contra poſterior earum: Eſt omnino natura quaedam ex omni parte perfecta aut Deus, ad illas hoc modo res amandari videtur, quas nullo pacto demonſtrare licet. Aſſumitur enim, ex antecedenti quadam & neceſſaria cauſſa, ſive *a priori*, probari poſſe, eſſe Deum, ſeu naturam abſolute perfectam: quod quidem antea declaravimus ab omni ratione remotum & penitus abſurdum eſſe.

§. C. Nunc aequitas poſcit, ut pro virili parte, quae hujus argumenti cauſſae conducunt, viciſſim colligamus & explicemus. Forma ſpeciesque Dei ſeu naturae perfectiſſimae ita ſeſe habet, ut qui eam intuetur, ſtatim ſentiat, eam non poſſe non exſiſtere: ex quo efficitur ſine ulla controverſia, eam reapſe exſiſtere. Formae ſpeciesque rerum illarum, quae conflatae ſunt ex pugnantibus inter ſe ac contrariis, omnes continuo docent, ut res exſiſtant illae, nulla fieri ratione poſſe. Quare ex ipſa earum notione concludimus, nec exſiſtere illas res, nec ullo tempore exſtituras eſſe. Ceterarum vero rerum, quae ex pugnantibus haud ſunt compoſitae, tametſi minus perfectae ſint, notiones & ſpecies nihil continent, quod impedimento ſit, ne revera ſint & exſiſtant. Ergo ſimulatque vel notionem adſpeximus, pronuntiare nobis integrum eſt, fieri poſſe, ut illae vel ſint, vel non ſint. Eadem naturae perfectiſſimae eſt ratio: cujus notio ſpeciesque quum neceſſariam complectatur in ſe exſiſtentiam, talisque menti noſtrae videatur, ut non poſſit non exſiſtere, aut in ipſa eſſentia contineat etiam exſiſtentiam, aeque firmiter nos decernere decet, non hoc, nihil obſtare, quo minus exſiſtat, neque illud, exſiſtere eam poſſe, aut non poſſe, verum reapſe eam exſiſtere, nec
388 poſſe ulla ratione non exſiſtere. Certe quando res parum perfectas, quarum tamen notiones ex rebus pugnantibus haud ſunt compoſitae, dicimus aut eſſe aut non eſſe poſſe, tum tacite confitemur, eſſe naturam quamdam perfectiſſimam. Neque enim, quod nihilum eſt, fieri poteſt aliquid, niſi exſiſtat aliquid & adſit, quod ſatis facultatis & virium ad illud producendum & efficiendum habeat. Verum quidem eſt, nos multa cogitatione depingere, quae nec ſunt usquam, nec umquam futura ſunt: Sed hae rerum ſpecies non id adjunctum natura habent, ut neceſſario res illis deſignatae exſiſtere debeant. Poſſunt exſiſtere & non poſſunt. Quare ex hoc mi-

(*d*) *Petere*] Acres illae ac multifariae conciones, quae de hujus argumenti, quo *Carteſius* eſſe

minime conſequitur, naturam omnis abſolutionis participem, a cujus forma neceſſitas exſiſtendi abeſſe nequit, nihilo tamen minus poſſe non exſiſtere. Igitur haec exſiſtendi neceſſitas, quam in ſpecie naturae omnibus numeris abſolutae ineſſe dicimus, non ita ſpectari debet, ac ſi conditionem quamdam adjunctam haberet. Falluntur, qui ſic rationem ſubducunt: Quod ſi res & natura perfectiſſima in orbe exſiſtit: tum quoque exſiſtere eam oportet neceſſario. Hoc enim modo concludere oportet: Tametſi res ex repugnantibus rebus compoſitae nullo modo exſiſtere poſſunt: Etſi res a ſumma perfectione ſejunctae & eſſe queunt & non eſſe: illa tamen natura, cui nihil ad perfectionem deeſt, non poteſt non eſſe, ſed ſine controverſia exſiſtit. Quod ſi argumentationis, quam ex Dei notione ducimus, vis ex conditione quadam penderet, nec niſi haec eſſet: Si natura quaedam exſiſtit perfecta, neceſſario exſiſtit, id inde manifeſto conſequeretur, fieri poſſe, ut natura omni ex parte abſoluta, tametſi in ipſa forma ſua neceſſitatem exſiſtendi comprehenſam habeat, & eſſet, & non eſſet. At quid, quaeſo, abſurdius, quam affirmare, rem unam eamdemque & neceſſario exſiſtere & non neceſſario? Multo etiam clarius, quanta hujus ratiocinationis ſit futilitas, apparebit, ſi aliis rem, de qua agitur, verbis efferamus, hac nimirum ratione: Neceſſitas exſiſtendi ſeu exſiſtentia neceſſaria pertinet ad ipſam naturae perfectae eſſentiam. Nimis enim foret ridiculus, qui rationis hoc modo expreſſae vim ſic conaretur evadere: Quod ſi eſt in orbe natura perfectiſſima, certe eſt, nec eſſe non poteſt. Quod quidem enuntiatum utique verum, at ineptum & abſurdum ſimul eſt. Quae quum ita ſint, res ipſa credere nos jubet, amplius aliquid ex eo fluere, quod neceſſitas exſiſtendi a forma naturae perfectiſſimae ſeparari nequeat: quod quale poſſit eſſe neſcio, niſi hoc, eſſe eam & reapſe exſiſtere. Huc accedit, quod nemo unus eorum, qui Deum profitentur eſſe, probare queat, Deum non fortuito & caſu exſtitiſſe, ſi ex neceſſitate exſiſtendi, quam notio ejus perpetuo adjunctam habet, demonſtrare haud liceat, eum non poſſe non eſſe. Nihil vero eſt, cur ſibi aliquis perſuadeat, quod non pauci faciunt, eos, qui hoc argumentum adhibent, id ſibi ſumere, ut *a priori*, quod vocant, ſeu ex antecedenti quadam & neceſſaria cauſſa probent, Deum eſſe. Nullius enim neceſſitatis rationem habent, niſi ejus, quae in ipſo ineſt Deo, ejusque naturam & notionem perpetuo comitatur, id eſt, ipſam perfectiſſimae naturae ejus neceſſitatem. Expoſui utriusque partis momenta: jam viderint, qui ratione valent & judicio, neque odio aut amore trahuntur, quanti roboris ſit *Carteſii* pro Deo argumentum, quod ex ejus forma ſpecieque ducit: In forma Dei eſt neceſſitas exſiſtendi: Ergo Deus exſiſtit neceſſario. Proclive enim ex his judicatu erit, utrum rectius faciant, qui ad ſophismata illud & captiones referunt, an vero qui non mediocre pondus ejus eſſe contendunt. Ego quidem parum arbitror veriſimile, multos ejus turbae, quae a Deo abhorret, virtute rationis hujus ad Deum agnoſcendum adductos eſſe, neque ullus fere dubito, quin contemtores Dei nullo plane illam numero habituri, auctoremque ejus id extra litem ponere, quod in quaeſtione ac diſceptatione verſatur, dicturi ſint. Summam argumentationis hanc eſſe affirmabunt: Deus eſt, quoniam eſt, aut non poteſt non eſſe: Id vero eſſe *principium*, quod ajunt, (*d*) *petere*.

§. CI.

eſſe Deum probare voluit, virtute inter maximi nominis viros dudum viguerunt, neminem fugiunt re-

Digitized by Google

889 §. CI. Quae quum ita ſeſe habeant, nos quidem aliam ingrediemur viam, quo ex ratione formaque Dei, quatenus neceſſitatem exſiſtendi continet, id fluere

rerum vel mediocriter gnarum, quae Theologos inter & Philoſophos geruntur. Stant ex utraque parte viri perſpicaces & ingenioſiſſimi, quorum praecipuos & veluti capita *Petrus Bayle Dictionaire Hiſtor. & Crit. Tom.* IV. *voce Zabarella Not. F. p.* 2901. & *Jo. Alb. Fabricius* in *Delectu argumentorum pro veritate religionis Chriſtianae Cap.* 10. *p.* 325. *ſ.* nominarunt. [Adde omnino *Gabr. Daniël Voyage au Monde de Mr. des Cartes Tom.* I. *p.* 120.] Ego tam longae tamque ſpinoſae litis arbiter eſſe nolo: nec, ſi vellem, talis eſſem, qui cognitionem cauſſae hujus jure poſſet ſibi arrogare: At nonnullis tamen eorum diligentiam obſervatiunculis juvabo, qui accuratius ſibi in hanc cauſſam inquirendum eſſe ducunt.

(I.) Igitur obſervari velim, *Carteſio* hoc argumentum *ab idea innata* non inter ea poſitum eſſe principe loco argumenta, quibus homini Deum eſſe neganti probari queat, eſſe & exſiſtere omnino Deum. Spectavit Philoſophus hic illud ut rationem, qua ſemet ipſum aliquis convincere queat & debeat, non poſſe non naturam eſſe ſempiternam & perfectiſſimam. Video viros longe doctiſſimos, neque multo majores & perſpicaciores in hac eſſe ſententia, voluiſſe *Carteſium*, qui Atheos feliciter debellare velit, illi ab hoc argumento diſputationis initium eſſe faciendum; nec ipſi magni hominis meliores diſcipuli aliter praecipere videntur. Mihi vero omnia, quae de hac ratione ab eo ſcripta ſunt, legenti & relegenti non licuit illud ex verbis eius intelligere. Quaerit e contrario hoc tantum *Carteſius*, quomodo homo ſibi relictus & de rebus omnibus extra ſe poſitis, propter ſenſuum fallaciam, dubitans, ex ipſa animae ſuae conſideratione certus fieri queat, eſſe aeternam rerum omnium ſuique ipſius cauſſam, naturamque perfectiſſimam? idque putat fieri poſſe, ſi quis notionem Dei in anima ſua expreſſam attente contempletur. Scilicet hoc fundamenti ponit loco: Nemo de rei alicujus veritate certus eſſe poteſt, n ſi cognoverit antea, eſſe Deum, qui nos fallere nolit. Hoc poſito, ſciſcitatur, unde ad hanc aliquis pervenire queat notitiam, ſepoſitis omnibus illis rebus, quae in ſenſus incurrunt? reſpondetque, ipſam Dei ſpeciem innatam ſufficere unicuique poſſe, ad ſibimet ipſi hoc perſuadendum: Ab hac enim ſpecie exſiſtendi neceſſitatem ſeparari nullo modo poſſe. Cohaerent omnes inter ſe *Meditationes Metaphyſicae Carteſii*, multique in illis exponendis, diiudicandis, & refellendis ideo vehementer mihi videntur eſſe lapſi, quia filum ratiocinationum ejus haud ſequuti ſunt, ſed quasdam ejus ſententias in ſe, nulla connexionis cum reliquis ratione habita, contemplati ſunt.

(II.) Ipſe in hoc argumento explicando *Carteſius* neque ſatis eſt perſpicuus, id quod paullo poſt exemplo demonſtrabitur, neque ſatis conſtans, ſed anceps & lubricus, niſi me fallit opinio. Vocabulorum, quibus utitur, primo certas & apertas non ſuppeditat notiones: principia, ex quibus concluſiones ſuas ducit, ſubinde mutare videtur: adverſariis nunc aliquid largitur, nunc, quod largitus erat, id ipſum reddi ſibi vult: jam novam viam ipſum inire, jam viciſſim id, quod omnes dudum falſi ſunt, inculcare tantum dixeris: Nonnumquam in ipſa diſputatione, aeſtu & fervore meditandi abreptus, citius ad concluſionem, quam lectorum plerorumque patitur ingenium, properat, omiſſisque nonnullis enuntiatis & propoſitionibus intermediis, quibus lux demonſtrationis carere non poterat, ad metam rei, quam demonſtrandam ſuſcepit, repente volvitur. Animadverti, ut hoc praetereundo moneam, magni hujus viri ſcripta legendo, non ſatis ubique cautum & felicem fuiſſe illum in deligendis vocabulis ad abſtractas animi ſui notiones exprimendas aptis, neque raro in ipſo diſputationis curſu deficere, id eſt, nonnulla omittere ac in animo retinere, quae ad perficiendam & illuſtrandam plane demonſtrationem monitu neceſſaria erant. Eſt hoc vitium illis familiare, qui res a ſenſibus remotas meditatione & ingenio perſequuntur, qui quum nexum & ſeriem propoſitionum, quas volvunt animo, plane perſpiciant, lectores ſuos eadem facilitate omnia, quae volunt, perſpecturos eſſe arbitrantur, ideoque reticent nonnulla, quae exprimere multo ſatius fuiſſet. Ita vero fit, ut a multis parum accurate intelligantur & concertationibus non neceſſariis locum faciant. Qui *Carteſium* ſequuti ſunt, pariter in explicando hoc argumento multum inter ſe diſſident, neque tres fortaſſis ſcholae ejus alumnos reperias, qui eamdem viam in enodanda hac ratione, & removendis, quae objecta illi ſunt, impedimentis incedant. Nec minor eſt diſcordia eorum, qui contra hoc argumentum dixerunt: quorum quidem haud pauci non quod *Carteſius* ſenſit, ſed quod ipſimet ſenſiſſe eum opinantur, aggrediuntur. Minus vero hoc mirabuntur, qui ſecum cogitaverint, difficile eſſe rem a ſenſu plane remotam & ex ipſis animorum noſtrorum adytis eruendam ad omnium intelligentiam exponere, maxime, ſi vocabula, quibus ea enuntiari debet, non unam poteſtatem habeant & varie definiantur.

(III.) Duo in primis in illis vitia mihi deprehenditſe viſus ſum, qui hoc argumentum eo, quo poſitum eſt a *Carteſio*, loco movere ac inter ſophiſmata referre conati ſunt. Duplex primo argu-

re conſectarium, quod quaerimus, doceamus: *Eſt omnino Deus.* Id ut conſequamur ita nobis primum argumentari liceat: Recte omnino judicant, qui ex eo, 890
quod

gumentum a *Carteſio* ex innata Dei notione ducitur: quorum alterum quidem tale mihi eſſe videtur: *Eſt in me perfectiſſimae naturae notio: Hanc notionem a me ipſo non accepi: multo enim imbecillior & infirmior ego ſum, quam ut notionem tam abſolutam in animo meo informare queam: Aliunde igitur eam nullam eſt dubium, quin traditam habeam. Perfectiſſimae vero naturae notionem nemo, niſi qui perfectiſſimus ipſe eſt, gignere ac comparare poteſt.* Qualis enim effectus, talis cauſſa ejus. *Sit igitur oportet natura talis, qualis eſt notio illa, quam in animo meo impreſſam gero.* Vid. *Carteſii Principia Philoſophiae Part.* I. §. 17. *ſ.* p. 5. Alterum argumentum eſt illud ipſum, quod hic a *Cudworthо* expoſitum eſt: *Eſt in me notio naturae perfectiſſimae: Haec notio neceſſariam continet exiſtentiam: Ergo exiſtat neceſſe eſt res illa, cujus notionem ineſſe in animo meo ſentio.* Non omnes *Carteſii* ſectatores bina haec magiſtri ſui argumenta, quae diverſi generis ſunt, recipiunt, ſed aliqui hoc, alii illud, alii denique utrumque probant. At qui his argumentis haud favent, illi discrimen eorum in diſputando ſaepe negligunt & utramque rationem confundunt: ex quo fit, ut multa differant, quae ſua eſſe & praeceptoris ſui Carteſiani negant: Duplex deinde via eſt haec argumenta *Carteſii* aggrediendi. Nam aut ipſa convelli poſſunt eorum initia & fundamenta: aut fundamentis & principiis ſuo loco relictis, concluſiones tantum ex illis ductae infringi. Fundamentum utriusque argumenti eſt doctrina *Carteſii de ideis* & de earum in *innatas* & *adventitias diſtributione.* Superiorem igitur qui viam ingredi ſuum ducit, ejus eſt in implicatam & propemodum inenodabilem de idearum ortu & natura controverſiam ſeſe immittere, quae tot ſummis ingeniis viros aetate noſtra exercuit. Poſterior cui via placet, eum integra & illibata ſervare oportet *Carteſii* de formis & ſpeciebus innatis dogmata, &, his etiam veris & certis, argumenta tamen ejus ſophismata fore, planum facere. Ne hoc quidem, ſi recte judico, ab omnibus illis obſervatum eſt, qui has rationes aggreſſi ſunt. Sunt in illis, qui argumentis illis bellum denuntiant, qui non ſecus agunt, ac ſi bene ſibi cum *Carteſio* in doctrina *de ideis* conveniret: ſed ex ipſa facile diſputatione intelligas, vehementer eos a *Carteſio* hoc in dogmate diſſentire. Sunt viciſſim alii, qui tam confuſe ac vitioſe rem ſuam inſtituunt, ut incertum plane ſit, utram ſequi viam voluerint. Ac ſi umquam, in ejusmodi profecto certaminibus, quae res attingunt ſolis animorum oculis patentes, videndum eſt, quidnam adverſario dare liceat, & quid proprie in diſceptationem veniat.

(IV.) Dicam nunc de ipſo poſteriori argumento aliquid, cujus hic cum primis res agitur. De quo ut tanto liceat nobis commentari apertius, ipſis illud *Carteſii* verbis primum exprimam: *Animus meus*, inquit, *conſiderans inter diverſas ideas, quas apud ſe habet, unam eſſe entis ſumme intelligentis, ſumme potentis, & ſumme perfecti, quae omnium longe praecipua eſt, agnoſcit in ipſa exiſtentiam, non poſſibilem & contingentem tantum, quemadmodum in ideis aliarum omnium rerum, quas diſtincte percipit, ſed omnino neceſſariam & aeternam. Atque ex eo, quod, exempli cauſſa, percipiat in idea trianguli neceſſario contineri, tres ejus angulos aequales eſſe duobus rectis, plane ſibi perſuadet triangulum tres angulos habere aequales duobus rectis: ita ex eo ſolo, quod percipiat, exiſtentiam neceſſariam & aeternam in entis ſumme perfecti idea contineri, plane concludere debet, ens ſumme perfectum exiſtere. Magisque hoc credit, ſi attendat, nullius alterius rei ideam apud ſe inveniri, in qua eodem modo neceſſariam exiſtentiam contineri animadvertat. Ex hoc enim intelliget, iſtam ideam entis ſumme perfecti non eſſe a ſe efficiam, nec exhibere chimaericam quamdam, ſed veram & immutabilem naturam, quaeque non poteſt non exiſtere, cum neceſſaria exiſtentia in ea contineatur. Carteſii Principia philoſ. Part.* I. §. 14. p. 4. Perſpicuum eſt, his in verbis hoc argumentum contineri: *Deus exiſtit aut natura perfectiſſima. Nam notio Dei, quam animo meo incluſam habeo, neceſſariam continet exiſtentiam, aut clare ego concipio, ad notionem naturae perfectiſſimae exiſtentiam non poſſe non pertinere.* Quare qui hanc ratiocinationem aggreſſi ſunt viri longe doctiſſimi, id ſibi datum eſſe maxime crediderunt, ut oſtenderent nullam eſſe connexi huius vim: *Quia ad notionem rei perfectiſſimae exiſtentia quoque pertinet neceſſaria, ideo res perfectiſſima, cujus ego notionem in animo habeo, exiſtit quoque.* Nec opinio eos hic fefellit. Experiar & ego num, quae animo meo ſunt oborta hanc rem meditanti, apte queam & evidenter explicare: nec vero id tam docendi, quam diſcendi ingeniumque exercendi cauſſa faciam. Mittamus omnem *de ideis & de natura idearum* quaeſtionem, *Carteſio*que concedamus, eſſe in nobis expreſſam aliquam ſupremi Numinis imaginem, ſeu exemplar aliquod ipſi divinae naturae ex toto reſpondens. Hanc igitur *notionem* ſeu *ideam Carteſius* contendit *notionem exiſtentiae* & *exiſtentiae* quidem *neceſſariae continere ac complecti.* Enuntiatum vero hoc: *Idea Dei continet neceſſariam exiſtentiam*, non ſatis mihi apertum eſſe, ſed ambiguitatis aliquid videtur alere: in qua me id potiſſimum confirmat ſententia, quod viros etiam in-

Digitized by Google

891 quod rem aliquam cogitatione depingere & conjectura informare poſſumus, ſequi
892 negant rem illam exſiſtere. At hoc tamen exploratum eſt: Cujuscumque rei formam

genio maximos ſententiam ejus non eodem modo expreſſiſſe video. Quo hanc melius cauſſam & dilucidius cognoſcere ac dijudicare nobis licoat, generatim primum de *exſiſtentia*, deinde *de neceſſaria exſiſtentia* differam, id eſt: Inquiram primum quale ſit id, quod *Carteſius* & poſt eum plures alii ſibi volunt, quum dicunt: *Idea rei alicujus continet exſiſtentiam:* poſtea, addito vocabulo: *neceſſariam*, quaenam vis ſciti hujus ſit: *Idea rei alicujus continet exſiſtentiam neceſſariam*, explorabo. Utroque facto, longe facilius de ipſius argumenti, cujus res hic agitur, poteſtate ac viribus pronuntiabimus. Quid igitur intelligi a nobis volunt philoſophi, quum confirmant: *Idea hujus vel illius rei continet exiſtentiam*? Exſiſtentia in ſe & abſolute ſpectata notio eſt ſeu viſum animi noſtri, cui nihil in re ipſa reſpondet, quamque ſeverius meditando tantum a re ipſa, quae exſiſtit, abſtrahimus & ſejungimus. Et notio ideirco exſiſtentiae contemplando a notione rei exſiſtentis ſejuncta, nihilum proprie & umbra eſt. Hoc ſi modo ſpectetur *exſiſtentia*, ſenſus praecepti, quod diximus, hic erit: *Licet mihi meditando ab hac vel illa notione exſiſtentiam ſecernere eamque ſeparatim & abſtracte animi mei oculis ſiſtere.* Sed perſpicuum eſt, praeſenti quidem in cauſſa ejus hanc ſententiam eſſe non poſſe. Etenim, ut omittam alia, omnes res, omniumque rerum notiones ita ſeſe habent, ut *exiſtentia* ab illis meditando ſejungi queat: hic vero de ſingulari quadam non omnium, ſed certarum tantum notionum indole ac proprietate agitur. Relinquitur ergo, ut *exſiſtentiam* in hac propoſitione non abſtracte, ſed quatenus in re ipſa aut in notione rei eſt, conſiderari ſtatuamus. Exſiſtentia vero, quatenus in re ipſa eſt, quae exſiſtit, proprie non differt a re exſiſtente. Res nimirum aut notio rei duplici a nobis ratione ſpectari poteſt: primo, quatenus certis praedita eſt proprietatibus & qualitatibus: deinde quatenus eſt & exſiſtit. Illius ſpeciei abſtractam notionem *Metaphyſici*, niſi me fallit opinio, *eſſentiam*, hanc *exſiſtentiam* vocare ſolent. Haec duo vehementer differunt, quoties animum a ſenſibus avocamus & cogitatione ſola rerum naturas metimur. Verum ad rem ipſam quum revertimur, ea non diſtare, & diverſos tantum eſſe rem unam eamdemque conſiderandi modos, animadvertimus. Non placet haec ſubtilius nunc indagare: Ratum nobis hoc tantum eſto, *exſiſtentiae notionem* hic eſſe *notionem rei ipſius exſiſtentis, quatenus eſt & exſiſtit.* His poſitis, triplicem cognoſco dicti hujus ſententiam eſſe poſſe: *Notio rei hujus continet notionem exſiſtentiae*, aut, ſi aliis idem verbis fas eſt exponere: *Exſiſtentia rei non poteſt d velli ab eſſentia ejus.* Prima haec erit: *Quotiescumque notionem rei hujus intelligentiae ac contemplationi ſubjicio, toties non poſſum non eam, ut exſiſtentem conſiderare.* Verum hanc fuiſſe *Carteſii* mentem, aegre mihi perſuaſerim. Proprium enim hoc eſt omnium omnino notionum, ſive verae, ſive commentitiae ſint ac fictae. Nulli nempe licet de eſſentia rei cujusdam, qualiscumque demum ſit, cogitare, quin ei ſtatim exſiſtentiae notionem adjungat. Finge tibi animo ſpeciem camporum Elyſiorum, Tartari, Pegaſi, Centauri, & ſi quid his fabuloſum magis umquam a Poëtis traditum fuit: ſimulatque ſpecies haec aderit in animo tuo, exſiſtentiae notio cum ea ſociata erit: quam niſi copulatam ſibi haberet, ne cogitare quidem de ea tibi liceret. Nam quodcumque non exſiſtit, id nihil eſt: de nihilo vero nemo umquam ratiocinatus eſt vel cogitavit, aut cogitare poteſt. Detrahe igitur de Sirenes aut Centauri notione exſiſtentiae notionem, & omnis ſtatim meditatio tua ſublata erit, quoniam eſſentiae ſimul notio ad nihilum redacta erit. Non nego, poſſe aliquem de his vel illis rebus cogitantem, certum eſſe, eas haud exſiſtere; at quamdiu tamen de illis ſecum commentatur & differit, non poteſt non eas ut exiſtentes concipere & ob oculos ſibi ponere. Quae quum ita ſeſe habeant, lepide prorſus & inepte argumentatus eſſet *Carteſius*, ſi hoc modo rationem concluſiſſet: *Deus exiſtit: Nam notionem Dei quum in animum mihi revoco, Deum ut exiſtentem concipio, ſeu in notionem Dei, tanquam naturae exiſtentis notionem, intuor.* His veſtigiis alius Cerberum, Chimaeram, Sphingem, & alia ejusmodi commenta vere exſiſtere, recte concluſerit. Altera propoſitionis, de qua loquimur, haec eſſe ſententia poteſt: *Notio hujus vel illius rei ejus eſt generis, ut facile mihi perſuadeam, rem, quam exprimit, exſiſtere, quoniam nihil eſt in notione, quod repugnet, quo minus exſiſtat.* Sunt, qui his verbis fi, quod modo dixi, enuntiant: *Ex notione hujus vel illius rei ſequitur exſiſtentia:* quorum quidem ego verborum hunc eſſe putem ſenſum: *Notio ex rebus conflata eſt, quae haud pugnant inter ſe: nec igitur eſt in ea aliquid, quod impediat, ne res ejusmodi, quam notio menti meae exhibet, vere exſiſtat.* Hoc vero modo ſi exponatur haec enuntiatio, nullum ea nobis jus praebebit a notione ad rem ipſam concludendi. Quamvis enim ſic recte ratio ſubducatur: *Quaecumque notio ex rebus conſiſtit nexu quodam conjunctis, nec contrariis, ei licet exſiſtentiam adjungere, aut ea fieri & eſſe poteſt:* haud tamen ita fas erit cuiquam ratiocinari: *Si videam notionem aliquam animo meo obverſantem non eſſe indigeſtam aliquam & diſſonam molem,*

ſed

mam effingere poſſumus animo, ea, niſi rebus conſtet inter ſe pugnantibus & 893
contrariis, poteſt exſiſtere. Nec enim nobis aliquid tale poteſt videri, ut nullo fieri

ſed ſpeciem apte inter ſe nexam & cohaerentem, tum decernere me oportet, rem notioni illi reſpondentem exſiſtere. Multae ſcilicet fingi a nobis cogitando poſſunt notiones, cum quibus exſiſtentiam licet conjungere, quoniam rebus conſtant cognatis inter ſe & amice conſpirantibus, quarum tamen notionum exempla num exſiſtant usquam terrarum, incertum eſt. Aurei montis commode mihi fingo imaginem: nec in ea eſt aliquid notione, quod exſiſtentiam ejus evertat: inſanus vero ſim, ſi hinc colligam, vere exſiſtere montem ejusmodi aureum. Adſunt viri graves & ingenio inclyti, qui *Carteſii* ſententiam hac ratione ſunt interpretati: a quibus ipſe *Cudworthus* noſter non multum abit. Qui ſi recte montem philoſophi ſunt aſſequuti, evidens eſt, id tantum ex demonſtratione ejus ab *idea Dei* ducta conſequi, fieri poſſe, ut exſiſtat Deus, aut in notione ejus nihil eſſe, quod refragetur, ne ſtatuamus, naturam perfectiſſimam exſiſtere. Supereſt tertia ſententia enuntiati, de quo loquimur, quam ſic efferre licebit: *Notio hujus vel illius rei ita ſeſe habet, ut, ſimulatque in eam intueor, interior quidam animi ſenſus me compellat ad credendum, rem illam exſiſtere: Quotiescumque notionem illam in animum mihi revoco, & eſſentiam ejus attente conſidero, toties neſcio quod ex intimis animi mei receſſibus teſtimonium exoritur, quod me credere jubet, vere rem extra me illam exſiſtere, cujus imaginem mente volvo.* Hoc ſi voluit ſibi *Carteſius*, quum aſſeveraret, *exſiſtentiae notionem* a Dei notione divelli nulla ratione poſſe, id quod viri quidam eximii ex ejus diſcipulis confirmare videntur, de veteſtorum non modo Chriſtiani coetus doctorum, ſed etiam de multorum aliorum conſenſione ſibi gratulari potuit. In antiquis quidem eccleſiae Chriſtianae doctoribus multi, non quidem, ut Deum eſſe, ſed ut unum Deum, eumque perfectiſſimum eſſe, probarent, ejusmodi dimicarunt argumento: idque a *teſtimonio animae* nominarunt, de quo ſingularis *Tertulliani* liber exſtat. Non explorabo nunc, quanta valeat hoc argumentum potentia ad expugnandos homines Deo inimicos, id quod alienum hujus loci foret: id vero monebo, illud non ex ipſa notione Dei fluere animis hominum inſita, unde ſuum tamen duci vult *Carteſius*, ſed ex teſtimonio quodam naturali mentis, a notione inſita diſtincto. Ex notione ipſa nimirum Dei, illos ſi audias, qui hac ratione utuntur, eſſentia Dei intelligitur; exſiſtentia vero ex animae teſtimonio patet, quod exaudire ſtatim omnes volunt, qui notionem illam attente conſiderant.

Haec de notione exſiſtentiae generatim & in univerſum dicta ſunto: jam propius accedo & *neceſſariae exſiſtentiae notionem*, in qua vis potiſſimum argumenti Carteſiani ſita eſt, ipſo teſte in *Reſponſ. ad primas Object. Medit. Metaphyſ.* additis *p.* 62. ſimili diligentia expendendam mihi ſumo. Ponam in ipſo limine diſputationis argumentum *Carteſii*, ut ab ipſo exponitur & ab iis, qui mentem ejus ceteris accuratius perſpexiſſe perhibentur ab omnibus, repetitur: *Cujuscumque rei notio neceſſariae exſiſtentiae notionem nexu indiſſolubili ſecum conjunctam habet, ea res neceſſario exſiſtit: Atqui naturae perfectiſſimae ſeu Dei notio, quam in ipſa mente mea expreſſam ſentio, notionem continet neceſſariae exſiſtentiae: Igitur natura perfectiſſima ſeu Deus neceſſario exſiſtit.* Quid de hujus argumenti robore conſtituendum nobis ſit, id non ante apparebit, quam a vocabulis: *neceſſario exſiſtere* & *neceſſaria exſiſtentia* omnem ambiguitatem removerimus. Sicut enim pleraque verba, quae adhibentur a Metaphyſicis, unam, certam definitamque poteſtatem non habent, ita haec quoque duplici ſenſu poſſunt accipi. Vocabulum *neceſſaria exſiſtentia* principio deſignat notionem abſtractam illius perfectionis, quam doctores Scholaſtici *aſeitatem* ſeu *independentiam* vocare ſolent, in qua *primum* diſputant Dei *conceptum* eſſe poſitum, ſeu neceſſitatem exſiſtendi. Idem vero etiam ad ipſum *neceſſario exſiſtendi actum* exprimendum valet, qui a natura, in qua ineſt haec perfectio, non niſi animi noſtri conceptione differre videtur. Hinc duplici quoque ſenſu accipi poſſe hanc propoſitionem *Carteſii*, a qua vis totius argumenti ejus pendet, apparet: *Notio naturae perfectiſſimae includit neceſſariam exſiſtentiam.* Namque hoc primum ſignificabit: *Ad notionem naturae perfectiſſimae pertinet etiam notio aſeitatis ſeu neceſſitatis exſiſtendi.* Deinde hoc: *Notio naturae perfectiſſimae ita ſeſe habet, ut ab ea ipſe actus exſiſtendi neceſſario, aut ipſa exſiſtentia neceſſaria nullo ſeparari modo queat.* Poſteriorem hanc propoſitionem aliis etiam explicare verbis licet: id quod tamen, quum perſpicua, ſatis ſit, nunc omittam. Vereor ego, rebus omnibus diligenter expenſis, ne *Carteſius*, ut maximus fuerit ingenio, binas haſce notiones ſubtilius meditando interdum inter ſe confuderit, vocabulumque *neceſſaria exſiſtentia* nunc pro notione abſtracta perfectionis cujusdam, nunc pro *ipſo exſiſtendi actu*, ſeu, ut ita dicam, pro ipſius *actualis exſiſtentiae* notione poſuerit. Et in hac quidem opinione id me non leviter confirmat, quod ambiguis verbis propoſitionem, de qua loquimur, expreſſit. Si dixiſſet: *Notio naturae perfectiſſimae continet notionem neceſſitatis exſiſtendi*, plana & aperta mens ejus fuiſſet. Sed abſtinuit a vocabulo *idea* ſeu *notio* & ipſum nomen abſtractum: *neceſſaria*

fieri modo queat, nisi quod comprehendi nequit, aut ex rebus consistit ita sibimet oppositis, ut altera tollat alteram. Jam forma speciesque Dei seu naturae per-

ria existentia consulto, ut videtur, posuit: quod quidem incertos reddit lectores attentos, quaenam vocabulis ejus potestas subjicienda sit. Perhibent, qui a partibus ejus stant, plerique omnes nusquam clarius & evidentius expressisse eum animi sui sensa, quam in *Responsionibus ad objectiones primas*, *Meditationibus Metaphysicis* subjectis, nec ego hoc ita sese habere negaverim. Verum post repetitam aliquoties lectionem harum *Responsionum* sensi, plus etiam mihi animi accessisse ad id, quod paullo ante dixi, credendum. Interim ad rem ipsam, de qua hic agitur, parum aut nihil refert, utrum hoc vel illo sensu vocabulum *necessaria existentia* hic sumatur, ex ils apparebit, quae jam dicturi sumus. Verum ad ipsius argumenti intelligentiam & disputationis formam recte instruendam, nonnihil mihi conducere videtur, ut hae binae notiones secernantur ingenio.

Sumamus primum, verba *necessaria existentia* posita esse a *Cartesio* pro *idea* seu notione *aseitatis*, aut *necessaria existentia* abstracte spectata, hancque enuntiati ejus mentem esse: *A notione naturae absolutissimae notio aseitatis nulla ratione cogitando divelli potest.* Nemo erit sapiens & rectae rationis compos, quin hoc ita sese habere confiteatur. Scilicet *aseitas* seu necessaria existentia summa est perfectio & omnium perfectionum veluti fons & origo: Num ad *positivas*, quas vocant, aut *negativas* perfectiones ea referri debeat, id illi disputent in umbra inter se, quibus jucundum est de verbis & vocabulis decertare. Quocirca qui notionem naturae omnibus numeris absolutae animo sibi informare vellet, & ab ea notionem *necessariae existentiae* secluderet, is aeque faceret sapienter, ac si quis a notione *avis* notionem *alarum* meditando separaret. Notio naturae perfectissimae, cui notio demta est *aseitatis*, non est naturae absolutissimae, sed naturae haud perfectae & ex certis causis prognatae, imago. Hoc igitur *Cartesii* argumentum erit: *Cujuscumque rei notio sic habet adjunctam necessariae existentiae notionem, ut, hac sublata, universa simul tollatur notio, ea res necessario extra animum meum existat. Atqui talis est naturae perfectissimae notio: Necesse igitur est eam extra mentem necessario existere.* Nihil vero dubito, quin, vel lecta hac ratiocinatione, plerique nexum in majori propositione desideraturi sint: nec enim ex eo, quod notioni cuidam existentia adjuncta est, consequitur, eamrem quoque reapse existere. A notione scilicet ad rem ipsam concludere, nulli fas & licitum esse arbitror, qui sapienter & ordine philosophari vult. Id quo magis pateat, sequenti argumento mentem meam complectar:

Qualiscumque rei cujusdam essentia est, talis etiam ejus est existentia.

Atqui essentia notionis naturae perfectissimae idealis tantum est.

Igitur & necessaria existentia, quae inest in ea, non est vera, sed idealis tantum.

Majorem hujus argumentationis propositionem nemo sui compos in dubium revocaverit: *Existentia* enim & *essentia* non tam re ipsa differunt, quam nostro concipiendi & cogitandi modo. Nec minorem aliquis propositionem labefactare poterit. Notionis cujusdam seu ideae essentia quid est aliud, quam visio animi nostri? Proinde meditationis errore labi, perspicuum videtur esse, qui ea de causa naturam perfectissimam vere extitisse concludit, quia *notio existentiae necessariae* seu *existentia necessaria idealis* (fas mihi sit hoc novo nomine uti) a notione ejus secerni nequit. Clariorem etiam, ut opinor, res lucem accipiet, si simile prorsus argumentum hic exstare atque expendi jubeam. Neminem praeterit, omnes olim fere philosophos aeternitatem credidisse materiae; horum aliquem sic argumentantem inducemus:

Cujuscumque rei notio necessariae existentiae notionem continet, ea res reapse ac necessario existit:

At notio aeternae materiae aseitatem seu existentiam necessariam continet.

Existit igitur aeterna materia.

Major hujus argumenti propositio ipsius est *Cartesii*: de minore igitur, ut quaeramus, restat. Haec vero qua ratione convelli, illa posita & admissa, queat, id equidem nulla ratione video. Simulatque enim aeternae materiae notionem ob oculos mihi pono, sive velim, sive nolim, notionem cogor necessariae existentiae cum ea sociare: detracta necessariae existentiae notione, tota aeternae materiae species una occidit & collabitur. Dicent forte *Cartesii* amici hanc *necessariam existentiam*, quae notioni aeternae materiae tribuitur, *objectivam* esse tantum, *idealem*, *mentalem*, *commentitiam*: existentiam vero necessariam in Deo esse *realem*. Verum hac responsione nulli intelligenti satisfacient. Si de Deo ipso hic ageretur, recte nodum & praeclare dissolvissent: quis enim sanus neget existentiam, quae in ipso Deo est, *realem* esse, aut Deum ipsum necessario existere? Verum non de Deo, sed de notione Dei hic agitur: Quae vero ad notiones rerum pertinet existentia, ea in omnibus prorsus aequalis & similis est, nimirum *objective* tantum aut *idealis*: neque-

perfectiſſimae, quoniam nihil eſt, quam talis naturae notio, quae omnes complectitur perfectiones, quae quidem cogitari & fieri poſſunt, nec ſeſe mutuo de-

notio Dei, hac quidem in re, a notione materiae aeternae differt, tametſi, ratione *eſſentiae* habita, multis modis ab ea differat.

Explicatis illis, quae ex priori notione vocabulorum: *Exiſtentia neceſſaria* conſequuntur in hoc negotio, ad alteram progrediamur ejus poteſtatem: *Neceſſaria exiſtentia* non tantum notionem *aſeitatis* aut *exiſtendi neceſſitatem*, verum etiam ipſum *neceſſario exiſtendi actum* deſignat, ſeu *ipſam exiſtentiam neceſſariam*. Quum de notione, non vero de re ipſa, quae notioni reſpondet, haec omnis inſtituta ſit diſputatio, per ſe liquet, non ipſam *exiſtentiam realem* hic intelligi, ſed, ut Metaphyſicorum adhibeam vocabula, *exiſtentiam* tantum *mentalem*, *idealem*, *objectivam*, aut ſi quid aliud eſt vocabulum his tribus efficacius & apertius, ſive notionem exiſtentiae, quatenus a re non differt exiſtente, aut in illa eſt natura, quae exiſtit. Abſurdum enim & a ratione remotum foret, *exiſtentiam realem* aut *actum exiſtendi extra animum* cum ſpecie ſeu imagine in mente haerente conjungere. Hoc ſi modo vocabula: *exiſtentia neceſſaria*, fumantur, hanc primum licebit ſententiam propoſitioni *Carteſii* ſubjicere: *Quum naturae perfectiſſimae notionem, quae inſidet animo meo, contemplor, non poſſum aliter, quin eam ut neceſſario reapſe exiſtentem conſiderem ac intuear.* Ita eſt omnino: nec quisquam qui ſemetipſum non ignorat, de veritate hujus enuntiati dubitaverit. Quocirca hoc inde naſcetur argumentum:

> *Cujuscunque rei notio ita ſeſe habet, ut is, qui eam ob oculos ſibi ponit, non poſſit non rem, cujus ea ſpecies eſt, tanquam exiſtentem & neceſſario exiſtentem concipere, ea res exiſtit.*
>
> *Atqui talis eſt naturae perfectiſſimae notio.*
>
> *Igitur exiſtit natura perfectiſſima, ſive Deus.*

At metuo, ne ſtatim Majoris hujus argumenti propoſitionis veritatem in dubium vocent viri conſiderati ac rerum intelligentes. Namque omnium omnino notionum hanc eſſe dicent, id quod antea jam monuimus, naturam, ut res, quas illae referunt, non poſſint aliter, quam ut exiſtentes, animo exhiberi. Ceſſet oportet omnis cogitatio noſtra de re quadam, cujuscunque demum ſit generis & indolis, ſimulatque exiſtentiae realis notio ex imagine rei eximatur. Quocirca ſi hoc alicujus ponderis argumentum erit, ad rerum omnium exiſtentiam probandam valebit, cujus notiones informare nobis licet animo. Hic vero *Carteſius magnum*, exclamabit, *diſcrimen eſſe inter exiſtentiam & exiſtentiam neceſſariam*: Omnes quidem res concipi a nobis ut exiſtentes, unam vero tantum, naturam nimirum perfectiſſimam, ut exiſtentem neceſſario: A notione exiſtentiae contingentis nullo concludi modo poſſe ad exiſtentiam realem: aliam vero rationem eſſe exiſtentiae neceſſariae: ex cujus notione non poſſe non fluere veram exiſtentiam. *Diſtinguendum eſt*, ipſum audis *Carteſium* loqui, in *Reſponſione ad primas objectiones contra Meditat. Metaphyſ. p. 60. inter exiſtentiam poſſibilem & neceſſariam, notandumque in eorum quidem omnium, quae clare & diſtincte intelliguntur, conceptu ſive idea, exiſtentiam poſſibilem contineri, ſed nullibi neceſſariam niſi in ſola idea Dei. Qui enim ad hanc diverſitatem, quae eſt inter ideam Dei & reliquas omnes, diligenter attendent, non dubito, quin ſint percepturi, etiamſi ceteras quidem res nunquam intelligamus, niſi tanquam exiſtentes, non tamen inde ſequi, illas exiſtere, ſed tantummodo poſſe exiſtere: quia non intelligimus, neceſſe eſſe, ut actualis exiſtentia cum aliis ipſarum proprietatibus conjuncta ſit: Ex hoc autem quod intelligamus, exiſtentiam actualem neceſſario & ſemper cum reliquis Dei attributis eſſe conjunctam, ſequi omnino, Deum exiſtere.* Ut haec ſubtiliter & ingenioſe ſint animadverſa, ad animi tamen aſſenſionem extorquendam parum mihi videntur eſſe robuſta & valida. Certum eſt, exiſtentiam contingentem & neceſſariam tam late inter ſe diſtare, quam finitum & infinitum, nec minorem eſſe notionis utriusque hujus exiſtentiae differentiam. Dubio item vacat, me, quum de re cogito ſimpliciter exiſtente, animo perſuaſum eſſe, illam rem poſſe & poſſe non exiſtere; at quando notionem naturae neceſſario exiſtentis menti meae ſiſto, hanc in animum meum non poſſe introduci cogitationem. Verum his de rebus in hac quidem diſceptatione nihil quaeritur. Ideas & notiones, pro rerum, quibus reſpondent, varietate, multum inter ſe & interiori natura ſua differre, inter omnes conſtat & convenit: nec vero de eſſentia & natura idearum hic diſputatur, ſed exiſtentia ſeu modus exiſtendi earum unice in quaeſtionem venit. Id ſcilicet expediendum eſt: Utrum notio exiſtentiae neceſſariae aliter, quam notio exiſtentiae contingentis, exiſtat, & propterea ab exiſtentiae neceſſariae notione ad exiſtentiam ipſam realem progredi ratiocinando liceat? Aut: Utrum exiſtentia neceſſaria ad notionem naturae perfectiſſimae alia ratione pertineat, quam exiſtentia contingens ad notionem naturae minus perfectae? At reſpectu exiſtentiae omnes ideae & notiones, tametſi mille alioquin rationibus differant inter ſe, prorſus ſimiles & aequales ſunt: omnes eodem modo exiſtunt, nempe in animo noſtro, nec niſi men-

deſtruunt & evertunt, nihil habet ab humana ratione abhorrens aut ſemetipſum tollens. Quare ſi vel eos in errore verſari concedamus, qui ex notione naturae perfectiſſimae, quia neceſſariam illa exiſtentiam adjunctam habet, confici volunt, ejusmodi naturam exiſtere, id tamen effectum eſſe debet, nil impedire, quo minus eſſe poſſit natura ejusmodi. Quum de omnibus enim rebus contingentibus, quarum notiones nil continent a ratione alienum, ſtatuendum ſit, fieri poſſe, ut ſint & exiſtant, quanto magis idem illis rebus tribuendum erit, a quarum forma neceſſitas exiſtendi nullo ſegregari modo poteſt: quod in nullam quidem cadit, quam in abſolutae naturae, notionem. Hic primus veluti gradus eſt argumentationis, quam inſtituimus ex notione Dei: Naturae perfectiſſimae ſpecies nihil habet, quod ſibimet ipſi repugnet & adverſetur, nihil quod rationem offendat: Ergo fieri poteſt, ut ejusmodi natura ſive Deus exiſtat, nec abſurdum eſt, ſtatuere, fuiſſe eum aliquando. Nunc altius enitamur, ſi poſſumus. Notio haec Dei, ex qua fieri poſſe intelligimus, ut exiſtat, continet etiam exiſtendi neceſſitatem. Quare ſi neceſſitatem exiſtendi ſolam non ſufficere putas, ad id, quod cupimus, obtinendum junge duo haec, quae modo diximus: Fieri poſſe, ut natura perfecta exiſtat, Et: Neceſſario eam exiſtere, neque refragabitur amplius ratio, quin decernas, eſſe naturam ejusmodi. Si Deus aut perfectiſſima natura, cujus eſſentia neceſſitatem exiſtendi continet, eſſe poteſt, neque obſtat aliquid, quo minus fuiſſe eam fortaſſis decernamus, certum eſt quoque, vere illam eſſe & exiſtere. Nam ſi talem ſtatueremus non exiſtere naturam, incredibile foret, eam umquam fuiſſe & exſtitiſſe. Alia longe ratio eſt naturarum minus perfectarum, quae poſſunt eſſe & non eſſe. De his non valet haec ratiocinatio: Si non ſunt, fieri etiam nullo modo poteſt, ut fuerint. Nam quod neceſſario non eſt, id, tametſi hoc non adeſt tempore, olim tamen fortaſſis exiſtere ac eſſe potuit. At naturam perfectiſſimam & neceſſario exiſtentem ſi non eſſe concedamus, tum hoc ſimul ſuſpiciamus neceſſe eſt, eam nec umquam olim eſſe potuiſſe, nec ullo futuram eſſe modo poſſe. Nam ſi eſſe potuiſſet, nec tamen hodie eſſet, conſentaneum foret negare, eam non eſſe naturam neceſſario exiſtentem. Totius concluſionis haec vis eſt: Si fieri poteſt, ut natura ſit perfectionis omnis particeps, certe eſt. Nam ſi non eſſet, ne fingi quidem ulla ratione poſſet, eam aliquando fuiſſe.

mentis conceptiones ſunt. Quare hujus rei ratione habita, nec aliquid inter *exiſtentiam* & *exiſtentiam neceſſariam* intereſt. Utraque notio eſt: utraque ad eſſentiam rei, cui tribuitur, *objective* ac *idealiter* tantum pertinet: Utraque in mente tantum & intelligentia noſtra exiſtit. Quocirca quemadmodum ex *notione exiſtentiae* non vera conſequitur exiſtentia: ita nec ex *notione exiſtentiae neceſſariae* ulla ratione fluit vera exiſtentia extra mentem noſtram. Repetere mihi hic liceat id, quod ſupra jam adhibui, argumentum: Qualiscumque eſt eſſentia rei, ad quam exiſtentia pertinet neceſſaria, talis quoque ſit neceſſe eſt exiſtentia ejusdem: Atqui eſſentia notionis illius, ad quam exiſtentia refertur neceſſaria, eſt *objectiva* tantum & *mentalis*: Nec igitur ut de exiſtentia neceſſaria, quae pars ejus eſt, alia nobis ratione licet ſtatuere.

Praeter hanc ſententiam, aliam quoque licet verbis *Carteſii* ſubjicere, ſequentem nimirum: *Quotiescumque notionem naturae neceſſarie exiſtentis intueor, toties interiori qualam voce, ex intimis mentis meae receſſibus prorumpente, naturam ejusmodi vere exiſtere, confirmor.* Sed totius argumenti natura plane mutatur, hunc ſi putes ſubeſſe ſenſum philoſophi decreto: *Notio naturae perfectiſſimae continet notionem neceſſariae exiſtentiae.* Nec enim haec ratio ex idea & ſpecie Dei ducitur, verum ex inteſtina conſcientia & animi noſtri teſtimonio: de qua quidem ratione jam antea nonnihil commentati ſumus. Satis eſt argutiarum **Metaphyſicarum.** Non tam mihi faveo, ut exiſtimem, obſervationibus his aliquid me gratiae initurum eſſe a viris ſagaciſſimis, ad quos notionum & viſorum animi tutela proprie pertinet: facite contra dederim, non, niſi forma & tradendi modo,

Digitized by Google

fuiſſe. Aut igitur fieri nequit, ut ſit Deus, aut fatendum eſt, eum eſſe. Etenim ſi fieri poſſet, Deum eſſe, nec is tamen eſſet, non eſſet natura neceſſaria, ſed contingens, quod quidem ab illo prorſus abit, quod principii loco poſitum eſt.

§. CII. Sed fortaſſis eamdem hoc argumentum fortunam, atque ſuperius illud 894
a *Carteſio* effictum, ſubibit & ſuſtinebit. Etenim quum natura homines procli-
ves ſint ad earum rationum vim & dignitatem in dubium revocandam, quae ſubti-
liores ſunt, quam ut capi poſſint ab omnibus, aegerrimeque a ſe impetrent, ut
tantae veritatis molem tam tenui committi poſſe machinationi credant, verum
circumveniri ſeſe ac in captiones induci ſuſpicentur ab illis, qui ſic, uti nos, ra-
tionem ſubducunt, vehementer vereor, ne & hanc ratiocinationem aut plane re-
pudient & vanam futilemque judicent, aut vero ad animum haud permanare pa-
tiantur. Quamobrem ego nil diligentiae in virtute ejus praedicanda conſumam,
ſed ad aliam pergam rationem, multo planiorem & intellectu faciliorem. Sic 895
igitur concludere liceat. Cujuscumque rei ſpeciem effingere poſſum cogitatione
ex rebus haud inter ſe pugnantibus conſtantem, ea res aut eſt revera, aut, ſi mi-
nus exſiſtit, fieri tamen poteſt, ut ſit & exſiſtat. Sed ſi Deus non eſt, numquam
fieri poteſt, ut exſiſtat & fiat. Ergo Deus eſt. Minor hujus argumenti propoſi-
tio prorſus evidens & neceſſaria creditu eſt. Deus enim ſi non eſſet, nec tamen
repugnaret aliquid, quin aliquando exſiſteret, natura is haud eſſet neceſſario ex-
ſiſtens ac aeterna. Quo quidem admiſſo, tota ejus notio & forma nulla eſſet.
Majoris autem propoſitionis, quae univerſam cauſſam continet, potentiam &
facultatem jam ſupra declaravimus, quum planum faceremus, niſi Deus aut per-
fecta quaedam eſſet natura, minime nos aptos fore ad ſpeciem quamdam ejus
animo depingendam. Nihili enim, quod nec exſiſtit usquam, nec ullo exſiſtere
modo poteſt, nemo ne conjectura quidem informare poteſt notionem. Ipſum
hoc argumentum non diſcrepat a ſuperiori: forma tantum immutata eſt. Quum
in animis noſtris inſit ſpecies formaque naturae perfectiſſimae ſive Dei, eaque
omnis expers pugnae ac deformitatis, neceſſe eſt, ut ejusmodi res & natura aut
jam ſit, aut eſſe aliquando poſſit. Atqui ſi Deus non eſt, numquam erit, ut ſit,
aut exſiſtat. Igitur reſtat, ut eum exſiſtere & eſſe dicamus. (*e*)

§. CIII.

do, eas differre ab illis, quae ab aliis me acutio-
ribus jamdudum in hoc argumentum *Carteſii* anim-
adverſa ſunt: Sed hoc, ſpero, animos tamen co-
rum mihi conciliabit, quod nihil mihi arrogo, ve-
rum omnia arbitrio & judicio illorum committo,
quorum eſt animi noſtri ſpecies & viſa ſeveriori
meditatione perſequi. Cujuscumque demum vir-
tutis & poteſtatis ſit hoc ſummi hominis argumen-
tum, ex ipſis tamen perſpicaciſſimorum virorum
de eo acerrimis contentionibus aeternisque diſpu-
tationibus, qui nec de natura, nec de potentia
ejus certare deſinunt, id mihi videor intelligere,
ad retundendam eorum impudentiam & temerita-
tem, qui Deum eſſe inficiantur, ſilentiumque pro-
fano & turpi generi imperandum, non ſatis illud
aptum & validum eſſe.

(*e*) Hujus argumenti, quod perſpicuitatis caus-
ſa duplici ratione & forma expoſuit *Cudworthus*,
quisnam princeps auctor & inventor ſit, explorandum relinquam aliis. Quod ſi quis ſuum fecerit negotium, is inde potiſſimum magnas ſibi naſci ſentiet difficultates, quod qui adhibent id aut oppugnant, mirifice illud variant, & inſigni non orationis tantum, ſed & ſententiarum diverſitate explicant. Non tot illud virorum doctiſſimorum ſcriptis & certaminibus eſt illuſtratum, quot ſuperius *Carteſii*, de quo paullo ante diximus: nec inſignis tamen magnorum hominum, & eorum quidem, qui eo pervenerunt, quo mortalis pervenire poteſt contemplatio, numerus deſideratur, a quibus illud vel approbatum, vel rejectum eſt. Quae quidem diſſenſio in hanc ſtatim nos adducit ſententiam, a qua nec ipſe plane remotus *Cudworthus* fuit, non ejus eſſe illud generis, ut, ſimulatque explanatum & declaratum ſit, hominum allicere ac ſibi ſubjicere, reluctantes licet, animos queat.

Digitized by Google

896 §. CIII. Verum neſcio, an vel hoc argumentum, quamvis ſolidum ſit & firmiſſimum, tantum apud plerosque ponderis habiturum ſit, quantum rei hujus ma-

Principio ne ipſe quidem hanc prorſus rationem *Carteſius* ignoravit, id quod haec ejus oſtendunt verba ex *Reſponſionibus ad objectiones primas contra Medit. Metaphyſicas p.* 62. *Si attente examinemus, an enti ſumme potenti competat exiſtentia, & qualis, poterimus clare & diſtincte percipere, primo illi ſaltem competere* POSSIBILEM EXSISTENTIAM, *quemadmodum reliquis omnibus aliis rebus, quarum diſtincta idea in nobis eſt, etiam in illis, quae per figmentum intellectus componuntur. Deinde quia cogitare non poſſumus ejus exiſtentiam eſſe poſſibilem, quin ſimul etiam ad immenſam potentiam ejus attendentes agnoſcamus, illud propria ſua vi poſſe exiſtere, hinc concludemus,* IPSUM REVERA EXSISTERE, *atque ab aeterno exſtitiſſe: Eſt enim lumine naturali notiſſimum, id quod propria vi ſua poteſt exiſtere, ſemper exiſtere: Atque ita intelligemus exiſtentiam neceſſariam in idea entis ſummi potentis contineri, non per figmentum intellectus, ſed quia pertinet ad veram & immutabilem naturam talis entis, ut exiſtat.* Sed melius alii poſtea expoliverunt hanc ratiocinationem, verbisque expoſuerunt luculentioribus: quos inter praecipuum fere locum propter evidentiam orationis *Cudworthus* noſter meretur. In *Carteſii* diſcipulis eamdem multi viam cupide ingreſſi ſunt, rati, hoc ſefe modo ſubvenire poſſe ſuperiori magiſtri ſui demonſtrationi, ne prorſus conculcaretur. Vid. ex pluribus *Jo. Henr. Suicerus*, in *Epiſtola Apologetica pro argumento Carteſii ab idea Dei p.* 19. Nec inter recentiſſimos philoſophos, immo philoſophorum principes, hoc argumentum patronis caret. Maxime vir illuſtris, *Gothofr. Guil. Leibnitius*, nonnullis in locis ſibi eximium & praeclarum illud videri, profeſſus eſt. Vid. *Cogitationes* ejus *de cognitione, veritate, & ideis*, quae in *Actis Eruditor. Lipſ. A.* MDCLXXXIV. *menſe Novembri* exſtant *p.* 539. Clarius etiam mentem ſuam enuntiavit in *Principiis Philoſophiae*, quae leguntur *in Tom.* VII. *ſuppliis Philoſophiae*, quae leguntur *in Tom.* VII. *ſupplementor. Actor. Erud. Lipſ. Sect.* XI. *p.* 509-514. ubi §. 45. ita loquitur: *Deus ſolus, ſeu ens neceſſarium hoc privilegio gaudet, quod neceſſario exiſtat, ſi poſſibilis eſt; Et quemadmodum nihil poſſibilitatem ejus impedit, quod limitum expers, nec ullam negationem, conſequenter nec contradictionem, involvit, hoc unum ſufficit ad cognoſcendam exiſtentiam Dei a priori.* Premit haec ſummi viri veſtigia. Vir longe doctiſſimus, *Michaël Gottlieb Hanſchius* in *Principiis Philoſophiae Leibnitianae, Lipſ. & Francof.* 1728. 4. editis; qui poſtquam hoc *Theorema p.* 112. propoſuerat, his ejus demonſtrationem verbis ſtatim ſubjicit: *In Deo ratio ſufficiens exiſtentiae mundi cujuscumque poſſibilis deprehenditur, adeoque exiſtentia Dei in ipſo Deo rationem ſufficientem agnoſcit. Quamobrem non-exiſtentia Dei eſt abſolute impoſſibilis, & conſequenter Deus exiſtit abſolute neceſſario. Sed quod abſolute neceſſario exiſtit, illius exiſtentia in eo ſolo rationem ſufficientem invenit, quod eſſentia ejus nullam involvit contradictionem. Ergo poſſibilitas ſola Dei eſt principium exiſtentiae Dei.* Quid? quod ne illi quidem omnes, quibus nec *Carteſius* valde placet, nec *Leibnitius*, audent hoc plane argumentum ſpernere: de quorum familia *Sam. Clarckius*, *Libro de exiſtentia Dei*, *Parte* I. *Cap.* 4. *p.* 31. *verſionis Gallicae*, *non eſſe fortaſſis confutatu facilia, quae a viris ſummis ſubtiliter diſputata ſint, quo probarent, a poſſibilitate naturae perfectiſſimae ad exiſtentiam ejus veram concludi poſſe*, pronuntiat. Verum his tot, tantisque defenſoribus nec acumine ingenii & ſagacitate, nec multitudine, accuſatores cedunt, qui hanc rationem ad ſophiſmata amandari & verorum argumentorum numero exturbari volunt. Binos tantum, qui omnium inſtar eſſe poſſunt, nominabo. Alter eſt *Jo. Clericus*, qui *Biblioth. Choiſie Tom.* V. *p.* 134. tametſi alioquin *Cudworthum* maximis honeſtet laudibus, hoc tamen ejus argumentum ſuperiori *Carteſii* argumento validius eſſe negat. Temere enim cenſet in eo a notione rei ad rem ipſam tranſitum fieri, totiusque demonſtrationis hanc eſſe ſummam: *Si talis eſt natura, quae reſpondet notioni naturae perfectiſſimae, quam animo informavimus, neceſſe omnino eſt, ab omni eam exſtitiſſe aeternitate.* Inde vero minime effici, eſſe naturam eiusmodi perfectiſſimam. *Cet argument n'eſt pas plus concluant, quae celui de des-Cartes. Car voici a quoi il ſe reduit, c'eſt que s'il y a un Etre, qui reſſemble a l'idee, que nous nous formons d'un Etre tout-parfait, il faut neceſſairement, qu'il y en ait un. De l'idee on paſſe a la choſe meme, ſans s'en appercevoir.* Alter eſt *Sam. Werenfelſius*, Theologus Baſileenſis eruditiſſimus, qui *in judicio de argumento Carteſii pro exiſtentia Dei p.* 657. & in *Vindiciis hujus judicii adverſus Suicerum p.* 676. *Opuſculorum conjunctim editorum*, hoc totum concludendi genus *purum putum* eſſe *ſophiſma* cenſet, ex eo natum unice, quod auctor id, *quod in ſe*, & *quod noſtrae cognitionis ratione fieri poteſt*, non diſtinxerit. Plures cur nominem, neceſſe non eſt.

Tantis inter ſe viris dimicantibus, temerarium videtur, nec mei ingenii, judicis & arbitri perſonam ſumere: at quoniam ſemel in hanc ſermonem, a populari captu ſemotum, incidi, placet paucis, non tam ſententiam ferre, quam animi mei cogitationes modeſte expromere. Num omnes, quos ante nominavi, eodem hoc argumentum modo

magnitudo deſiderat. Nam quae recipi ac probari debent argumenta, ejus conſen- 897
tanea ſint oportet ingenio & animi facultatibus, quem commovere tentamus.

Hinc

do intellexerint, nunc equidem exquirere nolo. Non diffiteor, videri mihi quosdam eorum diſcrimine non contemnendo ſejunctos eſſe: *Jo.* in primis *Clericus* a mente & ſententia ejus, ex quo hoc recitat argumentum, nonnihil, niſi fallor, aberrat: at ſequar ego, his omiſſis, *Cudworthi* ductum, qui plerisque omnibus hanc mihi rationem planius & apertius expoſuiſſe videtur, cujusque ad ſententiam & declarationem maximam eorum partem ſe adjuncturam eſſe, certus ſum, qui ei aliquid tribuunt. Ergo hoc eſt argumentum illud, in quo *Cudworthus* & alii tam inſignem potitam eſſe vim exiſtimant ad Deum probandum:

Cujuscumque rei ſpecies aut notio ex rebus conſtat haud inter ſe pugnantibus, ea res aut eſt, aut eſſe poteſt.
Deus vero ſi non eſt, numquam fieri poteſt, ut ſit & exiſtat.
Ergo Deus exiſtit.

Simplex hoc videtur eſſe & unum argumentum: ſed attentius illud conſideranti, ſeriem quamdam ratiocinationum in eo latere apparebit, quas quidem ego ante omnia, quo commodius in totius demonſtrationis veritatem inquiri queat, ſeparandas eſſe putem. In hac enim dudum ſententia ſum, numquam nimis enucleate ac enodate diſputari poſſe, quum de animi noſtri viſis & rebus ſenſus fugientibus certamen initur, eo quod nusquam facilius aut orationis, aut opinionis, errore labi poſſimus. Tria igitur haec una ratio complectitur argumenta inter ſe connexa & commiſſuris veluti juncta: quorum hoc princeps eſt:

Cujuscumque rei ſpecies ex rebus conflata eſt non inter ſe pugnantibus, ea res aut eſt, aut eſſe poteſt.
Atqui Dei ſeu naturae perfectiſſimae notio ex rebus haud conſtat contrariis.
Ergo Deus aut eſt, aut eſſe poteſt.

Alterum ita ſeſe habebit:

Cujuscumque rei ſpecies neceſſariam continet exiſtentiam, ea res non poteſt eſſe & non eſſe.
Atqui Dei notio continet neceſſariam exiſtentiam.
Igitur Deus non poteſt eſſe & non eſſe.

Supereſt tertium, quod his verbis exprimam:

Quodcumque non poteſt vel eſſe vel non eſſe, id, ſi quidem eſſe poteſt, exiſtit.

Atqui Deus talis eſt, ut non poſſit eſſe vel non eſſe, quia exiſtentia ejus neceſſaria eſt.
Ergo Deus exiſtit.

Parum abeſt, quin mihi perſuadeam, clarius jam patere demonſtrationis univerſae indolem, & quonam ſpectent omnia, quae vir acutiſſimus praeciſe diſſerit, magis manifeſtum eſſe. Exploremus jam ſingula haec argumenta, & quid in unoquoque deſiderari poſſe videatur, ingenue aperiamus. Principium ab eo ſumendum eſt, quod fundamentum eſt omnium. In hoc argumento, quae *minor* dicitur *propoſitio*, facile recipietur ab omnibus, qui notionem ſupremi Numinis non pervertunt. At prima ſive *major propoſitio* ambigua mihi videtur eſſe & vitii aliquid in ſinu fovere. Vocabula nimirum: *Eſſe poſſe, fieri poſſe, poſſibile eſſe*, duplicem habent poteſtatem. *Poſſibile* primum id eſſe dicitur, cujus ego clare intelligo talem eſſe naturam, ut fieri & eſſe queat, tametſi fortaſſis numquam futurum ſit. Deinde & hoc *poſſibile* vocatur, quod ita ſeſe reapſe habet, ut re vera evenire ac accidere poſſit. Illud poſſibile *Metaphyſicum* ſeu *ideale*, hoc *Phyſicum* & *reale* non male dixeris. Quamquam nec illi mihi graves erunt, qui aliis uti nominibus, & illud *intrinſecum*, hoc *extrinſecum*, illud *ratione noſtri*, hoc *rationе rei ipſius* dicere malint. *Poſſibile* eſt, ut hodie largo imbre ſitientes recreentur agri: nec enim animus meus in illa re cernit aliquid, quod ſibimet ipſi repugnet. At reapſe non illud aliter *poſſibile* eſt, quam ſi cauſſae adſint, ex quibus pluviam exſiſtere novimus. *Poſſibile* eſt, ut, vertente anno, amicus meus ex gravi morbo decedat: nihil eſt in mente mea, quod reſiſtat, quo minus id fieri poſſe, ſtatuam: at reapſe nullo fieri modo id poteſt, niſi praecedant, quae morbos & mortem efficere ſolent, rationes. Fieri poteſt, ut Cajus dives fiat: at fieri non poteſt idem, quam ſi eo moriantur ordine conſanguinei ejus, quo neceſſe eſt eos mori, ut jure opulentus fiat Cajus. Igitur toto genere id, quod reſpectu cognitionis meae fieri poteſt, diſtat ab eo, quod in ſe contingere poteſt, &, cauſſas propter antecedentes, plerumque ſit. Quocirca de tota nihil conſtitui poteſt propoſitione, niſi conſtet antea, quonam ſenſu formula: *Fieri poteſt*, in ea poſita ſit. Si quod *Metaphyſicum poſſibile* nominavimus, ea deſignatur, nemo unus erit, quin certam eam eſſe ac veram pronuntiet. Nam ejuscumque rei ſpecies & notio non conflata eſt ex rebus diſcordibus & diſſonis, ea aut eſt, aut reſpectu intelligentiae meae fieri poteſt. Eadem vero propoſitio falſa erit, ſi id intelligatur, quod *phyſice* ac reapſe eſſe poteſt. Fallitur enim manifeſto, qui

omnia

Hinc licet per ſe certiſſima ſit & graviſſima demonſtratio quaedam, pro diverſo
898 tamen captu hominum & intelligendi poteſtate, his quidem major & praeſtantior, illis minor videri ſolet & levior. Igitur, hac quoque miſſa ſubtilitate, aliud ex notione Dei, cui neceſſitas ineſt exiſtendi, argumentum educemus ad probandum Deum, a quo omnem arbitror obſcuritatem abeſſe. Principio fuiſſe aliquid ab infinito tempore, idque omnis expers principii, id vero controverſia vacat, & ab omnibus, qui rationis ſunt compotes, conceditur. Namque certum eſt, omnia, quae ſunt, non potuiſſe fingi & condi, quum ex nihilo nihil exiſtat, neque etiam ſemetipſa feciſſe & finxiſſe. Quapropter ſi nihil aliquando fuiſſet, nulla fieri ratione potuiſſet, ut fieret & exiſteret aliquid. Quod quum ita

omnia illa revera eſſe poſſe ſibi perſuadet, quorum planas & perſpicuas animo notiones informare poteſt: id quod cum per ſe liquet, tum exemplis paullo antea nonnullis demonſtratum eſt. Hinc vero quid de concluſione argumenti decernendum ſit, jam perſpicuum eſt. Verba haec: *Deus eſſe poteſt*, in concluſione hac aut de eo, quod in animo meo fieri poteſt, aut de *poſſibili reali*, aut utroque ſenſu accipi debent. Utroque ſenſu eas interpretari, id quidem a ratione remotum foret: *plus* enim, hoc ſi feceris, *in concluſione erit*, ut loquuntur Logici, *quam in praemiſſis propoſitionibus*. Jube vero de phyſica aut de *reali poſſibilitate* (nec enim, perſpicuitatis cauſſa, barbaris uti vocabulis vereor) eam intelligi, haud tamen melius procedet labor. Etenim, quod ante vidimus, concluſio non reſpondebit ita majori propoſitioni, utpote quae falſa erit, ſi de eo, quod reapſe *poſſibile* eſt, eam loqui exſtimes. Adde, ſi de *phyſico poſſibili* judices has voces explicandas eſſe, ipſam disjunctionem hanc ineptam & a Dei natura alienam fore. Quod reapſe ac phyſice aut *realiter* eſſe poteſt, id propter cauſſas antecedentes eſſe poteſt: quare de nullis rebus haec verba uſurpare eo ſenſu licet, praeterquam de illis, quae imperfectae ſunt, & ex aliis naſcuntur rebus; *aut ſunt*, *aut eſſe poſſunt*. Deum autem vel naturam perfectiſſimam qui nominat, is naturam nominat, quae neceſſario exiſtit & nullis connexa cauſſis eſt aliis. Quod quum ita ſit, hoc unum de ea licet affirmare: *Deus aut eſt, aut non eſt*. Si dicas: *Deus aut eſt, aut eſſe poteſt*, in ſe nimirum, id de ejus natura dicis, quod in eam haud cadit: *nec* enim *eſſe poteſt*. Quare relinquitur, ut haec verba: *Deus eſſe poteſt*, ita exponamus: *Nihil eſt in animo meo, quod repugnet, quo minus talem eſſe poſſe naturam, qualem mihi notio Dei fiſtit, praecipiam* Cognoſcis jam, hanc eſſe totam, qua hoc argumentum valet, potentiam: *Quia ſpecies naturae perfectiſſimae nullis laborat deformitatibus aut contradictionibus, ideo decernere neceſſe eſt animum meum, Deum, ſi minus eſt, mene tamen intelligentiae ratione eſſe poſſe.* Erunt forte inter nefarios ſupremi Numinis contemtores, qui hanc univerſam rationem probabunt, nec convelli a ſeſe poſſe, fatebuntur.

Fundamento totius demonſtrationis ſubruto, vereor, ne ruinam minari jam videantur reliqua, quae illi commiſſa ſunt. Sed procedamus ordine & ſuo ſingula pede metiamur. Alterius argumenti, quae *major* dicitur *propoſitio* fallax iterum mihi videtur eſſe: idque, verborum poteſtate illuſtrata, omnes confido, ſtatim eſſe intellecturos. Verba: *Eſſe poſſe & non eſſe poſſe*, a quibus vis ejus pendet & veritas, vel *de exiſtentia ideali & mentali*, vel etiam *de exiſtentia reali & vera* ſumi poſſunt. Illum ſi ſenſum ſequaris, non erit aliquis, ut opinor, tam inſipiens, quin eam minime dubiam eſſe pronuntiet. Senſus vero ejus, poſitis iſtis, hic erit: *A cujuscunque rei notione non poſſum ſegregare notionem neceſſariae exiſtentiae, eam rem numquam ita concepero, ac ſi aut eſſe, aut non eſſe poſſet: decet me omnino eam conſiderare, tamquam rem, quae neceſſitatem exiſtendi in ipſa natura ſua complectitur.* Poſteriorem vero notionem ſi eligas, veritate prorſus illud decretum caret. Nec enim a notione rei ad rem ipſam tranſire ſine vitio licet. Sententia enim propoſitionis haec foret: *Cujuscumque rei notioni animus meus non poteſt non neceſſariae exiſtentiae notionem adjungere, ea res neceſſario exiſtit.* Hic vero nullum mihi nexum, quantumcumque etiam ingenio enitar, deprehendere licet, nec quid me cogat, intelligo, ut ex notione & ſpecie exiſtentiae neceſſariae ipſam conſequi exiſtentiam neceſſariam conſtituam. Clare mihi potius intelligere videor, propoſitioni illi vim omnem & veritatem eſſe adimendam, niſi verba addantur: *Si exiſtit: Cujuscumque rei notioni ſpecies exiſtentiae neceſſariae ſociata eſt, ea res*, SIQUIDEM EXSISTIT, *non poteſt eſſe vel non eſſe.* His autem verbis adjectis, argumento ipſi nulla plane manet ad homines Deo inſidiantes convincendos efficientia. Finge tibi, quo haec rectius conſequaris, aliquem de Manichaeorum grege ita rationem ſubducentem: *Cujuscumque rei notio continet neceſſariam exiſtentiam, eam rem ut exiſtere neceſſario putemus, oportet. Notio mali cujusdam principii, quod ex omni aeternitate, non ſecus atque bonum, fuit,*

Digitized by Google

ita ſit, nullum cuiquam eſſe poteſt dubium, quin ſemper fuerit aliquid: ex quo deinde efficitur, eſſe aliquid non factum & creatum, quod per ſe ex omni fuit & exſtitit aeternitate. Proinde quae reſtat unice dijudicanda controverſia, inter eos, qui Deum eſſe tuentur & qui eumdem eſſe negant, haec eſt: Quum explorate cognitum ſit, ex omni aliquid aeternitate ſine ullo initio exſtitiſſe, cujus illud naturae ſit & generis, abſolutumne ac perfectum, an vero a perfectione ſumma remotum? Nos naturam illam, quae per ſe, ſine ullo exordio, ab infinito tempore exſiſtit, naturaliter & neceſſario hoc modo exſiſtere, ſeu ipſa eſſe naturae ſuae neceſſitate, confirmamus. Jam vero nihil per ſe naturaliter & neceſſario ex omni poteſt aeternitate exſiſtere, praeter id, cujus natura neceſſitatem

fuit, comprehendit neceſſariam exſiſtentiam: Eſt igitur malum illud principium. Quidquid in hunc hominem dixeris, id aeque valebit, meo quidem judicio, ad argumentum illud evertendum, in cujus potentiam & virtutem nunc inquirimus. Negabis, ut opinor, a vilis animi non eſſe progrediendum ad res ipſas, & recte illud negabis. Forte multum differre dices inter ſe notionem naturae perfectiſſimae & notionem mali, ejusdemque aeterni Numinis: illam ex proprietatibus conſtare haud inter ſe pugnantibus, hanc ex rebus contrariis eſſe compoſitam, nec idcirco ex illarum eſſe rerum notionibus, quae fieri poſſunt. Dabo, rem ita ſeſe habere, tametſi video acerrimum geri bellum inter homines ingenio valentes de hac quaeſtione poſſe: Utrum notio mali principii, abſtracte ſpectata, nec cum rebus extra nos poſitis collata, concipi & animo informari queat, nec ne? Sufficiet, ſi reſpondero, in enuntiatione, quam hic ponderamus, nullam rationem *poſſibilitatis*, ſed *exſiſtentiae* tantum *neceſſariae* haberi. Ex his, quid de argumenti concluſione ſentiendum ſit, nulli grave intellectu erit. *Deus* ſi in ea naturam deſignat *mentalem*, *idealem*, *objectivam*, apta illa eſt enuntiatis, ex quibus ducitur, ſed inepta ad id, quod negant homines Deo inimici, probandum. Sin vocabulum hoc naturam indicat *realem* ſeu vere exſiſtentem, nullo jure ex binis prioribus propoſitionibus elici poteſt.

Et hac protracta ratione de tertia, quae ſecundae nexa eſt, cur bene ſperemus, nihil eſt. Quae in majori, quam nominant, propoſitione exſtat formula: *Eſſe poſſe & non eſſe poſſe*, haud dubie, quemadmodum in priori argumento, de *exſiſtentia* capi debet *ideali* ſeu *objectiva*: quod niſi fiat, futile prorſus & nugatorium erit enuntiatum. Namque hic ejus ſenſus foret: *Quidquid neceſſario & vere exſiſtit, id exſiſtit.* Lepidam ſane propoſitionem, quam vix aures noſtrae ferunt! De nomine igitur *exſiſtere* quaerendum erit unice. Fac, nomen hoc ſignificare idem, quod *vere eſſe*: & hanc habebis ſententiam: *Quodcumque in animo meo exſiſtit neceſſario, id etiam extra animum meum exſiſtit.* At hanc, niſi forte male alios ex meo metior ingenio, numquam recipient homines conſiderati & quid rem quamque conſequatur, videntes. Mundus in animo *Ariſtotelis* & ſectatorum ejus neceſſario & per ſe exſiſtebat. His ergo num integrum erat ex eo efficere, mundum etiam re vera neceſſario exſiſtere? Finge vero *exſiſtere* in hoc enuntiato idem eſſe, quod *in mente exſiſtere*; ita hoc orietur ſcitum: *Quodcumque in mente mea non poteſt vel eſſe, vel non eſſe, id eſt in mente mea.* Quis vero tam amens eſt, quin hoc totum decretum puerile eſſe ſentiat? De minori propoſitione & concluſione ſilebo. Nec enim lectorum meorum aliquem tam ſore hebetem arbitror, ut fractam eſſe hiſce animadverſionibus argumenti totius virtutem ignorare queat. Deus, ſi in binis hiſce propoſitionibus *notionem Dei* ſignificat, actum eſt de ipſa ratiocinatione: ſi Deum ipſum, diſſident haec bina enuntiata a prima propoſitione. Idem ad vocabula *eſſe* & *exſiſtere* accommodare, perfacile eſt. Haec omnia quum ita ſeſe habeant, equidem hoc argumento, valde licet ſubtile & acutum ſit, nihil effici, totamque eius ſummam huc demum redire, arbitror: *Quia Dei notio ex rebus ſibi repugnantibus haud eſt conflata, nec ulli veritati refragatur nobis notae, ideo nihil eſt in animo meo, quod impediat, ut Deum eſſe credam, ſi idonea ad id mihi perſuadendum argumenta proferantur.* Tanta eſt humanorum ingeniorum imbecillitas, ut ſummi etiam homines opinione citius animi ſui viſa & ſimulacra in rebus ponant vere exſiſtentibus, & imprudenter ſaepenumero infinitum illud diſcrimen, quo haec duo ſejunguntur: *Intelligere* & *eſſe*, opinione tollant. Nihil in vita hominum, maxime inter Metaphyſicos, hoc vitio frequentius eſt. Et ipſe ego ſortaſſis, dum acriori meditatione fugientes rerum notiones & umbras perſequor, non prorſus illud evitavi. Viderint id viri rerum intelligentes & ingenui.

Noſtra memoria Viri quidam acutiſſimi novam & ab aliis, quas indicavimus, diverſam ingreſſi ſunt viam ad ſupremi Numinis *exiſtentiam* ex ipſa ejus notione ſive *idea* probandam: quam, quia ſemel in ſpinoſum hunce locum delatus ſum, pau-

199 tem ex omni tempore neceſſario exſiſtendi in ſe continet ac complectitur. Atqui omnes, quibus aliquid ad perfectionem deeſt, naturae non exſiſtunt neceſſario, ſed per ſe tam eſſe, quam non eſſe poſſunt. Ex quo concluditur, nullam rem neceſſitatem exſiſtendi ipſa natura ſua comprehenſam habere, niſi eam, quae omnibus abſoluta numeris & perfectiſſima eſt. Colligamus paullo preſſius & anguſtius, quae diximus: Neceſſe eſt, aliquid naturaliter & neceſſario ex omni aeternitate ſine ullo principio fuiſſe. Quod ita fuit ab aeterno, id in ipſa natura ſua neceſſitatem exſiſtendi continere debet. Quod ita natura conſtitutum eſt, id non poteſt non perfectiſſimum eſſe. Ergo fuit per ſe ex omni aeternitate perfectiſſima natura ſive Deus, a quo reliquae res omnes, quae, quoniam minus perfectae ſunt, neceſſitatem exſiſtendi natura ſua non complectuntur, profectae ſunt & conditae. Hic vero nihil illis eſt obtuſius & ineptius, qui Deum ferre nolunt. Etenim confiteri recuſant, eſſe naturam quamdam, in quo neceſſitas inſit per ſe, ſine ulla alia cauſſa exſiſtendi, aut quae non poſſit non eſſe, ſeu naturam perfectiſſimam; & ſimul tamen contendere non verentur, rem omni ex parte rudem & imperfectam, materiam vita ſenſuque vacuam, in cujus notione nemo ſanus neceſſitatem exſiſtendi deprehendit, per ſe neceſſario ex omni aeternitate fuiſſe & exſtitiſſe. His addere licet, id quod ſupra jam probatum dedimus, neque leve habet ad argumenti hujus vim confirmandam momentum, nullam rem cum tempore progredientem, perpetuoque fluentem, non ſecus ac ſi quolibet momento denuo naſceretur, nec ipſas ideirco mentes noſtras, non mundum, non materiam mobilem, ex omni aeternitate ſine ulla cauſſa exſiſtere poſſe. Coeperint aliquando hujusmodi naturae neceſſe eſt, & alium ſui auctorem habeant, naturam nimirum abſolute perfectam, neque temporum converſioni alligatam, aut cum tempore procedentem, verum ſtabilem & ſine ulla fluxione (*f*) permanentem.

§. CIV. Ab his omnibus etiamſi argumentis diſcedamus, ſatis tamen nobis alioquin adjumenti ſuppeditabit notio Dei, quam explanavimus, ad controverſiam, quae Dei amicos & inimicos disjungit, cum accurate conſtituendam, tum apte & feliciter terminandam. Hoc quo nulli non apertum ſit, liceat mihi iterum aliquid, tamquam extra omnem dubitationem poſitum, aſſumere; hoc nimirum:

paucis verbis commemorabo. Initium demonſtrationis ab hoc ducunt praecepto: *Quarumcumque rerum notiones tam alte animis noſtris inſitae ſunt, ut nullo inde modo, quidquid etiam moliamur, ejici & evelli queant, illae res exiſtunt.* Exponam ſcitum hoc *Sam. Clarckii*, inſignis philoſophi & Mathematici, verbis, ex Libro *de exiſtentia Dei Parte* I. *Cap.* 4. *p.* 32. *verſionis Gallicae: Si je trouve dans mon eſprit l'idée d'une choſe telle qu'il me ſoit auſſi impoſſible, de me defaire de cette idée, qu'il m'eſt impoſſible de me defaire de l'idée d'egalite entre deux fois deux & quatre: il eſt clair que la certitude de l'exiſtence de cette choſe eſt la même & s'appuye ſur le même fondement, que la certitude de la relation entre deux fois deux & quatre. Car la relation d'egalite entre deux fois deux & quatre n'a d'autre certitude, que ceci, qu'il eſt impoſſible, de changer ou d'abolir l'idée de cette relation ſans tomber dans une contradiction reelle.* Deinde naturae perfectiſſimae notionem aſſumunt ex harum eſſe idearum ordine: Ex quo concludunt, Deum eſſe. Vereor, ne cum alia quaedam, tum hoc in primis poteſtati huius rationis obſiſtat, quod notiones quaedam, tametſi commentitiae & prorſus ineptae ſint, animis tamen quorumdam hominum tam pertinaciter adhaereſcunt, ut arte inde nulla, nec vi, nec ratione exſtirpari queant. Fatebor ingenue, quod ſentio: Meliores mihi videntur eorum eſſe partes, qui ex ſola & nuda rei alicujus notione ſeu idea, nulla re alia adjuncta, & *a priori* quidem, contemplando tantum ea, ex quibus notio illa conſiſtit, effici poſſe negant, naturam vere extra nos exſiſtere viſioni animi noſtri reſpondentem. Nam, quod neminem praeterire poſſe certus ſum, nulla eſt viſio aut notio animi noſtri, ad quam ex-

rum: Quemadmodum certum eſt, non omnia eſſe facta, ſed aliquid per ſe nec factum, nec creatum ex omni aeternitate exſtitiſſe, ita ſimiliter cognitum & exploratum eſſe debet, non omnia ab infinito tempore exſtitiſſe, aut non eſſe facta, ſed rem aliquam initium habuiſſe ac factam eſſe. Et hac quidem de re nulla eſt omnino inter Dei amicos & adverſarios diſſenſio. Nullus enim ex impia turba totam rerum naturam non eſſe factam pugnat, verum omnes ſemetipſos eſſe generatos fatentur, nec quisquam eſt eorum, quin tam animos, quam corpora, cum ſua, tum ceterorum animantium & hominum, ab initio quodam profecta eſſe largiatur. Convenit ergo inter illos, qui de divina natura diſputant, fuiſſe aliquid per ſe ex infinito tempore, alia vero certo tempore conſtructa eſſe & condita. Neque hoc in diſceptationem inter eos vocatum iri, credo, quae orta ſunt & condita ab ea manaſſe & profecta eſſe natura, quae perpetuo exſtitit, nec ſui aliquod initium habuit. Quocirca controverſia inter utriusque partis ſententias in eo unice eſt: Utrum id, quod per ſe ex omni aeternitate exſtitit, ceterisque rebus omnibus ortum dedit & initium, natura ſit omnibus numeris abſoluta & Deus, an vero id, quod rerum omnium viliſſimum & infimum eſt, rudis ſenſuque & vita vacans materia? Superius confirmant, qui Deum eſſe tuentur: atque dudum *Ariſto-* 900
teles veteres philoſophos, qui de primis rerum initiis non poëtarum more ſcripſerunt, idem ſenſiſſe, ſcriptum reliquit: οἷον, inquit, (*) Φερεκύδης καὶ ἔνιοί τινες, τὸ γενόμενον πρῶτον τὸ ἄριστον τιθέασι, καὶ οἱ Μάγοι καὶ τῶν ὑστέρων ἔνιοι σοφῶν, οἷον Ἐμπεδοκλῆς τε καὶ Ἀναξαγόρας. *Ut Pherecydes & alii quidam primum generans optimum eſſe ponunt, ac etiam Magi & poſteriorum quoque ſapientum quidam, ut Empedocles & Anaxagoras.* Quem dum recito philoſophi locum, non poſſum, quin praeteriens obſervem, ex ſententia *Ariſtotelis* veteres Magos non malum aliquod principium per ſe conſtans credidiſſe. Nam perſuaſum perhibet hic fuiſſe illi generi, naturam omnium optimam & perfectiſſimam ſolam per ſe rerum omnium parentem & (*g*) auctorem eſſe. Sic igitur, qui Deum eſſe profitentur, cenſent: Unam eſſe naturam numeris omnibus perfectam & abſolutam, quae ex omni aeternitate neceſſario per ſe exſtiterit: ab hac quidquid usquam eſt rerum minus perfectarum gradatim & pedetentim deſcendiſſe & derivatum eſſe, quarum ultima ſit materia ſenſus plane mentisque inops & expers. E contrario qui Deum eſſe negant, brutam ſenſuque omni deſti-

(*) Metaphyſ. Lib. XII. cap. 5. (potius cap. 4. pag. 446. Tom. IV. Opp.)

exſiſtentia vera & realis pertineat.

(*f*) *Permanentem*] Argumentum hoc quis, niſi mente ac ratione captus, egregium & luculentum neget eſſe? Fieri nullo modo poteſt, quin ex omni aliquid aeternitate exſtiterit. Quod ab omni exſtitit aeternitate, id neceſſario & per ſe ſubſiſtit. Quod exſiſtentiam neceſſariam in ipſa complectitur natura ſua, id non poteſt non omnibus numeris abſolutum & perfectiſſimum eſſe. Ergo Deus eſt, ſeu natura perfectiſſima. Certe quidquid eſt rerum, id propterea aliud alio magis vel minus a perfectione remotum eſt, quod id non per ſe exſiſtit, ſed a cauſſis pendet antegreſſis, quae aliis rurſus cauſſis innexae ſunt. Ex quo quidem non poteſt non conſequi, omnes in ea natura perfectiones conjunctim eſſe, a qua omnis cauſſa abeſt. Sed negabunt, niſi me fallit animus, plerique, argumentum iſtud ex notione ſeu ex idea ſola Dei vel naturae perfectiſſimae, eaque animis noſtris inſita hauſtum eſſe: e contrario adſcendi confirmabunt in eo a notione naturae aeternae ad informationem notionis naturae perfectiſſimae: & hanc ipſam forte notionem aeternae cujusdam naturae addent, adventitiam eſſe & ex rerum extra nos poſitarum noſtraeque naturae contemplatione hauſtam. Ad rem ipſam perinde eſt, unde haec ratio ſumta ſit & quem ad locum pertineat, modo tantum habeat virtutis, quantum ad cohortem profanam proſternendam requiritur.

(*g*) *Auctorem eſſe*] Jungenda haec obſervatio illis eſt, quae ſupra *Cap.* 4. de Magorum & Perſarum veterum religione ac ſententiis de divina natura copioſius diſputata ſunt.

Digitized by Google

ſtitutam materiam, qua nihil longius recedit a perfectione, primum eſſe praedicant rerum principium, quae unice per ſe ab aeterno exſtiterit, resque omnes reliquas effecerit: cui conſentaneum omnino eſt opinioni, ut quae majori praedita cernuntur perfectione, ex hac omnia gradatim adſcendendo prodiiſſe, vitamque, ſenſum, intelligentiam, & rationem ex eo, quod vita omni ſenſuque caret, fluxiſſe exiſtiment. Quin etiam, id quod me ſupra jam obſervare memini, genus quoddam olim hominum fuit ex religione & ſumma impietate compoſitorum, qui verbo Deum relinquebant, ſeu animam quamdam mundi profitebantur, toti univerſitati rerum praeſidentem, & hanc tamen ipſam nihilominus primum ex bruta materia, nocte & chao eſſe ortam, autumabant: ex quo conſequebatur, poſſe iterum eamdem in hanc materiam reverti atque diſſolvi. De his *Ariſtotelis* haecce verba debent accipi: (*) *βασιλεύειν καὶ ἄρχειν φασὶν οὐ τὰς πρώτας εἶναι Νύκτα καὶ Οὐρανὸν, οὐδὲ Γαῖαν, οὐδὲ καὶ Ὠκεανὸν, ἀλλὰ τὸν Δία. Non prima rerum initia regnare & gubernare ajunt veluti noctem, coelum, chaos, aut etiam oceanum, ſed Jovem.* Nam quos his notat verbis, illos tradit aperte ſanxiſſe, coelum, noctem, oceanum, & chaos ante Jovem fuiſſe. Ex quo apparet, ſic illis viſum fuiſſe: Rerum ortum ab eo, quod omnium ultimum & minimum, a nocte & chao inchoaſſe, atque gradatim ad id, quod perfectius & nobilius, adſcendiſſe, donec ipſe naſceretur *Jupiter*, ſeu mundi anima, cujus vis totum huncce orbem, non aliter, atque animus humana corpora, gubernaret ac regeret. Meminit & alio loco ſententiae hujus *Ariſtoteles*, quam ſimul rejicit & vituperat, id quod haec ejus verba (*b*) oſtendunt: (†) *οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνει τις παρειλήφει τὰς ἐξ ἀλλήλων ἀρχὰς, ἢ τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν· ὅτι ἐξ ἀφαιρέσεων καὶ ἀεὶ τὰ πλείονος. Ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ καὶ οὐκ ἔστι σπέρμα πρῶτον. Neque vero is recte cenſet, qui univerſi principia animalium plantarumque principiis putat eſſe ſimilia, ubi ex indeterminatis ac imperfectis* (id eſt ex feminibus) *perfectiora ſemper naſcuntur. Hic vero res ſecus ſeſe habet. Homo enim hominem generat, nec ſemen primum eſt.*

§. CV. Conſtituta igitur jam eſt & dilucide expoſita, quae Dei profeſſores & hoſtes disjungit & exercet, controverſia. Quo facto, nec magno labore, nec ingenio vehementer acuto opus erit, ad eam dirimendam, ut qui libero & integro ſunt judicio, nec opinionibus praejudicatis impediuntur, cognoſcant, utri parti ratio & veritas nos accedere jubeant. Nemo unus, ut opinor, erit, quin certum eſſe judicet ac exploratum, virtutes & facultates minores naturaliter ab eo derivari poſſe, quod majori gaudet perfectione, ſaltim ab eo, quod abſolutiſſimum eſt, & omnes efficienter virtutes in ſe continet. Rurſus omnes, in quibus ratio ineſt, concedunt, nullo fieri modo poſſe, ut virtutes praeſtantiores &
901 facultates excellentiores a minoribus exſiſtant & proficiſcantur, nec idcirco rerum omnium initium, cauſſam, & originem id eſſe poſſe, quod ultimum & abjectiſſimum inter omnes res locum occupat. Etenim, quid clarius atque certius eſt, quam hoc, effectum cauſſae ſuae viribus & facultate nobiliorem & praeſtantiorem

(*) Metaphyſ. Lib. XII. cap. 4. (p. 446. Tom. IV. Opp.)
(†) Metaph. Lib. XII. cap. 5. du Vall. (pag. 448. Tom. IV. Opp.)

(*b*) *Oſtendunt*] In his *Ariſtotelis* verbis omiſſa quaedam ſunt a *Cudworthio*, quae ad totam tamen ſententiam ejus comprehendendam haud parum momenti habent: Itaque hic ea ſubjiciam. Poſt

Digitized by Google

rem nulla esse ratione posse? Quapropter qui res omnes in hac universitate gradibus adscendere & ab eo, quod ultimum, ad id, quod primum & summum pergere censent, ab ipsa refelluntur ratione, quippe quae descendere docet omnia ab eo, quod summum, ad id, quod postremum, totiusque naturae primam caussam non vilissimam omnium, sed perfectissimam naturam esse decernit. Operae pretium erit de his aliquanto distinctius & explicatius commentari. Certum est, quidquid etiam *Lucretius* & alii, qui vel omnem abrogatam esse cupiunt religionem, vel praecipua ejus fundamenta convellunt, enitantur ingenio, vitam atque sensum ex mortua sensuque omni vacua materia nullo pacto unice oriri & proficisci posse. Sive atomorum regno & licentia ad hanc rem abutantur, sive qualitatibus hoc negotium committant, numquam tamen aliquid proficient. Neque enim ulla compositio, qualiscumque demum sit, magnitudinis, figurae, situs, & motus apta est ad vim cogitandi producendam, neque ulla primorum elementorum seu qualitatum frigidi & calidi, sicci & humidi permixtio sensus & perceptionis mater & origo esse potest. Ipsum illud rationis decretum, in quo totam caussae suae salutem collocant homines a Deo alieni, tametsi vim ejus parum recte capiant, id quod infra patebit: *Ex nihilo nihil fit*, hanc rem ita conficit, ut nullus dubitandi locus relinquatur. Multo vero minus credibile est, vim ratiocinandi & intelligendi, qua valent homines, ex materia procreatam esse, omni genere vitae destituta. Quapropter non possum, quin istud philosophiae genus, cui & illi, qui ceteroquin non esse Deum negant, incauti nonnumquam & imprudentes assensi sunt, inscitiae & obscuritatis condemnem, quod ex certa quadam materiae sensu & vita vacuae dispositione, permixtione, & compositione sensum pronuntiat exsistere, rursus ex sensu intelligentiam & rationem nasci posse. Quae quidem sententia si semel obtinuerit, nil ego video, quo illos coërceamus, qui materiam sensus expertem rerum omnium caussam & unicum esse Numen disputant. Neque ullum mihi dubium est, quin doctrina haec non ultima pars sit philosophiae illius, qua regnum tenebrarum nititur. At fugatae sunt & dissipatae hae tenebrae, postquam philosophiae illius, quae a corpusculis nomen accepit, lumen non ita pridem orbi terrarum redditum est. De vera, germana, nec fucata nominis hujus philosophia, non de contaminata illa & corrupta, quam impiorum hominum diligentia excogitavit, loquor. Etenim haec disciplina, quoniam, id quod *primo capite* planum fecimus, hoc rationis pronuntiatum fundamenti loco adscisicit: *Ex nihilo nihil fit*, ideo quousque vires corporum, legumque mechanicarum pertineant, nec vitam atque sensum ex his exoriri potuisse, dilucide ostendit. Quod quum *Strato* ceterique Athei, qui vitam attribuerunt materiae, sentirent ac intelligerent, fierique nullo modo posse perciperent, ut vita omnis & intelligentia gigneretur & procrearetur, decreverunt esse aliquam vitam & cognitionem nec factam, nec a principio quodam ductam. Itaque omni materiae in se spectatae, quo apta fieret & idonea rebus universis producendis, vitam & intelligentiam una cum appetitu & semet ipsam movendi potestate attribuen-

Post vocabulum: τελειότητα sic pergit philosophus: διὸ οὐ ἐπὶ τῶν πρώτων ὕπως ἔχειν φασίν. ὡς τὸ μηδὲν ὄντι εἶναι τὸ ἐν αὐτῷ· οὕτω δὲ οὐ ἐνταῦθα τίθενται αἱ ἀρχαί, ἐξ ὧν ταῦτα. Ἀνάγκη &c. τ. λ. *Simili ratione in primis ajunt principiis rem sese habere: quare nec aliquod ens per se unum esse putant. Verum hic perfecta sunt, ex quibus omnia fiunt, principia.* Bessarion tam obscure ac inconcinne locum hunc, ut maximam librorum *Aristotelis Metaphysicorum* partem, reddidit, ut totam refingere ejus versionem debuerim.

buendam esse duxerunt. Verum hanc sententiam, quae prorsus portentosa est ac demens, alio loco totam ex inanibus commentis & somniis compositam esse demonstrabimus. Interim quod modo proposuimus argumentum tantae virtutis esse nullus affirmare dubito, ut eorum, qui Deum ex orbe tollunt, disciplinam veri prorsus esse nesciam & omni rationi adversam demonstret. Quod apertius etiam confido fore, si quis ea cum his contulerit, quae inferius contra illud profanae turbae argumentum, quod ad rerum omnium creationem infringendam ex eo sumunt, quod nihil possit ex nihilo fieri, (*i*) disputabimus.

902 §. CVI. Ceterum quaestio, quae Dei contemtores & amicos exercet, aptius etiam & pressius constitui potest, si notionem Dei mentem, consilium, & intelligentiam naturaliter continere, nobiscum reputemus. Etenim hoc si cogitemus, omnem in hoc esse controversiam nostram, constabit: Utrum mens omnia fecerit, propterea que aeterna sit, nec facta; an vero omnis ratio & intelligentia facta sit & genita, & ex materia quidem sensu vacua generata? Omnes, qui in gentibus verae religionis ignaris, Deum quondam professi sunt, mentem statuerunt esse πρεσβύτατον καὶ κύριον τῶν ὄντων, *rerum omnium vetustissimum, mundo, rerumque initiis antiquius, omniumque denique, quae sunt, naturalem dominum.* Verum hi, qui materiam & corpus omni vita, sensu, & intelligentia vacuum totius universitatis principium esse volunt, quo Deum commodius ex orbe ejiciant, necessario mentem ὑπερσθυτέραν esse seu post natum mundum ortam, rem vanam, imbecillem, nihil solidi & expressi habentem, verbo, nihilo cognatam & affinem, asseverare debent. Hoc si modo lis aestimetur, levi omnino ad eam dirimendam acumine opus erit. Principio hoc nobis sumimus, quod omni caret controversia: si nihil aliquando exstitisset, numquam futurum fuisse, ut aliquid fieret & exsisteret. Isto freti fundamento, sic ratiocinando pergimus: Si aliquando nulla plane in orbe fuisset vita, verum omnia jacuissent mortua & vita vacua, vita numquam ulla aut ullus motus fuisset ortus: Et si tempus fuit, quo nec mens, nec consilium, nec ratio in orbe usquam exstitit, nullo umquam modo mens, ratio, & consilium produci potuissent. Vitam enim & intelligentiam si ex eo, in quo nec vitae, nec sensus, nec denique rationis pars & umbra inest, nullius alius causae interventu, natam esse statuas, idem aperte dicis, ac si ex nihilo aliquid esse factum contenderes. De aliis rebus, mundo in primis & materia, idem statuere non licet, si non fuissent aliquando, numquam, ut essent, futurum fuisse. Finge enim, mundum quodam tempore, materiamque non fuisse: nec tamen obstat aliquid, quo minus a perfectissima, infinite potente, corporisque omnis experte natura, quae cuncta efficienter continuerit, condi & creari potuerint. Mentem ac intelligentiam a materia, mentis, vitae, & sensus inope, generatam esse, rationi plane repugnat: non autem hoc, materiam a mente potentissima & perfectissima productam esse. Ita-

(*i*) *Disputabimus*] De hoc argumento idem fere dixerim, quod de praecedenti. Est illud robustum & ad copias profani generis disjiciendas in primis aptum: sed ex notione Dei in se spectata *a priori* haud ducitur, quod tamen velle videtur vir longe doctissimus. Argumentatio nimirum in universum sic procedit: Fieri nullo modo potest, quin res multae ortum & initium habuerint. Id vero quod ortum & initium dedit rebus reliquis, id perfectius & praestantius sit oportet, rebus inde natis & ortis. Est igitur, quae res omnes procreavit, natura perfectissima. Sic ego putem a rebus, ex quibus haec constat universitas, contemplatione, seu *a posteriori* per viam, quam olim do-

Digitized by Google

Itaque quum mentem hodie ac rationem eſſe videamus, id inde quidem efficimus, mentem quamdam nec ortam nec genitam ex omni exſtitiſſe aeternitate. Verum ita nulli rationem ſubducere licet: Sunt hodie corpora: Ergo corpus & materia quaedam ſemper ab infinito tempore fuit, nec ullo modo creata eſt. Concludamus rationem: Imperfecti, quibus homines utuntur, animi ſine ulla controverſia aliquando coeperunt eſſe, nec pro aeternis & initio carentibus ullo modo haberi poſſunt: At materia vitae ſenſusque expers nullum ex ſe gignere valet animum: Nec omnes conditas eſſe mentes, aut aliam ex alia ex infinito tempore generatam eſſe, ratione favente, decernere licet. Ergo aeterna quaedam, nec facta & creata mens, ſit neceſſe eſt, unde animi noſtri imperfecti ducti & hauſti ſunt. Atque hic perennis & infinita potentia praeditus animus tam rerum omnium, quam ſigillatim humanorum animorum effector & (*k*) parens eſt.

§. CVII. Ante vero quam pergamus diſputando, animadvertendum omnino eſſe ducimus, homines Deo inimicos in hoc ipſo negotio, quod modo attigimus, non ultimum cauſſae ſuae firmamentum collocare ſolere, neque ulla fere ſeſe re intolerantius, quam hac ipſa, jactare. Putant enim ipſam naturam intelligentiae ac cognitionis noſtrae ad Deum de medio tollendum ſufficere. Hinc nos ſupra jam inter argumenta, quibus hoc genus nititur, undecimo hoc loco poſuimus: *Cognitio nihil eſt, quam informatio rerum ipſarum, quas cognovimus, omnisque animi conceptio actio eſt ejus, quod concipitur, nec illi, qui concipit, aliud quid relinquitur, quam patiendi facultas.* Mundus resque omnes, quae in ſenſus incurrunt, fuerunt haud dubie, antequam cognoſcerentur & cogitatione depingerentur: cognitio vero mundo, rebusque ceteris prior eſſe non potuit. Quae quidem ratio ſic brevius exponi poteſt: Mundus cognitione, ratione, ac intelligentia fieri non potuit. Nec enim mundi aut ceterarum quarumdam rerum cognitio & perceptio 903
eſſe potuit, antequam mundus resque illae exſiſterent. Hos igitur ſi magiſtros adhibeas, res exiſtimandum tibi erit rationem, non vero rationem res effeciſſe. Res vero nullas intelligunt alias, quam corporeas, ſenſibusque patentes & expoſitas. Mens & ratio, ex horum ſententia, non effector & conditor eſt mundi, rerumque in ſenſus incurrentium, verum aliquid a mundo ceterisque rebus effectum & conditum, relucens quaedam rerum extra nos poſitarum imago, omnium denique, quae creata ſunt, ultimum & noviſſimum. Ex quo conſequitur, qui res omnes conſilio & ratione contendunt eſſe factas & conditas, aeque ſapienter diſputare, ac ſi ſolis, ſtellarum, aliarumque rerum ſimulacra, quae in fluminibus & rivis cernuntur, ſolis, lunae, ſtellarumque architectos eſſe pugnarent. Huic ſententiae tantum nuperus quidam ſcriptor auctoritatis & dignitatis tribuit, ut praepotenti etiam Deo rationem & intelligentiam adſcribi debere, non veritus ſit negare; minus enim perfectae naturae ſigna has eſſe facultates, quibus qui inſtructi ſint,

doctores Scholaſtici viam *eminentiae* & *cauſſalitatis* nominarunt, ad Dei cognitionem adſcendi, non vero ex notione ſummi Numinis *a priori* exſiſtentiam ejus probari.

(*k*) *Parens eſt*] Haec quoque ratio, ut magna in ſe ſit & valida, in illis, quae *a priori* ſolent vocari, argumentis, nullo mihi poni jure videtur. Etenim ab effectis ad cauſſam progreditur, & ex rerum, quae ſunt, conſideratione, qualis illa eſſe debeat natura, cogit, quae rerum omnium parens & auctor exſtitit. Non ex notione exſiſtentia Dei hoc modo eruitur, ſed potius qualem nos Dei ſeu naturae aeternae notionem animo informare oporteat, ex rerum exſiſtentium natura docetur.

(*l*) *Me-*

Digitized by Google

ſint, eos certo modo a rebus externis urgeri & affici. (*) *Quoniam*, inquit, *ſcientia & intellectus in nobis nihil aliud ſunt, quam ſuſcitatus a rebus externis organa prementibus animi tumultus, non eſt putandum aliquid tale accidere Deo. Signum enim eſt potentiae ab alio dependentis.* Hic quia Deum omni ſcientia & cognitione ſpoliat, quam *tumultum eſſe* ait *a rebus externis excitatum* & imperfecti ſtatus argumentum, primam rerum cauſſam non potuit credere naturam eſſe ſapientem & intelligentem. Niſi fortaſſis aliud quoddam ſcientiae genus, ab humanae cognitionis modo diſcrepans, informatum habuerit animo, idque Deo infinite potenti attribuerit. Hactenus de ſenſu eorum expoſitum eſt, quibus Deus moleſtus eſt. (*l*)

§. CVIII. Nunc hanc doctrinam eatenus confutabimus, ut fundamentum jaciamus, quibus illi nitantur, qui quod ei contrarium eſt, tueri ſtudent, & ex ipſa rationis & cognitionis indole planum facere volunt, eſſe Deum, aut mentem quamdam ante mundum exſtitiſſe. Principio igitur prorſus genus hoc inepte ſentire, neque ſuarum ipſius cogitationum rationem habere contendemus, quum non ſenſum tantum, ſed etiam rationem & intelligentiam in hominibus nil eſſe docet, quam tumultum a rebus externis, organa corporea urgentibus, excitatum, aut ſicuti mentem ſuam ipſimet apertius declarant, nil, quam id, quod res ſenſus ferientes in corpore noſtro efficiunt, nosque ex impetu eorum patimur. Etenim
904 hoc ſi verum eſſet, omnia, quae motum alienum recipiunt & repellunt, corpora, in primis polita, exempli cauſſa, ſpecula, ſenſus nonnihil & rationis haberent. Perſpicuum eſt a corporibus extra nos conſtitutis duo tantum ad nos pervenire, *motum* eorum exteriorem ſeu *localem*, & *preſſum* ſeu *preſſuram*. Quae duo quando ſentimus, non ab illis tantum afficimur aut patimur, ſed vi quadam animi percipimus, quae corporibus accidunt, quaeve patiuntur. At ipſae res ſenſibus expoſitae, exempli cauſſa, lux aut colores, neque pulſione quadam, neque ſenſuum aliqua viſione, neque ulla re alia externa & adventitia intelliguntur & cognoſcuntur, verum unice formarum & notionum ex ipſo animo prodeuntium, id eſt, rei cujusdam nativae & domeſticae, beneficio. Neque putem hoc *Boëthii* (*m*) pronuntiato verius & firmius fieri poſſe aliquid; *Omne quod ſci-*

(*) De cive Rel. c. 15. Sect. 14. Leviathan. c. 31.

(*l*) *Moleſtus eſt*) Totum hunccc locum de ortu & natura cognitionis humanae, quem ſubtiliter & ingenioſe tractat vir eruditiſſimus, graves propter cauſſas liberum & intactum relinquere ſtatui. De *Hobbeſii* ſententia, quam hic ipſe *Cudworthus* quodammodo excuſat, alio me jam loco dicere nonnihil, memini. Reliqui, qui vel omnem cognitionem humanam a ſenſibus naſci, vel ex interiori animorum natura & indole provenire arbitrantur, in varia diſtribui poſſunt genera, nec idcirco una eademque ratione commode comprehenduntur. Quidam fortaſſis etiam, qui de hiſce rebus acriter inter ſe dimicant, minus forte, quam ipſimet opinantur, disjuncti ſunt opinionibus & ſententiis. Hoc vero non poſſum, quin moneam, in univerſum hanccc controverſiam non ex illis eſſe, quae certamen illud, quod nobis cum Dei contemtoribus eſt, per ſe ingrediuntur, aut ita cum religionis cauſſa conjunctae ſunt, ut huius ſalus ex illarum pendeat deciſione: Verum, ſalva religione, in utramque partem de hoc diſputari momento poſſe. Etenim multi fuerunt inter eos, qui caſtiſſime Deum venerati ſunt, inter ipſos etiam antiquioris eccleſiae doctores, e quibus unum tantum *Tertullianum* nunc nomino, qui cognitionem omnem a contemplatione rerum extra nos poſitarum proficiſci judicarunt, notionibusque inſitis prorſus refragati ſunt. Neque temere quemquam praeterit, ſummos recentiorum temporum philoſophos, quorum ceteroquin ſpectata fuit pietas, acriter pro hac decertaſſe ſententia. Viciſſim ex illis, qui prima conculcarunt religionis omnis ſun-

Digitized by Google

scitur, non ex sua, sed ex comprehendentium natura, vi & facultate cognoscitur. Quamobrem praeter visa corporum singularium seu rerum externarum sensus pellentium, quae tamen non ex mera pulsione nascuntur, inesse oportet in animis nostris alias quoque notiones & cogitationes, species nempe, formasque naturarum, quae soli patent intelligentiae, essentiarumque rerum, quae quum universales sint, singularia sub se multa complecti debent. Quod non ita pridem nonnemo ausus est affirmare religionum irrisor, notiones universales nihil esse, nisi vocabula & nomina, quibus corporum singularium multitudo quaedam designetur, quum omne, quod est, singulare sit, id prorsus est ridiculum. Quamvis enim quaecumque extra mentem nostram exsistunt, singularia sint, esse tamen in animis nostris notiones universales, controversia caret. Quae notiones tametsi extra animum nostrum nusquam locorum exsistunt, attamen propterea pro nihilo non sunt habendae, sed, quoniam intelligi & mente comprehendi possunt, certa ratione exsistunt. Sicut enim id, quod nullum est & nihilum, a nullius concipi potest ingenio: ita quod intelligi & comprehendi potest, id aliquid sit idcirco, necesse est. Generalia pronuntiata illa, quae aut negant aliquid, aut affirmant, ab externo corporum aliorum pulsu in mentibus nostris excitari, nemo sanus dixerit. Quaenam enim, quaeso, motio aut pulsio commune hoc omnibus hominibus scitum in animis nostris produxisset, aut aliud ei simile: *Quaecumque in uno conveniunt tertio, ea inter se conveniant oportet?* Nec eadem enuntiata sensim in nobis, crebris & iteratis sensuum perceptionibus, gigni ullo modo probabile fit, quum uno veluti adspectu & simul intelligamus, fieri haud posse, ut res aliter sese habeant. Hinc *Aristoteles* (*n*) ingeniose: οὐδὲ θεωρεῖν δι' αἰσθήσεως ἐστιν, ὅτι καὶ εἰ ἦν αἰσθάνεσθαι, ὅτι τὸ τρίγωνον δυσὶν ὀρθαῖς ἔχει τὰς γωνίας, ἐζητοῦμεν ἂν ἐπάγειν, καὶ οὐκ ἂν εἰς φασὶ τινὲς θεωρήσειεν· αἰσθάνεσθαι μὲν γὰρ ἀνάγκη καθ' ἕκαστον, ἡ δὲ θεωρία τῷ καθόλου γνωρίζειν ἐστί. *Neque per sensum fit, ut sciamus. Contra planum est, etiamsi sensu percipi posset triangulum duobus rectis aequales angulos habere, nos demonstrationem requisituros; nec enim, ut quidam inquiunt, sciremus. Sensus enim ad particulare tantum pertinet: scire vero est id, quod universale, cognoscere.* Nos, postquam ex generali notione trianguli, quae nusquam quidem extra mentem nostram exsistit, at omnino tamen est aliquid in animo nostro, intelleximus, fieri non posse, quin tres ejus anguli duobus rectis aequa-

fundamenta, ex grege praesertim *Spinozae*, fuisse quosdam novi, qui nil verecrentur affirmare, semina omnis cognitionis intus in animis nostris inhaerere, immo ex hac ipsa sententia, inepte licet, ad impietatem suam ornandam consequutiones aliquas elicere. Scio equidem, quosdam hac sententia, quae cognitionem omnem a sensibus derivat, ad religionem labefactandam turpiter abusos esse: nec ego *Hobbesium* ex hac familia exemtum prorsus volo. Id vero confirmo, opinionem hanc non esse certum ac minime dubium signum animi de Deo perperam sentientis; idque mihi propterea puto esse animadvertendum, ne quis forte, hac *Cudworthi* disputatione inductus, impietatis statim notam illis inurat, qui ad eam propendent. Si quis ceterum Atheus umquam hoc modo rationem subduxit: *Omnis humana scientia nascitur a rebus, quae sensus pellunt: Ergo nullus est Deus, rerum conditor*; stulte fecit ac prorsus imperite, dignioque meo judicio, irrisione fuit, quam longa confutatione. Ejusdem enim generis ac formae hoc argumentum est, ac si qui hoc modo ratiocinarentur: Esse civitates legibus inter se junctas & pactis, esse horologia, esse artem domos apte ac eleganter construendi, uno sensuum meorum beneficio compertum habeo. Igitur nulli sunt civitatum conditores, nulli architecti, nulli horologiorum machinatores.

(*m*) *Boëthii*] Ex memoria vir doctissimus hoc *Boëthii* decretum recitat, eaque de caussa sententiam ejus potius, quam verba, refert. Ipsa *Boëthii de consolat. philos. Lib.* V. *p.* 131. haec verba sunt: *Omne, quod cognoscitur, non secundum sui vim, sed secundum cognoscentium potius comprehenditur facultatem.*

(*n*) *Aristoteles*] *Analyticor. posterior. Lib.* I. *p.* 226.

aequales ſint, tum demum veritatem pronuntiati hujus, non autem antea, ſentimus: ſimul etiam certi evadimus, neceſſe omnino eſſe, ut ſingula triangula ita conſtituta ſint. Quapropter magnopere falluntur, qui has, ſimilesque veritates aut a ſingularum rerum aſpectu in nobis procreari, aut, dum a ſingularibus ad univerſalia cogitatione adſcendimus, ſenſim in nobis oriri autumant. E contrario certum eſt, ex univerſalibus eas notionibus a nobis primum erui, & poſtea demum ad res ſingulas deſcendendo applicari. Quae quum ita ſint, conſtituimus, cognitionem noſtram non, cognitis demum corporibus ſingularibus, exſiſtere, aut ex his corporibus ad nos manare, ſed ipſo naturae ordine anticipatam eſſe, corporibusque ipſis priorem.

§. CIX. Harum notionum generalium quaedam ab omni abſtractae ſunt corporea imagine, quales ſunt, verbi cauſſa, vita, ſenſus, ratio, cognitio, & ſimilia: aliae a talibus ſunt rebus ductae, quarum ſingulae partes nulla in ſenſus cadunt
905 ratione: cujus generis ſpecies externa corporum pulſione ad nos afferri nequeunt. Nonnullae ad res quidem pertinent corporeas & ſenſibus expoſitas: at ſicuti earum accuratam formam noſtri ſenſus haud aſſequuntur, ita evidens eſt, eas quoque in illa inferioris orbis, qua cingimur, materia non ineſſe: ex quo apparet, ab externis eas rebus ad nos non permanaſſe. Exempla ſi quis quaerat, is modo linearum omnino rectarum, planae ſuperficiei, trianguli, circuli, globi, aliarumque ejusmodi rerum accuratas notiones cogitet. Nulla in orbe res corporea tam rectis terminatur lineis, quin, ſi quis armatis eam intueatur oculis, multas in ea deformitates & vitia recti regulae contraria deprehendat. Atque certus ego ſum propemodum, nusquam aut eſſe, aut futuras eſſe in univerſa rerum natura rectas ejusmodi lineas, triangulos, circulos, globos, cubos, quae animi noſtri formis ex omni parte reſpondeant, earumque miram accurationem imitentur. Interim has omnes formas qui nullas eſſe dixerit, nae is multum a vero aberraverit. Licet enim nobis multa, quae pertinent ad eas, demonſtrare. Sunt, fateor, nusquam, nec erunt fortaſſis umquam: at nihil tamen obſtat, quo minus exſiſtere poſſint. Nihil enim poteſt intelligi & concipi, niſi quod reapſe eſt, aut eſſe poteſt. Valet itaque animus noſter facultate formas & ſpecies rerum effingendi, nec earum modo, quae ſunt revera, verum etiam illarum, quae nec ſunt, nec erunt usquam, tametſi nil impediat, quo minus fieri poſſint. Nos vero quum ſic rationem ſubducimus: Equidem hujus vel illius rei formam fingere poſſum animo & cogitatione depingere: Ergo, quamvis nusquam ſit, eſſe tamen & exſiſtere poteſt; tum taciti concedimus, eſſe Deum ſeu naturam interminata potentia praeditam, quae quidquid intelligi poteſt, quamvis id non ſit, efficere tamen, triangulosque tales ideo, circulos, globos, cubos, quales animo Geometrae concipiunt,

p. 226. *Tom.* I. *Opp.* Non hoc vero ordine haec verba leguntur apud *Ariſtotelem*, ſed *Cudworthus* binos locos, qui verſibus nonnullis ſejuncti ſunt, conjunxit; verum ita tamen, ut nullam rebus ipſis vim afferret.

(o) *Poteſt*] Negabunt fortaſſe quidam, hanc ita firmam eſſe concluſionem, ad probandum, Deum eſſe ſeu naturam infinite potentem, nihil ei ut opponi queat. Hoc quidem dubio caret, nos, dum cogitamus, rem aliquam fieri poſſe, cauſſam ſimul aliquam animo concipere, quae id efficere ac producere valeat, quod effici poſſe intelligimus. Sed quid nos cogat, haud equidem video, ut naturam ſemper infinita praeditam potentia exſiſtere, conſtituamus. Homo de ſchola *Epicuri* clare ſeſe intelligere ait, hunc, quem incolimus, mundum longe alia conſtrui ac diſponi potuiſſe ratione, quam diſpoſitus hodie eſt: neque negat, dum id ſtatuit, certis illud de cauſſis fieri de-

Digitized by Google

piunt, formare valet. Nam quod non est, id nisi natura quaedam adsit, tantae virtutis particeps, ut producere illud queat & gignere, nullo etiam fieri modo (*o*) potest.

§. CX. Haec, quae disputavimus adhuc, id extra controversiam, ut opinor, collocant, humanam scientiam & cognitionem non esse nudam imaginem quamdam a corporibus, quas videmus, ad animos nostros delatam, omnibusque idcirco rebus externis recentiorem & juniorem: verum eam, quemadmodum longe supra corpoream hanc rerum universitatem sese attollit, ita nec a singulis corporibus duci, sed ordine naturae antecedere corpora & quidquid extra nos positum adspicimus. Constat enim jam, non in singulis corporibus contemplandis mentem nostram unice occupatam esse, sed naturarum quoque, soli intelligentiae patentium, universales & ab omni concretione sejunctas notiones habere. Quarum quidem aliae ejus sunt naturae ac indolis, ut res, quibus respondent, ne a sensibus quidem cognoscantur & percipiantur: alias vero, tametsi ad corpora referantur, sensus tamen haud assequuntur, eo quod in materia nusquam exsistant. Accedit, quod mens nostra res sibi fingere potest, quae nusquam sunt, & fieri tantum possunt, veritatumque generalium tam certam sibi comparare cognitionem, quantam sensibus nullo modo licet consequi. Quae quum ita sint, quum τὸ νοητὸν, *intelligibile aliquid*, ante ipsam νόησιν seu *intelligendi facultatem* fuisse debeat, quidnam, quaeso, de cognitionis & scientiae humanae natura & ortu statuendum nobis erit? Nisi me omnia fallunt, ita nos oportet decernere, principium cognitionis, omnisque scientiae fontem in natura inesse perfectissima, infinitaeque potentiae ac bonitatis participe; quae quidem natura cum semet ipsam 906
cognoscit, tum omnem intelligit ubertatis, foecunditatis, potentiaeque suae vim, id est, res omnes, quae fieri possunt, species earum & formas, mutuasque necessitudines & cognationes, omnesque inde nascentes veritates necessarias, nec mutabiles perspicit & tenet. In hac scientiam habemus mundo, rebusque omnibus, quae in sensus ullo modo incurrunt, antiquiorem, earumque exemplum quasi & formam: Et ex hac perfectissima ratione & animo omnes reliquae mentes, quae minus absolutae & perfectae sunt, prodierunt: Hujus animi omnes partem quamdam nacti sunt, qua ad notiones accuratas non modo rerum illarum, quae vere exsistunt, sed earum quoque, quae nec sunt, nec erunt umquam, at divina tamen virtute produci ac procreari possunt, informandas apti redduntur & idonei.

§. CXI. Concidit ergo illud, cui totam argumenti hujus, de quo agimus, molem profana turba committit, res cognitionem efficere, non vero cognitionem re-

debuisse. At praepotentem Deum huic operi minime propterea praeficit, sed atomorum aliam concursionem alium producere potuisse mundum somniat. Agrum omni plane lolio & herba inutili vacuum esse posse, tametsi nullus inter nos ejusmodi sit, nullus dubitat: nec enim notio agri hujusmodi repugnans aliquid continet & contrarium. Nec tamen aliquis, qui talis agri speciem animo suo informat, quamvis certus sit, causas antecedere debere tam felix & fertile solum efficientes, ad naturam statim cogitatione adscendit infinitam & interminatae virtutis compotem, quae quidquid vult perficere valeat. Idem de quadratis, triangulis, globis dixerim, quorum exempla hic a viro doctissimo sunt allata. Geometra, qui globum perfectissimum exstare posse cernit, in ipsius materiae motu & natura causas sibi forte finget, unde haec absolutio & perfectio nasci queat.

Digitized by Google

rerum cauſſam eſſe. Exploratum enim eſt, hominum cognitionem & ſcientiam non ex mero corporum, quae ſentimus, rerumque externarum pulſu & preſſione naſci: cui quidem hoc connexum eſt, aliam, unde oriatur, cauſſam exſiſtere oportere. Planum quoque factum eſt, cognitionem & ſcientiam res, antequam exſiſtant, comprehendere, quum mens noſtra rerum, quae fieri poſſunt, formas modosque rerum varios, quos nullum videbit tempus, effingere queat. Quod dum concedimus, id ſimul largimur, ex ipſa cognitionis natura patere, exſiſtere perfectiſſimam naturam, eamque infinite foecundam & potentem, quae potentia ſua, quae fieri poſſunt & animo concipi, univerſa efficere valeat. Conſtat denique, principem omnium rationem & ſcientiam, unde omnis reliqua profecta eſt ratio, in natura quaerendam eſſe abſolute perfecta & infinite potente, quae cum ſemetipſam, tum omnem poteſtatis ſuae vim & ambitum, id eſt, rerum omnium, quae produci poſſunt ab ea, notiones, cognationes, differentias, omnesque fluentes ex his neceſſarias immutabilesque veritates, perfecte teneat & intelligat. Quam ob cauſſam hoc modo ſapientia & cognitio definiri debet: (*) *Ἀτμὶς γάρ ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης, ἀπαύγασμα γάρ ἐστι τοῦ θείου φωτός, καὶ εἰκὼν τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος. Eſt ea vapor quidam divinae potentiae & ſincera gloriae omnipotentis effluentia* (ſeu emanatio), *intaminatum actionis Dei ſpeculum & imago bonitatis ejus.* Haec omnia quum manifeſta ſint & perſpicua, quam inepti ſunt rerumque ignari ſupremi Numinis hoſtes, apertum eſt, qui naturam cognitionis & ſcientiae humanae ad Deum de medio tollendum ſatis habere virtutis opinantur. Haec ipſa e contrario, quae in humano inſidet animo, cognitio Deum eſſe, perſpicue docet, ſeu naturam perfectiſſimam & potentiſſimam, ſemetipſam resque omnes, quae fieri poſſunt, accurate comprehendentem: docet, ante mundum resque omnes mentem exſtitiſſe abſolutam, naturam non *ἔκλυτον*, ſed *ἀχείμαστον*, in qua, tamquam mundo ex notionibus & ſpeciebus compoſito, exemplum & forma illa fuerit, ad quam mundus hic, quem oculis intuemur, exſtructus & conditus eſt.

§. CXII. Huic demonſtrationi ingens etiam ex eo praeſidium & robur accedit, quod omnes id confitentur, quod nulla etiam ratione in dubium revocari poteſt, eſſe veritates aeternas, quae nec ortae ſint aut natae, nec viciſſim tolli, deleri, & interire queant. Hujus generis ſunt, praeter Geometrarum enuntiata, communia illa, quibus totum genus humanum aſſentitur, dogmata, verbi cauſſa: Paria paribus addita parem efficiunt numerum: Cauſſa ordine naturali praecedit effectum, & alia. Nec id ipſe diffiteri potuit (p) *Ariſtoteles*, quod haec ejus *ex Libris Ethicorum* verba declarant: *Περὶ ἀϊδίων οὐδεὶς βουλεύεται, οἷον εἰ τὸ ἁρμόττει ἢ μὴ τετράγωνον*

(*) Sap. cap. VII. (25.)

(p) *Ariſtoteles*] Legitur hic ejus locus *Ethicor. ad Nicomach. Lib.* III. *Cap.* 5. *p.* 39. *T.* III. *Opp.* Sed non totus allatus eſt a *Cudworthо*: quippe qui poſt verba: *οὐδεὶς*, omiſit haec: *καὶ τὰ κόσμου*. Nam, quod notum eſt, inter res aeternas & immutabiles *Ariſtoteles* mundum retulit. Latine haec verba reddidi, ut ea *Cudworthus* reddi voluit. Sed ſenſum potius, quam vim verborum, expreſſam ab eo eſſe, perſpicuum eſt. Melius, ſi verba ſpectes, *Dion. Lambinus* vertit: *De rebus aeternis autem conſultat nemo: ut de mundo, aut de diametro & latere, quoniam nulla dimenſione inter ſe convenire poſſunt.*

(q) *Juſtino Martyri*] Nullum fere dubium eſt, quin hunc ſpectaverit vir doctiſſimus *Juſtini* locum, qui in *Dialogo cum Tryphone p.* 246. *Opp.* legitur: *ἀπὸ τῆς Σκύθης τινὸς, ἢ Πέρσης, ἢ ἄλλου τινὸς τοῦ τὸν Θεὸν γνῶναι καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, καὶ φυλάσσει τὰ ΑΙΩΝΙΑ ΔΙΚΑΙΑ, ἀφεστήκαμεν τῶν κακῶν καὶ ἀπόλλυσιν ἀφεστῶσιν, καὶ φιλοῦσι ἐπὶ τῷ Θεῷ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ καὶ ταῖς προ-*

φορᾶις

περὶ πλείονος ὃν ἀνύμμετρα. *De rebus aeternis*, (aut immutabilibus) *nemo deliberare solet: Exempli cauſſa, de diametro quadrati, utrum is commenſurabilis ſit lateribus, nec ne.* Quibus quidem perſpicue declarat, praeceptum hoc Geometricum: *Diameter quadrati non aequat menſura latera ejus*, aeternam veritatem eſſe. Neque vero ſoli 907
Geometrae & Mathematici, qui materiae quantitatem conſiderationi ſuae ſubjiciunt, aeternis ejusmodi veritatibus in meditando ducibus utuntur, verum etiam doctrina morum ſimilibus gaudet praeceptis. Sunt in ea ἀίδια δίκαια, ut *Juſtino Martyri* (q) audiunt, *juſta ſempiterna*, quae non lege quadam, aut humana voluntate ad certum quoddam tempus eadem permanent: quare de illis idem uſurpare poſſis, quod de verbo aeterno, omnes continente veritates, ſcriptum legitur; (*) *Eadem ſunt heri, hodie & in aeternum.* De his celebre illud *Sophoclis* (r) in *Antigona* dictum accipi debet:

Οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθές, ἀλλ' ἀεί ποτε
Ζῇ ταῦτα, κανδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φάνη.

—— *Non enim nuper vigent,*
Sed aevo ab omni: initia in occulto latent.

Nemo unus hominum quo tempore omnes notiones communes, omnesque Geometricae veritates ex nihilo factae & genitae, aut, quum non eſſent antea, productae ſint, demonſtrare valet. Contra certum eſt, has ſimilesque veritates: *Diameter & latera quadrati non eamdem habent menſuram: Potentia hypothenuſae in triangulo recto aequalis eſt potentiis utriusque lateris*, non hominis cujusdam ingenio & meditatione comparatas eſſe, aut ab illis Geometris, qui primi aperuerunt eas & demonſtrarunt, excogitatas. Etenim hi nec demonſtrarunt, nec aperuerunt aliquid, praeter id, quod jam aderat. Quocirca veritates iſtae, antequam ullus de iis homo cogitaret, jam exſtiterunt, nec eſſe umquam deſinent, ſi vel totum genus humanum intereat & exſtinguatur. Quin etiam ſi nulli in toto terrarum orbe trianguli, nulla usquam quadrata exſtarent, immo nulla prorſus eſſet materia, hae tamen aeternum manerent veritates, quoniam ex infinito tempore ante mundum conditum fuerunt, neque, mundo deleto & ſublato, ullo modo ceſſare poterunt.

§. CXIII. Quod ſi vero ſempiternae ſunt & perennes veritates, quae nec factae ſunt a quoquam, neque non poſſunt eſſe, elficitur, ſimplices *rerum rationes*

(*) Heb. XIII. 8.

Θρᾳξὶ καὶεἰ. *Quin etiam ſi quis Scytha ſit & Perſa, teneat autem Dei & Chriſti ejus notionem, &* SEMPITERNA JUSTA *ſervet, circumciſus tamen ſit pulchra & utili circumciſione, & gratus amicusque Deo fuerit, & donis ejus atque oblationibus ille gaudeat.* Sunt haec vero *ſempiterna juſta* ſeu ἀίδια δίκαια praecepta juris naturae, quae *Juſtinus* legi *Moſis*, quatenus caerimonias & ritus imperat, paſſim opponere ſolet. In eodem *cum Tryphone Dialogo p.* 266. locus eſt alius hujus generis, quo *Juſtinus*, quae hic vocat ἀίδια δίκαια, alio nomine, at huic affini, τὰς αἰωνίους καὶ φύσει δικαιοπραξίας καὶ εὐσεβείας, *perpetuas, naturaque comparatas juſtitiae & religionis verae actiones*, nominat. Conf. idem *Dialogus p.* 320.

(r) *Sophoclis*] Retulit & hoc dictum *Sophoclis*, quod in *Antigona* ejus vſ. 467. 468. *p.* 343. exſtat, *Hugo Grotius* inter *Excerpta* ſua *veterum Comicorum & Tragicor. p.* 82. 83. cujus idcirco verſionem Graecis hic viſum fuit addere.

nes seu naturas earum & *essentias*, quae ingenio unice comprehenduntur, ex quibus veritates hae compositae sunt, simili ratione aeternas esse. Quo enim, quaeso, pacto hoc posset perenne & immutabile decretum esse: *Diameter quadrati non respondet lateribus*, nisi rationes quadrati, diametri, laterum, seu *essentiae* harum figurarum, quae solo animo comprehenduntur, simul aeternae essent? Hinc *Platoni*, (s) homini in meditando vehementi & acerrimo, nec spernendo certe philosopho, non modo nominantur ἀεὶ τὰυτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα, *res quae semper manent eadem, neque ulla mutari ratione possunt*, sed etiam τὰ μὴ γιγνόμενα, ἀλλ' ἀεὶ ὄντα, *res, quae factae numquam sunt & genitae, sed perpetuo sunt*, interdum μήτε γιγνόμενα, μήτε ἀπολλύμενα, *res, quae nec factae sunt, nec vicissim destrui possunt*, aliis locis τὰ ἀγένητα καὶ ἀνώλεθρα, *res, quae nec generantur, nec etiam corrumpuntur.* Quam *Platonis* sententiam his *Cicero* (t) verbis expressit: *Haec Plato negat gigni, sed semper esse & ratione & intelligentia contineri.* Ipse *Aristoteles* (u) id quod multis mirum visum iri non dubito, licet toties *Platonis* ideas illudat, id tamen, quod praecipuum est in hac causa, non veretur concedere, formas, speciesque rerum
908 seu *essentias* earum, quas sola comprehendit intelligentia & ratio, quarumve contemplatio id proprie est, quod scientiam dicimus, aeternas, nec aliquo tempore factas esse. Sic enim in *Metaphysicis*: τὸ εἶδος ἰδέας ποιεῖ οὐδὲ γενητάς. *Formam seu speciem rei nemo facit, nec ea generatur ullo modo.* Et rursus: ἡ σφαίρας εἶναι οὐσία οὐκ ἐστὶ γένεσις. *Essentia sphaerae non generatur.* Item: ἀνὰ γένεσιν καὶ φθορᾶς τὰ εἴδη. *Formae seu species rerum sine ulla sunt generatione & corruptione.* Nonnumquam has formas, circa quas scientia nostra versatur, ἀκίνητον οὐσίαν (x) aut φύσιν, *immutabilem essentiam* aut *naturam*, vocat. Postremo, quum *Heraclitii* assectatores, ceterosque scepticos illos, qui sciri certo posse aliquid negabant, aggreditur, inde primo errorem hujus generis natum esse perhibet, quod animum nostrum, quidquid complectitur scientiae ac cognitionis ex corporibus rebusque extra nos existentibus

(s) *Platoni*] Haec & alia nomina, quibus exempla rerum seu *ideas* suas designat *Plato*, per omnes ejus libros passim sparsa & disseminata sunt.

(t) *Cicero*] *Oratore ad Brutum Cap.* 3. *p.* 695. *Tom.* II. *Opp.* De *Platonis* ibi *Cicero ideis* loquitur.

(u) *Aristoteles*] Lege *Metaphys. Lib.* VII. *Cap.* 8. *p.* 361. & *Lib.* XIV. *Cap.* 3. *p.* 473. *Tom.* IV. *Opp.* quibus binis locis Peripateticorum princeps ex instituto probat, formam proprie nec fieri, nec generari. Sed vereor, ne, qui hanc *Aristotelis* sententiam de forma cum *Platonis* contulerint scitis de aeternis rerum exemplis & veritatibus, differentiam nimis magnam reperturi sint. Non patitur hic locus, ut hanc disputationem ingrediar, quae tam arida praeterea & exsanguis est, ut multis placere nequeat

(x) Ἀκίνητον οὐσίαν] De ἀϊδίῳ ἀκινήτῳ, eiusque veritate copiose agit *Aristoteles Metaphys. Lib.* XV. *Cap.* 2. *p.* 472. *Cap.* 6. *p.* 477. Sed falli puto arbitror virum doctissimum, quod opinatur existimasse *Aristotelem*, *immobilem* hanc *naturam* aeternas esse veritates, quas nemo mutare queat. Nam ἀκινησίᾳ *Aristotelis* οὐσία est illa natura, unde motum omnem in universa rerum natura arcessit, Deus, verbo, *Aristotelis*.

(y) *Persuasisset*] *Aristoteles Metaphys. Lib.* IV. *Cap.* 5. *p.* 313. *Tom.* IV. *Opp.* Versionem addidi talem, quae mentem & sententiam philosophi, non ipsa ejus verba, fideliter exprimere

(z) *Opponit*] Exstare haec verba apud *Aristotelem*, & in ipsis forte *Metaphysicorum* ejus *libris*, non dubito; at eo loco, quo eas exstare ait *Cudworthus*, non certe leguntur. Nec in aliis locis, quibus ex instituto philosophus probat, esse res immobiles & aeternas, ea mihi reperire licuit. Quod autem vir doctissimus opinatur, res, quas *Aristoteles* vocat *aeternas*, *immobiles*, & *nulli vel corruptioni, vel generationi obnoxias*, nullas esse alias, quam formas, species, & aeterna rerum exempla, perennesque veritates, id, meo quidem judicio, temere fecit. Amor sententiarum & opinionum, quibus favit vir egregius, tantum mihi apud animum ejus potuisse videtur, ut in *Aristotele* ea cerneret, a quibus ille vehementer alienus fuit. Illa nempe natura, quam *Aristoteles* nec generationi, nec corruptioni subjectam esse tradit,

Digitized by Google

bus & in ſenſus cadentibus, unice accepiſſe, temere ſibi perſuaſiſſet: (y) Αἴτιον τῆς δόξης τούτου, ὅτι τοῖς μὲν ὄντως τὴν ἀλήθειαν ἐσκόπουν, τὰ δὲ ὑπὸ αἴσθησιν ἀόριστον εἶναι τὸ ἀεὶ κινούμενον, ἐν ᾧ τὰ τοιαῦτα πάντα· ἡ δὲ ἀόριστος φύσις ἐνυπάρχει —— ἐπὶ δὲ πᾶσιν ὁμοίως ταύτῃ κινουμένῳ τῇ φύσει, κατάληψιν δὲ μεταβάλλοντι οὐδὲν ἀληθεύεσθαι, τοῖς τοιούτοις πᾶσι μεταβάλλον, τὸν ἐνδέχεσθαι ἀληθεύειν. *Cauſſa vero opinionis hujus illis fuit, quod veritatem quidem in ipſis eſſe rebus ſpectandam, exiſtimabant, at nullas eſſe res arbitrabantur, praeter eas, quae ſub ſenſus cadunt, in quibus quidem multum eſſe certum naturae indeterminitae.* —— *Hanc ergo omnem naturam* (quae ſenſus ferit), *quum cernerent moveri* (aut in perpetuo fluxu & mutatione verſari), *nihil autem veri, certique de eo, quod mutabile* (nec ſemper idem eſt) *perhiberi & affirmari poſſe intelligerent, nihil plane certi aut nullam eſſe veritatem arbitrati ſunt, eo quod res illae, circa quas ſcientia noſtra verſatur, ſemper mutarentur.* Quibus expoſitis, huic ſcepticorum dogmati, ejusque fundamento, quod paullo ante nominavimus, hoc pronuntiatum opponit: (z) Ἀξιώσομεν αὐτοὺς ἐπιστήμασιν καὶ ἄλλο εἶναι τὸ ὄντων, ὃ οὔτε κίνησις ἐπαίρει, οὔτε φθορὰ, οὔτε γένεσις τὸ παράπαν. *Hos igitur diſcere decet, eſſe aliud genus rerum, praeter eas, quae in ſenſus incurrunt, ad quod nec motus, nec corruptio, nec aliqua generatio ullo modo pertinet.* Atqui hae rerum *eſſentiae*, quas gigni & corrumpi negat *Ariſtoteles*, quid erunt, obſecro, quam naturae illae rationi ſoli patentes, ſpecies & formae rerum conſtantes & immutabiles, quae ſolae cognitioni & intelligentiae noſtrae propoſitae ſunt. Nullam fore ſtabilem conſtantemque ſcientiam, ſi ego nullae res aliae, quam ſpectabiles & corporeae, animorum noſtrorum contemplationi expoſitae eſſent, id vero vacat controverſia. Haec enim omnia, quae ſenſibus patent & extra nos ſita ſunt, fluunt & mutantur perpetuo. Itaque trianguli, globi, cubi, quadrata, quae dimetiuntur Geometrae, non ex materia proprie conſtant & ſenſus afficiunt. Neque enim harum figurarum ulla talis in materia deprehenditur, quae accuratae normae & regulae Geometrarum reſpondeat: neque

coelum eſt, uti loquitur, ſeu τὸ πᾶν, *rerum univerſitas*, quod quidem inſigni ejus loco probabo. Poſtquam nimirum in eos invectus erat, qui dicerent, fluere omnia, nec ideirco ullius rei veram & certam eſſe ſcientiam, ſubjicit, id in primis ferri non poſſe in hoc hominum genere, quod de coelo idem, quod de reliquis rebus, affirmarent: res quidem ſenſus pellentes generari & corrumpi, non item τὸ πᾶν ſeu τὸν οὐρανὸν. *Metaphyſ. Lib.* IV. *Cap.* 5. *p.* 313. 314. περὶ ὅλου τοῦ οὐρανοῦ ὁμοίως ἀπεφήναντο· ὁ μὲν περὶ ἡμᾶς τοῦ αἰσθητοῦ τόπου, ὃν φθορὰ καὶ γένεσις διατελεῖ μόριον ὤν, ἀεὶ ἐόντα, ὃς εἴπεῖν, μοῖραν τοῦ παντὸς ἔσειν. *De toto tamen coelo ſimiliter ſenſerunt. Hic enim, qui circa nos eſt ſolum, ſenſibilium locus, in corruptione & generatione eſt, qui nulla* (*ut ita dicam*) *univerſi pars eſt. Immobilis* vero, ſeu ἀκίνητον οὐσία, quam nominavit *Ariſtoteles*, ipſe Deus eſt, id quod ex *decimo quarto Metaphyſicorum libro* quilibet facile cognoſcere poterit. Neque tamen ideirco negem, placuiſſe *Ariſtoteli* diſtributionem illam *Platonis* rerum in τὰ ὄντα & in τὰ αἰσθητά; novi paſſim eam ab hoc philoſopho adhiberi: eos vero nego recte ſentire, qui τὰ ὄντα *Platonis* & *Ariſtotelis* non differre, ſibi perſuadent. Τὰ ὄντα *Ariſtotelis* coelum ſunt, Deus, & genii Deo ſubjecti, quos orbibus praeficit coeleſtibus, omnia paucis, quae ſupra lunam ſunt: At *Platonis* τὰ ὄντα aeternae rerum omnium ſunt ſpecies & exempla. Illud etiam largior, putaſſe *Ariſtotelem*, eſſe veritates immutabiles & perennes ſeu *univerſales*: nego vero, *Platonis* & *Ariſtotelis* de his *univerſalibus* ſententiam commode conjungi poſſe. *Plato* enim *aeterna* ſua & *univerſalia* de natura rerum eximebat, & nihil commune cum illis habere cenſebat rebus, quas ſenſus noſtri attingunt: ſecus *Ariſtoteles*, quippe qui *univerſalia* rebus ipſis ſub ſenſus cadentibus immerſa eſſe veluti, neque ſeparari ab illis, niſi cogitatione, poſſe, arbitrabatur. Ille notiones & rerum aeternas ſpecies hominum innatas eſſe cenſebat mentibus: hic eas ex adſpectu rerum extra nos poſitarum meditatione colligi & ſtudio animo mandari aſſeverabat. Lege *Metaphyſ. Lib.* XII. *p.* 436. *Tom.* IV. *Opp.* Non poſtulat hic locus, ut id fuſius demonſtrem: quod nulli poſſunt ignorare, qui prima recte inſpexerunt philoſophiae *Ariſtotelis* elementa.

(*a*) *Pla-*

que fieri ullo pacto potuit, ut omnibus Geometris, tot tantisque temporum & locorum intervallis disjunctis, eadem ante oculos corpora ponerentur: nec denique, ſi ejusmodi figuras haberet materia, quum res omnes corporeae, pro ſuo quaeque genere, citius aut tardius mutentur & fluant, non perpetuae illae & conſtantes forent, ſed converterentur. At immutabile ſit neceſſe eſt, nec ulla ratione de ſtatu ſuo migret, quod ſcientiae & demonſtrationis Geometricae argumentum eſſe debet. Omnes illi trianguli, circuli, cubi, globi, quorum rationibus explorandis *Euclides*, *Archimedes*, *Pappus*, *Apollonius*, & quotquot poſt hominum memoriam exſtitere Geometrae, locis temporibusque vehementer disjuncti, operam dedere, uni prorſus ſunt iidemque, nec mutationis idcirco, aut corruptionis ullo modo participes. Id enim natura requirit ſcientiae Mathematicae. Quam propter cauſſam idem *Ariſtoteles* de Mathematicorum figuris pronuntiari poſſe negavit, eas in loco eſſe, quemadmodum corpora ſunt ſolida: (*) Ἄτοπον δὲ καὶ τὸ τόπον ἅμα ποῖς στατοῖς τοῖς Μαθηματικοῖς ποιῆσαι, ὁ μὲν γὰρ τόπος τῶν καθ' ἕκαστον ἰδίων· διὸ χωριστὸς τόπῳ· τὰ δὲ Μαθηματικὰ, οὐ πῶς. *Abſurdum item eſt, rebus Mathematicis locum aſſignare, quemadmodum ſolidis. Locus enim proprius eſt rebus ſingularibus, quae idcirco loco ſive ſpatio ſejungi poſſunt. Res vero Mathematicae non ſunt alicubi.* Univerſales enim quum ſint & ab omni concretione remotae, non niſi in animis eſſe poſſunt. Ob eamdem illae cauſſam ubique verſari debent locorum: etenim in omnibus ſunt, a quibus comprehenduntur, animis. Poſtremo ſpecies hae & formae rerum *Philoni* (*a*) dicuntur quoque ἀναγκαιότατοι οὐσίαι, *eſſentiae ſummae neceſſariae:* quo nomine non modo eas aeternas eſſe, ſed etiam neceſſitatem exſiſtendi adjunctam habere indicat. Corpora quidem ut ſint & materia, nulla poſtulat abſoluta neceſſitas: at veritas ut ſit, id quidem maxime neceſſarium eſt.

§. CXIV. Quod ſi formas ſpeciesque rerum aeternas, veritatesque perennes & ſempiternas eſſe, quae non poſſint non exſiſtere, certum ſit, hoc quoque confiteri nos oportet, eſſe mentem aeternam eamque ex ſe neceſſario exſiſtentem. Nec enim aeternae iſtae veritates, rerumque ſpecies usquam eſſe poſſunt, quam in mente quadam. Scilicet quum perennes & *aeternae* dicuntur eſſe *rerum eſſentiae*, non ipſae earum naturae aut *ſubſtantiae* intelliguntur: quae quidem ſi hoc nomine intelligerentur, ſingulae res natura ſua ſempiternae, nec creatae forent. Neque id ſibi volunt, qui hoc aſſeverant, Deum res fingentem & creantem *ſartoris inſtar veſtire eſſentias rerum nova exſiſtentia*: quae nuperi cujusdam auctoris verba ſunt, nec caute ſatis, nec prudenter poſita. Sed eſſentiae rerum *eſſe* ſunt earum *cognitum* ſeu naturae rerum, quatenus rationi & intelligentiae patent, & ab infinita potentia & intelligentia effici poſſe, antequam fiant, cognoſcuntur. Quapropter mens quaedam ſit neceſſe eſt, cum orbe terrarum, tum rebus omnibus quae ſenſus movent, antiquior, quae uno adſpectu rerum omnium, quae intelligi poſſunt, for-

(*) Metaphyſ. Lib. XII. cap. 5. (p. 448. T. IV. Opp.)

(*a*) *Philoni*] *Lib.* I. *Legis Allegor. p.* 68. *f. Opp.* Ideas autem intelligit *Philo Platonis*, quarum amore non mediocri accenſus erat.

(*b*) *Ariſtoteles*] Nusquam *Ariſtoteles*, quod memini, de mente abſolute & ſimpliciter hoc dixit, eam cogitare nunc, alio vero tempore non cogitare, multo minus de mente aeterna ſeu Deo haec ipſi exciderunt. Sed obverſata ſunt ſine dubio viro egregio haec Philoſophi verba ex *Metaphyſic. Lib.* XIV. *Cap.* 9. *p.* 483. quibus conſiderationem mentis difficultatibus quibusdam circumſeptam

Digitized by Google

formas, rationes, neceſſarias cognationes & differentias, veritatesque, quae naſcuntur inde, immutabiles capiat & complectatur. Exſtiterit oportet ab aeterno animus non ita affectus, ut, quod *Ariſtoteles* (*b*) alicubi de eo tradit, nonnumquam intelligat, interdum vero non intelligat (ὅτε μὲν νοεῖ, ὅτε δ' οὐ νοεῖ) nunc vigilet, alio tempore dormiat, non ſecus, ac ſi oculum referret modo clauſum, modo apertum; verum talis, qualis nullo impeditus vitio, nulla deformitate laborans, ipſa natura ſua operetur & perpetuo agat: κατ' ἐνέργειαν non male dixeris. Quod quidem qui reputat, is noſtram, quam ſupra probavimus jam, ſententiam non invitus amplectetur, talem animum nullius eſſe poſſe, niſi naturae infinite potentis & abſolutiſſimae, quae cum ſemetipſam, tum univerſam potentiae ſuae vim, id eſt, omnia, quae efficere valet & exſequi, conſequatur, nec quidquam veritatum illarum, quae manant inde, ignoret. Mens enim & ſcientia, quoniam nihil ſunt, quam menſura divinae, infinitaeque potentiae, ſeu cognitio rerum earum, quas natura potentiae interminatae particeps efficere valet, per ſe & ipſa virtute ſua oſtendunt, eſſe reapſe naturam quamdam infinitae potentiae participem, cujus illae nempe vires cogitando perſequuntur. 910

§. CXV. Haec quae diſputavimus adhuc, id etiam a nobis poſcunt, ut non niſi unam eſſe mentem, omnis rationis fontem, unam tantum naturam intelligentem, quae per ſe ac neceſſario exſiſtit, credamus: omnes vero reliquas mentes ex hac una quidquid habent virtutis & conſilii decerptum & delibatum habere, atque uno veluti eodemque ſigillo omnes munitas & ſignatas eſſe. Et hinc quidem evenit, quod omnes animi, infinitis licet locorum, temporumque intervallis ſeparati ſint, pares tamen plane ſimillimasque rerum notiones, easdemque omnino veritates continent. Mentes ipſae quidem diſcrepant, quae veritates recipiunt, ſed haec mentium diverſitas ipſas non mutat veritates aut numerum earum amplificat: omnes enim & mentes & veritates unius aeternae mentis & veritatis expreſſa ſunt ſimulacra & defluentes veluti rivi. Quemadmodum unam eumdemque vultum infinita referunt ſpecula, unius ſolis imaginem innumerabiles ſimul oculi concipiunt & retinent, unam eamdemque vocem mille una hauriunt aures: ita infinita mentium creatarum multitudo, dum easdem rerum ſibi fingit formas, easdemque cognoſcit & intuetur veritates, ab una eademque aeterna luce colluſtratur, cujus radii ad omnes pertinent, hunc mundum ingredientes, eamdemque exaudit unius ſempiterni verbi, quod numquam fiet, vocem. Igitur bene verum perſpexit *Themiſtius*, (*c*) quum fieri nulla ratione poſſe decerneret, ut unus homo mentibus aliorum easdem, quas ipſe habet, notiones, eamdemque ſcientiam, qua ipſe valet, docendo inſtillaret, εἰ μὴ πως ἦν τὸ νόημα ἓν διάνοιαν καὶ ἓν μαθητοῦ. *niſi mentes & magiſtri & diſcipuli eiusdem generis & formae eſſent.* Nec minus, quod idem addidit, certum eſt, numquam fore, ut homines tam facile

ſeptam eſſe perhibet, ſive ea ut dormiens, ſive ut intelligens concipiatur: πῶς δ' ἔχων (φησὶ) τοιοῦτος ἂν εἴη, ἔχει τινὰ ἀπορίαν· εἴτε γὰρ ΜΗΔΕΝ ΝΟΕΙ, τί ἂν εἴη τὸ σπουδαῖον, ἀλλ' ἔχει ὅπερ ἂν εἴη ἐκ παιδός· ΕΙΤΕ ΝΟΕΙ τόδε δ' ἄλλο κρεῖττον —— ἐκ δὲ ἐκείνου ἄριστα εἴη. *Quo vero modo ſe habens talis erit difficultates quasdam habet. Sive enim nihil intelligat, ſed ita ſeſe habeat, ut dormiens,* *quidnam praecellens erit? Sive intelligat, aliud vero ejus principale ſit —— profecto non erit optima ſubſtantia.*

(*c*) *Themiſtius*] Suſpicor, haec decreta *Themiſtii* ex *Paraphraſi* ejus *in libros Ariſtotelis de anima*, deprompta eſſe, quam inſpicere mihi nondum & evolvere licuit.

cile inter ſe colloquia inſtituerent, tam cito aliorum ſenſa & cogitata conſequerentur, denique easdem in aliorum animis notiones & ſenſus, unica ſonorum & vocabulorum ope, excitarent, εἰ μή πῃ ἓν εἶς ΝΟΥΣ ἦ πάντες ἐκπανύσῃμεν *Niſi una eſſet rademque mens, cujus omnes fierent participes.* Fingamus, plures eſſe naturas ratione praeditas, ſuaque virtute neceſſario exſiſtentes, nec ullius ſubjectas voluntati & imperio, nec ullam idcirco earum infinite potentem eſſe; tum primum nullus omnino, qua fiat ratione, conſequetur, ut una omnibus hiſce eademque placeat veritas. Quemadmodum enim non communi quadam voluntatis norma hae mentes conjunctae eſſent, ita nec communi quadam veritatis regula inter ſe ſociatae forent. Deinde prorſus obſcurum foret & incomprehenſum, unde cognitionem & ſcientiam proprie ſic dictam hi animi accepiſſent. Scientia enim & cognitio nihil eſt, quam rerum, quae fieri & ab infinita potentia effici poſſunt, comprehenſio. Nulla vero eſt, ſi plures ejusmodi naturas agnoſcas, infinita potentia, eo quod ſingularum poteſtas certis circumſcripta ſit & definita limitibus. Ex quo conſequitur, nullam harum mentium fingere aliquid & creare poſſe. Quod enim rem unam virtute ſua fingere poteſt, id omnibus producendis & creandis aptum eſt, omniumque idcirco rerum haberet imperium. Sic igitur concludimus: Ex ipſa mentis & cognitionis humanae indole patere, animum neceſſario exſiſtentem, perennem, rationisque compotem non niſi unum eſſe poſſe, ex quo reliqui omnes animi generati ſunt. Ita fuſius & copioſius opinione noſtra primum, quo Deum impia turba ſolet aggredi, argumentum labefactavimus & expugnavimus. Nec enim tantum eſſe in animis noſtris notionem quamdam Dei demonſtravimus, & quae homines a Deo alieni contra hanc afferre ſolent opinionem diligenter disjecimus: verum etiam ex hac ipſa Dei ſeu naturae perfectiſſimae ſpecie, quam inſculptam quaſi mente gerimus, eſſe Deum probavimus. In reliquis adverſariorum Dei ratiocinationibus confutandis major brevitatis ratio a nobis habebitur.

SECTIO

SECTIO SECUNDA.

QUO ALTERUM HOMINUM, DEUM ESSE NEGANTIUM, ARGUMENTUM CONFUTATUR, QUOD AB HOC RATIONIS DECRETO SUMUNT: EX NIHILO FIERI NIHIL POTEST.

ARGUMENTUM.

§. I. *Distributio totius disputationis in tres partes.* §. II. *Dogma hoc rationis:* De nihilo nihil, *firmum est certa ratione & immutabile decretum. Namque certum primo est, nihil, quod non fuit ante, sua se virtute aliquando producere potuisse, aut: Nihil a se ipso exsistere ac oriri posse, aut: Nihil fieri ac produci posse sine caussa efficienti. Ex quibus quidem efficitur: Numquam fuisse nihil, aut non omnia esse facta & condita, sed naturam aliquam per se ab infinito tempore fuisse nec factam, nec conditam, nec ulla ex re alia procreatam. Deinde & hoc certum est, nihil efficienter produci posse, nisi ab ea natura, quae parem saltim rei productae perfectionem habet & facultatem tantam, quanta sufficit ad producendam eam. Effectus, qui perfectior & melior est caussa sua, ex nihilo venerit, aut sine caussa natus sit, necesse est. Si nullus in orbe motus foret, nec aliquid praeter corpora exsisteret, quae vim semetipsa ciendi non habent, nullus etiam motus seu mutatio ad omnem aeternitatem exsistere posset. Nulla natura imperfecta novam, quae non fuit antea, substantiam producere potest, tametsi novis modis & accidentibus producendis par sit, id est, nulla res creata creare potest.* §. III. *Tertius est etiam sciti hujus sensus, qui omnino verus est; Nihil materialiter produci potest ex nihilo praeexsistente & inexsistente. Quare in omnibus generationibus naturalibus, nisi extraordinaria supremi Numinis potestas accesserit, nulla, quae non exstitit antea, substantia producitur, sed novus tantum modus illis rebus datur, quae ratione substantiae jam dudum exstiterunt.* §. IV. *Hoc sensu veteres ante Aristotelem physici decretum hoc adhibuerunt, nec audiendi sunt recentiores, qui mentem eorum sic interpretantur, ac si omnem divinam ex nihilo creationem sustulissent. Stoici quidem & Plutarchus hanc habuere sententiam: at veteres sectae Italicae philosophi decreto hoc unice ut physici, non vero ut Metaphysici & Theologi usi sunt, id est, minime Deum ex nihilo creare posse aliquid negarunt, sed hoc tantum sibi voluerunt, in generationibus naturalibus nihil novi creari, nec in corruptionibus ad nihilum aliquid redigi, sed modos tantum materiae antea exsistentis mutari.* §. V. *Hoc ita sese habere, nec aliam fuisse veterum physicorum sententiam ex usu decreti hujus apud eos constat, qui duplex est. Primum hoc nixi principio philosophiae quoddam corpuscularis genus introducere volebant. Anaxagoras, hoc fretus decreto:* Ex nihilo nihil fit, Homoiomoeriam *suam commendavit & in unoquoque corpore* similares *esse variorum generum atomos defendit, quarum ope, per concretionem & secretionem, omnes generationes & corruptiones naturales fiant.* §. VI. *At veteres Italicae Sectae philosophi, tam ante, quam post Anaxagoram, quos Leucippus, Democritus, & Epicurus sequuti sunt, sagacius ex eodem concluserunt principio: Qualitates & formas corporum non esse reapse a materiae substantia distinctas, sed*

tantum varios unius materiae modos, varie ſenſus noſtros officientes. Atomos igitur qualitatibus privarunt & diſſimilares eſſe docuerunt. Simplicia illa elementa, ex quibus varia ratione inter ſe junctis hi philoſophi omnes res corporeas componebant, ſunt figura, ſitus, motus, quies, & magnitudo partium. §. VII. *Ex eodem principio:* Ex nihilo nihil fit, *philoſophi hi Italici animos, praeſertim humanos, non produci, quum generantur corpora, nec interire, quum eadem diſſiluunt, ſed naturas eſſe, tam ante, quam poſt corpora exiſtentes, probarunt. Nec tamen hi philoſophi, qui animos non generari autumabant, verum ante corpora exiſtere, eos per ſe exiſtere putabant, ſed ex Deo eſſe ortos profitebantur. Sic Proclus docet, qui tamen animis eandem, quam mundo, aeternitatem tribuit. Nec Plato in Timaeo aliud quidquam tradit, quam hoc, animos ex materia non eſſe generatos: quam propter cauſſam animi, eodem ſenſu, quo materia,* principia *quoque ſolent appellari.* §. VIII. *Ipſe Auguſtinus dubius interdum in hac re tradenda eſt. Nos hoc unum certo novimus, animos a Deo creari: qua id ratione fiat, non ſatis notum eſt. Idem fere de beſtiarum animis dici debet.* §. IX. *Omnes illi tres ſciti hujus:* De nihilo nihil, *ſenſus, quos veros eſſe diximus, ad hoc unum generale praeceptum redeunt:* Nihil effici poteſt a nihilo, *quod tamen infinitae Dei potentiae non repugnatur.* §. X. *Haec ipſa tamen verba:* De nihilo nihil, *alium etiam habere ſenſum poſſunt ſi nimirum per voces:* Ex nihilo *terminus a quo tantum deſignetur. Namque tum haec illis poteſtas ſubjecta erit:* Nihil, quod non fuit antea, ad exiſtentiam ullo modo adduci poteſt. *Hanc ſententiam decreto huic tribuunt Democriti & Epicuri ſectatores, qui nihil, quod non eſt, effici poſſe, ſibi perſuadent.* §. XI. *Oſtenditur hoc ſenſu falſum eſſe decretum illud:* De nihilo nihil. *Si verum illud eſſet, non eſſet validius adverſus eos, qui Deum eſſe profitentur, quam eſt contra eos, qui Deum eſſe negant: nec idcirco ab Atheis tamquam argumentum adverſus Deum adhiberi poteſt. Hoc ſi univerſe verum eſſet, nihil, quod aliquando non fuit, exiſtere & naſci poſſe, nulla prorſus eſſe poſſet productio aut efficientia, nullus motus, nulla actio, nulla mutatio, nulla generatio. At in nobis ipſis facultas ineſt novas cogitationes in animis noſtris, novosque motus in corporibus producendi: quod ipſum cogit Atheos, ut hanc propoſitionem reſtringant & de naturis per ſe conſtantibus unice accipiendam eſſe ſtatuant. Quidam ex hoc genere decepti ſunt*
912 *verborum:* ἐξ οὐκ ὄντων, *ambiguitate, quae aut de cauſſa, aut de termino a quo ſumi poſſunt: quorum quidem ille ſenſus verus, hic autem falſus eſt. Utrumque vero hi ſenſum confundunt. Alii vero probabilitate hujus ſententiae circumvniri ſeſe patiuntur. Nam primo vident, nullam earum rerum, quae arte & conſilio comparantur, fieri poſſe, niſi ex materia praeexiſtente: Deinde veteres phyſicos idem praecepiſſe recordantur de generationibus naturalibus, nullam in illis veram ſubſtantiam procreari: Denique certum eſſe, non ignorant, nullam rem conditam & imperfectam novam creare ſubſtantiam poſſe. Quibus quidem rebus, tamquam regulis, omnem metiuntur poteſtatem, qualiscumque demum ſit. Verum aeque facile eſt naturae perfectiſſimae creare mundum, materiam, & omnia ex nihilo, uti nobis eſt cogitationem aliquam producere, aut digitum movere, aut vero ſoli, radios ſuos emittere. Nec enim ullo eorum ſenſuum, quos antea enumeravimus, impoſſibile eſt, ut Deus, cujus infinitae ſunt perfectiones & efficientia interminata, naturam aliquam minus perfectam, quae non fuit antea, producat. Infinita quidem virtus res nullo modo facere poteſt, quae natura ipſa fieri non poſſunt: nihil vero fieri non poteſt, praeter id, quod ſibimet ipſi repugnat. Licet ergo pugnantia inter ſe loquatur, qui rem aliquam eodem tempore & eſſe, & non eſſe dicit, haud tamen illud contradictorium eſt, ſi ſtatuatur natura quaedam imperfecta exiſtere coepiſſe, quum non fuiſſet antea. Quam ob rem quum repugnans & ſibimet ipſi contrarium minime ſit, naturam aliquam exiſtere, quae non*

Digitized by Goog

non erat antea, nec ideirco etiam ex illis rebus, quae ipsa natura fieri nequeunt, sequitur, potentiam perfectissimam huic rei efficiendae parem esse. §. XII. *Si nulla fieri posset natura per se consistens, quae non fuisset, id eam propter causam fieri non posset, quod nulla substantia tota ex alia nasci posset substantia. Hoc autem si ita esse haberet, sequeretur, omne illud, quod per se consistit, non modo ex omni aeternitate, verum etiam ex se ipso sine ulla causa fuisse. Verum aeternitatem rerum, quae tempori sunt alligatae, sana plane ratio repudiat. Deinde, qui naturas minus perfectas ex semetipsis necessario exstitisse affirmant, illi ex nihilo aliquid esse factum, eo sensu perhibent, qui prorsus naturae repugnat, quoniam res illae necessitatem exsistendi in natura sua non habent. Similiter illi, qui nihil esse decernunt praeter corpora, nullumque corpus addunt habere potestatem semetipsum ciendi, tametsi motum ex omni fuisse tradant aeternitate, motum hunc tamen reapse ex nihilo procedere statuunt. Quod ita natura sua comparatum est, ut esse possit & non esse, id non potest per se exsistere, sed ex alia natura, necessario exsistente, ortum suum habere debet. Quare Platonis distinctionem admittere nos oportet, qui naturas omnes in bina partitus est genera, in eas, quae semper sunt, nec umquam exstiterunt, & in eas, quae factae sunt & esse coeperunt.* §. XIII. *Postremo: Si nulla creari posset res per se subsistens, non modo inde consequetur, materiam ex se ab infinito exstitisse tempore, sed de omnibus etiam animis, saltim humanis, idem statuendum esset: nec enim fieri ullo modo potest, ut mens seu animus nil nisi modus sit materiae sensu vacuae, aut figurae, situs, motus, & magnitudinis progenies. Contra animus natura est per se subsistens, ideoque, si hanc sequamur doctrinam, numquam factus est, tametsi Athei eum & ante corpora exstitisse, & post corporis interitum permanere, negent. Ethnicorum illi, qui & Deum esse professi sunt, & immortales esse animos decreverunt, animos tamen rati sunt ex Deo, tamquam caussa sua, pendere. At si humani animi ex Deo, tamquam caussa sua pendent, nullum est dubium, quin etiam inde pendeat materia.* §. XIV. *Vulgaris, at magnus error est, nullum philosophorum ethnicorum credidisse olim, Deum ex nihilo creasse aliquid, aut, quod idem est, Deum substantiae unius caussam & auctorem esse. Plato divinam efficientiam eam esse docuit, qua res efficerentur, quae antea non fuerint: id vero de animorum creatione ex materia intelligere nullo modo potuit, quos credidit ante materiam exstitisse, ideircoque a Deo ex nihilo esse conditos. Omnes philosophi, qui arbitrati sunt animos aeternos & a corpore sejunctos esse, docuerunt etiam, eos a Deo factos esse, sive ex omni aeternitate, sive in tempore: a quibus tamen Plutarchus dissentit. Nullum dubium est, quin Platonici omnes putaverint, unam substantiam totam naturam suam ex altera substantia accipere posse; nam secundam hypostasin suam derivarunt ex prima, tertiam vero ex prima & secunda, resque omnes inferiores ex tribus hypostasibus suis natas esse docuerunt. Plotinus, Porphyrius, Jamblichus, Hierocles, Proclus, & alii materiam ex Deo esse ortam censuerunt. Ita quoque faciunt antiqua Chaldaeorum oracula: nec aliter Aegyptii censuerunt, teste Jamblicho. Illi Platonici, qui mundum & animos dixerunt esse aeternos, non secus eos essentiam suam ex Deo accepisse crediderunt, atque illi, qui certo tempore eos esse factos opinantur.* §. XV. *Ostenditur porro, dogma illud:* De nihilo nihil, *si eo accipiatur sensu, quo ab Atheis adhibetur, non plus contra eos, qui Deum profitentur, virtutis habiturum, quam contra Atheos. Mendacia, non autem veritates, a semetipsis dissentire possunt: Plutarchus, Stoici, & alii, qui Deum nullius substantiae creatorem esse volunt, tametsi religionem corrumpent, pro Deo tamen vehementer pugnant.* §. XVI. *At veteres Athei, quorum tam Plato meminit, quam Aristoteles, res omnes gignunt & vicissim corrumpunt, id est ex nihilo producunt omnia, & ad nihilum rursus cuncta redigunt, una materiae substantia excepta. Idem faciunt*

Digitized by Google

Athei illi, quibus Democriti & Epicuri probantur praecepta, tametsi per ipsa physicae corpuscularis, quam unice sequuntur, decreta fieri nullo modo queat, ut vita & intelligentia, mens & ratio nil nisi modi sint materiae & diversae ejus temperationes. Quemadmodum, qui Deum profitentur, potentiam illi tribuunt ex nihilo faciendi omnia, ita qui Deum esse negant, mortuae & rudi materiae hanc facultatem adsignant. Quare hoc dogmate non uti hoc genus potest ad Deum oppugnandum, quum aeque id adversus ipsos valeat. §. XVII. *Brevis eorum, quae disputata sunt adhuc, repetitio. Ciceronis loci quidam expensi, quibus creationis de nihilo mentionem aliquam injecit. Acceditur ad tertiam disputationis hujus & ultimam partem, qua probatur, Atheos primo sensu, qui absurdus prorsus est, ex nihilo naturas vere existentes educere.* §. XVIII. *Athei generatim omnes*
913 *nullam agnoscunt substantiam, praeter materiam, quam idcirco unam decernunt non esse factam, quae vero praeterea sunt in hac rerum universitate, ea ex una esse materia genita censent.* §. XIX. *At primum, dum ita censent Athei, omniaque ex materia facta esse perhibent, statuunt omnia esse facta sine caussa efficiente: quod quidem idem est, ac si dicerent, ex nihilo omnia esse facta & eo quidem sensu, qui fieri nequit. Nec enim ulla fieri ratione potest, ut aliquid sine caussa efficiente fiat, tametsi caussa materialis abesse queat. Quod si ergo factum est aliquid, quod non fuit antea, necesse est, praeter materiam, aliam esse quamdam naturam, quae efficientis caussae vicem sustineat. Athei Epicurei omnium rerum efficientiam motui locali tribuunt, & materiam tamen seu corpus facultate semetipsam concitandi privant: quod dum faciunt, omnem in orbe motum ex nihilo natum esse, omnem actionem sine caussa agente, omnem efficientiam sine caussa efficiente fieri tradunt.* §. XX. *Quod si huic generi concederemus, motum sine ulla caussa exstitisse, materia tamen vitae & sensus inops, adjuncta motione, non posset vitam, sensum, & intelligentiam gignere: ita enim aliquid fieret ex nihilo, quum motus materiae localis nil nisi modos materiae mutet. Ex his illi etiam confutantur, qui Deum perhibent, quum mundum hunc conderet, nihil fecisse aliud, quam id, quod architectus facit, qui domum aedificat, nixi hoc decreto, quod diximus:* Ex nihilo fit nihil: *& animos tamen nil affirmare verentur ab eo ex materia vitae & sensus inope constrai: quod quidem si fieret, ex nihilo sine ulla caussa fierent animi.* §. XXI. *Ostensum est supra, veteres philosophos Italicos & Pythagoraeos ideo negasse, animos fingi posse ex materia, quod nihil fieri ex nihilo sine ulla caussa queat. Hos contra disputabant Athei ex secta Ionica, qui, quod Aristoteles refert, vitam, sensum, & intelligentiam pugnabant nihil esse, nisi modos, temperationes, affectiones, & dispositiones materiae.* §. XXII. *Verum Athei quum nullam esse aliam substantiam decernant, praeter corpus seu materiam, falso concludunt, vitam, sensum, & intelligentiam modos esse materiae, quum modi potius sint substantiae a corpore secretae. Modus concipi nequit sine re illa, cujus is modus est: vita vero & cogitatio concipi possunt sine extensione corporea, nec contra concipi possunt cum ea.* §. XXIII. *Dogma de forma & qualitatibus praecipuus hujus erroris fons est. Quemadmodum enim qualitatem caloris & formam ignis ex materia procreari censuerunt, sic vitae, cogitationis, & intelligentiae non aliam esse rationem arbitrati sunt. Verum illud ipsum genus Atheorum, quod atomis abutitur, negat propterea qualitates a figura, situ, & motu partium reapse differre, quod ex nihilo nihil sine ulla caussa fieri queat. Vulgaris error de ejusmodi qualitatibus vere in corporibus existentibus ex eo unice provenit, quod homines animi sui visa pro rebus vere extra se existentibus habere solent. Quod in hisce qualitatibus a figura, situ, & motu partium distinctum est, id non est modus & temperatio materiae, sed animorum nostrorum affectio. Inepti prorsus sunt Athei, qui corpusculis studeant, quod, quum ideo qualitates repudient, quia nihil ex nihilo fieri queat, ipsimet tamen vitam, sen-*

sum

Digitized by Google

ſum, & intelligentiam ex nihilo creant. Qui cogitationem nil eſſe putant, quam motum localem, & ipſos homines nil eſſe ſciſcunt, niſi machinas, illi aut incredibili ſtultitia, aut intolerabili impudentia laborant. §. XXIV. *Epicurus ipſe, id quod valde commemorabile eſt, quum libertatem voluntatis defendere vellet, faſſus eſt, id fieri nullo modo poſſe, niſi in ipſis rerum principiis eſſet aliquid, unde libertas illa flueret, eo quod ex nihilo nihil fieri queat. Itaque, quo libertati conſuleret, ridicule tertium genus motus atomorum excogitavit. Idem igitur haud dubie, quum animos & mentes ex corpuſculis vita & ſenſu vacuis gigni decrevit, ex nihilo fieri poſſe aliquid edixit. Niſi aeterna & ſubſtantialis quaedam mens & vita in rerum eſſet univerſitate, nulla unquam mens vel vita exſiſtere potuiſſet: exſtitiſſet enim & orta eſſet ſine ulla cauſſa ex nihilo. Caliginoſa illa philoſophia, quae non modo veras qualitates, formasque ſubſtantiales, ſed etiam ipſos animos, ſaltim eos, qui ſentiunt, ex potentia educit materiae, ex nihilo eos educit aut ſine cauſſa fieri perhibet: quod quidem eſt viam ad Atheismum ſternere.* §. XXV. *Qui materiam non motione, at alio quodam efficientiae modo, animos & mentes creare ſibi perſuadent, illam creandi poteſtatem, quam naturae omnibus numeris abſolutae tribuere recuſant, materiae ſenſu & virtute vacuae adſignant. Quocirca ex ipſo illo praecepto:* Nihil fit de nihilo, aut ſine ſufficiente cauſſa, *ſtultitiam & abſurditatem Atheismi demonſtravimus. Quare, quum certum ſit, res omnes aut a Deo, aut a materia profectas eſſe, inde quoque argumentum ſumi poteſt ad oſtendendum, eſſe omnino Deum. Nam aut Deus eſt, aut vero univerſa ex materia ſenſus & vitae neſcia profecta ſunt: Atqui horum poſterius fieri nequit. Ergo Deus eſt. Sed & alio modo ex eodem principio exſiſtentia Dei probari poteſt.* §. XXVI. *Primo mathematice certum eſt ex hoc praecepto:* De nihilo nihil fit, *numquam fuiſſe nihil, ſed naturam aliquam per ſe ex omni fuiſſe aeternitate, nec factam nec ulla ex cauſſa natam. Si aliquando nihil fuiſſet, numquam fieri potuiſſet aliquid. Quidquid autem per ſe ex omni fuit aeternitate, id neceſſario, non vero voluntate quadam & arbitrio, iſta ratione exſtitit. Quare certum eſt, eſſe reapſe naturam aliquam, cujus exſiſtentia & ſemper fuit & eſt neceſſaria. Quod vero neceſſario per ſe exſiſtit id neceſſitatem exſiſtendi in ipſa natura ſua contineat oportet: quod quidem nullius eſt, niſi naturae perfectiſſimae. Eſt igitur natura perfectiſſima & praeter eam nihil eſt, quod per ſe ab aeterno exſiſtit, verum omnes reliquae res, ſive corpora ſint, ſive animi, ab illa natura factae ſunt. Qui ullam rem exſtitiſſe per ſe volunt neceſſario, quae ipſam exſiſtendi neceſſitatem natura ſua non continuat, illi neceſſariam exſiſtentiam ex nihilo prodiiſſe affirmant.* §. XXVII. *Tres ſunt cauſſae, quae effecerunt, ut profeſſores quidam Dei de neceſſaria materiae exſiſtentia tam dubitanter loquerentur. Primum imperite ſic ſtatuerunt, quemadmodum rerum, quae arte comparantur, nihil fieri poteſt, niſi ex materia quadam ante exſiſtente, ita nec Deum aliquid alio modo facere poſſe. Quidam deinde ὕλην quamdam ἀγένητον, ſeu* materiam incoream *ſibi finxerunt: quae opinio antiquior eſt Ariſtotele, tametſi vana ſit, nihilque niſi notio quaedam Metaphyſica. Tertio aliqui corpus & ſpatium non differre opinati* 914
ſunt, ſpatiumque cenſuerunt infinitum eſſe, aeternum & neceſſario exſiſtere. Sed ſi ſpatium non eſt ipſius Dei extenſio, quod multi volunt, ſed tantum corporis abſtracte conſiderati, propterea que immobile, nullo argumento demonſtrari poteſt, illud aut infinitum, aut, quod Carteſius voluit, indefinitum eſſe. Namque hoc unum tantum certo novimus: Mundum, ejusque ſpatium ſeu extenſionem numquam ita magnam cogitari poſſe, quin ea major & amplior eſſe & fieri queat: quam propter cauſſam infinitum eſſe nullo modo poteſt ſpatium. At ſunt, qui ſpatium hoc aeternum infinitumque ideale *pro vero ſpatio & pro diſtantia reapſe infinita & aeterna temere habuerunt. Non ita forte deſipiunt, ut adſpectu primo videntur multique volunt, qui ſpatium & diſtantiam actu finitam eſſe ſta-*

tuunt.

tuunt. §. XXVIII. *Alia etiam ratione exiſtentia Dei ex hoc rationis decreto:* Ex nihilo ſit nihil, *probari poteſt. Si nullus nimirum eſſet Deus, non modo illa notio naturae perfectiſſimae, quae inſidet in mentibus noſtris, ex nihilo eſſet orta & nihili eſſet conceptio, verum etiam omnes reliquae notiones rerum illarum, quae animo tantum cernuntur in animis noſtris haerentes, ex nihilo provenirent, quoniam a ſenſibus naſci nequeunt. Omnes mentes, earumque notiones de una, perfecta, & infinite potente natura, quae ſemetipſam novit & comprehendit, fluxerunt. Utcunque eſt, id quidem ex hoc praecepto:* De nihilo nihil, *ſive ulla colligitur controverſia, mentes & animos ex materia vitae & ſenſus inopes haud naſci potuiſſe. Quare aut omnes ab aeterno exſtiterint per ſe, neceſſe eſt, aut vero a Deo ex nihilo praeexiſtente ſint creati. Exiſtentia Dei igitur aeque certa eſt, atque hoc, animos humanos non exſtitiſſe omnes per ſe ex infinito tempore. Concidit ergo plane alterum illud turbae profanae argumentum, quod ex hoc ſumere ſolet rationis praecepto:* Ex nihilo nihil fieri poteſt.

§. I. Nunc ipſam cauſſae, contra quam reſiſtimus & repugnamus, aream aggredimur. Illud nempe hominum religioni & Deo adverſantium argumentum, quo ſe quidquam negant habere validius ad creationem rerum ex nihilo, Deique potentiam interminatam funditus evertendam, oppugnandum nobis ſumimus: *Ex nihilo nihil fit.* Hujus pronuntiati virtute ſeſe perfecturos eſſe ſperant, ut quaecumque ſunt & exiſtunt revera, ex omni exſtitiſſe & fuiſſe aeternitate, nec a Deo quodam facta eſſe ac creata, nil homines dubitent. Videamus, quemadmodum aciem inſtruant. Deus is vocatur, qui aliquid vere exiſtens eduxit ex nihilo. Atqui omnis ratio & philoſophia, communisque generis humani ſenſus, certum eſſe declarant: *Ex nihilo nihil fieri & educi poſſe.* Ergo falſum illud ſit neceſſe eſt, quod plerique ſibi perſuadent, naturam eſſe ex nihilo aliquid fingentem. Hanc ut recte capiamus & diſſipemus ſimul argumentationem, tria nobis propoſuimus: Principio ipſam veritatem & rationem hoc ſcitum omnibus praeſcribere hominibus: *Ex nihilo nihil fit*, docebimus, ſi quidem certis intelligatur modis: qui modi quales ſint, planum faciemus. Deinde eo ſenſu, quo religionum & Dei hoſtes pronuntiatum hoc adhibent: *Ex nihilo nihil fieri aut effici poteſt*, prorſus illud eſſe falſum; nec idem ſi recte capiatur, ulla ratione creationi ex nihilo, infinitaeque Dei potentiae refragari, oſtendemus. Poſtremum hoc ipſum dogma, quod nemo ſanus revocat in dubium: *Ex nihilo nihil fit*, non modo nihil adverſus nos valere, qui mundum ex nihilo eſſe factum infinita Dei potentia tuemur, ſed etiam, ſi apte & naturae convenienter explicetur, univerſam eorum diſciplinam, qui Deo repugnant, ſtultitiae & levitatis convincere, Deique idcirco cauſſam vehementer roborare, probabimus. Namque Deum qui tollunt, illi, inepta prorſus & abſurda ratione, ex nihilo aliquid effectum eſſe, contendunt.

§. II. Hoc ergo primum damus, ſcitum iſtud: *Ex nihilo nihil fit*, ſi certo ſumatur ſenſu, tam eſſe verum, ut a ſanae mentis nemine ſperni ac repudiari queat. Principio explorate perceptum eſt omnibus: *Nihil, quod aliquando non fuit, ullo modo ſemetipſum fingere & condere poſſe*, aut: *Nihil principium exiſtendi a ſemetipſo ducere poſſe: nihil, quod non exiſtit, exiſtendi cauſſam ſibi eſſe poſſe*, aut: *Nihil ſine cauſa produci & effici poſſe.* Atque ex hoc ipſius naturae & rationis decreto, id quod

Digitized by Google

quod jam ante declaravimus, sine ulla consequitur controversia, non omnia esse facta, sed naturam quamdam omnino in rerum universitate versari necessario per se existentem, seu talem, quae non possit non esse. Etenim si omnia facta essent & creata, constituendum omnino foret, id quod rationi repugnat, rem aliquam ex nihilo semetipsam eduxisse. Deinde sicuti hoc certum est, nihil semetipsum creare posse, ita etiam hoc omni caret dubio, nihil aut nullam rem posse, nisi a tali caussa, produci, quae, si minus majori, eadem saltem perfectione praedita sit, qua res producenda, potentiaque gaudeat tanta, quanta ad rem illam efficiendam requiritur. Nihil, inquam, quod antea non fuit, fingi & creari potest, nisi adsit caussa, cujus virtus & perfectio aequalis sit perfectioni & virtuti rei il- 915
lius, quae fingi & creari debet. Nec enim ulla res id, quod ipsa non habet, in alteram conferre potest. Igitur, si quid in effectu est, quod caussae, ex qua natus ille putatur, virtutem & praestantiam superet, id ex nihilo prodiisse, aut sine caussa procreatum esse, existimari debet. Amplius aliquid addo. Tametsi duae res perfectione pares inter se sint & aequales, inde tamen statim non efficitur, alteram ab altera creari & produci potuisse. Nam ut taceam, res aliquas facultate agendi prorsus destitutas esse, qualis est materia, quae omni caret efficiendi virtute, nec, praeter patiendi facultatem, ullam habet aliam, efficiendi & creandi virtus minor esse in illis potest, quam ut ea perfici queat aliquid. Exemplum juvat afferre. Fieri omnino potest, ut, qui antea non fuit, motus excitetur; verum ut iste motus sine caussa cieatur idonea & ad eum ciendum apta, id prorsus fieri nequit. Quocirca si hoc verum esset, fuisse olim nullum omnino in orbe motum, nullam vim agendi in ulla re, nullam denique vitam, sed omnia jacuisse mortua & vita vacua, hoc quoque pro certo ducendum esset, numquam futurum fuisse, ut iste status mutaretur, ullusque motus exoriretur. Neque enim talis praesto fuisset caussa, qualis ad motum excitandum requiritur, quum nihil praeter id, quod vitam facultatemque agendi continet, motui producendo sufficiat. Sin vero motum aut ullam rem aliam, nulla idonea antegressa caussa, exstitisse adseveres, id statues, a quo omnis prorsus abhorret ratio, motum illum semetipsum creasse, aut, ut exsisteret, ipsum perfecisse. Jam naturarum minus perfectarum nulla est, quae tanta valeat potentia, ut aliam naturam ex nihilo educere & fingere queat. Haec quidem illis relinquenda est gloria, quod novos rerum modos effingere, novasque proprietates producere valeant: Nam id nostrum animum videmus facere, qui novas in semetipso cogitationes, novos in corpore motus concitat. At eo numquam ullius naturae parum absolutae virtus pertinebit, ut aliam ex nihilo naturam evocet ac praesentem sistat. Quae quum ita sint, perspicuum est, nescire, quid dicant, eos, qui naturam non modo a summa perfectione remotam, sed etiam omni producendi virtute vacuam aliam creasse naturam statuunt. Namque hoc reapse affirmant: Fieri posse, ut natura quaedam sua vi ex nihilo generetur & oriatur. Ergo hoc perfectum & concluſum esse debet, nullam fingi & creari posse naturam, nisi naturae perfectissimae efficientia; utpote quae, quoniam res omnes sinu suo arcet & continet, cum excellentioribus praedita esse debet perfectionibus, tum creandi potentia instructa.

§. III. Itaque binis modis hoc scitum: *Ex nihilo nihil fit*, ita esse verum certumque concessimus, ut a ratione prorsus abeat, secus arbitrari. Si aut hoc significet: *Nulla res semetipsam creare potest; nulla res effici potest, nisi caussa quaedam*

Digitized by Google

antegrediatur efficiens: aut hanc vim habeat: *Nulla res, niſi quae parem habeat in ſe perfectionem, aut ſatis magnam creandi virtutem aliam producere poteſt*, tum aſſentiri omnes ei decet, qui ſana mente utuntur. Ceterum uterque ſenſus hic refertur ad efficientem cauſſam, nec raro apud veteres, *Ciceronem* (*a*) praeſertim, occurrit. Nunc vero tertium proponemus dogmatis hujus ſenſum, qui propius ad materiam ſpectat, ex qua res finguntur. Conſtat, rem nullam a ſumma perfectione diſtantem virtutis creandi compotem eſſe, aut novam, quae antea non fuerat, naturam gignere poſſe, ſed omnes hujusmodi naturas materiam tantum commovere poſſe ante exſiſtentem, eamque variis modis temperare. Conſtat etiam, materiam perferre tantum & pati poſſe, nihil autem, quod non fuerit antea, aut non ex diverſa ejus conſtitutione ac compoſitione oriatur, proferre. Binis his connexum omnino eſt hoc tertium: Quando res naturales ex materia, quae exſtitit antea, procreantur & generantur, neque Deus ipſe ad earum accedit conſtructionem, tum nihil novi ex nihilo producitur, aut quod prius non fuerit, creatur aliquid. Nihil, meo judicio, aliud in animo veteres habuerunt phyſici, quum, quod *Ariſtoteles* (*b*) ſcriptum reliquit, hoc dogma tanta contentione urgerent: Τὸ γεγενημένον ἐκ μὴ ὄντων γίνεσθαι ἀδύνατον. *Fieri nullo modo poteſt, ut natura quaedam vere exſiſtens* (naturaliter) *ex nihilo fiat:* aut, ut aliis exprimi ab eo verbis ſolet: (*c*) Οὐδὲν ἄρα τῶν ὄντων, ἀδὲ φθείρεσθαι τῶν ὄντων. *Nihil earum rerum, quae vere ſunt, vel generari, vel etiam corrumpi.* Id enim ſibi voluerunt unice, nihil produci ex nihilo, nihil occidere in nihilum, ſi res naturali lege & ordine, nulla Dei extraordinaria potentia opus perficiente, cum generentur, tum corrumpantur & mutentur.

916

§. IV. Non ſum ego neſcius, recentiores ſcriptores prope univerſos hanc veterum phyſicorum, quam memorat *Ariſtoteles*, doctrinam longe aliter interpretari ſolere. Cenſent enim, eos, quibus hoc in ore fuit placitum, negaſſe prorſus ex nihilo fictum & creatum aliquando eſſe aliquid, e contrario omnia credidiſſe ex materia neceſſario ex infinito tempore exſiſtente, ſine Dei auxilio & ope quadam, prodiiſſe, aut vero, quoniam *Parmenidem*, *Empedoclem*, aliosque dogmatis hujus patronos Dei fuiſſe profeſſores, negare non audent, Deum putaſſe ex materia informi & rudi machinatum eſſe omnia. Quod ſi ita ſeſe haberet, hoc ſtatuiſſent veteres illi naturae ſpeculatores, Deum ex nihilo non poſſe aliquid procreare, ſed ar-

(*a*) *Ciceronem*] Affert infra vir doctus §. 17. locum hujus generis ex *Ciceronis libro de fato*.

(*b*) *Ariſtoteles*] *Natural. Auſcultat. Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 451. *Tom.* I. *Opp.* Adde *Cap.* 8. *p.* 457. & alias.

(*c*) Οὐδὲν] His verbis pronuntiatum, cujus res hic agitur, expreſſit *Ariſtoteles Natural. Auſcult. Lib.* I. *Cap.* 8. *p.* 457. *Tom.* I. *Opp.* Sunt hujus generis alii quidam apud *Ariſtotelem* loci, quos hic commemorare, parum duco eſſe neceſſarium.

(*d*) *Stoicos*] Huic ſectae duo fuiſſe rerum principia, alterum agens, alterum patiens, Deum & materiam aeternam, omni caret dubio. Vide quae *Juſtus Lipſius*, praeter alios, collegit in *Phyſiologia Stoicorum Lib.* I. *Diſſ.* IV. *p.* 9. & *Lib.* II. *Diſſ.* II. *p.* 57. *ſ.* Quare non poterant non omnes hujus familiae philoſophi creationem de nihilo tollere, tametſi *Seneca* plerisque ab hoc dogmate non nimis fuiſſe averſus videatur: de quo alias dicere aliquid conſtituimus. Sed de ipſa materiae indole, quam omnes aeternam eſſe ducebant, diſſenſionis fuiſſe aliquid inter Stoicos videtur. Nam, quum aliqui eorum, quos inter *M. Antoninus* fuit *Libro* XVII. *ad ſe ipſum* §. 1. materiam parere ſemper Deo & obſequi, ita ut is, quae velit, facere queat, contenderent, alii obſequium eam non raro Deo denegare & conditoris vota & voluntatem fallere, decernebant: ex qua materiae contumacia mala, quibuscum natura rerum & homines conflictantur, naſci, perhibebant. Tetigit hanc controverſiam *Seneca* in *Praefat. Quaeſt. natural.* tetigerunt & alii. Ego vero hanc omnem dimicationem verbi pugnam fere fuiſſe, arbitror: quod

Digitized by Google

architecti more, domum exstruentis, aut textoris instar, pannum conficientis, ex materia, quaecumque velit exstare, efficere debere. Ex quo evenit, ut vix ullus hodie eruditorum sit, quin omnem antiquorum philosophorum turbam multum abfuisse credat a Christianorum dogmate, quo Deum omnia condidisse, quum nihil esset olim, tradunt. Hic ego non modo (*d*) Stoicos, verum etiam nonnullos ex veterum philosophorum familia alios, tametsi Deum esse, ceteroquin nil dubitarent, in hac minime negem fuisse sententia, nihil a Deo potuisse effici, nisi materia quaedam praeter Deum ex infinito tempore exstitisset. In primis (*e*) *Plutarcho*, Chaeronensi, haec placuit opinio, qui loco quodam, cujus partem supra jam exhibuimus, perspicue adseverat: Τὸν μὲν κόσμον ὑπὸ θεοῦ γεγονέναι, τὴν δὲ ὕλην ἀγένητον ὑπάρξαι, ἐξ ἧς γέγονεν, ὑπὸ γεγονυίᾳ μὲν οὐκέτι ὑποπεσούσῃ δὲ τῷ δημιουργῷ. *Mundum quidem factum esse a Deo, materiam vero, ex qua conditus est, nunquam esse factam, sed conditori praesto fuisse.* Cujus deinde dogmatis hanc ipsam, de qua hic sermo institutus est, rationem reddit: οὐ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἔστιν, οὐδ' ἐκ τοῦ μὴ καλῶς, μᾶλλ' ἱκανῶς ἔχοντος, ὡς οἰκίας, καὶ ἱματίου, καὶ ἀνδριάντος. *Nec enim ex eo, quod nusquam & nihil est, fieri potest aliquid, sed ex eo, quod ante quidem exstitit, at parum aptum fuit & idoneum, efficere licet aliquid: ut domum, vestem, statuam.* Vereor, ne, quum haec scriberet *Plutarchus*, quem ceteroquin subtilitatis & ingenii laude 917
floruisse non inficior, coeli Boeotici, quod pingue ac crassum esse accepimus, adspirationem justo vehementius senserit. Neque tamen vel ipsum, vel Stoicos, propter sententiam hanc in eorum ordinem retulerim, qui Deum ex orbe ejiciunt, sed spurios & parum intelligentes supremi Numinis professores ac vindices nominari debere, judicem. Quamobrem si vel integrum omnino esset Atheis, demonstrare, nihil fingi posse, nisi ex materia prius exsistente, cui tamen nulla ratione pares sunt negotio, non tamen idcirco causa plane cecidissent illi, qui a Dei stant partibus. At nihilo tamen minus quae paullo post in medium proferemus, extra omnem, ut opinor, controversiam collocabunt, tantum abesse, ut veteres philosophiae Italicae & Pythagoricae sectatores ex materia aeterna aut omnia sine Dei ullius auxilio prodiisse, aut a Deo condita esse, censuerint, ut potius contrariam prorsus sententiam amplexi sint, nullamque plane naturam per se constantem ex materia fingi posse censuerint. Sigillatim persuasum fuisse generi huic dubio caret, nullam ex materia procreari & generari posse animam: Omnes autem ani-

quod, si locus id pateretur, rationibus ex interiori Stoicorum philosophia depromtis demonstrarem. Omnes, quotquot erant, Stoici non poterant non, nisi secum ipsis pugnare vellent, confiteri: Materiam non esse ad formas omnes, quae concipi & fingi possunt animo, recipiendas aptam & idoneam. Quare qui obluctari Deo nonnumquam materiam scisscebant, hoc sibi tantum volebant: Fieri ex ea non posse omnia, quae mens sapientissima cogitando effingere ac meditatione, si loqui ita licet, consequi potest. Neque vero hac de re dubitabat pars altera, quae materiam Deo semper parere, constituebat; utpote quae hoc unice affirmabat: Nunquam materiam obsistere, quominus ea ex illa Deus faciat, quae natura ejus fieri permittit. Quidnam igitur certaminis supereſt? Parum arbitror: aut si quid restat, omnis ad divinam voluntatem, hancque quaestionem devolvetur controversia: Utrum supremum Numen velit interdum ea, nec velit tantum, verum etiam perficere tentet, quae ipsummet per materiae naturam fieri non posse intelligit? Desipient vero, nisi fallor, Stoici & a suis desciscent rationibus, si ad hanc quaestionem dirimendam accesserint.

(*e*) *Plutarcho*] *Libro de procreat. animae ex Timaeo p.*° 1014. *Tom.* II. *Opp.* Addere debuisset vir doctissimus, *Plutarchum* non tam ut suam, quam ut *Platonis*, referre hanc sententiam, probabilioremque tantum reliquis philosophorum de mundo opinionibus ducere. Sed ad *Platonis* quum se disciplinam plane inclinasset, nec ulli parceret operae in eo purgando, & ab omnibus errorum sordibus liberando, totum hoc omittere ipsi placuit.

animos per ſe ex omni exſtitiſſe aeternitate, nulli eorum in mentem umquam venit. Supereſt igitur, ut credidiſſe eos ſtatuamus, animos a divino quodam defluxiſſe fonte, neque ex materia quadam perenni & aeterna, ſed ex nihilo ab ipſo Deo factos & creatos eſſe. Omnes illi praeterea philoſophi, quibus animi corporis expertes viſi ſunt, non potuerunt, quin a Deo ex nihilo eductos eſſe illos, non vero ex materia generatos, praeciperent. Unum tamen hic *Plutarchum* a reliquis ſegrego, quem notum eſt ſolum tam abſurde fuiſſe doctum, ut tertium quoddam principium, animam quamdam ordinis & rationis inopem, ſeu malum daemonem per ſe exſiſtentem, medium inter Deum & materiam collocaret. Qua quidem perverſa ductum fuiſſe ſuſpicor hominem opinione, ut mentes omnium mortalium neque ex nihilo, neque ex materia quadam antea exſiſtente creatas eſſe putaret, ſed neſcio quam Dei malique principii permiſtionem omnes produxiſſe adſeveraret. Hinc etiam evenit, ut animos non tam ἔργον, *opus Dei*, quam μέρος θεοῦ, *partem Dei*, vocari debere contenderet. Viderint vero, quibus ſana & incorrupta eſt ratio, anne hac quoque in re coelum Boeoticum *Plutarchi* nocuerit ingenio, virumque ceteroquin doctum, ut nugas aleret, (*f*) adduxerit. Nos, omnibus his expenſis, concludimus, veteres illos naturae contemplatores, quos *Ariſtoteles* auctor eſt, ſcitum hoc: *Ex nihilo nihil fieri & generari poteſt*, in primis ſcientiae ſuae elementis poſuiſſe, Phyſicorum potius, quam Theologorum & Metaphyſicorum, quum id facerent, officio functos eſſe, neque creationem divinam ex nihilo oppugnaſſe, ſed hoc unice declarare voluiſſe, novam nullam naturam ex materia produci poſſe, neque ea, quae in rerum natura gigni & corrumpi videmus, aut, dum fiunt, creari ex nihilo, aut quando intereunt, in nihilum (*g*) reverti.

§. V. Multo vero clarius de ſententia veterum phyſicorum hac in re conſtabit, ſi quemadmodum ab illis hoc rationis ſcitum: *De nihilo nihil*, ſit adhibitum, cognoverimus. Duplicem vero fuiſſe ejus apud illos uſum video. Primum hac omnes regula duce uſos eſſe, certum eſt, ut ſcientiae naturalis corpus quoddam exſtruerent & ad individua corpuſcula res univerſas hac vel illa ratione revocarent; quod nonnulli eo modo fecerunt, ut omnes materiae particulas *ſimilares*, ut cum phyſicis loquar, alii ſic, ut *diſſimilares* eſſe, conſtituerent. *Anaxagoras* quidem, quum hoc Philoſophorum Italicorum pronuntiato: *Ex nihilo phyſice nihil gigni poteſt, nec natura quaedam ſibi conſtans vere generatur, aut corrumpitur*, nihil rationi convenientius fieri poſſe, exiſtimaret; nec idcirco formas & qualitates corpo-

(*f*) *Adduxerit*] De *Plutarchi* ſententia, quam hic tangit vir doctiſſimus, copioſe ſupra diſputavimus ad *Capitis* 4. §. 12: ex qua diſputatione quonam jure haec ei adſcribatur opinio, conſtabit. Hic animadverti tantum velim, *Plutarchum* in *libello de animae procreatione ex Timaeo*, ex quo depromta ſunt, quae hic reprehenduntur, non ſuam, ſed *Platonis*, quam ipſe putabat, *ex Timaeo* de anima doctrinam referre. Ipſe, more Academicorum, quorum inſtituta eum probaſſe, verſimile eſt, nec rejiciendam eſſe prorſus putat eam, nec ita tamen amplectitur, ut nihil ea fieri verius & certius poſſe, conſtituat. Quae quum ita ſint, paullo mihi ſeverius & acrius in *Plutarchum* hic videtur invehi vir eruditiſſimus.

(*g*) *Reverti*] Non parva eſt, nec levis momenti quaeſtio: *Utrum veterum philoſophorum, qui rationem unam ſequuti ſunt magiſtram, aliqui eo usque meditando & ratiocinando pervenerint, ut Deum ex nihilo vel materiam, vel etiam animos, finxiſſe decernerent?* Quam quidem quo melius & ad intelligentiam lectorum accommodatius tractare queamus, peculiari *Diſſertatione*, quam huic *Sectioni* ſubjiciemus, quae tam a *Cudworthо*, quam ab aliis de hoc argumento dicta ſunt, colligere & expendere ſtatuimus.

(*h*) *Ari-*

Digitized by Google

porum pro naturis verè exſiſtentibus & ab ipſa materia variaque ejus tempera- 918
tione ſecretis, habere poſſet: huc ratiocinando deveniebat, ut quae generantur, mutantur, & corrumpuntur, neque ex nihilo exſiſtere, neque ad nihilum reverti, ſed, naturali quadam lege, ἐκ προϋπαρχόντων καὶ ἐνυπαρχόντων, *ex rebus antea exſiſtentibus & inexſiſtentibus*, produci aſſeveraret. Hoc vero dogmate recepto, conſentaneum erat, ut in omnibus rebus omnis generis atomos eſſe ac particulas *ſimilares* conſtitueret, tametſi ob nimiam illae tenuitatem ſenſuum noſtrorum fugerent aciem, resque propterea id tantum nobis viderentur eſſe, quod praecipuum & maximum in illis eſt. Oſſa igitur ex corpuſculis oſſeis, carnem ex carneis, res calidas ex atomis calidis, frigidas ex frigidis, nigras ex nigris, candidas ex candidis, nihil autem ex nihilo, verum omnia ex corpuſculis *ſimilaribus* jam antea exſiſtentibus generari, tuebatur. Hoc modo (*h*) *Ariſtoteles* perſpicue ſententiam *Anoxagorae* expoſuit: *Quia contraria naſcuntur ex contrariis, propterea fieri nullo modo poteſt, quin ea in rebus antea exſtiterint. Quaelibet enim res quum neceſſario efficiatur aut ex eo, quod aliquid eſt, aut ex nihilo, omnium vero phyſicorum conſenſione ex nihilo nihil fieri queat: conſequitur hinc ſine ulla controverſia, ea quae generantur omnia procreari ex rebus praeexſiſtentibus & inexſiſtentibus, tametſi illae, quum admodum tenues ſint, ſenſus noſtros fugiant, id eſt, ex atomis ſimilaribus ſeu homogeniis, quarum aliquae omnium generum in ſingulis rebus ſunt, quum ſingulae res ſingulis rebus admiſtae ſint.* Quare perſpicuum eſt, quo pacto evenerit, ut, *Anaxagoras* quam profeſſus eſt, philoſophia naturalis, quam vulgo *homoiomoeriam* vocant, ex hocce ſanae rationis decreto: *Ex nihilo nihil naturaliter fingi ac generari poteſt*, proveniret & naſceretur.

§. VI. Diverſam, ſed multo meliorem, ingreſſi ſunt rationem *Pythagorae* ſectatores, qui vel ante vel poſt *Anaxagoram* vixerunt: quibus quidem illi hactenus adſentiuntur, qui *Pythagorae* de natura rerum praeceptis ad Deum de medio tollendum abuſi ſunt, *Leucippus*, *Democritus*, & *Epicurus*. Etenim hi, poſtquam idem hoc ſuum fecerunt rationis praeceptum, primum formas qualitatesque corporum & generari ſine controverſia, & viciſſim corrumpi, decreverunt. Ex quo effici debere rati ſunt, eas non eſſe naturas a materia variisque ejus modis ſecretas & ſeparatas, ſed tantum diverſas minimarum materiae particularum diſpoſitiones & coagmentationes, quae ſenſus noſtros multis modis afficiant & pellant. Ab his initiis illud phyſices genus profectum & in orbem introductum eſt, quod corpuſculis, quae vocant, *diſſimilaribus* ad naturae rationes explicandas unice utitur. Genus hoc philoſophorum, corporum contemplatione aſſidua, praeter

(*h*) *Ariſtoteles*] Locus, quem ſpectat, legitur *Natural. Auſcult. Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 451. *Tom.* I. *Opp.* dignusque eſt, quem Graece deſcribamus, ut rectius de ſenſu ejus judicari queat: Ἔτι δὲ ἐκ τοῦ γίνεσθαι ἐξ ἁπάντων τὰ ὄντα· συνέχει ἄρα. Εἰ γὰρ πᾶν μὲ τὸ γιγνόμενον ἀνάγκη γίνεσθαι ἢ ἐξ ὄντων, ἢ ἐκ μὴ ὄντων, τοῦτον δὲ, τὸ μὲ ἐκ μὴ ὄντων γίνεσθαι ἀδύνατον (περὶ γὰρ ταύτης ὁμολογοῦσι τῆς δόξης ἅπαντες οἱ περὶ φύσεως) τὸ λοιπὸν ἦν συμβαίνειν ἐξ ἀνάγκης ἐξ ὄντων, ἐξ ὄντων μὲ καὶ ἐνυπαρχόντων γίνεσθαι, διὰ δὲ σμικρότητα τῶν ὄγκων ἐξ ἀναισθήτων ἡμῖν. Διὸ φασὶ πᾶν ἐκ παντὶ μεμῖχθαι, διότι πᾶν ἐκ παντὸς ἑώρων γιγνόμενον. *Julius Pacius* ad verbum ita reddidit: *Praeterea* (movetur Anaxagoras) *eo, quod contraria ex ſe invicem fiunt: inerant igitur. Nam ſi neceſſe eſt, ut quidquid fit, vel ex entibus fiat, vel ex non entibus: hoc autem, ut ex non entibus fiat, impoſſibile eſt* (*in hanc enim ſententiam conſentiunt, qui de natura differunt*) *quod reliquum eſt, neceſſario evenire cenſent, ut fiat ex iis, quae ſunt & inſunt, ſed propter molis parvitatem ſenſu a nobis non percipiantur. Idcirco ajunt, quodlibet cuilibet eſſe admixtum, quia quodlibet ex quolibet fieri cernunt.* Quanta vis ſit concluſionis, quam vir egregius ex hoc nectit loco, infra fiet perſpicuum, quum ad univerſae quaeſtionis hujus explicationem accedemus.

ter magnitudinem partium, figuram, ſitum, motum & quietem nihil eſſe in illis, didicerat. Igitur his paucis ex principiis & veluti elementis in materia exſiſtentibus, varieque inter ſe temperatis & permiſtis, omnes, quas nominant, formas & qualitates naſci, quum procreantur corpora, neque novi aliquid in rerum generatione ex nihilo fieri, praecipiebant. Singulis in linguis ex paucis litteris variis modis diſpoſitis & ordinatis innumerabiles ſonos, vocabula, ſyllabas, quibus res omnes in coelo terraque commode deſignantur, naſci, neminem praeterit. Neque minus notum eſt, easdem ſaepe litteras, nullis vel additis, vel demtis, ſi modo ſitus & ordo mutetur, diverſos in nobis excitare ſonos, nec ullam rem aliam, dum id ſit, ex nihilo produci. Simili prorſus ratione perpaucae, quibus natura rerum quaſi conſtat, litterae, varia ratione miſtae inter ſe ac
919 compoſitae, ſeu magnitudinis, figurae, ſitus, & motus diverſa conſtructio & deſcriptio, omnes illas rerum ſyllabas, quibus univerſitas rerum continetur, efficiunt, neque novi aliquid, quod antea non fuerat, generatur & producitur. Videre ſcilicet quotidie licet, unam eamdemque materiae molem nec deminutam, nec auctam, ſed alia tantum ratione temperatam, ſenſus noſtros diverſis plane modis afficere: Una, verbi cauſſa, eademque aqua nunc vaporis, nunc grandinis, nunc nivis, nunc glaciei formam & ſpeciem induit: Atque haec viſa vulgus hominum formas & qualitates in ipſis eſſe rebus, temere ſibi perſuadet. Recordor hic opportune verſuum *Lucretii*, quibus ſcite & eleganter ſimilitudinem, quam paullo ante dedimus, perſequutus eſt & exornavit:

(*) *Quin etiam refert noſtris in verſibus ipſis*
Cum quibus & quali ſint ordine quaeque locata.
Namque eadem coelum, mare, terras, flumina, ſolem
Significant; eadem fruges, arbuſta, animantes.
Sic ipſis in rebus item jam materiai
Concurſus, motus, ordo, poſitura, figurae
Cum permutantur, mutari res quoque debent.

Quod ſi enim hae formae atque qualitates, quae in rerum generationibus & corruptionibus exſiſtunt, naturae eſſent ab ipſa materia, variisque ejus diſpoſitionibus, quas magnitudo, figura, ſitus, & motus partium pariunt, diſtinctae, neque quod *Anaxagorae* viſum fuit, in ipſa antea exſtitiſſent materia, credendum omnino foret, ex nihilo eas, tamquam materia, produci: quod quidem dictu atque cogitatu perabſurdum eſt. Ceterum haec Philoſophorum Italicorum de formis & qualitatibus philoſophandi ratio vero unice videtur eſſe conſentanea. Nititur enim hoc rationis pronuntiato, quod minime dubium eſt: Quia nihil id alteri dare poteſt, quod ipſum non habet, ideo in iſtis, quas contingere in rerum natura videmus, mutationibus & generationibus, nulla nova creari poteſt res, ſed novi tantum rerum modi exoriuntur. Idem in illis evenit, quod, architecto domum exſtruente, aut textore linteam veſtem conficiente. Res ipſa & materia, quae antea exſtiterat, manet: at nova forma in eam inducitur.

§. VII. Ex his patet, quemadmodum arbitror, quidnam primum veteres Phi-

(*) Lib. II. p. 191. Lamb. (Lib. II. vſ. 1012. p. 436. 437.)

Digitized by Google

Philoſophi Italici ſpectaverint, quum hoc urgerent tantopere ſcitum: *Ex nihilo nihil phyſice fit & generatur*, aut: Nulla res naturali lege vel procreatur, vel deſtruitur penitus. Effici nimirum ex eo cupiebant, formas, quae vocantur, & qualitates corporum non eſſe naturas vere exſiſtentes, ſed unius tantum materiae varias temperationes. Alter nunc ſuccedit dogmatis hujus fructus, quem Philoſophos illos ob oculos ſibi poſuiſſe, non ſecus ac corollarium principio illi connexum, exploratum habeo. Ad animos ille pertinet, eorumque perennitatem. Mentes ſcilicet animalium, maxime hominum, naturas intelligebant eſſe, quibus nulla eſſet cum materia, variisque ejus conſtructionibus cognatio. Neque enim ullo modo credibile fit, figuram, magnitudinem, ſitum, & motum ſenſui & cogitationi creandae, multo minus facultati veritates aeternas intelligendi producendae aptam & idoneam eſſe. Quare animos neque generari ex materia, neque in eam reverti concludebant. Formae corporum & qualitates, quoniam perpetuo generantur & corrumpuntur, ex nihilo fiunt, in nihilum viciſſim occidunt, res eſſe nequeunt idcirco a materia variisque ejus modis ſegregatae. Verum animi, illi ſaltem, quibus homines gaudent, ſine ulla controverſia naturae ſunt, quibus nihil cum materia, omnibusque modis ejus commune eſt. Igitur neque ex materia produci, neque in materiam viciſſim diſſolvi poſſunt. Quod ſi enim mentes hominum gignerentur ex materia, natura quaedam exſiſtens reapſe, id quod tamen rationi plane repugnat, ex nihilo procrearetur, quoniam nec vitae aliquid, nec cogitationis ineſt in materia. Atque id quum ſecum meditarentur hi philoſophi, animos, quos generari ex materia non poſſe ſentiebant, in corpora, quando gignuntur, inſinuari & immitti decernebant. Gravis olim hac de re altercatio fuit Dei defenſoribus cum ejusdem adverſariis, inter quos acriter diſputatum eſſe accepimus, utrum mens humana, ut (*i*) *Lucretius* loquitur,

Nata ſit, an contra naſcentibus inſinuetur:

Utrum animi hominum ex materia, ſeu, quod idem eſt, ex nihilo procreentur, 920
an vero θύραθεν, *extrinſecus*, in corpora, quae lege naturae generantur, illabantur. Qui poſterius amplectebantur, his animi videbantur & ante exſtitiſſe, quam ullum naſceretur animal, &, corporibus diſſolutis, ſuperſtites fore. Nihil enim eorum, ſi a conjunctione diſcedas cum corporibus, proprie generatum eſſe videbant. Ortus itaque & obitus animalium nihil eſſe ducebant, quam rerum, quibus natura continetur, translationes animosque perennes nunc huic, nunc illi putabant ſociari corpori. Neque tamen quisquam ſibi velim perſuadeat, ſectam hanc, quae animos gigni negabat, & priusquam ullum eſſet animal, fuiſſe jam praecipiebat, ob eam cauſſam cenſuiſſe, mentes omnes per ſe ex infinito tempore exſtitiſſe, nec ullo tempore conditas eſſe. Nemo umquam aut inter contemtores, aut inter amicos inventus eſt religionum, cui hoc vel in mentem venerit portentum. Ipſi, qui Deum ita profitebantur, philoſophi, ut ſimul animorum non ſecus, quam mundi, aeternitatem defenderent, nihilo tamen minus animos ſimiliter cum Deo eſſe conjunctos arbitrabantur, atque radii cum ſole conjuncti ſunt, eosque idcirco, tamquam aeternum lumen & ſplendorem ex aeterno ſole natum, ſpectabant. Nemo forte *Proclo* vehementius & acrius pro mundi animorumque perennitate de-

(*i*) *Lucretius*] *Lib.* I. *de rerum natura vſ.* 114. *p.* 43.

(*k*) *Idem*]

Digitized by Google

decertavit. Sed idem, (*k*) ubi tertium, quod *Plutarchus* introduxit, principium ſeu malam animam per ſe neceſſario exſiſtentem oppugnat, diſerte nullam eſſe animam per ſe exſiſtentem, ſed, quotquot ſunt, mentes Dei unius opus eſſe confirmat. Πᾶσα, inquit, ψυχὴ γένημά ἐστι θεοῦ. Igitur quod animos negarunt iidem gigni poſſe, id hanc unice vim habere credendum eſt, animos non formarum & qualitatum inſtar ſpectari debere, quae pereunt & oriuntur, ipſa ſalva & incolumi materia, neque ex materia ullo modo procreari, ſicuti nec ipſa materia ex ulla re alia generatur. Quam etiam ob cauſſam animas, id quod (*l*) *Ariſtoteles* memoriae prodidit, non minus quam materiam, ἀρχὰς ſeu *principia* vocarunt, eo quod utraque eſſent rerum principia ſibi conſtantia, nec alterum ex altero
921 gigneretur. Nulli autem eorum ita fuerunt a ratione relicti, ut eo ſenſu animos ἀγεννήτους, ſeu *non genitos*, nominarent, quo *Plutarchus* ſecundum tertiumque principium poſuerat, *Empedoclis* primum affert exemplum, qui ex omnibus principiis conflatam voluerit eſſe animam: Ἵστησι Ἐμπεδοκλῆς ἐξ ὧν τὰ στοιχεῖα πάντων: tum *Platonis* addit exemplum, quem pariter perhibet in *Timaeo* animam ex omnibus compoſuiſſe rerum elementis: τὸ αὐτὸν δὲ τοῦτο ἐν τῷ Τιμαίῳ Πλάτων τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων ποιεῖ. *Eodem modo etiam Plato in Timaeo animam ex elementis efficit.* Στοιχεῖα igitur & ἀρχαὶ in hac *Ariſtotelis* diſputatione ejusdem ſunt poteſtatis, & prima illa rerum initia, ex quibus philoſophi univerſam naturam coagmentatam eſſe volunt, ſeu elementa, deſignant. Quae quum ita ſint, apparet, eos, qui animam, auctore *Ariſtotele* ἀρχὰς ſeu *Principia* dixerunt, hoc docuiſſe: Animam conſtare ex elementis ſeu initiis illis, ex quibus tota rerum natura conſtat. Multos autem Philoſophorum veterum in hac fuiſſe ſententia, neminem fugit harum rerum vel mediocriter peritum. At quum de numero inter ſe diſſiderent Philoſophi, aliis unum, aliis duo, aliis quatuor eſſe ſtatuentibus rerum principia, fieri quoque non poterat, quin de animae diſcordes eſſent natura, aliique paucis, alii pluribus eam elementis conſtare, praecciperent. Ita recte *Ariſtotelis* locum me interpretari, ex eo etiam liquet, quod eos ait philoſophos, qui animam ducerent ἀρχὰς eſſe, in hanc idcirco ſententiam veniſſe, quod *ſenſus & cognitionis* vim, qua valet animus, potius ob oculos ſibi poſuiſſent, quam movendi, quam idem habet, facultatem. Nam ipſe *Empedocles*, cujus exemplo, quae dixerat, illuſtrat & confirmat Peripateticorum princeps, nil dubitavit, cognitionem ſenſus quoddam genus eſſe, perceptionemque animi ex eo naſci putavit, quod ex omnibus conflatus ille rerum principiis eſſet. Oſtendi hoc copioſius *ad Cap. 1.* ubi philoſophiam *Empedoclis* de anima & rerum initiis exponere conatus ſum. Et praeter *Empedoclem* multos ex antiquis Philoſophis alios eidem addictos fuiſſe ſententiae, dubio caret omni.

(*k*) *Idem*] *Proclus Comment. in Timaeum Platon. Lib.* II. *p.* 116.

(*l*) *Ariſtoteles*] Locus *Ariſtotelis*, quem, niſi totus fallor, vir egregius hic indicat, *Lib.* I. *de anima Cap.* 2. *p.* 5. *Tom.* II. *Opp.* legitur, & ita ſese habet: Ὅσοι μὲν οὖν εἰσὶ τὸ κινεῖν τὸ ἔμψυχον ἀποδιδόντες, ὅτι τὸ κινητικώτατον ὑπέλαβον τὴν ψυχήν· ἔστι δὲ εἰσὶ τὸ γινώσκειν ἢ τὸ αἰσθάνεσθαι τῶν ὄντων, ὅτι δὲ λέγουσι τὴν ψυχὴν ΤΑΣ ΑΡΧΑΣ. *Quicumque igitur ad motum animati reſpexerunt, hi exiſtimarunt, animam eſſe id, quod maxime movendi vim habet. Quicumque autem ad cognitionem & ſenſum eorum, quae ſunt, hi dicunt animam eſſe* PRINCIPIA. Placuit mihi totum hunc *Ariſtotelis* deſcribere locum, quo de ſententia ejus melius diſſerere poſſem: errare mihi enim in eo exponendo non parum videtur doctiſſimus *Cudworthus*. Exiſtimat is, veteres philoſophos, quorum hic ſententiam refert Stagirita, animas propterea ἀρχὰς ſeu *principia* vocaſſe, quod eas ducerent, non ſecus ac materiam, naturas eſſe per ſe conſtantes & rerum veluti univerſarum *Principia*. Verum, ut taceam, incertum valde eſſe, quod vir doctus certum putat, philoſophos eſſe Pythagoraeos, quibus hanc tribuit ſententiam *Ariſtoteles*, longe alia mens, atque haec, iſtis fuit philoſophis. *Ariſtoteles* omnes philoſophos, qui de animae natura ſententiam dixiſſent, in bina diſtribuit genera: quosdam ait motum ſpectaſſe, quem anima in corpore ciere ſoleat, hosque dixiſſe, animam eam eſſe naturam, in qua vis movendi omnium maxime inſit: verum alios ſenſus potius & cognitionis, cujus particeps eſt anima, rationem habuiſſe, hosque ſtatuiſſe, animam eſſe ἀρχάς. Hi poſteriores quid ſibi voluerint proprie, ex illis, quae ſequuntur apud *Ariſtotelem*, manifeſtum fit. Continuo enim ſic pergit diſſerere: οἱ μὲν πλείους ποιοῦσι τὰς ἀρχάς, οἱ δὲ μίαν ταύτην. *Alii vero plura faciunt principia, alii hoc unum tantum.* Quibus dictis, ad illuſtranda, quae pro-

(*m*) *Sta-*

Digitized by Google

cipium ſuum, malam mentem & materiam, ita dixit; quae quidem ex infinito tempore per ſe fuiſſe, nec ulla ex alia cauſſa pendere, autumavit. Conſtat potius, non aliter hoc eos vocabulum intelligi voluiſſe, quam ita, ut animos, ſi quidem mundus certo tempore coepiſſet, una cum ipſo mundo ex nulla prius exſiſtente materia conditos eſſe autumarent. Ceterum illorum ſententia, qui, quum novum corpus procreatur, novam quoque a Deo animam fingi ſtatuunt, genus hoc philoſophorum nihil eſſe ducebat ineptius. Nam & abſonum videbatur illis, animos, qui naturae ordine priores eſſent corporibus, tempore tamen corporibus juniores credere; & rationi repugnaturum, Deoque minus fore honorificum putabant, ſi vim Numinis genitricem cunctis intereſſe naturae generationibus, perpetuoque, dum corpus procreetur aliquod, exſpectare veluti ac praeſtolari (*m*) ſtatuerent.

§. VIII.

(*m*) *Statuerent*] Quidnam in hac viri doctiſſimi diſputatione de Philoſophorum, quos *Italicos* nominant, ſenſu & doctrina deſiderandum mihi eſſe videatur, inferius enarrare propoſui. Nunc pauca dicam de rationibus illis, quibus familiam hanc commotam fuiſſe ſcribit, ut animos ex omni aeternitate, ſaltim ante corpora fuiſſe decernerent. Quaeri primum poſſet, utrum hi Philoſophi ſic reapſe ratiocinati ſint, uti concluſiſſe eos perhibet *Cudworthus*, an vero ipſemet haec eis argumenta ex conjectura ſuppeditaverit? Veterum certe Pythagoraeorum nemo ita legitur in antiquis auctoribus argumentatus eſſe: Juniorum Platonicorum, qui ſe *Pythagorae* ſequi videri volebant veſtigia, ſortaſſis aliqui ſic rationem ſubduxerunt; ſed quae ab his decreta ſunt omnia, ex *Pythagorae* diſciplina profecta eſſe, numquam mihi perſuaſerim. Verum haec nunc praetermittam: in ipſas tantum rationes inquiram, quas valde leves & imbecilles eſſe, judico.

(I.) *Abſonum eſt*, inquiunt, *credere, animos, qui naturae ordine priores ſunt corporibus, tempore illis eſſe poſteriores.* Si recte mentem hujus generis capio, *naturae ordine priorem eſſe re aliqua*, nihil eſt aliud, quam: *Praeſtantiorem & excellentiorem habere naturam.* Ita homo *naturae ordine* prior eſt brutis animantibus, quae minus, quam ille, perfectionis & praeſtantiae habent. Verum quibus rationibus hoc decretum probari queat: *Id quod praeſtantius eſt, prius condi debuit, quam id, quod deterius eſt, & generis inferioris*, equidem nullo modo conſequor. Chriſtianorum certe nemo ſic concluſerit, quos praeterire nullo modo poteſt, hominem, praeſtantiſſimum animal, ſexto demum die poſt beſtias, resque omnes inanimatas conditum & creatum eſſe. Nec philoſophorum etiam, ſoli rationi obtemperantium, aliquis facile a ſe impetrabit, ut hoc ſcitum approbet, quum multas propter cauſſas fieri poſſe perſpicuum ſit, ut id, quod natura poſterius eſt, prius efficiatur, quam id, quod natura majus eſt & excellentius. Nullum eſt corpus vivens & animatum, quod, ſi naturam intuearis, non multo ſit melius & perfectius corporibus inanimis & vita vacuis. At quis neſcit, hominum & animalium corpora, in quibus longe major virtus eſt & dignitas, vita etiam & ſenſus, metallis, ferro, auro, argento, terra, aqua, infinitisque aliis rebus, quae minores ſunt & vitae omnis neſciae, temporis ordine poſteriora eſſe? Quocirca ſi hoc verum duci debet praeceptum: *Quod natura prius eſt, id tempore etiam prius ſit, oportet*, omnia etiam hominum & animalium corpora condita fuiſſe, antequam ulla eſſet materia, decernendum nobis erit.

At (II.) *Deo indignum eſſe* ducunt hi Philoſophi, *omnibus intereſſe naturae generationibus & quamlibet veluti generationem praeſtolari & exſpectare.* Sed non vident acuti homines, hanc rationem tam late patere, ut aeque potens ſit ad eorum ſententiam deſtruendam, qui animos ante corpora volunt exſtitiſſe, quam ad eos expugnandos, qui tum demum creari animam a Deo, quum creatur corpus, opinantur. Nempe illi ipſi, qui animos ante corpora exſtitiſſe ex omni aeternitate ſanciunt, hoc tamen fatentur, immitti eos a Deo in corpora, quae generantur & procreantur. Igitur id ipſum Deo tribuunt, quod a gloria & majeſtate ejus alienum eſſe praedicant. Namque Deus, ſi hoc ita ſeſe habet, intereſt certo modo unicuique generationi, & quamlibet, ut oratione hujus generis utar, procreationem naturalem praeſtolatur & attendit, ut animam aliquam ex infinito mentium numero in corpus nove generatum introducat & immittat. Taceo, Deum hoc genus, quum ita ratiocinatur, ſibi fingere, non tam ſui, quam regum hujus orbis ſimilem, quorum majeſtati haud convenire ducitur, curare omnia. Praeter has igitur binas rationes ſi nihil in promtu foret illis, qui animos omnibus corporibus eſſe antiquiores credunt, haud eſſet, cur homines ſibi ſanus aliquis audiendos eſſe duceret.

Digitized by Google

§. VIII. Nos quid de hoc ſentiamus dogmate, quod animos ante omnia perhibet fuiſſe corpora, *primo* jam expoſuimus *capite*. Fateor tamen, non (*n*) *Origenem* modo, ſed etiam multos alios ex antiquis Chriſtianorum doctoribus, ante quintum concilium, aut prorſus illud probaſſe, aut ſaltim non ſpernendum judi-
922 caſſe. Ipſe (*o*) *Auguſtinus* dubius interdum fuiſſe videtur, quid conſtitueret, de ortu animae. Nam & quaeſtionem vehementer abſtruſam eſſe dicit, utrum ante corporum generationem fuerint animi, nec ne? & alicubi ex earum hanc litem eſſe numero pronuntiat, de quibus quilibet pro arbitratu ſuo, ſine ullo periculi & offenſionis metu exiſtimare queat. Quapropter quod hac in cauſſa pro explorate percepto habere licet, hoc unum eſt, animos hominum nullo modo ex materia exiſtere poſſe, ſed a Deo ex nihilo certo tempore fingi & formari. Faciatne vero Deus hoc in ipſa generatione, an vero fecerit, antequam corpus ullum exſiſteret, hoc vero in medio relinquendum eſſe opinor. Poſtremo, quod ad beſtias attinet, ratione deſtitutas, equidem largior, ſi non meras ſint machinae, quod nonnullis fere placere video, ſed naturae interiori ſenſu & cogitatione valentes, idem poſtulare ſanae rationis praeceptum, ut animos eorum non eſſe ex materia procreatos, verum ex fonte omnis vitae manaſſe atque ex nihilo conditos eſſe a Deo, exiſtimemus. De perennitate autem & immortalitate horum animorum nihil omnino cauſſae eſſe reor, cur aliquis magnopere ſollicitus ſit: nam & idem, qui eos finxit, Deus aeque facile ad nihilum eosdem redigere valet, neque facere hunc aliquid, niſi quod optimum ſit & ſalutare, certum eſt.

§. IX. Ergo luculenter jam & accurate, quot modis verum ſit & minime dubium hoc rationis placitum: *Ex nihilo nihil fieri & gigni poteſt*, demonſtratum dedimus Primo non erraveris, ſi hunc ejus ſenſum nullo modo labefactari poſſe dicas: *Nihil, quod non eſt, ſemetipſum efficere poteſt ac fingere.* Aut: *Nihil ſine cauſſa fit & gignitur* Deinde non minor ejus eſt firmitas, ſi hoc pacto exponatur: *Nihil, quod non eſt, produci poteſt & effici, niſi cauſſa antegrediatur effectum perfectione ſaltim aequans & tanta virtute agendi praedita, quanta ad rem illam perficiendam requiritur.* Quod ſi enim res quaedam a cauſſa produceretur effectu ſuo inferiori ac infirmiori, neceſſe foret omnino, ut id, quod praeſtantius & melius in effecto eſt, aut ſine ulla cauſſa exſtitiſſet, quum quod quis ipſe non habet, id cum altero communicare non poſſit, aut vero ex ſe ipſo, id eſt, ex nihilo procreatum eſſet. Pariter qui rem affirmant factam eſſe a te alia ſufficienti producendi & agendi virtute haud praedita, illi reapſe rem illam ſine cauſſa, aut ex nihilo & ex ſe ipſo natam eſſe perhibent. Ex his autem cogitur neceſſario, fieri nulla ratione poſſe, ut res naturalis, quae facta eſt & a perfectione aliena, novam ita fingat & producat ex ſe naturam, ut omnem naturam ſuam, ipſi impertiat. Uterque ſenſus hic ad efficientem pertinet cauſſam: tertius ad materiam refertur, pariq e gaudet evidentia, qua priores bini. Quae de animis humanis paullo ante diſſeruimus, ea ſatis oſtendunt, deſerendos eſſe illos, qui nullius naturae tantam eſſe vim praedicant, ut, niſi materiam habeat paratam, conſtruere valeat aliquid: ex quo deinde

(*n*) *Origenes*] Vid. *Petr. Dan. Huetius in Origenianis Lib.* II *Quaeſt.* VI. §. 4. *p.* 93. qui & §. 10. *p.* 97. magnam veterum doctorum cohortem producit, idem, quod *Origenes*, hac de re ſentientium. Adde *Henr. Noriſium* in *Vindiciis Auguſtinianis*, *Hiſtoriae Pelagianae* ſubjectis, *Cap.*

Digitized by Google

de conficiunt, ne ipſam quidem materiam creari potuiſſe, ſed per ſe & neceſſario exſiſtere. Namque mentes noſtrae, quum ſine ulla controverſia naturae ſint ab omni corporea concretione remotae, perſpicuum eſt, id quod infra pluribus explicabimus, ex materia eas educi & procreari non poſſe. Igitur reſtat, ut tertium decreti hujus ſenſum, qui propius ad materiam refertur, hunc eſſe cenſeamus: Nihil, quod ex aliis rebus antea exſiſtentibus, tamquam ex materia ſua, formatum eſt, cujus generis multa ſunt, continere poteſt & habere aliquid, praeter id, quod in rebus illis ineſt, aut ex varia earum compoſitione & affectione naſcitur. Clarius: *Nulla nova res ex materia naturae lege generari poteſt.* Cui quidem hoc connexum eſt, omnes naturae generationes nihil eſſe, quam rerum antea exſiſtentium novas permiſtiones & diſpoſitiones. Hac triplici ſciti hujus: *Ex nihilo nihil fit*, interpretatione & ſignificatione nihil certius & evidentius fieri poteſt. Summam vero ſi ex his, quae fuſe diximus, conficere velis, generale hoc rationis praeceptum conſtituere licebit: *Nihil ex nihilo, tamquam ex cauſſa, gigni poteſt.* Aut: *Nihil rem aliquam producere poteſt, ſive nihilum illud ut cauſſam efficientem, ſive ut materiam ſpectes:* quod quidem qui negaverit, is vero ipſam audire rationem nolet. At tantum abeſt, ut contra creationem ex nihilo, aut ipſum Deum hoc ſcitum valeat, ut potius, id quod infra patebit, & eſſe Deum, & naturam rerum ex nihilo factam eſſe, ejus auxilio extra omnem controverſiam collocari queat.

§. X. Sequitur, ut nunc eam ponderemus poteſtatem, quam impii homines, qui, quo Deum tollant, *Democriti* & *Epicuri* veſtigiis inſiſtunt, huic placito in 923
hoc argumento, quod perſequimur, tribuunt. Turba haec, quum formulam iſtam adhibet: ἐξ οὐκ ὄντων ſeu *ex nihilo facere aliquid*, *terminum a quo*, quem vocant, ſpectat, resque illas, quae non exſtiterint antea, nec potuiſſe ulla ratione fieri, indicat. Igitur vis dogmatis hujus: *Ex nihilo nihil fit*, haec erit ex hujus generis ſententia: Nihil, quod ſemel non fuit, nullius naturae potentia & viribus produci poteſt & effici. Quod dum pro certo habent, id ſimul patere contendunt, nullam naturam, quantacumque demum valeat virtute ac perfectione, facultatem ex nihilo aliquid evocandi & fingendi habere poſſe. Huic igitur ut nervos incidamus argumentationi, duo conſtituimus exſequi. Primum decretum hoc: *Ex nihilo nihil fit*, ſi eo accipiatur ſenſu, quem diximus, non modo de numero communium notionum eximendum eſſe, ſed etiam veri prorſus expers haberi debere, planum faciemus. Deinde, ſi vel omni ex parte certum foret ac manifeſtum, eorum potius rationes everſurum eſſe, qui Deum eſſe negant, quam noſtras, qui pro Deo pugnamus, oſtendemus. Ex quo perſpicuum fiet, nihil eſſe Dei adverſariis cauſſae, cur eo, tamquam argumento, ad Deum ex rerum natura ejiciendum abutantur.

§ XI. Ergo primum omni hoc vacare dubio contendimus, qui nihil, quod non fuit aliquando, fieri aut produci poſſe, opinantur, eos veritatem omnem & rationem temere pervertere. Si, quod ita docent, univerſe verum eſſet, nulla omnino

Cap. 4. § 3. *p.* 101. *ſ.*

(o) *Auguſtinus*] Collegit locos *Auguſtini* hac de re *Henr. Noriſius* in *Vindiciis Auguſtinianis* *Cap.* 4. *p.* 101. *ſ.* & ſimul memoriam ejus adverſus nonnullos, qui hanc ipſi dubitationem crimini dant, vindicavit.

Digitized by Google

omnino effectrix cauſſa in orbe terrarum eſſet, nulla actio, nullus motus; nec ulla idcirco in rerum natura mutatio, vel generatio contingere poſſet, verum univerſa moles corporea, durae ſilicis inſtar, immota ſtaret. Quae quidem totius rerum univerſitatis tranquillitas & ſtabilitas multo eſſet validius contra motum argumentum, quam quae a *Zenone* (p) excogitata ſunt olim, ut motum tolleret, omnia. Verum nemo unus eſt inortalium, quin uſu quotidiano edoctus ſit, eſſe ſibi facultatem novas in animo ſuo cogitationes, novosque tum rationis, tum voluntatis habitus creandi, novos item in corpore motus ciendi, aut nova ſaltim ratione motus corporis determinandi: ex quo quidem novae corporum extra nos poſitorum affectiones poſtea oriuntur. Quod quum ne ipſos quidem Dei contemtores fugere queat, neceſſitas eos cogit, vim propoſitionis hujus coarctare & de illis eam unice rebus, quae per ſe ſubſiſtunt, interpretari. Novas igitur confitentur rerum affectiones & rationes ex nihilo creari poſſe: novas naturas per ſe conſtantes fieri poſſe negant. Neque tamen cauſſae afferri ab illis videas aliquid, cur illud fieri queat, non item hoc; nec quisquam eorum ſignificat, quid obſtet, quominus ſubſtantia nova queat effici. Non ignoro, non deeſſe, quos haec argumentatio profani generis vehementer conturbat, nec mediocris momenti videtur eſſe: verum nec, quibus de cauſſis tantopere hanc rationem extimeſcant, me praeterit. Primum eam propter cauſſam formidoloſa videtur illis haec ratiocinatio, quod animi ſui notiones rite ſecernere neſciunt. Vident, certo quodam ſenſu verum illud eſſe, quod vulgo dicitur: *Fieri nullo modo poſſe, ut ex nihilo naſcatur aliquid*, ſi nimirum nihilum, tamquam cauſſa ſpectetur: At varias ſciti hujus poteſtates eſſe, non attendunt, neque flexiloqua & ambigua haec eſſe verba: ἐξ οὐκ ὄντων, *ex nihilo*, animadvertunt. Quare fit, ut incauti & imprudentes falſum dicti ejus ſenſum amplectantur, nullamque temere naturam per ſe ſubſiſtentem, qualis eſt materia, niſi fuerit antea, creari poſſe conſtituant. Deinde hoc eos argumentum propterea ſollicitos habet, quoniam a rebus manu & arte factis ratiocinandi normam imperite ſumunt. Artificem nihil exſtruere aut fingere poſſe, non domum, non veſtem, non alia, niſi materiam ad manus habeat, atque, quum opus molitur aliquod, novam tantum materiae, quae diu ante ipſum fuit, formam & rationem accommodare, intelligunt. Hac permoti ratione, juſto longius progrediuntur, nullamque naturam, quantacumque etiam potentia polleat, rem aliquam, niſi idonea praeſto ſit materia, conficere poſſe, ipſam quoque materiam nullo modo aliquando fieri ac creari potuiſſe, concludunt. Atque in hac eos ſententia veterum confirmat phyſicorum auctoritas, quos praecepiſſe norunt, in naturae generationibus nihil ex nihilo ſeu ἐξ οὐκ ὄντων fieri, aut nullam rem novam produci, a materia, quae exſtiterit antea, ejusque variis affectionibus reapſe diverſam. Etenim hoc dogma temere ac imprudenter a rebus phyſicis ad metaphyſicas transferunt, neque idcirco infinitam potentiam certis verentur circum-
924 ſcribere limitibus. Accedit poſtremo, quod neminem fugere poteſt, neque nos ipſos, neque ullam aliam naturam minus perfectam novam rem quamdam, quae an-

(p) *Zenone*] De *Zenonis Eleatis* argumentis, quibus motum oppugnavit, legi debet in primis *Petr. Bayle Dictionaire Hiſtor. & critique Tom.* IV. *voce Zeno Not. E. p.* 2909.

(q) *Incitetur*] Non ſatis aperte mentem ſuam hic exprimit vir doctiſſimus, ſed vocabulis utitur, quorum ambigua poteſtas eſt. Itaque ut judicare lectores queant, num ſententiam ejus aſſequutus ſim, ipſa verba ſubiiciam Anglica: *which had not only infinitely greater perfection, but alſo a ſufficient*

antea non fuerit, producere poſſe. Sic enim natura plerumque comparatum eſt hominibus, ut ſuo cetera omnia pede metiantur & modulo. Quamobrem quod ſibi vident negatum eſſe, id nulli dandum eſſe naturae, cujuscumque demum virtutis & potentiae ſit, arbitrantur, ſi rationem ſequi velimus. Ex quo porro conficiunt, doctrinam de Deo rebusque divinis hac quidem in re cum ſanae rationis praeceptis, luminisque naturalis placitis pugnare. Sed quum nos, qui tanto a perfectione intervallo remoti ſumus, res aliquas ex nihilo ipſimet creare valeamus, novas cogitationes, novos motus, novas rerum corporearum formas & compoſitiones, quid, obſecro, rationi eſt convenientius, quam naturam abſolutiſſimam multo majora efficere, novasque, quae non exſtiterunt antea, naturas ex nulla re alia fingere poſſe? Equidem ſic mihi perſuaſi, Deo, ſeu naturae infinite potenti, aeque facile eſſe, univerſam rerum naturam, materiam, & quae exſtant omnia ἐξ οὐκ ὄντων, *ex nihilo*, fabricari, atque nobis proclive eſt, novam cogitationem creare, digitumque commovere, aut ſoli eſt, radios & lumen emittere, aut corpori denique opaco, imaginem ſuam in aqua vel ſpeculo effingere vel umbram ſui figurare: quae quidem omnia, cum multum a perfectione diſtant, tum ſimulacra tantum ſunt, radii, umbrae, ſpecies divinitatis. Nimirum qui naturam, quae non exſtitit antea, a Deo ſeu natura infinite perfecta dicunt eſſe conditam, hos minime credendum eſt eo ſenſu tueri, ex nihilo aliquid eſſe factum, quem tota ratio & rerum veritas recuſat. Namque rem illam ab eo, qui eſt omnia, veniſſe tradunt. Id autem quis putet a ratione alienum eſſe, ſi rem aliquam, cujuscumque demum generis ſit, ab eo eſſe factam contendamus, qui non tantum perfectione infinitis modis eſt ſuperior, ſed etiam, quum ipſa natura ſua ad explicandam virtutem ſuam (*q*) incitetur, ſatis habet roboris & virium ad eam producendam? Convenit inter nos, religionumque hoſtes, ne ipſam quidem infinitam potentiam res poſſe producere, quae inter ſe pugnant, nullaque fieri ratione poſſunt. Reſtat igitur, ut hoc nobis unum illi, qui Deo refragantur, teſtatum & planum faciant, fieri nulla ratione poſſe, ut res quaedam, quae non fuit antea, producatur, tametſi novi rerum modi creari queant. Quidquid ad eas res, quae fieri nullo modo poſſunt, jure licet referre, id ex rebus compoſitum ſit oportet contrariis & repugnantibus, quarum altera tollit & evertit alteram. Ita fieri nullo modo poſſe, facile largimur, ut res quaedam uno eodemque tempore exiſtat & non exiſtat. Ille vero quidnam repugnans & ſeſe mutuo conficiens loquatur, qui rem minus perfectam, neque neceſſariam, quum antea non fuiſſet, productam eſſe, ſtatuit, equidem cogitatione haud aſſequor. Quapropter quum ex eorum haec res ſit numero, quae fieri poſſunt, confiteantur omnes neceſſe eſt, naturam infinitae compotem potentiae & omni, quae cogitari poteſt, perfectione praeditam, efficere eam & exſequi poſſe.

§. XII. Si nihil ex nihilo fieri poſſet, ſenſu illo, quem nunc aggredimur, id eſt, ſi nihil, quod non exſtitit antea, creari poſſet, haec una eſſet ejus rei ratio,

cient active power to produce the ſame, IT BEING SUBSTANTIALLY EMANATIVE. Viderint viri harum rerum periti, num his verbis, quae maioribus expreſſa ſunt litteris, haec mea Latina apte reſpondeant: *Quum ipſa natura ſua ad explicandum virtutem ſuam incitetur.* Cauſſae fuiſſe videtur aliquid doctiſſimo viro, cur mentem ſuam interdum obſcurius efferret, quam multi vellent.

Digitized by Google

tio, quod natura ſibi conſtans non poſſet aliam generare naturam per ſe ſubſiſtentem, omnemque ei vim & eſſentiam ex ſeſe tribuere: Atqui haec ſi recte ſeſe haberet ratio, quidquid in toto orbe naturarum eſſet per ſe ſubſiſtentium, id non modo ex omni jam exſtitiſſet aeternitate, ſed etiam per ſe ac neceſſario eſſet, nec ullius rei alius ope uteretur ac auxilio. Verum primo, id quod antea jam declaratum a nobis eſt, non patitur purgata ratio, ut ullam naturam una cum tempore procedentem aut ipſum tempus aeternum & initii expers eſſe judicemus. Etenim hoc dato, id quoque dandum foret, nullo non tempore infinitum jam tempus praeterlapſum fuiſſe. (*) Quod ſi ita eſſet, fatile neceſſario confitendum eſſet praeteritum tempus, quod numquam tamen praeſens fuit. Deinde qui res omnes per ſe ſubſiſtentes non tantum ex infinito tempore ſine initio exſtitiſſe volunt, quod nonnullos etiam Dei defenſores non nimis eruditos feciſſe novimus, verum etiam ſine ulla cauſſa & ratione, per ſe & neceſſario exſtitiſſe adſeverant, hi eo ſenſu ex nihilo eſſe factum aliquid, reapſe tuentur, quem omnis repudiat ratio, quoniam aliquid ſine cauſſa exſtitiſſe docent. Sunt in Atheis hominibus nonnulli, qui nihil ſemetipſum movere poſſe confitentur, ſed iidem ſimul omnem motum
925 ab aeterno fuiſſe tuentur. Verum hi aperte, tametſi motum aeternum eſſe ducunt, tamen ex nihilo eum exſtitiſſe docent, & eo quidem ſenſu, quem omnis ratio deteſtatur. Similiter illi faciunt, qui res, quarum natura neceſſitatem exſiſtendi haud complectitur, id quod unice in eam naturam cadit, cui ad ſummam nihil deeſt perfectionem, neceſſario tamen per ſe exſtitiſſe, ſibi perſuadent. Etenim hanc exſiſtendi neceſſitatem ex nihilo prodiiſſe, reapſe fingunt. Quocirca, licet

(*) Vid. Enchirid. Metaphyſ. c. 10. (*Henr. Mori* nimirum.)

(*r*) *Platonis*] Lege quae *Socrates* in *Phaedone Platonis* diſſerit *p.* 384. 385. Adde *Platonem de Republica Lib.* VI. *p.* 479. & alias. Locus, qui ſequitur, *Ariſtotelis* ubi exſtet, ignoro: nec verba, ſed mentem tantum philoſophi, *Cudworthum* retuliſſe, arbitror. Forte haec in animo habuit, quae *Lib.* III. *de coelo Cap.* 2. *p.* 674. *Tom.* I. *Opp.* exſtant, verba: *οὔτε πάντων ἐστὶ γένεσις, οὔτ' ἐκτὸς ἁπλῶς. Neque omnium, neque nullius ſimpliciter corporis generatio eſt.*

(*s*) *Non factis*] Recte ac praeclare perſpexit vir praeſtantiſſimus, hominibus Deo & religioni infenſis, ſi nolint creationem rerum ex nihilo profiteri, huc demum deſcendendum eſſe, *ut unam ſubſtantiam alteram procreare ac gignere nullo modo poſſe*, ſtatuant. Num quis Atheorum tum temporis, quum haec ſcriberet, publice id profeſſus ſit, ignoro: at eo ipſo anno, quo hic liber *Cudworthi* prodiit, *Spinozae* quoque *opera poſthuma* prodierunt, in quibus homo hic in primis nefariae philoſophiae ſuae elementis hoc poſuit: *una ſubſtantia non poteſt produci ab alia ſubſtantia.* Vid. *Ethica* ejus *more Geometrico demonſtrata Part.* I. *Prop.* VI. *p.* 4. *Opp. poſthumor.* Inſanire ac deſipere eos, qui praecipiunt hoc, certus ſum: at idem non inficior, dubitare me, num ſatis apte ac fortiter eos confecerit, qui hanc fovent ſententiam, vir longe doctiſſimus. Argumentatio ejus, niſi fallor, hac ratione inſtituitur: Si creatio ex nihilo tollitur, ſequetur inde, nullam ſubſtantiam procreari & produci poſſe ab altera ſubſtantia. Id autem vehementer abſurdum eſt. Igitur creatas eſſe res omnes ex nihilo, confitendum eſt. Ut vero planum faciat, perabſurdum eſſe ſtatuere, nullam ſubſtantiam poſſe ab altera produci ac creari, hoc verum ſit, concedendum eſſe obſervat, omnes ſubſtantias ex infinito tempore ſine ullo fuiſſe initio: id autem per ipſam rerum naturam fieri non poſſe. Aſſumit igitur vir egregius, eſſe plures in orbe terrarum *ſubſtantias*: Atqui hoc, niſi fallor, negabunt profani homines; negavit certe *Spinoza*, quem notiſſimum eſt docuiſſe, unam tantum eſſe ſubſtantiam, reliqua omnia modos hujus unius ſubſtantiae eſſe.

Corpora ipſemet *Cudworthus* ſubſtantias eſſe negat, & unius tantum materiae modos eſſe, concedit. Igitur ſubſtantiae, quas in orbe ait eſſe, atomi erunt ſeu partes materiae, ſpiritus, & animi, maxime humani. Verum atomos negabunt homines hi ſubſtantias eſſe, uniusque materiae particulas tantum & modos contendent eſſe. De ſpiritibus homo Atheus vetat ſibi narrari aliquid, quippe quos omnes humani putat eſſe ingenii commenta. Animi reſtant igitur, de quibus ſequenti mem-

Digitized by Google

licet omnino certum ſit, aliquid ex omni aeternitate per ſe ac neceſſario exſiſtere, naturam nimirum perfectiſſimam, quae neceſſitatem hanc exſiſtendi in ſemetipſa continet, non vero ex nihilo accepit, id tamen aeque cognitum eſt & exploratum, plures una non eſſe hujusmodi naturas, nec iſtam exſiſtendi neceſſitatem multis rebus communem eſſe. Quidquid praeter eam rerum eſt, quae poſſunt eſſe ac non eſſe, has omnes ratio intelligit, non exſiſtere per ſe neceſſario, ſed ex alia quadam re, ex una nimirum illa natura abſolutiſſima & neceſſario exſiſtente, natas & ortas eſſe. Igitur (*r*) *Platonis* partitionem omnino decet nos adſciſcere, qui duo eſſe pronuntiat rerum genera: τὸ μὲν ἀεὶ ὄν, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον. *Alterum earum, quae ſe per ſunt, nec umquam factae ſunt, aut initium habuerunt*; & τὸ γιγνόμενον μὲν, ὂν δὲ οὐδέποτε: *Alterum earum, quae factae ſunt, aut initium habuerunt, numquam autem vere ſunt.* A quo non diſcedit *Ariſtoteles*, cujus hoc legitur effatum: *Neceſſarium non eſt, ut omnes res non factae ſint & per ſe exſiſtentes: ſed aliqua potuerunt fieri ex aliis rebus* (*s*) *non factis.*

§. XIII. His poſtremo nunc aliud addo, quod omnem eorum rationem penitus disjicit, qui univerſa, quae per ſe ac revera ſubſiſtunt, numquam eſſe facta, ſed ex infinito tempore fuiſſe praecipiunt. His nimirum ſi habenda fides eſſet, non modo materia, atomique qualitatibus cunctis deſtitutae, qui error eſt Atheorum, quos *Democriti* diſciplina delectat, ſed etiam animi, praeſertim humani, neceſſario per ſe ab aeterno exſtitiſſent. Quemadmodum enim ſtultus foret & ab omni ratione relictus, qui ſe ipſum aut id, quod in ſe cogitare & ratiocinari ſentit, 926

membro ex inſtituto differit vir egregius, atque ita differit, ut multos putem, qui non omni nuntium miſerunt rationi, ad eius acceſſuros eſſe ſententiam. Complectar ego paucis rationes ejus: Animi, inquit, aut modi ſunt materiae, aut ſunt ſubſtantiae. Modos qui eſſe dixerit eos, is vero delirabit. Nam ex materiae affectione & temperatione quadam vita & ratio naſci nequeunt. Relinquitur igitur, ut naturae ſint per ſe ſubſiſtentes aut ſubſtantiae. At ſi animi ſubſtantiae ſunt, nulla vero ſubſtantia producere poteſt alteram, efficitur, omnes animos per ſe ex omni aeternitate exſtitiſſe: quod quidem ineptum cogitatu & dictu eſt. Sit igitur, neceſſe eſt, aeterna quaedam natura, quae mentes omnes procreaverit & condiderit. Liquet ergo, ſubſtantiam produci poſſe a ſubſtantia. Apte haec, non nego, & egregie ad multorum ſenſum diſputata ſunt: ſed nec omnes tamen commovebunt, meo judicio, Atheos, nec eos etiam omnes, qui Deum quidem eſſe, fatentur, at rerum tamen ex nihilo creationem repudiant, de ſententia ſua decedere cogent. Athei, praeſertim ſi contumaciores ſint, nec philoſophiae, quam *Cudworthus* probat, *corpuscularis* praeceptis faveant, animos, ſtulte licet, pugnare pergent, non eſſe ſubſtantias, ſed tantum ſubtilioris materiae, quae nobis non ſatis nota ſit, temperationes & modos. Illi vero, qui Deum eſſe, largiuntur, at aeternitatem tamen materiae ſimul probant, quales inter ipſos eſſe Chriſtianos, conſtat, ab animis ad materiam temere concludi dicent. Animos enim naturae Dei cognatos & affines eſſe, ideoque producendis illis ex ſe non imparem eſſe Deum: materiam toto genere ac natura a ſupremo differre Numine, nec ulla propterea ratione intelligi poſſe, quemadmodum Deus eam creare potuerit. Ut aliquis rem ſui ſimilem procreet & producat, non ab omni averſum ratione eſſe: at ut aliquis naturam ſui diſſimillimam generet ac faciat, id comprehendi nullo pacto poſſe. Quae quum ita ſeſe habeant, vellem vir doctiſſimus de eo, quod *ſubſtantiae* nomine dignum eſt proprie, itemque de aliis rebus, quibus haec controverſia continetur, antea copioſius diſputaſſet, quam hoc argumentum adhibuiſſet. Sed excuſat eum id, quod tum temporis *Spinozae* de una ſubſtantia ſententia parum nota erat. Haec ea mihi re monere viſum fuit, ne quis, niſi magna cautione adhibita, hanc rationem in certaminibus cum profana turba promiſcue uſurpet. Sunt, contra quos haec omnia multum valent: Sunt vero etiam quos alia longe ratione fas eſt aggredi. Dici vero vix poteſt, quantam alacritatem afferat hominibus Deo & religioni inimicis, quantum cauſſae religionis detrimenti, temeritas eorum & imprudentia, qui omnes Atheos, quos varii generis eſſe conſtat, iisdem invadunt armis, nec antea de principiis cogitant, unde omnis commode duci queat diſputatio, quam certamen inchoant.

(*r*) *Ci-*

Digitized by Google

tit, mentem, inquam, & animam suam, propterea revera exsistere negaret, quia quaelibet terrae gleba reapse exsistit: ita etiam delirant, qui animum ducunt ex bruta, sensuque vacua materia generatum esse, aut ex variis affectionum materiae, magnitudinis nimirum, figurae, situs, & motus dispositionibus, exstitisse. Certe omnis huic opinioni adversatur ratio, nec ullum idcirco cuiquam dubium esse potest, quin mens nostra secreta sit ab omni materia aut natura sit corporis expers. Misere profecto semetipsos decipiunt, qui *Democritum* sequuntur, ut Deo noceant, quum formas primum & qualitates corporum naturas esse, negant ab ipsa materia diversas, sed varias tantum unius materiae constructiones & dispositiones, quoniam eas ad prima, quae jam nominavimus, materiae elementa revocari posse vident: postea vero hac nixi sententia de animis idem statui posse, ne humanis quidem exceptis, concludunt. Quae quum ita sint, ita nos existimare convenit: Si nihil, quod vere subsistit, effici potest & produci, nisi antea fuerit, hominum quoque animos, non secus ac atomos & materiam, non modo ex omni fuisse aeternitate sine ullo principio, sed etiam ex semet ipsis, nulla plane causa antegressa, exstitisse. Sed vix aliquid cautius fugiunt religionum irrisores, quam animorum aeternitatem, nec impetrare possunt ideo a se, ut superesse animos, exstinctis corporibus, contendant. Etenim non ignorant, si ullam naturam viventem & intelligentem immortalem esse largirentur, non satis sese tutos a metu Dei fore. Non sum nescius, quosdam de illis, qui Deum profitentur, animorum aeternitatem defendisse, mentesque cum ex infinito tempore fuisse, tum ad infinitum tempus una cum mundo permansuras esse, censuisse. *Ciceroni* (t) praeter alios ita visum fuit, qui & aliis in locis hoc indicat, & in libris *de divinatione* his verbis sententiam suam exprimit: *Animus quia vixit ab omni aeternitate, versatusque est cum innumerabilibus animis, omnia, quae in natura rerum sunt, videt.* Alio loco: *Cum*, inquit, *animi hominum semper fuerint, futurique sint.* Verum eo tamen nemo sese passus est abduci, ut mentes nostras, idque, quod nos ab aliis proprie distinguit hominibus, ex semetipso sine ulla causa atque ratione semper fuisse putaret. Memini, quum supra in naturam & indolem scientiae & cognitionis humanae inquireremus, ostendi a nobis, pertinere eam ad res omnes, quae fieri ulla ratione possunt: ex quo quidem consequitur, esse naturam infinite potentem, quae omnia, quae fieri possunt, efficere valeat. Ex eadem re confecimus, plures una non esse posse mentes, seu naturas intelligentes, ex se ipsis natas &
927 per se existentes, verum reliquos omnes animos, praeter illum sempiternum, ex eo uno haustos esse ac delibatos. Ista memoria repetere hoc loco juvabit. Equidem credibile vix arbitror, tam insipientem fore ullum mortalium, ut mentem suam, idque, quod hominem ipsum facit, omniumque etiam idcirco hominum animos, illis licet legibus, quibus nunc constringuntur, subjecti sint, non modo ante corpora

(t) *Ciceroni*] *De divinatione Lib.* I. *Cap.* 51. *p.* 3174. *Tom.* IX. *Opp.* Fallitur vero vir doctissimus, quod *Ciceronis* esse tradit de animis sententiam, quae his verbis continetur. Nam, ut omittam, *Ciceronem*, cui disciplina placebat Academicorum, nihil pro certo habuisse, non ipse hic loquitur *Cicero*, sed fratrem ille suum, *Quintum*, de divinatione disserentem inducit. Ille vero *Quintus* Stoicorum quidem sententiam, id quod ipsemet fatetur, de divinatione eo libro defendit, & Stoici idcirco personam sustinet, sed iis saepenumero argumentis pugnat, quae Stoici sua esse nolebant, *Platonis* vero sectatores unice probabant. Et in his argumentis, ex Platonicorum schola haustis, id ipsum quoque est ab animorum aeternitate ductum, quo genus illud divinationis, quod naturale vocabant Stoici, potissimum communire nititur. Quare *Platonem* rectius, quam *Ciceronem*,

pora ſua ex omni aeternitate ſine ullo initio, verum etiam ex ſe ipſis neceſſario, nullis plane cauſſis antegreſſis, exſtitiſſe, ſerio ſibi perſuadeat. Igitur humanas mentes & animos naturas eſſe confitendum erit, ſine ulla controverſia, per ſe ſubſiſtentes & a materia toto genere ſejunctas; ex quo conſequitur ex materia gigni eos haud poſſe. Nec minus certum haberi debet, eosdem minime omnes ex infinito tempore per ſe ac neceſſario exſtitiſſe. Utroque autem hoc dato, nil reliquum eſt, quam ut eos quidquid habent, a Deo accepiſſe, ſive ab eo ἐξ οὐκ ὄντων, ſeu *ex nihilo* creatos eſſe concludamus. Quod ſi vero humanas mentes hoc modo a Deo factas eſſe, omni careat controverſia, nulla quidem obſtat ratio, quin idem de materia ſeu corpore praecipiamus, atque illud pariter a Deo ex nihilo productum exiſtimemus. Nam qui rem unam e nihilo educere valet, is omnes iſto modo effingere & creare poteſt. Taceo, in animis & mentibus, ſeu naturis intelligentibus, & interiori ſenſu facultateque ſemetipſas movendi praeditis, multo plus ineſſe verae ſtabilitatis & conſtantiae, quam in materia ſenſu vacua, quae perferendi & patiendi tantum poteſtatem habet.

§. XIV. Sed vix eſſe aliquid ſentio, quod doctrinae hujus de rerum omnium ex nihilo creatione praeſtantiae & evidentiae magis noceat, quam id, quod plerisque omnibus haec inſidet opinio, neminem philoſophorum, qui inter populos verae religionis expertes Deum olim profeſſi ſunt, tametſi ſimplex & purum naturae, rationisque lumen ſequuti ſint, iſtam ei potentiam ex nihilo aliquid evocandi, aut res per ſe ſubſiſtentes efficiendi attribuiſſe. Quamobrem hoc ipſa a me neceſſitas efflagitat, ut temere & ſine ulla ratione communem hanc ſententiam ſuſceptam eſſe, doceam. Principio (v) *Platonem* appello, qui potentiae efficientis naturam in *Sophiſta* his generatim verbis explicat: πάντῃ πάσαν ἔφαμεν εἶναι δύναμιν, ἥτις ἂν αἰτία γίγνῃ τῳ μὴ πρότερον ὂν ὕστερον γίγνεσθαι. *Effectricem facultatem vim eſſe quamdam dicimus, quae cauſſa eſt, ut ſint poſtea, quae antea non fuerant.* Deinde, quum hanc efficientiam in divinam humanamque partitus eſſet, de divina continuo haec ſubjicit: ζῶα δὴ πάντα καὶ τ. λ. μῶν ἄλλο τινὸς ἢ θεῶν δημιουργήσαντος φήσομεν ὕστερον γίγνεσθαι πρότερον οὐκ ὄντα; *Animalia cuncta mortalia —— num quid alio quodam opifice fabricata, quam a Deo facta eſſe, cum prius non fuiſſent, dicemus?* Quibus ex verbis id ſaltem apparet, *Platonem* minime negaſſe, fieri poſſe, ut res quaedam eo, ſenſu, quem diximus, ex nihilo efficiatur, id eſt, divina potentia, quum non fuiſſet antea, ad exſiſtendum adducatur. Sed ne ſuſpicetur aliquis, philoſophum de primis tantum animalium rudimentis & veluti ſtaminibus haec accipi voluiſſe, in his vero reliqua ipſamque animam putaſſe ex antea exſiſtente materia creatam eſſe, huc ea juvabit transferre, quae de animis idem *in* (x) *Timaeo* perhibet: Ψυχὴν δὲ, inquit, οὐχ οἷόν τ' ὑστέραν ἁπτέον λέγειν, ἕτερα ἐπιχειροῦντα λέγειν, ἕτερα ἐπιχειρήσομεν ἢ ὁ θεὸς

nem, ſententiae hujus fautorem dixiſſet. Moris eſt *Ciceroni*, ut hoc praetereundo moneam, auſteram Stoicorum diſciplinam *Platonis* praeceptis, quae plus habent amoenitatis, ubivis fere temperare, & ex utraque ſchola quae placebant ſuis rationibus accommodare. Itaque non raro illis in locis, ubi ex *Platonis* differit ſententia, Stoicum aliquid admiſcet, & viciſſim ubi Stoicorum ex praeſcripto loquitur, ad *Platonis* ſaepenumero rationes confugit: quod qui non animadvertunt, facile in errorem incidere, idque vel Stoicis, vel Platonicis, auctore *Cicerone*, tribuere poſſunt, quod ab harum tamen familiarum rationibus prorſus abfuit.

(v) *Platonem*] *In Sophiſta p.* 168. *Opp. edit. Ficini.* De hoc, ceterisque veterum locis, qui hic afferuntur, infra commentabimur.

(x) *Timaeo*] *p.* 528. *Opp.* Hic vero locus de

πρεσβύτερον, ὃ δὴ ἂν ἄρξασθαι πρεσβύτερον ὑπὸ νεωτέρου εἶναι· ὃ δὴ καὶ ἡμεῖς καὶ ἀρτίως πρεσβύτερον καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος, ὡς διαπλάττειν καὶ ἄρχειν δίκαιον ἐνομίσαμεν. *Sed animam haud ita, ut modo dicere coepimus, tum denique, quum corpus ei effeciſſet, procreavit: neque enim qui haec conjunxit, parere juniori id, quod antiquius eſt, permiſiſſet.* — *Ille vero tam generatione, quam virtute, priorem antiquioremque animam corpore conſtituit, utpote quae obedienti corpori eſſet imperatura.* (*) Hanc libro *de Legibus decimo* copioſius declarat ſententiam: ἡδέως ἄρα καὶ κυρίως αἰσθήσεσθέ τε καὶ πλειστάκις εἰρηκότες ἂν
p28 ὀρθῶς, ψυχὴν μὲν πρεσβύτερον γεγονέναι σώματος ἡμῶν· σῶμα δὲ δεύτερόν τε καὶ ὕστερον ψυχῆς ἀρχούσης ἀρχόμενον κατὰ φύσιν. *Recte igitur & proprie, vereque & abſolute diximus, prius, quam corpus, animam factam fuiſſe, corpus vero poſterius atque ſecundo, animae ſecundum naturam dominanti ſubjectum.* Ex quo ſcito hoc eruit poſtea conſectarium: ὡς εἰ μὲν ψυχὴ φανείη πρεσβυτέρα σώματος· ὅσα καὶ τοῦ ψυχῆς ἕνεκα ἢ σώματος ἴδιόν ἐστι πρεσβύτερα· τρόποι καὶ ἔθη καὶ βουλήσεις καὶ λογισμοὶ καὶ δόξαι ἀληθεῖς, ἐπιμέλειαί τε καὶ μνῆμαι, πρότερα μήκους σωμάτων καὶ πλάτους καὶ βάθους εἴη γεγονότα ἄν, εἴπερ καὶ ψυχὴ σώματος. *Si antiquior corpore anima declaretur, illa etiam, quae animae competunt, iis, quae corporis propria ſunt, priora eſſe ſimul declarari. Affectus, mores, voluntates, cogitationes, verae opiniones, curae, memoria, omnia haec longitudine corporum, latitudine, profunditate, robore prius facta ſunt, ſicut & anima corpore.* Haec perſpicue, ut arbitror, dicta convincunt, non potuiſſe *Platonem* ſancire, mentes a Deo primum ex materia quadam generatas & factas eſſe. Exſtitiſſe enim docet animos, non modo ante hoc vel illud corpus, verum ante omnia corpora, omnemque materiam, ante longitudinem, latitudinem, & altitudinem. Huic non mediocris firmamenti loco id accedit, quod in *Sophiſta* diſerte nonnullorum repudiat opinionem, qui (†) ψυχὴν αὐτὴν σῶμά τι τυγχάνειν, *animam ipſam corporis aliquid habere*, praeciperent, multisque in aliis locis animam nihil plane corporei continere confirmat. Quod *Platoni* placet, id omnes ſenſiſſe putandum eſt reliquos philoſophos, qui humanos animos & immortales & corpore vacuos eſſe, arbitrati ſunt. Sive enim eos negarent utrinque aeternos eſſe, ac recentius ortos eſſe ducerent, a quo dogmate non ipſe videtur *Plato* fuiſſe alienus, ſive aeternos quidem eſſe eos omnino putarent, at ex Deo tamen univerſam vim & naturam ſuam adeptos eſſe, nec ſecus, ac aeternum lumen ex ſole aeterno, ex Deo pendere cenſerent, quod plerisque recentiorum Platonicorum viſum fuit, per neutram tamen harum opinionum licuit illis exiſtimare aliter, quam animos ἐξ οὐκ ὄντων *ex nihilo*, conditos eſſe. Sed *Plutarchum* tamen una cum aſſeclis ex hoc numero patior eximi: quippe qui neque ex nihilo a Deo creatas eſſe animas voluit, neque ex corporea materia, eo quod ipſaemet carerent corpore, genitas, verum ex portentoſa quadam naturae divinae, animaeque cujusdam malignae, at per ſe neceſſario exſiſtentis, temperatione & confuſione genitas eſſe docuit. Sed haec de re jam ante expoſitum eſt. Germanos vero

(*) (p. 669.) (†) (p. 160.)

de anima mundi, non de omnibus in univerſum animis, agit.

(y) *Proclo*] *Lib.* II. *Comment. in Timaeum Platonis p.* 116.

(z) *Proclus*] *Comm. in Timaeum Lib.* II. *p.* 118. Exſtat hic verſus in Oraculis *Zoroaſtris*, ut hodie edita ſunt, *vſ.* 15. *p.* 370. *Libro* IV. *Philoſophiae Oriental. Thom. Stanleji* ad calcem *Pneumatologiae Jo. Clerici*, & ita quidem ex *Procle* emendatus, uti eum *Cudworthus* emendari voluit. De ſenſu infra diſpiciemus.

(a) *Jamblichus*] *De myſteriis Aegyptior. Sect.* V. *Cap.* 23. *p.* 138. *Sect.* VIII. *Cap.* 3. *p.* 159.

(b) *Pro-*

Digitized by Google

vero *Platonis* diſcipulos omnes nil dubitaſſe, ſubſiſtentem per ſe naturam ab alia plane fingi & creari poſſe natura, vel ex dogmate eorum de tribus in Deo perſonis perſpicuum eſt. Secundam nempe divinitatis perſonam, aeterna licet ſit, ex prima natam eſſe, tertiam item ex prima & ſecunda prodiiſſe, ſtatuunt: Inferiores vero naturas, quales ſunt daemones, hominumque animi, ex omnibus tribus divinitatis perſonis, ſingulis operam ſuam conferentibus, derivatas eſſe decernunt. Quod vero ad materiam & corpora attinet, certum eſt, *Plotinum*, *Porphyrium*, *Jamblichum*, *Hieroclem*, *Proclum*, aliosque ſcholae Platonicae doctores, eam diſerte negaſſe ἀγένητον eſſe, ſeu *non factam*, aut per ſe exſiſtentem, contra totam ex Deo profluxiſſe, judicaſſe. Quam propter cauſſam Deus *Proclo* (y) vocatur: ἀῤῥήτου αἰτία τῆς ὕλης, *ineffabilis materiae cauſſa*. Chaldaeorum, quae vocantur, oracula ſupra jam praecipere oſtendimus, materiam a Deo creatam ſeu productam eſſe. Quo pertinet verſus hic, quem *Proclus* (z) attulit,

Ἐκλιν ἄδλων θρώσκει γένεσις πολυπειχίλου ὕλης.

Ex quo, (Deo nimirum) *abundanter oritur generatio multiformis materiae.*

Verſus leges poſtulant, ut loco ἄδλων, legamus hic ἀφθόνως, quod in *Procli* etiam exemplo fuit. (*) Praeterea *Jamblichus* (a) *libro de myſteriis* auctor eſt, *Hermen*, ceterosque veterum Aegyptiorum Theologos materiam minime pro aeterna, non genita, ac per ſe exſiſtente habuiſſe, ſed a Deo effectam eſſe eam & creatam exiſtimaſſe. Atque hoc *Proclum* (b) adduxit, ut *Platonem* veriſimile duceret idem ſenſiſſe, quemadmodum jam antea *Orpheo* hoc ipſum placuit, quem ab Aegyptiis haec & alia in Graeciam aſportaſſe, plerique perhibent. Equidem facile largior, 929
horum philoſophorum non paucos materiam, animos, univerſamque rerum naturam aeternam & principii omnis expertem credidiſſe, nec potuiſſe idcirco, quin negarent, mundum ἐξ οὐκ ὄντων, *ex nihilo*, arctiori quidem ſenſu, factum eſſe, ſeu, quum aliquo non eſſet tempore, ſubito natum & a Deo conditum eſſe. At iidem tamen hanc univerſitatem totam ſuam naturam & eſſentiam a Deo recepiſſe, neque ſecus ex eo pendere, ac ſi ex nihilo producta ab illo eſſet, quum nulla fuiſſet antea, ſtatuebant. Cujus vero naturae tanta vis & potentia eſt, ut rei cuidam omne, quod habet, ex infinito licet tempore id fiat, tribuat, is quoque credendus eſt, ſi res illa non fuiſſet, eam ſine ullo negotio ἐξ οὐκ ὄντων ſeu ex nihilo producturum (c) fuiſſe.

§. XV. Satis jam, quemadmodum exiſtimo, demonſtratum eſt, quam leve ſit & inane ſcitum illud: *Ex nihilo nihil fit*, ſi eo ſumatur ſenſu, quo ſumunt, qui

(*) Sic *Hierocles* apud *Photium*: δημιοῦργον δὲν πρῶτόν φησιν ὁ Πλάτων τόνδε ἐμφανῆ ἁπλουστέρας τε καὶ ἀμόρφου ποιότητος ὑποστάντα κ. τ. λ. Plato cenſuit mundum a Deo ex nulla prius exſiſtente materia productum &c. (vid. ſubjecta Diſſ. noſtra.)

(b) *Proclum*] *Comm. in Timaeum Plat. Lib.* II. Qua de re jam alias dictum eſt. Nolunt juniores Platonici a *Platone* diſſentire videri: Quamobrem non *Proclus* modo, verum etiam *Chalcidius* & alii, omnem adhibent induſtriam, ut *Platonem* mundi aeternitatem, quam ipſimet tradunt, docuiſſe etiam perſuadeant.

(c) *Fuiſſe*] De his omnibus dedita opera infra ſeqius exponetur.

Digitized by Google

qui religioni Deoque ipsi insidias comparant. Hanc nimirum ejus potestatem esse volunt: *Quod non fuit antea, id quoque fieri & effici nullo modo potest.* Nolunt tamen ad eas quoque res, quae materiae tantum accidunt, eamque varia ratione temperant & afficiunt, praeceptum hoc pertinere, sed de naturis unice per se subsistentibus id accipi debere sentiunt. Ex quo patet, huc omnem eorum sententiam redire: Nullam novam naturam, cujuscumque demum ea generis sit, creari, effici, ac produci posse ab alia natura, sed quaecumque per se subsistunt in tota rerum universitate, ea jam ex omni aeternitate fuisse talia, nec ulli causae & rationi sui debere aliquid: Quae vero generentur quotidie ac fiant, ea novas tantum rerum esse formas, modosque. Sunt familiae hujus nonnulli, qui hoc ita solent efferre dogma: *Nihil fieri & gigni potest, nisi ex substantia quadam prius existente.* Cui quidem dicto haec vis subjecta est: Nova ratione temperari, in novas formas converti, novis affici modis possunt, quae antea exstiterunt: nulla autem natura, quae non inest in alia, sed per se subsistit, ab alia fingi ac condi potest natura, sive id factum esse dicas in tempore, ita ut initium aliquod ea res sui habeat, sive ex omni aeternitate. At quum nullam esse naturam per se subsistentem, si a materia & corpore discesseris, & Athei, & nonnulli alii in concessis esse & exploratis ducant, sic porro solent propositionem hancce suam circumscribere & explicare: *Nihil fieri potest, nisi ex materia prius existente*, id est: Quaecumque exsistunt, ea ex natura corporea, quae fuit antea, generantur. Non male totum hocce dogma *idolum specus*, (*d*) si quidem hoc fas fuerit uti sermonis genere, vocaverim: quod, nisi vehementer fallor, inde primum natum est, quod homines ex viribus, quibus ipsimet sunt praediti, & ex facultate, qua instructi sunt, res artificiosas ex materia fingendi, omnem metiuntur potentiam. Architectum nimirum vident domum exstruere non posse, nisi materiam, calcem, & saxa parata habeat, sartorem, nisi pannum alii afferant, vestem conficere nullo modo posse, coquum epulis apparandis non esse parem, nisi adsint cibaria. Ex his nullius, ne ipsius quidem supremi Numinis, tantam esse conficiunt potentiam, ut creare possit aliquid, quod antea non exstiterit, sed quidquid fit, id novam esse tantum rei antea exsistentis formam & figuram. Priori ergo instituti nostri parti satisfecimus: nunc ad alteram accedimus. Declarandum vero in ea nobis est, si verum esset, quod verum esse cupiunt homines Deo inimici, nullam, quae non exstitit antea, naturam produci & creari posse, multo graviorem dogma hocce plagam rebus Atheorum, quam nostris, qui Deum esse credimus, allaturum esse. Mendacia nimirum & errores a semet ipsis dissidere possunt, non autem veritates. Id quo consequamur, multo plura ex nihilo producere illos, qui Deum & religiones aspernantur, probabimus, quam qui haec magni faciunt: ex quo sequetur, nihil causae illi esse generi, cur nos hocce telo ferire velit. Qui de rebus divinis sic, uti fas est, sentiunt, hi Deum seu naturam absolutissimam unam esse rem illam profitentur, quae per se ac necessario exsistat, naturasque omnes reliquas condiderit: Hanc cetera omnia, in quibus minor inest perfectio, non animos tantum, sed ipsam quoque materiam ex nihilo, ἐξ οὐκ ὄντων, procreasse,

(*d*) *Specus*] Notum est, *Franc. Baconem* de *Verulamio* sic certum popularium opinionum genus appellasse.

(*e*) *Materiam*] Hujus generis haud paucos esse inter recentiores Christianos, inter eos maxime, qui religionem omnem rationis subjiciunt impe-

Digitized by Google

creaſſe, adſeverant. Attamen, quum mira ſit humanarum mentium imbecillitas, ideo fit ſaepenumero, ut qui Deum eſſe credunt, non ex omni parte huic doctrinae adſentiantur. Incidas interdum in homines, quos ita cepit, aut potius conſtrixit hoc dogma: *Nihil fieri poſſe, niſi ex materia prius exiſtente*, ut novam nullam naturam, ſed novos tantum modos & formas rerum gigni, mordicus defen- 930
dant, neque tamen Deum religioſiſſime venerari ſuo modo deſinant; quem quidem naturam eſſe credunt perfectiſſimae rationis compotem, totiusque orbis cum effectorem, tum ſupremum moderatorem, etiamſi materiam, ex qua conſtat orbis, ab eo eſſe conditam, perſuadere ſibi nequeant. Ergo duo ſtatuunt eſſe univerſitatis hujus principia & cauſſas: agentem alteram, alteram perferentem & patientem, Deum & materiam. (*e*) Praeter hos alii ſunt fortaſſis, qui materiam quidem unam eſſe illam naturam, ex qua facta ſint omnia negant, animosque humanos putant corporis expertes eſſe; attamen hos ipſos animos non ſecus ac materiam, ex nihilo haud eſſe genitos exiſtimant, ſed aut ex communi quadam anima, quae antea fuerit, quam *intelligibilem* forte dixeris eorum *materiam*, aut ex ipſa Dei natura fluxiſſe, aut denique per ſe ex infinito tempore ſine ulla cauſſa exſtitiſſe. Si qui ſunt, quos harum opinionum aliqua detinet, nil tamen impedit, quo minus iidem Deum ſeu mentem unam per ſe exſiſtentem, omnisque rationis & ſapientiae participem eſſe, profiteantur, quae etiamſi nec materiae, nec animorum parens ſit, cuncta tamen aeterno conſilio moderetur, regat, & gubernet. Ad hanc certe Dei deſcriptionem *Plutarchi* Deus proxime accedit, quem tamen in ſuo genere non modo Deo & religioni ſtudioſe operam dediſſe, verum etiam graviſſima & ſanctiſſima morum praecepta tuliſſe, conſtat. Ac fortaſſis religionum contemtores in harum diſciplinarum aliqua minus vident aſperitatum & ſalebrarum, male licet inter ſe cohaereant omnia, neque ſibi ſatis reſpondeant, quam in vera & germana, quam ante expoſuimus, de Deo doctrina. Conſtat igitur, praeceptum hoc: *Ex nihilo nihil fit, aut nihil gigni poteſt, praeterquam ex materia, quae fuit antea*, verae quidem de Deo rebusque divinis ſcientiae repugnare, ſed nec omnem tamen funditus religionem tollere, quum eorum aliqui, de quorum erga Deum pietate & religione dubitare haud licet, hoc tamen decretum repudiare nolint.

§. XVI. Longe vero alia ratio eſt illius diſciplinae, quam ſequuntur, qui Deum eſſe negant. Quam ego nunc, quomodocumque etiam inſtruatur & adornetur, nullo ſtare modo poſſe, ſed ruere prorſus & interitum minari, monſtrabo, ſi veritas ejus ex hoc rationis praecepto: *Ex nihilo nihil fit*, aeſtimari debeat. Quotquot nempe Deum eſſe negant, eos ego tueor, naturas per ſe & vere ſubſiſtentes generare & viciſſim corrumpere, ſeu ex nihilo educere & ad nihilum redigere, quoniam quidquid praeter materiam, quam tamen non rem aliquam determinatam, ſed nihil quam molem coecam ſeu magnitudinem reſiſtentem & dividuam eſſe cenſent, in rerum natura eſt, ex nihilo natum eſſe, & in nihilum eſſe rediturum volunt. (*f*) *Ariſtoteles* loco quodam, quem ſupra jam laudavimus, 931
ſen-

perio, ſatis notum eſt. Sed nec plane antiquior eccleſia ejusmodi caruit hominibus, id quod infra oſtendemus.

(*f*) *Ariſtoteles*] Quae hic excerpuntur ex *Ariſtotele Lib.* III. *de coelo Cap.* I. *p.* 668. *Tom.* I. *Opp.* exſtant. Sed parum abeſt, quin mihi perſua-

Digitized by Google

ſenſum turbae hujus ita exponit: εἰσὶ γὰρ τινὲς, οἱ φασὶν οὐδὲν ἀγένητον εἶναι τῶν ὄντων, ἀλλὰ πάντα γίγνεσθαι. *Sunt certi quidam homines, qui nihil affirmant eſſe non genitum, verum omnia contendunt facta & generata eſſe.* Id ipſum vero paullo poſt latius explicat his verbis: Τὰ μὲν ἄλλα γίγνεσθαί τε καὶ ῥεῖν, εἶναι δ' ἀεὶ πάγιον οὐδέν· ἓν δέ τι μόνον ὑπομένειν, ἐξ οὗ ταῦτα πάντα μεταρρυθμίζεσθαι πέφυκεν. *Statuunt illi, omnes res alias generari atque fluere, nullamque earum vere ac conſtanter eſſe* (eo quod perpetuo ex nihilo educantur & ad nihilum redigantur) *ſed unam tamen eſſe, quae perpetuo ſit & ma-*

fuadeam, hunc *Ariſtotelis* locum ad cauſſam, quam hic agit vir egregius, vel ornandam, vel juvandam non eſſe nimis aptum & idoneum. Totum juvat eum deſcribere, ut rectius de univerſa re, qui haec legunt, judicare valeant. Sic ergo Peripateticorum princeps: εἰσὶ γὰρ τινὲς, οἳ φασιν οὐδὲν ἀγένητον εἶναι τῶν ὄντων, ἀλλὰ πάντα γίγνεσθαι· γενόμενα δέ, τὰ μὲν ἄφθαρτα μένειν, τὰ δὲ πάλιν φθείρεσθαι· μάλιστα μὲν οἱ περὶ τὸν Ἡσίοδον εἶτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων, οἱ πρῶτοι φυσιολογήσαντες· οἱ δὲ, τὰ μὲν ἄλλα πάντα γίνεσθαί τε φασὶ καὶ ῥεῖν, εἶναι δὲ πάγιόν τι· ἓν δέ τι μόνον ὑπομένειν, ἐξ οὗ ταῦτα πάντα μεταρρυθμίζεσθαι πέφυκεν· ὅπερ ἔοικέ τισι βούλεσθαι λέγειν ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος. *Sunt enim quidam, qui nullas rerum ingenerabiles eſſe, ſed omnes fieri dicunt: generatas autem partim permanere, partim corrumpi. Eſt autem ſententiae talis maxime quidem Heſiodus, deinde ceterorum ii, qui primi de natura diſſeruerunt. Quidam autem, cetera quidem omnia fieri fluereque dicunt, ac nihil prorſus ſtabile eſſe: unum autem quid ſolum permanere, ex quo haec univerſa transfigurari ſunt apta: quod quidem ceterique complures, & Heraclitus Epheſius dicere velle videntur.* Binas hoc in loco ab *Ariſtotele* ſententias commemorari veterum de generatione & origine rerum omnium, apertum eſt, tametſi haud ſatis perſpicue diſtinguat eas, nec tam apte, ut philoſophum decet, alios erudire cupientem, de illis loquatur. Alteram dicit eorum eſſe, qui omnia tradant generata eſſe, rerum autem generatarum quasdam permanere, quasdam corrumpi rurſus. Difficile nobis eſſet hodie, ex his verbis ſuſpicari, cujus generis hoc dogma fuiſſet, niſi *Heſiodi* exemplum attuliſſet ad naturam ejus declarandam. Senſit autem, id quod ex *Theogonia* ejus conſtat, *Heſiodus*, omnia ex chao & nocte, ne ipſis quidem Diis exceptis, eſſe genita, Deos autem, tametſi non ſecus, ac reliqua omnia, generati eſſent, immortales eſſe, nec ullo tempore interire. Quare patet, primum genus, quod hic introducitur ab *Ariſtotele*, eorum eſſe, qui ex chao non modo rerum omnium initia & elementa, & quidquid ex illis conflatum eſt, verum etiam univerſam Deorum familiam prodiiſſe, olim exiſtimarunt, & Diis nihilo tamen minus immortalitatem adſcripſerunt. Qui ſententiae huic ineptae & perabſurdae aſſenſi quondam ſunt, & adhuc fortaſſis adſentiuntur: nec enim plane exſtincta eſt haec ſecta, ſed inter Japones, Chinenſes, aliosque populos Orientem ſolem ſpectantes, permanet: illi, tametſi pii erga Deos & religioſi videri velint, reapſe tamen Athoi ſunt & prima omnis verae religionis fundamenta funditus evertunt. Altera, cujus *Ariſtoteles* meminit, familia eorum eſt, qui unam ſibi fingunt animo naturam ſtabilem, perennem, aeternamque, ex cujus varia temperatione reliqua facta ſint omnia, quae nihil habent ſtabilitatis & perpetuo fluunt, ſeu generantur, mutantur, denique diſſolvuntur. In hoc genere *Heraclitum* ponit Epheſium. Qualis haec fuerit doctrina, facilius eſt intellectu. Cenſent nimirum, quibus ea placet, unam eſſe materiam, eamque, ut arbitror, animatam, quae ex infinito tempore exſtiterit, cujus reliqua omnia, quae fiunt, modi tantum ſunt & variae temperationes. In univerſum haec diſciplina non nimis ab ea diſſidere videtur, quam ſuperiori ſaeculo *Spinoza* aut excogitavit, aut ab aliis traditam renovavit. Binis vero ea modis a ſententia disjuncta eſt *Heſiodi*. Namque hic primum initia rerum omnium permiſta fuiſſe olim inter ſe & neſcio qua ratione certo tempore poſtea ſecreta eſſe autumat: Illi vero chaos illud rejiciunt, & unam, ſimplicem, ſtabilemque materiam tantum agnoſcunt, quae in mille ſeſe formas ex omni aeternitate verterit. Deinde *Heſiodus* rerum genitarum quasdam permanere, nec viciſſim ad initia ſua reverti arbitratur: at hi fluere omnia & quod genitum eſt, id corruptioni etiam obnoxium eſſe, tradunt. Utrum vero praeter hanc unam, ex qua educebant omnia, materiam, mentem eſſe aliquam voluerint, motus materiae gubernantem & univerſitati praeſidentem, an totam rerum univerſitatem iſta contineri materia perenni, crediderint, id nec *Ariſtoteles* hic ſignificat, nec locus hicce, ut nunc exquiram, patitur. De *Heracliti* philoſophia ſupra *ad Cap. 4.* dictum eſt aliquid. Illuſtrato & explicato *Ariſtotelis* obſcuriori loco, id quod non ſine quadam utilitate factum eſſe opinor, quibus in rebus ſummi viri perſpicientia hic defecerit, proclive demonſtratu erit. (1.) Fallitur primum *Cudworthius*, quod binas illas, quas diſtincte commemorat *Ariſtoteles*, ſententias inter ſe confundit & poſteriora verba Stagiritae, quae longe alius diſciplinae formam tradunt, explicationem priorum eſſe verborum ſibi per-

maneat, ex qua metamorphosi quadam & permutatione reliqua fiant & nascantur omnia. Addit Philosophus, unam illam rem, id est, materiam genus hoc affirmare, unicam esse, quae vere subsistat, naturam, nec factam nec creatam, sed aeternam: universa vero cetera πάθη tantum esse, καὶ ἕξεις καὶ διαθέσεις, *passiones, affectiones, dispositiones* ejus, γίγνεσθαι καὶ φθείρεσθαι ἀπαύστως, *infiniteque gigni ac corrumpi*, id est, sine fine ac termino ex nihilo exsistere & ad nihilum vicissim redigi. Nec aliam esse arbitror sententiam dicti *Platonis* (g) *Libro de Legibus decimo*, cujus vim interpretes 932 ejus

persuadet. (II.) Neutram sententiam *Aristoteles* perhibet eorum esse, qui Deum tollunt. Superior quidem sententia, *Hesiodi* nimirum, omni verae religioni, quod paullo ante fassi sumus, inimica est, tametsi minime id dicat *Aristoteles*: sed ipsemet tamen doctissimus *Cudworthus* aliis in locis pro *Hesiodo* verba facit, *amoremque* ejus supremum arbitratur Numen esse. Alterum dogma, quamvis admodum deforme sit & cum sectariis vehementer in Deum injuriosis conjunctum, haud tamen ita nefarium est, ut nemo, nisi homo Atheus & Dei contemtor, approbare illud queat. Et ipse vir eximius *Heraclitum* Dei professoribus aggregari debere, spuriis licet, aliis in locis contendit. Dicam ingenue, quod sentio. Videtur mihi propterea *Cudworthus* totum *Aristotelis* locum describere & afferre noluisse, ne *Heracliti* & *Hesiodi* nomina, quorum existimationi bene cupit, instituto ejus hoc in loco obsisterent. Vult enim hominum Deum negantium opiniones recitari eo loco ab *Aristotele*. (III.) Quae subjicit vir doctissimus, genus illud, quod unam tantum *Aristoteles* perhibet rem & naturam immutabilem agnovisse, existimasse, reliqua omnia unius hujus rei ἕξεις & διαθέσεις esse, & quae sequuntur, ea ex *Aristotele* non sumsit, apud quem *loco indicato* nihil horum legitur, sed ex suo depromsit, ut rem clariorem faceret, ingenio. (IV.) Si unam tantum *Aristoteles*, nec aliam, quam hominum plane Atheorum, sententiam referret, parum tamen aut nihil ad auctoris consilium hic locus momenti afferret. In eo nimirum est, ut probet, Atheos disciplinam suam tueri nullo modo posse, nisi hoc fateantur, *ex nihilo fieri posse aliquid*. Verum hoc ex eo minime liquet, quod ad materiam omnia referunt homines illi. Consequutionis quidem lege hoc inde potest elici, & praeclare a viro doctissimo in sequentibus elicitur: at locus *Aristotelis*, si talis esset, qualem eum esse tradit, hanc minime conclusionem juvaret, quae ratione una, nulla vero vel *Aristotelis*, vel alius, auctoritate nititur. Faveo ita magni hominis memoriae & existimationi, ut nemo alius: sed ut ea, quae humanae infirmitatis documenta apud eum exstant, aliis nocere patiar, id ab officio meo alienissimum duco.

(g) *Platonis*] *Libro X. de legibus p.* 665. Hic vero iterum, quae moneam, nonnulla habeo. Certum est, *Platonem* hoc in loco eorum exponere sententiam, qui tum temporis Deos una cum omni religione ac pietate tollebant: idque apertissimum est ex illis, quae consequuntur haec verba. Atqui (I.) qua de causa hunc locum testetur vir egregius, non video. Nam ad explanandam & declarandam Atheorum sententiam nihil prorsus, si quid ego judicando valeo, confert. Scilicet satis inter omnes constat, nec opus est, ut ex *Platone* id discamus, omnes, qui Deum esse negant, ita sentire, ut hic a *Platone* praecipere dicuntur, neque aliter sentire posse, nisi velint insanire. Quicumque Deum repudiat, is in hanc necesse est sententiam descendat, naturam, casum, & artem omnium rerum caussas esse efficientes, tametsi in hac explicanda sententia non eamdem omnes viam & rationem inire debeant. (II.) Quid sit illud, ignoro, quod vir doctissimus addit, Latinos *Platonis* interpretes vim & sententiam horum verborum haud cepisse. Locus certe ita planus est & facilis, ut in eo vertendo ne is quidem facile errare queat, in quo valde mediocris est Graecarum litterarum peritia. *Serranus* quomodo hunc locum reddiderit, nescio: nec enim ad manus nunc est ejus versio. At *Ficini* interpretatio simillima est ejus, quam *Cudworthus* dedit: *Res omnes, nonnulli ajunt, quae fiunt, quae futurae, quaeque factae sunt, vel natura, vel fortuna, vel arte fieri.* (III.) Quod *Platonis* verbis eamdem exprimi sententiam opinatur, quae *Aristotelis* continetur dicto, quod hic allatum est, id numquam scripsisset vir praestantissimus, si utrumque haec litteris mandans attentius inspexisset. *Aristoteles*, id quod luculenter antea ostendimus, *Hesiodi* & veterum physicorum sententiam verbis illis perstringit, qui omnia esse genita ex chao, ne ipsis quidem Diis exceptis, nugabantur. Sed ab hac opinione, ipso *Platone* teste, multum abeunt illi, quos credidisse refert, *arte, fortuna*, & *natura* genita & facta esse omnia. Namque hi φύσει seu *natura* & τύχῃ seu *fortuna* affirmabant, quatuor rerum initia esse ignem, aquam, terram, aërem. πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆν, καὶ ἀέρα, φύσει πάντα εἶναι, καὶ τύχῃ φασί. *Plato loc. cit. p.* 666. Quum τύχην φύσει adjungant, & utramque hanc rem quatuor effeciisse principia, ex quibus constant

Digitized by Google

ejus Latini non assequuti sunt; quo quidem loco, quidnam de rerum naturae originibus sentiant profani homines, declaraturus, magnum eorum mysterium, quod ipsimet σοφώτατον ἁπάντων λόγων, *omnium dogmatum sapientissimum*, esse pronuntient, his verbis explicat: Λέγουσι πᾶς τινὲς ὡς πάντα ἐστὶ τὰ πράγματα γιγνόμενα καὶ γιγνόμενα, καὶ γιγνόμενα, τὰ μὲν φύσει, τὰ δὲ τέχνῃ, τὰ δὲ ἀπὸ τύχης. *Sunt, qui affirmant, omnia non modo fieri & facta, sed & futura esse, partim natura, partim arte, partim denique casu & fortuna.* Aut totus ego fallor, aut haec *Platonis* verba: Λέγουσι πᾶς τινὲς, ὡς πάντα ἐστὶ τὰ πράγματα γιγνόμενα. *Affirmant aliqui, omnia esse facta seu generata*, idem, quod illa *Aristotelis* verba, significant: Εἰσὶ δὲ τινὲς, οἱ φασὶν, ὑδὲν ἀγένητον εἶναι τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ πάντα γίγνεσθαι. *Sunt qui perhibent, nihil omnino esse ingenitum, sed omnia generari.* Forte *Aristoteles* ex *Platone* hanc mutuatus est sententiam: quam apud *Platonem* sic tamen intelligere decet, quemadmodum ab *Aristotele* deinceps explanatur: *Omnia, quaecumque sunt, una materia excepta.* Quapropter aut, praeter nudam materiam seu extensionem dividuam & magnitudinem resistendi virtute valentem, nullam esse credendum est in orbe naturam sibi constantem, vitamque propterea, cogitationem, sensum, animi conscientiam, rationem & intelligentiam, omnes denique hominum animos, non esse naturas per se subsistentes; aut vero, id quod ex Atheorum perspicue consequitur sententia, naturas vere exsistentes ex nihilo creari & ad nihilum posse redigi, confitendum est. Qui Deum esse tuentur, praecipuas, quae in rerum natura conspiciuntur, virtutes, vitam nominatim & intelligentiam, ex omni aeternitate in divina ratione ac mente exstitisse, neque ex nihilo productas esse, aut in nihilum rursus abire posse, adseverant: eas vero naturas, quae
933 multum a perfectione remotae sunt, ab una illa, in qua omnis inest perfectio, natura ex nihilo unice factas esse, disputant, aut quum non essent antea, creatas. E contrario qui Deum esse nolunt, id unum, quod omnium rerum postremum est & infimum, materiam, brutam molem, magnitudinem dividuam & resistentem, per se exsistere, neque factum esse, sibi persuadent: ex quo conficitur, maximas naturae rerum perfectiones, vitam, cogitationem, & intelligendi facultatem cum prodiisse ex nihilo, tum ad nihilum aliquando redituras esse. Illud quidem genus Atheorum, quod in materia vitae quoddam genus esse scisscit, nonnihil hac difficultate commotum fuit, neque vitam omnem & intelligentiam ex nihilo esse factam, ut crederet, a se impetrare potuit. Intellexit potius, fieri nulla ratione posse, quin principalis aliqua perceptio & vita esset in rerum natura, quae nec gigni, nec vicissim corrumpi posset, verum sibi perpetuo constaret, eamque propter causam materiae in se spectatae vitae ac perceptionis quoddam genus attribuit. Sed hi tamen ipsi, quoniam in materia vitam animalem, interioremque sen-

stant omnia, tradant, haec videtur eorum fuisse sententia: φύσει seu ipsa natura ex omni aeternitate rudem aliquam & indigestam molem materiae, seu chaos fuisse: τύχῃ vero seu *fortuna* factum esse, aut temere & casu evenisse, ut quae confuse & inordinate antea jacebant, secernerentur & suum quaeque locum aptum & idoneum consequerentur. Quotquot chaos olim exstitisse putant, nec Deum tamen ad ejus compositionem accessisse, credunt, non possunt, quin ita ortum hujus mundi animo sibi concipiant. Τύχῃ postea seu casum reliquorum corporum naturalium constructioni & fabricationi, solis, lunae, hominum, animalium, Deo prorsus ab hoc negotio excluso, praeficiebant: ὅτι γεγενῆσθαι τὸν τε οὐρανὸν ὅλον καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν ἐν οὐρανῷ, καὶ ζῶα, καὶ φυτὰ —— οὐ διὰ νοῦ, οὐδὲ διά τινα θεὸν, οὐδὲ διὰ τέχνην, ἀλλὰ φύσει καὶ τύχῃ. *Hoc pacto coelum totum & omnia, quae sunt in coelo, animalia quoque & plantas —— fuisse producta: non per in-*

sensum esse negant, omnem animalem vitam, omnem sensum, omnem intelligentiam, quae suimet sibi conscia est, generari ac destrui, ex nihilo exsistere, in nihilum reverti arbitrantur. Neque vero vitam, cogitationem, & intelligentiam inter modos numerare licet materiae, seu magnitudinis dividuae aut extensionis resistentis. Modi enim sine re illa, in qua insunt, concipi & comprehendi nequeunt animo: At vita, sensus, ratio quid sint, id, nulla etiam materiae ratione habita, intelligi potest. Stare, sedere, ambulare actiones sunt, quarum naturam, nisi corpus, idque apte dispositum & ad illas accommodatum mihi fingam, concipere nequeo. Ex quo efficitur, eas nil nisi diversas esse corporis ejusdem affectiones. Si humanum illud corpus, quod stetit antea erectum, sedeat deinde, aut ambulet, nemo sanus novam quamdam naturam cogitabit ex nihilo procreari: nec si eadem materia, quae quadrata fuit aut globosa, cylindri vel coni formam adipiscatur, miraculum aliquis fieri, novamque naturam produci, putabit. At si res quaedam, cui vita olim sensus & ratio defuit, accipiat haec subito, tum sine ulla controversia novam exsistere naturam, confiteri nos oportet. Verum ipsi, qui *Democriti* & *Epicuri* probant placita, religionum irrisores, nullas esse alias materiae seu corporis affectiones, quam magnitudinem partium, figuram, situm, motum & quietem, praecipiunt. Poscit id disciplinae, quam susceperunt, ad corpuscula revocantis omnia, ratio. Hac nixi regula qualitates explodunt, easque negant naturas esse, a variis materiae modis reapse distinctas: Quales si essent, credendum sibi fore sentiunt, dum res generantur & mutantur, naturas vere exsistentes ex nihilo produci aut sine caussa exoriri. Itaque quidquid in oculos incurrit qualitatum, id omne ad leges mechanicas & visum referunt. Verum vita, intelligentia, cogitatio plus certe veritatis habent, quam istae corporum affectiones, nec ullo modo ex legum mechanicarum, sensuumque nostrorum indole & natura explicari possunt. Quod quidem argumento omnino est, ea non esse modos materiae, & corporum affectiones, sed alius cujusdam naturae corpore carentis virtutes & proprietates. Omnes ergo naturae, in quibus vis inest ratiocinandi & cogitandi, humani praesertim animi ac personae, res sunt sine ulla controversia sibi constantes. Et nihilo tamen minus illi, qui Deo bellum indixerunt, has omnes, & semetipsos idcirco, ex nihilo provenisse, in nihilum reversuras esse confirmant. Sic igitur locum hunc concludimus: Illi ipsi religionum adversarii, qui vehementer contra Dei amicos hoc enuntiatum urgent: *Ex nihilo nihil fit*, multa ex nihilo educunt & perpetuo in nihilum vicissim dissolvunt. Quod si enim aliquando vita & intelligentia non fuit in orbe terrarum, nullo etiam tempore futurum est, ut vita & intelligentia exsistat. Hoc ipsa eorum praecepta jubent credere. Qui Deum ideo negant esse, quia nulla natura potestatem creandi *intellectum*, *nec per Deum aliquem*, *neque per artem*, *sed natura & fortuna*. Velim autem animadverti, his in verbis vocabulum φύσις, totam signare rerum universitatem: quo quidem sensu saepius apud *Platonem* & *Aristotelem* legitur. Ad *artem* quidnam rerum retulerint, per se patet. Hactenus non magna inter *Hesiodi* disciplinam & Atheorum, quos *Plato* reprehendit, discrepantia apparet. Ad Deos autem si venias, manifestum est utriusque doctrinae discrimen. Etenim *Hesiodus* & esse Deos, & ex chao procreatos esse, non secus ac reliqua, & ad infinitum tempus permanere, nil dubitabat. Nihil horum *Platonis* probabant Athei, qui Deos omnes arte & legibus introductos esse statuebant, id est, nullos plane Deos esse, putabant: Θεὸς, ὦ μακάριε, οὐκ ἔστι πρῶτον φύσει ἀλλ' ἔστι τέχνῃ, καὶ φύσει, ἀλλὰ τισὶ νόμοις. *Deos, o beate vir, non natura, sed arte & legibus quibusdam, constare volunt.*

di ex nihilo habere poteſt, hi nihilo minus ipſi materiae, id eſt, naturae patibili, brutae, ac inerti, vim adſignant res per ſe ſubſiſtentes, humanas mentes & animos, ex nihilo procreandi. Quare horribile illud impiae turbae argumentum: *Deus non eſt: Ex nihilo enim nihil fit*, omnibus nervis & viribus ſpoliatum & nudum prorſus jacet. Nec enim tantum vanitatem ejus in ſe aperuimus, ſed etiam ad Dei adverſarios refellendos non mediocriter illud valere oſtendimus, quum hi praeter materiam ſenſu & qualitatibus vacuam, ex nihilo univerſa eliciant.

§. XVII. Declaratum igitur adhuc primum a nobis eſt, quot modis celebre illud enuntiatum: *Ex nihilo nihil gigni poteſt ac fieri*, veriſſimum & omni ex parte certum ſit: eo nimirum ſi capiatur ſenſu, ut ad cauſſam referatur & hac ratione explicetur: Nihil, quod non fuit antea, niſi ſufficiens & idonea cauſſa anteceſſerit, generari & fieri poteſt. Quo res omnis tanto eſſet clarior & expeditior, ad
934 tres totam cauſſam vias & ſenſus revocavimus. Principio nihil, quod antea non fuit, ſemetipſum creare ac ſine cauſſa efficiente producere poſſe, conceſſimus. Deinde nihil, quod non exſtitit antea, fieri ac procreari poſſe, largiti ſumus, niſi cauſſa antegrediatur, pari ſaltim perfectione, tantaque virtute, quanta ſufficit ad illud gignendum, praedita. Ex quo hoc cogi debet, nullam novam naturam, niſi a natura perfectiſſima, cui ſoli producendi ex ſe ipſa aliquid virtutis, (*h*) ineſt, gigni poſſe ac effici. Poſtremo certum eſſe confirmavimus, quum res aut ab artificibus finguntur, aut a natura ex materia jam praeſente gignuntur, tum nihil novi procreari, ſed illud tantum, quod exſtitit antea, nova ratione diſponi & affici. Materia enim in ſe ſpectata nihil efficere poteſt ac producere. Hanc *Cicero* (*i*) *Libro de fato* ſignificationem enuntiationi huic dedit, de qua verba facimus: *Ex nihilo nihil fit & exſiſtit*; ubi *Epicurum* vituperat, quod declinatione atomi vitari neceſſitatem fati, abſurde exiſtimaverit: *Nec quum haec ita ſint, eſt cauſſa, cur Epicurus fatum extimeſcat & ab atomis petat praeſidium, earque de via deducat & uno tempore ſuſcipiat res duas inenodabiles, unam ut ſine cauſſa fiat aliquid, ex quo exſiſtit, ut de nihilo quippiam fiat: quod nec ipſi, nec cuiquam phyſico placet.* Cujus quidem ſententiae haec ratio eſt, quod philoſophiae illius, quae corpuſculis nititur, hoc princeps & unicum fere fundamentum eſt; Ex nihilo nihil, eo quidem ſenſu, quem diximus, fieri poteſt. His explicatis, proximo loco demonſtravimus, quonam ſenſu ferri nequeat praeceptum hoc: *De nihilo nihil fieri poteſt*. Amittit nimirum omnem vim & dignitatem, ſi verbis illis *ex nihilo* non cauſſa indicetur, ſed *terminus a quo*, ut hic ejus ſenſus oriatur: Nulla res per ſe ſubſiſtens, quantacumque etiam accedat potentia, niſi eadem fuerit antea, effici ac produci poteſt. Aut: Nihil fieri poteſt, niſi exſiſtat aliquid antea, quod nova donari forma poteſt. Ceterum ex illo, quod attuli antea, *Ciceronis* dicto hoc quoque pa-

(*h*) *Ineſt*] Viderint eruditi, num verbis iſtis Latinis: *Cui ſoli producendi ex ſe ipſa aliquid virtutis ineſt*, recte haec Anglica reddiderim: *which only is ſubſtantially emanative.*

(*i*) *Libro de fato*] *Cap.* 9. *p.* 3273. *Tom.* IX. *Opp.*

(*k*) *Lucretius*] *De rerum natura Lib.* II. *vſ.* 292. *p.* 216.

(*l*) *Evocant*] Niſi me fallit opinio mea, ex hoc *Ciceronis* loco plura vir doctiſſimus elicit, quam per juſtae conſequutionis leges inde videtur erui poſſe. Namque putat ex eo conſtare (1.) Veteres Phyſicos praeceptum hoc: *De nihilo nihil*, ita intelligi unice voluiſſe: *Nihil fit ſine cauſſa.* Verum tametſi ex his verbis apertum ſit, Phyſicos illos hunc ſenſum iſti enuntiato dediſſe, haud tamen acque inde liquet, hoc uno ſenſu, nullo vero alio, id ab illis praeceptum uſurpatum eſſe.

Digitized by Google

patet, veteres physicos, qui tantum sibi praesidii putarunt esse positum in enuntiato isto: *Ex nihilo nihil fit*, minime hoc ita voluisse accipi: Nihil, nisi quod jam antea fuerit, a natura, quamvis valentissima, produci posse: sed hoc tantum modo: Nihil, nisi caussa quadam antecedente, fieri posse. Caussae vero nomine non solam intellexerunt materiam, ac si nihil posset effici, nisi materia praesto esset. Male enim propterea *Epicurus Ciceroni* audit, quod tertium quemdam motum atomorum extra pondus & plagam, quem *clinamen principiorum* (*k*) *Lucretius* vocat, introduxisset, qui ex nihilo oriretur aut sine caussa fieret. Quamquam haec accusatio multo patet latius, quam *Cicero* eam patere voluit: nam quotquot corpusculis ad Deum oppugnandum abutuntur, omnem plane motum, hoc inepto sensu, ex nihilo educunt & (*l*) evocant. Haec licet ita sint, longius tamen progredi nobis atque testatum facere placuit, si vel verum foret hoc placitum: *Ex nihilo fit nihil*, eo sensu, quo id contra Deum profana cohors adhibet, plus tamen illud momenti ac potestatis habiturum ad Atheorum, quam nostras opes & rationes, labefactandas. Qui enim Deum esse diffitentur, hi universa, si a nuda discesseris materia, vitam, sensum, intelligentiam, humanas mentes & animos generari ac corrumpi volunt, ideoque cum haec omnia, tum semetipsos ex nihilo prodiisse, & in nihilum abituros esse pronuntiant. Nunc tertio, eoque postremo loco, demonstrabimus, divinae naturae inimicos non eo tantum sensu, quem nos probamus, qui Deum esse profitemur, res vere exsistentes ex nihilo factas esse, putare, id est, quum non essent antea, condita multa esse, quod uni tamen perficere licet Deo seu naturae perfectissimae: verum etiam idem eo sensu tueri, qui prorsus rationi repugnat, seu, res per se subsistentes sine caussa formatas esse, aut *nihilum caussam esse alicujus* existimare.

§. XVIII. Ad hanc demonstrationem quo viam mihi muniam, brevem primum & compendiariam totius sententiae, quam sequuntur homines erga Deum impii, rationem proponere juvabit. Igitur quibus videtur, quae fiunt & efficiuntur omnia, ea nihil esse, nisi novas rerum, materiaeque jam exsistentis formas, id jure quodam sibi sumunt, nullam esse in orbe naturam per se constantem, praeter materiam. Ex quo quidem hoc deinde cogunt, nihil fieri posse, nisi ex materia seu corpore prius exsistente. Quibus sumtis, hoc modo rationem adstringunt: Quum nulla sit in orbe terrarum, praeter materiam, natura per se exsistens, quae nec facta, nec creata sit, idcirco omnia, quae sunt, cujuscumque demum sint generis ac indolis, ex ea facta & formata esse, oportet. Quae quum ita sese habeant, tribus tota impii generis doctrina enuntiationibus continetur. Quarum quidem prima haec: Nulla fieri & produci potest nova natura; quaecumque vero fiunt & exsistunt, novae tantum rerum formae sunt & rationes. Altera: Nulla est

esse. (II.) Ex eodem *caussae* nomine non solam eos designasse materiam, apparere confirmat: vituperari enim a *Cicerone Epicurum*, quod tertium quoddam motus genus sine ulla caussa natum introduxisset. Me vero prorsus vis & auctoritas connexi huius praeterit: *Cicero* graviter & moleste fert, *Epicurum*, cui nihil prius erat hoc dicto: *Ex nihilo nihil fit*, motus tamen genus aliquod commentum esse sine ulla caussa, & in sua ipsius idcirco praecepta peccasse, seu ex nihilo aliquid eduxisse: Igitur veteres physici, praeter materiam, aliam quamdam rerum esse caussam, existimarunt. Nec enim *Cicero*, qualem motus hujus caussam *Epicurus* debuerit ex praecepto veterum physicorum afferre, significat, sed hoc tantum in eo requirit, quod nullam plane motus hujus caussam designaverit.

eſt natura per ſe ſubſiſtens, praeter materiam: Quapropter, quodcumque factum eſt, id ex materia factum eſt prius exſiſtente. Poſtrema: Quidquid eſt in orbe terrarum, id omne, ſi ab una recedas materiae ſubſtantia, ex materia fictum & generatum eſt. Hanc nos jam rationem & doctrinam convincemus ex eo eſſe genere, quod prorſus fieri non poteſt, ſi hoc veterum phyſicorum praeceptum: *De nihilo fit nihil*, ratum atque certum nobis eſſe debeat. Etenim illis conceſſis, quae jam memoravimus, initiis, hoc etiam concedi oportebit, non modo res vere exſiſtentes, quae non fuerint antea, creatas eſſe, quod unius tamen illius naturae opus eſt, quae infinitam intra ſe perfectionem cohibet, verum etiam easdem ſine ulla cauſſa formatas, factas, & productas eſſe.

§. XIX. Primo igitur, quia gens haec, praeter materiam, nullam eſſe rem per ſe ſubſiſtentem, & quidquid eſt, id ea unice factum eſſe confirmat, hoc ſimul perſpicue adſeverat, ſine cauſſa efficiente, quaecumque ſunt, comparata eſſe omnia. Atqui hoc quid, quaeſo, eſt, quam fateri, omnia ex nihilo eſſe facta, & eo quidem modo, quem omnis ratio plane repudiat? Hoc quidem ſapiens quilibet facile dederit, falli eos vehementer, qui nihil putent fieri poſſe, niſi ex parata jam materia, Deumque idcirco ipſum, ſi quidem exſiſtat, architecto aut ſartore potentiorem non eſſe, ſic ut ſingulis in rebus quatuor illas cauſſas, de quibus Dialectici praecipiunt, inveſtigandas ſibi eſſe, nil dubitent. Hanc, inquam, orationem recte ſpernit ſapiens: At hoc tamen idem pro certiſſimo habebit, fieri haud poſſe, ut id, quod aliquando non fuit, ſine cauſſa efficiente oriatur & prodeat. Quapropter ſi ulla res facta eſt, quae non fuit antea, eſſe, praeter materiam, omnino neceſſe eſt, naturam quamdam aliam, cujus virtute producta ea res ac effecta ſit. Ipſa enim materia per ſe nihil efficere valet, quique marmor ſtatuam, ſaxa & ligna domum, pannos veſtimentum confeciſſe diceret, is merito ineptus & rationis omnis expers duceretur. Habes primam rationem noſtram, propter quam doctrinam hanc impii generis prorſus eſſe abſurdam & futilem pronuntiamus. Vult ea, quidquid eſt, id ex ſola materia ſine ulla virtute agente, ſine cauſſa efficiente, ſine Deo denique generatum eſſe. Id vero eſt, res contendere factas eſſe ex nihilo, eo quidem ſenſu, quem ratio nullo ferre modo poteſt. His addere licet: Homines Deo adverſantes, qui *Democritum* & *Epicurum* ſibi duces delegerunt, a motu repetere ſolere omnia, quaecumque in rerum natura eveniunt, neque tamen materiae, quam unam eſſe volunt rem per ſe ſubſiſtentem, facultatem ſemetipſam

(m) *Condidiſſe*] Vehementer urget haec argumentatio eos, qui ſine materia nihil a Deo fingi poſſe ſtatuunt, eaque de cauſſa duo rerum fingunt initia, Deum & materiam aeternam: nec tamen, niſi me fallit animus, totam turbam plane conterit & conficit. Aliquot enim adhuc apertas ne inveniant elabendi rimas, ut nova plane in eos inſtituenda ſit diſputatio, vereor. Vitam forte dicent animalium in motu ſanguinis & tenuiſſimarum materiae particularum conſiſtere: animorum vero origines aliunde derivabunt. Quidam eorum animos forte dicent ex coeleſti quadam & aetherea materia, ſeu ex ſubtiliſſimis ac tenuiſſimis materiae particulis conflatos eſſe a Deo: neque hujus ſententiae vel inter veteres, vel recentiores philoſophos patronos deſiderabunt. Mihi quidem dudum vehementer dubium viſum fuit, an ullus veterum philoſophorum ita, uti nos hodie, de animis ſenſerit, omnemque illis materiam plane detraxerit. Huic ſi quis obducat ſententiae, quod hic vir doctiſſimus animadvertit, ex nulla materiae temperatione ac diſpoſitione cogitationem & ratiocinandi facultatem naſci poſſe: verum illud eſſe reſpondebunt, de craſſiori illa, quae nobis nota eſt, materia: nil tamen obſiſtere, quo minus alia ſit materia, in quam longe aliae, quam in hanc noſtram, affectiones & proprietates cadant. Pergat aliquis, & hac ſententia immortalitatem tamen ani-

Digitized by Google

ipsam ciendi & movendi attribuere: Atqui huic dogmati consentaneum est credere, universum, qui in orbe est, motum sine caussa & ex nihilo exstitisse, actionem sibi animo fingere sine caussa seu natura agente, efficientiam denique omnem ab efficienti caussa secernere.

§. XX. Quod si vero tam indulgentes essemus, ut motum sine caussa oriri posse, concederemus, aut *Stratoni*, sociisque ejus, qui materiae ipsi vitam tribuunt, ne Deum fateri cogantur, largiremur, inesse in materia vim semetipsam ciendi ac commovendi, hoc tamen nobis haud per sanam rationem liceret sta- 936
tuere, materiam hanc & motum novas, quae antea non fuerint, naturas creare posse. Namque materia per se nil efficere valet: motus vero affectiones tantum externas materiae mutat, figuram nimirum, locum, situm, partiumque structuram. Quamobrem aut ipsa natura sua materiam sensum animalem, intelligentiamque cum conscientia conjunctam complecti, confitendum: quod tamen qui affirmare auderet, nemo adhuc tam impudens inter Dei hostes inventus est: aut vero nullum motus genus, nullam materiae descriptionem, nullum atomorum contextum, sensum & intelligentiam, mentem & animum parere posse, decernendum erit. Etenim qui hoc fieri posse putaret, is ea ratione aliquid ex nihilo provenire posse duceret, quam ratio plane rejicit, aut aliquid per se sine ulla caussa semetipsum fingere posse, crederet. Ceterum haec illis etiam conducunt confutandis, qui, tametsi Deum esse fateantur, tam abjecte tamen de natura ejus sentiunt, ut, sive corporeus sit, sive corpore careat, eum nihil formare posse, arbitrentur, nisi materiam praesto habeat, quam nova ratione exornet ac disponat: non secus ac architectus domum ex materia & lapidibus exstruit, sartor vestimentum ex pannis consuit. Nam quum illi, quibus hoc placet, vitam animalem & intelligentiam a materia in se spectata removeant, certumque sit praeterea, haec a diversa compositione & dispositione materiae nasci nulla ratione posse, id postulat sententia haec, ut Deum negent amatores ejus animalia creare aut sensum & intelligentiam, mentes & animos producere posse. At hoc tamen feciisse Deum, haec familia non dubitat. Quare, nisi secum ipsis pugnare velint, Deum necesse omnino est constituant, non modo novas rerum formas protulisse aut architecti instar domum constructis hunc orbem fabricatum esse, verum etiam naturas vere existentes & a materia secretas (*m*) condidisse.

§. XXI.

animorum everti moneat: quod enim constet ex materia, id dissolvi etiam & interire posse: ne sic quidem victos sese fatebuntur. Forte veterum philosophorum opinionem amplectentur, qui duplicem esse materiam rati sunt, alteram crassiorem, quae variis de caussis dissolvi queat, alteram subtiliorem, quae, nisi potentia divina accedat, nullo modo queat dissipari. Forte alii animos non ipsa natura sua, sed divina voluntate, aeternos & immortales esse disputabunt: posse enim Deum virtute sua prohibere, ne dissolubilis alioquin coagmentatio destruatur & intereat. Et notum est, hodie quoque etiam eorum non paucos in hac esse sententia, qui nec religioni & Deo male volunt, nec ingenio carent & acumine. Alii fortassis hujus generis, ut hanc argumentationem effugiant, animos dicent ex ipsa fluxisse Dei natura & supremi Numinis portiones veluti quasdam esse, quibus nihil cum materia commune sit. Haec minime ea de re moneo, ut eorum quodammodo caussam juvem, qui pro materiae statu aeternitate: nam & hoc ab officio meo alienum foret, & ab animi mei sensu plane remotum, qui infra familiam hanc necrationis, nec divinae patefactionis voci obtemperare, docebo. Animus mihi tantum fuit ostendere, hac una ratione non omnes ita copias generis illius fundi, ut nihil, quod opponere queant, resider. Valde vero rei Christianae interesse arbi-

Digitized by Google

§. XXI. Atqui hanc illi ſententiam tenuerunt, id quod jam ſupra planum fecimus, qui vetuſtiſſimis temporibus naturae rationes ad atomos & individua corpuſcula revocarunt: Quorum quidem nemo unus exſtitit, qui omnia, cujuscumque demum modi eſſent, ex materia generari poſſe antea exſiſtente cenſeret. Contra omnes hujus ſectae philoſophi in naturae quidem generationibus exiſtimarunt nihil ex materia produci, quod non antea exſtiterit in ea, novosque idcirco tantum modos, quum corpora procreantur, comparari. Cui conveniens erat opinioni, ut mentes & animos, quos apertum eſt materiae non eſſe affectiones, ne-
937 que ex magnitudinis, figurae, ſitus, motusque varia mutatione oriri, ex materia negarent generari poſſe. Hoc enim ſi fieri poſſe ſtatuiſſent, animos affirmaſſent ex nihilo fieri, id eſt, aut a ſe ipſis ſine ulla cauſſa, aut ſine cauſſa ſatis ad eos producendos apta & valida, effici. Memini quoque, me ſupra ex *Ariſtotele* obſervare, quemadmodum philoſophi hi Italici veteres Dei adverſarios, qui ad materiam referebant omnia, aggreſſi ſint, & qua ratione hi impetum eorum effugere conati ſint. Illi nihil praeter id, quod antea fuiſſet in materia, ſi a variis ejus temperationibus & modis abeas, produci ex ea poſſe diſputabant, eo quod de nihilo nihil fieri poſſet, & in ulla idcirco corruptione aut generatione naturali rem quamdam vere exſiſtentem aut oriri, aut deſtrui negabant. Hi vero, tametſi ipſum illud rationis praeceptum, quo haec nititur argumentatio, rejicere non auderent, hac tamen ratione vim ejus eludere nitebantur: Διὰ τοῦτο ὅτι γίνεσθαι οὐδὲν οἴονται, ὅτι ἀπόλλυσθαι, ὡς τοῦ παντὸς φύσεως αἰεὶ σωζομένης, ὥσπερ ἢ τὸν Σωκράτην φαμὲν, ὅτι γίγνεσθαι ἁπλῶς, ὅταν γίγνηται καλὸς ἢ μουσικὸς, ὅτι ἀπόλλυσθαι, ὅταν ἀποβάλῃ τούτας τὰς ἕξεις, διὰ τὸ ὑποκείμενον τὸ ὑποκείμενον ἢ Σωκράτην αὐτὸν. *Hinc nihil fieri neque corrumpi opinantur, eo quod ipſa haec natura perpetuo maneat ac conſervetur: quemadmodum neque Socratem, quum formoſus aut muſicus efficitur, ſimpliciter fieri dicimus, neque, quum iſtos amittit habitus, corrumpi: quoniam ſubjectum ipſum Socrates manet.* Οὕτως δὲ ἢ τῶν ἄλλων ἁπάντων. *Eadem reliquarum rerum omnium eſt ratio:* Quoniam ipſa nimirum perpetuo manet materia, reliquae vero res omnes, quae exſiſtunt, πάθη tantum ſunt, ἕξεις, ἢ διαθέσεις, *paſſiones* ejus, *affectiones*, & *diſpoſitiones*, uti muſices peritia & imperitia Socratis tantum unius ſunt habitus. Cujus quidem argumentationis hanc eſſe vim & ſententiam perſpicuum eſt: Omnia, quae praeter materiam exſiſtunt, materiae tantum affectiones & formas eſſe: generari igitur ea ex materia & in eam iterum redire, ſi corrumpantur: nihil vero ex nihilo produci, aut ad nihilum reverti, quamdiu materia, quae ſola vere exſiſtit, eadem manet. Itaque tametſi vita, ſenſus, & intelligentia, mentesque omnes & animi, ex materia gene-

ren-

tror, ut illi, qui eam defendunt, caute ac valide pugnent, neque argumentis utantur, adverſus quae excipi quaedam poſſunt, tamquam omni ex parte firma & exceptione qualibet ſuperiora eſſent.

(*n*) *Tollerent*] Locus, quem affert hic vir longe doctiſſimus, *Ariſtotelis* eſt ex *Libro* I. *Metaphyſ. Cap.* 3. *p.* 264. *Tom.* IV. *Opp.* quo veterum phyſicorum ſeu philoſophorum illorum, quos *Ionicos* vocare ſolent, de cauſſis rerum omnium ſententiam exponit. Dubito vero, an omnia, quae ex hocce loco ſibi perſuaſit conſtare, commode ex eo queant colligi. (I.) Quae de pugna philoſophorum Italicorum & Ionicorum hic refert, conjecturis unice nituntur & ingenti illa, qua vir magnus valebat, ingenii foecunditate. Nec enim usquam memoriae proditum legitur, dimicaſſe inter ſe hac ratione binas illas philoſophorum familias. At quia veteres Italicos philoſophos vir egregius certus erat, de corpusculis individuis & natura rerum non ſecus, ac ipſemet ſentiebat, ſenſiſſe, *Ionicos* autem, homines nihil dubitabat fuiſſe Deo inimicos, ideo in hanc facile veniebat ſententiam, ſectas haſce binas ſaepenumero infeſtis ſignis inter ſe concurriſſe, nec aliis Italicos contra Ionicos armis certaſſe, quam illis, quibus ipſemet invadendos ſibi ducebat eſſe Atheos. (II.) Non-

rentur, haud inde tamen effici, rem ullam vere exsistentem produci & fieri. Nec enim esse haec omnia aliquid, quam materiae affectiones & modos. Hoc illi pacto adversariis sese subducere studebant, qui olim omnia materia contineri adseverabant, ut Deum hac ratione (*n*) tollerent.

§. XXII. Nullum quidem est dubium, quin omnia, quae in tota versantur rerum natura, in duas partiri classes liceat, in res per se subsistentes & ea, quae rebus illis insunt & accidunt, seu in *substantias* & *accidentia*. Certum item est, ea, quae naturae cuidam accidunt, generari posse ac corrumpi, neque tamen, dum id fit, novi aliquid aut educi ex nihilo, aut in nihilum abire, eo quod res ipsa plane semper eadem maneat. Verum illi, qui Deum abnuunt & aspernantur, hoc primum sibi sumunt, nullam esse aliam in orbe naturam vere subsistentem, 938
praeter materiam: Deinde temere ac falso inde efficiunt, naturas, quae ab omni concretione corporea vere sejunctae sunt, aut etiam virtutes earum, affectiones, & proprietates, nil nisi res esse, quae materiae evenire & accidere possunt: quibus duobus sumtis, id unum restat, ut eas ex materia generari, nec, dum exsistunt, novi aliquid ex nihilo creari constituant. Nos vero multo aliter rationem subducimus. Novimus, eamdem plane materiam, ceram verbi gratia, varias assumere paullatim figuras posse, globi, cylindri, coni, cubi, & alias: Novimus etiam unum hominem eumdemque stare, sedere, ambulare, genibus provolvi posse; nec novi tamen aliquid, dum haec sensim fiunt, procreari. Usu quoque sumus edocti, rudem & indigestam lapidum, materiae, calcis, aliarumque rerum molem in magnificas ab architecto aedes converti posse, nulla re nova mirifica quadam virtute ex nihilo procreata. Sed in omnibus hoc ipsum valere rebus, si ab ipsa discedas materia, constanter negamus: neque ullo modo animum nostrum inducere possumus, ut, quum mens & vita in materia producitur, quarum rerum nihil inest in materia, nihil tum novi creari & fingi statuat. Scisciranti mihi causas, quibus in hunc impulsi fuerint errorem homines, non postrema in eo videtur esse sita, quod parum accurate ponderarunt, quid proprie sit illud, quod nos *Accidens substantiae* dicimus, nec intellexerunt, *Accidentia*, quae dicuntur, *modos* tantum esse *substantiae*. Modus autem hac est natura & indole, ut sine illa re, cui tamquam modus est attributus, animo concipi nequeat. Stare, sedere, ambulare, procumbere quid sit, tum demum intelligimus, si corpus ita dispositum, ut his rebus efficiendis par sit, ob oculos nobis ponamus: Ex quo quidem patet, modos tantum haec omnia corporis esse. Vita vero & cogitatio etiam sine ullo cor-

(II.) Nondum vero controversia vacat omni, philosophos Italicos rerum naturam ad atomos revocasse, & ab hac disciplina physica, quod tamen vir doctus vult, Metaphysicam suam seu Theologiam sejunxisse: neque Ionicos illos certum est, fuisse Atheos, qua de re supra *ad Cap.* 3. multa sunt a nobis monita. Ex quo quidem apparet, vehementer dubia & incerta esse omnia, quae de harum sectarum hic traduntur disputationibus. (III.) Plura videt in hoc ipso *Aristotelis* loco vir summus, quam mihi animadvertere in eo licuit. Namque putat, ex eo intelligi, Ionicos seu physicos veteres existimasse, omnes animos ex materia gigni, nec nisi modos & affectiones esse materiae: quod ego diserte ab *Aristotele* traditum esse, non invenio. Qui Ionicis adsunt, & memoriam eorum ab Atheismi crimine purgare student viri doctissimi, quorum hodie non mediocris est numerus, de corporum generatione & corruptione hunc totum esse locum accipiendum dicent: nec ego quidem video aliquid, quo cogi queant, ut sententiam mutent, qui sic sentiunt. Certe, id quod supra *ad Cap.* 3. probatum dedimus, non ita valida est eorum sententia, qui Ionicos universo ab *Aristotele* summae erga Deum impietatis insimulatos esse volunt, uti multis videtur.

(*o*) *Re-*

Digitized by Google

corpore aut natura extenſa clare poteſt cognoſci. Fruſtra vero laboraret, qui cogitationem longam, altam, craſſam fingere ſibi vellet animo, aut in multas tenuiſſimas particulas eam ſecari poſſe, quibus compoſitis ac inter ſe rurſus junctis integra evaderet cogitatio, ſibi perſuadere conaretur. Ex quibus perſpicuum eſſe arbitror, cogitationem non ex illis eſſe rebus, quae materiae poſſunt evenire, ſed alius naturae cujusdam, vere a materia ſecretae, corporeque omni vacantis, virtutem & modum. In corpore ſeu materia extenſa, omnes licet intendamus ingenii nervos, nil tamen perſpicue intelligimus, praeter magnitudinem partium, figuram, ſitum, motumque. Quotquot ſunt in orbe terrarum corpora, cujuscumque demum ſint generis, ex his paucis elementis, tamquam litteris quibusdam, apta ſunt & compoſita. Atqui magnitudinem, figuram, ſitum, & motum, vitam, ſenſum, cogitationem, quomodocumque etiam miſceantur & componantur, efficere poſſe, id vero ab omni ratione alienum eſt. Quocirca qui ex materia virtutes iſtas generari poſſe autumant, hi, quod fieri plane nequit, aperte tuentur, rem vere ſubſiſtentem ex nihilo aut aliquid ſine cauſſa fieri & effici poſſe.

§. XXIII. Sed vix eſſe putem aliquid, quod magis homines in hoc errore confirmaverit, quam falſa de formis corporum & qualitatibus, quae ſenſus feriunt, ſententia, quas vulgo res cenſuerunt eſſe a variis materiae affectionibus, quas magnitudo, figura, ſitus, quies, motus pariunt, diſtinctas. Etenim quum formas has & qualitates haud dubie corrumpi ac generari viderent, in hanc venerunt cogitationem, nil impedire, ne vita, ratio, intelligentia pariter pro qualitatibus materiae, diverſi licet generis, habeantur atque proinde ex ea, ſine ullius novae rei ex nihilo productione, generari credantur. Verum ipſi illi Dei adverſarii, qui ab *Epicuro* & *Democrito* diſciplinam acceperunt, philoſophiae illius, quae corpuſculis nititur, auctoritate funditus perverſam illam & ineptam de formis & qualitatibus ſententiam ſuſtulerunt, easque minime differre docuerunt ab illis, quos nominavimus, materiae modis. Cauſſam cur id facerent hanc habuere, quod, ſi vulgaris vera foret ſententia, ſtatuendum omnino eſſet, ex nihilo aut ſine cauſſa effectrice produci aliquid. Qua commoti ratione formas omnes & qualitates praeceperunt varias tantum eſſe materiae unius affectiones ex diverſis magnitudinis partium, figurae, ſitus, motus, & quietis mutationibus ortas, quibus varii generis in ſenſibus noſtris viſa excitarentur. Ac, ut quod res eſt dicam, communis illa plerorumque hominum de formis & qualitatibus opinio, inde videtur unice orta eſſe, quod mentis ſuae perpeſſiones & affectiones pro rebus temere haberent in naturis, ſenſibus noſtris & oculis expoſitis, reapſe praeſentibus & exiſtentibus: quod tamen contra prorſus eſt. Licet enim hae qualitates diſtinctae videantur eſſe ab illis materiae modis & diſpoſitionibus, quas ante diximus, nihil tamen revera ſunt, quam viſa, ſimulacra, mentisque noſtrae affectiones, nec idcirco in illis numerari rebus debent, quae materiae attributa ſunt, ſed in his, quae
939 mentibus noſtris, in quibus nihil ineſt concreti & corporei, eveniunt & accidunt. Quod ſi vero ipſi, quibus *Democritus* & *Epicurus* probantur, Athei veras qualitates,

(d) *Recens-auctor*] *Thom. Hobbeſius*, quem lege in *Phyſica ſeu naturae phaenomenis Cap.* 25. quod eſt *de ſenſione & motu animali p.* 192. *ſ.* & *Leviathanis P. I. Cap.* 1. & 2. *p.* 4. Ipſa tamen mentis definitio, quae hic legitur, non inveniti locis illis a me potuit, tametſi res verbis

tes, a materiae modis & rationibus sejunctas, propterea non posse generari ex materia senserunt, quoniam rationi repugnat, ex nihilo fieri aliquid: quanto magis de vita & cogitatione, de sensu & ratione idem illi constituere atque affirmare debuissent, ea ex materia nullo pacto gigni posse, eo quod, si hoc fieret, aliquid sine caussa fieret ex nihilo? Neque enim, quidquid etiam connitamur, ad visa animi, leges mechanicas, materiaeque affectiones hae proprietates revocari possunt, quemadmodum qualitates illae, quae in sensus incurrunt, & possunt & debent: Quod quidem argumento sit oportet, non esse corporeas virtutes has, sed naturae corpore omni abstractae & semotae proprietates & modos. Scio, quos *Epicuri* & *Democriti* delectant placita, quo Deum tutius oppugnent, existimare, omnem cogitationem ex corpusculorum individuorum incursione in cogitantes exoriri. Sed nemo tamen unus familiae hujus tanta sese obligavit stultitia & impudentia, quanta (*o*) recens quidam auctor, qui cogitationem, intelligendique ac volendi virtutem scribere ausus est, nihil esse, quam motum in cerebri cordisque partibus interioribus. *Mens*, inquit, *nihil aliud praeterquam motus, in partibus quibusdam corporis organici.* Huic, credo, *Cartesius*, quem bruta constat animantia, quae cogitatione tamen omni esse destituta censebat, meras esse machinas docuisse, nondum satis mirabilis & portentosus visus est. Itaque majus sibi sumsit aliquid, atque novum & eximium plane monstrum ac flagitium peperit, ipsos homines docens, naturasque cogitantes nihil esse, nisi machinas & αὐτόματα. Miror vero, cur non etiam coelum esse terram, colorem esse sonum, numerum esse figuram, aut, si quid his ineptius est, defenderit; eodem certe jure, quo cogitationem motum esse *localem* dixit, hoc facere potuisset. Ut haec clara & aperta sint, tanta tamen fuit mentis in antiquis illis *Epicuri* & *Democriti* assectatoribus perversitas & coecitas, ut secum ipsis pugnare mallent, quam veritati manus dare. Nam quum ideo veras in corporibus inesse qualitates negarent, quoniam de nihilo nihil fieri posset, vitam tamen, sensum, & rationem qualitates esse decernebant materiae, & ex ea idcirco gigni posse sine ulla controversia; quam qui suam facit sententiam, is hoc etiam sine ulla controversia probet necesse est, res vere existentes ex nihilo & sine ulla caussa procreari posse.

§. XXIV. Sed nec hoc praetermitti debet, ipsum *Epicurum*, quum libertatem humanae voluntati adserere, fatique necessitatem, quam *Democritus* cum discipulis introduxerat, destruere vellet, aperte professum esse, philosophiae, quam probabat, dogmata huic instituto suo non esse apta & accommodata. Quapropter ipsis rerum initiis seu corpusculorum, ex quibus homines & animalia conflata ducebat esse, motioni libertatis nonnihil sibi relinquendum esse ratus est.

(*) —— *Si semper motus connectitur omnis,*
Et vetere exoritur semper novus ordine certo,
Nec declinando faciunt primordia motus
Principium quoddam, quod fati foedera rumpat,
Ex infinito ne caussam caussa sequatur:

Li-

(*) Lucr. Lib. II. p. 134. Lamb. (vs. 251. p. 309.)

bis ejus expressa satis luculenter & ibi & alias exstet.

Digitized by Google

Liberâ per terras unde haec animantibus exſtat,
Unde eſt haec, inquam, fatis avolſa voluntas?

Cur ita ſentiat, hanc poſtea reddit rationem, *quoniam de nihilo nihil fiat.* Igitur certium aliquem motum extra pondus & plagam ridicule fingit, quem *clinamen principiorum* vocat, ſeu liberam & incertam a perpendiculo atomi declinationem, ne, humanae voluntatis libertati ſerviendo, cui valde favebat, ſcitum illud, quod ſemel amplexus erat, labefactaret: *De nihilo nihil fit.* Placet *Lucretium* hoc exponentem audire:

(*) *Quare in ſeminibus quoque idem fateare neceſſe eſt,*
Eſſe aliam praeter plagas & pondera cauſſam
Motibus, unde haec eſt nobis innata poteſtas:
940 De NIHILO *quoniam* FIERI NIL *poſſe videmus,*

Pon-

(*) Lib. II. vſ. 283. p. 315. L.

(p) *Hominum*] Puerilis & nugatoria eſt tota haec *Epicuri* ſententia de tertio motu atomorum ſeu de *clinamine*, ut *Lucretius* ait, *principiorum*, nec immerito propterea cum a *Cicerone*, tum aliis antiquis irriſa. Quod vero *Cicero Libro de fato Cap.* 10. *p.* 3275. *&* *Cap.* 20. *p.* 3288. *Tom.* IX. *Opp.* & *de finibus bonorum & malor. Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 2347. *Tom.* VIII. *Opp.* & poſt eum plures, praeter *Cudworthum*, alii dixerunt, tantam in hoc homine fuiſſe amentiam, ut *ſine cauſſa* hanc declinationem corpuſculorum fieri, & libertatem idcirco hominum ex nihilo exoriri poſſe ſtatuerit, nullam ſaltim declinationis hujus cauſſam indicarit, id mihi paullo dictum videtur eſſe liberalius. Cauſſas enim nominavit hujus declinationis *Epicurus*, tametſi tales illae ſint, ut ſanae mentis neminem ad aſſentiendum ei commovere queant. Exponam hoc caput philoſophiae *Epicuri*, quoniam nec *Ciceronem*, qui ceteroquin vehementer cum hoc nomine infectatur, nec *Gaſſendum*, nec, quod ſciam, alios de eo multum ſollicitos fuiſſe, video. Et conferet haec diligentia nonnihil, ut arbitror, ad eos retundendos, qui ne hodie quidem *Epicuri* diſciplinam, ac ſi nihil in ea fuiſſet devium & pugnans, commendare nobis ac praedicare deſinunt. Duplicem, quod ex *Lucretio* apparet, declinationem corpuſculorum individuorum ſibi finxit, alteram extra corpus animalium in vacuo & inani ſpatio, alteram in ipſis animalium corporibus. Illam quidem introduxit, quo facilius oſtendere poſſet, quemadmodum mundus ejusque partes ex atomis, ſine ulla cauſſa efficienti, conſtrui potuiſſent: hanc ideo excogitavit, ne fatum *Democriti*, a quo vehementer alienus erat, teſte *Laërtio Lib.* X. *Segm.* 134. *p.* 659. amplecti cogeretur. Utriusque declinationis non eamdem cauſſam attulit, ſed unicuique propriam & peculiarem adſignavit. Extra corpora animalium atomos vi propria declinare, aut propriis ponderibus e recta in obliquam ſaepe lineam ferri, exiſtimavit. Teſtatur hoc *Lucretius de rerum natura Lib.* II. *vſ.* 216. *ſ. p.* 303. *ſ.*

Illud in his quoque te rebus cognoſcere avemus.
Corpora quom deorſum rectum per inane feruntur,
PONDERIBUS PROPRIIS *incerto tempore ferme*
Incertisque locis ſpatio ſe pellere paullum:
Tantum quod nomen mutatum dicere poſſis.

Quibus dictis, ratio cur hanc ſequendam ſibi philoſophus duxerit eſſe ſententiam, quam nos jam attigimus, a poëta explicatur:

Quod niſi declinare ſolerent, omnia deorſum
Imbris uti guttae, caderent per inane profundum:
—— Ita nil umquam natura creaſſet.

Adde quae inferius *vſ.* 288. de re dicit eadem:

PONDUS *enim prohibet, ne plagis omnia fiant.*

Hanc ergo *Epicuri* mentem fuiſſe arbitror, atomorum quasdam, magnitudine ceteris corpuſculis ſuperiores, nec enim omnes atomos ejusdem ducebat eſſe magnitudinis, ipſo pondere ſuo nonnumquam, at temere tamen & fortuito, incitari & compelli, ut a recto curſu abeant, nec in locum inferiorem ad perpendiculum ferantur. Non omnibus corpuſculis, ſed quibusdam eorum tantum, ceteris majoribus, hanc declinationem eſſe ab *Epicuro* attributam, ex re ipſa, niſi fallor, patet. Nam ſi omnes declinare dixiſſet atomos, conſilio ſuo excidiſſet, neque generationem tot varii generis rerum ope huius tertii motus explicare potuiſſet. *Cicero* quidem *Lib.* I. *de finibus bonor. & malor. Cap.* 6. *p.* 2347. dubitat, utrum omni-

Digitized by Google

Pondus enim prohibet, ne plagis omnia fiant,
Externa quasi vi. Sed ne mens ipsa necessum
Intestinum habeat cunctis in rebus agendis,
Et devicta quasi cogatur ferre patique,
Id facit exiguum CLINAMEN PRINCIPIORUM
Nec ratione loci certa, nec tempore certo.

Ergo ipse *Epicurus* non potuit, quin fateretur, libertatem voluntatis, qua valent hominum animi, ex atomis seu materia, quae nihil ejusmodi continet, sed certo definitoque fertur motu, gigni nulla ratione potuisse, si quidem hoc deserere nefas esset philosophiae corpusculis utentis placitum: *Ex nihilo nihil fit.* Nam quod idem excogitavit commentum, esse in atomorum sensu vacuarum motione libertatis quoddam genus, id vehementer est absurdum & intolerabile, idemque valet, ac si diserte dixisset, ex nihilo libertatem nasci (*p*) hominum. Idem vero illud omnibus atomis, an vero nonnullis tantum, hanc declinationem *Epicurus* adscripserit: *Nam si omnes atomi declinabunt, nullae unquam cohaerescent: sive aliae declinabunt, aliae motu suo recte ferentur; primum erit hoc quasi provincias atomis dare, quae recte, quae oblique ferantur; deinde eadem illa atomorum turbulenta concursio hunc mundi ornatum efficere non poterit.* Verum sine caussa vir magnus dubitat: qui si modo rationem expendisset, propter quam hanc atomorum deviam commotionem excogitavit *Epicurus*, fieri per hanc nullo modo potuisse perspexisset, ut omnes, quotquot sunt, atomos una declinare, adseveraret. Nec vero tam hebes & stupidus *Epicurus* erat, ut quae principiis suis convenientia & consentanea essent, aegre intelligeret. Nusquam ceterum memoriae proditum est, qua ratione dogma hoc de gravitate propria atomorum, declinationem earum efficiente, declaraverit; id quod eum tamen fecisse verisimile est, quum rerum omnium causssas a se reddi posse, gloriaretur. Si conjecturis in re vehementer incerta dandum est aliquid, hanc putem ab eo motus legem esse latam: *Fieri potest nonnumquam, ut corpora reliquis majora & idcirco graviora, si a multis premantur levioribus & urgeantur, ipsa pondere suo cogantur de via decedere & oblique ferri, reliquis minoris ponderis recta interim linea descendentibus.* Forte etiam figuris atomorum nonnihil in hoc negotio loci dedit. Quare qui hanc ejus declinationem refellere volebant, eos non aliis, quam physicorum & Geometrarum armis cum homine decertare, legibusque motus veris & minime dubiis constitutis, insanam hominis sententiam ex illis convellere oportebat: quod qua ratione fieri queat, Geometrae & physici viderint. Mihi satis est ostendisse, causssam externae atomorum declinationi datam fuisse ab *Epicuro*, ipsam nempe majoris ponderis atomorum gravitatem.

Interioris vero illius, quae in ipso sit humano corpore, declinationis atomorum, unde libertatis ducebat primordia, longe affert aliam *Epicurus* rationem. Ipsum nempe hominis animum, seu mentem & voluntatem, in pectore residentem, efficere praecipiebat, ut a recta via decederent atomi & talem ingrederentur, qualem ipse homo vellet, cursum. Aequum est, ut hanc ejus fuisse probem sententiam.

Sic ergo *Lucretius*, qui aptissime totam ejus disciplinam exposuit, *Lib.* II. *de natura rerum* vs. 259. *f.* p. 311.

Declinamus item motus, nec tempore certo
Nec regione loci certo, sed UBI IPSA TULIT MENS:
Nam dubio procul his rebus SUA QUOIQUE VOLUNTAS
PRINCIPIUM DAT; *& hinc motus per membra rigantur.*

Hoc quum equorum ex carceribus prorumpentium exemplo illustrasset poëta, vs. 269. p. 313. ita pergit:

Ut videas initium motus (obliqui) a CORDE CREARI
EX ANIMIQUE VOLUNTATE *id procedere primum,*
Inde dari porro per totum corpus & artus.

Interjectis paucis, rem propositam his versibus persequitur:

Semne vides igitur, quamquam vis extera multis
Pellit, & invitos cogit procedere saepe,
Praecipitesque rapit, tamen ESSE IN PECTORE NOSTRO
QUIDDAM, *quod contra pugnare, obstareque possit,*
QUOJUS AD ARBITRIUM *quoque copia materiai*
Cogitur interdum flecti per membra, per artus
Et projecta refraenatur, retroque residit?

Digitized by Google

941 illud praeceptum, quod *Epicuro* hanc confeſſionem expreſſit: *De nihilo nihil oritur*,
obſtat prorſus, ne ſenſum & rationem, mentem & animum in beſtiis & homini-
942 bus ex atomis ſeu materia, cui omnis intelligentia & ſenſus deeſt, procreatum
eſſe credamus. Etenim ſi omnis vita & ratio, omnes animi & mentes ex mor-
tua ſenſusque experte materia profectae eſſent, neque usquam mens & vita quae-
dam ſibi conſtans in rerum natura exſtaret, omnino ſequeretur, omnes reapſe
animos ex nihilo aut ſine cauſſa factos eſſe. Cui conſentaneum eſt, id ſtatuere,
a quo omnis abhorret ſana ratio, res ſibi conſtantes & per ſe ſubſiſtentes ex nihilo
creari poſſe. Non hoc dicimus, vitam & cogitationem, ſenſum & intelligentiam,
ſi ab omni re abſtractae conſiderentur, naturas eſſe per ſe ſubſiſtentes: at hoc
tamen defendimus, eas eſſe aliquid a materia plane ſecretum, nec ut modos ejus
ſpectari debere, ſed naturae corpore vacantis aut affectiones & modos, aut naturales
potius virtutes & proprietates eſſe, illas denique, quibus inſunt, naturas, mentes
nimirum & animos, res eſſe per ſe ſubſiſtentes. Hinc il am proſcr bi & exterminari
plane jubemus tenebricoſam philoſophandi rationem, quae *ex potentia materiae*, ſeu,
quod idem eſt, *ex nihilo*, non modo *ſpecies viſibiles*, ut loquuntur, & *audibiles*,
quarum tamen nemo unus naturam vel ſuſpicione valet attingere, verasque qua-
litates ab omnibus corporum modis ſecretas, quin & *ſubſtantiales formas*, ut vo-
cabulum hujus diſciplinae adhibeam, verum etiam *ſentientes animas*, tam in beſtiis,
quam hominibus, produci docet. Namque certus ego ſum, hanc rationem ad
ſummam erga Deum impietatem munire viam. Vitam, ſenſum, cogitationem,
& conſcientiam ſi ex bruta, inerti, ſenſuque vacua materia nil impedit genera-
ri, nil ego, quod repugnet, video, cur non eadem rerum omnium fons, prin-
cipium, & origo credatur. Neque habent aliquid, qui hac diſciplina delectantur,
quo doceant, mentes rationis participes ex materia procreari non poſſe; praeſer-
tim,

Neminem hi verſus dubitare ſinunt, *Epicurum* origines motus obliqui corpuſculorum in homine repetiſſe a *voluntate*, *ab animo*, *a corde*, *a mente in pectore poſita*, tamquam ab efficiente cauſſa ſeu principio ſuo. Sed ſi usquam, hoc certe loco, philoſophia ejus infirma eſt, debilis, &, ut uno verbo complectar omnia, nihil minus, quam philoſophia, quae certis niti debet & perſpicuis rationibus. Animus, inquit *Epicurus*, & voluntas hominis cauſſa eſt illa, propter quam corpuſcula naturalem motum ſuum, quo deorſum feruntur, deſerunt & obliqua feruntur via. Haec, ſi verba ſpectentur, philoſophum ſapiunt & ſpeciem aliquam habere videntur: verum ſi ſententia verbis ſubjecta ponderetur, anicula digniora ſunt, quam philoſopho. Animus quid eſt, ex ſententia *Epicuri*? Eſt coagmentatio corpuſculorum leviſſimorum & rotundorum per univerſum corpus ſparſa, cujus ea pars, quae rationis eſt particeps, in pectore verſatur. *Diogenes Laërtius Lib.* X. *Segm.* 63. *p.* 629. ἡ ψυχὴ σῶμα ἐκ λεπτομερῶν, πανταχοῦ τοῦ ὅλου τὸ ἄθροισμα παρεσπαρμένον. *Anima corpus eſt tenuibus partibus conſtans, per totam congregationem diſſeminatum.* Paullo poſt *Segm.* 66. *p.* 630. clarius loquitur: λέγει (Ἐπίκουρος) ψυχὴν ἐξ ἀτόμων συγκεῖσθαι λειοτάτων καὶ στρογγυλωτάτων —— καὶ τὸ μέντοι πνεῦμα ἄλογον εἶναι ὁ τῷ λοιπῷ παραπλήσιον σώματι, τὸ δὲ λογικὸν, ὁ ἐν τῷ στήθει. *Animam perhibet Epicurus ex leviſſimis atomis atque rotundiſſimis eſſe compoſitam* —— *atque partem ejus, quae ratione careat, in corpore reliquo diſperſam eſſe, rationalem autem partem in pectore ſedem habere.* Adde *Lucretium de rerum natura Lib.* III. *vſ.* 205. *ſ. p.* 509. *ſ.* Videtur, ut multa alia, hanc a *Democrito* ſententiam de animi natura ſumſiſſe, quem praeter alios, *Cicero* teſtatur *Diſput. Tuſculan. Lib.* I. *Cap.* 11. *p.* 2575. & *Cap.* 18. *p.* 2589. *Tom.* VIII. *Opp. Animum levibus & rotundis corpuſculis effeciſſe concurſu quodam fortuito.* Pulcre igitur & praeclare, quid ſibi velit magnifica illa *Epicuri* oratio, tenemus. Vis ejus haec eſt: Concretio quaedam atomorum leviſſimarum, rotundarum, & ignearum, quae in pectore humano ſedem ſuam habet, urget ſaepenumero graviores atomos, ad perpendiculum ſuopte nutu deſcendentes, ut deflectant a recta linea & alio ferantur. Sapienter profecto! Concedamus primum, fieri omnino poſſe, ut impetus ille & ignea vis atomorum leviſſimarum & velociſſimarum natura ſua, alia corpuſcula curſum ſuum mutare cogat. Sed quid, quaeſo, demum eſt, quo tenuiſſima illa moles corpuculorum incitatur & impellitur, ut in reliquas atomos praeceps ruat, easque de ſtatu & motu ſuo dejiciat?

Digitized by Google

tim, quum iidem omnes animas *tabularum* similes esse *rasarum* tueantur, in quibus nihil sit inscriptum, praeter id, quod a rebus externis accipiant, nihilque esse disputent in animo, quod non antea fuerit in sensu. Quod si ita sese habet, a sensu omnis oritur scientia & cognitio: intelligentia vero res tantum est secundaria & a sensibus derivata, quibus idcirco inferior haud dubie & incertior erit.

§. XXV. Hactenus ratione prorsus invita & reluctante statui, docuimus, ex materia, quaecumque sunt in rerum natura, efformata & facta esse omnia. In primis fieri nulla ratione potuisse docuimus, ut vita & sensus, mens & ratio per motum quemdam ex ea generarentur. Etenim hae res quum materiae minime sint modi aut affectiones, tum demum hoc, quod diximus, affirmare licebit, si res vere sibi constantes ex nihilo factas esse, concesserimus. Verum metuo, ne futuri forte sint, qui secum cogitent, materiam, si minus lege & vi motus, alia tamen ratione per efficientiam quamdam ingenii nostri modum excedentem, mentes & animos ex se gignere posse. His ut occurramus, postremo addimus, nullam naturam valere ad novam rem, quae antea non fuit, per se subsistentem fingendam, nisi pari saltim, qua res haec, gaudeat perfectione virtutemque in se creandi & producendi contineat. Neminem vero tam a ratione aversum arbitror, ut quamlibet materiae aut pulveris particulam tantum habere absolutionis in se, quantum anima habet rationis compos in hominibus, sibi persuadeat, aut, materiam, quae patiendi tantum facultate valet, creandi virtute illa praeditam esse, statuat, quam naturae multo perfectiori attribuere recusat. Neutrum enim horum licet statuere, nisi iterum affirmare velis, fieri posse, ut ex nihilo aut sine ulla caussa res quaedam & natura nova exsistat. Quare sic ratio concludenda erit, si 943
vel illud assumas scitum, veroque sensu suo probes, quo tantopere nos terrent
Dei

ciat? Num externa quaedam vis & caussa? An vero interior? Si externa vis eas impellit, ad fatum revolvimur, quod tantopere formidat *Epicurus*, & per singulare hoc inventum declinationis atomorum effugere studet. Nam qui ab externa vi producitur motus, necessarius est haud dubie; atque haec exterior caussa aliis rursus connexa erit caussis antecedentibus, quibus omnis tollitur libertas voluntatis. *Cicero* jam animadvertit *Libro de fato* Cap. 20. p. 3288. confirmari potius ab *Epicuro* fatum, quam tolli: *Nec vero*, inquit, *quisquam magis confirmare mihi videtur non modo fatum, verum etiam necessitatem & vim omnium rerum, sustulisseque motus animi voluntarios, quam hic, qui aliter obsistere fato fatetur se non potuisse, nisi ad has commentitias declinationes confugisset*, & quae sequuntur. Quamquam, fateor, non iis *Cicero* rationibus hanc caussam & accusationem communit, quibus, si vixisset tum, nihil *Epicurus* respondere potuisset: de quo nunc aliquid commentari, propositi natura prohibeor. Verum respuit vim & caussam eiusmodi externam philosophus noster & interiori vi sua, seu *voluntate* concitari leves illas & rotundas atomos opinatur, ut in reliquas graviores incurrant. Explicet ergo nobis, si potest, quaenam haec sit vis interior & insita. Corpora levia & rotunda decernere constituereque posse, velle sese in reliquas ruere atomos, rectumque earum cursum impedire, propositumque illud exequi, id aenigma est, quod ne Oedipus quidem explicet, aut potius oratio est sensu vacua, cui nulla vis & significatio subest. Et quid tandem movet eas, ut decernant & constituant? Num interior an vero exterior vis? Naturalis, dicet *Epicurus*, haec est voluntas atomorum, naturale decretum, naturalis denique, qui nascitur inde motus. Sit, nec enim longam placet inchoare adversus tam ineptam sententiam disputationem, sit ergo naturalis: verum ita quoque faralis erit. Quod enim naturaliter fit, id necessario fit. Necessitate naturae si leviores atomi feruntur in graviores, & cursum earum sistunt aut mutant, actum de omni libertate erit, nec modo iste impetus voluntatis, qui declinare cogit atomos, sed etiam ipsa illa declinatio necessitate naturae fiet & eveniet. Sic ergo concludamus, tametsi utriusque declinationis atomorum caussam aliquam nominet *Epicurus*, proprie tamen nullam ab eo nominari, & *Ciceronem* idcirco, quem *Cudworthius* cum aliis sequitur, certo sensu non male dixisse, nihilum voluisse eum rei alicujus caussam esse, aut a nulla caussa hunc tertium repetisse atomorum motum.

Dei adverſarii: *Ex nihilo nihil fit*, id eſt, Nihil ſine cauſſa naſci poteſt, aut: Nihilum cauſſa non eſſe poteſt rei alicujus, totam generis hujus diſciplinam & rationem futilem, abſurdam, & a veritate prorſus alienam cuivis ſapienti videri debere. Jam nulla quaedam media diſciplina eſt inter eorum, qui Deum eſſe fatentur, & eorum, qui negant eumdem eſſe, doctrinam. Aut fatendum eſt, ex materia ſenſu vacua, quae ſunt, orta eſſe omnia, aut a mente perfectiſſima profecta eſſe univerſa, ſtatuendum. Quocirca demonſtratio haecce noſtra, quae homines Deo inimicos commentis ingenium nutrire, quae fieri nequeunt, declarat, id ſimul extra controverſiam collocat, eſſe Deum. Etenim ex eo argumentorum genere haec eſt concluſio, quod Geometrae *deductionem ad impoſſibile* vocare ſolent, frequenterque, ut validum & certum, adhibent. Breviter ſic ratio adſtringitur: Aut Deus eſt, aut materiam concedere fas eſt, unam eſſe illam naturam ſibi conſtantem, unde quae exſiſtunt, generata ſunt omnia. At credere nos vetat ratio, res omnes ex materia ſenſu deſtituta factas eſſe. Igitur Deus eſt. Haec licet convelli nequeant, nos tamen, ne ullum cuiquam dubitandi relinquamus locum, nunc etiam demonſtrare conabimur, praeceptum hoc rationis, ad quod tamquam ad aram confugiunt religionum irriſores, ne Deum cogantur agnoſcere: *De nihilo nihil*, aut: *Nihil ſine cauſſa fieri poteſt*, recta via homines huc ducere, ut non poſſint non fateri, Deum eſſe.

§. XXVI. Principium demonſtrationis ab eo ducemus, quod ſupra jam planum fecimus aliquoties: Nihil certius eſſe ac evidentius, quam hoc, exſtitiſſe aliquid per ſe ex omni aeternitate ſine ullo initio. Hujus veritatis unicum praeſidium ac fundamentum hoc ipſum eſt, de loquimur, dogma: *Nihil fieri & exſiſtere poteſt ex nihilo*, aut: Nihil, quod antea non fuit, ſemetipſum, nulla cauſſa praegreſſa, generare ac fingere valet. Ex quo quidem ſine ulla hoc conſequitur controverſia: Si nihil fuiſſet aliquando, numquam futurum fuiſſe, ut eſſet aliquid. Hoc dato, id ſumimus jure noſtro, quod huic decreto congruens & conveniens eſt: Quum certum ſit, ex omni aeternitate exſtitiſſe aliquid nec factum, nec creatum, naturam oportet eſſe neceſſario per ſe exſiſtentem. Etenim ſi quis conſtitueret, rem aliquam ex infinito tempore ſuo arbitratu & voluntate, nec idcirco neceſſario, ſed libere exſtitiſſe, ac, ſi voluiſſet, non exſiſtere potuiſſe, is vero doceret rem illam exſtitiſſe, ante quam exſtitiſſet atque ſui ipſius efficientem fuiſſe cauſſam: quod quidem, quemadmodum docuimus jam, omni plane rationi adverſatur. Quocirca quando res quaedam ex ſe exſtitiſſe, aut ſui ipſius fuiſſe cauſſa dicitur, tum hoc ita tantum intelligi debet: Nullam ſui cauſſam habuiſſe rem illam, aut neceſſitatem ex omni aeternitate exſiſtendi cum natura ejus conjunctam eſſe. Igitur quae res ex infinito tempore per ſe exſiſtit, nec ex ulla re alia pendet, ea non libere, ſed neceſſario exſiſtit: ex quo conficitur, non poſſe non eſſe naturam quamdam, quae ſemper neceſſario exſtiterit & exſiſtat. Cui quidem veritati hoc connexum eſt, nihil poſſe ex ſe ipſo neceſſario exſiſtere, praeter id unum, quod ipſa natura ſua neceſſitatem exſiſtendi complectitur & continet. Etenim ſi aliquid ex ſe ipſo poſſet neceſſario exſiſtere, in cujus natura tamen neceſſitas ex-

(q) *Ariſtotelis*] *Ex Lib. I. Metaphyſ. Cap. 6. p. 273. Tom. IV. Opp.* Qui in ora exteriori libri laudatur *Porphyrii* locus, extat in *Sententiis ejus ad intelligibilia ducentibus. §. 21. p. 226. ed. Cantabr.*

(r) *Dixerit*] Paullo hic fortaſſis ſeverior adverſus eos, qui de prima quadam corporum materia ſubtiliter olim diſſeruerunt, nonnullis videbitur vir praeſtantiſſimus. Non ego probo genus hoc, aut

Digitized by

exſiſtendi non ineſſet, ſequeretur, neceſſitatem exſiſtendi, quam res illa haberet, ex nihilo eſſe ortam, eo quod neque ab ipſa illa re, neque ab alia quadam cauſſa, proficiſci potuiſſet. Poſtremo hoc ponimus: Nihil ipſa natura ſua neceſſitatem exſiſtendi continet ac complectitur, niſi id, quod omnibus abſolutum numeris & perfectum eſt. Quae omnia ſi colligas & accurate ponderes, haec inde manare ſenties decreta: Deus ſeu mens perfectiſſima certe exſiſtit. Praeter hunc vero nulla res alia per ſe ex infinito tempore neceſſario & ſine ulla cauſſa exſiſtit. Ergo quae ſunt omnia praeterea, ex eo nata ſunt, originemque ei ſuam unice debent; nec ipſa eximitur ab illis materia ſeu moles corporea.

§. XXVII. Quod nonnulli ex ipſis divinitatis adſertoribus hac in parte titubarunt, propenſique fuerunt ad credendum, materiam quoque ab aeterno exſtitiſſe, nec factam eſſe, id duabus ex cauſſis proveniſſe arbitror. Primum, quod jam antea monuimus, exemplum illis nocuit opificum, quos nihil conſtat fabricari, nullam domum exſtruere, veſtem nullam contexere poſſe, niſi praeſto & paratam habeant materiam. Hac illi ratione, temere licet ac imprudenter, inducti fuerunt, quo nullam decernerent naturam tantis inſtructam eſſe viribus, ut creare aliquid poſſet, nulla ſuppeditata materia. A qua tamen eos ſententia ipſi homines abducere potuiſſent, quos certum eſt quaedam, ut cogitationes no- 944
vumque motum, ex nulla producere poſſe materia. Deinde opiniones quaedam falſae de materiae natura & indole in hanc eos ſententiam impulerunt. Principio quidam eorum, qui Deum profeſſi ſunt, *ὕλην ἀσώματον*, certam quamdam primam materiam corporis inopem, cogitatione ſibi finxerunt: ex qua materia corpore vacua, adjuncta forma ſimiliter corporis experte, corporum exiſtimabant initia compoſita & coagmentata eſſe. In quo ego vehementer miror, non eo usque inſaniiſſe genus hoc fanaticorum philoſophorum, ut etiam ex hac materia corpore vacante, ope formae a corpore ſimiliter relictae, qualitates corporum a corpore pariter abſtractas eſſe generatas praeciperent. Haec vero materia corpore carens aut nihil omnino eſt, aut Metaphyſica quaedam notio, *potentialitatis*, ut ita loquar, ſeu *poſſibilitatis* omnium rerum, reſpectu Dei: Quae quidem rerum proprietas, quia nihil eſt, quam ipſa Dei potentia extra actum conſiderata, reapſe aeterna eſt & aeque, atque ipſe Deus, principii omnis expers. Quod quum ſecum expenderet genus hoc philoſophorum, ſenſim, niſi me fallit opinio, eo pervenit, ut materiam quoque univerſitatis hujus phyſicam nil dubitaret aeternam eſſe, nec umquam factam. Nec vero eſt, cur ſibi perſuadeat aliquis, hanc de ὕλῃ ſeu materia corpore vacua ſententiam recentius excogitatam eſſe, nullisque placuiſſe, niſi recentioribus quibusdam *Platonis* aſſeclis. (*) Quod enim haec (q) *Ariſtotelis* verba docent ex *libris Metaphyſicorum*, jam ante ipſum *Ariſtotelem* viguit: *οἱ μὲν γὰρ ὡς ὕλην ἢ τὸ ἐσχατὸν λέγουσιν, ἐάν τε σῶμα, ἐάν τε ἀσώματον τιθῶσιν.. Quidam de principio loquuntur, tamquam materia, ſive eam dicant eſſe corpoream, ſive incorpoream.* Ego vero eum optime omnium de hac ratione pronuntiaturum eſſe putem, qui materiam hanc corpore vacantem genus eſſe quoddam Metaphyſicae ſtultitiae (r) dixerit. Rurſus alios idcirco factos eſſe propenſiores judico ad amplectendum multa in veterum de materia praeceptis eſſe nego, quae ſpeciem potius ſapientiae, quam ipſam ejus

(*) Ita Porphyrius: *Τῆς ὕλης τὰ ἴδια κατὰ τοὺς ἀρχαίους τάδε· ἀσώματον* &c. *v. r. λ.* Materiae proprietates ſecundum antiquos hae ſunt, quod ſit incorporea &c.

945 amplexandam hanc de materiae perennitate ſententiam, quod non diſcrepare cen-
946 ſerent materiam a ſpatio, ſpatium vero infinitum & aeternum eſſe, propterea-
que ex-

ejus naturam, habent: at ſimul tamen certus pro-pe ſum, injuriam nonnumquam illis ab adverſariis inferri, nec pauca eorum dicta, tametſi primo nobis adſpectu, qui aliis vocabulis utimur & diverſo more philoſophamur, abſurda & inficeta videantur, commode explicari poſſe. Et in his ipſum illud eſſe ſcitum, opinor, quod hic & alias vehementer exagitat vir eximius: *Materia corporis eſt expers:* quod quidem nobis non alia de cauſſa tam ridiculum & inſanum ducitur, quam quod vetera vocabula & antiquam philoſophandi normam abjecimus. Qui ſuperiori ſaeculo *Epicuri* & *Democriti* corpuſcula in lucem revocarunt, hisque, adjunctis morus legibus, totius naturae rerum conſtructionem & fabricationem commiſerunt, nulli pepercerunt operae, ut veterem Peripateticorum phyſicam infamarent & convitiis ac maledictis veluti obruerent: cujus phyſicae quum hoc de materia prima dogma, quod Peripateticis certa ratione cum Platonicis commune eſt, non poſtrema pars ſit, in illud maxime impetum omnem converterunt. [Non abeſt multum ab his cogitationibus *Leibnitius Epp. Vol.* II. *p.* 126. Conf. ea, quae idem dixit *Vol.* III. *p.* 27. *f.* Adde vero *Thomaſium* in *Reſp.* ibid. *p.* 32. *f.*] In illa igitur familia quum nomen ſuum profeſſus ſit *Cudworthus*, quidnam commoverit eum, ut tam inclementem ſententiam in illos, qui *primam* eſſe ſtatuunt *materiam* quamdam, ferret, facile intelligitur. Sed hoc nunc non agimus, ut omnem veterum Phyſicorum de ὕλῃ ſeu *materia prima* doctrinam vel explicemus, vel defendamus: paucis tantum obſervationibus ea, quae hic dicta ſunt, ſic illuſtrabimus, ut aliqua ratione antiquae ſimul philoſophiae praecepta declaremus.

(I.) Suſpicatur vir doctiſſimus, veterum inficetas de materia prima ſententias eo multos adduxiſſe, ut materiam initii expertem eſſe ac aeternam crederent: Primam enim materiam nihil eſſe, quam notionem Metaphyſicam perfectionis cujusdam divinae: quae perfectio quum ab ipſo proprie non differat Deo, ideoque aeterna ſit, ea re factum eſſe, ut philoſophi quidam hanc proprietatem ad phyſicam quoque materiam transferrent, eamque aeternam eſſe, ſciſcerent. Ex acumine & ingenio ſi aeſtimanda eſt haec conjectura, laudem certe meretur: at ſi ex veritate, parum videtur mihi probabilis eſſe. Fateor, factum eſſe ſaepenumero, ut philoſophi a notionibus & viſis animi ſui ſubito ad res ipſas tranſirent, idque extra ſe reapſe exiſtere, ſibi perſuaderent, quod in mentibus eorum unice verſabatur. Hac autem in re num idem contigerit, aut contingere potuerit, vehementer dubito. Aſſumit hic tria vir doctiſſimus, quae neſcio num daturus ei ſit aliquis harum rerum peritus: primo materiam primam nil eſſe, niſi notionem metaphyſicam: deinde, non neſciviſſe hoc prorſus philoſophos illos, qui de hac materia tam acute inter ſe rixati ſunt: poſtremo, duplicem hoc genus materiam, alteram phyſicam, alteram metaphyſicam, profeſſum eſſe, & ad hanc temere tranſtuliſſe, quae ſuperiori unice conveniebant. Nihil horum, meo quidem judicio, abſolute ac ſimpliciter verum eſt. Eſt, non nego, materia prima, quatenus ab omni corpore ſecreta eſt, notio quaedam animi: neque tamen talis, ut nihil ei veri & corporei extra mentem & animum reſpondeat. Illi vero, qui de hac quondam differebant materia, tantum abeſt, ut merum eam viſum eſſe ducerent, ut potius in eam ut rem vere exiſtentem & naturalem intuerentur. Neque ab hac nos ſententia id dimovere debet, quod cum Ariſtotelici, tum Platonici varios de ea loquendi modos adhibuerunt, qui omnem illi materiae veram derogare videntur exiſtentiam. Nam, quod antea jam dixi, hi loquendi modi non ex noſtris formulis & dicendi modis aeſtimari, ſed ad veterum philoſophandi rationem expendi debent: quod ſi fiat, longe minus abſurdi & inepti nobis eſſe videbuntur. Offendit, verbi cauſſa, multos, quod Platonici, *Plotinus*, *Porphyrius*, & Ariſtotelicorum nonnulli *materiam* ſeu ὕλην vocare ſolent μὴ ὄν, *non ens.* Vid. *Porphyrius* in *Sententiis ad intelligibilia ducentibus* §. 21. *p.* 226. *Plotinus* περὶ ὕλης *Ennead.* II. *Lib.* IV. *Cap.* 16. *p.* 169. & *Libro de impaſſibilitate incorporeor. Ennead.* III. *Lib.* VI. *Cap.* 7. *p.* 210. Namque vocabulum hoc idem putant ſignificare, quod apud nos hodie *nihilum* denotat. Quare quum poſtea eosdem philoſophos audiunt de materia, tamquam de re vere exiſtente, differere, Deum hominumque fidem implorant, amentiam veterum philoſophorum execrantur, *materiam* denique eorum *primam* rem eſſe ridiculam & valde jocoſam, quae & ſit & non ſit, clamant. Longe vero aliter hi ſentirent, ſi *Platonis* orationem a noſtra multum diſcrepare, *nihilum*que Platonicum noſtro *nihilo* haud eſſe cognatum, recordarentur. NIHIL, inquit *Cicero Tuſculan. diſput. Lib.* I. *Cap.* 24. *p.* 2598. *Tom.* VIII. *Opp. Plato putat eſſe, quod oriatur & intereat, idque ſolum* ESSE, *quod ſemper tale ſit.* Non minus abſonum videtur aliis, quod Platonici ὕλην ſeu materiam perpeti poſſe aliquid negant. Vid. *Plotinus de impaſſibilitate rerum incorporear. Cap.* 8. *p.* 311. Qui ſi noſſent, in hac ſchola πάσχειν ſeu *pati* idem eſſe, quod *mutari* & *corrumpi*, materiam vero ab eadem inter res ſimplices, in quas nulla cadit mutatio, relatam eſſe, mirari dogma hoc deſinerent,

mi-

exſiſtere neceſſario, ducerent. His ita primum occurrimus. Si vel certum atque 947
exploratum eſſet, ſpatium & diſtantiam non modo infinitam eſſe ſeu nullis termi- 948
nis

mitiusque ſaltim de eo judicarent. Dediſcant ante omnia, neceſſe eſt, recentiorum philoſophorum ſermonem, qui de veterum ſcitis & praeceptis ſine errore judicare volunt. Quod de duplici materia, phyſica & metaphyſica, tranſituque ab hac ad illam in mentem ſibi venire paſſus eſt doctiſſimus *Cudworthus*, id fundamento plane caret. Unam enim tantum ὕλην ſeu materiam, eamque phyſicam, hi philoſophi proprie agnoſcebant. Non ſum inſcius, dividi a nonnullis recentiorum Platonicorum materiam in *intelligibilem* & *ſenſibilem*, vel in eam, quae eſt in mundo, quem κόσμον vocabant, & eam, quae in adſpectabili verſatur mundo. Lege *Plotinum Libro de materia Cap.* 3. *ſ. p.* 160 *ſ.* ubi multis diſputat, eſſe quoque in mundo σώματα aliquid materiae reſpondens. Verum, ut multa omittam alia, haec *intelligibilis materia* non eſt illa, quam ἀσώματον, *a corpore ſemotam*, veteres nominant: de qua tamen hic unice agitur

(II.) Multo plus his omnibus accedet lucis, ſi veterum philoſophorum de materia ἀσωμάτῳ ſeu *corporis experte* dogma dilucidius expoſuero & declaravero. Quotquot olim philoſophati ſunt, eſſe aliquid conſenſerunt, ex quo prima conflata eſſent omnium, quae in ſenſus noſtros incurrunt, principia, ſeu τὸ τί ἐν τῷ ὑποκειμένῳ νοεῖν: *aliquid, quod ſubjectum ſit omnibus corporibus & ad formas recipiendas aptum*, ut *Plotini* verbis utar, Libro περὶ ὕλης, *Cap.* 1. *p.* 159. Veteres quomodo hanc rem appellaverint, non ſatis nobis hodie cognitum eſt: nam nomen ὕλης recentius eſſe, vel hinc conſtat, quod nec *Ocellus Lucanus in libello de univerſo*, nec *Plato* illud adhibuerunt. Procedenti vero tempore vox ὕλης, qua *artificioſa* alioquin vocari *materia* ſolebat, & apud *Platonem* etiam vocatur, ad hanc *naturalem* accommodata eſt *materiam*. Idque Graecorum inſtitutum Latini ſunt imitati, quippe qui pariter nomen *materia*, quod materiae, qua opifices utuntur, olim proprium erat, ad hanc traxerunt naturam, quae corporibus omnibus putabatur ſubjecta eſſe. Alii, ut *Chalcidius*, verbum Graecum ὕλη nomine Latino *ſylva* expreſſerunt. Quaenam vero eſſet indoles principis illius naturae, ex qua cunctorum putabant corporum conſiſtere elementa, id non aeque exploratum & cognitum habebatur. Itaque in varias philoſophi ſectas ſciſſi ſunt, quae tamen ad primarias duas commode poſſunt revocari. Alii enim qualitatibus & inſitis affectionibus principem rerum omnium materiam donarunt: alii materiam in ſe ſpectatam ſimplicem & omni plane qualitate orbam & deſtitutam eſſe, aptam tamen ad qualitates omnes & formas recipiendas, ſtatuerunt. Quidquid eſt veterum de natura rerum opinionum, id ad alteram harum claſſium referri poteſt: ſed utraque rurſus in varias minores familias diviſa eſt, quas nunc accurato ſtudio enumerare propoſitum haud patitur. Ad ſuperiorem omnes illi pertinent phyſici, qui vel aquam, vel aërem, vel ignem, vel terram, vel naturam ex his omnibus conflatam & concretam, pro primo rerum habuerunt principio: quippe qui omnes unam aut plures qualitates in ipſa inſitas eſſe materia cenſuerunt. De poſteriori genere paullo poſt accuratius commentabimur. Inter utrasque familias has media veluti interjecta eſt *Democriti*, *Epicuri*, & reliquorum, qui atomos & corpuſcula rerum omnium poſuerunt eſſe initia, diſciplina. Namque haec qualitates quidem primae materiae adimit: qua in re ad poſteriorem claſſem accedit: at magnitudinem ſimul & figuram illi relinquit: quo quidem cum ſuperiori familia certa ratione conjungitur. At ſunt tamen inter veteres, qui *Democriti* ſectam ad alteram familiarum illarum, quas antea nominavimus, referunt, ut *Sextus Empiricus*, *Plutarchus*, & alii, quod quidem ſi modo genus, cui ſubjicitur ſchola haec, in ſuas recte & accurate diſtribuatur ſpecies, non invita ratione facere licebit: id quod in ſequentibus planum faciemus.

Binae hae familiae phyſicorum, ad quas omnes revocari poſſe reliquas, antea pronuntiavimus, ita vulgo, quum adultior facta eſſet philoſophia, ſejungebantur, ut illa, quae qualitatibus privabat materiam, diceretur eam ἀσώματον ſeu *incorpoream* facere, haec vero, quae qualitates cum materia ſociabat σωματον ſeu σῶμα, *corpus* aut *corporeum*. Primus, apud quem haec diviſio legitur, *Ariſtoteles* eſt *Lib.* 1. *Metaphyſ. Cap.* 6. *p.* 273. *Tom.* IV. *Opp.* Locum *Cudworthus* attulit. Et veri plane ſimile eſt, quum nusquam ejus alias meminerit *Ariſtoteles*, primum ejus auctorem hunc ipſum exſtitiſſe philoſophum. Poſt *Ariſtotelem* frequentius apud eos apparet, qui veterum de natura rerum opiniones perſequuti ſunt, aut ipſimet in veras ejus rationes inquiſiverunt. Eos, qui ab omni qualitate ac figura materiam abſtraxerunt, dictos eſſe materiam facere ἀσώματον, ex illis abunde conſtabit, quae paullo poſt producemus, teſtimoniis: nunc binis tantum locis, quos ex multis ſelegi aliis, teſtatum faciam, illis, qui qualitates & formas attribuerunt materiae, adſcriptum olim fuiſſe, quod materiam σῶμα & *corpus* eſſe judicarent. Prior teſtis *Ariſtoteles* eſto, qui *Natural. Auſcult. Lib* 1. *Cap.* 5. *p.* 451. *Tom.* 1. *Opp.* οἱ μὲν γὰρ ἓν ποιοῦντες τὸ ὑποκείμενον ΣΩΜΑ τὸ ἑτερομερὲς, ἢ ὕδωρ τι, ἢ ἄλλο, ἃ ἐστὶ πυρὸς μὲν πυκνότερα, ἀέρος δὲ λεπτότερα, τἆλλα γίνεσθαι. *Alii quidem*

948 nis definitam, verum etiam aeternam, multi tamen sunt, qui ex eo consequi ne-
949 gant, materiam quoque infinitam esse, aeternam, exsistereque necessario. Neque

(physicorum) *unum aliquod corpus rerum omnium esse statuunt materiam, nempe aut trium elementorum aliquod, aut aliud, quod est igne densius, aëre rarius; reliqua gignunt.* Alter *Plutarchus*, cuius *ex Lib.* I. *de placitis philos. Cap.* 9. *p.* 882. *Tom.* I. *Opp.* haec verba sunt: οἱ δὲ ὕδωρ λέγουσι, ἢ γῆν, ἢ πῦρ, ἢ ἀέρα τὴν ὕλην, ἄλλοι ἄμφω μόνα λέγουσι, ἀπὸ ΣΩΜΑ. *Qui pro materia aquam, terram, ignem, aëremque ponunt, ii jam non informem dicunt esse materiam, sed* CORPUS. Exstat etiam haec veterum physicorum, de qua loquimur, distributio apud *Sextum Empiricum Lib.* IX. *adversus Mathematicos Cap.* 5. *p.* 619. Verum hic aut perperam eam intellexit, aut studiose pervertit, quod solet interdum, quum veterum philosophorum scita refert, ut habeat, contra quod disputet: περὶ τούτων, inquit, ἀνωτάτω μὲν ἀρχικωτάτων στοιχείων δύο φασὶ γεγόνασι τὰ πάντα —— οἱ μὲν σώματα ἔλεξαν εἶναι τὰ τῶν ὄντων στοιχεῖα, οἱ δὲ ἀσώματα. *De summis & quae vim principiorum maxime habent elementis, duae quidem fuerunt praecipuae sectae.* —— *Nam alii dixerunt esse corpora rerum elementa, alii incorporea.* In prieri genere veteres fere omnes physicos, *Democritum* etiam & *Epicurum* ponit, quod jam diximus, ferri posse quodammodo: ad alterum vero genus quum pergit, manifesto peccat: τούτων δή, inquit §. 364. *p.* 621. ἀσώματα δογματίζουσι, οἱ μὲν περὶ Πυθαγόραν τὰς ἀρίθμους ἔλεξαν πάντων ἀρχάς· οἱ δὲ Μαθηματικοὶ τὰ πέρατα τῶν σωμάτων, οἱ δὲ περὶ τὸν Πλάτωνα, τὰς ἰδέας. *Ex iis autem, qui incorporea censent esse principia, Pythagoras quidem dixit numeros esse rerum omnium principia, Mathematici fines, sive extrema corporum, Plato ideas.* Imperite prorsus & insipienter! Qui rerum principia corpore privare quondam dicebantur, illi erant, qui materiam primam qualitate, quantitate, & forma plane spoliabant. Nec tam ineptus umquam vel *Pythagoras*, vel *Plato*, vel ullus fuit Geometra, ut aut numeros, aut rerum formas, aut extremitates corporum pro prima rerum materia aut principio haberet. *Plato* est in illis, qui materiam dicunt esse ἀσώματον, sed vehementer erravit *Sextus*, si persuasit sibi, hanc ὕλην ἀσώματον *Platonis ideas* seu rerum esse species. Numerat *Plato* formas rerum inter eas res, quae ipsi audiunt ἀσώματα. *Plutarchus de placitis philos. Lib.* I. *Cap.* 10. *p.* 882. *Tom.* I. *Opp.* Ἰδέα ἐστὶ φύσις ἀσώματος. *Idea natura est incorporea.* Verum ita minime deliravit, ut solas *ideas* rerum esse omnium initia statueret, omnemque prorsus materiam corpoream tolleret. Quae nostra passim aetate dominatur sive incuria & negligentia, sive malitia & perversitas, multosque adducit, ut aliorum sententias mutilent, depravent, adulterent, ea omni tempore viguit & eorum etiam, qui hodie in summa sapientiae laude positi sunt, animos invasit quondam & corrupit. Quod quoniam plerique non animadvertunt, ideo veterum dogmata talia fuisse non raro tradunt, qualia ne tonsores quidem hodie aut bubulci recipiant.

Sed studiosius aliquanto in hanc rem inquiram, nec modo unde venerit antiqua haec physicorum distributio docebo, verum etiam, quinam illi fuerint, qui materiam corporis expertem esse putarunt, & quae vis & sententia sit hujus dogmatis, exponam. Nec enim, nisi hoc fecero, intelligi recte poterit, utrum tam fatua & stulta sit haec sententia, ut *Cudworthus* autumat, & plerique omnes censent, qui corpusculis & legibus mechanicis naturam rerum metiuntur, an vero aliqua ratione tolerari queat. Ab originibus divisionis hujus ut exordiar, quid veteres commoverit, ut materiam qualitatibus praeditam σώματον seu *corpoream*, nudam vero qualitatibus & formis eamdem ἀσώματον, seu a *corpore semotam*, appellarent, vix cuiquam constare poterit, antequam eorum de natura corporis opinionem tenuerit. Vocabulum σῶμα antiquissimis temporibus apud Graecos, a quibus omnis ad Latinos philosophia manavit, tam late fuit usurpatum, ut omnem naturam, quae sub sensus cadit, designaret. Quapropter nec primam rerum omnium materiam σῶμα dicere sunt veriti. Apparet hoc ex vetustissimo scriptore, *Ocello Lucano*, περὶ τῶ παντὸς *Cap.* 2. *p.* 516. qui materiam ita definit: Τὸ μὲν ἀφὴν ὑφιζάνον ΣΩΜΑ πᾶσι τοῖς εἰς γένεσιν ἐρχομένοις. *Corpus contrectabile, quod omnibus rebus, ad quas ortus venit, subjectum est.* Idem *p.* 519. eamdem: ΣΩΜΑ αἰσθητὸν, *corpus, quod sensu percipi potest*, vocat. Accuratius vero postea quum philosophari Graeci inciperent, notionem corporis coarctarunt, eaque de caussa σῶμα & ὕλην sejunxerunt. Variae quidem sunt apud antiquos corporis definitiones, uti hodie, de quibus *Sextum Empiricum* legi velim, *Lib.* I. *adversus physicos Cap.* 5. *p.* 619. At generatim tamen plerique omnes corpus id esse dicunt, quod ex forma & materia, seu ex materia & qualitate, ut alii loquuntur, constat. *Forma* & *qualitas*, quod multis veterum locis ostendere possum, promiscue in hoc ponuntur negotio, & rem unam eamdemque significant. Pertinent vero ad *formam* seu *qualitatem* species, figura, magnitudo, & reliquae proprietates, quae anteriori sensu *qualitates* a philosophis nominari solent. Corpus igitur ex veterum physicorum sententia moles quaedam est materiae, certa magnitudine, figura, & af-

Digitized by Google

que tamen qui ſic ſentiunt, ſpatium ſeu diſtantiam per ſe ſolam exſiſtere poſſe au- 950
tumant, id eſt, proprietatem ſine illa re, in qua ineſt, conſtare ſibi poſſe: ridi-
cu-

affectionibus quibusdam praedita. *Cicero Academicar. Quaeſtion. Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 2231. *T.* VIII. *Opp. Quod ex utroque* (materia & forma) *id jam* CORPUS (veterēs philoſophi) *& quaſi qualitatem quandam nominabant. Porphyrius* in ἀφορμαὶ πρὸς τὰ νοητὰ §. 22. *p.* 228. ΣΩΜΑ ἐπὶ τὸ σύνθετον ἐξ ὕλης τε καὶ εἴδους. *Corpus compoſitum eſt ex materia & forma. Plotinus* περὶ ὕλης Cap. 6. *p.* 162. ἐξ ὕλης τε καὶ εἴδους ἕκαστον (σῶμα). *Ex materia & forma quodlibet corpus conſiſtit. Chalcidius in Timaeum Platonis Cap.* 13. §. 317. *p.* 393. *Quod propria dicitur corpus ex ſylva conſtat & qualitate.* Princeps quisnam ita corporis notionem circumſcripſerit, ignotum eſt: at *Timaeus Locrus* jam *de anima mundi p.* 544. *materiam* aperte ſejunxit a corpore. Quem *Plato* in *Timaeo* ſequens, materiam *p.* 534. nominat φύσιν τὴν πάντα δεχομένην σώματα, *naturam, ex qua omnia fiunt corpora*, ſeu *quae recipit omnia corpora.* Qui quidem locus *Platonis* prorſus aptus eſt ad declarandum, quanam in re naturam corporis cum *Plato*, tum veteres reliqui, poſuerint. Nam *materiam* quum dicit *recipere corpora*, id clare ſignificat, rem illam, quae corpus proprie conſtituit, non eſſe in materia, ſed ad eam aliunde accedere. Ergo in forma & qualitatibus, quas in materiam induci cenſebant veteres, ſitum illud eſt, quod corpus olim vocabatur. Ex his manifeſtum opinor eſſe, quae ratio veteres adduxerit philoſophos, ut eos, qui materiae qualitates attribuebant, *materiam* facere *corpoream*, contra illos, qui ab omni qualitate ſemotam & diſcluſam dicebant materiam, eamdem ἀσώματον ſeu *a corpore ſecretam* facere, adſeverarent. Naturam nimirum corporis in qualitatibus, affectionibus, & figura collocabant: cui conſentaneum erat ſententiae, ut id ἀσώματον ſeu *incorporeum* vocarent, quod omnibus hiſce rebus deſtitutum eſſe tradebatur. Nec difficile, his explicatis, judicatu eſt, quonam jure *Democritus* & reliqui veterum, qui naturam rerum corpuſculis contineri putarunt, a nonnullis antiquorum alteri harum familiarum aggregati ſint. Si *corpus* ampliori notione id omne dicatur, quod ſub ſenſus cadit & figura quadam praeditum eſt, certe ad eorum pertinet gregem *Democritus*, quos olim dixerunt corpoream ſibi fingere materiam. Anguſtiori vero notione ſi corpus nihil appellatur, quam id, in quo natura proprietates certae & qualitates inſunt, cum illis componi poterit, qui materiam a corpore ſemovere quondam dicti ſunt: nam atomos ſuas omnibus privatas eſſe voluit qualitatibus. Optime omnium, meo judicio, inſtituunt, qui medio quodam, id quod antea jam indicavimus, loco inter utramque ſectam philoſophum hunc collocant, quippe qui ex utraque aliquid adſciſcit, aliquid rurſus repudiat & rejicit.

Ingens vero quondam ſummorum & inclytorum virorum numerus ab eorum ſemper ſtetit partibus, quibus ea, qua dixi, ratione, *materiam* placuit decernere ἀσώματον eſſe, ſive *corpore carere. Cicero* omnes poſt *Platonem* philoſophos hoc dogma perhibet tenuiſſe *Academic. Quaeſtion. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 2232. *Tom.* VIII. *Opp. Sed ſubjectam putant* (philoſophi) *omnibus ſine ulla ſpecie, atque carentem omni illa qualitate* MATERIAM *quamdam ex qua omnia expreſſa aeque effecta ſint.* Sed jam diu ante *Platonem* Pythagoraeorum multi ei addicti fuerunt, quod ex *Timaei Locri*, nobilis hujus ſcholae & perantiqui philoſophi, *de anima mundi libello Cap.* 1. *p.* 544. *ed. Galei* intelligitur: τὴν ὕλην ἄμορφον δὲ καθ' αὑτὴν καὶ ἀχημάτιστον, δεχέσθαι δὲ πάσας μορφάς. *Materiam* (Timaeus dicebat) *ab omni forma & figura per ſe immunem eſſe ac liberam, quaslibet tamen formas recipientem.* Hujus veſtigia *Plato* premens, plane ſatis ac perſpicue *in Timaeo p.* 534. *Opp.* idem ſibi videri profeſſus eſt. Novi *Ariſtotelem Lib.* I. *de generat. & corruptione Cap.* 1. *p.* 726. *Tom.* I. *Opp. Timaei* & *Platonis* hac in re obſcuritatem accuſare, negareque, ex *Timaeo* intelligi poſſe, quomodo ſentiendum eſſet de materia: ὡς δ' ἐν Τιμαίῳ γέγραπται) οὐδὲν ἔχει διορισμόν. *Quod in Timaeo ſcriptum eſt* (de materia) *id nihil certi habet ac definiti.* Verum metuo, ne invidia & odium erga *Platonem* obſtiterit, quo minus, quod perſpicue a *Platone* traditum eſt, videret, nullamque inter ſe ac *Platonem* in hoc quidem argumento diſſenſionem eſſe, perſpiceret. Secеſſit ipſe nimirum *Ariſtoteles* in eorum caſtra, qui materiam ſtatuerunt eſſe ἀσώματον, quod haec ſatis ejus definitio probat materiae, quae *Metaphyſ. Lib.* VII. *Cap.* 3. *p.* 353. exſtat: λέγω δὲ ὕλην ἣ καθ' αὑτὴν μήτε τι, μήτε ποσὸν, μήτε ἄλλο μηδὲν λέγεται), ἃς ὥρισται τὸ ὄν. *Dico autem materiam, quae per ſe ipſam neque quid, neque quantum, nec aliquid aliud quippiam dicitur, quibus ens determinatur.* Non me praeterit, quantis haec deſcriptio rixis & altercationibus inter ipſos Stagiritae ſectatores, quantis apud eos clamoribus & cavillationibus, quibus philoſophandi ejus ratio diſplicuit, locum & occaſionem praebuerit. Vid. ex multis *Dan. Georg. Morhofii Polyhiſtor. Tom.* II. *Lib.* II. *Parte* I. *Cap.* 12. *p.* 226. Ego vero utrosque putem quieſcere potuiſſe. Nihil dixit *Ariſtoteles*, praeter id, quod multi ante eum alii eximii viri praeceperant, quodque a magiſtro ſuo, *Platone*, traditum acceperat, materiam extra corpora & in ſe ſpectatam omnibus illis carere affectionibus &c.

Digitized by Google

calum enim foret & omni rationi adverſum ſtatuere, nihilo ſuas eſſe proprietates &

proprietatibus, quae naturam efficiunt corporis, aut, ἀσωματον eſſe, tametſi reliquis aliquanto obſcurius mentem ſuam expreſſerit. Poſt *Platonem* & *Ariſtotelem* innumerabiles philoſophi hoc dogma complexi ſunt. De Stoicis ſigillatim vid. *Diogenem Laërtium Lib.* VII. *Segm.* 134, *p.* 449. In primis vero recentiores Platonici, quos ſublimiores vehementer delectabant rerum a corpore ſecretarum contemplationes, in eo perpoliendo & exornando ſeduli & laborioſi fuerunt. Omnium inſtar *Plotinus* legi debet binis libellis valde ſubtilibus & acutis, *de materia* & *de impaſſibilitate eorum, quae ſunt incorporea*, quorum ille *quartus* eſt in *Enneade ſecunda*, hic *ſextus* in *Enneade tertia:* cujus quidem qui cognitam habet ſententiam, is totius generis diſciplinam callet. Probat primum *Plotinus Cap.* 6. prioris libri *p.* 162. eſſe primam aliquam in corporibus materiam: tum *Cap.* 7. aliorum de materia opiniones refellit: hinc *Cap.* 8. ad affectiones materiae digreditur explicandas, quam *Cap.* 10. 11. 12. omni quantitate, *Cap.* 13. 14. omni qualitate carere, id eſt *incorpoream* eſſe, poſtremo *Cap.* 15 *indeterminatam* eſſe probat. Verum novi hi Platonici, ut ſunt plerumque praeter modum ingenioſi & acuti, nimia ſubtilitate ſua effecerunt, ut multis hoc dogma male audiret & viſa inter ac commenta inania referretur. Neque tamen hiſce ſpinis deterreri ſeſe paſſi ſunt Chriſtiani, quo minus illud reciperent ac materiam corporis eſſe neſciam ſtatuerent. Praetermitto ingentem veterum doctorum numerum, quos ita ſentiſſe juvit, & *Auguſtinum* prodire unum jubeo, cujus vocem ſequentia ſaecula, tamquam divinitus datam, venerati ſunt. Is vero *Confeſſionum Lib.* XII. *Cap.* 3. *p.* 158. *Tom.* I. *Opp.* a Deo ipſo ſeſe hoc dogma didiciſſe, perhibet: *Nonne tu, Domine, docuiſti me, quod priusquam iſtam informem materiam formares atque diſtingueres*, NON ERAT ALIQUID, NON COLOR, NON FIGURA, NON CORPUS, NON SPIRITUS? *Non tamen omnino nihil.* In ſequentibus veterem ſuam dementiam deplorat vir ſanctus, quae prohibuerit, quo minus hanc veritatem perſpiceret. Deumque laudat, quod eam ſibi patefeciſſet, *Cap.* 6. *p.* 159. *Et ſi totum tibi confiteatur vox & ſtilus meus, quicquid de iſta quaeſtione eruditi mihi, quis legentium capere durabit? Nec ideo tamen ceſſabit cor meum dare tibi honorem & canticum laudis de iis, quae dicere non ſufficit.* Tantae ſunt opinionum humanarum vicissitudines! Quod *Auguſtinus* non dubitat *divinum* appellare dogma, quod nullum capere poſſe tradit, niſi Dei clementia illuminetur & erudiatur, quod in maximis denique ponit beneficiis a Deo acceptis, id recentiori memoria inſulſum, inepcum, ſtultum, fanaticum, a ratione omni averſum vocatum eſt. Ad ſequentia ſaecula, ne nimis a propoſito aberrem, deſcendere haud placet, aut Scholaſticorum ingentia de prima materia certamina luſtrare. Hoc addere liceat, e Judaeis *Philonem Libro de opificio mundi p.* 4. eamdem tueri opinionem, nec recentiores magiſtros ab ea alienos eſſe.

Quum ſuperiori ſaeculo Peripatetica de natura philoſophandi forma e ſcholis noſtris ejiceretur & in ejus locum corpuſcula & leges mechanicae ſufficerentur, dogma hoc prae ceteris explosum & ſummae dementiae poſtulatum fuit. Materia Peripateticorum & Platonicorum, ſummi viri dicebant, incomprehenſum eſt neſcio quid, caret ea forma, caret quantitate, caret qualitate, a corpore plane diſcluſa eſt, nec tamen ſpiritus eſt: Quid ergo eſt? *nihil* proprie: & ex nihilo creantur omnia ab illis, qui ad hanc materiam totius naturae initia referunt. Ego vero mihi prope perſuadeo, qui tam acriter in hoc dogma invecti ſunt, viri ceteroquin meis laudibus ſuperiores, verba potius & vocabula, quibus illud exponi ſolet, ſpectaſſe, quam rem ipſam, ac Scholaſticorum inſanis ſaepenumero de prima materia quaeſtionibus & concertationibus maxime commotos fuiſſe, ut tam duram ferrent ſententiam. Qui materiam corporis eſſe dicunt neſciam, illi hoc ſibi volunt unice, eſſe naturam quamdam principem, ex qua conſtent omnia corpora, affectionibus plerisque corporeis orbatam, in quam Deus aut melior quaedam natura formam & qualitates inducat, quum gignuntur corpora. Non putem hoc dogma tam abſurdum & ineptum eſſe, ut aures ſtatim ſapienti ad auditum ejus claudendae ſint, modo vocabula ſeponat, quibus id exponi ſolet, & inanes quaeſtiunculas, quas homines quidam juſto acutiores cum eo conjunxerunt, a ſumma rei ſeiungat. Videamus id paullo accuratius, & quantum inter eos diſcrimen ſit, qui vel favent, vel adverſantur huic ſententiae, conſideremus. Convenit inter utrosque, eſſe naturam quamdam ſeu principium primum, cujuscumque demum illud modi & generis ſit, unde reliqua genita & profecta ſint omnia, quae ſenſus noſtros feriunt: convenit deinde, licere philoſopho, principem illam naturam a corporibus meditando ſejungere, tametſi nusquam ſeparatim exſtet, & in ſe eamdem contemplari. Faciunt id certe illi, qui corpuſculis concludunt omnia: quippe qui atomos eadem ratione, ut Platonici & Peripatetici materiam ſuam, a corporibus cogitatione abſtrahunt, in ſpatio quodam collocant, varie denique, ratiocinando, componunt & dividunt. Hactenus ergo nihil delinquunt contra rationem materiae a corpore ſecretae defenſores. Igitur omnis de natura

Digitized by Google

& modos, aut nihilum pertica & arundine dimetiri cuiquam licere. Contra haec

tura materiae dimicatio erit. Peripatetici ac Platonici qualitate omni primum vacare materiam affirmant, omni porro quantitate, omni forma, corpore denique. Quod in hiſce primum eſt, id offendere nequit eorum adverſarios. Nam & hi corpuſcula ſua privant omni qualitate inſita. De tribus reliquis controverſia reſtat. Qui atomos & corpuſcula tuentur, illi quantitatem & formam relinquunt hiſce minutis corpuſculis. Ita vero facere eos decet, quia materiam, tamquam diviſam & in partes innumerabiles ſciſſam, ſibi ob oculos ponunt. At Platonicis & Ariſtotelicis idem haud licet facere, quoniam in materiam tamquam rem continuam, nec in partes diviſam, intuentur. Inter utrosque igitur hoc unum potiſſimum intereſt, quod illi materiam, ut naturam infinite ſecatam, hi vero, ut naturam ſimplicem ac continuam, contemplantur. Quod quum ita ſit, qui ſtultitiae accuſare volunt hoc genus, eos oportet oſtendere, inſipienter eum & inepte facere, qui materiam tamquam naturam continuam, nullisque intervallis ſejunctam, at περὶ tamen περὶ τὰ σώματα, *dividuam circa corpora*, ut *Timaeus Locrus* ait, *de anima mundi p.* 544. ob animi oculos ſibi ponit. Mihi quidem cur id, ſavente ratione, fieri nequeat, nihil prorſus occurrit. Adde his, eos qui finitam eſſe materiam duxerunt, *quantitatem* illam, quam *Ariſtoteles* vocat *continuam*, minime ei derogaſſe. At hoc tamen lepidum, dicent, & amentiae proximum eſt, quod materiam nec corpus, nec ſpiritum eſſe, volunt, & ἀσώματον nominant. Dicite potius, viri doctiſſimi, nobis id lepidum & amentiae proximum videri, qui alias poteſtates nominibus σῶμα, σώματον, & ἀσώματον ſubjicere ſolemus. Si *corpus* idem nobis eſſet, quod antiquioribus philoſophis fuit, ſatis nobis rectum & ſapiens hoc dogma videretur. Sed quia veteres vocabulorum poteſtates amiſimus, *corpusque* hodie id omne vocamus, quod ſub ſenſus cadit & extenſum eſt, propterea id quod *corpore ſecretum* dicitur, aut ſpiritum, aut nihil eſſe ducimus. Verum ipſimet illi veteres philoſophi, qui materiam dixerunt eſſe ἀσώματον, ſtudioſe caverunt, ne quis hoc ſcitum acciperet ita, uti poſtea a multis acceptum eſt, variisque vocabulis declararunt, ſeſe, tametſi corpus eſſe negarent materiam, minime tamen negare, eam ad corporum naturam accedere. Quidam dixerunt, materiam non eſſe quidem σῶμα, at σωματικὴν tamen, ſeu *corpoream*. *Stobaeus Eclogar. phyſicar. Lib.* I. *Cap.* 14. περὶ ὕλης *p.* 29. Οἱ σῶμα δὲ τὴν ὕλην φασὶν, οὐχ ὅτι ἡ μόνον ἐστιν ἄτμητος διὰ τὸ περὶ σῶμα διαφέρειν, ἀλλ' ὅτι καὶ πολλῶν ἄλλων ἀπολείπεται κατὰ τὸν ὅλου λόγον, ἃ τοῖς σώμασιν ὑπάρχει, χρωματικὴ, χρῶμα, βαρύτης, κουφότης, ὄλως, πᾶσης σωματικὴ καὶ σῶμα· εἰ δὲ τοῦτο μετέχει, τὸ ποιὸν ἂν καὶ ποσὸν· ἡ μετεμψύχωσις δὲ κατὰ τὸν λόγον, σῶμα ἂν εἴη, ΣΩΜΑΤΙΚΗ δὲ διὰ τὸ πᾶσαις, ὅσαις καὶ σωματικὸν, ὑπακούειν τὴν ποιότητα. *Negatur autem corpus eſſe materiam, non tam, quod intervallis corporis careat, quam quod aliis quoque multis ad corpus pertinentibus deſtituatur per ſe, ut figura, colore, gravitate, levitate, & omni denique qualitate & quantitate. Nam ſi haec haberet, inter quanta & qualia referretur. Nunc his cum per ſe careat, ut corpus non eſt, ita corporea dicitur, quod omnibus corporibus tamquam ſpeculum ſubjiciatur.* Alii eam σωματοειδῆ, *corpori ſimilem & cognatam*, nominarunt. *Plutarchus de placitis philoſ. Lib.* I. *Cap.* 9. *p.* 882. *Tom.* I. *Opp.* Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων τὴν ὕλην ΣΩΜΑΤΟΕΙΔΗ καὶ ἄμορφον, ἀνείδεον, ἀσχημάτιστον, ἄτοπον δὲ ὄντα ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ φύσει. *Ariſtoteles & Plato materiam dixerunt eſſe corpori cognatam, formae ſpecieique expertem & figurae, qualitatis etiam ſuapte natura vacuam.* Alii rurſus ambiguitatem vocabuli ἀσώματον ita removere ſtuduerunt, ut dicerent, materiam a corporibus diverſam eſſe. *Porphyrius in ſententiis ad intelligibilia ducentibus* §. 21. *p.* 226. ὕλη ἀσώματος, ἑτέρα γὰρ σωμάτων. *Materia eſt incorporea: nam diverſa eſt a corporibus.* Apertius etiam hoc nomen explicat *Plotinus Ennead.* III. *Lib.* VI. *Cap.* 7. περὶ ἀπαθείας τῶν ἀσωμάτων, *p.* 210. ἐστὶ μὲν ὕλη ἀσώματος· ἐπεὶ τὸ σῶμα ὕστερον ἐκ φύσεως καὶ αὐτὴ μετ' ἄλλου ποιεῖ σῶμα. *Materia propterea dicitur incorporea, quoniam corpus ea poſterius eſt & compoſitum, & ipſa una cum alio perficit corpus. Auguſtinus Confeſſionum Lib.* XII. *Cap.* 6. *p.* 159. cenſuit, rem, quae nomine ἀσώματος exprimitur, ſeſe optime declaraturum eſſe, ſi diceret: *Materiam eſſe quiddam inter formatum & nihil, nec formatum, nec nihil, informe prope nihil.* Quidam poſtremo ex Platonicis, ut omnem praeciderent male dogma ſuum explicandi occaſionem, a vocabulo *incorporeus* & ἀσώματος plane ſibi abſtinendum eſſe, rati ſunt: negarunt hi materiam *corpus* eſſe, at negarunt quoque eam *incorpoream* eſſe. In horum numero eſt *Apulejus de dogmate Platonico p.* 4. *Ed. Elmenhorſtii. Materiam* (Plato) *neque corpoream, neque incorpoream eſſe concedit. Ideo autem non putat corpus, quod omne corpus ſpecie qualicumque non careat. Sine corpore vero eſſe non poteſt dicere, quia nihil incorporale corpus exhibeat.* Eadem tradit *Alcinous Introd. in Philoſophiam Platonis Cap.* 8. Latiſſime omnium perſequitur & explicat hanc ſententiam *Chalcidius* in *Timaeum Platonis Cap.* 13. §. 317. *ſ. p.* 393. *ſ.* Omnibus his expenſis, non tam immanis mihi videtur differentia eſſe inter Platonicorum & eorum, qui corpuſculis utuntur, de materiae principiis in-

Digitized by Google

haec eſt eorum ſententia, ſpatium extenſionem haud eſſe corporum, verum infinitam & interminatam divinitatis ipſius (*s*) extenſionem. Verum fac, ſpatium eſſe nihil, quam extenſionem & diſtantiam corporis ſeu materiae, generatim & in ſe, nulla hujus vel illius corporis ratione habita, ſpectatam. Licet ſpatium hac ratione conſiderare, quo motus corporum & menſura rerum aptius & clarius intelligatur: Etenim hoc ſi modo ſpectetur ſpatium, ſine ulla controverſia, quod ad partes attinet, immobile erit, quemadmodum bini cubiti extremitates nullo pacto ſibi appropinquare poſſunt. Ita vero ſi tibi fingas animo ſpatium, nos, cur illud reapſe infinitum eſſe pronuntiemus, non ſatis adeſſe cauſſae dicemus; Namque hoc unum exploratum tantum habemus, mundum aut aliud corpus figura praeditum, quantacumque etiam ſit magnitudine, majus tamen fieri, amplificari, & augeri ſine fine poſſe. Credo ego, multos exſiſtere, qui hanc corporum proprietatem ſemper ſine fine creſcendi, pro vera infinitate habent: quos quidem meminiſſe decet, vel eam propter cauſſam, quod ſemper augeri & amplificari poſſunt, corporibus veram & propriam infinitatem nullo modo tribui poſſe. Nec fortaſſis tam abſurde & inepte ſentiunt, qui mundum negant alium milliare a noſtro diſtantem condi poſſe, quoniam neceſſario hi mundi ſeſe contingerent, quamdiu nihil inter eos intereſſet: Aut qui fieri poſſe affirmant, ut hic mundus finitus extremitate proꝛſus plana & aequali eſſet, montibusque careret ac vallibus, eo quod conditor ejus qua vellet eum forma, ſphaerae, cubi, cylindri, aut alia, donare poſſet. Ut finem faciam, qui de ſpatio extra mundum finitum loquuntur, illi hoc unum ſignificant, poſſe extra hunc mundum corpora, idque ſine fine, collocari, ſed ita tamen, ut ea numquam infinitatem attingant. Atque tale ſpatium quo-

dole opinionem, ut multi putant: nec his multum opinor cauſſae fuiſſe, cur illos tantopere irriderent & exagitarent. Tota, niſi fallor, quae disjungit eos, controverſia huc redit: utrum ille ſapientius & rectius faciat, qui primam materiam ut naturam in particulas infinitas, quibus neceſſario forma & quantitas adeſſe debet, diviſam animo concipit, an vero is, qui eamdem ut rem continuam & idcirco a forma & quantitate remotam, contemplatur? Forte multum tamen intereſſe dicet aliquis inter utramque ſententiam, ſi poſtea ad rationes formarum & qualitatum reddendas accedendum ſit: mechanicos & corpuſculorum amatores negare, qualitates a materia diſtinctas eſſe, at hoc ipſum reliquos affirmare: illos qualitatum cauſſas faciles & perſpicuas afferre, hos vehementer laborare, ut quomodo intrent qualitates in materiam, oſtendant, nec exitum tamen negotii hujus reperire. Haec ego ita quodam modo eſſe, minime negem, nec Platonicorum & Ariſtotelicorum partes mihi defendendas ſumſerim, tametſi pro his plura forte dici poſſent, quam multi ſibi perſuadent. Sed nec agitur hic de utriusque ſententiae opportunitate & utilitate in philoſophando, nec utra praeſtet alteri, magnopere quaeritur: ſed id unum in controverſiam venit: Num eorum, qui materiam a corpore ſecretam docuerunt eſſe, ſententia tam ſit puerilis & ridicula, quemadmodum multi cenſent, maximumque Metaphyſicae ſtultitiae ſpecimen?

(III.) Non intelligo, quid ſibi velit doctiſſimus *Cudworthus*, quum Platonicorum de materia corporis experte doctrinam nil eſſe ſcribit, quam abſtractam notionem *potentialitatis* ſeu *poſſibilitatis omnium rerum reſpectu Dei*: Lubens tamen ipſi adſentior, Metaphyſicorum potius, quam Phyſicorum contemplationi hoc eſſe dogma ſubjectum. Nam de natura non diſceptatur tali, quae reapſe ſeparatim ita exſiſtit, uti exiſtere concipitur animo, ſed hoc tantum exquiritur: Quamnam illius rei, quae omnium naturam corporum ingreditur, tametſi ipſa extra corpus nusquam exſiſtat, notionem informare deceat animo, ut eorum, quae corporibus accidunt, ratio reddi queat? At ſunt tamen hac quoque ex parte in diſcrimine quodam poſiti philoſophi, quos materiam iſta ratione contemplari juvat. Namque aliqui eorum, ut *Plato* & germani ejus diſcipuli, natum & conditum eſſe hunc orbem ex materia opinantur: cui ſententiae conveniens eſt, ut materiam aliquando per ſe exſtitiſſe, antequam ex ea procrearentur corpora, adſeverent. Vid. *Plutarchus Libro de animae procreatione ex Timaeo p.* 1014. *Tom.* II. *Opp.* Verum alii, quorum caput eſt *Ariſtoteles*, quem juniores hac in re Platonici ſequuntur, omne mundo initium derogant, & vel Deum

Digitized by Goog

quoque jam ante mundum conditum exſtitit, id eſt, fieri tum potuit, ut infinitus corporum numerus crearetur ac produceretur. Illud vero ſpatium & diſtantia, quam pertica & arundine metiri licet, tametſi ſine fine ac modo augeri & amplificari queat, infinitatem tamen numquam ita poterit aſſequi, ut ei nihil addi poſſit amplius. Ex quo efficitur, nullum inde argumentum peti poſſe ad probandum, exſiſtendi neceſſitatem materiae propriam eſſe.

§. XXVIII. Denique ex hoc ipſo rationis decreto: *Ex nihilo nihil fit*, eſſe omnino Deum, hoc etiam modo conficere nobis licet. Si nullus eſſet Deus, nullam quoque Dei ſeu naturae perfectiſſimae notionem animo poſſemus informare: oriretur enim haec notio ex nihilo, nihilique forma eſſet ac ſpecies. Neque ulla omnino, ſublato Deo, ſcientia & cognitio nobis foret. Etenim quae extra nos conſtituta ſunt corpora in animum noſtrum ingredi, cognitionemque in eo parere nequeunt: neque aliquid ab illis ad ſenſuum noſtrorum inſtrumenta proficiscitur, quam motus. Animus noſter neceſſe eſt contineat in ſe ſpecies rerum ra- 952
tionales & intelligentiae patentes: quibus ſi vacaret, nihil omnino intelligere ac percipere poſſet. Atqui hae ſpecies rerum, earumque cognationes, id eſt, veritates, id quod jam ante diximus, aeternae ſunt. Praeterea mens noſtra non modo rerum, quae reapſe ſunt & exſiſtunt, ſed etiam earum, quae poſſunt exſiſtere, notiones & ſpecies cogitando fingere valet: quod quidem ſine controverſia argumento eſt, eſſe omnino naturam infinite potentem, quae rebus illis efficiendis ſufficiat. Igitur illud, circa quod proprie animus noſter & intelligentia verſatur, natura eſt abſoluta, omnisque amplitudo virtutis, qua illa eſt praedita: quae

Deum ipſum ex omni aeternitate condidiſſe univerſa, quae Platonicorum eſt ſententia, vel ipſius natura neceſſitate ab infinito tempore generationem omnium fuiſſe corporum, quod *Ariſtoteli* placuiſſe videtur, volunt. Superiores in hac de materia diſputatione non Metaphyſicorum unice partes ſuſtinent, nec de ſolo mentis viſo, cui nihil reſpondet extra animum, deliberant, verum Phyſicorum ſimul funguntur officio, quia rem contemplantur quae ante omnia vere fuit corpora, & per ſe quondam exſtitit, tametſi hodie, poſtquam diviſa eſt, a corporibus non amplius ſemota exſtet. Et huc fere traxerim celebre illud *Timaei Locri de anima mundi p.* 545. effatum, quod *Platoni* poſtea, omnibusque Platonicis ſeſe probavit, at varie fuit a variis expoſitum: *Materia λογισμῷ νόθῳ, adulterina ratione, cognoſcitur.* Negat *Timaeus* hoc in dicto materiam mero λογισμῷ, ſimplici intelligentia, νοῦ κατ' ἐπιβολήν, uti alias loquitur, *mente & intelligentia* comprehendi: quod cur faciat, intellectu facile eſt. Namque ſolae rerum ſpecies & formae, quae perennes ſunt & ſtabiles, hoc proprium & peculiare habent, ut mente queant pura ſpectari & cognoſci. Materia vero non eſt forma & ſpecies, ſed ut corpori ſimilis natura quondam exſtitit. At genere tamen quodam ratiocinationis adulterino materiam affirmat intelligi poſſe. Etenim hodie in formarum & ſpecierum eſt claſſe, poſtquam eſſe ſeparatim deſiit, Deusque ex ea hunc mundum machinatus eſt; quare non niſi mente & ſcientia comprehenditur. At olim tamen extra formam omnem per ſe exſtitit & fuit: proinde nec mente pura percipitur, verum αἴσθησις & δόξα, *ſenſus & opinio*, rationem in contemplando quodammodo juvant. Poſteriores, qui aeternum ducunt eſſe mundum, non poſſunt, quin materiam numquam extra corpora exſtitiſſe negent. Igitur quum de ea commentantur, in ſolam mentis notionem, cui quod vere reſponderet, numquam aliquid in natura rerum exſtitit, cogitationes deflgunt, idque ideo agunt unice, quod eorum eſt, qui Metaphyſici vocantur. Sed mitto argumentum, quod in ſe multis implicatum eſt moleſtis quaeſtionibus, quibus nemo ſic, uti decet, ſatisfecerit, multo vero ſpinoſius contentionibus eorum evaſit, qui nihil ignorare volunt, citiusque miſcent ac perturbant omnia, quam homines ſeſe fateantur eſſe, quos multa fugiunt.

(*s*) *Extenſionem*] De his, qui divinam naturam & infinitum ſpatium non opinantur differre, quorum ne hodie quidem ſecta eſt exſtincta, itemque de ipſo ſpatio, ejusque natura, ſupra diſſeruimus, quum de eo, quod infinitum eſt, diceremus.

Digitized by Google

quae quidem perfectiſſima natura, ſemetipſam, omnemque vim ac poteſtatem, qua valet, comprehendens, aut quae fieri poſſunt omnia percipiens, primus ille & princeps eſt animus, unde omnes reliqui animi delibati & hauſti ſunt. Quocirca niſi natura eſſet perfecta & interminatae potentiae particeps, cum ſemetipſam, tum vim & potentiam ſuam, id eſt, quae fieri poſſunt omnia percipiens, formae rerum, notiones atque ſpecies, quae menti noſtrae obverſantur, ex nihilo profectae eſſent. Utcumque eſt, id jam antea ope hujus ſciti: *Ex nihilo naſcitur nihil*, probatum dedimus, ſentiendi ac intelligendi facultatem ſeu virtutes mentis & animae ex materiae ſenſu carentis affectione & temperatione quadam nulla naſci ratione potuiſſe. Atqui hoc quum aeque certum ſit, atque ullum Geometrarum enuntiatum, animos noſtros ex materia non potuiſſe generari, unum de duobus decernendum omnino nobis erit: aut animos omnes per ſe ex omni aeternitate nec factos, nec genitos exſtitiſſe, aut vero ἐξ οὐκ ὄντων, *ex nulla re antea exſiſtente*, a natura perfectiſſima & rationis compote productas, ſaltim ex hac ipſa natura totas profectas eſſe. Quare aeque hoc certum eſt ac exploratum, eſſe Deum, atque illud eſt, humanos animos non per ſe ex omni exſtitiſſe aeternitate. Quid multa? Hoc ſi modo decretum maneat: *Ex nihilo nihil efficitur*, ratum etiam illud eſſe debet, eſſe mentem quamdam aeternam, principiique omnis expertem. Itaque jam alterum illud generis impii argumentum: *Mundus fieri non potuit a natura quadam infinite potente, quoniam ex nihilo nihil fit*, omni a nobis robore ac virtute nudatum eſt. Etenim illud ipſum ſcitum, quo haec tota nititur demonſtratio, ſi modo recte intelligatur, contrarium probare, rationesque funditus evertere eorum, qui Deum tollunt, certiſſimis rationibus convicimus.

JOAN.

JOANNIS CLERICI

AD PRAECEDENTEM CONTRA EOS, QUI NEGANT EX NIHILO ULLA RATIONE FIERI POSSE ALIQUID, SECTIONEM,

OBSERVATIONES.

§. I. Quicumque negant, *ex nihilo fieri posse aliquid*, quia hoc a Theo- 952
logis affirmari audiunt, scitum hoc interdum sensu quodam a *Cudworthо* praetermisso, sumunt, qui satis ostendit, genus hoc vocabulorum & verborum ambiguitate in hac caussa abuti. (*t*) Namque sic illud explicant, ac si Theologi, quorum in ore versatur, hoc sibi vellent: Ex nihilo aliquid ita fieri, quemadmodum varii generis vasa ex certa quadam materia finguntur, *nihilumque* idcirco tamquam materiam spectarent, ex qua Deus totam rerum naturam construxisset ac condidisset: quod quidem absonum prorsus & ridiculum dictu est. Forte hominum, quibus Deus exosus est, aliqui hanc vim decreto illi rationis a Theologis subjici, propterea suspicati sunt, quia Peripatetici de corporis formatione non secus loquuntur, ac si materia, ex qua illud constat, merum esset nihilum. Nam, ut quod res est dicam, Peripateticorum *materia* est nescio quid: res omnibus destituta proprietatibus, nec ullo modo corporea: *Formam* vero quod iidem appellare solent, pariter res est, cujus notionem nemo informare valet animo, quae si conjungatur & copuletur cum materia efficit, ut ea sit extensa, dividua, solida, mobilis, & ad omnes non modo figuras, sed etiam proprietates uniuscujusque generis recipiendas apta, tametsi in se ipsa nec extensa sit, nec dividua, nec solida, nec mobilis, nec ad figuras recipiendas ullas idonea. Hoc vero idem est, ac si aperte dicerent, duo nihila inter se juncta & sociata, efficere & constituere aliquid, quo nihil fieri & cogitari potest ineptius. At doctores Scholastici opinionis hujus amentiam haud perspexerunt, partim quod vehementer obscuro dicendi genere uterentur, partim quod magistrorum vestigia, nullo adhibito judicio, sequenda sibi esse, firmiter persuasum haberent. Theologis nihil hujus jure ullo tribui potest: qui quum affirmant, ex nihilo, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, aliquid esse factum, hoc tantum, quod praeclare *Cudworthus* ostendit, significant, divinam potentiam effeciſſe, ut res quaedam, quae antea non fuerat, esse ac exsistere inci-

(*t*) *Namque*] Nominat quidem neminem Atheorum Cl. *Clericus*, qui sic intellexerit scitum hoc. At certum est, *Spinozam*, *Orobio*, & alios in hoc errore fuisse. Forte illi ex Theologis, qui *nihilum* dixerunt esse *materiam creationis negativam*, nonnihil ad ejus incrementa contulerunt.

Digitized by Google

ciperet. Certum eſt ceteroquin, nihil ſine cauſſa, aut per ſe ipſum, factum & productum eſſe.

§. II. Recte quoque ac egregie vir doctiſſimus monet, ad naturam, cujus eſt, efficere, ut alia quaedam natura eſſe incipiat, non modo requiri, ut tot habeat perfectiones, quot in illa ſunt natura, quae ab ea produci poſſe putatur, verum etiam agendi virtute valeat, per quam rei alicujus cauſſa eſſe queat. Lapis, verbi cauſſa, aut aliud quoddam corpus ex materia unice conflatum, naturam talem intelligentem, qualis eſt angelus, aut animus humanus, producere nullo modo valet, quia nuda corpora omni carent intelligentia. Quin etiam lapis efficere nulla ratione poſſet, ut alius lapis ſibi ſimilis, aut, ſi mavis, ſe inferior & minor eſſe inciperet; nam in lapide nulla virtus eſt agendi & operandi.

§. III. Quae quum ita ſint, ſtatui minime poſſe, liquet, rem aliquam ex nihilo ſine ulla cauſſa natam eſſe, aut materiam animorum & corporum efficientem cauſſam eſſe. Quare Theologi harum naturarum creationem uni Deo attribuunt, utpote quem, quum ex omni parte perfectiſſimus ſit, omnes perfectiones aut proprietates (nam eadem eſt horum vocabulorum poteſtas) omnium naturarum continere & virtute agendi & operandi praeditum eſſe, tradunt. Jam ſi quis
953 ſciſcitetur, unde Deum perfectiones illas complecti, certum ſit, ipſum illud ſcitum, quod *Cudworthus* explicat, reſponſionem ad hanc quaeſtionem ſuppeditabit. Quum nimirum perfectiones omnium rerum, quae exiſtunt, non inſint in materia, quae, exempli gratia, omni actione & omni cogitatione deſtituta eſt, multae vero naturae, & cogitandi & agendi vi praeditae, quemadmodum hominum animi, non ſemper fuerint, verum exiſtendi aliquod initium habeant, neceſſe omnino eſt, ut has perfectiones aut proprietates ab eo acceperint, cui ortum ſuum debent, id eſt, a Deo: quod ſi ita non eſſet, credendum foret, cogitationem & vim agendi per ſe ex nihilo prodiiſſe. Quod ſi homines illi, qui num Deus ſit aliquis dubitant, rationes haſce diligenter & ſtudioſe expenderent, intelligerent nil dubito, Deum eſſe, negari poſſe a nemine, niſi abſurdiſſimas ſimul ſententias, quae homines profecto dedecent, qui magnam ſibi vim ingenii arrogant, ſuſcipere ſimul velit. Namque principia & conſequutiones aeque neceſſarias, atque Geometrarum ſunt praecepta, negare, tale eſt, ut nihil ineptius & ab omni ratione magis alienum fieri & cogitari queat.

§. IV. Equidem haud negaverim, difficulter comprehendi a nobis poſſe, quemadmodum Deus omnes rerum omnium perfectiones natura ſua contineat, aut, qua ratione operetur, quum vel res novas producit, vel id mutat in illis, quod vult, pro lubitu & arbitrio ſuo. Verum primo tantum apud nos hae difficultates valere non debent, ut propter eas argumenta luce clariora, quae de rerum omnium creatione certiſſimos nos faciunt, aſpernemur & rejiciamus. Etenim tametſi neſciamus, quo modo res quaedam fiat, rem tamen ipſam, ſi certis ea nitatur & minime dubiis rationibus, idcirco tollere, nobis haud licet: quod quidem ſi liceret, maximam rerum, quas videmus & ſentimus, partem fas eſſet negare, quum inter omnes, qui philoſophiae mediocri tantum cognitione ſunt imbuti, exploratum ſit, modum, quo res illae fiunt, a nemine explicari poſſe.

Qui

Digitized by Google

Qui cupiditate quadam in veritatis cognitione proficiendi ducuntur, eos binis in primis virtutibus, ne de multis dicam aliis, inſtructos oportet eſſe. Sint neceſſe eſt primum idonei & apti ad vim demonſtrationis alicujus cum concipiendam animo, tum in eo conſervandam: quales ſi non ſint, aut nihil omnino proficient, aut ſi forte profecerint, fructum paullo poſt omnem conſumti laboris amittent & ad antiquas revertentur tenebras. Sint deinde oportet ita conſtituti & affecti animo, ut ignorare queant aliquid, neque hac ignorantia ſua conturbentur & ad perniciosa deducantur conſectaria. Ingens eſt nimirum & incredibilis earum rerum numerus, quarum natura humanis non patet ingeniis: has ſapientis eſt, tranquille intueri, nec decretis ſuis ſubjicere, ne id, quod probabile tantum & veriſimile eſt, pro certo veroque amplectatur. Quod aliqua ignoramus, id omnia eſſe incerta, haud probat: & vicißim quod multa ſcimus & novimus, id argumento haud eſt, ſcire nos poſſe omnia. Quocirca teneamus ea, quae certo novimus, ob ea vero, quae nos fugiunt, haud ſolliciti ſimus, ſed, dum lucem aliquis nobis praeferat ad ea cognoſcenda, tranquilli exſpectemus: quem ſi forte hic fruſtra exſpectemus, aliam inſtare nobis vitam cogitemus: quae mentis noſtrae caliginem prorſus disjiciet. Logicorum haec, fateor, praecepta ſunt: ſed res ut ea hic repetamus, poſtulat, quoniam gens illa, cum qua negotium hoc loco nobis eſt, oblita videtur eorum eſſe.

§. V. Tentabimus tamen pro virili noſtra parte, num aliqua ratione, quemadmodum Deus rerum omnium perfectiones contineat & qua ratione alias naturas, quibus, dum creantur, tantum impertit proprietatum, quantum vult, efficiat, explicare queamus. Duo tantum nota nobis ſunt naturarum genera: alterum earum eſt, quae cogitant, in quo noſter animus eſt: alterum earum, quae corpore ſunt praeditae, & idcirco extenſae ſunt, dividuae, ſolidae. Igitur quomodo Deus harum rerum perfectiones poſſideat, demonſtrandum nobis eſt. Deum igitur primum affirmo, omnes ſpirituum perfectiones continere, quia illis exſiſtendi exordium & ortum dedit, aut, quod idem eſt, Deum intelligere, judicare, velle & agere. Hoc vero aeque facile comprehendi & intelligi poteſt, atque comprehendimus, praeter eam, quam in nobis ipſis habitare ſentimus, mentem, alias etiam eſſe mentes & ſpiritus. Neque difficilius concipimus animo, eſſe alios ſpiritus noſtris multo meliores & excellentiores, & infinitum quidem eorum poſſe numerum eſſe. Quin longius etiam cogitatione progredi & notionem nobis ejusmodi mentis informare poſſumus, quae cognoſcat omnia, quae poſſunt cognoſci & intelligi, quae nulla voluntatis commotione conturbetur, quae denique facere queat omnia, quae modo poſſunt fieri. Et ipſa poſcit ratio, ut has Deo perfectiones aſſignemus. Nam quod noſtrae perfectiones finitae ſunt & determinatae, id inde provenit, quod is, qui fecit, ut exſiſteremus, plus nobis virtutum concedere noluit. Si ex nobis ipſis eſſemus, nec ulli deberemus aliquid, nullis perfectio- 954
nes noſtrae limitibus continerentur, nihil intelligentiam noſtram fugeret, nihil ſupra vires noſtras eſſet poſitum. Dei quidem perfectiones & virtutes, quum ex omni ſit aeternitate, nec aliunde acceperit aliquid, nullius rei & naturae potentia & virtute, qualiscumque demum ea ſit, terminari poſſunt: & quicumque aeternitatem habet, quae rerum omnium, ut ita dicam, eſt praeſtantiſſima, is nullius indigere rei poteſt. Itaque Deus non noſtris tantum inſtructus eſt perfectionibus,

Digitized by Google

verum ita etiam illas habet, ut omnis ab illis terminus, omnis etiam imperfectio abſit: nam imperfectio nihil eſt, quam id, quod proprietati cuidam deeſt, eamque terminat. Deus non novit tantum, ſed poteſt etiam facere omnia. Animi quidem noſtri & in ſemet ipſis, & extra ſe in corpora noſtra operantur & agunt: verum infinita rerum eſt multitudo, quibus perficiendis haud pares ſunt: verbi cauſſa, efficere non poſſunt inter alia, ut animus exiſtat, noſtro animo ſimilis. Is vero, qui poteſt omnia, ſpiritus naturâ ſuâ multis modis inferiores creare poteſt; quod exemplo animorum noſtrorum liquet.

§. VI. Verum, dicet aliquis, in quo proprie conſiſtit actio illa, quae *creatio* dicitur, per quam fit, ut id, quod antea non fuit, eſſe incipiat? Ante omnia dubio caret, eſſe in ea determinationem quamdam divinae voluntatis, utpote qui vult, ut res quaedam ſit & exſiſtat. Noſtra quidem anima nihil agit, niſi volendo, nec idcirco ullam ſpiritus cujusdam actionem, praeter hanc, animo informare nobis licet. Verum Deus longe alio modo poteſt operari: quem modum nos ideo tantum ignoramus, quia ipſimet iſta potentia privati ſumus. Et hic eorum nos decet recordari praeceptorum, quae ſupra §. IV. tulimus. Quod in hac Dei actione aliquid eſt, quod noſtrum non aſſequitur ingenium, ideo certa illa & minime dubia argumenta, quibus *creatio* probari ſolet, haud ſpernenda & repudianda ſunt. Quis dixerit, qua ratione *opium* ſomnum producat in hominibus, aut qua via *Quin-quinae* radix febres intermittentes curet? Nec tamen de virtute harum rerum dubitare cuiquam licet. Ita nos firmiter & conſtanter rationes illas complecti debemus, quibus veritas creationis nititur, tametſi modum ejus nullo modo comprehendamus. Nec id ulli ſano mirabile vel inopinatum videri debet, quod poſtulamus ab hominibus, ut rem tam ſublimem & magnam tranquille & quiete ignorare pergant: nam infinita ſunt in illis rebus, quae circum nos accidere & evenire videmus, quae ſine cura & ſollicitudine animi neſcimus.

§. VII. Si ſpiritus a Deo ex nihilo facti ſunt, de corporibus quo minus idem dicatur, nihil prorſus reſiſtit. Nec enim magis eſt arduum, facere, ut corpus, quod antea non fuit, eſſe incipiat, quam mentem ſeu ſpiritum ex nihilo educere. Sed ad noſtram ſi haec res intelligentiam referatur, longe gravius & difficilius comprehendimus, quomodo Deus, qui nihil habet corporei, ſed merus eſt ſpiritus, proprietates corporum natura ſua complectatur, quam, quomodo idem ſpirituum virtutes intra ſe cohibeat. At nihilo tamen minus quum Deus corpora creaverit, neceſſe eſt, ut perfectiones eorum contineat, neque nobis propterea hanc rem negare licet, quia contemplatio noſtra ad naturam & rationem ejus haud pervenire poteſt. Addendum tamen his eſt, Deum, quemadmodum proprietates finitorum ſpirituum, nullo vitio & macula admiſta, poſſidet, ita etiam proprietates corporum ſine ulla eorum imperfectione poſſidere. Quod quum ita ſit, videamus, quasnam perfectiones corpora habeant, & ab illis, quae in iisdem deficiunt, ſeparare conemur.

§. VIII. Corpus primo extenſum eſt: verum haec extenſio finibus certis continetur, quod a perfectione remotum eſt. Deus vero, qui omni caret imperfectione, finitus eſſe quodammodo nequit, nec poteſt ideo non habere aliquid, quod reſpondeat

Digitized by Google

deat extenſioni infinitae. Idque illud eſt, quod *immenſitatem* ejus ſeu *omnipraeſentiam* vocant Theologi. Ejus vero proprietatis quod accuratam & diſtinctam informare nequeamus notionem, id tanto minus mirandum eſt, quod ne ipſius quidem corporis accuratam & expletam habeamus notionem. Hanc propter cauſſam philoſophorum aliqui in eam ingreſſi ſunt ſententiam, id, quod tamquam extenſionem vacuam & interminatam, in qua omnia poſita ſunt corpora, quae immobi- 955
lis eſt, quae immutabilis, quae exſtitit, antequam ulla eſſent corpora, cujusque ne initium quidem intelligi poteſt, concipimus, nihil eſſe aliud, quam ipſum Deum. Placuit haec opinio *Philoni*, Judaeo, quod ex variis librorum ejus locis apparet: In *libro de ſomniis* (v) exempli cauſſa, Deum dicit *locum* nominari, quoniam *ipſe res omnes continet, a nulla vero re continetur.* Equidem ſpinoſam hanc & implicatam vehementer quaeſtionem tractare nolo: at in Deo confirmo non poſſe non eſſe perfectionem quamdam, quae extenſioni infinitae reſpondeat.

§. IX. Corpus ſecari poteſt & dividi: non item Deus. Dividi enim poſſe, imperfectio eſt, quae inde naſcitur, quod corpus terminatum eſt & moveri poteſt, aut alius naturae actioni, quae mutare ſtatum ejus valet, ſubjectum eſt. Atqui Deus corpora poteſt dividere, quoniam nos, qui a perfectione remotiſſimi ſumus, id poſſumus. Eſt tamen hac in re multum inter noſtram & Dei potentiam differentiae. Deus dividendo & ſecando corpora ad prima eorum elementa, quibus conſtant, pervenire poteſt. Nos vero quodammodo tantum ea diſſecare poſſumus, quantum nimirum particulae eorum a ſenſibus noſtris percipi poſſunt. Quod ſoliditas in corporibus nominatur, id nihil eſt, quam mutua particularum, quibus conſtant, inter ſe connexio & cohaeſio, cujus rationem & cauſſas neſcimus. Si nos efficere poſſumus, ut partes, quae ceteroquin diffluerent & disjicerentur, conjunctae & ſociatae maneant, Deus idem multo magis poterit: & ipſe cauſſam unus novit, quae nos praeterit, quare ſibi mutuo adhaereſcant. Igitur ipſe, tametſi minime ſolidus ſit, corporibus tamen ſoliditatem tribuere poteſt. Quod ad certam figuram & formam recipiendam idonea ſunt corpora, id inde proficiſcitur, quod finita ſunt, quod moveri, quod cerni denique & videri poſſunt. In Deo igitur hae proprietates eſſe non poſſunt, quae ceteroquin *paſſivae* magis ſunt, quam *activae.*

§. X. Conſtat igitur, Deum omnia, quae perfecta ſunt in corporibus, continere: idque longe clarius a nobis intelligeretur, ſi corporum interior nobis natura nota eſſet. Quaecumque tamen eorum perſpecta nobis ſunt, ea ſufficiunt ad nos edocendos, Deum *eminenter*, ut in ſcholis loqui ſolent, id eſt, modo longe excellentiori, nulla prorſus macula & imperfectione admiſta, poſſidere omnia, quae in illis perfectionis alicujus ſpeciem & formam habent. Jam ſi quis explicari & deſcribi ſibi velit actionem illam Dei, qua facit, ut corpus, quod antea non erat, exſiſtat, modumque, quo proprietates, quas in corporibus eſſe videmus, illis impertit, fatendum nobis eſt ingenue, imbecillitatem ingenii noſtri id nobis haud permittere, nosque *a poſteriori* nihil, quam hoc unum, ſcire poſſe, corpora a Deo creata eſſe. Tantum eſt in omni corpore imperfectionis, ut nemo ſibi perſuadere

(v) *p.* 575. *Ed. Paris.* (De hac opinione, quae nondum eſſe deſiit, plura ſupra jam diſſeruimus.)

Digitized by Google

dere queat, illud ab aeterno exſtitiſſe, nec animadverti aliquid in eo a nobis poteſt, quod eo nos adducere queat, ut credamus, fuiſſe illud ſemper & nulli rei alii de ſuo aliquid debere. Ridicula foret & inepta ejus temeritas, qui corporum ideo creationem ſibi duceret negandam eſſe, quod ejus creationis claram & perſpicuam notionem effingere cogitatione nobis haud licet. Infinita enim eſt rerum copia, quarum perſpicuis & apertis caremus notionibus. Et ſi omnia neganda continuo nobis eſſent, quorum confuſam tantum & imperfectam conſequi poſſumus notionem, omnia fere nobis eſſent neganda, exceptis *relationibus*, quas inter notiones quasdam abſtractas eſſe intelligimus. Quis interiorem ſibi naturam rerum, tam corporum, quam ſpirituum, cognitam eſſe dixerit? Et eſſe tamen has naturas, omni plane dubitatione vacat. Quis quemadmodum altera harum naturarum agat in alteram, ſeſe ſcire, affirmet? Quis cauſſas ſibi patere, propter quas hi vel illi effectus, quos videmus quotidie contingere, a certis veniant corporibus, jure glorietur? Nec tamen quisquam eſt, qui vel illam animae in corpus operationem, vel hos effectus in dubium revocare auſit. Teneamus igitur ea, quae certo novimus, nec idcirco nos ab illis dimoveri patiamur, quod multa rurſus ſunt, quorum naturam ignoramus; contra multa nos fugere & cognitionem noſtram ſuperare, aequo & tranquillo feramus animo.

J O.

Digitized by Google

JO. LAUR. MOSHEMII
DISSERTATIO,

IN QUA SOLVITUR HAEC QUAESTIO: NUM PHILOSOPHORUM A VERA RELIGIONE AVERSORVM ALIQUIS MUNDUM A DEO EX NIHILO CREATUM ESSE DOCUERIT?

ARGUMENTUM.

§. I. *Dogma de creatione mundi ex nihilo ab ipsis rei Christianae initiis inter Christianos* 957
viguit. §. II. *Tametsi aliqui ab eo abhorruerint, illi maxime, qui Origenem & Platonicos consectabantur.* §. III. *Num vero philosophi quidam in eadem fuerint sententia, qui a vera religione aversi fuerunt, id controversum est.* §. IV. *Utilitas hujus quaestionis.* §. V. *Status controversiae.* §. VI. *Bini Aristotelis loci explicantur, qui generatim ad hanc rem referuntur.* §. VII. *Veterum philosophorum de generatione & ortu rerum sententiae explanantur & illustrantur.* §. VIII. *Empedoclis versus ad hanc rem pertinentes.* §. IX. *Senecae loci.* §. X. *Num Orpheus creationem ex nihilo probaverit?* §. XI. *Num Hesiodus?* §. XII. *Num Xeniades Corinthius?* §. XIII. *Pythagoraei quidam, qui huic dogmati favere videntur, Spinosismi potius arguendi sunt.* §. XIV. *Nec Philolaum, Pythagoraeum, illi fuisse deditum, liquet.* §. XV. *Plato creationis ex nihilo patronus a multis inducitur.* §. XVI. *Qui ex ipso Platone facile refelluntur.* §. XVII. *Nec quae ex Timaeo & Sophista ejus referuntur, aut ex Philebo contrarium docent.* §. XVIII. *Dacierii quoque rationes ad hoc efficiendum inanes sunt.* §. XIX. *Platonicis materia & quae sub sensus cadunt nihilum dicuntur.* §. XX. *Num Aristoteles creationi ex nihilo faverit, itemque Stoici?* §. XXI. *Num Aegyptii?* §. XXII. *Num Sinenses?* §. XXIII. *Num Japones?* §. XXIV. *Num Indi recentiores?* §. XXV. *Num antiqui Brachmanes?* §. XXVI. *Num Phoenices?* §. XXVII. *Num Persae vel veteres, vel recentiores?* §. XXVIII. *Num Hetrusci?* §. XXIX. *Veteres & recentiores multi ex junioribus Platonicis quosdam creationi ex nihilo faviisse arbitrantur.* §. XXX. *Dicta quaedam eorum hac de re.* §. XXXI. *Verum universa haec secta credidit mundum ex omni aeternitate exstitisse.* §. XXXII. *Igitur quicunque ex illis materiam dixerunt esse conditam, illi de idea tantum materiae loquuti sunt.*

§. I. Inter dogmata, quae pro sacro-sanctis merito Christiani habent & ab ipso Servatore traditis, non postremum est illud, quod ortum totius rerum universitatis ad supremum Numen unice referre, mundumque hunc infinita Dei potentia, quum nihil olim exsisteret, conditum & factum esse tradit. Viguit praeceptum hoc in ipso statim Christianae civitatis exordio, nec in coetum sanctiorem receptus tum fuit aliquis, nisi qui publice profiteretur, Deum

Digitized by Google

Deum unicum rerum omnium, & ipsius etiam materiae, ex qua constant omnia, parentem & conditorem esse: quod quidem unum, si vel sacrae litterae de eo tacerent, aequis & contideratis viris argumento foret, ab ipso *Christo*, ejusque legatis illud profectum esse. *Hermas* ille, nescio quis, antiquissimus e Christianis scriptor, quem saeculo primo rerum Christianarum vixisse constat, princip- fere loco inter Christianae religionis capita, quae suscipi vult ab omnibus, hoc ipsum collocat: Πρῶτον πάντων, inquit, (*a*) πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεὸς ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ πλάσας ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. *Primum omnium crede, quod unus est Deus, qui omnia creavit & consummavit, & ex nihilo omnia fecit.* Et hanc docendi formam constantissime servarunt deinceps, qui coetibus Christianorum docendo praefuerunt, si a paucis quibusdam discesseris, qui humani subtilitates ingenii simplicitati Christianae doctrinae praetulerunt: id quod, si res & institutum id poscceret, infinitis eorum locis demonstrare liceret. Longae exstant praeterea & ingeniosae plerorumque veterum doctorum disputationes adversus eos, qui materiam rerum, non secus ac ipsum Deum, ex infinito tempore exstitisse, tradebant: (*b*) ex quibus quidnam de creatione rerum senserint, manifestum est. [Disputat de hoc argumento *Beausobre Hist. de Manich. Tom* II. *p.* 166. sed non satis curate & diligenter] Quocirca qui nostra & patrum nostrorum memoria tam fuerunt audaces, ut hanc sententiam non ante Scholasticorum tempora natam, & antiquioribus Christianis incognitam fuisse statuerent, id quod feciisse aliquos certum est, (*c*) non tam refellendi sunt, quam admonendi, ut ignorantiae suae consulant, nec antea decernant aliquid, quam majorem sibi veterum rerum & dogmatum scientiam collegerint.

958 §. II. Ante Christianos quin Judaei doctrinam eamdem de ortu rerum omnium tenuerint, & ab ipso *Mose* acceperint traditam, nullum omnino dubium est. [2. Macc. VII. 28. Id vero in dubium plane revocat *Beausobre Hist. de Manich. T.* II. *p.* 182.] Nullus quidem coetus tam purus & sanctus est, quin membra ejus quaedam interdum a sanitate deficiant: nec idcirco tam inter Judaeos, quam veteres Christianos exstitisse olim aliquos negem, qui, communi & publica totius gentis opinione rejecta, sibi sapere & de rerum originibus ingenii sui dictata, quam divina oracula sequi maluerunt. Sed ex paucorum exemplis & rationibus totius multitudinis aut plurimorum saltim opinionem metiri numquam hominis fuit sapientis & ingenui. Auctor est *Procopius Gazaeus*, non ignobilis sacrorum librorum saeculo sexto interpres, exstitisse qui dicerent aetate sua, *Mosen* ab Aegyptiis edoctum tradidisse, mundum a Deo ex materia quadam conditum esse aeterna, eaque de caussa in Graeca versione capitis primi *Geneseos* vocabulum ἐποίησε, *fecit*, adhibitum esse, quod de rebus etiam usurpari soleat, quae ex materia quadam conficiuntur. Placet ipsa ejus Graeca verba, quae non ita pridem

(*a*) *In Pastore*] *Lib.* II. *Mandat.* 1. *p.* 85. *Tom.* I. *Patr. Apostol. Cotelerii.* Conser. *Lib.* I. *Vis.* 1. *p.* 75.

(*b*) Lege, quae collecta sunt ex variis scriptoribus ab *Eusebio Praepar. Euangelicae Lib.* VII. *Cap.* 19. *s. p.* 333. *s.*

(*c*) *Jac. Whistonus*, eruditus Anglorum Medicus, *Libro de vita functorum statu Sect.* II. *p.* 48. *Cerebrosus tamen ὁ ἀνὴρ* —— *operae putavit* (*Manuductionis suae p.* 19.) *Scholasticos insimulare, quasi illi principes creationem ex nihilo ex male accepta significatione vocis* ברא *confinxissent.* Conf. *Thom. Burneti Archaeolog. Philos. Lib.* II. *Cap.* 9. *p.* 453.

(*d*) In *observationibus* ad librum posthumum *Rich. Simonii Paris.* 1730. *quatuor volum. in* 8. edi-

dem a *Stephano Soucieto*, Jesuita doctissimo, (*d*) in lucem protracta sunt, describere & in Latinum sermonem vertere: nam *Clauseri*, quae adhuc exstat, (*e*) *Commentarii in Genesin Procopii* versio cum obscurior est, tum verbis Graecis non satis congruit: Τὸ γὰρ ἐποίησεν, ἐπειδὴ λέγεῖ καὶ ὅτι τὸ ἐκ πνὸς γεγονμένων, οἷον ὅτι ἐκ σιδήρου δρέπανον ἢ τι τοιοῦτον ὁ τεχνίτης ἐποίησε, δέδωκε ποὶ λαβεῖν καὶ λέγειν, ὡς Μωσῆς ἐξ Αἰγυπτίων μαθὼν ἐξ ὕλης ὑποκειμένης γεγονέναι τὰ πάντα, εἰκότως εἶπεν ἐποίησεν. Ὧν ἀγνοοῦντες τὴν συκοφαντίαν οἱ ἑρμηνεῦσαντες, ἐποίησεν εἶπον. *Quum vocabulum ἐποίησε de illis etiam rebus adhibeatur, quae ex materia quadam fiunt, de falce, verbi caussa, quae paratur ex ferro, & de aliis rebus ejus generis, quae conficiuntur ab artificibus, nata hinc est nonnullis occasio dicendi, Mosen, quum ab Aegyptiis edoctus esset, accommodate ad hanc sententiam verbum ἐποίησε usurpasse: Quorum hominum fallaciam quum nescirent Graeci interpretes Mosis, verbum Ebraeum verterunt:* ἐποίησεν. Ergo erant id aetatis inter Christianos, qui creationem rerum omnium ex nihilo non modo repudiabant, verum etiam *Mosen* ipsum in partes suas pertrahere studebant. [Plures Christianos aeternitatem materiae statuentes enumerat *Faydit Eclaircissem. sur l'Hist. Eccl. p.* 35. qui tamen non ubique audiendus. De *Justino M.* dubitat *Beausobre l. c. supra p.* 165. Vid. idem *p.* 234.] Suspicor, discipulos & sectatores *Origenis* potissimum hic argui. Nam *Origenes* quum Platonicorum juniorum sese capi passus esset commentis, mundi etiam cum his aeternitatem adseruit, Deumque materiam numquam non ex infinito tempore ex semetipso produxisse, adseveravit, quod ex *Methodio* (*f*) liquet, aliisque locis a *Petr. Dan. Huëtio* (*g*) jam commemoratis: quo dogmate prorsus creationem ex nihilo sustulit. Diffidebat ille quidem nonnihil ab *Hermogene*, *Marcione*, & reliquis, qui materiam aeque esse, atque Deum, aeternam, neque ullo modo supremo Numini subjectam, statuebant: quos numquam antistitum Christianorum vigilantia in veris Christianis numerari sivit, sed scriptis factisque civitate sacra proscripsit: at hoc tamen in illis probabat, quod res omnes creatas a Deo esse, quum nihil exstitisset antea, negarent, tametsi materiam, unde facta sunt omnia, ex Deo ab aeterno pependisse, diceret. Ab *Origene*, cujus incredibilis fuit inter Christianos tertii & quarti saeculi auctoritas, & Philosophis Platonicis, quibus nulli meliores ista aetate putabantur, perniciosa haec sententia ad multos manavit alios, & eorum etiam tam Graecos inter, quam Latinos, infecit animos, qui purioris ceteroquin doctrinae statores & vindices putabantur. Unum ex multis testem dabo, magnum profecto virum & sanctis post obitum adscriptum, *Boëthium*, qui ex mente prorsus Platonicorum de mundo praecipit, eumque aeternum quidem esse negat, at perpetuo tamen fuisse tradit: *Itaque*, inquit, (*b*) *si digna rebus nomina velimus imponere, Platonem sequentes, Deum quidem aeternum, mundum vero dicamus esse perpetuum.* Itaque inter illos etiam Christianos, qui graviorum errorum in doctrina haud alioquin postulati fuerunt, aliqui exstiterunt, qui nihil sibi rei voluerunt esse cum veteri de rerum originibus doctrina: sed

editum: *Critique de la Bibliotheque des Auteurs Ecclesiastiques de Mr du Pin, Tom.* I. *p.* 690. Professus est ipse *Soucietus*, se harum *observationum* auctorem esse, tametsi nomen ejus in fronte libri non exstet. Quare falluntur, qui *Tournemino* eas adscribunt, erudito ex eadem familia viro & rerum veterum peritissimo.

(*e*) *Comment. in Genesin p.* 2. ed. Latinae a. *Conr. Clausero Tiguri* 1555. *fol.* curatae. Graece nondum prodiit hic Commentarius.

(*f*) Libro περὶ τοῦ γεννητοῦ apud *Photium Bibliothecae Codice* 235. *p.* 934.

(*g*) In *Origenianis Lib.* II. *Quaest* XII. §. 4. *p.* 165.

(*h*) *De consolatione philosophiae Lib.* V. *p.* 138. 139.

Digitized by Google

sed hoc tamen non impedit, quo minus publicum hoc & commune Christianorum dogma primis fuisse saeculis constituamus, divinam potentiam effecisse, ut quae
059 nusquam erant antea, esse ac exsistere inciperent, quum hic orbis conderetur. Sileo nunc de alio quodam Christianorum genere, in quo eximii quidem viri etiam fuerunt, quod inter Platonicos & Christianos sese veluti interjecit, & hunc quidem, quem cernimus, mundum a Deo ex nihilo factum esse concessit, at simul alium multo meliorem mundum, qui sub adspectum haud cadat, ex aeternitate una cum Deo fuisse (*i*) existimavit: cujus sententiae partem quamdam ii deinceps adsciverunt, qui *Palamitae* saeculo decimo quarto inter Graecos vocati sunt, & recentiores quidam in coetu Romani Pontificis Theologi.

§. III. Num vero praeter Judaeos & Christianos, qui a sacris hac de re litteris eruditi fuerunt, philosophorum aliqui, qui vel ignorarunt veram religionem, vel contemserunt, eo contemplando sola ratione duce pervenerint, ut mundum totum, nec formam tantum ejus, sed etiam materiam a Deo perfectam esse constituerent, inter viros doctos haud convenit. Plurimi quidem censent, omnem philosophorum turbam, Graecos, Barbaros, Latinos, quotquot luce divina haud fuerunt collustrati, aut ipsum mundum pro aeterno habuisse, aut mundi saltim materiam initio privasse, eamque putasse aut lege quadam & motu naturali formam, quam nunc habet, accepisse, aut ab ipso Deo digestam & descriptam fuisse: *Petr. Gassendus*, *Omnes*, inquit, (*k*) *philosophi in id consentiunt, ut materia praefuerit, ex qua procreatus sit mundus, quod nihil ex nihilo fiat, cum fides tamen sacra declaret, fuisse mundum ex nihilo nullave materia creatum.* Huic multi, gravesque & eruditi viri plane consentiunt, quos inter, ne longus sim, unum sufficiet nominasse *Jacob. Thomasium*, (*l*) in quo eximiam fuisse notum est dogmatum & opinionum veterum cognitionem. [Alia quaedam testimonia dat *Beausobre*] His longius etiam *Thomas Burnetus* progressus est, qui ne Judaeos quidem arbitratur credidisse, mundum ex nihilo esse conditum, & negat Christiana religione antiquius hoc esse dogma: (*m*) *Notandum est*, inquit, *credidisse antiquos, ex nihilo nihil fieri, & quidquid est substantiae, aliquo modo semper exstitisse semperque exstiturum. Doctrinam enim de eductione rerum ex nihilo & reductione in nihilum, philosophis ignotam primum invexisse videtur Theologia Christiana.* Et interjectis nonnullis: *Creatio & Annihilatio hodierno sensu, sunt voces factitiae: neque enim occurrit apud Hebraeos, Graecos aut Latinos vox ulla singularis, quae vim istam olim habuerit.* His autem vehementer resistunt alii nec eruditione, nec ingenio minores; qui tametsi haud negent, plerisque veterum philosophorum creationem ex nihilo ignotam fuisse, aliquos tamen putant ex illis, excellentiori ceteris ingenio praeditos, meditando ad hanc sententiam delatos fuisse, alios a majoribus ita institutos fuisse, ut eamdem, quam Christiani, opinionem de rerum originibus foverent. Huic generi duces sese jam dudum praebuerunt ex antiquis Christianorum doctoribus aliqui, quos novimus studiose cavisse, ne Philosophorum & Christianorum praecepta nimis inter se distare viderenn-

(*i*) Lege *Basilium Magnum Comm. in Hexaemeron Homil.* I. §. 5. *p.* 5. *Tom.* I. *Opp.*

(*k*) *Physices Sect.* I. *Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 163. *Tom.* I. *Opp.* Confer eumdem *Lib.* VII. *Cap.* 6. *p.* 481. *p.* 484. *f.*

(*l*) *Schediasmate philosophico* §. 37. *p.* 54. 55.

(*m*) *Archaeolog. philos. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 326. Adde *Lib.* II. *Cap.* 9. *p.* 453. *Franc. Baltus Defense des Peres accusez de Platonisme Livr.* III. *p.* 325. *Ni Platon, ni les autres philosophes payens n'ont*

Digitized by Google

rentur: De quorum numero *Clemens Alexandrinus* non modo *Platonem & Orpheum*, verum ipſos etiam Stoicos perhibet mundum duxiſſe ex nihilo (*n*) factum eſſe. Majori autem virtute & eruditionis copia recentiores quidam negotium hoc aggreſſi ſunt, qui poſt inſtauratas vixerunt litteras: quod ut facerent, hoc eos potiſſimum adduxit, quod Chriſtianorum religionem pulcriorem nonnullis viſum iri ſperarent, ſi cognoſcerent, difficillima ejus dogmata illis dudum placuiſſe, quibus nullum aliud lumen, quam ratio, affulſiſſet. *Auguſtinus Steuchus*, Eugubinus antiſtes, *toto Libro ſeptimo* Operis notiſſimi *de perenni philoſophia* id unum agit, ut oſtendat omnes philoſophos, qui aliquo inter Graecos & barbaros loco & numero fuerunt, faſſos eſſe, Deum mundi hujus conditorem & opificem eſſe. Sed hic minus, quam res flagitat, luculentus eſt, nec evidenter ſatis declarat, utrum hoc tantum ſibi voluerit, philoſophos iſtos mundi aeternitatem inficiatos eſſe, an vero eosdem quoque cenſuerit ſtatuiſſe, ipſam ejus materiam a Deo ex nihilo factam eſſe. Coepiſſe mundum aliquando, nec ſemper fuiſſe, immo divina ratione compoſitum & conſtructum eſſe, nullum eſt dubium, quin ſummi & praeſtantiſſimi veterum ſapientum cenſuerint: Valde vero dubium eſt, an aliqui ne mundi quidem materiam exſtitiſſe dixerint, antequam Deus eam immenſa potentia ſua produceret. Affert *Steuchus* paſſim nonnulla, ex quibus non ſine ratione conficias, faviſſe eum illis, qui materiam mundi ex ipſa divina natura fluxiſſe arbitrantur: Et notum eſt praeterea, viſum fuiſſe homini ex aeterno lucem quamdam divinam, nec creatam, exſtitiſſe, & ex ipſo Deo manaſſe: quam ejus ſententiam acerbe *Dion. Petavius* (*o*) caſtigat. Hinc ne ipſe quidem ſic, ut fas eſt, de ortu rerum ſenſiſſe & creationem mundi ex nihilo certa ratione ſuſtuliſſe videtur: ex quo cur tam obſcure & conturbate de hoc negotio diſſeruerit, apertum eſt. Moneo haec eorum cauſſa, qui *Steuchum* copioſiſſime omnium oſtendiſſe tradunt, de rerum originibus inter antiquos philoſophos & Chriſtianos nullam diſſenſionem eſſe: quod qui abſolute accipit, is ſine dubio fallitur. Non multo apertius & dilucidius in hoc argumento verſati ſunt alii nonnulli, qui poſt *Steuchum* ſcripſerunt. *Hugo Grotius* (*p*) efficere ſtudet, Phoenices, Indos, Aegyptios, & Graecos, de origine mundi haud aliter ſenſiſſe, atque *Moſes* ſenſit: at dubium relinquit lectoribus, quam late hoc patere voluerit, nec clare ſignificat, an vel ab ipſo *Moſe* putet creationem ex nihilo eſſe traditam. *Petr. Dan. Huëtius* in *Quaeſtionibus de concordia rationis & fidei*, quas *Alnetanas* inſcripſit, ſingulari capite (*q*) demonſtrandum ſibi ſumſit, laudatiſſimos philoſophos de initiis hujus univerſitatis eadem ſenſiſſe, quae veteres Ebraeos & Chriſtianos: ac ſub ipſum quidem diſputationis exordium tres ferri commemorat de mundo ſententias, quas inter primo loco eorum opinionem collocat, qui ex nihilo cenſent cuncta eſſe a Deo creata: verum hujus diſtributionis prorſus deinceps oblivi ſcitur, nec deſignat, quosnam ex philoſophis, quorum ſententias recitat, primo illo genere comprehendi velit, uno tamen excepto *Platone*, quem diſerte contendit mundi totius molitionem ad unum Deum retuliſſe. In *Tobia Pfannero*, alio hujus generis ſcriptore, idem fere deſideres. Monet is

n'ont point connu de creation proprement dite.

(*n*) *Stromatum*] *Lib.* V. *Cap.* 14. *p.* 701. & *p.* 724. Conf. *Euſebius Demonſtrat. Euangel. Lib.* III. *Cap.* 3 *p.* 106.

(*o*) *Dogmat. Theolog. Tom.* I. *Lib.* III. *de Deo & propriet. Dei Cap.* 5. §. 3. *p.* 144. *ſ.*

(*p*) *Not. ad Libr. de veritate religion. Chriſtian. Lib.* I. §. 16. *p.* 29.

(*q*) *Lib.* II. *Cap.* 5. *p.* 109.

Digitized by Google

is (*r*) philosophorum plurimos, tametsi Deum mundi hujus fabricatorem dixerint, aeternam tamen ei adjunxisse materiam: quod dum facit, aliquos eorum simul indicat melius sensisse ceteris & materiae quoque originem adscripsisse. Quod si vero quaeras, quinam illi fuerint ex illis, quos longo recenset ordine, quibus vera placuerit sententia, responsionem ab ipso frustra exspectaveris. Sed nec tamen alii desunt, qui minus hac in re explicanda ambiguitati studeant, & nominatim eos enumerant, quos putant materiae non minus, quam formae hujus universi principium dedisse. Nam, ut eos praetermittam, quorum in sequentibus aliquos indicabo, qui unum vel alterum philosophorum confirmant sententiae huic fuisse deditum, *Livius Galantes*, Philosophiae utriusque in Foro Cornelii professor, probare instituit Platonicorum non mediocrem partem nihilo deterius, atque Christianos, de mundi natalibus (*s*) docuisse. Cum hoc facit *Radulphus Cudworthus*, qui nobis haec scribendi occasionem dedit, utpote cui passim juniores Platonici cum aliis in rebus, tum hac maxime, haud multum infra Christianos putantur (*t*) esse positi. Alii majus etiam aliquid postulant, nec Platonicos tantum, verum omnes fere philosophos, tam Graecos, quam barbaros, in quibus nominis & dignitatis nonnihil fuit, in societatem dogmatis hujus pertrahere cupiunt. *Edmundus Dickinsonus*, Anglus, veteres omnes ante *Aristotelem* Physicos, Phoenices item, Aegyptios, quin etiam *Hesiodum*, autumat materiae opificem & conditorem, supremum Numen, (*v*) praefeciisse. Ex nostri coetus Theologis *Adamus Tribbechovius*, (*x*) cunctos veterum sapientes, si a paucis quibusdam discesseris, arbitratur nihil de ortu materiae dubitasse. Attulit etiam ad hanc opinionem confirmandam nonnulla *Jo. Alb. Fabricius*, (*y*) qui nova quaedam testimonia veterum laudavit, ab aliis praeterita. Novissime viri doctissimi, qui *Historiam universalem*, magnae molis opus, condendum inter Anglos susceperunt, in ejus *Prolegomenis*, Gallice superiori anno versis, non modo Graecorum philosophorum nobiliores quosdam, sed etiam Hetruscos, Magos, Indos, Japones, Sinas, & alios aut parum, aut nihil statuunt a Christiana veritate hoc in dogmate (*z*) remotos esse. Plu-
961 res, quos eadem delectat opinio, enumerare necesse non est, quum hi reliquos omnes facile tam auctoritate, quam eruditionis copia & testimoniorum multitudine superent.

§. IV. Haec magnorum & eximiorum virorum discordia commovit me, ut constituerem, aliquid laboris & diligentiae in hac quaestione enodanda consumere: quod quidem praesenti *Dissertatione* faciam. Neque nullius momenti est, scire, utri parti veritas magis faveat. Nam cum semper utile est perspectum habere, quousque illi pervenerint in veri cognitione, quibus lumen coeleste non adfuit, tum necessarium hodie intellectu est, quantum fidei habere deceat illis, qui convenientiam Christianae religionis & philosophiae semper in ore ferunt: quos quidem multi, quibus omnis exosa est religio, imperitiae rerum veterum & piarum

(*r*) *Systemate Theologiae gentilis purior. Cap.* 5. §. 3. *f. p.* 156.

(*s*) *In comparatione Christianae Theologiae cum Platonica Lib* IX. *p.* 236. *Bonon.* 1627. *fol.*

(*t*) Vid. *System. Intellect. Universi Cap.* 5. *Sect.* II. *p.* 752. *f.*

(*v*) *Physicae veteris & verae Cap.* 12. quod est *de creatione materiae p.* 195. 198.

(*x*) In *Diss.* quam inscripsit: *Veritas creationis mundi, prout a Mose descripta est, ostensa in traditionibus gentium ac vetustissimis antiquitatis profanae monumentis. Kiliae* 1668. edita, quam *Thom.*

Digitized by Google

rum fallaciarum accuſare non deſinunt, alii nocere potius, quam prodeſſe rebus Chriſtianis exiſtimant. Omitto commoda, quae ex disquiſitionibus ejusmodi capere illi poſſunt, quorum intereſt vel Hiſtoriae philoſophicae, vel ſanctioris receſſus ſcrutari, veramque naturam cognoſcere dogmatum & opinionum, quas tam veterum ſcholarum philoſophicarum conditores, quam coetuum Chriſtianorum antiſtites diſcipulis ſuis tradiderunt. Ordine igitur eos perluſtrabo, quibus id honori a viris doctiſſimis datum eſt, quod de rerum ortu haud aliter, quam Servatoris noſtri diſcipuli ſenſerunt, & ingenue exquiram, num iſta laude digni ſint. Primum Graecos prodire jubebo philoſophos, in quos hanc gloriam cadere eruditi homines voluerunt, a quibus Latini deinceps diſciplinam acceperunt: Ab his ad Gentes progrediar, quas *barbaras* appellare cum Graecis & Romanis ſolemus: Extremum locum juniores occupabunt Platonici, qui novam & ſingularem plane ſectam condiderunt, cujus rationes alio loco expoſui, & pluribus, quam ceteri, patronis utuntur & defenſoribus: ob quas cauſſas ſigillatim & accuratius de illis dicendum eſſe, arbitror.

§. V. Ante vero quam rem ipſam aggrediar, conſtituendum mihi diligenter eſſe video, quidnam in quaeſtionem & diſceptationem proprie veniat, ne aut rerum imperitis aut rixarum cupidis aditus aliquis ad hanc cauſſam pateat. Non hic quaeritur: Utrum Philoſophorum aut aliorum hominum aliquis, qui ratione quidem valuerunt & ingenio, at divinae patefactionis lumine caruerunt, eo usque contemplando eniſus ſit, ut ſtatueret, Deum orbis hujus, ſive formam ſpectes, ſive materiam, unum fabricatorem eſſe? Aut: Num dogma de creatione rerum omnium e nihilo ex illis ſit, quae ratione ſibi relicta poſſunt inveſtigari? Perſuaſum mihi eſt, tantum eſſe virtutis in animis hominum, praeſertim eorum, quibus divino beneficio perſpicere datum eſt, quid rem quamque conſequatur, quidve ei viciſſim repugnet, ut etiam ſine patefactione divina cognoſcere ac intelligere valeant, eos, qui aeternam Deo materiam adjungunt, ex eaque hunc orbem ab eo comparatum eſſe putant, difficultatibus ſemet ipſos implicare indiſſolubilibus & ad ſcita deduci valde abſurda & a ſana ratione averſa, eaque de cauſſa decernant, fieri nullo modo poſſe, quin mundus hic a Deo ab omni parte procreatus ſit, tametſi ingenii ſui viribus explicare nequeant, quemadmodum hoc factum ſit. Et hanc mecum tenent ſententiam illi, quos nemo vel imperitiae & ſtuporis, vel nimii erga rem Chriſtianam ſtudii poſtulaverit. Memini *Benedictum Pererium*, Jeſuitam pereruditum, cujus hodie ſcripta neglecta jacent, quamvis nec eruditione careant, nec ingenii & orationis copia, octo argumenta referre, ex quibus ratio, ſuis unice viribus fulta, cognoſcere poſſit, in doctrina de creatione ex nihilo eſſe nihil, quod magnopere hominem ſapientem (*a*) offendere queat. [Vid. *Bibl. Britann. Tom.* V. §. 1. *p.* 145.] Et in his quaedam talia ſunt, ut non poſſint non mentem hominis commovere, cui veritas curae eſt. *Petrus Bay-*

Thom. Cranius in lucem revocavit, & in *Faſciculo Diſſert. Hiſtor. Critic. Philologicar. Roterod.* 1691. 8. edidit, *Cap.* 2. *p.* 276. *& alias.*

(*y*) *Biblioth. Graec. Lib.* II. *Cap.* 12. §. 7. *p.* 464.

(*z*) *Introduction a l'Hiſtoire univerſelle contenant les ſentimens des philoſophes anciens & modernes ſur l'origine & la creation du monde. Hay.* 1731. *in* 8. *p.* 139. *ſ.*

(*a*) *De communibus omnium rerum naturalium principiis & affectionibus, Lib.* V. *Cap.* 7. *p.* 291.

Digitized by Google

Baylius graviſſimis oſtendere rationibus tentat, (*b*) neminem, niſi qui ſententias amplecti velit extra modum abſurdas, dubitare poſſe, quin ipſa etiam rerum materia protecta ſit a Deo. Eximii duo viri, quibus nihil majus eſt inter philoſophos aetatis noſtrae, *Jo. Lockius* & *Iſaacus Newtonus* non modo negant, creationem mundi rationi purgatae adverſari, ſed etiam fieri poſſe contendunt, ut modum ejus comprehendamus aliqua ratione, ſi vulgarium ſententiarum vinculis nos expedire (*c*) conemur. Quod tametſi forte paullo dictum ſit confidentius,
962 tamen, quum ab illis traditum ſit, quos nemo facile recuſet arbitros, quum de rebus quaeritur arduis & ſublimioribus, nonnihil facit ad eos juvandos, qui mentis noſtrae tenebras obſiſtere negant, ne ad unum totius univerſitatis parentem & conditorem pergamus. Et quis neſcit, plerosque eorum, qui religionis & Dei contemtores ſcriptis libris proſligarunt, magnis eos argumentis inſcitiae & tarditatis conviciſſe, qui aut mundum, aut mundi ſaltim materiam numquam coepiſſe arbitrantur? Novi, nihil intentatum ab illis eſſe relictum, qui Deo male volunt & religionem extinguere nituntur, quo vix magis aliquid a ratione abhorrere docerent, quam id, quod Chriſtiani de rerum initiis & originibus praecipiunt: quos inter Comes *Boulainvillierius* primas facile & audacia & ſubtilitate (*d*) tenet. Verum hi, quicquid demum moliantur, nihil umquam efficient praeter id, quod nemo ſapiens inficiatur, anguſtius eſſe mortalium ingenium, quam ut rem tam magnam capere ac complecti queat: nulla vero arte docebunt, quod docere tamen oportet eos, ſi vincere velint, pugnare eum ſecum ipſo, qui ſciſcit naturam neceſſario & per ſe exiſtentem ex nihilo fingere aliquid (*e*) poſſe. Quae quum ita ſeſe habeant, facile conceſſerim, non unum forte, ſed plures olim exſtitiſſe, nobis hodie ignotos, qui ſupra vulgus eo usque ſeſe ratiocinando extulerint, ut Deo faterentur mundum comparanti nullam praeſto fuiſſe materiam: quod ſi negarem, hoc una ſtatuerem, quod incredibile eſt, neminem antiquorum, quum de rerum omnium principio cogitaret, recte ratione ſua uſum eſſe. De illis ergo tantum philoſophorum ſectis & philoſophis certamen hoc inſtituitur, quorum aut libri, aut placita ad nos delata ſunt, nec quid hi ſentire potuiſſent exquiritur, ſi rationi voluiſſent obedire, ſed quid reapſe ſenſerint & ſuos ſentire juſſerint. Ut paucis verbis rem totam complectar, hoc unum expediendum mihi ſumo: Utrum ex antiquioribus populis & philoſophis, quorum vel praecepta & dogmata in litteras relata ſunt, vel monumenta exſtant, tam ſobrii & ſani fuerint aliqui, ut decernerent, Deum non modo formam in materiam hujus mundi induxiſſe, ſed ipſam quoque materiam, quum nulla eſſet antea, interminata potentia ſua finxiſſe ac procreaſſe?

§. VI. Qui fuiſſe philoſophos ejusmodi, non dubitant, illi primum nonnullos veterum teſtantur locos, ex quibus hoc generatim intelligi, putant. Bini ex *Ariſtotele* ſumuntur, unus *Empedoclis* eſt, poſtremus *Senecae*. *Ariſtoteles* ſcriptum reli-

(*b*) *Dictionaire Hiſtor. & Critique Tom.* III. *voce Ovidius Not. C. p.* 2140.

(*c*) Vid. *Jo. Lockius de intellectu humano Lib.* IV. *Cap.* 10. §. 18. *p.* 566. & *ad h. l. Obſervationes* Clar. Viri *Petri Coſte* in editione nupera verſionis Gallicae *Amſterd.* 1729. 4.

(*d*) *Refutation du Syſteme de Spinoza*, ut inſcribitur peſtiferus liber, quod inſcribi debuiſſet: *Explication & defenſe des ſentimens de Spinoza p.* 68.

(*e*) Lectu non indigna ſunt, quae hac de re diſputat *Iſaacus Orobio*, eruditus Judaeus, in *Certa-*

Digitized by Google

reliquit, omnes ante ſe philoſophos affirmaſſe, coelum genitum ſive factum eſſe: (*f*) *γενέσθαι μὲν ἅπαντα εἶναί φασιν.* Haec ejus verba *Dickinſonus* & quidam alii ſic interpretantur, ac ſi traderet in illis *Ariſtoteles*, omnes antiquos ſapientiae profeſſores cenſuiſſe, mundum ex nihilo factum eſſe. Sed quis non videt, plura ſibi hos ſumere, quam concedi poteſt? Nam qui factum aliquid & procreatum eſſe dicit, isne ſimul affirmare putandus eſt, exſtitiſſe nihil, ex quo res illa genita & facta ſit? Initium certe & ortum mundo plerique tribuebant veterum, nec minus tamen conſtanter iidem defendebant, materiam ab aeterno exſtitiſſe. Accedit, quod hanc prorſus conterit expoſitionem, aliis *Ariſtotelem* locis, quos paullo poſt afferam, adſeverare, phyſicos omnes negare, ex nihilo fieri poſſe aliquid. Alter locus *Ariſtotelis* plus habet ſpeciei, nec leviter eos conturbare poteſt, qui ex noſtris dicendi formis veterum loquendi modos aeſtimant. Diſputat in *Xenophanem* Peripateticorum princeps, qui ex nihilo nihil fieri poſſe praeceperat, idque ſcitum nec abſolute verum eſſe, nec ab omnibus probari philoſophis, demonſtrare vult: parum quidem id facit ingenue: nam verborum notiones, quod Sophiſtae ſolent, mutat, ut adverſarium obruat: ſed hoc nunc omittimus. Videamus tantum, quemadmodum doceat, fuiſſe aliquos, qui ex nihilo fieri poſſe quaedam dicerent: (*g*) *λέγεταί τι καὶ σοφίσμα ὡς οὐκ ἐξ αὐτῶν γίγνεσθαί τι τὰ μὴ ὄντα καὶ μὴ γεγενημένα πολλὰ ἐκ μὴ ὄντων καὶ οὐκ ὄντα εἰ τυγχάνοντες, ἀλλὰ καὶ τῶν δοκούντων εἶναι σοφῶν τινες εἰρήκασιν. Nam ab ipſis his ſaepe dicitur, & fieri ea quae non ſunt & non multa facta eſſe ex iis, quae non ſunt, atque non haec e vulgo quilibet, ſed ex iis nonnulli aſſeruerunt, qui ſapientes etiam habiti ſunt* His locum ſubjicit ex *Heſiodo:* poſtea vero ad aliam ſectam digreditur: *πολλοὶ δὲ καὶ ἕτεροι εἶναι μὲν οὐδὲν φασι, γίνεσθαι δὲ πάντα λέγοντες ἐξ οὐκ ὄντων γίνεσθαι τὰ γενόμενα· ὥστε τοῦτο μὲν δῆλον ὅτι ἐν οἷς γε δοκεῖ καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἂν γίνεσθαι. Multi praeterea alii eſſe nihil, ſed fieri omnia, aſſerunt: ex* 968 *iis, quae non ſunt, omnia quae fiunt exſiſtere affirmantes: ut perſpicuum jam ſit, nonnullis videri, etiam ex iis, quae non ſunt, gigni omnia quae fiunt.* Duplicem liquet hic commemorari ab *Ariſtotele* ſectam philoſophorum, ſtatuentium, ex nihilo fieri poſſe aliquid: num quis igitur dubitare poterit amplius, fuiſſe in antiquis ſapientibus, quibus hoc dogma probatum fuerit? Equidem adhuc dubito, ſperoque, me effecturum eſſe, ut omnes intelligant, hunc Stagiritae locum non illum eſſe, qui omnem hac de re dubitationem extrahere funditus ex animis valeat. Primum *Ariſtotelem* ipſum mihi adeſſe volo, qui multis aliis in locis, totam phyſicorum turbam nihil antiquius & prius habere memorat hoc praecepto: *Ex nihilo nihil fit.* Eſt, ubi dicit, eos, qui primi ad philoſophiam ſeſe contulerint, nihil magis eſſe veritos, quam ne admitterent aliquid, huic dogmati contrarium: (*h*) *ὃ μάλιστα φοβούμενοι διεπέλεσαν οἱ πρῶτοι φιλοσοφήσαντες, τὸ ἐκ μηδενὸς γίνεσθαι πρᾶγμα.* Alio loco, *communem opinionem*, *κοινὴν δόξαν τῶν φυσικῶν*, eſſe ait hanc, quam diximus, (*i*) ſententiam. Et plura paſſim ejus generis enuntiata in *Ariſtotelis* libris occurrunt, quae neceſſe non eſt, ut huc transferantur. Vere dixiſſe haec *Ariſtote-*

tamine *philoſophico propugnatae veritatis divinae & naturalis adverſus Joh. Bredenburg p.* 400. & 463.

(*f*) *Lib.* I. *de Coelo Cap.* 10. *p.* 632. *Tom.* I. *Opp.*

(*g*) *Libro de Xenophane, Zenone, & Gorgia Cap.* 1. *p.* 836. *Tom.* II. *Opp.*

(*h*) *Libro* I. *de generat. & corrupt. Cap.* 3. *p.* 705. *Tom.* I. *Opp.*

(*i*) *Natural. Auſcult. Lib.* I. *Cap.* 5. *p.* 450.

(*k*) *Lib.*

Digitized by Google

stotelem, ex ipsis cognoscitur physicorum & philosophorum scitis, quae & ab eo enarrantur, & in aliis veterum libris exponuntur. Quomodo igitur a semetipso defciscere & hoc in loco, quem tractamus, statuere potuisset, non postremam philosophorum partem duxisse, multa esse ex nihilo procreata? Sed facile video, vix expugnatum iri hac observatione eorum studium, qui philosophos veteres non nimis dissensisse volunt a religionis Christianae praeceptis. Itaque ad ipsum propius hunc locum accedam & longe secus eum ostendam intelligendum esse, quam videtur illis, qui recentiores notiones antiquorum vocabulis subjiciunt. Principio animadverti velim, de creatione & ortu rerum omnium non agere in eo *Aristotelem*, sed de generatione rerum, quam cernimus quotidie in hoc orbe: ex quo constat, si vel ita essent accipienda haec verba, quemadmodum viris eruditis placet, parum tamen auxilii illis inde exspectandum esse, qui creationem universitatis ex nihilo divina potentia, in veterum philosophorum praeceptis quaerunt. Quamvis enim is, qui putat, ex nihilo fieri aliquid, quum aut animal, aut arbor, aut alia natura gignitur & procreatur, ab illis abhorrere nequeat penitus, si sibimet ipsi repugnare nolit, qui Deum aliquando ex nihilo credunt effeciste omnia: interest tamen haud parum inter utrosque. Ipsa deinde pugno *Aristotelis* verba obsistere illis, qui philosophos in illis commemoratos tam perspicaces fuisse volunt, ut de rerum originibus idem sentirent, quod Christiani sentiunt. Duplex genus philosophorum, id quod apertum est, ab *Aristotele* introducitur: quorum prius ait statuere, τὰ μὴ ὄντα γίγνεσθαι, *ea quae non sunt fieri.* Sume hic vocabulum μὴ ὄντα eo sensu, ut idem significet, quod *nihilum* & *nullum* dicitur, & sententiam habebis perabsurdam & ineptissimam. Dixissent enim hi philosophi, id, quod nihil est & nullum, factum esse, seu, quod idem est, id quod non est, nec esse potest, esse tamen & existere coepisse: quod tam puerile & a ratione remotum est, ut sano nemini in mentem venire queat. Quare, nisi deliros & emotae mentis fuisse velimus philosophos, quos magnis honestat laudibus *Aristoteles*, vel hinc concludere nos oportet, vocabulum τὰ μὴ ὄντα, longe aliam apud eos vim habuisse, quam *nihilum* habet. Alterum philosophorum genus refert Stagirita tradere, *nihil esse, sed omnia fieri*; quod ut explanet, addit, placere illis ἐκ τῶν μὴ ὄντων *ex rebus, quae non sunt, fieri & gigni omnia.* His in rebus si τὰ μὴ ὄντα, idem essent, quod *nihilum*, praecepissent hi magistri, quae hodie gignuntur & procreantur omnia ex nulla fieri materia, sed absolute fingi ac produci, nec esse hodie materiam, ex qua fingi queat aliquid: non enim dicunt, facta esse olim ex nihilo omnia, verum semper fieri. nec tempus fuisse perhibent, quum nihil esset, sed esse nihil. Ita vero & esse aliquid, & non esse, docuissent: etenim quae fiant & generantur, sunt sine dubio: sensuum judicium & plane sustulissent, & simul minime fallax esse, constituissent: ut de aliis nihil dicam aeque absurdis & ridiculis consectariis, quae suscipienda fuissent his hominibus, si hoc sibi voluissent. Quae quum ita sese habeant, perspicuum est, alio longe sensu *Aristotelis* haec verba exponenda esse, quam exponuntur ab illis, qui philosophos sibi videntur in illis inveniss creationi ex nihilo faventes, nec τὰ μὴ ὄντα, *ea quae non sunt*, idem designare posse, quod *nihilum*.

§. VII.

(k) *Lib. V. de gener. & corrupt. Cap. 1. p. 697. Cap. 3. p. 704. Physic. auscult. Lib. I. Cap. 5. p. 451.*

Digitized by Google

§. VII. Periculum ego faciam, num ita declarare queam obſcuras hodie, 964
quae recitantur ab *Ariſtotele*, ſententias, ut mens ejus ab omnibus intelligatur. Non omni carebit hic labor utilitate, quoniam locum mihi faciet nonnulla monendi, quae ignorari a multis video, tametſi veterum tam philoſophorum, quam Chriſtianorum dogmata & opiniones rite explanari, niſi his cognitis, nequeant. Incipiam a vocabulis τὸ ὄν & τὸ μὴ ὄν, quae ſenſim, ut fit inter homines, longe aliam notionem induerunt, atque antiquioribus Graecorum temporibus habuerunt. Τὸ ὄν antiquiſſimis Graecorum philoſophis id dicebatur, quod immutabile, conſtans, perenne, fixum, & definitum eſt: τὸ μὴ ὄν vero, quod certa & conſtanti natura haud praeditum eſt, ſed perpetuo fluit, mutatur, labitur, & convertitur. Qui hoc ſibi probari volunt, *Ariſtotelis Libros phyſicorum, Libros de generatione & corruptione*, *Libros* denique *Metaphyſicorum*, *Platonem in Parmenide*, aliisque in dialogis conſulant: quamquam & ex iis, quae jam afferentur, res manifeſta fiet. Omnium vero controverſiarum, quae veteres ſejungebant naturae ſpeculatores, haec princeps erat fere: Utrum eſſet aliquid τὸ ὄν, natura quaedam immutabilis & viciſſitudinis omnis expers, nec ne? Affirmabant hoc magni viri & inclyti: negabant alii. Qui ſciſcebant, eſſe aliquid τὸ ὄν, naturam aliquam ſtabilem & mutationis verae prorſus expertem, illi diffidebant tamen inter ſe, cujus ea generis & indolis eſſet: qui contra perpetuis naturam rerum mutationibus obnoxiam eſſe, neque ſtare aliquid, ſed fluere omnia, exiſtimabant, rurſus in magna ſententiarum varietate poſiti erant, quum enucleatius de re univerſa diſſerendum & rerum naturalium rationes reddendae eſſent. De hac opinionum diſcordia & varietate, quae antiquiſſimos diſtinebat ſapientes, longus eſſe ac copioſus poſſem: ſed inſtitutum vult, ut brevitati ſtudeam. Nulla vero in re apertius & longius inter ſe diſtabant hae philoſophorum familiae, quam quum ad explicationem generationis rerum omnium ventum eſſet: quae quidem res nullo non tempore vehementer exercuit ingenia eorum, qui cauſſas aperire conati ſunt eorum, quae naturae rerum accidunt. Qui naturam eſſe quamdam putabant ſtabilem & immutabilem, τὸ ὄν quoddam, illi nihil dubitabant, quin ex hac omnia fierent, quae gignuntur, ita ſcilicet, ut ipſa haec natura nihil detrimenti caperet, verum una ſemper eademque maneret, tametſi varias in formas & figuras verteretur: E contrario qui perpetuo fluxu & aeterna inconſtantia ferri omnia, ſecum conſtituebant, hi non poterant, quin decernerent, non formas tantum & habitus rerum externos mutari, quum gigneretur aliquid, ſed ipſam quoque interiorem materiae naturam conturbari & converti. Et hae binae iterum ſectae in multas ſciſſae erant minores familias, de quibus ſi exponere vellem, multum conſumere temporis poſſem. Quamvis igitur variae veterum de generatione & ortu rerum eſſent ſententiae, quas *Ariſtoteles* (*k*) & alii veterum paſſim recenſent, omnes tamen apte ad binas generatim factiones revocari queunt. Alii docebant generari & procreari omnia ἐκ τῶν ὄντων, *ex illis rebus, quae vere ſunt*: ita illis videbatur, qui eſſe aliquid τὸ ὄν cenſebant, licet & hi, quod jam indicavi, non eodem omnes modo ſentirent. His alii oppoſiti decernebant, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος fieri & generari omnia, quod idem eſt, ac ſi dixiſſent, in generatione res fieri id, quod non fuerant antea, & in aliam tranſire naturam: in hac illi erant opinione, qui nihil eſſe im-

p. 451. *Lib.* III. *de Coelo Cap.* 1. *p.* 687. *Tom.* I. *Opp.*

immutabile & nescium mutationis contendebant. Juvabit, hanc distinctionem veterum de generatione sententiarum ipsius *Aristotelis* verbis firmare, quum id potissimum hic agamus, ut verborum ejus vim & potestatem declaremus. *Zeno*, *Parmenides*, *Melissus* esse aliquid τὸ ἐν, naturam aliquam stabilem & immutabilem rati sunt, quod eos non fugit, qui Historiae non imperiti sunt philosophiae antiquae: igitur & in illis habiti sunt, qui praeciperent, ἐκ τοῦ ὄντος gigni & procreari omnia. *Aristoteles*, πρῶτον μὲν ὁν, inquit de *Zenone*, (l) λαμβάνει καὶ οὗτος τὸ γίγνεσθαι ἘΚ ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ, ὥσπερ ὁ Μέλισσος. *Ac primum quidem etiam ille, non secus ac Melissus, sumit, id quod sit gigni ex eo, quod est*, id est, rebus omnibus, quae fiunt, unam perennem & immutabilem naturam esse subjectam, quae in varias tantum formas diverso modo transeat. Qui hanc viam sequebantur, illi antiquis scriptoribus dicti sunt omnem generationem & corruptionem prorsus tollere: quam loquendi formam quum non satis assequerentur sequentium aetatum scriptores, in opinionem de his philosophis inciderunt prorsus ineptam. Scriptum enim reliquerunt, visum fuisse viris his, nihil prorsus nasci, nihil interire, nul-
965 lum esse motum: quod si sensissent, stolidi plane & dementes fuissent, nulloque indigniores nomine, quam philosophorum. Quare recentiores, eosque ingeniosissimos & acutissimos viros tam fuisse incautos, moleste fero, ut hoc illis recte tribui nihil dubitarent: quem quidem errorem effugissent, si loquendi modos, qui antiquis usitati fuerunt, majori diligentia exploraſſent. Sed hac de re jam alias disserui nonnulla (*m*), quibus nunc addo, valde me laetatum esse, quum *Petr. Gassendum*, virum magnum & perspicacem, ab hac mea sententia non fuisse nimis remotum, (*n*) intelligerem. His, quos dixi, philosophis qui contrarii erant, & negabant, unam stabilem & perennem naturam esse rebus omnibus subjectam, illi ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, *ex illis, quae non sunt*, gignere ferebantur omnia. *Aristoteles* de hoc ita loquitur genere: (*o*) πρῶτον μὲν γὰρ ὁμολογοῦσιν ἁπλῶς γίνεσθαί τι ἐκ ΜΗ ΟΝΤΟΣ. *Primum enim fatentur simpliciter fieri aliquid ex non ente*, id est, tradunt, res, quum gignuntur, id fieri, quod ante non fuerant. Inter duas hasce familias, quae tamen multum alebant intestinae discordiae, medii quidam interjecti erant, qui quum esse aliquid τὸ ὄν faterentur, fieri tamen simul statuebant nonnihil ἐκ τοῦ μὴ ὄντος: quamquam ne hoc quidem uno omnes modo volebant accipi. His ipsemet sese *Aristoteles* quodammodo aggregabat, quem praecepisse constat, ex materia seu ente & privatione materiae adjuncta, quam *non ens* vocabat, fieri & gigni omnia. Subtilis haec est sententia, quam multi negant intelligi posse: quare ipsis auctoris ejus verbis eam exponam: (*p*) συντόμως ἤδη καὶ νῦν λεκτέον, ὅτι τρόπον μέν τινα ἘΚ ΜΗ ΟΝΤΟΣ ἁπλῶς γίνεσθαι, τρόπον δ' ἄλλον ἘΞ ΟΝΤΟΣ ἀεί· τὸ γὰρ δυνάμει ὂν, ἐντελεχείᾳ δὲ μὴ ὄν, ἀνάγκη προϋπάρχειν. *Compendiose in praesentia quoque dicamus oportet*, e NON ENTE *simpliciter aliquo modo fieri generationem*, *& alio modo* EX ENTE *semper. Namque* ENS *potentia*, *sed actu* NON ENS, *praeexsistat necesse est.* His explicatis, multo erit facilius intellectu, quam videtur initio, quamnam potestatem subjicere nos oporteat verbis *Aristotelis*, quae haec commentandi occasionem nobis suppeditarunt. Primum genus quoddam philosophorum inducitur ab eo, quod gigni autumat τὸ μὴ ὄν, & ex his pauca rursus procreari. Esse hi, quod evidens est, statuebant

(l) *Libro de Xenophane, Zenone, & Gorgia* p. 468. 469.
(n) Vid. *Physic. Sect.* I. *Lib.* VII. *Cap.* 1. *Cap.* 4. p. 841. *Tom.* II. *Opp.*
(m) *Observat. ad Cudworthi System. intellect.* p. 458. *Tom.* I. *Opp.*
(o) *Na-*

bant τὸ ὄν, immutabilem quamdam naturam, ſine qua nulla fieri queat procreatio: Ex hac vero materia gigni τὰ μὴ ὄντα, res quae per ſe non conſtant, ſed fluunt & ſtabili natura carent, quales ſunt, quae quotidie exſiſtunt & rurſus diſſolvuntur ac ad initia ſua redeunt. Sed quid hoc ſibi vult, quod iidem cenſent ex illis, *quae non ſunt*, aliqua quidem, ſed μὴ πολλὰ, *non multa*, gigni & procreari? Itane hi philoſophi exiſtimabant, ex fluxis illis rebus, quae ex perenni & immutabili creantur materia, novas oriri & fieri naturas poſſe? Numquam id crediderim, nec modum & exitum ſententiae hujus reperio. Vellem clarius loquutus fuiſſet *Ariſtoteles*, qui & hic, & infinitis in locis aliis, non ſecus differit, ac ſi omnes ſphingem domi habere putaſſet, quem in aenigmatibus enodandis adire poſſent. Sed viam tamen accuratius meditando inveni, qua ex hac difficultate nobis eluctari quoque liceat. *Pauca* illa, quae hi philoſophi dicuntur putaſſe procreari ex illis, *quae non ſunt*, minime res ſunt ſeu naturae, aut, ut philoſophorum more loquar, *ſubſtantiae*, ſed accidentia tantum quaedam rerum. Hoc ergo tradebant, in omni generatione primas omnino partes ſtabili & aeternae materiae tribuendas eſſe, quae cunctis rebus ſubjecta ſit: at nonnulla tamen ſimul adjungi unicuique rei naſcenti, quae in illa materia non fuerint antea, & idcirco e nihilo veluti oriantur. Quaenam vero haec? Figura, nil dubito, magnitudo, ſitus, motus, quies; quae quidem non inſunt proprie in materia, unde res fiunt, ſed ex ejus demum concretione & varia temperatione naſcuntur, eaque de cauſſa dici poſſunt certa ratione ex illis, quae non ſunt, fieri. Hoc modo ſi exponantur *Ariſtotelis* verba, ut meo quidem judicio oportet ea exponere, facile in illis agnoſces philoſophiam ſectatorum *Democriti* & *Epicuri*. Namque hi primum eſſe ſtatuunt τὸ ὄν, ſeu certam quamdam & definitam corpuſculorum individuorum copiam, quorum interior natura nulla vi mutari queat: ex his deinde atomis decernunt fieri τὰ μὴ ὄντα, res ceteras, quae parum habent conſtantiae & ut natae ſunt, ita ſenſim obteruntur rurſus & diffluunt: poſtremo conformationem externam, magnitudinem, habitum, motum ex corpuſculorum varia & fortuita concurſione, ideoque ex illis, quae non ſunt, quodammodo fieri. Ab his multum ſecedebat altera ſecta, quam deinceps commemorat. Negat enim haec, eſſe aliquid τὸ ὄν, *ſtabilem, immotam*, & *definitam naturam*: ferri contra omnia perpetuo motu tradit: quod perſpicue ſatis *Ariſtoteles* ſignificat, quum ait, ſciſcere eos, οὐδὲν εἶναι, *nihil eſſe*, ſed γίγνεσθαι, *fieri omnia*, nihil ſtare & idem ſemper permanere, ſed omnia ex una in aliam non modo formam, ſed & naturam ſine modo & fine tranſire. Hinc non poterant, quin id quoque praeciperent, quod additur, ἐξ οὐκ ὄντων γίνεσθαι τὰ γιγνόμενα, *ex iis, quae non ſunt, fieri omnia, quae fiunt*, id eſt, in omni generatione rem ipſam, ex qua alia quaedam res exſiſtit, mutari aliamque fieri, quam antea fuerat, nec ſola concretione, ſegregatione, accretione, diminutione procreationem perfici. 966

§. VIII. Diutius me, quam opinatus eram, *Ariſtoteles* detinuit: nec tamen operam me perdidiſſe, arbitror, quum haec praeceptorum quorumdam veteris philoſophiae declaratio conferre nonnihil valeat ad ſimiles locos, non *Ariſtotelis* mo-

(o) *Natural. Auſcult. Lib.* I. *Cap.* 10. *p.* 461. *Tom.* I. *Opp.* *p.* 704. Adde *Natural. Auſcult. Lib.* I. *Cap.* 8. *p.* 456. *Tom.* I. *Opp.*

(p) *De generat. & corruptione Lib.* I. *Cap.* 3.

modo, sed & aliorum antiquorum scriptorum melius, quam vulgo fit, intelligendos. In *Empedoclis* & *Senecae* dictis, quae ad hanc trahuntur caussam, interpretandis, minore sagacitate ac diligentia opus erit. *Plutarchus* sequentes nobis servavit *Empedoclis* versus. (q)

Νήπιοι· οὐ γάρ σφιν διλυχόφρονες αἰὲ μέλουσαι,
Οἱ δὴ γίνεσθ' πάρος· ἔστιν ἔον ἐλπίζουσιν
Ἤτοι καταθνήσειν τι καὶ ἐξόλλυσθ' ἅπαντα.

Stulta & prolixas non admittentia curas
Pectora, qui sperant, existere posse, quod ante
Non fuit, aut ullam rem pessum protinus ire.

Quibus versibus recitatis, hanc eorum subjicit *Plutarchus* explanationem: Οὔτε ἀναιρεῖ γίγνεσθαι, ἀλλὰ τὸ μὴ ὄντος, οὐδὲ φθορὴν, ἀλλὰ πάντη, τοῦτο δὲ τὸς τὸ μὴ ὂν λυμαίνεσθαι *Non tollit omnino ortum, sed oriri aliquid ex nihilo negat: nec interitum inficiatur, sed eum tantum interitum, quo res in nihilum rediguntur.* Viri longe doctissimi existimant, his in verbis eos refelli ab *Empedocle*, qui putarent, res omnes ex nihilo esse genitas & factas: ex quo postea conficiunt exstitisse tum temporis, qui hoc affirmarent, philosophos. Nam quis, quaeso, sapiens cum umbris pugnare solet & opiniones rejicere, quas nemo umquam proposuit? Sed veniam mihi dabunt praestantes viri, quod plura eos cernere arbitror in his versibus *Empedoclis*, quam in illis expressa sunt. Non enim de creatione universitatis ex nihilo philosophus loquitur, sed de quotidiana rerum generatione & corruptione. Pythagoraei, de quorum grege fuit *Empedocles*, plerique certam esse ac aeternam rerum omnium summam arbitrabantur, ex qua per unam particularum translationem fierent omnia, quae gignuntur, & in quam dissolverentur rursus, quae perire videntur, summa ipsa eadem semper & inviolabili manente. Hoc dogma versibus hisce comprehenditur: elegantius vero & pulcrius ab *Ovidio*, *Pythagorae* scita carmine exprimente, expositum est: cujus locum afferre haud gravabor, quum nihil eo aptius fieri possit ad *Empedoclis* mentem illustrandam: (r)

Nec perit in tanto quicquam, mihi credite, mundo,
Sed variat, faciemque novat: nascique vocatur
Incipere esse aliud, quam quod fuit ante, morique
Desinere illud idem: cum sint huc forsitan illa,
Haec translata illuc: SUMMA TAMEN OMNIA CONSTANT.

At plerique mortalium, qui animum ab oculorum consuetudine haud solent abducere, persuadent sibi, novi aliquid nasci & fieri, quum rem quamdam gigni & exsistere cernunt: nec, re quadam sublata, dubitant, eam interire prorsus & ad nihilum abire. Hanc vanam populi & multitudinis sententiam invadit *Empedocles* & irridet; nullo vero modo philosophos aggreditur docentes, ipsam rerum summam

(q) *Libro adversus Colotem p.* 1113. *Tom.* II. *Opp.*

(r) *Metamorphos. Lib.* XV. *vs.* 255. *f. Tom.* II. *Opp.*

(s) *Lib.*

mam ſeu materiam non exſtitiſſe, antequam a Deo ex nihilo fingeretur: quos quidem ſi opprimere voluiſſet, lenius & humanius eos compellaſſet, nec ſtultos & infinitis curis non neceſſariis implicatos dixiſſet. Plebem quidem negotioſam & oculis unice fidentem verbis tam aſperis deſignare poterat: at minime philoſophos, contemplationi tanto fervore deditos, ut ipſam materiam cogitatione ſuperarent & nusquam aliquando fuiſſe decernerent. Eodem modo illis occurrere licet, qui *Lucretium* adeſſe ſibi volunt in hac cauſſa, & quod hic poëta ſtudioſe & copioſe probat, (*s*) ex nihilo fieri nihil poſſe, id argumento eſſe cenſent, fuiſſe aetate ejus, qui ex nihilo conditum hunc orbem eſſe autumarent. Namque & hic nihil ſibi probandum ſumit, quam hoc, certas eſſe rerum omnium, quae eveniunt in hoc orbe, cauſſas, & quidquid gignitur & procreatur, ex materia dudum praeſente fieri. Adde, eos, qui praeceptum aliquod ſolidis rationibus contra omnes impetus muniunt, non ideo ſemper id facere, quod ſciunt, eſſe aliquos, quibus id diſpliceat, ſed eo tantum ſaepenumero conſilio, ut certiora & robuſtiora videantur, quae imponere illi & committere poſtea volunt, & in animos hominum facilius penetrent. 967

§ IX. Reſtat *Senecae* locus, de quo mihi dicendum eſt aliquid, ante quam ad ſingulos homines & ſectas deſcendam. Is, quum de utilitate diſſerit, quam ex philoſophiae ſtudio capere liceat, his inter alia verbis utitur: (*t*) *Quam utile exiſtimas iſta cognoſcere & rebus terminos ponere? Quantum Deus poſſit:* MATERIAM IPSE SIBI FORMET, *an data utatur? Utrum idea materiae prius ſupervenias, an materia ideae?* Ex his verbis apertum eſſe, ſummi viri putant, addubitaſſe *Senecam*, utrum materia ex nihilo formata eſſet a Deo, an vero ab aeterno exſtitiſſet: Tradi enim ab eo, philoſophiae auxilio hanc quaeſtionem unice dirimi poſſe. *Juſtus Lipſius*, poſtquam dixerat, omnes philoſophos veteres *Democrito* aſſenſos eſſe, qui ex nihilo nihil fieri praecepit, ita pergit: (*u*) *Et tamen, quod mirere, Senecа dubitat, an Deus materiae auctor? Ita enim in Quaeſtionibus naturalibus —— Dubitat ecce, quod Chriſtianos quosdam non eſt pudtum contra adfirmare & cum priſcis materiam aeternare.* Haud ſecus *Ger. Joh. Voſſius* cenſet, qui, *Mirum vero*, inquit, (*x*) *e gentibus unum Senecam non auſum dicere materiam eſſe aeternam, ſed de eo dubitaſſe. Sic enim ſcribit in Quaeſt. Natural.* Sequuntur horum veſtigia multi recentiores, quos nominare haud expedit: quin etiam longius procedunt aliqui, & patere arbitrantur ex hoc *Senecae* dicto, vulgo hac de re inter philoſophos aetate ejus diſputatum fuiſſe, duplicemque exſtitiſſe ſectam, alteram eorum, qui Deum decernerent *Materiam ſibi formare* ſeu ex nihilo fingere, alteram illorum, qui ſciſcerent, *data* ſeu aeterna Deum *materia uti.* Ego vero ne hoc quidem loco adverſus eos pugnaverim, qui creationem ex nihilo nullis, niſi Judaeis & Chriſtianis, notam olim fuiſſe cenſent. Quod ſi is in *Senecae* verbis ſenſus eſſet, qui eſſe in illis creditur, haud multum tamen eos juvarent, qui patronos dogmatis de mundi creatione ex nihilo inter antiquos ſapientes exquirunt. Etenim haud confici ex illis poſſet, quosdam huic dogmati vere faviſſe quondam, ſed hoc tantum inde pateret, acrius meditanti aut *Senecae*, aut aliis dubitationis aliquid hac de re obortum eſſe, quo

(*s*) *Lib.* I. *de natura rerum vſ.* 149. *ſq.* 153. (*u*) *Phyſiologiae Stoicae Lib.* II. *Diſſ.* II. p. 485.
(*t*) *Praef. Quaeſtion. Natural. Tom.* II. *Opp. p.* 57. *a.* (*x*) *Theſibus Hiſtorico-Theol. Diſ.* I. *p.* 9.

Digitized by Google

quo diu tamen haud passi fuissent sese vexari. Sed libere confiteor, nescire me, quanam illi ratione & fundamento nitantur, qui mentionem creationis ex nihilo inveniisse sibi in hoc *Senecae* dicto visi sunt. Num loquutionem: *Formare sibi aliquid*, in se spectatam, censent idem esse, quod: *Ex nihilo fingere?* Vix puto: nec ipse *Seneca* hanc ferret interpretationem, apud quem vocabulum: *formare*, numquam non significat, *Formam rei cuidam informi inducere. Caussa autem*, inquit alio loco (y), *id est ratio*, MATERIAM FORMAT *& quocunque vult versat, ex illa varia opera producit.* Quod hic *formare* vocat, id paullo post nominat *faciem dare: Statua & materiam habuit, quae pateretur artificium: & artificem, qui materiae* DARET FACIEM. Et quid multis? In ipso loco illo, unde haec verba, quorum sententiam exploramus, depromta sunt, ita verbum hoc adhibet. Sic enim, paucis interpositis, pergit: *Deus quidquid vult efficiat, an in multis rebus illum tractanda destituant, & a magno artifice prave* FORMENTUR *multa.* Nec adjectum vocabulum *sibi* postulat, ut hanc notionem in loco nostro deseramus. Nam is recte *formare sibi aliquid* dicitur, qui oblatam materiam ad voluntatem & arbitrium suum disponit, informat, & afficit. Num igitur ex opposita formula: *Data materia uti* elucere arbitrantur, vim, quam diximus, huic loquendi modo subjiciendam esse? Ita quidem videtur.
968 Sed dicant mihi viri docti, an recte putetur is ipsemet sibi materiam fabricari & ex nihilo facere, qui ab aliquo perhibetur *data non uti materia?* Ego quidem secus sentio, nec multos, re bene putata, discessuros a meo judicio arbitror. Duos mihi ante oculos pono artifices, quibus aurum offertur, ut ex eo simulacrum quoddam conficiant. Alter horum diligenter praeparat aurum, antequam opus aggrediatur, & admistis peregrinis particulis & sordibus purgat: alter, omissa omni purgatione, ex materia, quam traditam accepit, signum, quod jussus est elaborare, perficit. Malene is loqueretur & in dicendi praecepta peccaret, qui de binis hisce hominibus ita differeret cum *Seneca: Alter ipse sibi format materiam, alter data utitur materia?* Nec dissimili ego modo *Senecae* verba putem exponenda esse. Erat is, id quod neminem praeterit eruditorum, e Stoicorum familia, in qua de materiae natura & ortu nihil erat certaminis. Omnes enim Stoici eam aeque aeternam esse ducebant atque ipsum Deum, omnisque initii expertem, quod multis eorum locis *Just. Lipsius* (z) testatum fecit. Et hanc sectae suae sententiam *Seneca* nusquam in dubium vocat, sed passim diserte approbat: *Dicunt, ut scis*, inquit, (a) *Stoici nostri, duo esse in rerum natura, ex quibus omnia fiant: caussam & materiam. Materia jacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moveat.* Hoc vero dubium erat inter philosophos, qui mundum a Deo comparatum esse putabant, & inter Stoicos etiam: Utrum informis & omnis prorsus qualitatis & pulcritudinis expers fuisset materia, antequam Deus ad eam disponendam & exornandam accessisset, an vero qualitates & rerum formae in ipsa materia reconditae fuissent, ut divina tantum sollertia opus fuerit ad eas rite distribuendas & in ordinem rationi convenientem cogendas: Illud quidem plerisque *Plato* visus est tueri, quod vel ex *Plutarcho* (b) liquet: sed nec hoc defensoribus suis caruit. Vix melius haec controversia intelligetur, quam si cum ea comparetur lite de naturali statu animae, quae Platonicos a reliquis distrahebat philosophis: quorum quidem illi

(y) *Epist.* LXV. *p.* 160. *Tom.* II. *Opp.*

(z) *Physiol. Stoicae Lib.* I. *Diss.* IV. *p.* 9.

(a) *Epist.* LXV. *p.* 160.

(b) *De animae procreat. ex Timaeo p.* 1014. *Tom.* II. *Opp.*

(c) Lege

illi animam informatam jam notionibus & ſpeciebus rerum in corpus venire ſciſcebant, hi vero inſtitutione & doctrina in corpore demum imbui & informari arbitrabantur. (*c*) Et hanc ego diſſenſionem his verbis, in quorum vim inquirimus, *Senecam* puto tangere. Nam qui formas omnes & qualitates a Deo induci in materiam opinabantur, illi Deum ipſum ſibi materiam formaſſe, aut formis eam & qualitatibus donare, quibus vellet, docebant: ſecus autem qui judicabant, ac formas & qualitates ineſſe jam in materia ducebant, Deum data tantum uti materia, nec niſi nova ratione molem rerum digeſſiſſe ac inſtruxiſſe ſtatuebant, ut iſte ornatus & habitus naſceretur, quem in mundo nunc conſpicimus. Neque diverſam poteſtatem aliis puto ſubeſſe *Senecae* verbis, quae non multum remota ſunt ab illis, de quibus adhuc egimus, & paullo etiam majori ad hanc rem virtute videntur eſſe praedita, tametſi viros doctos praeterierint, qui negotium perſequuti ſunt, quod in manibus eſt: *Equidem*, inquit *Seneca*, (*d*) *tunc naturae rerum gratias ago, cum illam non ab hac parte video, quae publica eſt, ſed cum ſecretiora ejus intravi: cum diſco, quae univerſi* MATERIA *ſit, quis* AUCTOR, *aut* CUSTOS. Dubius hic iterum & anceps haeret philoſophus, nec conſtituit ſatis: utrum Deum auctorem, an vero cuſtodem materiae vocare deceat: At qui dubitare ſe profitetur, an Deus auctor ſit materiae, isne ſimul ſignificat, fieri poſſe, ut hoc ita ſeſe habeat, & materia idcirco ex nulla re alia condita ſit a Deo? Ergo hoc ſultim liquere videtur ex hoc enuntiato, nec *Senecam*, nec alios fortaſſe philoſophos, credidiſſe, rationi hoc dogma repugnare, quod illi, qui Deum eſſe negant, hodie tam a recta ratione alienum eſſe putant. Speciem haec veri habent, non diffiteor: at talia ſunt minime, ut rem plane conficiant. Etenim quis neſcit, *auctorem* rei cujusdam etiam illum dici, qui ex ſuppeditata materia eam conſtruit & format? Nec vocabulum *cuſtos*, quum nomini *auctor* opponitur, neceſſario flagitat, ut aliam ei notionem putemus ſubjectam eſſe. Quare, quum & Stoici, quod jam antea monuimus, de aeternitate materiae certiſſimi fuerint, in eam facile ſententiam ingredior, ut eos, qui Deum *auctorem* dixerunt eſſe *materiae*, hoc ſibi tantum voluiſſe credam: Deum materiae naturam illam dediſſe, quam nunc habet, & ex ſtatu eam informi plane ac ad nullam rem idoneo ad meliorem & aptiorem traduxiſſe; eos vero, quibus *cuſtos materiae* Deus vocatus fuit, cenſuiſſe, qualitates & formas in materia latentes ab eo conſervari tantum & cuſtodiri. Si verboſus eſſe ac eruditus vellem, alia quaedam addere liceret ad labefactandam vulgatam verborum *Senecae* interpretationem: ſed ſufficiunt haec, ut intelligatur, certum ea auxilium minime ſpondere illis, qui philoſophos quosdam idem, quod Chriſtiani, de rerum ortu ſenſiſſe volunt. 969

§. X. Teſtimoniis hiſce generalioribus auditis, ad ſingulos nunc homines & ſectas veniam, quae Deum materiae fabricatorem praedicaſſe feruntur. Princeps atque auctor omnis religionis & ſapientiae, qua Graeci quondam valuerunt, *Orpheus* fuiſſe fertur. Hunc tanti nominis virum *Clemens Alexandr.* dudum in illis numeravit, qui creationem ex nihilo profeſſi ſunt. Poſtquam enim Orphicos quosdam verſus recitaverat, in quibus Deus μητροπατωρ, *pater matris*, ap-

(*c*) Lege *Chalcidium in Timaeum Platonis Cap.* 13. *p.* 391. *ſ.*

(*d*) *Praef. Quaeſt. Natural. p.* 482. *Tom.* II. *Opp.*

(*e*) *Stro-*

Digitized by Google

appellatur, ita pergit: (*e*) Διὰ μὲν δὴ Μητροπάτορα, ἃ μόνον ἢ ὅτι μὴ ὄντων γένεσιν ἐμήνυσεν· δέδωκεν ἡ ἀφορμὰς τοῖς τὰς παρβολὰς εἰσάγουσι, τάχα καὶ σύζυγον νοῆσαι δεῖ. *Qui sane dum matris eum patrem nominat, cum rerum ortum ex nihilo significat, tum iis forte, qui proseminationes illas invehunt,* (Valentinianis) *conjugis etiam Deo tribuendae occasionem dedit.* Materiam scilicet autumavit *matris* nomine indicari, & Deum idcirco, quum *matris parens* vocatur, materiae conditorem atque auctorem dici. (*f*) At quem, quaeso, fugit, omnia, quae de *Orpheo* & ejus carminibus feruntur, tam esse incerta, vix ut fieri queat aliquid incertius? Quae restant hodie carminum Orphicorum reliquiae a multis creduntur vel a Judaeis, vel a degeneri quodam Christiano esse confictae, quo tam insignis viri auctoritate scitis suis robur & firmamentum aliquod compararent: quam sententiam ne illi quidem totam audent rejicere, qui magni ceteroquin Orphicam disciplinam faciunt. (*g*) In ipsis deinde carminibus hisce magnam sententiarum licet discordiam cernere: quae argumento est, non unum eorum auctorem esse. Quapropter si hos *Orphei* versus, quos *Clemens* laudat, tamquam dubios & ancipitis fidei, prorsus ab hac causa segregandos esse dicerem, ratione propitia, nec summis viris invitis, id facere possem. Verum alia ratione quum infringi possit hoc *Orphei* testimonium, nunc quidem hanc ingredi viam nolo. Sint hi versus aliquo loco: valeat quoque *Clementis* interpretatio vocabuli μητροπάτωρ: Supereſt, ut quaeramus, an inde consequatur, conditorem versuum illorum Deum pro materiae effectore habuisse. Dabunt mihi omnes, quod spero, ex uno verbo, eoque obscuriori, confici nullo modo posse, quaenam auctori huic sententia de tam arduo dogmate fuerit, sed reliqua etiam, quae supersunt ex ejus carminibus, conferenda & ex hac collatione mentem ejus illustrandam esse. Hoc autem si fiat, tantum abest, ut *Orpheus* ille, quisquis demum fuerit, cum Christianis sensisse putandus sit, ut potius a *Spinozae* flagitiis exiguo aut nullo intervallo remotus fuisse videatur. Nam, quod alio loco copiosius jam observavi, (*h*) Deum esse omnia canit & ex Deo ita fluxisse omnia putat, ut partes hujus universitatis membra tamen & partes divinae naturae non desinant esse. Tam impium & profanum hominem quis ferat cum Christianae religionis sectatoribus componi? Itaque quod Deum *matris* seu materiae patrem esse dixit, id haud dubie sic voluit accipi: Ex divina natura, non secus ac filiam quamdam, genitam & procreatam esse materiam, & partem propterea ipsius divinae naturae esse. Quae quum ita sint, parcius vellem laudassent *Orpheum* viri ceteroquin doctissimi: quos inter *Thom. Burnetus* (*i*) & *Andr. Christ. Eschenbachius* (*k*) nihil fere opinati sunt tam magnificum de hoc homine dici posse, quin id virtus ejus & praestantia multum superet.

§. XI. *Hesiodum*, poëtam Graecorum vetustissimum, *Edmundus Dickinsonus* (*l*) non postremo loco inter creationis ex nihilo adsertores collocat. *Ab Aegyptiis*, inquit, *eruditus antiquissimus ille Cosmologus Hesiodus itidem Chaos, quo nomine mundi materiam primam nuncupabat, non aeternam, sed genitam esse tradebat his verbis:* Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ'. *Principio quidem factum est chaos.* Et ab hac sententia non mul-

(*e*) *Stromat. Lib.* V. *p.* 724.
(*f*) Eodem modo vocabulum hoc explicat *Edm. Dickinsonus Phys. veteris & verae Cap.* 12. *p.* 198.
(*g*) Vid. *Cudworthi systema intellect. Cap.* 4. §. 17. *p.* 347.
(*h*) *Observ. ad Cudworthum p.* 357.
(*i*) *Archaeologiae Philos. Lib.* I. *Cap.* 9. *p.* 354.
(*k*) *Epi-*

multum abhorrere praeſtantiſſimos quosdam viros ex antiquis & recentioribus, alio jam loco animadvertimus. (*m*) Verum, ſi *Heſiodus* hoc dignus eſt honore, eumdem ſibi jure poſcet *Ovidius*, qui ſententiam Graeci vatis his Latinis verſibus enarravit: (*n*)

Ante mare & tellus & quod tegit omnia coelum
Unus erat toto naturae vultus in orbe,
Quem dixere Chaos: rudis indigeſtaque moles.

Nec minor fortaſſis eſſe volet *Ariſtophanes*, (*o*) quem novimus hunc ſcriptum reliquiſſe verſum:

Χάος ἦν καὶ νὺξ ἐρεβός τε μέλαν πρῶτον καὶ τάρταρος εὐρύς.

Chaos erat & nox erebusque niger in principio & tartarus amplus.

Periment, niſi me ratio fallit, bonam hanc virorum doctorum de *Heſiodo* opinionem, quae jam obſervabimus. Primum nemo diffitebitur Graecae linguae & dictionis poëticae gnarus, verbum Graecum γένετο, cui imponitur haec opinio, ita poſſe verti, uti vulgo vertitur & ab innumerabilibus antiquis & recentioribus intellectum fuit: *Primo omnium quidem Chaos fuit.* Unde magna jam oritur dubitatio, utrum hanc notionem, an vero ſuperiorem illam, quam eruditi quidam viri praeferunt, poëta illi ſubjecerit. Plus vero ſibi ſumit, quam fas & aequum patitur, qui, quum vocabulum occurrit ambiguum, alteram ejus poteſtatem, nulla fultus ratione, eligit & ex hac deinceps poteſtate diſciplinam auctoris metitur. Si vel aeque certum eſſet, atque incertum eſt ac dubium, verbum hoc apud *Heſiodum* ſignificare: *factum eſt* aut *genitum*, ne ſic quidem expedita forent omnia. Nec enim addidit *Heſiodus* a Deo *Chaos* eſſe factum, nec refert ex nihilo factum eſſe illud & genitum: quod de gradu plane dejicit fautores ejus. Sed, his miſſis, faciam, ut planum fiat, vulgatam hujus nominis expoſitionem retinendam eſſe, & *Heſiodum* nihil indicaſſe aliud, quam id, quod *Ovidius* cecinit, exſtitiſſe *Chaos* ante orbem conditum. Ipſa primum hoc poſtulant ejus verba. Quod ſi enim de generatione & ortu rudis & indigeſtae molis, quam *Chaos* nominant, loqui voluiſſet, cauſſam haud dubie efficientem ejus una nominaſſet, quum opificis & parentis haud obliviſci ſoleat, qui naturam aliquam genitam dicit & factam eſſe. Quis ſibi perſuaſerit *Heſiodum*, ſi rem tam gravem, tamque magnam, qualis eſt Chaus procreatio ex nihilo, commemorare voluiſſet, ne vocula quidem auctoris tanti operis mentionem facturum fuiſſe? Quem hoc nondum commovet, is tamen, modo religionem poëtae hujus cognoverit, continuo cedet. Non habuit majorem & excelſiorem Deum *Heſiodus*, quam *Jovem* ſuum, quod nemo ignorare poteſt, qui vel leviter poëma ejus inſpexerit: hunc Deum hominumque parentem, hunc rerum omnium procuratorem, hunc optimum & maximum prae-

(*k*) *Epigene ſeu libro de poëſi Orphica p.* 41. *ſ. Proefat.* & alias.
(*l*) *Phyſ. vet. & verae Cap.* 12. *p.* 199.
(*m*) *Obſerv. ad Cudworth. p.* 177. Adde *Bayarionem in calumniator. Platonis Lib.* II. *Cap.* 5.
(*n*) *Metamorphoſ. Lib.* I. *vſ.* 5. *ſ.*
(*o*) *Avibus vſ.* 694. *p.* 404. *ed. Kuſteri.*

Digitized by Google

praedicat. At de hoc Jove valde sentit abjecte ac humiliter. Nam Saturni eum filium esse tradit: Saturnum vero perhibet ex coelo & terra sub ipsum mundi hujus exordium esse natum, id est, virtute aetheris ex terra editum esse, qua de re jam alias explicatius differui. (*p*) Ecquis est, qui sibi persuadere queat, vatem aperte adversus Deum impium & tam puerili religione imbutum, ut hominem ex Saturno & Rhea genitum omnibus praeficeret, de materiae initio & creatione pie ac sapienter sensisse?

§. XII. *Hesiodo* jungam *Xeniadem*, philosophum perantiquum. Ejus aliquoties *Sextus* meminit *Empiricus*, & inter alia haec de eo memoriae prodidit: (*q*) Ξενιάδης ϑ' ὁ Κορίνθιος (ὃν καὶ Δημόκριτος μέμνηται) πάντ' εἰπὼν ψευδῆ καὶ πᾶσαν φαντασίαν καὶ δόξαν ψεύδεσθαι, καὶ ἐκ μὴ ὄντος πᾶν τὸ γινόμενον γίνεσθαι, καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν πᾶν τὸ φθειρόμενον φθείρεσθαι. δυνάμει δ' αὐτῆς ἴσχει τῷ Ξενοφάνει σύνοικον. *Xeniades autem Corinthius, cujus etiam meminit Democritus, cum omnia dixerit esse falsa, & omnem phantasiam & omnem opinionem esse fallacem: & ex non ente fieri, quicquid nascitur, & quicquid corrumpitur, in non ens interire, potestate ab eadem stat sententia qua Xenophanes.* His *Sexti* verbis adductus fuit *Petr. Gassendus*, vir alioquin acutus & veterum dogmatum peritissimus, ut dubitaret, an *Xeniades* hic adscribendus sit illis, qui ex nihilo statuunt omnia esse condita: verum addit tamen, posse hanc sententiam *eo modo explicari, quo ipse Aristoteles fieri docet aliquid ex non ente, non illo quidem simpliciter, sed non ente per accidens.* (*r*) At celeberrimus *Sexti* editor, *Jo. Alb. Fabricius*
971 *Adnotatione ad hunc locum* sine dubitatione negat, de creatione ex nihilo in eo sermonem esse, *Xeniademque* vult id tantum docuisse, quod multi alii tradiderunt philosophi, quum gignitur aliquid, rem genitam id fieri, quod antea non fuerit, quumque occidit vicissim res quaedam, eam aliam plane naturam induere. Non male censuit vir egregius: & res ipsa docet, de ortu materiae nihil hoc apud *Sextum* loco quaeri, qui de nota veri disputat & Logicorum scientiam lubricis niti fundamentis docere studet. Numeratur *Xeniades* in illis a *Sexto*, qui omne judicium, omnes veri & falsi notas, omnem certam cognitionem sustulerunt: quam quo tueretur sententiam, fertur ab eodem docuisse, ex rebus, quae non sunt, fieri & gigni omnia, & quae pereunt vicissim in ea redigi, quae non sunt. Si hac in sententia τὰ μὴ ὄντα idem essent, quod *nihilum* & *nullum*, *Xeniades* secum ipso pugnasset, nec omnem veri notitiam & judicium hominibus eripuisset: nam qui statuit, facta esse omnia ex nihilo & in nihilum rursus reverti, is certis, nec fallacibus instructus esse debet praeceptis & regulis, ex quibus hoc ipsi cognoscere liceat, nec illis ideo potest accedere, qui omnia non modo visa, sed & opiniones incertas & veri expertes esse sciscunt. Itaque τὰ μὴ ὄντα sint oportet res parum stabiles, fluxae, & perpetuis conversionibus obnoxiae, neque alia potuit mens hujus esse philosophi, quam haec: Res quae gignuntur, ex rebus procreari omni constantia privatis, longeque idcirco differre a materia, ex qua fiunt, & vicissim, quae intereunt, naturam plane mutare & novas qualitates adipisci. Qua quidem qui sunt imbuti sententia, eos nihil mirum est, tam sensuum, quam rationis decreta repudiare, certique omnis & veri normam tollere.

§. XIII.

(*p*) *Notis ad Cudworthum p.* 431.

(*q*) *Lib.* VII. *adv. Mathemat.* seu *Lib. I. adv. Logicos* §. 53. *p.* 381.

(*r*) *Phy-*

Digitized by Google

§. XIII. Propero jam ad illam philoſophorum familiam, quam a *Pythagora* conditam eſſe accepimus. Ipſe quid de rerum originibus ſenſerit *Pythagoras* per ſummam veterum ſcriptorum inconſtantiam vix hodie licet decernere: & ipſos, qui diſcipuli ejus videri voluerunt, incertos fuiſſe, veriſimile eſt, quaenam magiſtri mens fuerit, quia inter ſe diſſident, nec unam omnes fovent de mundo & materia ſententiam. Credibile tamen eſt, eos praeceptoris ſui mentem ceteris perſpexiſſe rectius, qui docuerunt, Deum, *ſylvam minime genitam*, ut *Chalcidii* verbis utar, (*s*) *exornatam a Deo*, *illuſtratam & eo digeſtore generatam eſſe.* At ex ſectatoribus ejus aliqui tam longe dicuntur a veſtigiis doctoris ſui receſſiſſe, ut ipſam materiam a Deo genitam & factam eſſe traderent. Ejus rei auctor *Chalcidius* eſſe videtur: qui, poſtquam ex *Numenio* veram *Pythagorae* opinionem de materia recitaverat, ex eodem refert, quosdam diſcipulorum ejus hanc omnino ſententiam pervertiſſe: (*t*) *Sed nonnullos Pythagoraeos, vim ſententiae non recte aſſequutos, putaſſe, dici etiam illam* (ſylvam ſeu materiam) *indeterminatam & immenſam duitatem ab una ſingularitate inſtitutam, recedente a natura ſua ſingularitate & in duitatis habitum migrante. Non recte*, pergit *Chalcidius*, *ut quae erat ſingularitas, eſſe deſineret, quae non erat, duitas, ſubſiſteret: atque ex Deo ſylva & ex ſingularitate immenſa & indeterminata, duitas converteretur. Quae opinio ne mediocriter quidem inſtitutis hominibus competit.* Mihi vero, quoquo me vertam, nusquam in his verbis creatio materiae ex nihilo ſeſe offert, at capitalis alia & peſtifera ſententia, quae *Spinozae* impietati cognata prorſus & affinis eſt. *Singularitas* ſtylo Pythagoraeorum, quem imitatur *Chalcidius*, Deus eſt: *duitas* vero *immenſa* & *indeterminata*, *materia* eſt finium & terminorum expers. Quare *duitatem* quum hi Pythagoraei ſtatuunt a *ſingularitate inſtitutam eſſe*, hoc ſibi volunt, materiam a Deo comparatam eſſe. Hactenus ſatis ſani ſunt: ſed quae de modo perhibent, quo Deus effecerit materiam, a ſumma propius abſunt dementia, Deum enim ſeu *ſingularitatem* tradunt naturam ſuam mutaſſe & in *duitatis habitum migraſſe*, ſeu in materiam ſemetipſum convertiſſe: hoc facto, *ſingularitatem* ſeu Deum *eſſe deſiiſſe*, & *duitatem* ſeu *materiam* unice *ſubſiſtere* coepiſſe: paucis, *ex Deo ſylvam & ex ſingularitate duitatem factam eſſe.* His quid fieri magis impium & abſurdum poteſt? Scilicet aperte confitentur, qui ſic ſentiunt, mundum eſſe Deum, nec praeter mundum & materiam divinum aliquid eſſe. Nam ſi Deus a natura ſua receſſit & in materiam ſeſe convertit, quid nobis relinquitur, praeter mundum & materiam, quod Dei loco habeamus & colamus? Et quid eſt aliud Deus, ſi hoc verum eſt, quam animata & ſpiritu quodam inſtructa materia? Vereor, ne illi, quibus haec placuit opinio, ex aeterno, non certo tempore, hanc divinae naturae commutationem eſſe factam, ſimul adſeveraverint: quod ſi recte ſuſpicor, nulli certe ſunt antiquorum philoſopho- 972
rum, quos majori jure illis adſcribas, qui *Spinozae* portenta diu ante hunc natum hominem defenſitarunt. Hinc recte *Chalcidius* tam futilem & inficetam eſſe ſubjicit hanc opinionem, ut ne in illos quidem cadere queat, qui vel mediocriter animos doctrina excoluerint: quod quidem numquam tuliſſet judicium, ſi cum Chriſtianis hi Pythagoraei de ortu naturae ſenſiſſent, quorum quippe rationes hic *Platonis* interpres minime contemſit; ſed ita paſſim probavit, ut multis etiam omnino Chriſtianus fuiſſe videatur.

§. XIV.

(*r*) *Phyſices Sect.* I. *Lib.* III. *Cap.* 1. *p.* 232. *Tom.* I. *Opp.*

(*s*) *Comm. in Timaeum Platonis Cap.* 13. §. 293. *p.* 387.

(*t*) *loc. cit.*

Digitized by Google

§. XIV. *Philolaus*, Crotoniates, quem illustri fuisse loco inter primos *Pythagorae* sectatores accepimus, probabilius paullo inter eos collocatur, qui a Deo ex nihilo confecta esse universa rati sint. *Claudianus* enim *Mamertus* in quodam libro ejus, qui periit, haec olim exstitisse scripta refert: (v) *Deus qui ex nihilo fecit omnia, qui, sicut opere instituit, ita materiam incorporavit rebus omnibus, inter quas & anima censetur. Sicut distribuit pondus, numerum atque mensuram, ita prosuit quantitatem.* His quid fieri potest clarius? Dicitur Deus *ex nihilo fecisse omnia:* dicitur *materiam opere instituisse*, quod idem videtur esse, atque *comparasse & condidisse.* Tenemusne igitur ex *Pythagorae* schola hominem, qui sapienter de rerum originibus docuit? Non puto, habeoque, cur credam, ne *Philolaum* quidem cum Christianorum doctoribus hac in parte sociandum esse. Exstant scilicet hujus philosophi apud *Jamblichum* (x) verba, quibus diserte negat, *unitatem* seu Deum esse rerum omnium principium, traditque *binarium* seu materiam, ei tamquam alterum principium sociatam fuisse in rerum omnium creatione; Οὐ γὰρ ἐν φησὶν ὁ Φιλολάος ἀρχὰ πάντων ἢ τοῖς ἑπομένοισιν εἰς γένεσιν ὥσπερ ἔμπεδα ἑαυτὴν παρέξει, οὐδὲ ἡ μονὰς ἔσται τῶν καθ' ὑποστροφὴν πολυπλασίας καὶ ἐπανίδου, ἀλλὰ τὸ πᾶσιν ἡ δυὰς ἀντὶ αὐτῆς ὑποστήσει). *Dicit enim Philolaus unitas non est omnium principium & similiter altera parte longioribus se ipsam praebebit tamquam carceres ad generationem: neque est meta secundum reflexionem recursus & relitus: sed hoc pro unitate faciet binarius.* Sunt haec vehementer obscura, ut omnia fere, quae ex abdita & interiori *Pythagorae* disciplina sunt ad nos delata: at quae generatim tamen *Philolai* fuerit opinio, facile intelligitur. Ἓν seu *unitas* Deus apud Pythagoraeos vocatur, id quod notissimum est: δυὰς vero materiae vocabulum est. Idque ipse non siluit *Jamblichus*, qui paullo post: δυὰς, inquit, ὕλην λόγον ἔχει *Dyas materiae rationem habet.* Quocirca manifestum est, hoc universe *Philolaum* praecipere, duo esse rerum omnium principia, Deum & materiam. Neque hoc nos ignorare passus est *Jamblichus:* qui, quum nonnihil consumsisset laboris in hac firmanda & declaranda *Philolai* sententia, remotis involucris & Geometricis vocabulis, planis & perspicuis verbis eam enuntiat: (y) Διὸπ ἦ ἐξ ἀρχῆς οὐκ ἦν ἕτη, φησὶν ὁ Πλάτων, οὐκ ἂν ἔτι ἀρχὴ τῆς γενέσεως ἦ ἀναλόγως καὶ ἐν ταῖς κοσμικαῖς ἀρχαῖς ὁ δημιουργὸς θεὸς, μὴ ὢν τῆς ὕλης γεννητικὸς, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν αἴτιον ὑφιστάναι τέτακται καὶ λόγος τῆς καθ' ἑαυτὸν, ἀριθμῶν καὶ κοσμοποιῶν· εἰ δέ γε τὰς τῶν λοιπῶν ἑπομένας εἰς ἀρχὰς ἦ μᾶλλον ἢ πορρώτω, ὡς ἔφαμεν, ἔτι δώσει αὐτὴν ἡ μονὰς, οὐδὲ ἦ καὶ εἰς ἐπάνοδον. *Quoniam vero non erat ab initio, ut dicit Plato, neque hodie erit principium, sed invenietur rerum opificem etiam in principiis mundanis non habuisse vim generandi materiam, verum illam, cum esset aeterna, assumpsisse & ex illa secundum formas & rationes numericas formasse & condidisse mundum: si quidem unitas ad reliquorum altera parte longiorum constitutiones secundum solum processum, ut dicebamus, non autem etiam retrogressum se dabit.* Haec qui cum *Philolai* verbis, quae paullo ante attulimus, comparaverit, is statim sentiet, esse ea liberiorem & magis perspicuam expositionem eorum, quae obscurius ab ipso tradita sunt. Quae quum ita sese habeant, res ipsa postulat, ut verbis ejus, quae a *Claudiano* servata & Latine ab ipso versa sunt, sensum attribuamus alium, quam aspectu primo vi-

(v) *De statu animae Lib.* II. *Cap.* 3. *p.* 106. *ed. Bachii.*

(x) *In Nicomachi Gerasseni Arithmet. introductionem p.* 109. *ed. Tennulii.*

(y) *l. c. p.* 111.

(z) *Stromat. Lib.* V. *Cap.* 14. *p.* 701.

(a) *Cap.* 9. 10. *p.* 1441. *Tom.* II. *Opp.*

(b) Nam

videntur habere. *Nihilum* quod in illis vocatur aut τὸ μὴ ὄν, *nihilum* haud dubie Platonicorum eſt: apud quos, quod paullo poſt oſtendemus, materia *nihil* appellatur, idque propterea, quia perpetuis converſionibus ſubjecta eſt, nec ſtabilitate quadam valet. Quumque Deus *ex nihilo feciſſe omnia* dicitur, hoc ita debet accipi: Deum ex materia, conſtantia & certa natura carente, comparaſſe & condidiſſe hanc univerſitatem. *Opere* vero *inſtituere materiam*, quod Deo quoque adſcribitur, 973
nihil eſt, quam *fingere & potentia componere materiam:* quae notio verbo *inſtituere* infinitis ſcriptorum Latinorum locis ſubjecta eſt. Valeant igitur & Pythagoraei, quum dogmati de rerum ex nihilo procreatione tutores & patroni ex antiquis advocandi ſunt.

§. XV. In *Platone* refingendo & ad leges diſciplinae Chriſtianae componendo, eximiorum virorum elaboravit ſagacitas & induſtria ab ipſis rerum Chriſtianarum initiis, ut numerum eorum vix inire liceat. Hunc ergo quis miretur coactum quoque fuiſſe, ut melius ſentire de rerum originibus videretur, quam re vera ſenſit? Princeps, quod ſciam, *Clemens Alexand.* inter creationis ex nihilo ſtatores eum conſidere juſſit: ὅστ' ἂν τίνῃ, inquit, (z) ὁ μὲν ἐν παιρὶ τὴν δεῖξιν ὁ κόσμου, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτοῦ γεγενῆσθαι σημαίνῃ, καλάπερ υἱὸν πατέρα ἢ αὐτὸ κτιλῆσθαι, οὐκ ἂν ἐκ μόνου θεωρήσειν καὶ ἐκ μὴ ὄντος ἀγαπήσειν. *Plato cum ait: Atque illum quidem effectorem ac parentem univerſitatis hujus, invenire difficile: non modo generatum eſſe mundum oſtendit, ſed etiam ab ipſo Deo, tamquam a patre filium, generatum, quippe quem ab illo uno fatum & ex nihilo creatum velit.* Putat vero *Clemens* & *Platonem*, & alios philoſophos, non ratione & ingenio hanc ſententiam inveniſſe, ſed ex *Moſis* ſcriptis ſumſiſſe. Et quotquot veterum cum *Clemente* ſibi perſuaſerunt, ex librorum *Moſis* lectione profeciſſe *Platonem* ſapientia, in qua ſententia multos eorum fuiſſe notiſſimum eſt, in hanc ejus opinionem ſimul propendent. E familia juniorum Platonicorum *Hierocles* & alii quidam idem dogma magiſtro ſuo adſcripſerunt: ſed quum hi alia id fecerint ratione, quam Chriſtiani, nec idem, quod nos, de rerum principiis ſenſerint; ſatius erit, genus id extrema diſputationis hujus parte audire, qua recentioris Academiae de mundi natura & ortu ſententias exponemus. Sub ipſum litterarum renaſcentium exordium Platonici, qui caput in Italia extulerunt, cum multis aliis in rebus, tum hac quoque, *Platonem* plane Chriſtianum fuiſſe adſeverarunt. Hos inter *Marſilius Ficinus* eminet, homo praeter modum *Platoni* deditus; qui tametſi *Commentario* in *Timaeum* (a) in medio videatur hanc quaeſtionem relinquere, nec dirimere velle: *Num Deus mundi auctor idem ex Platonis ſententia materiae quoque ſit effector?* tamen in indice, *Platonis* Operibus a ſe editis ſubjecto, nihil dubitat, illis ſeſe adjungere, qui Deum *Platoni* viſum fuiſſe materiae conditorem arbitrantur. (b) Alios minoris ingenii & famae, quorum non exiguam producere manum liceret, omitto, quum nihil afferant eximium, decernantque potius, quid credi velint ab aliis, quam rationibus ſententiam firment. Sufficiet, tres ex recentiſſimis temporibus viros (c) inſignes & laudatiſſimos nominare, qui prae ceteris ſtudioſi fuerunt in purganda *Platonis* memo-

(b) Nam voce *Deus* in *hoc indice* haec verba exſtant: *Deum omnia ex nihilo creaſſe* p. 168. De loco, qui hic indicatur, *Platonis* infra diſſeretur.

(c) Adde his, cujus paene oblitus fuiſſem, *Cudworthum* noſtrum *Syſtemat. Intellectual. Cap.* 5. *p.* 750. *ſ.* Conf. eundem *p.* 485. verſ. Latinae.

Digitized by Google

moria, nec auctoritate sua, sed testimoniis & argumentis lectorum sibi assensionem comparare voluerunt. Horum primus *Livius* est *Galantes*: (*d*) is autem ex *Phileb*o *Platonis* probare contendit, nil discessisse hunc philosophum a scitis Christianorum de procreatione materiae. Alter est *Petr. Dan. Huetius*, (*e*) is juniorum Platonicorum, *Hieroclis* potissimum, enuntiatis *Platonis* declarabat sententiam, quos tamen pessimos magistri sui interpretes esse, nec ipsos inter se consentire, haud ignorare vir magnus potuit. Tertium locum *Andreae Dacierio* adsignabo: (*f*) is rationibus potius, quam testimoniis, quod cupit, obtinere laborat, in quibus non ingenium quidem, sed gravitatem requiras. Verum incredibili doctissimus hicce vir amore *Platonis* incensus erat, quo saepenumero sic abducitur, ut haud multum infra *Christum* & sanctissimos ejus legatos hominem collocare videatur; qua re accidit, ut levissimas rationes pro magni momenti argumentis interdum haberet.

§. XVI. Ingenio & arte si candidior divinus *Plato* fieri posset, atque est reapse, tantis viris opem ipsi suam commodantibus, pulcher dudum & formosus
974 esset redditus. Sed ipse patronos hosce recusat, vetatque sese lavari. Quidnam de origine hujus orbis senserit, ex nullo ejus libro clarius & melius intelligitur, quam ex illo, cui nomen fecit *Timaeus*. Atqui hoc in dialogo tam perspicue aeternitatem adscribit materiae, tamque clare Deum tradit materiam non produxisse, sed digessisse tantum & exornasse, clarius ut vix aliquid edisseri queat. Hinc & plerique veterum, qui de ejus dogmatibus exposuerunt, tria esse ab eo rerum principia posita, tradunt, *Deum*, *materiam*, & *ideam*. Neque illis discipulorum ejus, qui praeceptoris sui disciplinam purius & luculentius ceteris explicarunt, *Alcinoo*, (*g*) *Apulejo*, & aliis umquam aliter visum fuit. *Initia rerum*, inquit *Apulejus*, (*h*) *esse tria arbitrabatur Plato: Deum & materiam, rerumque formas, quas Ideas idem vocat —— Materiam vero improcreabilem incorruptamque commemorat.* Ipse *Chalcidius*, qui juniorum ceteroquin Platonicorum vestigia legit, haud tamen inducere potuit animum, ut rem tam apertam & planam vel negaret, vel in dubium revocaret: *Sunt igitur*, ait, (*i*) *initia* (*Platoni*) *Deus & sylva & exemplum, & est Deus quidem, origo primaria moliens, & posita in actu: Sylva vero, ex qua primo fit, quod gignitur.* Idem alio loco (*k*) eorum sibi placere sententiam profitetur, qui statuant, *Platonem* docuisse, *fuisse semper tam animae, quam corporis, vim: nec Deum ex bis, quae non erant, fecisse mundum, sed ea, quae erant sine ordine & modo, ordinasse. Itaque potius ea, quae exsistebant, exornasse, quam generasse ea, quae non erant.* Praetermitto tot veteres coetuum Christianorum doctores, qui *Platoni* non modo dogma eorum, qui aeternam sciscunt esse materiam, attribuerunt, sed etiam gravissimis & longis disputationibus eum propterea adorti sunt. Sunt non pauci veterum, qui existimant, *Platonem* mundum ipsum, non secus ac materiam ejus, pro aeterno habuisse, in *Timaeo* vero, quo rudiores melius institueret, ita loquutum fuisse, ac si mundus auctore & parente Deo fuisset conditus, neque hi, quod

(*d*) *Comparat. Theol. Christianae & Platon. Lib.* IX. *p.* 237.

(*e*) *Quaest. Alnetanis de concordia ration. & fidei Lib.* II. *Cap.* 5. *p.* 109.

(*f*) *Vie de Platon p.* 178. Operibus ejus quibusdam Gallice versis praemissa.

(*g*) *Introduct. in doctrinam Platon. Cap.* 12. *p.* 338. in *Thom. Stanleji Historia philosophica.*

(*h*) *Libro de habitud. doctrinae Platon. p.* 3. *Opp.*

(*i*) *Comm.*

Digitized by Google

quod jam alias oſtendi, omni deſtituuntur veriſimilitudine. (*l*) At qui Deum, *Platone* judice, mundum ex illis, quae non erant, fabricatum eſſe opinantur, nihil usquam reperiunt, quo ſe tegant, nec ante perficient aliquid, quam ipſum *Timaeum* aut ſuſtulerint, aut *Platonis* opus eſſe negaverint. Sed luſtremus tamen breviter, quae ipſi *Platoni*, totque ejus ſectatoribus opponunt viri docti, ut jure videantur eum Chriſtianis aggregare philoſophis.

§. XVII. *Clemens Alexandrinus* quae attulit ad hanc cauſſam ornandam, indigna prope ſunt, quae refutentur. Nam quid hac imbecillius eſt argumentatione: *Plato* Deum parentem & effectorem mundi nominavit: Ergo putavit, materiam ex nihilo procreatam eſſe ab eo? Quaſi vero is, qui parens hominis cujusdam aut rei alicujus conditor & effector dicitur, credendus idcirco ſit filium aut opus ſuum de nihilo produxiſſe. Mutaſſet ſine controverſia *Clemens* ſententiam, ſi quae ſequuntur in *Timaeo Platonis* in memoriam ſibi revocaſſet, nec nimio affectus fuiſſet ſtudio concordiam philoſophos inter & Chriſtianos ſanciendi. Ex *Moſis* libris utrum in ſuam diſciplinam nonnihil tranſtulerit *Plato*, necne, alio loco commodius disquiretur. *Marſil. Ficinus* & *Cudworthus* ſententiae ſuae praeſidium in ſequenti *Platonis* loco collocant: (*m*) ζῶα δὴ πάντα θνητὰ καὶ φυτὰ, ὅσα τ' ἐκ σπερμάτων καὶ ῥιζῶν φύεται καὶ ὅσα ἄψυχα ἐν γῇ ξυνίσταται, σώματα πυκτὰ καὶ ἄτηκτα μὲν ἄλλα πῶς ἢ θεῶ δημιουργοῦντος γίγνεσθαι, πρότερον οὐκ ὄντα. *Animalia cuncta mortalia plantasque, quaecumque in terra ex ſeminibus radicibusque naſcuntur, & quaecumque inanimata in terra conſiſtunt, ſive liquefieri poſſint, ſive non poſſint, numquid alio quodam opifice fabricata, quam Deo, & facta eſſe, cum prius non fuiſſent, dicemus?* Huic quaeſtioni paullo poſt *Theodorus*, colloquentium unus, reſpondet, perſuaſum ſibi eſſe, Deo auctore genita eſſe univerſa. Quis vero tam male cernit, quin his in verbis intelligat de materiae ortu & creatione minime quaeri, ſed de generatione tantum & procreatione animalium & ſtirpium? Haec certe credebat *Plato* a Deo ex materia facta & conſtructa eſſe, ſi quidem ex animi ſententia in *Timaeo* loquutus eſt: at materiam, ex qua fiunt omnia, aeternam ſimul eſſe ſtatuebat & principii neſciam. *Livius Galantes*, aliam ejus dialogum, *Philebum* nimirum, ſuppeditare poſſe tantum opinatur, quantum ſatis eſt ad hominem hac ex parte defendendum. Deſcribam ipſa ejus verba, quo melius de argumenti gravitate conſtet: *Materiam primam*, inquit, *ſummus ille Deus produxit, exemplar vel mundus idealis corpus dedit & veſtigiis quibusdam formatum ornavit, quod corpus viſibile factum & ornatum mundum hunc conformarunt. Haec praeclara & ſcitu digna poſitio Platonis in Phil. auctoritate confirmatur. Sunt verba ipſius in Philebo, unum illud primum ex ſe, & non ex nihilo produxiſſe πέρας & ἀπειρίαν, hoc eſt, terminum & finem, vel infinitatem, quae tamquam duo principia mixtionis entium omnium per entia & corpora permearent in corporibus biſce completis: finis & terminus eſt ipſa forma, infinitas vero eſt ipſa materia.* (*n*) Sequuntur nonnulla in hanc ſententiam alia: *Orpheus* etiam & *Hermes* ejusdem dogmatis amici & ſtatores fuiſſe traduntur: verum

(*i*) *Comm. in Timaeum Platonis Cap.* 13. §. 305. p. 390.
(*k*) *Cap.* 2. §. 31. *p.* 287.
(*l*) *Obſerv. ad Cudworth. p.* 286.
(*m*) *In Sophiſta p.* 168.
(*n*) Neſcio, qui factum ſit, ut vir certe doctiſſimus, *Thom. Gale*, in eandem ingrederetur ſententiam: Sic enim *Not. ad Jamblichum de myſter. Aegypt. p.* 276. *Quae porro fuerit Platonis ſententia de materia, ſane in Timaeo non ſatis liquet:*

Digitized by Google

rum minus est in his momenti, quam ut necesse sit, verba scriptoris ipsa legenda hic exhibere. Nimis autem vigilavit, ita quum *Platonem* exponeret *Galantes*, quam necesse erat, nec vel potuit sententiam ejus assequi, vel junioris familiae Platonicae auctoritate, utpote cujus interpretationibus non parum tribuit, impeditus fuit, ne vim orationis ejus perspiceret. Vetus scilicet est haec *Philebi* Platonici interpretatio, nec a *Galante* primum inventa, sed a Platonicis illis sumta, qui conciliationem omnium antiquorum sapientum maxime *Platonis* & *Aristotelis* tentarunt. Testis hujus rei, praeter alios, *Proclus* erit: (*o*) cui ex recentiori memoria *Bessarionem* socium dabo, Cardinalem, quem notum est *Platonis* studiosissimum fuisse, & ex antiquioribus Platonicis congessisse fere omnia, quae ad illustranda magistri sui dogmata disputat. Is igitur, *Jam vero*, inquit, (*p*) *in Philebo materiam non extrinsecus quaesitam, sed a primo opifice generatam manifestissime declarat. Ex uno, inquit, & multis constant ea, quae semper esse dicuntur, & finem atque infinitudinem habent in se ipsis generatam. Et alibi Deum dicebamus duplicem illam naturam rerum in lucem protulisse, finitum dico & infinitum, ex quibus tum corpora, tum cetera omnia constituuntur. Ad haec calidum, frigidum, humidum, siccum, majus etiam & minus & reliqua his similia in infinitum progredi possunt. Quod si corpora ex fine & infinitudine constant, finis autem nihil aliud, quam forma est, haec enim terminat definitque materiam, manifestum est, materiam infinitudinem esse: & hoc loco dici a Platone: quapropter cum omnem infinitudinem producat Deus, materiam etiam quae ultima infinitudo est producere.* Quamquam haec sententia non impedivit hos Platonicos, quo minus statuerent simul, *Platoni*, non secus ac *Aristoteli*, mundum aeternum fuisse visum: qua de re infra differemus. Nunc *Galanti* operam dabimus, qui Platonicos sequitur. Sumit is primum sibi, ἀπειρίαν in *Platonis Philebo* ipsam esse materiam, πέρας vero formam materiae: Deinde *Platonem* asseverat scriptum reliquisse, Deum ἀπειρίαν seu *materiam* produxisse. Utrumque nemo dederit homini, nisi cui *Platonis Philebus* numquam studiose lectus fuit. Statuit *Plato*, sive *Socrates*, sub Dialogi hujus initium supremum Numen in rebus omnibus, quae facta sunt & genita, ἀπειρίαν *infinitum* & πέρας *terminum* seu *finitum* conjunxisse inter se atque sociasse. Τὸν θεὸν, inquit *Socrates* inter alia, ἐλέγομεν πᾶ, τὸ μὲν ἄπειρον δεῖξαι τὸ ἕτερον, τὸ δὲ πέρας. *Deum dicebamus ex iis, quae sunt, alterum quidem infinitum, alterum vero terminum ostendisse.* Haec ipsa sunt illa verba, quod perspicuum est, quae *Galantes* caussae suae in primis opinatur favere: in quibus tamen qui creationem ex nihilo cernit, nae is aliis, quam ceteri homines, oculis instructus sit necesse est. Postulat, ut credamus, *Galantes* δεῖξαι hoc in loco idem esse, quod *producere:* in quo juniores Platonicos, quod vidimus, audit. *Materiam*, inquit, *docet Plato* ostendi *& hoc praecise utitur verbo, quod verbum ipsi* (Platonici) *interpretantur* producere. *Et sane quod productum est, principio etiam ostensum est non carere.* Ἄπειρον deinde censet materiae nomen esse. His positis, sententiam concludit verborum *Platonis* hanc esse: *Deus materiam ex nihilo produxit & forma seu termino donavit.* Temere profecto ac sine ullo judicio: Quis hominum docuit δεῖξαι idem esse, quod *producere ex nihilo?* Quis ἄπειρον *materiam* designare testis est? Recentiores sine controversia Platonicos auctores nominavit. Sed his nemo sanus tantum tribuet, ut plus eis fidei

quet: videtur quippe materiam Demiurgo opponere & contra distinguere ab ea: in Philebo vero diserte dicit, Deum τὸ μὲν πέρας δεῖξαι τὸ ἕτερον, τὸ δὲ ἄπειρον. Constat per ἀπειρίαν intelligi materiam. Lapsus est sine dubio vir egregius nimio Platonicorum recentiorum amore, qui, quod ipsi cupiunt,

fidei habendum esse praecipiat, quam rationi & circumspectae verborum *Platonis* considerationi. Est in hoc *Platonis* dicto, cujus vim nec cepit *Ficinus*, qui in 976
nita philosophi hujus perverse exposuit, plana haec & simplex sententia: *Deus ostendit seu patefecit ubique rerum, quae sunt & exsistunt, cum infinitatem, tum finitatem.* Atque hanc expositionem totius orationis series confirmat & roborat. Ἄπειρον vero tantum abest, ut materiam designet apud *Platonem*, ut potius nomen sit multarum notionum & affectionum, ab omni concretione corporea remotarum. Experiar, num hanc *Platonis* de infinito & finito philosophiam ita mihi explanare liceat, ut ab omnibus intelligatur. Non ea quidem in se valde abstrusa & difficilis est, at plerosque conturbat idcirco, quod nec ad nostras differendi & philosophandi leges accommodata est, nec facile capitur, nisi ab eo, qui mentem rerum adspectabilium formis & speciebus antea purgaverit & ad notionum abstractarum contemplationem extulerit. Ἄπειρον vel *infinitum Socrati*, seu potius *Platoni*, dicitur totum illud genus affectionum, rerum, qualitatum, quae in se & abstracte spectatae certum modum & finem haud habent, sed vel augeri, vel minui, intendi & remitti rursus possunt: est igitur in hoc genere voluptas, dolor, frigus, calor, tarditas, velocitas, pulcrum, deforme, & reliqua innumerabilia, quibus addi aliquid, vel demi potest, nec terminus & finis praescriptus est & constitutus a natura. Uno verbo: Infinitum *Platonis* abstracta est notio rerum, proprietatum, qualitatum, & affectionum omnium, quatenus fine carent & crescere possunt, vel decrescere. Docebo hoc ipsius philosophi verbis: (q) Ὅσαις ἂν ἡμῖν φαίνῃ μᾶλλον τι καὶ ἧττον γιγνόμενα, καὶ τὰ σφόδρα καὶ ἐπίμονα διχόμενα, καὶ τὸ λίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, πάντα εἰς τὸ ἄπειρον γένος· ὡς εἰς ἓν πάντα ταῦτα δεῖ τιθέναι. *Quaecumque magis ac minus, vehementer ac remisse, nimisque & hujusmodi quaedam admittunt, cuncta in unum infiniti genus reducenda sunt.* Jam quid πέρας seu *finis* sibi vult, qui *infinito* opponitur? Id non tam perspicue *Plato* est eloquutus, qui in notionibus & speciebus rerum a materia secretis definiendis praeter modum saepenumero obscurus est, & *Pythagorae* docendi rationem sequitur. Οὐκοῦν, inquit, τὰ μὴ δεχόμενα ταῦτα, τούτων δὴ τὰ ἐναντία πάντα διχόμενα, πρῶτον μὲν τὸ ἴσον καὶ ἰσότητα· μετὰ δὲ τὸ ἴσον, τὸ διπλάσιον, καὶ πᾶν ὅ, τί περ ἂν πρὸς ἀριθμὸν ἀριθμὸς, ἢ μέτρον πρὸς μέτρον, ταῦτα ξύμπαντα εἰς τὸ πέρας ὀρθολογίζόμενοι. *Quae vero talia quaedam minime, sed horum contraria accipiunt omnia, primo quidem aequale ipsum atque aequalitatem, post aequale etiam duplum & singulas inde proportiones, quascumque ad numerum numerus, & ad mensuram mensura habet, haec inquam omnia in genus finiti referimus.* Haec quis sine interprete intelligat? Quaenam sunt res illae, quae nec majus, nec minus recipiunt, at aequalia tamen vel inaequalia, simplicia, dupla, tripla fieri possunt? Haec enim *Plato* ait genere illo comprehendi, quod πέρας seu *finem* & *finitum* vocat. Decet hoc attentum lectorem ex universa disputatione meditando & suspicando eruere. Aut totus ego fallor, aut ex omnibus, quae differit philosophus, liquet, πέρας & *finitum* ipsi dictas fuisse rerum mensuras, modos, proportiones, numeros, sed extra res ipsas & abstracte spectatos. Pythagoraeorum enim more & instituto numeros, modos, proportiones, id quod vel ex *Timaeo* apparet, tamquam res exsistentes licitum sibi duxit intueri, quemadmodum & de notionibus formisque rerum, tamquam de naturis vere existentibus,

piunt, in *Platone* inveniunt.

(o) *Comm. in Timaeum Platonis Lib.* II. *p.* 117.

(p) *Lib.* II. *in Calumniator. Platonis Cap.* 5.

(q) *Philebo p.* 28.

Digitized by Google

bus, loqui solet. Quocirca πέρας nihil est, quam vocabulum, quod abstractam notionem numerorum omnium, mensurarum, & proportionum designat, quibus res universae, affectiones, & qualitates, quae in se modo vacant, temperantur, definiuntur, & terminantur, certus ut concentus & harmonia rerum & qualitatum inter se oriatur. His declaratis, haud grave amplius intellectu erit, quid significare voluerit *Plato*, quum diceret, ex finito & infinito mista & temperata esse omnia, aut infinitum, ut ipse loquitur, in rebus omnibus termino quasi devinctum esse, (r) (ξυμπάντων ἀπείρων ὄντα ἐν πέρατι δεδεμένων). Deum item in rebus omnibus genitis infinitum conjunxisse cum termino & finito. Haec nimirum ejus est sententia, res, qualitates, proprietates, & affectiones, quae fine & modo in se carent, sapienter ubique determinatas & pondere, numero, mensura definitas esse ad pulcritudinem rerum & animalium felicitatem efficiendam. In arte, verbi caussa, Mulica finitum copulatum est cum infinito: & ex hac societate concentus nascitur, qui aures & animum recreat. Soni ipsi in se spectati, sive graves sint, sive acuti, sive veloces, sive tardi, in eo sunt genere, quod infinitum dicitur: minus enim & majus recipere, remitti & intendi possunt. Sed ars huic infinito terminum seu finem addidit, id est, certo modo infinitatem sonorum, servata proportione, circumscripsit & definivit, ut harmoniae suavitas exoriretur. In universitate hac, in quavis ejus parte, in singulis animantibus res, qualitates, proprie-
977 tates sunt natura sua modi omnis nesciae: adest igitur ubique infinitum. At mens & sapientia divina terminum & finitum addidit, quae ignem, frigus, humidum, siccum, durum, grave, molle, voluptatem, dolorem, & reliqua certis ubique legibus definivit ad universi omniumque ejus partium salutem firmandam: Itaque & finitum seu terminus ubique exstat. In quovis homine cupiditates sunt, quibus nullum natura modum posuit: at viri sapientis ratio his terminum & finitum adjicit, & certa mensura vagantes libidines coërcet. Est ergo & in viro sapiente πέρας καὶ ἄπειρον, *finitum* & *infinitum*. Suspicor, fore aliquos, qui dicent non nimis reconditam & sublimem hanc esse *Socratis* vel *Platonis* sapientiam; verum in se facilem & apertam: potuisse haec omnia simplici ratione & popularibus verbis enuntiari: nec laudandos idcirco esse hos homines, quod novis vocabulis & differendi subtilitate obscuriora fecerint ea, quae in se parum habent obscuritatis. Cum his ego magnopere haud pugnaverim hoc loco: fatebor potius, in *Platonis* plerisque disputationibus demonstrandi & docendi viam nimis mihi longam, impeditam, & a vulgari captu remotam, orationem multo magis poëticam & figuratam, quam simplex veritatis ratio patitur, videri. Sed recordari tamen simul omnes velim, suum cuique ingenium & tradendi modum esse, quod sapientem aequo animo ferre oportet, gravesque *Platoni* fortassis fuisse caussas, quas ignoramus hodie, cur inusitata passim vocabula, circuitus, & obscuritatem simplicitati & brevitati praeferret.

§. XVIII. De *Huëtii* testimoniis, quibus effecturum sese speravit, ut *Plato* aeternitatem materiae negasse videretur, nunc sileo: sumta enim sunt, quod jam dixi, ex *Hierocle* & ejus similibus, de quorum rationibus sigillatim exponere constitui. Ad *Dacierii* ergo rationes progredior, quibus *Platoni* succurrendum esse du-

(r) *Philebo p.* 79.

(s) *Vie de Platon p.* 178. *Mais un philosophe qui etablit en tant d'endroits l'unité de Dieu, ne peut être tombé dans une erreur si grossiere: si la matiere etoit eternelle, elle seroit donc Dieu, & il y auroit deux Dieux contre ce qu'il a etabli.*

(t) *Pla-*

duxit, ne diutius inter aeternitatis materiae patronos referretur. Is ita primum ratiocinatur: (*s*) *Incredibile eſt, tantum philoſophum, qui toties profeſſus eſt, unum tantum eſſe Deum, tam turpiter labi potuiſſe, ut materiam diceret aeternam eſſe. Materia ſi aeterna eſſet, Deus foret: Igitur duo eſſent Dii, quod Plato averſatur & rejicit.* Summa argumenti haec eſt: Qui unum eſſe Deum ſciſcit, is non poteſt ſimul ſtatuere, materiam eſſe aeternam. Ita quidem eſt, vir doctiſſime, ſi homo is ſecum ipſo conſentiat & dogmati ſuo de uno Deo convenienter docere velit. At quis neſcit, multos philoſophorum haud pauca ſuſcepiſſe, quae pugnant inter ſe, neque omnes dogmatum ſuorum conſequutiones perſpexiſſe? Idem *Platoni* accidit: qui quum toties de uno Deo loquatur, haud tamen exiſtimavit vel vidit, tolli unitatem Dei, ſi materia aeque aeterna cenſeatur, atque ipſe Deus eſt. Idque tanto minus eſt admirandum, quanto certius conſtat, innumerabiles praeter *Platonem* alios in idem incidiſſe peccatum, quumque unum confiterentur Deum eſſe, perennem ei tamen materiam adjunxiſſe: quibus omnibus defenſo parata foret, ſi *Dacierii* liceret viam inire. *Ariſtoteles* tametſi de natura divina ſecus, atque fas eſt, ſenſerit, unam tamen eſſe primam cauſſam adſeveravit: idem, quod notum eſt, mundum aeternum eſſe duxit. Puta vero, ſumere tibi id conceſſum eſſe, quod vir hic eruditus ſibi ſumſit, & *Ariſtotelem* ſine negotio purgabis a foedo hoc errore. Is enim, dices, qui unum eſſe Deum fatetur, non poteſt una mundo aeternitatem adſcribere, ita enim duo eſſent Dii, non unus. Decet eum, qui veterum philoſophorum ſententias explorat, non quid illi ſentire debuiſſent, exquirere, ſi decretis & praeceptis ſuis convenienter docere voluiſſent, nec a ſemet ipſis ullo modo deſciſcere, verum id illis tribuere, quod verbis perſpicue expreſſerunt & profeſſi ſunt, etiamſi male ceteroquin ad reliqua eorum dogmata quadret. Audiamus alterum viri doctiſſimi argumentum: (*t*) *Plato*, inquit, *haud potuit materiam pro aeterna habere: nam animam ſtatuit corpore antiquiorem eſſe. Quod ſi anima corpore eſt antiquior, corpus haud dubie initium habuit & conditum eſt.* Certum eſt, quod in hac ratione fundamenti ponitur vice, tradidiſſe *Platonem*, animam omni corpore vetuſtiorem eſſe ac priorem. Cave vero, credas, ex hoc ejus dogmate effici poſſe, materiae initium adſcriptum eſſe ab eo. Miror, hominem eruditum, qui *Platonem* vertendum ſibi ſumſit, tam ignarum fuiſſe dictionis Platonicae, ut neſciret, multum ab eo diſcriminis poni inter ὕλην & inter σῶμα: ὕλη *Platoni* prima materia eſt, ex qua facta ſunt omnia, σῶμα corpus ipſi figuratum eſt, quod 978
ex materia conſtat prima & ex qualitatibus, quas Deus induxit in materiam. Eamdem differentiam inter haec duo vocabula ſtudioſe ſervarunt praeſtantiſſimi quique eorum, qui *Platonem* magiſtrum ſibi adſciverunt: quod me alio loco luculentius & copioſius demonſtrare memini. Sed fugit hoc multos, qui ex noſtris notionibus veterum aeſtimant vocabula; quare fit, ut incauti in errores ſaepe incidant haud mediocres. Corpore figurato & a Deo formato animam priorem & antiquiorem eſſe, omnino *Plato* tradidit: ſed nusquam praecepit, ὕλην ſeu materiam primam, quae ſubjecta eſt omnibus corporibus, anima juniorem eſſe. Quod tertio affert vir eruditus, id jam ſupra vanitatis convicimus: nam commune id cum *Clemente* habet *Alexandrino*. Putat nimirum, quod *Plato* Deum vocat *parentem* & opi-

(*t*) *Platon ne peut avoir penſé que la matiere fut éternelle, puis qu'il aſſure que l'âme eſt plus ancienne, que le corps: car l'âme étant plus ancienne que le corps, le corps eſt donc creé & par conſequent il ne peut être éternel.*

Digitized by Google

opificem hujus mundi, id argumento esse, cognitam ipsi fuisse creationem ex nihilo. Nomine enim *parentis* indicari, Deum ex nihilo procreasse materiam: vocabulo vero μητρὸς seu *opifex*, procreatam materiam ab eodem cultam, digestam, & exornatam esse. (*v*) Ingeniose quidem! Verum *Plato* vetat nos huic verborum suorum interpreti fidem habere. Nam in ipso illo *Timaeo*, in quo haec Dei nomina leguntur, clarissimis verbis materiam praedicat aeternam esse: ex quo liquet, male haec vocabula a viro doctissimo exponi. Non id praeterit eum, materiam a *Platone* diserte dici aeternam, nec ignorat, obesse id potissimum sententiae suae, ne recipiatur ab omnibus. Sed invenisse tamen sese aliquid opinatur ad hoc impedimentum de medio removendum. *Platonem* nimirum contendit, quum ab aeterno exstitisse materiam scribit, non de illa, quae tangitur, cernitur, & tractatur, materia hoc intellectum velle, sed de forma & specie materiae hujus, seu de materia, ut sic dicam, *ideali*. Fuit ex infinito tempore & ab omni aeternitate in mente divina species & notio materiae illius, quam certo demum tempore ex iis, quae non sunt, fingere Deus statuerat: haec aeterna notio materiae, si *Dacierium* audias, a *Platone* designatur, quum materiam scribit initio carere. (*x*) Propius haec sententia remota est ab illorum opinione, quos perhibere memorat *Adamus Tribbechovius* (*y*) veteres, quum materiam adseverarunt aeternam esse, *per materiam intellexisse potentiam creandi mundum, quae ab aeterno in Deo fuerit.* Hanc quisquis ubique interpretandi artem adhibuerit, is continuo, levissimoque labore perficiet, ut nullus sit tam ater & capitalis veritatis & religionis omnis hostis, quin mundus, sanctus, & omnis labis nescius appareat. Verum sapientiores, opinor, oportet esse, qui veritatis sine ullo partium studio cupidi sunt, nec quod optant docuisse philosophorum aliquem, studio & arte ex dictis ejus exprimere, sed ea, quae oratione & verbis apertis professus est, ipsi tribuere, si vel maxime dedecori sint illi. Nihil ad veritatis, nihil ad religionis accedit dignitatem & praestantiam, si veterum magistrorum aliqui meliores credantur fuisse, atque reapse fuerunt: contra praeposterum hoc studium philosophos cum Christianis sociandi, incrementis doctrinae coelestis non raro nocuit. Redeo ad *Platonem*, quem *Dacierius* de notione & forma materiae, non de ipsa materia loqui tradit, quum aeternam esse eam scisset. Latebram elegit vir doctissimus parum tutam, ex qua ipse eum *Plato*, quem nimis amat, protrahet. Primum *Plato* mundum & materiam inter se opponit in *Timaeo:* illum affirmat initium habuisse & auctore Deo coepisse: hanc aeternam esse dicit. Haec quomodo cum arguta illa interpretatione *Dacierii* conveniunt? Mundus eodem modo aeternus est, quo materia, si de notione tantum & forma ejus quaeratur: nam quis neget, aeternam mundi formam intelligentiae divinae obversatam esse? *Platonem* igitur quid commovisset, ut mundum negaret, materiam affirmaret, aeternam esse? Dicemusne tantum, qualis *Plato* fuit, virum tam inconcinnum fuisse, ut notionem materiae ipsi mundo vere existenti opponeret, hunc coepisse, illam numquam coepisse, affirmaret? Equidem plus faveo memoriae hominis, quem divinum dixit antiquitas, quam ut hoc ab ipso factum esse credam:

(*v*) *Il appelle Dieu Pere ou Createur & Ouvrier du monde. Par la qualité de Createur, il marque qu'il a tiré le monde du neant, & par celle d'Ouvrier, il fait entendre qu'après avoir crée, il luy a donné l'arrangement & l'ordre.*

(*x*) *Quand Platon a appellé la matiere éternelle, il n'a pas voulu faire entendre qu'elle subsistoit visiblement de toute éternité, mais qu'elle subsistoit*

dam: nec, ſi credere id vellem, *Timaeus* ejus id pateretur. Scilicet ex ipſa materia illa, quam aeternam pronuntiat, Deum *Plato* docet mundum finxiſſe & conſtruxiſſe. Finge, materiam ſpeciem & notionem eſſe materiae: Ergo hoc dicet philoſophus, ex notione & aeterna ſpecie materiae mundum a Deo conditum eſſe: quo quid fieri poteſt amentius? Eamdem materiam, quam vocat aeternam, *Plato* ait turbulentam, malignam, variisque motibus ſine lege ac ordine agitatam fuiſſe, antequam Deus ad eam componendam & mundum conſtruendum accederet. Θεὸς, inquit, (z) ὅσον ἦν ἐφατὸν παραλαβών, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας. *Deus, quidquid erat, quod* 979 *in cernendi ſenſum caderet, ſibi aſſumſit, non tranquillum & quietum, ſed immoderate agitatum & fluctuans, idque ex inordinato in ordinem adduxit.* Eumdem ſatis notum eſt tradidiſſe, malitiam & pertinaciam materiae obſtitiſſe voluntati ſupremi Numinis, ne talem faceret ex ea mundum, qualem voluiſſet, mali omnis & vitii expertem. Sapiensne ſibi aliquis perſuaſerit, in aeternam materiae notionem, quae in mente fuit divina, haec & ejus generis alia cadere poſſe? Num aeterna ſpecies materiae in divina intelligentia dici poteſt inordinata, maligna, quietis ignara, turbulenta fuiſſe, priusquam Deus eam in ordinem redigeret? Num eadem impediviſſe Deum perhiberi poteſt, ne omne vitium & malum mundo, quem fingere volebat, excluderet? Legant, qui pluribus argumentis edoceri volunt, quam vana ſit haec viri docti ſententia, ipſum *Timaeum*, & ubique nihil ſentient excogitari poſſe, quod magis adverſetur huic libello.

§. XIX. Antequam Platonem dimittam, nil alienum fecero ab inſtituto meo, ſi ſaxum aliquod praeteriens de via tollam, ad quod offendere poſſent, & offenderunt jam eorum aliqui, qui philoſophum hunc enixe cupiunt Chriſtianum facere. Frequens mentio fit in ſcriptis *Platonis* & ſectatorum ejus τοῦ μὴ ὄντος ſeu *nihili*, tamquam naturae cujusdam exſiſtentis, ex qua conſtent & gignantur omnia. Hoc qui vident, nec periti ſatis ſunt ſermonis hujus philoſophi, facile in hanc veniunt cogitationem, nil inter ſe differre, quae a Chriſtianis & a Platonicis de rerum ortu & initiis traduntur. Id igitur ne fiat, animadverti debet, *Platoni* omnia quae a perpetuitate & conſtantia abſunt, quae oriuntur & occidunt, quae augentur & diminuuntur, nihilum & τὸ μὴ ὄν appellari: quumque omnia, quae ſub ſenſus cadunt, omnis materia & cuncta, quae ex illa procreantur, corpora, ejus ſint generis, ideo & haec iſto nomine apud ipſum veniunt. Pulcre hoc jam obſervavit *Cicero*, cujus haec verba ſunt: (a) NIHIL *Plato putat eſſe, quod oriatur & intereat, idque ſolum eſſe, quod ſemper tale ſit, qualem ideam appellat ille, nos ſpeciem.* Idem *Diogenes Laërtius* ſignificandum ſibi eſſe duxit: τὸ γὲν, inquit, (b) αἰσθητὸν, καὶ ὃν καλεῖ καὶ μὴ ὄν· ὃν μὲν, διὰ τὸ γίνεσθαι αὐτὸ ἕνεκα· μὴ ὄν δὲ, διὰ τὴν συνεχῆ μεταβολήν. *Senſibile vocat Plato & quod eſt, & quod non eſt. Eſſe quidem propter generationem: non eſſe autem, propter aſſiduam mutationem.* Juniores Platonici eodem vocabulo materiam appellare ſolent: nec tamen omnino huic generi cum magiſtro convenit. Etenim hic omne, quod ſenſibus ſubjicitur, omnem

fiſoit intelligiblement dans l'idée éternelle de Dieu.

(y) *Veritat creationis mundi Cap.* 2. *p.* 279.

(z) *In Timaeo Cap.* 14. *p.* 527. Conf. *Diogenes Laërtius Lib.* III. *Segm.* 69. *p.* 207.

(a) *Tuſcul. Quaeſtion. Lib.* I. *Cap.* 24. *p.* 2598. *Tom.* VIII. *Opp.*

(b) *De vitis philoſ. Lib.* III. *Segm.* 64. *p.* 202.

omnem materiam, sive ea ut formarum & qualitatum expers, sive ut qualitatibus praedita & in corpora coacta est, spectetur, nihilum & id, quod non est, nominat. Illi vero tantum materiae, quatenus abstracte concipitur animo, quatenus corpori opponitur, quatenus extra omnem formam, figuram, & qualitatem in se consideratur, hoc nomen imponunt, numquam vero materiam, ut corporibus continetur, ut formis & affectionibus praedita & spectabilis est, hac nota designant. *Plotinus* de materia hac informi, quam sola mens videt ac contemplatur: ὕλη, inquit, (c) μὴ ὂν ἂν εἰκότως λέγοιτο· καὶ γὰρ ὥσπερ κίνησις μὴ ὄν, ἡ στάσις μὴ ὄν, ἀλλὰ ἀληθινῶς μὴ ὂν εἴδωλον καὶ φάντασμα ὄγκου καὶ ὑποστάσεως ὄψεως. *Materia merito non ens appellatur, neque tamen ita non ens dicitur, ut motus vel status non ens dici solet, sed revera non ens, simulacrum & imaginatio molis, appetitioque subsistentiae.* Eadem, & iisdem fere verbis, apud discipulum ejus, *Porphyrium* (d) legas, qui ἀληθινὸν μὴ ὄν, *verum non ens*, dicit materiam, & subtiliter quaedam, quo rationem hujus nominis reddat, differit. Invenit autem prima materia hoc nomen apud philosophos istos ideo, quod certam haud naturam & fixam habet, sed in singulis rebus & corporibus variat, faciemque mutat. Adhibet id ipsum de materia vocabulum *Dionysius* ille, qui se falso *Areopagitam* nominat: (e) quem locum quum explanant interpretes ejus *Maximus* & *Pachymeres*, his utrique verbis caussam ejus nominis explicant: (f) Λέγεῖ ὃ μὴ ὂν ἡ ὕλη, οὐχ ὅτι παντελῶς οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅτι μὴ ἐστι. *Materia autem dicitur non ens, non quod omnino nihil sit, sed quod non ens*, id est, quod stabili & immutabili natura caret. Sunt doctissimi viri, qui
980 cum nomen hoc, quod Platonici materiae dare solent, tum cetera, quae haec secta de materia perhibet, nimis premunt, nec male se facere opinantur, quum ex illis efficiunt, materiam Platonicorum reapse nihil esse & nullum: sed hi mihi, quod jam alio loco declaravi, nimis esse duri videntur adversus hanc familiam, nec in notionibus vocabulorum, quibus ea utitur, expendendis & universa philosophandi ratione, quam sequitur, exploranda, tantum posuisse diligentiae, quantum fas fuerat. *Apud Peripateticos quidem*, inquit *Marsilius Ficinus* (g), *si quis materiam non ens diceret, hanc omnino diceret nihilum. Sed apud Platonicos, qui ipsam unius naturam latius quam naturam entis longiusque sursum deorsumque protendunt, quamvis materiam dicas non ens, non tamen habes eam pro nihilo.* (h) Inter recentiorum temporum philosophos *Roberto Fluddo* totque aliis, qui sapientiam hujus hominis admirantur & propagare studeut, Platonicorum hunc morem imitari & materiam *nihilum* appellare placuit: quod quidem cum ob alia, tum propter hanc caussam facere videntur, ne apertum fiat, distare non leviter doctrinam suam de rerum originibus ab ea, quam Christiani coetus ubique probant. Quamvis scilicet Christianis utantur verbis, quum de mundi loquuntur initio, nec secus, atque nos, e nihilo producta esse omnia dicant: haud tamen eamdem, quam nos vocabulis suis potestatem subjiciunt, sed nomine *nihilum* figillatim rudem & informem materiam designant, quam alterum volunt esse rerum principium. Erudite has insidias

(c) *De impassibilitate corporeor. Ennead.* III. *Lib.* VI. *Cap.* 7. *p.* 310.

(d) *Sententiis ad intelligibil. ducentib.* §. 21. *p.* 226.

(e) *Libro de divinis nominibus Cap.* 4. §. 18. *p.* 570. *Tom.* I. *Opp.*

(f) *Scholiis in Dionysium p.* 618. & 668.

(g) *Comment. in Plotini Libr.* περὶ ὕλης *Cap.* 17. *p.* 1654. *Tom.* II. *Opp.*

(h) *Jo. Scotus Erigena de divisione naturae Lib.* III. *Cap.* 14. *p.* 118. *Multi secularium philosophorum informem materiam coaeternam esse Deo putaverunt, de qua omnia sua opera fecit, quam materiam propterea* NIHIL *dicebant, quia priusquam*

dias detexit, praeter alios, *Petr. Gaſſendus*, cujus verba legiſſe juvabit: (*i*) *Quod ad creationem, cave etiam productionem rei ex nihilo intelligas, eo ſenſu quo Theologi vulgo geneſin mundi interpretantur, quae a Moſe deſcripta eſt. Quamquam enim Fluddus uſurpat & verba & Hiſtoriam Moſis: Symbola tamen ipſi omnia ſunt. Nomine igitur creationis intelligit primo productionem, ſeu generationem cujuslibet rei, quae in tantum dicitur ex nihilo eſſe, in quantum eſt ex tenebris, ſeu materia,* QUAE IPSI APPELLATUR NIHIL. *Dicitur vero etiam a Deo & ex Deo eſſe, quatenus lux, quae ipſi eſt Deus, dum materiam diſcutit, apparat, informat, rem quoque ipſam conſtituit.* Interiorem philoſophiae hujus naturam nunc aperire & ediſſerere, neceſſe non eſt: quod quidem remotum foret ab inſtituto meo: monitos tantum occaſione ſic ferente eos volo, qui ſcripta horum hominum legunt, quibus obruere orbem Chriſtianum non deſinunt, ne verborum ſonis nimis fidant, ſed poteſtates potius eorum ex dogmatibus ipſis intelligere & dijudicare ſtudeant.

§. XX. *Ariſtotelis* philoſophiae dogma de aeternitate mundi ita eſt innexum, ut, hoc ſublato, non mediocrem illius partem una corruere atque concidere oporteat. Aufer ex diſciplina ejus aeternitatem mundi, nec habebis amplius, quo fulcias ea, quae idem de coelo, de Deo, de intelligentiis, & aliis rebus praecepit: nam quaecumque de his tradidit, uno prope hoc fundamento nituntur. Itaque veterum haud dubitavit aliquis, ſive faveret partibus ejus, ſive cum illo diſſentiret, quin mundo & motui non minus, atque cauſſae & auctori ejus initium omne derogaſſet. Sed quid non audent illi, qui coeco hominum ſtudio & amore ducuntur? Inventi ſunt inter Chriſtianos, qui *Ariſtotelem*, obtorto collo & plane renitentem, in eorum adſcripſerunt numerum, qui Deum ea, quae ſunt, ex illis, quae non ſunt, comparaſſe credunt. Gentem, quae *Scholaſtica* dicitur, *Ariſtotelis*, quo unice delectabantur, tam praepoſtere ſtudioſam fuiſſe, *Dan. Georg. Morhofius* tradit: (*k*) *Scholaſtici quidam*, ait, *perſuadere nobis volunt, quod Ariſtoteles materiae primae creationem ex nihilo agnoverit.* Hi quinam ſint, ignorare me fateor: nec puto temporis, quo nihil mihi carius, partem aliquam in exquirendis eorum nominibus bene a me & utiliter poſitum iri, qui opinioni tam perverſae operam ſuam commodarunt. Satis mihi locuples *Morhofius* auctor eſt, vir infinitae lectionis & accuratae diligentiae. Novi enim audax & temerarium factionis hujus ingenium, nec ipſum *Thomam Aquinatem* (*l*) ignoro, probare conatum eſſe, *Ariſtotelem* non abſolute & ſimpliciter, verum comparate tantum & certo 981 modo pro aeternitate mundi dimicaſſe: cujus quidem auctoritas multis perſuaſit, ut majus etiam aliquid tentarent & omnem turpitudinem tanto philoſopho detrahere niterentur. Poſt Scholaſticos, qui vocantur, doctores *Georgius Trapezuntius*, non ignobilis e Graecis ſaeculo decimo quinto ſcriptor, contendit, *Ariſtotelem*, quem non ſecus, ac Deum colebat, nihil de ortu mundi & materiae ſtatuiſſe, quod Chriſtianum (*m*) dedeceret: quod ex *Beſſarione*, adverſario ejus, liquet, qui

quam formas & ſpecies a Deo acciperet, non apparebat ac veluti penitus nihil erat. Quicquid enim omnino caret forma & ſpecie, non immerito poteſt vocari NIHIL.

(*i*) *Examine philoſophiae Fluddanae Part.* I. *p.* 218. *Tom* III. *Opp.*

(*k*) *Polyhiſtor. Philoſ. Lib.* II. *Part.* I. *Cap.* 12. §. 9. *p.* 227.

(*l*) *Summae Part.* I. *Quaeſt.* 46. *Art.* 1. Conſentiunt cum *Thoma* hac in re ex Scholaſticis doctoribus multi. Vid. *Conimbricenſes* Jeſuitas in *Phyſic. Ariſtotelis libros Lib.* VIII. *Cap.* 2. *p.* 378.

(*m*) *In comparatione Platonis & Ariſtotelis Ve-*

net.

Digitized by Google

qui hanc hominis sententiam omni exuit (*n*) veritatis specie. Ex recentioribus Stagiritae admiratoribus multos nominare liceret, quibus idem, quod *Trapezuntio*, visum fuit: nam Peripateticis id contingit, quod plerisque eorum, qui sectae cuidam sese totos dediderunt & libertati, quam a Deo acceperunt, nuntium miserunt; quorum alter alterum, ratione & judicio nullo adhibito, sequitur, idque probat, quod ab aliis probatum & judicatum videt. Sed binis contentus ero, quorum in nostro coetu non obscurum nomen est. Alter est *Joh. Zeisoldus*, cujus exstat *Liber de Aristotelis cum scriptura sacra consensu*, in quo multis inter alia disputat, *dari*, ut verbis ejus utar, (*o*) *juxta Aristotelem verum mundi principium & creationem cum novitate essendi.* Alter *Adamus Tribbechovius*, *qui Zeisoldum Aristotelem* omni infamia hac in re egregie liberasse (*p*) opinatur. Cum hoc hominum genere ut certamen hic instituam, necesse non est: solem enim obscurare volunt, idque dubium facere, quod nullis dubium esse potest, quibus vel elementa philosophiae Peripateticae non ignota sunt. Praeterea dudum eruditi viri, quorum alioquin suspecta haud est in *Aristotelem* pietas, solidis rationibus eorum profligarunt errorem, & ex ipsis Stagiritae scriptis demonstrarunt, placuisse ipsi, quod *Lactantius* ei tribuit (*q*) *mundum semper fuisse, ac semper futurum.* Inspici velim prae ceteris Jesuitas *Conimbricenses* (*r*), *Bened. Pererium* (*s*), *Franc. Patricium* (*t*), & ex nostris *Jac. Thomasium* (*v*), quibus lectis, nihil desiderabis amplius. Praecipuus locus, quo nituntur illi, qui pro *Aristotele* verba faciunt, hic est: (*x*) Θεὸς δοκεῖ τὸ αἴτιον πᾶσιν εἶναι ἢ ἀρχή τις. *Deus videtur rerum omnium esse causa & initium quoddam rerum.* At quis nescit, generaliores ejusmodi sententias ita esse accipiendas & exponendas, ne primis fundamentis disciplinae scriptoris cujusdam repugnent? Secus si quis fecerit, breviaque ejus generis enuntiata pro norma sumat, ad quam universum corpus doctrinae philosophi cujusdam conformandum sit, is incerta reddet omnia, quae certissima videntur esse, & in medias eos tenebras detrudet, quorum interest, veterum dogmata perspecta habere. Nec est in hoc *Aristotelis* dicto aliquid, quod suum facere nequeant, qui formarum tantum & modorum auctorem esse Deum arbitrantur, tametsi mundum aeternum esse velint. De Stoicis plane sileo, quos supra (*y*) significavi a *Clemente Alexandrino* in eorum relatos esse ordinem, qui Deo nullam praesto fuisse materiam censent, quum hanc mundi molem fingeret ac instrueret. Testatissimum enim est, duo rerum principia hanc sectam posuisse, Deum & materiam, nec per ipsa philosophiae, quam profitebatur, initia licuisse illi, materiae exordium aliquod tribuere.

§. XXI. Igitur dimissis Graecorum sectis & philosophis, ad gentes transeo barbaras, quae sanam viris doctis sententiam de creatione rerum fovisse videntur. Dudum est, quod constituo, disputationem omnem, quae de veterum populorum philosophia & religione suscipitur, valde lubricam, incertam, & ancipitem esse. Neque enim antiquae nationes certis legibus, confessionibus, & formulis colliga-

net. 1523. *in* 8. edita. Lege *Leon. Allatium de Georgiis & eorum scriptis* §. 50. *p.* 726. ad calcem *Volum.* X. *Biblioth. Graecae Jo. Alb. Fabricii.*

(*n*) *Adversus calumniatorem Platonis Lib.* III. *Cap.* 13. 20. 27. *ed. Romanae* sine anni mentione editae.

(*o*) *Disp.* II. *Artic.* I. §. 1. *p.* 60. & §. 13. *p.* 71.

(*p*) *Veritas creation. mundi Cap.* 2. *p.* 279.

(*q*) *Institut. divinar. Lib.* VII. *Cap.* 1. *p.* 774.

(*r*) *Comm. in Libros phys. Aristot. Lib* VIII. *Cap.* 2. *Quaest.* 3. *Art.* 1. *p.* 375. & *Quaest.* 4. *p.* 382. *s.*

(*s*) *De*

Digitized by Google

ligabantur, ut idem omnibus ſentiendum eſſet, qui adſcribi in civitatem vellent: ſed liberum erat ſingulis ſacerdotibus & civibus ea probare & amplecti, immo 982
proponere & tradere, ſcita, quae meliora ceteris & veriora ſibi viderentur, modo cultum Deorum, qui legibus ſancitus erat, haud prorſus negligerent vel conturbarent. Atque ipſas caerimonias & religiones publicas quilibet pro lubitu interpretabantur, nemine intercedente, id quod innumerabilibus veterum dictis & exemplis conſtat. Hinc fieri potuit, ut tot eſſent in una gente religiones, quot provinciae, immo quot urbes, quot collegia ſacerdotum, quot homines denique, qui non alienis, ſed ſuis oculis dijudicare volebant, quae de re ſacra ſentire fas eſſet. Nos vero ex paucis ſcriptorum quorumdam verbis totius plerumque populi cujusdam religionem & ſenſus de Deo aeſtimamus: quod vitioſe fieri, vel ipſa diſcordia, quae inter hoſce ſcriptores viget, nos edocere poteſt. Quod enim Perſarum & Aegyptiorum religionem diverſo modo & ratione antiqui auctores exponunt, id, meo quidem judicio, declarat, nihil certi in his gentibus de religione, ſi ſumma quaedam capita demas, decretum fuiſſe, nec tam publicam omnium, quam privatam quorumdam opinionem ſcriptores illos enarraſſe. Sed haec pluribus alio loco jam ediſſerui: nunc tritam ſequamur viam, nec ſecus agamus, ac ſi hodie a nobis de populorum veterum religionibus in univerſum firmiter aliquid ſtatui poſſet. Initium ab Aegyptiis faciam, qui ſapientiae fama, vetuſtate, aliisque rebus ceteris fere omnibus populis praeſtant. Hanc vero gentem *Hermetem*, *Trismegiſtum* quem vocant, creationem ex nihilo docuiſſe ferunt; idque ex ſcriptis ejus, quae adhuc leguntur, patere affirmant. (z) Addunt, idem ex *Phyſiologia* conſtare Aegyptiorum, in qua materiae ἀρχὴ diſerte tribuatur: *Sic & univerſae materiae*, inquit *Dickinſonus*, (a) ἡ ἀρχὴ, *id eſt*, *principium attribuit Aegyptiorum phyſiologia: atque eam, quando primum coepit exſiſtere, valde confuſam rem fuiſſe, commixtam ſcilicet omnigenorum corpuſculorum molem: poſteaquam vero deceſſiſſent a ſe iſta corpora, mundo contigiſſe illum, quem nunc videmus, ordinem.* Denique *Jamblichus*, quem ſententiarum & dogmatum Aegyptiorum peritiſſimum fuiſſe putant plerique, verbis diſertis confirmare videtur, nil dubitaſſe hac de re Aegyptios. Contentioſe ſi hic agere vellem, his auctoribus eos opponerem, qui longe alia de Aegyptiis memoriae prodiderunt, ſigillatim materiam pro rerum omnium principio ab hac gente ita eſſe habitam retulerunt, ut Dei ne rationem quidem habuiſſe videantur in explicandis rerum originibus: his teſtibus auditis, praeferendos eos eſſe contenderem ſuperioribus illis, cum propter antiquitatem, tum propter multitudinem & numerum. Nec, puto, haec diſputatio inanis & gravitatis omnis expers cuiquam videri poſſet. Sed paullo lenius rem expediam & quo loco haec teſtimonia ſint habenda, ordine videbo. Primum ab *Hermete*, qui vocatur, teſtimonium hac in cauſſa peti poſſe nego. Nam qui nomine ejus inſcripti circumferuntur libri, ſpernuntur hodie a ſapientioribus, & ſi quid habent ex germana veterum Aegyptiorum diſciplina, quod valde dubium eſt, multis tamen

(r) *De communibus rer. natural. principiis & affection. Lib.* V. *Cap.* 7. *p.* 286.

(t) *Diſcuſſionibus Peripateticis Tom.* V. *Lib.* IV. *p.* 400.

(v) *Libro de Stoica mundi exuſtione Diſſ.* IV. *p.* 58.

(x) *Libro* I. *Metaphyſ. Cap.* 2. *p.* 263. *Tom.* IV. *Opp.*

(y) §. 3.

(z) *Livius Galantes Comparat. Theol. Platon. p.* 237. 238.

(a) *Phyſic. veter. & verae Cap.* 12. *p.* 198.

Digitized by Google

men contaminati sunt fraudis & doli mali notis, ut quid vere sit Aegyptium in illis, quid minus, discerni plane nequeat. (*b*) Verum haec quoque seponamus & propius rem contemplemur. Quid tandem dicit ter maximus ille *Hermes*, quod in eam nos inducere queat opinionem, creationem de nihilo Aegyptiis ab ipso fuisse traditam? Nihil, praeter id, quod paullo post *Jamblichum* tradere audiemus, quodque universa fere juniorum Platonicorum turba sanxit, mundum ex ipso Deo ab omni aeternitate fluxisse, & Deum idcirco esse omnia. (*c*) Exeat vero a nobis, suasque sibi res solus habeat, cui tam foeda potest placere sententia, quam ego deteriorem illorum esse dogmate arbitror, qui perennem aeterno Deo materiam adjungunt. *Physiologia* Aegyptiorum, quam *Dickinsonus* in auxilium vocat, illa est de ortu rerum omnium narratio, quod ex ipsis ejus verbis liquet, quam *Diodorus Siculus* (*d*) nobis reliquit: nam haec vulgo a viris doctis pro Aegyptiorum habetur *Physiologia*, quamvis nec ipse *Diodorus* hoc significat, nec *Eusebius*, (*e*) a quo repetita est, Aegyptiis, verum Graecis eam tribuat. Utcumque est, aut nihil videt, aut nil cernere vult, qui perhibet, principium materiae adscriptum esse ab auctoribus philosophiae hujus de mundi procreatione. Legant haec ipsa *Diodori* verba & judicent deinde aequi rerum aestimatores, quantum sibi veteres Aegyptii, si quidem auctores illi sunt hujus sapientiae, gloriae ex illis promittere queant: Οἱ μὲν γενητὸν καὶ ἄφθαρτον εἶναι νομίσαντες, ἔφασαν ὁμοίως ἐκείνας τὰς ἀνθρώπους τυχεῖν τῆς πρώτης γενέσεως ὡρισμέναις χρόνοις· καὶπερ δὲ ΑΡΧΗΣ ὅλων
983 σύσασιν, μίαν ἔχειν ἰδέαν ἐρεμνήν τε καὶ γῆν, μεμιγμένης αὐτῶν τῆς φύσεως· ἐξ ἧς ταῦτα διαστάντων τῶν σωμάτων ἀπ' ἀλλήλων, τὰ μὲν κόσμον περιλαβεῖν ἅπασαν τὴν ὑρωμένην ἐν αὐτῇ σύνταξιν. *Qui mundum generatum atque occasurum putaverunt, ii perinde atque ipsius, hominum etiam generationem certo quodam tempore principium habuisse defenderunt. Quippe cum hujus primum universi coagmentatio fieret, unam aliquam coeli & terrae ex permixta confusaque amborum natura formam exstitisse: deinde vero simul atque corporum distinctio successisset, continuo mundum quidem totum hunc, quem videmus, partium ordinem accepisse.* Hic coagmentationi quidem rerum omnium ἀρχὴ seu principium quoddam tribuitur: ex quo apparet, eos, quibus haec philosophandi forma quondam placuit, pro aeterno hunc mundum haud duxisse: at materiam, non secus ac mundum coepisse, tradi minime video. Adde, quod majus est, ne Dei quidem mentionem fieri in hac explicatione originis hujus universitatis: quod jamdudum viros doctissimos adduxit, ut philosophiae hujus auctores in illis numerandos esse suspicarentur, qui ortum hujus orbis caussis naturalibus & fortuitae materiae commotioni adscribere (*f*) non verentur. In *Jamblicho* binos offendi locos, qui ad hoc negotium, quod agimus, pertinent. Quaesiverat *Porphyrius epistola ad Anebonem*, sacerdotem Aegyptium, inter alia, quidnam de materia sentirent Aegyptii: Utrum eam aeternam, vel genitam & procreatam existimarent? Εἰ ἀγένητον ὕλην, ἢ γενητήν. Ad hanc quaestionem *Jamblichus* hisce verbis respondet: (*g*) ὕλην μὲν παρέλαβε ὁ θεὸς ἐκ τῆς ἀσωμάτου ὑποστάσεως ὑλικῆς, ἣν ὁ δημιουργὸς ζωτικὴν ὄσαν, τὰς ἁπλᾶς καὶ ἀπαθεῖς σφαίρας ἐκ' αὐτῆς ἐδημιούργησε, τὸ δὲ ἔμψυχον αὐτῆς, εἰς τὴν γενητὴν καὶ φθαρτὴν σύμπαξιν διεκόσμησεν. *Materiam quod attinet, Deus eam produxit dividendo materialitatem ab essentialitate: hanc materiam opifex Deus accipiens vi-*

(*b*) Vid. *Cudworthi systema intellect. p.* 373.
(*c*) Vid. *Cudworthi systema p.* 388. &c.
(*d*) *Biblioth. Histor. Lib.* I. *p.* 7. 8.
(*e*) *Praepar. Euang. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 19.
(*f*) Ita jam *Eusebius* censuit *l. c. Cap.* 7. *p.* 21.

cum

vitalem ex ea ſimplices incorruptibilesque ſphaeras fabricavit, ipſius vero quod erat poſtremum ad corpora generabilia & corruptibilia facienda tranſtulit. Eadem, quae in hoc, in altero ejus loco ſententia eſt, licet non aeque luculenter atque perſpicue expreſſa ſit: (*b*) μὴ δή τε θαυμαζέτω ἐκὲν ϗ ὕλαν τινα καθαρὰν ϗ θείαν εἶναι λέγωμεν· δοκεῖ γὰρ ὃ πατὴρ ϗ δημιουργὸς τῶν ὅλων ϗ αὐτὴ ἡφαιστεῖα, ἢ πολύτεχνος ἑαυτῆς ἐπιτήδευσιν πᾶσιν θεοῖς ἱκανὴν παρασχεῖν. *Sed nec mirum cuiquam videatur, ſi & materiam aliquam puram & divinam eſſe aſſeramus: nam ipſa quoque materia, cum ab opifice patreque omnium facta ſit, merito perfectionem ſui quamdam accepiſſe cenſenda eſt aptam ad Deos recipiendos.* Haeccine igitur dicta tantum apud nos valebunt, ut Aegyptios pronuntiemus putaſſe, materiam ſupremi Numinis opus eſſe? Speciem, fateor, non inconcinnam habent ad eos permovendos, qui non nimis conſiderati ſunt in judicando; Sed efficiam, ut haec pereat, nec *Jamblichus* melior ceteris ſociis ſuis videatur, quos totos a Chriſtianorum praeceptis de origine rerum diſſenſiſſe conſtat. Principio non is eſt *Jamblichus*, homo vanus & corrupti ingenii, ex quo Aegyptiorum veterum ſententias & dogmata diſcas. Incidit aetas ejus in ea tempora, quibus dudum antiqua *Hermetis* diſciplina pericrat & variis de cauſſis oblitterata erat: nec, ſi tum temporis haec diſciplina floruiſſet adhuc, Platonicus homo ut legitimus & juſtus ejus interpres ſpectari poſſet. Etenim hoc hominum genus numquam id agit, ut quid veteres vere ſenſerint pateat, ſed potius omni ſtudio antiquorum opiniones pervertere ſtudet, ne ſuis diſſentire videantur. Nec aliter *Jamblichus* affectus fuit animo. Dederim ego, eſſe quaedam in ejus opere philoſophiae Aegyptiacae fragmenta, qualis illo tempore apud ſacerdotes quosdam exſtitit, quo vixit: at rerum tamen Platonicarum valde ſit ignarus neceſſe eſt, qui haec non perſpicit mirifice corrupta, ad ingenium ſcitaque familiae, in qua vivebat *Jamblichus*, prorſus accommodata, denique nativa forma & virtute ſua plane ſpoliata & contra ſententiam auctorum ſuorum expoſita eſſe. Mittamus vero haec, meliusque ſentiamus de hoc ſapientiae Aegyptiacae doctore, quam meretur: haud tamen ex his ejus locis id licebit efficere, Aegyptios de materia idem, quod Chriſtianos, praecepiſſe. Materia dicitur ab eo producta eſſe a Deo: ex materia ab eodem deinceps omnia perhibentur eſſe condita. Non eſt vero unius generis haec materia, ſed in ſubtiliorem & graviorem dividitur: Ex ſubtiliore & coeleſti Deus ſidera comparavit, ex concretiori & graviori reliqua corpora. Belle, nec inſipienter prorſus, ſi verba ſpectes unice: ſed in vim ſi ſententiarum inquiras, quas comprehendunt, aliter ſentiendum videbis eſſe. Quaere primum: Qua ratione, quo modo Deus materiam produxerit? Reſpondet *Jamblichus: Diviſit Deus, quum* 984
materiam conderet, materialitatem ab eſſentialitate. Haec quam vim habeant, quis aegre perſpicit? Significant, Deum ex ipſa eſſentia & interiori natura ſua eduxiſſe materiam, aut materiam a natura ſua ſecreviſſe ac ſeparaſſe. Ergo in eorum numero *Jamblichus* eſt, qui materiam, tamquam partem naturae divinae, conſiderant, eamque ex Deo aliquando manaſſe, volunt: (*i*) quorum dogma plane diſtat a Chriſtianorum ſententia, qui Deum materiam ex nihilo creaſſe ſanciunt: Nam quod in Deo fuit ſemper, id haud ex nihilo procreatum eſt, verum jam exſtitit, antequam efflueret ex Deo & a natura divina disjungeretur, alia licet forma,

cum quo recentiorum multi conſentiunt. Vid. *Sentiments des philoſophes ſur l'origine du monde* p. 56.

(*g*) *De myſteriis Aegyptior. Sect.* VIII. *Cap.* 159.
(*h*) *Sect.* V. *Cap.* 23. *p.* 138.
(*i*) Idem *Jamblichus Sect.* I. *Cap.* 9. *p.* 15.

Digitized by Google

ma, alioque modo & habitu. Ac parum mihi referre videtur, num aliquis intra Deum, vel extra naturam divinam materiam semper exstitisse statuat. Non sum nescius, numerosum agmen ex antiquioribus & recentioribus temporibus produci posse eorum, qui creationis modum hac ratione explicarunt, nec tamen Christianae veritati vim sese afferre, opinati sunt: sed idem novi *Augustini* jam aetate publice hoc dogma proscriptum fuisse, neque amari posse, nisi ab illis, qui vel ingenii ludificationibus plus tribuunt, quam simplicitati Christianae, aut quo difficultates quasdam effugiant, portenta & flagitia sententiarum recipere non recusant. (*k*) Sed perge quaerere ex *Jamblicho*, quo cum nobis hic unice res est: *Utrum putet, hanc materiam ex omni aeternitate de Deo fluxisse, an vero certo tempore hoc contigisse arbitretur?* & turpitudo sententiae, quam Aegyptiorum fuisse dicit, clarius apparebit. Ipsa hominis verba posteriori videntur sententiae favere: sed cave Platonicorum verbis credas, quibus longe alius saepe sensus subest, quam is, quem prae se ferunt. Solent hi philosophi de Deo ante creationem non raro magnifice differere & ipsam ita creationem describere, ac si certo quodam momento contigisset, libereque a Deo suscepta esset. Verum hoc quum faciunt, Metaphysicorum personam sustinent, & *statum rationis* seu *abstractionis mentalis*, ut in scholis loquuntur, intelligunt, id est Deum, mundum, & creationem *absolute*, *secundum se*, & sine *determinatione quadam*, animo concipiunt: a qua mentis abstractione quum recedunt, mundum, aeque atque Deum, ex omni aeternitate fuisse & numquam ex ejus natura manasse, praecipiunt. Idem de *Jamblicho* nos oportet statuere. Mundum is, non secus ac reliqui Platonici, aeternum esse & ex infinito tempore de Dei natura fluxisse statuit: quare, quum hic Deum accepisse materiam, & ex ea res ceteras fabricatum esse tradit, abstracte, quod ajunt, Deum, materiam, & creationem contemplatur, nec secus loquitur, atque Metaphysici consuevere, quoties *universalia*, quae nominant, a rebus, quibus insunt, segregant & sejuncta expendunt. Ac *Jamblicho* quidem plus licentiae adhibere in his rebus explicandis, integrum fuit, quam reliquis Platonicis, quia censuit, posse philosophum in docendo, rudiores melius instituendi caussa, ad tempus assumere, mundum initium habuisse, tametsi reapse careat principio. Tetigit hanc ejus opinionem *Julianus* Imperator & simul improbavit: (*l*) Οἶδα μὲν, inquit, ᾗ Πλάτωνα ϗ μέγαν ᾗ μᾶ τῶν ἀνδρῶν τοῖς χρόνοις μὲν, ὅτι μὴν φύσει καταδείστερον, ϗ Χαλκιδέα φημὶ ϗ Ἰαμβλίχον —— ἄχρις ὑποθέσεως τῷ γεννητῷ συγχωρήσαντας ᾗ οἱονεὶ χρονικήν τινα ϗ πίστιν ὑποθεμένους, ἵνα τὸ μέγεθος ϗ τὰ περὶ αὐτὸν γενόμενα ἔργων ὑπενεχθείη. *Non me praeterit, tam magnum Platonem, quam qui tempore, non tamen indole, posterior exstitit, Chalcidensem Jamblichum —— hypothesi tenus genitum adhibuisse mundum ac temporariam quamdam effectionem disputationis tantummodo gratia posuisse, ut eorum, quae ab illo fiunt, magnitudo utcumque capiatur.* Addit Imperator, hanc sibi sententiam videri periculo non carere. His cognitis, quis dubitet amplius, *Jamblichum* & Aegyptios, quos a suis haud discrepare opinionibus contendit, a Christiana de ortu mundi doctrina omnino remotos fuisse? Ut enim noster paene, si verba unice intueamur *Jamblichus* esse videatur, id tamen, remotis involucris, docuisse in-

profitetur: τὰ δ' ἐπὶ γῆς ἕκαστα τοῖς πληρώμασι τῶν θεῶν ἴδιον ἔχοντα τὸ εἶναι. *Quaecumque in terris sunt a Deorum pleromasi habent suam essentiam.*

(*k*) Lege *B. Abrah. Hinckelmanni Detectionem fundamenti Boëhmiani p. 69. f.* qui ex instituto contra hanc opinionem disputat.

(*l*) *Orat. IV. in solem. p. 146.*

(*m*) Com-

intelligitur: *Deus unum eſt & omnia, nam ex omni aeternitate fluxit materia, ex qua conſtant omnia, de divina natura, & in totam rerum univerſitatem ſe diffudit: quocirca quidquid eſt, id Dei ipſius pars & portio eſt.* Atqui hoc dogmate vix aliquid in Deum injurioſius & ad ſummam impietatem accommodatius fingi poteſt. Hinc & *Proclus*, quem notum eſt acerrime pro mundi aeternitate propugnaſſe, alterum *Jamblichi* dictum, quod priori poſuimus loco, tamquam *Hermetis* praeceptum, laudat & rebus ſuis favere (*m*) ſignificat. Nec aliter princeps facile ſectae illius Platoni- 985
cae, quae ante ſaecula aliquot Italiae partem pervaſit, *Beſſarion:* qui quum minime neget, Platonicos omnes pro mundi aeternitate dimicaſſe, hoc tamen *Jamblichi* aut *Hermetis* effatum huic nullo modo ſententiae repugnare judicat: *Creator*, inquit, (*n*) *Deus materiam quoque ipſam producit, eſſeque ita ei impertit, ut a forma inſeparabilis ſit: haec de materia Platonis opinio eſt: haec Plotini, Porphyrii, Amelii, Jamblichi, Syriani, Procli, omnium denique qui Platonis diſciplinam ſunt ſecuti. Hoc etiam Hermi Trismegiſto placere Jamblichus ſcribit: quippe voluiſſe Hermem affirmat materiam ex ſubſtantialitate produci.* Quomodo vero haec intelligi velit, cum per totum caput, unde haec verba ſumſi, tum in ſequentibus luculenter oſtendit: *Differt aeternum illud, quod omnem ſimul infinitudinem entis comprehendit, qualem Plato ſtatuit Deum, ab eo aeterno, quod ſuum eſſe, non abſolute, ſed cum fluxu generationis connexum habet, & ut perpetuum eſſe poſſit, aliunde acquirit: qualis Platonis ſententia eſt mundus.* Declarabitur haec diſtinctio aeternitatis infra, quum ad juniores ventum erit Platonicos.

§. XXII. Ab Aegyptiis ad *Sinas* ſeu *Sinenſes* pergo, quos probabili valde conjectura doctiſſimi viri Aegyptiorum eſſe ſuſpicantur propaginem. Peſſime populus hic audit apud plerosque: namque multitudo & plebs foediſſimis ſuperſtitionibus devincta putatur, litterati, qui vocantur, Dei prorſus & omnis veri cultus divini expertes & neſcii habentur. Inventi vero ſunt doctiſſimi viri, qui veteres Sinenſes, antequam Indorum & aliorum populorum in hoc regnum irreperet impietas, longe rectius ſenſiſſe, nec nimis a vera religione & ſapientia remotos fuiſſe contendunt. Neque contemnenda ſunt, quae, ut hoc teſtatum faciant, in medium ex ipſis Sinenſium libris, aliisque monumentis proferunt. Inſpiciant, quos haec juvat cognoſcere, *Athanaſium Kircherum* (*o*), Jeſuitas, qui *Confucium* ediderunt (*p*), *Matur. Veiſſ.* la *Croze* (*q*), & recentiſſimum harum rerum ſcriptorem, virum clariſſimum & Orientalium linguarum & Hiſtoriarum in primis peritum, *Theoph. Sigfr. Bayerum*, Academiae Petropolitanae Profeſſorem. (*r*) [Vid. hic omnino *Leibnitii Epiſt. Vol.* II. *p.* 441. De ſententia hodiern. Sinenſ. vid. *Longobardus l. c. p.* 197. 329.] Hodie quoque aurei illius generis reliquias in numeroſiſſima hac gente non deſiderari, ſed eſſe adhuc viros honeſtos & probos, qui novam & nefariam reliqui populi religionem execrentur, diſputant. Hos igitur de rerum quoque omnium originibus & mundi creatione tam praeclare ſentire viri eximii volunt, ut indigni minime ſint, quos in ſocietatem dogmatis ſui Chriſtiani, quos ipſe Deus erudiit, recipiant. In hanc nuper ingreſſi ſunt ſententiam, qui *Hiſtoriam*

(*m*) *Comm. in Timaeum Platon. Lib.* II. *p.* 117.
(*n*) *In Calumniatorem Platonis Lib.* II. *Cap.* 5.
(*o*) *Chinae illuſtratae Part.* III. *p.* 129. *ſ.*
(*p*) *Declarat. proœmiali Part.* I. §. 1. *p.* 54. *ſ.*
(*q*) *Hiſtoire du Chriſtianisme des Indes Livr.* VI. *p.* 440.
(*r*) *Commentariis Originum Sinicarum* §. 3. *ſ. p.* 269. *ſ. Tom.* II. *Muſei Sinici, Petropoli* 1730. 8 editi.

viam universalem inter Anglos condere aggressi sunt: qui quidem meliorem hanc Sinensis populi partem existimare tradunt, esse Deum, summum coeli terraeque dominum, cuncta gubernantem & sapientissime administrantem: hunc Deum ex Chao omnia procreasse, quae concreta sunt & materia constant: Chaos autem duplici esse generis: alterum occultum seu minus perfectum, quod *Jn* nominent: alterum patefactum seu perfectum, cui nomen faciant *Yang*: (*s*) Haec duo principia in duo rursus alia abire, ex his porro quatuor exsistere, haec quatuor in octo alia dividi, ac in multa deinceps alia, servata tamen semper primae secretionis ac divisionis norma (*t*). Haec si antiquissimorum Sinensium & eorum, qui hodie in hoc populo prae ceteris sapientia eminent, doctrina est, haud putem inveniſſe nos in China, quibuscum foedus inire nobis liceat, quum ortus mundi in disceptationem vocatur. Deum ex Chao produxisse adseverant omnia, seu ex *Tay Kie*, ut loqui solent Sinenses, Chaos item non unius esse generis, varieque inter se permistum hanc universitatem peperisse. Unde vero Chaos? Num etiam a Deo conditum est? Num vero intra Deum ab aeterno exstitit, an vero extra Deum? Silent hic Sinenses philosophi: & ego vereor, ne hoc silentium causſam eorum prodat & Chaos ipsis aeque aeternum videri significet, atque ipsum Deum. Qui ex Chao fecisse Deum omnia
986 censent, nec unde Chaos natum sit, addunt, illos cum *Ovidio* & aliis veterum poëtis sociari patior, qui meliorem naturam & Deum

Non bene junctarum discordia semina rerum

diremisse ac composuisse canunt, non item cum Christianis, qui nihil omnino fuisse sciscunt, quum Deus materiam & mundum conderet. Verum eruditi hi *Historiae universalis* conditores non optimos sequuti videntur esse auctores, veteremque ac novam, quae dicitur, Sinarum philosophiam inter se nonnihil confudisse. Igitur eos potius in consilium adhibeamus, qui majoribus instructi praesidiis hoc argumentum tractarunt, ut, quid vere nobis constituendum sit, appareat. Hodierni Sinarum philosophi primum rerum omnium principium appellant *Tai Kie:* de quo tametsi verbis loquantur magnificis, ipsimet tamen Jesuitae confitentur, *meram materiam primam* (*v*) hoc nomine indicari: neque negant iidem, *clare satis intelligi posse* ex horum magistrorum *loquendi modo*, *aeternitatem eos quamdam rerum orientium occidentiumque antecedentem agnoscere numeroso illo annorum curju*, quem mundo huic nostro tribuunt, *infinitis vicibus repetito.* Qui tam turpiter sentiunt, illi profanis potius & Dei negatoribus, quam sapientiae consultis annumerari debent: nec dissentiunt Jesuitae: *Nam*, inquiunt, *ubi multis de suo Li & de Tai Kie, sed admodum intricate perturbateque disputarunt, sensim delabi videntur in atheismum, quatenus excludunt omne principium efficiens supernaturale; & quamvis se subinde abstrahere videantur ab sensu & materia, re vera tamen in materia persistunt.* Probant hoc judicium, quotquot cum cura res Sinensium perscrutati sunt: illi etiam, qui populo huic plus prope tribuunt, quam reliquis omnibus nationibus, quae terrarum orbem incolunt. De pietate igitur eorum, qui hodie sapientiam videri volunt curare in Chi-

(*s*) Alii *Tam* habent.

(*t*) *Sentimens des philosophes sur l'origine & la creation du monde p.* 153. Conferri hic omnino debent Jesuitae, qui *Confucium* ediderunt: quippe qui doctrinam hanc in tabula aenea exprimi curarunt. *Declarat. proocmial. Part.* I. §. 7 *p.* 42. 43.

(*v*) *Prooem. declarat. ad Confucium Part.* II. §. 1. *p.* 56. 57.

(*x*) *Comm.*

Digitized by Google

China, conclamatum eſt. At negant viri praeſtantiſſimi, majoribus Sinenſium idem, quod his, viſum eſſe, voluntque vix ante exterorum quorumdam philoſophorum, Indorum maxime, adventum tam pernicioſam doctrinam in hac gente auditam fuiſſe. Audiamus omnium inſtar Clar. vir. *Theoph. Sigfr. Bayerum*, qui, *Sunt*, inquit (x) *in Sinis alii, qui rerum principium ab hoc diverſum in libris ſuis conſtituunt Tay Kie. Quoniam autem voces illae magnum terminum atque polum ſignificant, vides, ut opinor, hoc totum ex aliquo ratiocinio philoſophiae, vetuſtam majorum fidem ut vanam & futilem ſpernentis, profectum eſſe. Quae enim Brachmanum eſt opinio, ea quoque ante annos mille & ſeptingentos Sinas invaſit, perpetuam mundorum converſionem infinitis ante nos ſeculis exſtitiſſe, ut alii ex aliis naſcerentur, hunc quoque, ut ex ſuperiore proceſſit, ita orbe ſuo confecto deſiturum & alterius relicturum ſemina.* Concedamus, haec ita ſeſe habere: nec enim cauſſae nobis eſt aliquid, cur fidem illis adjungere recuſemus, qui litterarum Sinicarum in primis gnari ſunt & antiqua populi monumenta ſummo ſtudio perluſtrarunt, maxime quum omnis doli mali hac quidem in re ſuſpicio ab illis abſit. Reſtat igitur, ut exquiramus, quemadmodum de rerum origine illi ſenſerint, qui principes philoſophati ſunt inter Sinas. Jeſuitae, a quibus *Confucius* eſt editus, tradunt, eos rebus omnibus principium aſſignaſſe: *In quo*, inquiunt (y), *pugnant equidem* (recentiores philoſophi) *cum ſenſu communi antiquitatis Sinicae, ut quae ex traditionibus ſatim ſuis cenſuit, coelo & terrae primoque homini & foeminae ſuum fuiſſe principium, ſic prorſus ut & horam ipſam, qua coeperint exſiſtere, non dubitanter aſſignent.* Diligentius paullo in hoc argumento verſatus eſt Clar. *Bayerus*. Obſervavit is ex libello *Siao ul lun, parvorum liberorum inſtitutio*, quem pueris explicare ſolent magiſtri Sinenſium, antiquiſſimos gentis hujus ſapientes rerum omnium principium dixiſſe *Tay ku*, idque alio nomine etiam *Puen ku* appellari. (z) Hoc vero *Tay ku*, tametſi perperam exiſtiment aliqui, antiquiſſimum eo nomine Regem dici, cum *Chriſtiano Menzelio* contendit vaſtam eſſe aeternitatem, quae ante univerſitatis exſtiterit initia: *Nempe Sini*, inquit, *a majoribus acceperunt, vaſtam illam aeternitatem ante rerum principia exſtitiſſe, quam percommode dixere Tay ku, ſummam vetuſtatem, ſive puen ku primam antiquitatem.* His conſtitutis & explicatis, opinionem conditorum gentis Sinicae de rerum originibus his verbis declarat: (a) *Priſci illi mortales nihil de mundorum rerumque aeterna viciſſitudine inaudiverant; ferebant enim hoc tay ku, quod coeli terraeque ortus anteceſſerat, tranquillum atque quietum rerum omnium chaos continuiſſe, donec impulſu quodam motum formam indueret: quae opinio a Patriarcharum noſtrorum Moſisque ſanctiſſima fide non ita multum abhorret; ſi recte interpreteris.* Hinc longius progreditur vir doctiſſimus, Sinasque vetuſtiſſimos eamdem foviſſe ſententiam demonſtrare ſtudet, quam Phoenices, Thales, & alii dicuntur tenuiſſe, *ex aqua, tanquam materia, rerum formam productam eſſe.* (b) Certa ſint haec omnia: nam quis auſit viros eruditos, qui aetatis ſuae non mediocrem partem in rebus Sinicis explorandis contriverunt, mendacii ſine teſtibus coarguere? Neque tamen ſic illis commoveor, ut antiquioribus Sinis creationem ex nihilo notam & probatam fuiſſe decernam. Principium dederunt huic univerſitati & humano generi priſci Sinarum ſapientes: aeter-

(x) *Commentariis Originum Sinicor.* §. 3. *p.* 272. *Tom.* II. *Muſei Sinici.* Adde omnino Jeſuitas *l. c. p.* 59. qui latius hanc rem perſequuntur.

(y) *loc. cit. p.* 56.

(z) *Commens. Origin. Sinic.* §. 3. *p.* 269. 270. 271.

(a) *p.* 272.

(b) §. 4. *p.* 274. *ſ.*

(c) In

987

aeternitatem docuerunt tranquillum & quietum rerum chaos continuisse, donec incitatum a Deo formam adipiscereturr, quam servat hodie. Haec vero hominum potius sunt effata, aeternam Deo materiam adjungentium, quam eorum, qui nihil fuisse contendunt, antequam hic mundus a Deo constrüeretur. Etenim aeternitas si tranquillum & quietum Chaos sinu suo complexa est & continuit, rudis & indigesta ex omni aeternitate adfuit materia, quae Deo postea disponendam sese ac formandam praebuit. Itaque nec doctissimi viri, a quibus haec proficiscuntur, sanos ex omni parte hac in re veteres fuisse Sinas confirmare audent. Jesuitae quum nomen *saltim* usurpant, non obscure significant, non licuisse sibi omnem erroris de ortu rerum suspicionem ab illis depellere, nec certo constare aliquid ex antiquis libris, quam hoc, plus in his hominibus fuisse rationis & veritatis, quam ut mundum aeternum esse scirent. Doctissimus vero *Bayerus* accedere tantum perhibet dogmata illa, quae Sinis antiquioribus adscribit, quodammodo ad veritatem Christianam, praesertim si benigna explicatio subveniat illis: quod idem est, ac si dixisset, interesse haud parum inter Christianorum & veterum Sinarum de mundi ortu doctrinam. Igitur licet haud repugnemus illis, qui hodiernam Sinarum philosophiam ab antiqua forma non parum desciviisse, ac mirifice corruptam esse ostendunt: graviora tamen desiderantur testimonia, priusquam decernere nobis liceat, Deum omnium, quae sunt, unicum parentem & auctorem, majores Sinensium credidisse.

§. XXIII. Sinis *Japones* & *Indos* jungam. Quod ad illos attinet, refert *Ludovicus Froes*, (*c*) esse in hac gente nonnullos reliquis sapientiores & meliores, qui de Numine *Amida* longe secus, atque populus & sacerdotes, sentiant. Etenim persuasum esse illis, hunc Deum fuisse, antequam coelum & terra fieret, aeternumque fore: ab eo facta & condita esse omnia, naturam seu essentiam ejus per coelum & terram fusam esse, immo longe ultra coelum & terram patere, omnia denique ab eo provide gubernari & conservari. Sunt, quibus placet, sufficere haec, ut statuamus, ne inter Japones quidem requiri creationis ex nihilo adsertores. Ego vero rem nondum liquere & ampliandam idcirco esse censeo. Statuamus, recte Japonum, cum quibus colloquutus est, sententiam cepisse *Ludov. Froesium*, nec verba eorum ad Christianam disciplinam temere accommodasse, quod tamen saepissime ab illis fit, qui gentium peregrinarum sacra & religiones explorant: hoc unum tamen ex verbis ejus efficias, alienam esse hanc sectam a dogmate eorum, qui mundum volunt aeternum esse. Nam & illi, qui Deum ex perenni materia feciisse omnia docent, nil verebuntur eadem, quae genus hoc, de rerum creatione profiteri atque probare. Confer, si velis, *Timaeum Platonis* cum hac sententia, & summam utriusque cognationem senties. Sed metuo, ne opinionis errore lapsus sit *Froesius*, melioremque huic familiae, quam decebat, sententiam adscripserit, verborum convenientia quadam & similitudine inductus. Nam qui recentissime in sectas, religionem, & dogmata Japonum tanta sagacitate in-

(*c*) In *Epistola* Lusitanica A. 1565. ex Japonia data, quam exhibet *Athan. Kircherus Chinae illustratae Part.* III. *Cap.* 2. *p.* 142. En ipsa verba Lusitanica: *Que antes desto mundo, ceos e terra, serem creados o Fombum semper fora enunca tivera principio, nem havia de ter fim, & qua por elle foraon creadas todas as cenzas, que seu ser estava dentro na terra & nos ceos.*

(*d*) *Hi-*

Digitized by Google

inquiſivit, quanta nemo ante ipſum alius, *Engelbertus Kaempferus*, nil niſi tenebras & impietatem ubique hac in gente offendit, nec usquam in homines incidit tam ſobrios, tametſi & ſacros gentis, ſectarumque ſingularum libros diligenter evolverit, & cum omnium religionum myſtagogis verſatus ſit. Tres in primis, ſi a minoribus diſcedas, ſectae florent inter Japones. Prima, quae *Sintos* dicitur, reliquas antiquitate ſuperat & in ipſa inſula nata videtur eſſe & educata: Altera 988 *Budsdo* nominatur ſeu *religio peregrinorum Numinum*, quae ex vicinis Aſiae regionibus ad Japones translata eſt, nec ab ea, quam Indorum *Bramines* profitentur, differre videtur. Tertia eſt philoſophorum, quam *Siuto*, id eſt, *viam ſapientum* nominant. Hanc facile vident, qui nonnihil diligentiae in Orientalium populorum religiones cognoſcendas contulerunt, proxime ad hodiernorum Sinenſium philoſophorum diſciplinam accedere, nec id diſſitentur ſectatores ejus, qui *Confucium* ſummis honoribus afficiunt, Sinenſiumque ritu majores & defunctorum parentum animas reverentur. Qui *Sintos* dicuntur, populum fabulis paſcunt de Diis & eorum rebus geſtis, veram autem doctrinam ſuam de rerum originibus ſtudioſiſſime occultant, nec diſcipulis ſuis aperiunt, niſi horribili antea ſacramento promiſerint, numquam ſeſe ſublime hoc myſterium profanae ac ſtupidae multitudini patefacturos eſſe. At *Kaempferus* ex libro hujus ſectae, quem *Odaiki* nominant, in lucem eam protraxit; quod poſtquam fecit, patuit, dignam eſſe illam, quae ſempiternis devoveatur tenebris. Inſana enim haec gens opinatur, naturam illam, quae condidit & finxit omnia, ex aeterno Chao ſeu materia procreatam eſſe & fatali quadam neceſſitate omnia perfeciſſe. (*d*) Placet ipſius libri, quem dixi, verba deſcribere Latine verſa, quibus univerſa haec ſacra doctrina comprehenditur: *In principio, quum res omnes in lucem prodirent, Chaos quoddam non ſecus fluctuabat & movebatur, atque piſces in aquis natare ſolent, quum voluptate feruntur. Ex hoc Chao res quaedam exſiſtebat, ſpiculum forma referens, eaque mobilis & ad formas varias recipiendas apta. Haec res animus fiebat ſive ſpiritus: atque hic ſpiritus dicitur* KUNITO KODATSNO MIKOTTO. Parum abeſt, quin conjiciam, *Froeſium* hujus ſectae aliquem audiviſſe ortum mundi enarrantem, verbaque ejus ex doctrina *Moſis* interpretatum eſſe, quem narrare novimus, ſpiritum Domini ſuper aquis vectum eſſe, quum haec univerſitas a Deo conderetur: unde evenit, ut reliqua etiam doctrinae hujus in ſenſum flecteret Chriſtianis praeceptis conſentaneum. Qui religionem, cui nomen fecerunt Japones, *Budsdo*, ſequuntur, aeternam quamdam mundorum ſucceſſionem, qualem Stoici olim profeſſi ſunt & Indorum multi fingunt, animo ſibi videntur concipere. *Siodosju* denique ſeu philoſophi tam perverſe de re omni ſacra ſentiunt, ut nihil erret, qui cum Atheis eos ſociandos eſſe putet. Plerique eorum nullum alium colunt Deum, quam animam mundi aliquam, quam per totam univerſitatem permeare, nec niſi fataliter & neceſſario agere arbitrantur. Aliqui, eſſe fatentur quidem mentem aliquam a corpore ſecretam, ſed eam parentem negant eſſe rerum omnium, immo tam ſunt amentes, ut hanc mentem, quam regere tamen omnia & gubernare cenſent, ex conjunctione coeli &

(*d*) *Hiſtory of Japan Livr.* III. *Cap.* 1. *p.* 207. *In the beginning of the opening of all things a Chaos floated, as fished ſwim in the water for pleaſure. Out of this Chaos aroſe a thing licke a prickle moveable ac transformable. This thing became a Soul or Spirit, and this Spirit is calld* KUNITO KODATSNO MIKOTTO.

Digitized by Google

& terrae, seu *In* & *Io* procreatam aliquando & genitam esse statuant. (*e*) Utrique mundum esse putant aeternum, homines vero & animalia virtute coeli & quinque elementorum terrenorum producta esse arbitrantur. (*f*)

§. XXIV. De Indorum religione & sententiis de Deo rebusque divinis quum quaeritur, philosophi potissimum Indorum intelliguntur, quos *Brachmanes* seu *Bramines* nominant, qui magna in sapientiae laude ab antiquissimis temporibus fuere positi. Reliquam enim multitudinem vesanarum fabularum & errorum turpissimorum copia oppressam vivere, raroque animo ad rerum a sensibus abstractarum contemplationem eniti, fatentur omnes, qui cum hac gente vixerunt. Et hos igitur *Bramines* viri quidam docti, peregrinatorum quorumdam freti narrationibus, non dubitant illis annumerare, qui rerum omnium & ipsius materiae origines ad unum Deum referunt. Si quid vero dubium, anceps, & incertum est, certe hoc est *Braminum* religio, de qua tot fere sunt sententiae, quot homines, qui eam ex instituto enarrandam susceperunt: quapropter nec exploratum est, quemadmodum de ortu rerum omnium aut sentiant, aut sentire debeant. Sunt, qui tradunt, aeternam mundorum sibi succedentium seriem ab his hominibus induci, Sinasque hodiernos hoc ab illis dogma accepisse: nec caret haec opinio veri similitudine, quod vel ex illis liquet, quae *Matur. Veiss.* la *Croze* (*g*) de
989 magno mundorum numero, quem praedicant, retulit. Alii perhibent, statuere eos, creationem nihil esse aliud, quam naturae divinae amplificationem, Deumque, quum mundum condere vellet, rerum omnium materiam ex ipsa essentia sua extraxisse, non secus ac aranea fila ex ventre suo educit: ex quo sequitur, Deum esse omnia, & quidquid exsistit, naturae divinae partem esse. (*h*) Ab his non multum illi discrepant, qui credere eos narrant, Deum semetipsum primum in ovum quoddam aut in materiam ipsam convertisse, & ex hoc ovo postea aut potius ex ipso Deo coelum, terram, omnia (*i*) fluxisse. Sed longe alia ex Indorum libris narrat nobis *Bartholomaeus Ziegenbalg*, quem notum est aetate nostra doctrinam *Jesu Christi* inter Indos summa cura, nec infelici successu propagasse: etenim is gentis hujus sapientes generationem quamdam Deorum tradit proferre, quum de rerum omnium initiis sententiam jubentur dicere. Initium familiae totius, quam sibi effingunt animo, naturam esse statuunt infinite potentem & originis omnis nesciam, quam *Barabara wastu* vocant: hanc naturam, quae idem est, quod supremum Numen, generasse dicunt aeternitatem: ab aeternitate procreatum esse *Tschiwen*, Deum praepotentem: ex hoc Deo natam esse Divam *Tshaddy*: Deam hanc genuisse *Puttadi*, seu mundum ex elementis constantem & sensibus subjectum. (*k*) Ita pergunt nugatores infinitamque fere seriem texunt tam Deorum, quam rerum, mutuo ex sese prodeuntium & pendentium, dum ad hominum creationem longo ordine veniant: mihi fabulae initium recitasse, satis est. Suspicor autem, haec omnia uberiorem tantum esse declarationem sententiae illorum, qui ex ipsa divina natura volunt manasse omnia: namque summam & potentissimam naturam, unde initium hujus generationis ducunt, fontem esse praedicant

(*e*) *Kaempfer History of Japan Lib.* III. *Cap.* 7. *p.* 249. 250.

(*f*) *l. c. p.* 250. *They make the world eternal and suppose men and animals to have been produced by In Jo, the heaven and five terrestrial elements.*

(*g*) *Histoire du Christianisme des Indes Livr.* VI. *p.* 467.

(*h*) Erase.

cant illum, ex quo fluxerint omnia & ad quem reverti cuncta debeant. Quae quid ſibi velint, apertum eſt. Aliam formam religionis Braminum exhibet *Abrah. Rogerius*, cujus accuratam diligentiam plerique omnes commendant, qui ad res Indicas cognoſcendas animum appulerunt. (*l*) Unum tradit hic, & ſummum Numen colere Bramines, quod *Viſtnou* appellent: hoc numen credi ab illis, antequam aliquid eſſet ac exſiſteret, alium produxiſſe Deum, cui nomen ſit *Brama:* Rogatos, unde hic *Brama* genitus ſit, reſpondere ſolere: Factum eſſe Deum hunc ex flore, qui immenſa in abyſſo ante rerum creationem nataverit: Addere eos, *Bramae* tantam fuiſſe fidem ac virtutem, ut ſupremus Deus poteſtatem ipſi impertiret rerum naturam creandi. Hic quis non videt veſtigia veteris erroris de aeternitate materiae? Nam immenſa vorago illa, cui flos innatavit, ex quo Brama procreatus eſt, quid aliud eſt, quam aeternum chaos, quod *Bramam* poſtea digeſſiſſe volunt illi, quos ludicra haec ſapientia delectat? Plures, ſi liberet, ſententias enumerare poſſem, quae Indorum philoſophis paſſim in eorum libris attribuuntur, qui his in Orientis regionibus commorati ſunt. Sed nil opus eſt pluribus: ſatis enim habent in illis, quae attulimus, unde diſcant harum rerum ſtudioſi, in dumeta veluti compelli, ex quibus eluctari nequeunt, qui veram recentiorum Brachmanum de mundi origine doctrinam exquirere ſtudent. Sunt haud dubie plures inter eos hac de re ſententiae, & quisque pro lubitu, quod vult, amplectitur, quum lex nulla rogata ſit, quae certis eos opinionibus alliget: nec enim deceptos fuiſſe opinor, aut fallere nos voluiſſe illos, qui hanc dogmatum & fabularum varietatem retulerunt. At in omnibus tamen, quas vel recitavi, vel ſcriptas legi, nulla eſt quae Chriſtianis auribus placere queat, aut dogmati, quod nos profitemur, de rerum originibus conveniens ſit. Dederim, abeſſe plerarumque harum opinionum profeſſores ab illis, qui mundum numquam coepiſſe volunt, contra cum illis conſentire, qui infinitam quamdam naturam hanc univerſitatem condidiſſe autumant: at certum ſimul eſſe reor, aliquos eorum de modo creationis tam perverſe ſentire, ut parum aut nihil diſcriminis inter Deum & mundum conſtituant, reliquos aeternum ſibi Chaos quoddam, unde nata ſint omnia, fingere. Ita vero utrique ſecluduntur a Chriſtianis, qui ab his ſententiis non poſſunt non abhorrere, niſi ſacrarum litterarum auctoritatem aſpernari velint. Si qui tamen ex Indis ſiſti poſſent, quod quidem valde dubito, quibus Chriſtiana veritas de rerum initiis ex omni parte probaretur, diſpiciendum foret ante omnia, utrum germanam illi majorum ſuorum diſciplinam inviolatam retinuiſſent, an vero ex conſuetudine cum populis Europaeis & diſputationibus eorum, qui Chriſtianae religionis diſſeminandae cauſſa ad Indos mittuntur, nonnihil emendaſſent. Nam id dubio arbitror carere, Brachmanum multos, eorum maxime, qui in oris maritimis habitant, ex colloquiis cum Chriſtianis haud parum profeciſſe & ad horum dogmata, vi veritatis coactos, nonnullis in rebus ſapientiam ſuam accommodaſſe.

§. XXV. Dicet hic fortaſſis aliquis: Recentiorum Braminum in hac quaeſtione

(*h*) *Franc. Bernier Voyages aux terres du Grand Mogol Tom.* II. *p.* 164.

(*i*) *Croze loc. cit. p.* 462. *Sentimens des philoſophes ſur l'origine du monde p.* 150.

(*k*) *Der Kœnigl. Dænſchen Miſſionarien Berichte aus Oſtindiën, Tom.* I. *Part.* I. *p.* 47.

(*l*) *Offene Thür zum verborgenen Heydenthum P.* II. *Cap.* 1.

ne rationem esse nullam habendam: Desciviſſe enim hos homines ſenſim innumeris in rebus a majorum legibus & inſtitutis, ab eo vero tempore, quo *Mogores* rerum Domini apud eos facti ſint, alios paene factos esse, atque fuerint antea: Ne ſatis quidem eos hodie antiquum illud ſermonis genus intelligere, quo vetuſti libri exarati ſint, quibus philoſophiae Indicae ſumma continetur, multo minus ipſa veterum dogmata habere cognita. Dominari jam diu in hac gente magnam ſentiendi & opinandi licentiam, nec obſtare cuiquam in ea aliquid, quo minus pro lubitu & arbitrio majorum philoſophiam de rebus a ſenſu remotis interpretetur. Poëtas etiam, quorum ingens ſit apud eos auctoritas, fabulis ſuis puerilibusque ornamentis antiquam ſapientiam mirifice obſcuraſſe & contaminaſſe: Plerosque horum hominum plane rudes & rerum ignaros esse, multaque ſaepenumero garrire, quorum ipſi vim & ſententiam neſciant: Libros, ex quibus ea depromſerunt, quae de Indorum religione nobis narrant peregrinatores & doctores Chriſtiani, qui religionis cauſſa Indos adeunt, recentiores esse ac poſt ea tempora conſcriptos, quibus antiquioris diſciplinae forma & ratio immutari & perverti coepit: Ad antiquos igitur Brachmanes, qui ante hanc rerum Indicarum converſionem vixerunt, hanc cauſſam totam devolvendam esse: Exſtare horum ſapientum & philoſophiae, quam tradiderint, memoriam in ſcriptoribus Graecis: Et hodie adhuc antiquiſſimum volumen apud illos cuſtodiri & ſacroſanctum haberi, cui omnes, qui Bramines dici velint, obedientiam ſpondeant, tametſi mirifice opinionibus diſſideant inter ſe. Hinc igitur unice veram & germanam Indorum religionem ſumendam, recentiorum Indorum commenta vero ſuis auctoribus esse relinquenda. Haec ego magnam partem vera esse, non diffiteor: & vellem haec & alia numquam ex memoria ſibi ſinerent excidere, qui de populorum orientalium religionibus deliberationem inſtituunt. Sequamur itaque hanc viam, videamusque, num ea duce conficere nobis liceat, antiquos Indorum ſapientes ſanam de ortu hujus mundi ſententiam foviſſe, poſterisque eorum, niſi degeneres videri velint, ad eam accedendum esse. Scita veterum Brachmanum de mundi natura & rationibus exponit *Megaſthenes* apud *Strabonem*. (*m*) Refert is, *mundum* huic generi *& ortum & corruptioni obnoxium, globi autem forma praeditum videri:* ὅτι τε γένητὸς ὁ κόσμος καὶ φθαρτὸς, καὶ ὅτι σφαιροειδής. *Deum, conditorem & adminiſtratorem ejus, totam molem pervadere & animare*, ſeu, quod idem eſt, Deum mundi esse animam: ὅτι διοικῶν αὐτὸν καὶ πᾶν ἥτις δ' ὅλῳ διαπέφοιτηκεν αὐτῷ. *Aquam, quum mundus conderetur, primum esse factam:* ἐξ ἧς κοσμοποιίας ἀρχὴν τὸ ὕδωρ. Reliqua praetermitto, quia parum ad rem, quam tractamus, lucis afferunt. Cum his prorſus ea conſentiunt, quae *Philoſtratus*, aut, ſi mavis, *Jarchas*, Indorum philoſophorum princeps, apud *Philoſtratum* his de rebus diſſerit. (*n*) Luculentius hic inter alia mundum esse animal docet; quod dogma quo illuſtret, cum navi mundum comparat. Deo vero, qui hoc animal fecit, primas regendi partes in iſta navi tribuit, cui minores alios Deos ſociat. τῷ μὲν δὴ πρώτῳ καὶ τελεωτάτῳ θεῷ δοτέον ἡνῶ ἡνίας τῶνδε τοῦ ζώου. *Primus ac perfectiſſimus locus in mundo Deo eſt tribuendus, animalis hujus conditori.* Sint haec vera & certa: quis enim contrarium doceat? At talia tamen minime ſunt, ut Brachmanes oſtendant, ipſi quoque materiae principium adſcripſiſſe. Nam qui mundum ſtatuit a Deo esse conditum, qui

(*m*) *Geograph. Lib.* XV. *p.* 677.

(*n*) *Vitae*

Digitized by Google

qui Deum mundo inſtar animae adeſſe tradit, qui creatum huncce mundum diſſolvi rurſus & interire poſſe adſeverat, is una tamen ab illis ſtare poteſt, qui materiam ipſam, ex qua conflatus eſt mundus, initio & fine vacare volunt. Neſcio, qui fiat, quod eruditiſſimi quoque viri quum veterum quosdam legunt praecepiſſe, Deum mundi eſſe auctorem, repente concludunt, totam Chriſtianam veritatem de ortu rerum iſtos homines complexam tenuiſſe: quaſi vero qui mundum factum eſſe fatetur, non poſſit, quin materiam quoque factam eſſe putet. Graeci ergo ſcriptores quum nihil juvent Indos, ad ipſos eorum libros veniendum erit, quos divinos & a gentis ſuae conditore ſibi traditos eſſe, narrant. Exſtat adhuc collectio quaedam librorum antiquiſſimorum inter Bramines, quam *Vedam* nominant: hanc coeca gens ab ipſo Deo *Brama* ſeſe accepiſſe perhibet: hanc incredibili ſtudio & veneratione, immo majori, quam Chriſtiani veteris & novi foederis li- 991
bros, reverentia perſequitur: hanc a nullis legi patitur ex ipſa Braminum familia, niſi ab hominibus ſacro ritu antea praeparatis & cunctis animi corporisque ſordibus purgatis: hanc denique omnis religionis & ſapientiae unicam eſſe regulam & normam perhibet, nec quisquam eſt Braminum, quin omnem ſcientiam ſuam praeceptis hoc volumine comprehenſis ſubjiciat, tametſi variis ceteroquin ſententiis inter ſe diſtincti ſint. Largior, ex hoc libro veram Indorum religionem unice metiendam eſſe: & dudum eſt, quod cum viris eruditis opto, ut vetuſtiſſimum hoc monumentum in lucem prodeat & in linguam notiorem transferatur. Sed Bramines ſibi ſolis hanc legem eſſe ſcriptam & rogatam ajunt: quare religioſiſſime illam cuſtodiunt, nec vel inſpiciendam aliis praebent, niſi ex tribu ſua ortis: omnium vero minime Europaeorum, quos profanos eſſe ducunt, aliquem verſare illam ſinunt. Quidquid etiam Jeſuitae, qui Braminum tamen mores & inſtituta imitantur, ſeque Bramines ex regionibus ſeptemtrionibus ſubjectis eſſe dicunt, conati ſunt, ut exemplum hujus *Vedam* conſequerentur, ſpes tamen adhuc vota eorum prorſus deſtituit: ex quo apparet, ne aureum quidem vellus tam arcta cuſtodia olim ſeptum fuiſſe, atque lex haec, quam Indi divinam eſſe cenſent. Retulerunt, non ignoro, nonnulla nobis viri quidam docti de rationibus & argumento hujus libri, quae ex ore Braminum ſeſe accepiſſe teſtantur: ſed haec pauca primum ſunt, deinde pugnant inter ſe, ut Indos pateat aut mentiri & decipere percontatores voluiſſe, aut ipſos rerum ſuarum non ſatis gnaros fuiſſe. Mittam ego reliqua, quae, niſi brevitatem conſectarer, diſſerere mihi, de rebus his liceret, & ad id tantum veniam, quod hic agitur, ad doctrinam ſcilicet de ortu hujus univerſitatis, ut in hoc *Vedam* tradita eſt. Conſentiunt, qui de arcano hoc volumine reliquis luculentius & accuratius commentati ſunt, *Abrah. Rogerius*, *Boucbetus*, Jeſuita, & *Franciscus Bernierius*, in quatuor illud libros eſſe diſtributum, & primo horum librorum de Deo, de mundo, ejusque ortu, de materia prima, cognatisque argumentis exponi: ipſam vero, quae hoc primo libro continetur, doctrinam non eodem modo explicant. *Abrah. Rogerius* perſcriptum eſſe in eo ſignificat, ſummum Numen ex flore immenſae voragini innatante Deum *Brama* genuiſſe primum, Brama vero reliqua creaſſe omnia, id quod ſupra jam retulimus. *Franc. Bernierius* narrari perhibet in eo, ſummum omnium Deum, quum mundi creationem aggrederetur, tres ante omnia naturas perfectiſſimas pro-

du

(n) *Vitae Apollonii Tyanei Lib.* III. *Cap.* 34. *p.* 125. *ſ.*

(o) *Poſa-*

duxisse, *Brama*, *Beschen*, *Mehabdeu*: ab illa mundum esse conditum, ab ista eumdem conservari, ab hac denique aliquando eum destructum iri. (*o*) Brevius *Bouchetus*, qui postremus, quod sciam, ad *Petr. Dan. Huëtium* de hac Braminum lege retulit: (*p*) scriptum enim in ea legi, tantum memorat, in exordio rerum nihil exstitisse, nisi Deum & aquam, Deum vero summis aquis innatasse: quae quidem Jesuita hic non multum differre ab illis existimat, quae *Moses* de origine rerum tradidit. (*q*) Haec inter se qui contulerit, is intelliget quidem, non ita ea distare inter se, ut nullo componi modo & in unum quoddam corpus cogi queant: idem vero, nisi me fallunt omnia, sentiet, minus esse lucis in illis, quam necesse est, ad universam Braminum de universitate doctrinam percipiendam, plusque etiam adjumenti sumere inde posse, qui veteres Indos suspicantur materiae perennitatem adscripsisse, quam eos, qui contrariam de illis opinionem fovent. Aqua enim illa seu immensa vorago, quam una cum Deo fuisse ab initio tradunt, quid, obsecro, est, quam Chaos illud, quod Poëtae Graecorum canunt, aut rudis illa materia, quam *Plato* Deum ad generis humani salutem artificiose composuisse docet? Et quid de flore dicemus illo, ex quo Brama conditor orbis fertur esse genitus? Ineptusne prorsus is foret, qui suspicaretur, hanc gentem a Japonum dogmate non esse nimis alienam, quos supra ostendimus sibi persuadere, naturam illam genitricem, quae molem materiae digessit, ex ipso ejus sinu prodiisse & intra materiam ab aeterno abditam latuisse? Sed nolo conjecturis lectores morari: quos certos tantum esse volo, nec antiquos Indorum sapientes hac in re junioribus meliores videri.

992 §. XXVI. Phoenicum prope oblitus fuissem, gentis inclytae, multisque olim nominibus laudatae. *Eusebium* si audias, populus hic a summa erga Deum impietate propius abfuit, nec Deos alios coluit, quam solem, lunam, & sidera, quibus rerum omnium ortum & interitum adscripsit. (*r*) *Φοίνικες πάντων κατέχει λόγον ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀστέρας θεοὺς ὑπολαμβάνειν, οἷς τε τὴν τῶν ὅλων γένεσιν καὶ φθορᾶς αἰτίους. Phoenices vulgatum est, soli, lunae, ac stellis divinitatem attribuisse, iisque solis rerum omnium ortus interitusque causam adsignasse.* Id ipsum aliis in locis repetit & ex notissimis illis fragmentis, quae *Sanchoniathonis*, philosophi ex hac natione celeberrimi, esse feruntur, studiose confirmat. Et hanc ejus opinionem viri probant perspicacissimi. Haud passus tamen est tam insighem culpam in Phoenicibus residere *Edm. Dickinsonus*, qui, renitente *Eusebio*, totque aliis viris doctissimis, in eorum numero eos ponit, qui summum Numen ipsius materiae conditorem & parentem esse statuunt. *Hinc*, inquit, (*s*) *Cosmologia Phoenicum palam docet, haud ipsum mundum duntaxat, sed ejus etiam materiam, quae fuit ἀπὸ κτίσεως, seminium creaturae, γενητὴν, id est, factam esse.* Verum aut fallere nos voluit vir doctissimus, aut ipsemet, ne verum cerneret, temere adscitis opinionibus impeditus fuit. Cosmologia, in qua tam bellam sapientiam sibi videtur invenisse, ipsae sunt illae *San-*

(*o*) *Voyages aux Etats du Grand Mogol, T.* II. *p.* 139. Aliis quidem nominibus *Bernierius* sacros Indorum libros appellat, quam reliqui, qui de illis retulerunt: ex ipsa vero narratione ejus liquet, de eadem illa collectione ipsum loqui, quae *Vedam* Indis dicitur.

(*p*) In Epistola, quae legitur dans *Les lettres edifiantes & curieuses ecrites des Missions etrangeres par quelques Missionaires de la Compagnie de Jesus* IX. *Recueil p* 38. *s.*

(*q*) *l. c. p.* 40. *La premiere partie du Vedam, qu'ils appellent Irroucou-Vedam traité de la premiere*

Sanchoniathonis reliquiae, ex quibus manifeſtum eſſe contendit *Euſebius*, (t) Phoenices de mundi origine adeo impie & nefarie philoſophatos eſſe, ut Deum ipſum tollerent: Τοιαύτη μὲν αὐτῶν ἡ κοσμογονία, ἀπιπρὸς ἀθεότητα τελέγουσα. *Hujusmodi a Phoenicibus mundi ortus ponitur, qui omnem plane divinitatem exterminat.* Verba, quae in ſuam pertraxit ſententiam, haec ſunt: ἐξ ὧν πάντης ἐβλάστησε πᾶσα σπορὰ κτίσεως καὶ γένεσις τῶν ὅλων. *Ex hac ſequuta productionis omnis ſemina, ipſaque adeo rerum univerſarum generatio exſtitit.* Perſuaſit ſibi vir eruditus, his in verbis σπορὰν κτίσεως, *ſemen creationis*, materiam deſignare, eamque dici a Deo genitam & productam eſſe: nihil autem minus verum eſt, quam hoc. Namque res illa, ex qua *Sanchoniathon ſemen creationis* exſtitiſſe affirmat, non Deus, ſed *Mot* eſt, quod vocant Phoenices, natura neſcio quae, quam, ut ipſe ait, alii dictitent *limum* eſſe, alii *corruptionem aquoſae mixtionis.* Hoc quid fieri poteſt magis a diſciplina Chriſtiana alienum? Neque *ſemen creationis* prima eſt rerum materia, quae diu ante illam rem, quam *Mot* nominabant Phoenices, ex ipſorum ſententia exſtitit, verum diſpoſitio quaedam materiae ad formas illas recipiendas, in quas converſa fuit, quum ipſa contingeret productio rerum & creatio. Equidem tantum abeſt, ut eos ſequar, qui divinae veritatis non mediocrem partem in Phoenicum doctrina, ut exponitur a *Sanchoniathone*, cernunt, ut potius *Euſebium* optime perſpexiſſe cenſeam diſciplinae hujus flagitia, cumque illis ſociandam eſſe hanc gentem conſtituam, qui virtute quadam & lege naturae ex aeterna materia prodiiſſe cuncta tradunt, Deumque prorſus a creatione hujus mundi ſegregant. Credas oportet primum, ſi Phoenicibus uti magiſtris velis, ex omni aeternitate caliginoſum quemdam fuiſſe aërem, ſpiritu quodam foecundum, & ſimul turbidum, rude & indigeſtum Chaos; atque bina haec principia fine omni & termino carere. Quam haec turpia ſunt & in Deum injurioſa? Negant enim homines, Deum ſeſe agnoſcere alium, quam ſpiritum quemdam tenebricoſo aëri permiſtum. Nihilo meliora ſunt, quae ſequuntur. Spiritus hic exarſit aliquando amore chaus, & idcirco cum illo ſeſe conjunxit. Hanc copulationem ſpiritus & rudis materiae appellant πόθον, *cupiditatem*: Et ab hac cupiditate omnis creationis initium ductum fuit. Haec quam vim habeant, haud difficulter conjeceris. Poſtquam ſpiritus in materiam aeternam ſeſe inſinuavit, & eam pervaſit, exſtitit in ea coecus quidam impetus ad ea ex ſeſe parienda & producenda, quae creata deinde ſunt. Nec eſt, quod exiſtimet aliquis, ſpiritum illum via & ratione egiſſe, materiamque prudenti conſilio temperaſſe: non is erat hic ſpiritus, ut ejusmodi quid ſuſcipere poſſet. Ignorabat e contrario, quid fieret, nec proſpiciebat, quid eventurum eſſet, id eſt, neceſſario & fataliter eveniebant univerſa: αὐτὸ δὲ πνεῦμα, ait *Sanchoniathon*, οὐκ ἐπίστατο τὰ αὐτῆ κτίσιν. *Spiritus minime opus ſuum*, ſeu ea, quae copulationem ejus cum materia conſequebantur, *agnoſcebat.* Ex conjugio ſpiritus & chaus natum eſt *Mot*, limus quidam, quod jam dixi: *Mot* ſolem, lunam, ſtellas primum procreavit: ſidera poſtea calore & virtute ſua hominum genus & animalia generarunt. Pulcram ſane

re cauſe & de la maniere dont le monde a eſté creé: eé qu'ils m'en ont dit de plus ſingulier, par rapport au notre ſuiet, c'eſt qu'au commencement il n'y avoit que Dieu & l'eau. La reſſemblance de ce trait avec le premier chapitre de la Geneſe n'eſt pas difficile a remarquer.

(r) *Praeparat. Euangel. Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 17.

(s) *Phyſicae Vet. & verae Cap.* 12. *p.* 198.

(t) *loc. cit. Lib.* I. *Cap.* 10. *p.* 33.

(v) Eſt-

sane sapientiam! quam libenter amplectentur omnes, qui Deum ex hac universitate volunt exterminatum.

993 §. XXVII. Persas quoque veteres ad unum supremum Numen materiae creationem retulisse, nec deterius eos sentire, qui superstites hodie sunt ex illa gente, viri quidam nec vulgaris ingenii, nec mediocris doctrinae sibi persuaserunt. Ego vero quod me cogat, ut his assentiar, nusquam aliquid in antiquis & recentioribus monumentis offendi, nec attulisse ejusmodi quid video viros praeclaros, qui hac in opinione versantur. *Herodotum* si fas fuerit audire, usque adeo a veritate remoti fuerunt antiqui Persae, ut ne summum quidem Deum haberent alium, quam concretum & corporeum. Etenim is *coeli gyrum seu universum ambitum Jovem*, id est, *summum Deum ab illis appellari*, refert: (v) ἡ κύκλον πᾶσαν τὴν περιῳκέουσαν Δία καλέουσι. Verum dixi jam alias, videri mihi Graecos ideo tam deformem sententiam Persis attribuisse, quod nullis illi templis uterentur, Deumque sub dio in montibus venerarentur. (x) Itaque contemnam hoc testimonium, ac, ne longus sim, dabo, non modo Persas unum coluisse praepotens & aeternum Numen, sed etiam putasse, hujus Numinis vi & potentia universitatem rerum esse creatam. Restat, ut illi, qui Persis bene cupiunt, veteris cujusdam scriptoris vel unum designent locum, ex quo constet, ipsam rerum omnium materiam pro Dei opere ab illis fuisse habitam. Mihi ineptas gentis hujus fabulas de binis principiis rerum, Oromasde & Arimanio, itemque ea, quae de Mithra & aliis rebus tradiderunt, expendenti, prorsus hoc incredibile videtur esse. Qui hodie antiquam Persarum religionem retinere videri volunt, a legibus & institutis majorum jam diu valde defecerunt, scitisque Mahumedanorum, quo securius hos inter viverent, multa disciplinae suae capita temperarunt: idque ne illi quidem diffitentur, qui hoc hominum genus ceteroquin magni ob antiquitatem faciunt. Itaque testes idonei de veteri Persarum religione esse nequeunt. Sed nec tamen ex sacris eorum libris adhuc proferri aliquid memini, quod probet, ex toto sanam esse eorum de origine universitatis sententiam. Narrant viri docti, qui ex instituto in opiniones eorum de divinis rebus inquisiverunt, communem universae gentis hanc esse sententiam, Deum intra unius anni spatium sex temporibus, ex dispari dierum numero constantibus, orbem terrarum & omnes ejus partes creasse: primo tempore, quod quinquaginta quinque dies continet, coelum esse conditum, altero, quod sexaginta diebus terminant, aquas, tertio terram, quarto plantas & arbores, quinto animalia, sexto denique hominem exstitisse. (y) Non haec, fateor, plane remota sunt ab illorum dogmate, qui divini scriptoris, *Mosis*, auctoritatem sequuntur: atque vereor, ne potius ex Christianorum aut Judaeorum libris sumta, quam in Persarum hortis nata sint. At ne hinc quidem liquet, materiae initium ab illis adscribi: quamvis enim coelum primum a Deo creatum esse adseverent, haud tamen indicant, utrum illud ex nihilo, an vero ex aeterna quadam materia productum esse putent. Mihi quidem posterius probabilius videtur, idque multis de causis, quas nunc brevitatis causa praetermitto.

§. XXVIII. Hetruscos non contemnendi scriptores perhibent in causis rerum natu-

(v) *Histor. Lib.* I. §. 131. *p.* 55.
(x) *Observ. ad Cudworthum p.* 328.
(y) *Thom. Hyde Historia relig. veterum Persarum p.* 64. *s. Henric. Lord Account of the Religion*

Digitized by Google

naturalium inveſtigandis plus poſuiſſe diligentiae, quam reliquos populos: fruantur hac illi gloria: nos noſtro viciſſim jure utemur, & quantum ſapientia & eruditione profecerint hoc ſtudio, ſi fieri quidem poterit, indagabimus. Equidem in plura ſuperſtitionis & levitatis, quam ſapientiae Hetruſcae, veſtigia incidi, veterum libros evolvens, qui de illis nonnulla memoriae prodiderunt; neque hoc negaturos eſſe juſtos rerum & opinionum exiſtimatores arbitror. Verum habent tamen & amicos ſuos Hetruſci, qui, tametſi non negent, populum hunc multis in rebus a vero aberraſſe, in dogmate tamen de mundo & ejus creatione eum ex toto ſanum fuiſſe nil dubitant. Auctorem bonae hujus opinionis laudant ignotum quemdam auctorem, cujus verba *Suidas* (*z*) ſervavit. Narrat is, Tyrrhenios ſive Thuſcos praecepiſſe, Deum illum, a quo condita ſint omnia, (*a*) duodecim mille annos conſumturum eſſe in fabricandis operibus ſuis: mille primis annis coelum & terram comparatam ab eo eſſe: poſt haec coelum illud conſtructum eſſe, quod oculis noſtris expoſitum eſt: tum mare & aquas omnes conditas eſſe: hinc ſolem, lunam, & ſidera producta: ſucceſſiſſe his aves, piſces, ceterasque beſtias: 994
finem univerſo labori hominis creationem impoſuiſſe: ſingulis hiſce operibus mille annos ſupremum Numen impendiſſe: ſex igitur annorum millia effluxiſſe, antequam homo fingeretur a Deo: reliquos ſex mille annos humanum genus in his terris verſaturum eſſe. Deſinit hic *Suidae* narratio: veriſimillimum autem eſt, addidiſſe his Hetruſcos vates, elapſis his duodecim mille annis periturum eſſe hunc orbem, novumque rurſus a Deo conſtructum iri. Nam ex *Plutarcho* (*b*) apparet, homines hos exiſtimaſſe, certo & a Deo definito annorum numero praeterito, quem *magnum* appellabant *annum*, rerum omnium ingentem converſionem evenire ſolere. Non refragabor illis, qui ſcriptorem hunc, cujus nomen *Suidas* ſilet, fide omnino dignum eſſe volunt, tametſi hoc jure quodam meo facere poſſem: hoc vero pugno, parum ex hoc teſtimonio auxilii ſumere poſſe, qui Hetruſcos eadem, quae Chriſtiani, de creatione rerum docuiſſe putant. Nec enim vel verbum in hac deprehendas narratione, quod ſuadeat, viſum fuiſſe illis, materiam Deo jubente exſiſtere coepiſſe, quum nulla eſſet antea. Sunt e contrario quaedam in ea, quae adducunt me, ut credam, nihil illis hujus dogmatis in mentem veniſſe. Deum ſcilicet ſex mille annos tradunt in hoc mundo elaborando & ornando conſumſiſſe. Atqui Deus infinite potens, cujus nutui parent omnia, qui verbo poteſt efficere, ut prodeant & exſiſtant, quae haud exſtiterunt, haud indiget tanti temporis ad id, quod vult, comparandum & producendum. Itaque primum ex his intelligere mihi videor, Hetruſcos veteres cenſuiſſe, obſtitiſſe aliquid Deo, ne citius opus ſuum perficeret, totque annos in eo fabricando contereret. Quale igitur impedimentum Deo tantae tarditatis cauſſa fuit? In ipſane illud ejus natura fuit, an vero extra eam? Perinde mihi erit, utri quis accedat ſententiae. Ipſa natura divina ſi, Hetruſcis judicibus, tam imbecilla fuit, ut non poſſet uno tempore, quae meditabatur, perficere, numquam mihi perſuaſerim, Deo tam impotenti Hetruſcos id adſcripſiſſe, quo nihil majus & gravius fieri & cogitari poteſt, creationem materiae ex nihilo. Extra Deum vero ſi quaerenda ſit ratio hujus moras, aeterna ſtatim occurret materia. Haec, niſi multum fallor, contumacia, inertia, & malitia ſua effecit, ne Deus maturius, quae optabat, conſequeretur.

His

ligion of the Perſees p. 6. 41. *ſ.*

(*z*) *In Lexico Tom.* III. v. Τυῤῥηνία χώρα.

(*a*) Τὸν δημιουργὸν τῶν πάντων Θεόν.

(*b*) *In vita Syllae* p. 456. *Tom.* I. *Opp.*

Digitized by Google

His quum addo, quae ex *Plutarcho* retuli de magno anno & mundi conversionibus, quas sibi finxerunt Hetrusci, in eam lubens sententiam descendo, feciſſe cum illis hanc familiam, qui aeternam quamdam mundorum sibi succedentium seriem animis concipiunt: quod dogma prorsus a veritate, quam nos tuemur, alienum est. Igitur potiores perlustravi populos, quibus ita doctissimi quidam viri favent, ut ea, quae de mundi docuerunt originibus, eodem loco esse cupiant, quo praecepta, quae divinitus Christianis sunt tradita. Nam de antiquis populis, qui septemtrionibus subjecta fuere, de Americanorum item gentibus nonnullis, erga quos nonnulli eodem modo sunt affecti, disputare nolo, quoniam omnis harum gentium antiquior Historia nimis est obscura & sterilis, quam ut de religione earum certi aliquid & immoti constituere nobis liceat.

§. XXIX. Restant, de quibus mihi dicendum est, juniores Platonici, qui Aegypto egressi, per omnes fere cultiores terrarum orbis regiones disciplinam suam propagarunt, nec hodie fautoribus & amicis destituuntur. Sectae hujus in sententiis & scitis exponendis haud pauci lapsi sunt excellentis alioquin ingenii viri, partim quod dictionem & stylum ejus ex vulgari loquendi lege aestimarunt, partim quod minus, quam decebat, animadverterunt, multa, quae ab his philosophis disputantur, *de statu rationis*, ut in scholis loquuntur, seu *abstractionis mentalis* accipi tantum debere. Et vereor, ne idem contigerit in re, quam nunc agimus. Antiquiorum Christianorum aliqui dudum tam benigne quorumdam ex Platonicis hisce de mundo sententiam interpretati sunt, ut nihil eam differre a dogmate suo arbitrarentur. Testem appello *Aeneam Gazaeum*, clarissimum e saeculo quinto philosophum; qui quum Platonicos confutat, qui aeternum statuebant mundum esse, nec modo mundum, verum etiam mundi materiam coepisse aliquando, auctore Deo, pugnat, ipsa scholae Platonicae fulcra illis opponit, & *Plotinum*, *Porphyrium* una cum *oraculis*, quae *Chaldaica* vocantur, idem quod Christianos arbitrari de materia, contendit. Juvat ipsum loquentem audire: (*c*) ἡ δὲ ἀγένητος καὶ ἀνάρχος ἡ ὕλη, τοῦτό σε καὶ Χαλδαῖοι διδάσκουσι καὶ ὁ Πορφύριος· ὑπογράφει γοῦν καθ' ὅλου τὸ βιβλίον, ὃ εἰς μέσον προάγει τῶν Χαλδαίων τὸν λόγον· ἐν οἷς γεγράπται ἡ ὕλη ἀγένητος ἰσχυρίζεται, καὶ τὸ Πλωτίνου ἀληθεύοντος βιβλίον ὅλον τὸ πρὸς τὴν φύσιν τῆς ὕλης, ἀγένητον δὲ εἶναι τῆς ὕλης καὶ τὸ ἐν ἀρχαῖς πάσης, ὡς ἄθεον δόγμα ἀποδοκιμάζον. Haec verba *Casp. Barthius* ita Latine vertit: *Materia ipsa neque ingenerata, neque caret principio. Hoc quidem & Chaldaei te docuerint & Porphyrius libro, quem catholon scripsit, producendis eorumdem dogmatibus compositum. In hoc factam esse materiam convincit & Plotini enarrans commentarium statuit, opinionem eorum, qui sylvam illam ingenitam & principii expertem docent, in Deum impietatis explodendam.* Laborat haec versio vitiis nonnullis, quod Graeca cum Latinis conferenti statim patebit: in quibus vitiis id pejus est ceteris, quod verba καθ' ὅλου & quae cum his conjuncta sunt, ita *Barthius* reddidit, ac si *Porphyrius* librum reliquisset *Catholon* inscriptum, eoque Chaldaeorum unice col-

(*c*) In *Theophrasto seu Dialogo de opificio mundi p.* 56.

(*d*) *De vita & scriptis Porphyrii Cap.* 9. *p.* 56. *ed. Cantabr.*

(*e*) *Libro* II. *contra calumniator. Platonis Cap.* 5.

(*f*) *Comparatione Christianae theologiae cum Platonica Lib.* IX. *p.* 236. Memoria fefellit virum praestantissimum, *Jo. Alb. Fabricium*, quum *Biblioth. Graecae Lib.* II. *Cap.* 12. *p.* 464. scriberet, *Galantem*, *Syriani*, *Hermiae*, *Damascii*, & *Prisciani Lydii loca proferre*, ex quibus pateat hos phi-

collegiſſet oracula. Nusquam exſtat libri ejusmodi a *Porphyrio* conſcripti memoria, neque poſtulant verba *Gazaei*, ut credamus, in illo, quod hic memoratur, volumine, hominem Chaldaeorum oracula tantum congeſſiſſe & fortaſſis explanaſſe. Vidit jam errorem hunc *Lucas Holſtenius*, vir doctiſſimus, qui vocabula κατ' ὕλην libri negat eſſe titulum & totum locum ita vertit: (*d*) *Ille enim integrum librum conſcripſit, quo Chaldaeorum oracula producit, quibus materiam eſſe genitam confirmatur.* Sed nec huic ut aſſentiar prorſus, a me impetro. Suſpicor potius, libri cujusdam *Porphyrii* indicem omnino hic a *Gazaeo* nominari, ſed corrupta eſſe verba ejus librariorum incuria. Scripſit, ut conjicio, *Aeneas* κατ' ὕλην & volumen illud hic teſtatus eſt, quod *Suidas* refert eum conſcripſiſſe περὶ ὕλης ſeu de *materia prima.* Idque cum ex re ipſa puto conſtare; nam de materia hic ſermo eſt: tum inde, quod *Plotini* commentarium quemdam a *Porphyrio* hoc libro expoſitum eſſe, *Gazaeus* addit: exſtat enim *Plotini* liber περὶ ὕλης, cui haud dubie diſcipulus ejus lucem afferre hoc opere conatus eſt. Ex recentioribus multi hos antiquos ſequuntur, nec confirmare verentur *Platonem*, omnesque ejus germanos diſcipulos exiſtimaſſe, materiam a Deo productam & creatam eſſe. In his primum locum *Beſſarioni* tribuo, qui his verbis utitur: (*e*) *Deus materiam quoque ipſam producit, eſſeque ita ei impartit, ut a forma inſeparabilis ſit: haec de materia Platonis opinio eſt, haec Plotini, Porphyrii, Amelii, Jamblichi, Syriani, Procli, omnium denique, qui Platonis diſciplinam ſunt ſequuti: hoc etiam Hermi Trismegiſto placere Jamblichus ſcribit, quippe voluiſſe Hermem affirmat, materiam ex ſubſtantialitate produci.* Sed nec tamen accuratus ſatis eſt hic *Beſſarion*, quia omnibus Platonicis eamdem adſcribit ſententiam, quod fieri nullo modo poſſe, paullo poſt apparebit: nec omnino favet illis, qui adoleſcentiorem ſcholam Platonicam Chriſtianum dogma de ortu materiae complecti adſeverant, quia idem minime negat, ſectam hanc aeternitatem ſimul mundo attribuiſſe. Diſtinctius & diligentius hac de re commentatur *Livius Galantes*, (*f*) cujus diſputationem in ſuos artus & membra accurate diſtributam, omiſſis illis, quae ad ſummam ejus haud pertinent, exhibebo. Praeſcribit *Galantes* capiti, quo hoc argumentum perſequitur, hunc indicem: *An mundus ſit ex nihilo, vel ex praejacenti materia creatus.* In ipſo capite vero Platonicos in tres claſſes partitur. Primo genere comprehendit eos, qui materiam aeque aeternam, atque Deum exiſtimarunt eſſe, quorum principem & ducem obſervat ipſum *Platonem* a plerisque haberi. Huic ſubjicit alteram claſſem eorum, qui materiam a Deo quidem creatam & productam eſſe cenſent, at ſimul tamen mundum aeternum eſſe ſtatuunt: Alii, inquit, *in hac familia praeſtantiores Platonici ſeu qui ab Ammonio Sacca proſtaxerunt,* —— *Plotinus, Porphyrius diſcipulus, Jamblichus Porphyrii auditor, Syrianus Jamblichi, Proclus Syriani, Ermias Procli, Damaſcius Ermiae, Priſcianus Lydius, qui Damaſci fuit praeceptor, & haec tota ſchola Platonicorum inſignium materiam primam utique genitam & productam eſſe a Deo velle videntur.* Verum addit continuo, familiam hanc, ſi cuncta ejus dogmata rite expendantur, lo-

philoſophos creationi ex nihilo faviſſe. Nec enim horum philoſophorum locos affert *Galantes*, ſed nomina tantum eorum recitat, nec hos philoſophos ita, uti Chriſtianos, de creatione ſenſiſſe perhibet, ſed *Proclum* tantum, *Porphyrium*, & *Jamblichum* hujus gloriae participes facit, quod ex enarratione diſputationis ejus, quam hic exhibemus, patebit. Non monuiſſem hoc, niſi metuiſſem, fore aliquos, qui tanti viri auctoritate freti ſuſpicarentur, non accurate ſatis *Galantis* diſputationem a me relatam eſſe.

locum inter adsertores germanos creationis ex nihilo haud flagitare posse: statui
996 enim ab illa mundum aeternum esse: quare quae de materiae productione & creatione tradant, non de vera & *reali productione*, sed de *caussali tantum & rationali* accipienda esse. *Nam*, inquit, *si hi mundum caussative dumtaxat genitum voluere, hoc est, ratione non re, sed aeternum, quomodo etiam materiam non putarunt aeternam, hac nimirum mundana aeternitate? Dicendum est igitur, quod hi, sicuti voluerunt mundum numquam productum realiter, ita etiam materiam primam improductam re vera existimarunt, sed productam dixerunt, non productione reali, sed productione causali, seu rationali, cum non solum ipsa sit unquam formis destituta, sed etiam nec vix cogitari possit.* Sapienter & provide haec animadversa sunt: quorum similia si forent omnia, quae toto *Galantes* opere disputat, summa merito laude dignus esset. At quosdam tamen ex Platonicis melius ceteris docuisse judicat, nec ullo modo Christianum dogma de creatione mundi depravasse: Hos tertio in genere ponit. *Sunt*, inquit, *nihilominus quidam Proclum sequentes & alios, qui materiam* RE & TEMPORE GENITAM ESSE A DEO *arbitrantur.* In consequentibus nominatim *Porphyrium* & *Jamblichum* hujus sententiae fautores esse, tradit. Hos primum *Platonis*, *Hermetis*, & *Orphei* auctoritatibus sese tueri perhibet, nec obscure, bonos sibi eos horum sapientum interpretes videri, significat: tum argumentis & rationibus quibusdam sententiam eorum confirmat. Nos utrumque hic repetere nolumus. Nam *Platonem* & reliquos illis minime favere, qui materiam ex nihilo ducunt a Deo creatam esse, supra late ostendimus: argumenta vero, quibus sententiam suam hosce Platonicos ait muniviisse, ab ipso *Galante* excogitata, non ex scriptis eorum hausta & sumta sunt. Ab hoc parum remotus est *Radulphus Cudworthus*, qui, tametsi Platonicorum multos constituisse fateatur, aeternum esse mundum & idcirco materiam quoque, quosdam tamen familiae hujus nil dubitat rectiora vidisse ac probasse, ipsamque materiam censuisse a Deo factam esse: Et hujus generis arbitratur praeter alios *Plotinum*, *Porphyrium*, *Jamblichum*, *Hieroclem*, & *Proclum* fuisse, quos Chaldaicorum oraculorum, Aegyptiorum, & Orphei legisse vult vestigia. (*g*) Prae ceteris omnibus Platonicis *Hierocles*, tamquam acerrimus vindex rectae hujus opinionis de universitatis originibus a viris doctissimis laudatur: Et certe clarius is, quam reliqui sectae suae, hac de re loquutus est, nec modo, id quod mox videbimus, in eos sociorum suorum aspere invectus est, qui aeternam Deo non verentur materiam adjungere, sed etiam *Platonem* maximopere contendit statuisse, materiam ipsam Dei opera creatam & productam esse. Hinc *Petr. Dan. Huetius* (*h*) hunc fere unum sufficere sibi ratus est, cujus testimonio conficeret, *Platonem* & universam eorum turbam, qui disciplinam ejus vere sectati sunt, Christianis nihil deterius de materia sensisse. *Petr.* autem *Baylius* ita *Hieroclis* verbis commotus fuit, ut suspicaretur hominem hoc dogma ex Christianorum libris depromsisse, quumque acrius meditando intelligeret, majestati divinae nihil eo esse convenientius, vulgatam sectae suae doctrinam deseruisse. (*i*) In quo mihi vir ingeniosus non totus falli videtur. Nihil enim certius, quam hoc, juniores Platonicos

(*g*) *Systemate intellectuali univers.* C. 5. Sect. II. p. 751. 752.

(*h*) *Quaestion. Alnetanis Lib.* II. *Cap.* 5. *p.* 109. 110.

(*i*) *Dictionaire Historique & Critique Tom.* II. voce *Hieracles Not. A. p.* 1464. *Je me persuade qu'il l'avoit lu, dans les Ecrits des Chretiens, & qu'aiant été frapé des Argumens qui combatent l'existence d'une matiere increée & qu'ajant joint a cela les notions de Createur qui portent au plus haut point la*

cos ex Chriſtianae religionis praeceptis in ſuam ſcholam haud pauca derivaſſe, atque verbis & oratione ſaltim imitatos eſſe Chriſtianos, ſi dogmata forte ipſa viderent nimis a ſcitis ſuis aliena eſſe, quam ut a ſe probari poſſent.

§. XXX. Quod ſi verba quis unice ſpectet horum hominum, nec cum reliquis eorum placitis, quae ſplendide & ſapienter videntur dicere, conferat, ſatis ſibi cauſſae opinabitur eſſe, cur cum viris hiſce doctis ſentiat; fateor enim, ita loqui eos nonnumquam de materia & cauſſis materiae, toti ut a Chriſtianorum ſtetiſſe partibus videantur. *Proclus*, (*k*) ſubtiliſſimus ſcholae hujus doctor, magno fervore pugnat, Deum ipſum ἄῤῥητον αἴτιον, *ineffabilem materiae cauſſam*, eſſe, & ut omnem ἀπειρίαν ſeu *infinitatem*, ita & materiam, quae *infinitas ultima* ſit, conſtituiſſe: εἰ γὰρ, inquit, ἄναρχος ὕπαρξις, ὁ θεὸς πάσαν ἀπειρίαν ὑφίστησι, καὶ ϒ ὕλαν ὑφίστησιν, ἐχράτει ἂν ἀπειρίας. Idem graviter execratur eos, qui duo ponerent rerum principia, Deum & materiam, *Platonem*que ſuum diligentiſſime ab hujus opinionis dedecore vindicare conatur. Crederes *Euſebium* aliquem aut *Baſilium* differere ac philoſophiae profanae vitia acriter infectari. Nec remiſſius hanc cauſſam agunt alii quidam ex hac familia philoſophi, quos audire neceſſe non eſt. Satis erit unum *Hieroclem* (*l*) attendere, qui ceteris fere omnibus nervoſior & luculentior eſt, ſive verba 997
ſpectes, ſive rationes, quas adhibet. Is ergo primum vehementer eos increpat ex Platonicis, qui Deum ſtatuerent ex aeterna quadam materia finxiſſe omnia, ſive id ab aeterno dicerent contigiſſe, ſive in tempore. Putat autem, hanc ſententiam & in bonitatem divinam injurioſam eſſe, & ſanae rationi adverſariam: nec inepte fortaſſis multis ratiocinari videbitur. Primum argumentum ſumit a natura rerum illarum, quae per ſe ſubſiſtunt & initio carent. Quidquid, inquit, nec genitum, nec factum eſt, ſed per ſe ſubſiſtit neceſſario, id non poteſt non perfectum, bene ordinatum, & vitii omnis expers eſſe. Quare quod ejusmodi rei additur, id naturam ejus mutat: quod naturam ejus mutat, id vitiat & corrumpit eam. Deus igitur ſi materiam aeternam & per ſe ſubſiſtentem digeſſiſſet, ordinaſſet, & temperaſſet, opus ſuſcepiſſet ſupervacaneum potius & inutile, quam bonitatem ejus decens, (ὃ περιεργίαν μᾶλλον ἂν εἴη, ἢ ἀγαθότητι θεοῦ) materiamque non perfeciſſet, verum adulteraſſet ac depravaſſet. Alteram ejus rationem optime ſic poſſe exponi & declarari arbitror: Quicumque rem ſibi minime ſubjectam & aeternam, in quam nihil juris habet, ex ſtatu naturali ſuo in novum & naturae ejus contrarium transfert, is peccat & maleficio quodam ſeſe contaminat. Quocirca ſi Deus materiam aeternam, ſororem veluti ſuam, non ſiviſſet in ſtatu ſuo permanere, ſed nova ratione temperaſſet & affeciſſet, ſine controverſia rem molitus eſſet iniquam & a juſtitia alienam: ἀλλ' οὐδὲ ὁ θεὸς αὐτὸς κακῶν ἀναίτιος ἔσται, ϒ ἀρχὴν τ δημιουργίας ἀπὸ τινὸς κακουργίας ἐπιτιθέμενος. *Sed neque Deus ipſe innoxius erit, initium creationis a quodam maleficio inchoans.* Quae praeciſe & conturbate dicta ſunt ab *Hierocle* in ordinem redegi, perſpicuitatis cauſſa: neque puto id ſapientem quemdam vituperaturum eſſe. His argumentis propoſitis, eos ſigillatim adoritur,

la puiſſance & la majeſté divine, il ſuppoſa pour la gloire de la ſecte, que ſon fondateur avoit connu Dieu ſous l'idée d'une nature dont un ſimple acte de lunté peut ſuffire a la formation de l'univers.

(*k*) *Comm. in Timaeum Platon. Lib.* II. *p.* 17.

(*l*) *Lib.* VII. *de providentia & fato* apud *Photium Bibliothecae Cod.* CCLI. *p.* 1379. *ſ.* Adde quae ex eodem libro idem affert *Cod.* CCXIV. *p.* 550.

ritur, qui non ab aeterno, sed in tempore Deum ad mundum ex materia condendum accessisse ducunt, deteriusque etiam eos sentire contendit illis, qui ex infinito tempore Deum materiam ornasse tradunt. Sed haec praetermitto, ne nimis ab instituto abeam. Jam si quis quaerat, quemadmodum veritas de creatione mundi sentire jubeat, respondet *Hierocles*, sano cuivis existimandum esse, Deum una voluntate sua, ex nulla materia aeterna, aut ex nihilo, mundum tam spectabilem, quam invisum, produxisse: atque hanc *Platoni* quoque sententiam placuisse: ὅτι δημιουργὸν ἔθηκεν, φησὶ, προυφίστησιν ὁ Πλάτων ἔφη πάσης ὑμφανοῦς τε καὶ ἀφανοῦς ἀξιοσπούδαστος, οὐκ μηδενὸς προϋπαρξάσης γενητικῆς· ἀρκεῖν γὰρ τὸ ἐκείνου βούλημα εἰς ὑπόστασιν τῶν ὄντων. *Plato opificem Deum censuit justitere omnem aspectabilem & inaspectabilem mundum, nulla prius exsistente materia productum. Sufficere enim voluntatem Dei, ut ea, quae sunt omnia, exsistant.* Verbis tam disertis & perspicuis quis sese commoveri haud patiatur? Ego vero diuturno usu & librorum a Platonicis conscriptorum lectione edoctus sum, nullius sectae orationem acrius expendendam esse, quam Alexandrinae hujus, & quae primo aspectu praeclare apud illos & egregie dicta videntur, formam omnem & pulcritudinem amittere, si cum illis comparentur scitis, quibus tota ratio philosophiae eorum nititur. Documentum capere licebit ex illis, quae jam dicturi sumus: quae quidem sententiam Platonicorum de mundo & materia a verbis multum discrepare docebunt, quibus eam explicant.

§. XXXI. Ante omnia, qui cupidi sunt causae hujus cognoscendae, animadvertere decet, universam Platonicorum sectam mundum duxisse aeque aeternum esse, atque ipsum Deum, atque huic non secus ac umbram corpori ex infinito tempore adjunctam fuisse. Tritum est hoc dogma & sacrosanctum in scholis hujus sectae: nec quisquam eorum repudiare illud potest, nisi totam simul abjicere philosophiam & ad aliam transfugere sectam velit. Scilicet aeternitas mundi tam necessario consequitur ex Metaphysicis eorum praeceptis, quam ex illo decreto rationis: *Paria paribus addita numerum efficiunt parem*, hoc manat consectarium: *Ergo bina binis addita quatuor pariunt.* Καθάπερ, ipsos audis Platonicos apud *Zachariam Mitylenaeum*, (m) αἴτιον τὸ σῶμα τῆ ἰκάστου σκιᾶς γίνῃ· ὁμόχρονον μὲν τῷ σώματι ἡ σκιὰ καὶ ὁ μὲν ὁμότιμον· οὕτω δὴ καὶ ὅδε ὁ κόσμος ἀπόγονόν ἐστι μὲν θεοῦ αἰτίου ὄντος αἰωνίου δὲ εἶναι, καὶ συναΐδιον ἐστὶ τῷ θεῷ, ἴσον δὲ καὶ ὁμότιμον. *Quemadmodum quodlibet corpus caussa est umbrae suae, aequalis autem est tempore umbra corpori, non item honore: ita mundus hic sequela est Dei, qui caussa est ipsi, ut sit, & coaeternus est Deo, at non compar honore.* Haec communis est totius familiae sententia: quam qui deserere voluisset, haud dubie res sibi suas habere jussus a magistris fuisset. Solent dogma hoc exemplis & similitudinibus nonnullis illustrare, quas ab aeterno baculo, aeternaque ejus umbra, ab aeterno sole, aeternoque solis radio, ab aeterno pede, aeternoque vestigio ejus sumunt. Quod enim aeterna umbra baculo aeterno, quod aeterno pedi vestigium aeternum, quod aeterno soli sempiternus ejus radius foret, id homines hi aeternum mundum ratione Dei aeterni esse dicunt. 998 Memini me jam alio loco copiosius de hac re commentari: quod me admonet, ut hic brevior sim. Ipsi, quos viri doctissimi volunt creationis ex nihilo vindices esse, sectae hujus philosophi huic dogmati totos sese addictos ostendunt. *Plotinus*

(m) *Dialogo de opificio mundi p.* 187. *ed. Barthii.*

(n) §. 21.

(o) Vid. *Jo. Alb. Fabricius Biblioth. Graec. Lib.*

tinus tot in locis operum ſuorum profitetur, mundum a Deo ex omni aeternitate fluxiſſe & radii inſtar ex ſempiterno ſole manaſſe, hoſpitem ut oporteat eſſe in ſcriptis ejus, quem hoc praeterit. *Plotini* vero qui novit dogmata, is una cognitum habet, quid diſcipulus ejus *Porphyrius* ſenſerit: qui praeceptoris ſui tam ſtudioſus eſt, ut ipſa ejus verba multis in locis ſua faciat, quod ex *ſententiis* ejus apparet a *Luc. Holſtenio* editis. De *Jamblicho* ſupra jam diximus: (*n*) differt quidem is a reliquis Platonicis in eo, quod exiſtimat, in diſputando docendi cauſſa aſſumi poſſe, mundum habuiſſe initium; quam ejus opinionem *Julianus*, Imperator, rejicit; nec tamen dubitat, quin reapſe mundus principii omnis expers, nec ſecus, quam aeternum *cauſſatum*, ut cum Metaphyſicis loquar, *aeterni cauſſantis* ſpectari debeat. *Proclus* tantum abeſt, ut mundum certo tempore coepiſſe putaverit, ut ſingulari potius libello, id quod notum eſt, contra Chriſtianos aeternitatem mundi defenderit: quem librum ejus *Johannes Philoponus* ex Chriſtianis oppugnavit. (*o*) Nec in alia fuit *Hierocles* ſententia, idque ſatis inde patet, quod Deum ἐξ ἀϊδίου ἐνεργοῦντα vocat (*p*) ſeu ab *aeterno operatum* eſſe ſcribit: nam Platonicorum ſtylo *ab aeterno operari* & *ab aeterno mundum creare* formulae ſunt ejusdem poteſtatis. Idem ex eo liquet, quod ſumma cura & diligentia in *Libris de providentia & fato*, teſte *Photio*, conatus eſt, *Platonem* & *Ariſtotelem* conjungere probatumque dare, utriusque eamdem fuiſſe de mundo & ejus ortu ſententiam. *Ariſtotelem* vero quis neſcit mundum ſtatuiſſe principio carere ac aeternum eſſe? Neque quisquam Platonicorum aliam *Ariſtoteli* ſententiam tribuit. Non ſum inſcius, ſectam hanc non raro de creatione mundi magnifice loqui, immo negare, mundum aeternum eſſe. Sed haec neminem conturbabunt mediocriter in ſcriptis eorum verſatum. Nam quum mundum dicunt conditum & factum a Deo eſſe, non talem intelligunt, qualem nos creationem, verum aeternam: idque paſſim apertis verbis ſignificant. Rurſus quum aeternitatem mundo derogant & ſoli Deo tribuunt, non de omni accipi hoc volunt aeternitate, ſed de certo tantum aeternitatis genere. Alio nimirum modo Deum eſſe adſeverant aeternum, alio mundum. Aeternitatem enim diſtribuere ſolent in *aeternitatem temporis* & *aeternitatem cauſſae*, & rurſus in *aeternitatem fluentem* & *ſtabilem* ſeu *conſtantem*, de qua diſtinctione, cauſſisque ejus jam alias plura diſſerui. Aeternitatem illam, quae *temporis* dicitur, Deo & mundo communem eſſe volunt: at aeternitatem cauſſae mundo detrahunt & ſoli Deo tribuunt. Optime hanc ſententiam *Boëthius* expreſſit, qui & ipſe eam amplexus eſt: *Neque enim*, inquit, (*q*) *Deus conditis rebus antiquior videri debet temporis quantitate, ſed ſimplicis potius proprietate naturae.* Rurſus aeternitatem, quam *fluentem* dixi, mundo convenire dicunt, in quo cuncta perpetuis viciſſitudinibus & converſionibus feruntur, ita ut aliud ex alio fiat, & nova ſemper rerum ſeries & ſucceſſio priorem conſequatur: Uni vero Deo aeternitatem illam *ſtabilem* & omnis ſucceſſionis neſciam propriam eſſe tradunt. *Aliud eſt*, inquit *Boëthius*, *per interminabilem duci vitam, quod mundo Plato tribuit: aliud interminabilis vitae totam pariter complexam eſſe praeſentiam, quod divinae mentis proprium eſſe manifeſtum eſt.* Itaque quum mundum aeque negant Platonici aeternum eſſe, atque Deum, huc eorum unice redit ſententia: *Mundum ex omni aeternitate ſine ullo principio de Deo, tamquam de cauſſa & de auctore ſuo, fluxiſſe, quemadmodum de aeterno corpore aeterna umbra, aut de*

Lib. V. *Cap.* 26. *p.* 522. *Vol.* VIII. & *Lib.* V. *Cap.* 37. *p.* 362. *Vol.* IX.

(*p*) Apud *Photium Biblioth. Cod.* CCI.I. *p.* 1378.
(*q*) *De Conſolatione philoſ. Lib.* V. *p.* 138.

Digitized by Google

de perenni sole perennis radius. Talis quum totius familiae Platonicae sententia sit, nec esse possit alia, perspicuum est, per leges disciplinae, quam profitentur, non licere illis cum Christianis de mundo & materia consentire, non posse eos non creationem mundi & materiae rejicere. Num igitur secum ipsis pugnant Platonici, quum affirmant, mundum non modo, sed & materiam mundi factam, genitam, immo una Dei voluntate ex nihilo productam esse? Num primorum forte philosophiae, quam probant, elementorum obliviscuntur? aut fallendi caussa aliter loquuntur, quam sentiunt? Solvam ego hoc aenigma, apertumque faciam, neque sibimet ipsis hos philosophos adversari, nec malitiosas mentibus aliorum insidias struere.

§. XXXII. Duplicem gerunt in plerisque scriptis suis personam Platonici, Physicorum nimirum & Metaphysicorum: quod qui haud animadvertunt, illi in 899 exponendis eorum sententiis non possunt non gravissimos errores admittere. Quum Physicorum munere funguntur, res, de quibus differunt, sic explicant, ut in se & natura sunt, ex sententia nimirum disciplinae, cujus scita tradunt. At Metaphysicorum quando sibi sumunt habitum, res natura sociatas cogitando divellunt, partesque rerum intelligentia sejunctas separatim ita considerant, ac si nullum inter eas vinculum esset, immo de illis tamquam de rebus per se subsistentibus loquuntur. Licuit hoc semper quodammodo facere Metaphysicis: at haec secta modum omnem excedit, quum hoc jure utitur. Postquam enim ex mundo hoc, quem cernimus, in mundum transiliit *idealem* seu *intelligibilem*, ita subito fervore effertur imaginationis & contemplationis impetu, ut animi notiones non in personas tantum, sed etiam in Deos convertat, & de his fictis & commentitiis personis & Numinibus, non secus, ac si res gestas heroum & hominum exponeret, longas narrare fabulas incipiat. Universa gens hac scabie laborat: sed alius tamen deterior est alio. Quidam, ut *Proclus*, *Jamblichus*, *Damascius*, ita effervescunt, quum naturae fines transgressi sunt, ut nullum ego fere poëtarum tantopere sese imaginationi suae tradidisse regendum, crediderim. Id in hac nos caussa in primis oportet observare. Physicorum personam dum sustinent Platonici, nec supra lunam & sidera commentando evolant, mundum perhibent aeternum esse, atque una cum Deo ex omni aeternitate ita exstitisse, ut totam naturam suam a Deo, tamquam efficiente caussa, acceperit. Haec sententia non nimis differt ab *Aristotelis* de Deo & mundo opinione, quod jam alias monuimus, & erroribus valde noxiis, immo summae adversus Deum impietati vicina est. Sed iidem homines quum frena laxant ingenio & in commentitium illum orbem, in quo ideae speciesque rerum vagantur, commeant, aut, quod idem est, Metaphysicorum suscipiunt partes, ita de mundo, de Deo, de materia mundi disputant, ac si a semet ipsis dissiderent, Deumque mundum & materiam nulla ratione inter se colligata esse putarent. Primum Deum a mundo cogitatione divellunt: quod quum fecerunt, de creationé mundi tam graviter & accurate loquuntur, ac si Deum initium aliquando laboris hujus feciisse, certumque ordinem in creando tenuisse & observasse vellent, quod Christiani a divino scriptore, *Mose*, didicerunt. Haec qui legunt, nec vel sciunt, vel recordantur cetera hujus familiae praecepta, facile adduci sese patiuntur, ut existiment, nihil fanius fieri his philosophis posse: Qui vero non ignorant, quae alias in eorum libris de aeterna mundi

Digitized by Google

di & Dei colligatione ſcripta leguntur, illi vident ac intelligunt, Metaphyſicam tantum eſſe creationem illam mundi, de qua diſſerunt, remque totam in *Epicuri* intermundiis aut potius in cerebro horum hominum agi, qui pro lubitu res natura ſociatas meditando diſſolvunt & componunt iterum. Nam quid eſt aeterna creatio, quam binorum vocabulorum conjunctio, quorum notiones diſparatae ſunt? Aut quo demum modo id, quod ex omni aeternitate fuit & ex Deo ſemper pependit, certis legibus & certo ordine ſervato conditum videri poterit? His nondum contenti doctores Platonici, ſubtilius inſtituunt, & quemadmodum Deum a mundo cogitatione ſecreverunt, ita materiam, ex qua conſtat mundus, a mundo ipſo ſejungunt, id eſt, notionem & ſpeciem materiae, in ſe & abſtracte ſpectatae, informant animis. Hunc ubi contemplationis gradum attigerunt & in ſublimi ſupra mundum & coelum conſtituti ſunt, dici vix poteſt, quantas excitent tragoedias. Namque de hac notione materiae, de ortu ejus, de affectionibus ejus, non ſecus deliberant & diſputant, ac ſi hominem quemdam aut animal contemplarentur & manibus contrectarent: quod quidem ex *Plotini* libro *de materia* & aliis ejus generis commentationibus apparet. Jurarent, qui non ſatis gnari ſunt rerum hujus ſectae, rem maxime gravem atque ſeriam agi, Platonicisque perſuaſum eſſe, exſtitiſſe, antequam fieret aliquid, materiam quamdam, & hanc materiam a Deo adhibitam fuiſſe, quum mundum fingere vellet: at qui diligentius perpendunt omnia, nec integumentis rhetoricis & poëticis deludi ſeſe ſinunt, illi de notione quadam animi, *de abſtractione* quadam *mentali*, de *idea Platonica*, tam verboſam, longam, & ſpinoſam diſceptationem inſtitutam eſſe, vident. Hanc illi notionem digitis fere dimetiuntur: hanc in omnes verſant partes: hanc denique in neſcio quae membra iterum diſcerpunt, in quorum conſideratione tam acuti ſunt & ingenioſi, ut diligentiſſimum etiam ſpeculatorem ſaepenumero effugiant & fallant. Quumque nullis in rebus facilius diſſenſiones & rixae oriantur, quam in illis, quae ab omni ſenſu remotae ſunt, nec niſi mente prorſus adducta & contenta cernuntur, ideo fit, ut de hujus ideae natura & proprietatibus in certamina incidant ſaepenumero acerrima, alterque alterum errorum poſtulet nullo modo ferendorum. Mittamus nunc reliqua, quae inter eos de materia quaeruntur, & ea tantum videamus, quae de ortu ejus in ſcholis tradi ſolent. Ardua eſt in his ſcholis & valde ſubtilis quaeſtio: Unde exſtiterit materia? quam idcirco *Porphyrius* inter eas retulit, de quibus Aegyptiorum ſententiam exquirendam ſibi eſſe duxit in epiſtola ad *Anebonem*, ſacerdotem Aegyptium. Patuit mihi vero libros doctorum ſtudioſe legenti, tres de hac re inter eos floruiſſe opiniones. Quidam volunt, materiam naturam eſſe per ſe ex omni aeternitate conſtantem & a divina natura plane ſeclusam & diviſam, quam Deus formaverit & certis legibus conſtrinxerit, quum mundum crearet. Qui hac imbuti ſunt ſententia, illi *Platonis Timaeum* potiſſimum teſtantur & in rem ſuam trahunt. Sed non ita multis hi videntur ſectatoribus valuiſſe: quare *Proclus*, *Hierocles*, & alii, id quod antea vidimus, ſecure eos corripiunt & violatae majeſtatis divinae prope inſimulant. Alii ex ipſa divina natura fluxiſſe materiam ex aeterno arbitrantur & divinae idcirco *eſſentiae* partem quamdam eſſe. Sic *Plotinus*, ſic *Porphyrius*, ſenſiſſe videntur: ſic *Jamblichus*, quod ſupra probatum dedimus, ut alios praetermittam, aperte ſenſit. Alii denique, quum ne hoc quidem dogma Deo ſatis eſſe dignum ducerent, altius etiam eniſi ſunt ingenio, materiamque ex nihilo ſola voluntate divina productam eſſe decre-

Digitized by Google

decreverunt. Hanc sententiam *Hierocles* professus est, quod ex verbis ejus supra recitatis apparet, & multi sine dubio alii. Suspicor autem, quum opinionis hujus in antiquioribus Platonicis nullum offendam vestigium, eam rebus Christianis jam multum amplificatis saeculo demum tertio natam & fortassis ab ipso *Hierocle* excogitatam esse. Qui quidem philosophus quum saepius cum Christianis congressus, nec leviter in monumentis eorum versatus esset, recte sese facturum opinatus est, si verbis eorum uteretur, &, quo citius flecteret animos, eodem modo, quo illi solebant, rerum omnium origines explicaret. Et observatum jam ab aliis est, plura eum tam verba, quam dogmata mutuatum esse a Christianis, atque cum sectae suae placitis colligasse, quo haec ornatiora redderet & Christianis gratiora. His contentionibus & certaminibus Platonicorum de ortu materiae qui spectator veluti interest, is levi a se labore impetrat, ut hos homines credat reapse materiam a mundo & a Deo sejunctam putasse, atque pro natura habuisse per se constante. Verum secus sentire coguntur, qui interiora sectae hujus dogmata non ignorant, velumque removent, quod disquisitionibus suis obtendunt. Namque hi intelligunt, Metaphysicum mimum strenuos hosce bellatores agere, vixque meliores esse illis, qui de umbra asini litem longam feruntur inchoasse. *De ente* scilicet *rationis*, quod nullum est, de *abstractione mentali*, de notione animi altercantur. Abjice figuras orationis & figmenta, atque hanc habebis disputationis universae summam: *Isne sapientius & rectius faciat, qui postquam abstractam materiae notionem animo & cogitatione informavit, cum hac notione ideam aeternae exsistentiae vel emanationis aeternae conjungat, an vero is, qui ideam creationis ex nihilo cum ea faciet?* Bellam profecto & tam acutis ingeniis dignam disceptationem! Quasi vero rei publicae aut salutis humani generis interfit, nosse, quemadmodum animo concipiendae sint species & imagines rerum, quae nusquam per se subsistunt, & ex infinito tempore tales fuere, quales nunc sunt. Finge tibi auream catenam ex omni aeternitate de manu Jovis pendentem; adde, tres philosophos acriter inter se rixari, num aurum, ex quo haec conflata est catena, quatenus cogitatione illud a catena secernitur & abstrahitur, per se ab aeterno fuerit, an vero ex manu Jovis fluxerit, an denique ex nihilo creatum sit: Quid diceres, si hos homines certare inter se & mutuis convitiis pugnare audires? Diceresne, propius eos a dementia abesse? Nam quum talis semper fuerit haec catena, qualis nunc est, & aeternum talis futura sit, non modo inutile, sed etiam lepidum & ineptum esse, contendere, qualem notionem auri, ex quo catena constat, mente informare oporteat. Aurum illud nec factum & natum est, nec extra catenam umquam exstitit, ipsa etiam catena nullo non tempore fuit: quid ergo prodest disputare, quale aurum illud futurum fuisset, si natum fuisset & extra catenam aliquando exstitisset? Transfer haec ad Platonicos nostros & quo loco habendae sint meditationes eorum de materia extra mundum spectata, non ignorabis. Nos, qui Christum sequimur, quum materiam docemus ex nihilo factam a Deo esse, rem & naturam intelligimus vere exsistentem: illi quum idem dicunt, non de materia ipsa, sed de abstracta tantum imagine & forma materiae, de umbra, de notione mentis suae loquuntur. Egrediamur igitur ex hac arena, postquam susceptum laborem absolvimus, nec oblatum nobis adhuc ex veteri memoria vel philosophum, vel populum quemdam decernamus, quem constet eamdem, quam Christiani, de rerum originibus & creatione opinionem fovisse.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO TERTIA.

QUO SEX SEQUENTIA ATHEORUM ARGUMENTA REFELLUNTUR.

ARGUMENTUM.

§. I. *Sequentia sex Atheorum argumenta quum ad eamdem metam collineent, conjunctim confutabuntur hac sectione.* §. II. *Antequam ad ipsa veniamus Atheorum argumenta, quibus effici posse sperant, nullum esse Deum corporis expertem, praemoneri debet: Tametsi non omnes, qui nihil fatentur esse, praeter corpora, Athei sint, omnes tamen in eo consentire Atheos, praeter corporea nihil usquam exsistere. Platonis loci quidam, ex quibus hoc apparet verum esse. Aristoteles pariter hac ratione disciplinam hujus generis explicat.* §. III. *At sunt tamen Athei hac etiam ex parte in varietate quadam positi. Qui cum Democrito & Epicuro vacuum quoddam esse volunt, tametsi hoc pro concesso sumant, omne, quod magnitudine caret, nihilum esse: duplicem tamen fatentur naturam extensam esse: alteram impenetrabilem, quae tangi queat, nimirum corpus: alteram penetrabilem, quae tangi nequeat, spatium seu vacuum, quod illi solum a corpore volunt abstractum esse. Hi sic argumentantur: Quum nihil corpore careat, praeter spatium: Ideo nullus est Deus corporis expers.* §. IV. *His ita respondemus: si spatium vera quaedam esset natura, nec tamen corporea, aut affectio esset ea incorporeae cujusdam substantiae, aut vero accidens quoddam sine substantia. Gassendus Atheis subvenire studet, quum spatium tuetur nec substantiam esse, nec accidens, sed medium aliquid inter utrosque. Sed quicquid subsistit, id aut per se subsistit, aut tamquam modus inest in re alia per se subsistente. Ergo spatium aut est extensio corporis, aut substantiae cujusdam incorporeae, aut nihili: at nihilum extendi nequit: quare spatium, si corporis est extensio, sit necesse est extensio infinitae substantiae incorporeae aut Dei: quae quorumdam ex illis est opinio, qui Deum esse fatentur.* §. V. *Ridiculi & commentitii Epicuri Dei, qui nec tangere possunt, nec tangi, & incorporei idcirco sunt extra spatium.* §. VI. *Alii Athei vacuum esse negant, spatiumque statuunt non esse naturam, sed notionem tantum animi, aut extensionem corporis abstracte consideratam. Hi sic rationem subducunt: Quodcumque est extensum, id aut corpus est, aut res corporea: At quodcumque est, id extensum est. Ergo nihil est, nisi corpus.* §. VII. *Hoc argumentum duplici ratione refellitur. Quidam minorem propositionem negant: Quodcumque est id extensum est. Alii majorem: Quodcumque extensum, id corpus est. Primum plerique omnes veterum, qui naturas esse statuunt corpore semotas, adseverant, esse aliquid non extensum, indistans, quantitate, magnitudine, partibus carens, denique individuum. Platonis hac de re loci. Aristotelis primus motor magnitudine caret.* §. VIII. *Philo Judaeus duplicem statuit substantiam esse. Deus ipsi & ubique est & nusquam. Plotinus idem tradit, qui binos de hoc argumento libros composuit. Simplicii argumenta, quibus pugnat esse substantiam quamdam haud extensam.* §. IX. *Nullus plenius & diligentius hoc dogma defendit, quam Porphyrius,* 1001

Digitized by Google

qui affirmat inter alia, ſi tale eſſet incorporeum ſpatium quale Democritus & Epicurus eſſe voluerunt, Mentem ſive Deum non poſſe una cum eo extenſum eſſe, ſed tantum corpus. §. X. *Idem tradidit Origenes contra Celſum. S. Auguſtinus humanam animam omni carere dimenſione & in ſe illocalem eſſe docet. Boëthius inter communes notiones hoc refert, incorporea non eſſe in loco.* §. XI. *Non ergo nova eſt eorum ſententia, qui Deum non hic eſſe, aut illic, ſed totum individuum, ſingulis mundi partibus praeſens, eſſe tuentur. Argumenta contra hanc ſententiam* (I.) *Qui Deum & naturas corporis expertes dicunt eſſe inextenſas, illi eas in res tenuiſſimas & contemnendas ideo convertunt. Plotini & Porphyrii reſponſiones ad hoc argumentum.* §. XII. *Alterum argumentum adverſus eam: Quod nec magnum eſt, nec parvum, nec in loco verſatur, id nullum eſt. Platonis, Plotini, & Porphyrii reſponſiones ad hoc argumentum.* §. XIII. *Falluntur, qui Deum & animos humanos corpora eſſe opinantur ſubtiliſſima. Nam diſcrimen illud, quod corpora ſejungit tenuia & craſſa a motione unice, ſi veram audiamus philoſophiam, oritur. Corpus tenuiſſimum tantam poteſt conſequi duritiem, quantam ferrum & plumbum habet, & viciſſim corpus denſiſſimum tam fieri poteſt ſubtile, uti aether eſt.* §. XIV. *Tertium argumentum contra eos, qui naturam eſſe non extenſam tradunt: Fieri nequit & abſurdum prorſus dictu eſt: univerſum & omne in toto non minus, quam in ſingulis ejus partibus eſſe. Plotini ad hoc argumentum reſponſio.* XV. *Ultimum argumentum animos potiſſimum humanos & finitos ſpiritus ſpectat, quos qui aliquid eſſe credunt non extenſum, nec in loco eſſe, nec moveri, ſciſcunt. Putant vero, qui ſecus ſentiunt, hanc ſententiam non modo abſurdam eſſe, verum etiam recepto illi inter Dei profeſſores dogmati, de animorum poſt corporis obitum in locum quemdam medium, qui Hades dicitur, deſcenſu contrarium. Duplex Plotini ad hoc argumentum reſponſio. Idem philoſophus quum addit, animum ab* idolo *quoque ſuo ſeparari poſſe, a germana ſcholae ſuae diſciplina recedit, quae ſtatuit, animos ſemper cum corpore quodam ſociatos & copulatos eſſe. Porphyrii locus, quo hoc dogma tradit & explicat.* §. XVI. *Excerpta quaedam ex Philopono, quibus doctrina veterum, de animae corpore ſpirituali ſeu aethereo, quod poſt corporis obitum retinet, copioſe declaratur.* §. XVII. *Patet ex his excerptis, exiſtimaſſe veteres quosdam, animam hac in vita ſubtiliori*
1002 *quodam corpore, tamquam veſtimento interiori, indutam eſſe, quod ei adhaereſcat, tametſi exterius ſuum veſtimentum per mortem amiſerit. Quidam eo progreſſi ſunt, ut ſciſcerent, poſſe animam ſubtiliori hoc corpore ſuo veſtitam ad tempus aliquod ex craſſiori corpore ſuo excedere. Certum eſt, animam noſtram non in carnem & oſſa, ſed in leviores quosdam ſpiritus, qui animales vocantur, agere. Porphyrii hac de re locus.* §. XVIII. *Conſtat ex iisdem excerptis, veteres, praeter haec duo corpora,* terrenum & aëreum, *animis illis, qui prae ceteris poſt mortem purgati eſſent, tertium quoddam genus corporis tribuiſſe, quod* luciforme, coeleſte, aethereum *nominarunt. Procli & Hieroclis de eo teſtimonia, nec non oraculorum Chaldaicorum & Syneſii. Haec doctrina de duplici interiori amiculo animi non a recentioribus primum Platonicis poſt natum Servatorem inventa eſt, ſed jamdudum a Virgilio tradita, quem plerique non intelligunt.* § XIX. *Quidam de Platonicis & Pythagoraeis animos, quum primum a Deo crearentur, hoc luciformi & coeleſti corpore indutos eſſe, idque ab illis haud amitti, quum ad haec terrena & gravia corpora deſcendunt, tametſi quodammodo id obſcuretur & inficiatur, tradunt. Plethonis, Galeni, & aliorum loci de hac re. Hanc propter doctrinam ſuis non modo hi philoſophi moralem & rationalem, verum etiam myſticam & teleſticam purgationem commendabant. Hieroclis luculentus locus. Plinii dictum de morte per ſapientiam. Nec tamen omnes hujus generis arbitrantur, unum idemque corpus aethereum animo ſemper adjunctum eſſe, ſed animum quidam cenſent ubique corpus aut reperire, aut ſibi facere. Porphyrii locus. Pla-*

Digitized by Google

to idem videtur senſiſſe. §. XX. *Hierocles omnes veteres in hac tradit fuiſſe ſententia, nullum animum eſſe ſine corpore. Definitio ejus hominis: Homo eſt anima rationalis, cui adhaeret immortale corpus.* §. XXI. *Summa totius reſponſionis, qua veteres eos repreſſerunt, qui ſtatuerunt, abſurdum dictu eſſe, animos non eſſe in loco, nec moveri.* §. XXII. *Digreſſio inſtituitur, in qua Pythagoraea haec doctrina cum Chriſtianorum comparatur dogmate, & utriusque conſenſio & diſſenſio oſtenditur. Conſentiunt primum utrique in eo, quod ſumma felicitas & perfectio humanae naturae non conſiſtat in ſtatu animae ab omni corpore ſeparatae. Quidam tamen contrarium ſibi perſuaſerunt contemplationibus ſuis ultra modum dediti, ut Plotinus, & inter Judaeos Maimonides, itemque illi qui reſurrectionem, vitamque futuram in allegoriam quamdam convertunt.* §. XXIII. *Conſentiunt deinde utrique in eo: Felicitatem animorum humanorum non conſiſtere in conjunctione cum corporibus ejusmodi craſſis & terrenis, qualia ſunt haec noſtra corpora. Hoc enim corpus tam philoſophia, quam divina patefactio carcerem dicit eſſe animae: quare in reſurrectione id corpus non recipiemus. Differentia inter corpus, quod hic gerimus, & inter id, quod in reſurrectione reddetur nobis, ex mente Scripturae. Conſenſus philoſophorum hac in re cum ea. Reſurrectio ad vitam in ſacris litteris ſimpliciter* reſurrectio *dicitur.* §. XXIV. *Num vero animi humani poſt mortem cum aliquo ſemper corpore conjuncti, an vero omni corpore ad diem usque reſurrectionis nudati vivant, id religionis Chriſtianae praeceptis non plane determinatum eſt. Animi a corpore ſeparati, vivunt Deo. Origenes cenſet, neminem, niſi Deum, vivere ab omni corpore ſejunctum poſſe. Si naturale eſt animae, corpus quoddam animare, non eſt probabile, eam tam diu in ſtatu quodam praeternaturali relinqui a Deo.* §. XXV. *Probabile eſt ex ſacris litteris animas impiorum poſt fata poenam ſenſus ſuſtinere, praeter angores conſcientiae; non vero intelligitur, quomodo, ſi corpore carerent omni, poenam hanc ſubire poſſent. Tertulliani locus, qui tamen eo usque, quod vitioſum eſt, progreditur, ut ipſam animam corpus eſſe ſciſcat.* §. XXVI. *Irenaeus clare tradit, animam, tametſi per ſe corpore careat, ſemper tamen cum corpore ejusdem formae & generis, cujus illud eſt corpus, quod hic geſſit, conjunctam eſſe.* §. XXVII. *Origenes in eadem eſt ſententia: qui etiam cenſet, animam poſt fata in eo corpore, quod luciforme dicit, apparere poſſe.* §. XXVIII. *Ipſe Chriſtus, quum negat ſpiritum carnem & oſſa habere, videtur ſpiritibus corpora tenuiora & ſubtiliora relinquere. Philoſtrati locus non diſſimilis. Origenes corpus Chriſti, quod poſt reſurrectionem habuit, medii generis fuiſſe perhibet, inter corpora haec noſtra & illa, quae ſpiritibus adhaerent.* §. XXIX. *Petri locus* 1. *Petr.* III. 18. *ut a patribus explicatur, probat, animam Chriſti poſt obitum ejus non omni vacaſſe corpore. Moſes & Elias, quum apparerent Servatori noſtro, veris haud dubie corporibus praediti fuerunt.* §. XXX. *Regeniti hac in vita pignus quoddam & praeguſtum habent futurae haereditatis ſuae, id eſt, corporis ſpiritualis & coeleſtis, ut Irenaeus & Novatianus tradunt. Haec anticipatio corporis coeleſtis non concipi poteſt, ſi animi putentur poſt fata corporis omnis expertes eſſe.* §. XXXI. *Neque haec opinio viſa fuit aſſertoribus ejus pugnare cum dogmate Chriſtiano de reſurrectione.* §. XXXII. *Tradunt poſtremo Pythagoraei, daemones ſeu angelos, omnesque naturas intelligentes, quae creatae ſunt, non ſecus ac homines, conſtare ex anima & corpore. Hieroclis locus, quo hoc dogma traditur. Solus Deus hoc ſenſu corporis expers, animaque non mundana, ſed ſupramundana dicitur.* §. XXXIII. *Cum hac doctrina prorſus conſentit Origenes, qui naturas ratione praeditas nec eſſe corpus pronuntiat, nec ſine corpore.* §. XXXIV. *Huëtius male explicat Origenis ſententiam, ac ſi credidiſſet is, angelos non habere corpora, ſed eſſe corpora. Probat is e contrario ex ſacris litteris, eſſe naturas corpore ſecretas, tametſi corpore ſemper utantur.* §. XXXV. *Quidam patrum eousque progreſſi ſunt hac in re, ut ange-*

Digitized by Google

angelos totos esse corporeos statuerent. At plerique tamen antiquorum doctorum ab hac extremitate sibi cavent. Angelos pro mentibus omni corpore sejunctis non fuisse ab illis habitos, ex eo primum apparet, quod malos angelos nidore sacrificiorum pasci & delectari, asseverant. Sic Origenes, Justinus, Athenagoras, Tatianus, & alii. S. Basilii singularis hac de re locus. §. XXXVI. *Diserti patrum, Augustini, Claudiani, Mamerti, Fulgentii, Johannis Thessalonicensis, Pselli loci, ex quibus apparet, credidisse eos, angelos tam bo-*
1003 *nos, quam malos, constare ex corpore & anima.* §. XXXVII. *Qui angelos incorporeos, ἀσωμάτους esse dicunt, illi hoc tantum docent, non esse illis gravia & terrena corpora.* §. XXXVIII. *Videntur antiqui doctores aliquot sacrarum litterarum locis adducti esse, ut in hanc ingrederentur sententiam, Christi nempe verbis Luc. XX. 35. Judae, & aliis.* §. XXXIX. *Si omnes angeli cum corpore semper conjuncti sunt, probabile sit inde, animos hominum etiam post excessum ex hac vita non ab omni corpore semotos vivere. Nec intelligi potest, quomodo naturae imperfectae sentire aut imaginari queant, si corpore careant. Origenis loci hac de re explicati Neque haec opinio Origenis umquam inter errores ejus relata est. Nec Methodius hoc nomine Origenem reprehendit: cujus sententia melior est Methodii dogmate.* §. XL. *Consentiunt hac in re multi cum Origene veterum doctorum, Irenaeus, Philoponus, Psellus, & alii. Augustinus dubius & incertus, quomodo sentiendum sit.* §. XLI. *Hactenus expositum est, quomodo illi, qui olim affirmarunt, esse naturas non extensas, omnibus adversariorum suorum exceptionibus occurrerint. Nunc argumenta quoque eorum expendi debent, quibus adducti sunt, ut sententiam imaginationi tantopere contrariam adoptarent.* §. XLII. *Quaecumque argumenta probant esse alias praeter corpora naturas, illa etiam contra Atheos ostendunt, esse naturas non extensas. Nam ipsi Athei in concessis hoc ponunt, quidquid extensum est, id esse corpus. Sed nec alia desiderantur apud veteres argumenta, quae hoc directe probant. Plotini primum argumentum, quo probat, animum mentemque hominis carere extensione.* §. XLIII. *Alterum Plotini argumentum ad hanc rem probandam, a virtute ductum animae, exponitur, & ab omnibus exceptionibus adversariorum vindicatur.* §. XLIV. *Probat tertio Plotinus, animam non esse extensam, ex Sympathia seu ὁμοπαθείᾳ, quae est in animalibus. Res una est eademque, quae percipit dolorem in capite & in pede.* §. XLV. *Ultimum Plotini argumentum, quod a rationalibus animi virtutibus ducit. Magnitudo non potest intelligere id, quod magnitudine caret ac individuum est. At nos non modo notiones habemus latitudinis individuae, sed etiam rerum, quae magnitudine, situ, &c. carent.* §. XLVI. *Forte etiam veteres sic argumentati sunt: Tametsi concipere nos possumus extensionem sine cogitatione & vicissim cogitationem sine extensione, haud tamen concipere possumus cogitationem adjuncta extensione. Quare si id, quod non extensum, nihilum est, cogitationes nostrae, veritates omnes Metaphysicae, cognitio, sapientia, justitia, temperantia, nihil erunt. Alia ad hanc rem pertinentia.* §. XLVII. *Veterum ergo philosophorum, qui naturas esse corpore vacuas professi sunt, haec fuit sententia, binas esse in hac universitate naturas, alteram molem patientem & extensam, cujus natura clarius explicatur, alteram vim agentem, vitam, cogitationem. Neque duae hae res, vita & extensio, unius sunt ejusdemque rei inadaequatae notiones. Intelligi nullo modo potest, quomodo variae naturae cujusdam extensae partes concurrere queant ad unam eamdemque cogitationem producendam.* §. XLVIII. XLIX. *Virtutes utriusque hujus naturae valde differunt inter se. Altera nihil habet, quam virtutem exterius sese movendi: altera insita valet efficientia. Res corporea, nec tamen extensa, nihilum est, cujus notionem animo informare nullo modo licet.* §. L. *Summa totius disputationis pro naturis non extensis contrahitur.* §. LI. *Hactenus eorum argumenta, qui naturas esse volunt non extensas, fideliter sunt a nobis exposita. Li-*

quet

Digitized by Google

quet saltim ex illis, esse alias, praeter corpora naturas. Qui hoc negare volunt, Atbei, eos statuere decet, quamlibet cogitationem physice dividi posse, aliaque non minus absurda probare. §. LII. Satis dictum est de prima veterum responsione adversus illud Atheorum argumentum, quo putant probari a se posse, nullam esse naturam, nisi corpoream. Eorum est haec responsio, qui minorem argumenti propositionem negant. Nunc eorum quoque videnda nobis est responsio, qui propositionem majorem oppugnant. Hi statuunt, esse extensionem quamdam corporis expertem, penetrabilem quidem, sed ex partibus physicis, quae separari nequeunt, haud constantem, ad quam pertineat vita & cogitatio. Probabile est, binas hasce responsiones eos sociare voluisse, qui Deum esse inextensum & ubique individuum, animas vero quodammodo extensas statuerunt. Utra melior sit harum responsionum, nos minime constituimus. Quod ponimus, id ab omnibus agnoscitur, qui esse aliquid corporis expers, contendunt: Esse alias, praeter corpora, naturas, quae divelli nequeant, tametsi a corpore penetrentur. Atque hoc extra controversiam est positum, omnemque Atheorum apparatum plane interimit. §. LIII. Alterum Atheorum argumentum contra eos qui naturas esse credunt corporis expertes. Contendunt hanc sententiam ex scholastiorum esse lacunis hausiam & ex abstractorum vocabulorum abusione. Opinio quidem de spiritibus, quorum Deus princeps, ex metu primum orta est, ut volunt Atbei: At hos ipsos spiritus omni corpore secretos esse, id, si Atheos audias, numquam hominibus in mentem venisset, nisi abstractis hisce vocabulis rerumque essentiis sese passi fuissent decipi. §. LIV. Ad haec nos respondemus, haec omnia mera esse commenta & somnia. Opinio de Deo & spiritibus non ex formidine nata est. Nec apparitiones fundamento carent. Quemadmodum animalia sunt terrena, quae videri possunt: ita etiam nihil impedit, quo minus credamus, esse etiam animalia aetherea & aëria, quae in oculos non incurrunt. Ridicule stulti sunt, qui nullam esse naturam intelligentem homine superiorem arbitrantur. §. LV. Respondemus deinde, opinionem hanc de spiritibus corpore secretis non potuisse ex scholasticorum sententiis nasci, sive illae abstracte, sive concrete considerentur. Nemo putat, has essentias vere extra mentem hominis subsistere: sunt enim tantum animi notiones & conceptiones. Dicuntur illae rerum essentiae aeternae: cujus sententiae vis exponitur. §. LVI. Aeque absurdum est, quod dicunt Atbei, ex abstractis rerum vocabulis & notionibus natas esse mentes & spiritus. Vita interior non est modus corporis, sed modus alius 1004
naturae corpore disclusae, uti magnitudo modus est corporis. §. LVII. Reliqua Atheorum argumenta brevius expediuntur. Quintum, sextum, septimum, & octavum unice hoc fundamento nituntur: nihil esse in mundo praeter corpora, cujus falsitas jam ostensa. Ex consideratione tamen binarum illarum sententiarum, quae quinto & sexto continentur Atheorum argumento, ostendere licet etiam, non posse non naturas esse corpore semotas. §. LVIII. Quidam Atheorum, qui ad materiam omnia revocant, qualitates & formas generari & corrumpi censent. Hi dicuntur Hylopathici & Aristotele antiquiores sunt. §. LIX. Dicuntur etiam Anaximandrini, tametsi fortasse nonnihil est discriminis inter Anaximandri & veterum illorum philosophorum sententiam. §. LX. Alii Atheorum atomis utuntur & ex corpusculis omni qualitate vacuis cum omnia, tum vitam & intelligentiam evocant. Hi Democritici appellantur, quia Democritus princeps hoc philosophandi genus ad Atheismum stabiliendum accommodavit. §. LXI. Qui nihil, nisi corpora, in mundo esse statuit, & simul prima corporum elementa scisdit vita & intelligentia carere, is non potest non decernere, nullum esse Deum. Hinc Stoici, qui corporibus omnia contineri volebant, posterius negabant, & ignem quemdam intelligentem & aeternum pro mundi habebant opifice. Origenis de hac philosophia locus. §. LXII. Utraque vero disciplina Atheorum, corporibus hanc universitatem concludentium, inepta est, non modo ideo, quia neutra efficien-

cientem cauſſam nominat, ſed etiam, quia utraque vitam & intelligentiam ex nihilo creat. At gravius tamen delinquunt illi, qui Democriti praecepta probant, quam reliqui. Nam ſi materia omnis per ſe vita & intelligentia caret, neceſſe omnino eſt, eſſe naturam aliquam corporis expertem, quae praedita ſit vita & intelligentia. §. LXIII. *Quod quum intelligerent Hylozoitae, vitam ipſi materiae attribuerunt, ſed non animalem. Illi ergo vitam animalem ex nihilo producunt. Princeps argumentum Democriticorum adverſus Hylozoitas tale eſt, ut nihil hi ad illud reſpondere valeant.* §. LXIV. *Quintum igitur & ſextum ex Atheorum argumentis plene confutata ſunt.* §. LXV. *Quae ſequuntur, duo Atheorum argumenta, quum hoc certum ſit, eſſe naturam corporis expertem, per ſe corruunt, quia contrarium aſſumunt. Septimum eos proprie ferit tantum, qui genus quoddam Theogoniae introducunt, & Deum ſeu animam mundi ex materia vita & ſenſu vacua prognatam eſſe, tradunt. Sano ſenſu dicere licet, mundum eſſe animatum. At qui totum mundum corporeum, eumque anima praeditum, Deum eſſe ſtatuunt, illi a nobis exploduntur.* §. LXVI. *Octavum Atheorum argumentum unice rurſus inani hoc fundamento nititur: omnem vitam & intelligentiam naſci ex corpuſculis ſenſu & vita vacuis. Quod quidem falſum eſſe oſtenditur.*

§. I. Quae ſequuntur, ſex argumenta profanae ac Deo inimicae cohortis eo collineant unice, ut nec Deum corporis expertem, nec Numen corpore praeditum exſiſtere, planum faciant, Namque hoc utrumque ſi obtinuerint Athei homines, nihil fore credunt reliqui, quam ut nullum omnino Deum eſſe conſtituatur. Nos ergo ſex haſce rationes conjunctim confutabimus, atque omni ut eas robore exuamus, in tres laborem noſtrum partes diſtribuemus. Primum ea, quae tertia quartaque ratione continentur ad Deum corporis expertem de medio tollendum, profligabimus. Deinde ipſa illa religionis hoſtium de natura corporum praecepta, uti quinto ſextoque argumento exhibentur, id flagitare a nobis declarabimus, ut credamus, eſſe naturam aliquam corporis inopem. Poſtremo, quum vocari nequeat in dubium, eſſe naturas corpore vacuas, duo conſequentia hominum Deo adverſariorum argumenta, quibus Deum cor-

(*a*) *Dubium eſſe poteſt*] Non omni haec doctiſſimi viri opinio dubitatione vacat. Ego quidem non diffiteor, videri mihi, eos, quos *Plato* tradit totam rerum naturam pro corporea duxiſſe, ſejunctos eſſe ab illis, quos in extremo *Dialogo* idem perhibet, omnem mentem & potentiam divinam a conſtructione hujus orbis ſecluſiſſe. Nam, ut taceam, longo intervallo haec duo genera in *Platonis* libello divelli, illi, quos *Plato* rebus a corpore ſecretis inimicos fuiſſe perhibet, nulli ſunt alii, quam *formarum & ſpecierum* ſeu *idearum* contemtores, quod ex conſequentibus manifeſtum eſt, neque philoſophus alio familiam hanc nomine reprehendit, quam quod formas rerum & aeternas ſpecies, quibus ipſe favebat, aſpernetur. Haec vero *idearum Platonis* contemtio non impedit, quo minus homines illi religione quadam imbuti eſſe, Deumque ipſum pro natura tenuiſſimo & ſubtiliſſimo corpore praedita, quae multorum fuit ſententia, habere potuerint. Sed fuit viro erudito, id quod paullo poſt patebit, ratio quaedam, propter quam rerum a corpore ſemotarum negatores, quos inducit *Plato*, ab ejusdem Atheis non differre voluit.

(*b*) *Dicerent*] Ego vero his ipſis *Platonis* verbis commoveor, ut non adeo impios fuiſſe eos cenſeam, quos negaſſe perhibet, eſſe aliquid in hac rerum univerſitate, praeter corpora, ut Deum plane tollerent. Namque ipſa (I.) haec controverſia, quam *Plato* tangit, docet, non de Deo & religione, ſed de *ideis* & formis inter hoc genus & ejus adverſarios actum fuiſſe. Qui pro ideis olim & aeternis rerum ſpeciebus pugnabant, illi ſolebant virtutes humanas, ſapientiam, juſtitiam, amorem, & reliquas, ſeu potius notiones & formas harum virtutum, in medium afferre, ex illisque, qui

corpore praeditum petunt, septimum, nimirum & octavum, omni vi carere demonstrabimus.

§. II. Exordium ab eo ducimus, quod primum est horum, idque nobis statim demonstrandum sumimus, quae religionum inimici disputant, ut Deum corpore vacuum nusquam esse posse probent, inficeta esse ac stolida. Memini, me jam supra monere, tametsi non omnes statim, qui praeter corpora negant esse aliquid, Atheorum numero habendi sint, neminem tamen umquam fuisse Dei contemtorem, quin idem omnia corporibus concluderet, hocque instar decreti adscisceret certissimi: Nulla usquam est res per se subsistens, si a corporibus discedas. Dudum est, quod *Plato* jam hoc animadvertit: (*) διαχωρίζουσι τοῦτο εἶναι μόνον ὃ παρέχει συνουσίαν ἢ ἁφήν τινα τοιαύτην σώματι καὶ οὐσίαν ὁρίζόμενοι· τὸ δ' ἄλλου τίνος φωνὴ μὴ σῶμα ἔχον εἶναι, καταφρονοῦντες τὸ παράπαν καὶ οὐδὲν ἐθέλοντες ἄλλο ἀκούειν. *Id esse solum affirmant, quod quoquo modo percipitur & tangitur, idemque corpus & essentiam esse tradunt. Quidquid vero absque corpore dicitur esse, contemnunt, nihil aliud audire volentes.* Nec enim ullum cuiquam esse dubium potest, (a) quin quos his verbis perstrin- 1005
git philosophus, ipsi illi sint Dei irrisores, de quibus postea eodem hoc Dialogo hoc modo differit: (†) μῶν τῶν τῆ πολλῶν δόγματα καὶ μύθους χρώμενοι φύσεμεν, ἢ φύσιν αὐτὰ πάντα γίγνεσθαι, ὑπό τινος αὐτομάτης, τοῦ ἄνευ λόγου φύσεως, ἢ μετὰ λόγου καὶ θείας τινὸς διανοίας, ὑπὸ θεοῦ γιγνομένης. *Num multorum doctrinam & sermones sectabimur, dicentium, ista natura ipsa gigni a caussa quadam fortuita, sine mente istud agente, vel cum ratione potius & scientia divina, quae ab ipso Deo sit orta, facta esse omnia putabimus?* Narrat certe *Plato*, nonnullos impii illius generis aegre a se potuisse impetrare, ut prudentiam, justitiam, ceterasque virtutes morales res esse corporeas aut corpora, dicerent: (b) ὁπωσοῦν ἢ μὲν ψυχὴν αὐτῶν δοκεῖν σοφίαν σῶμά τι κεκτῆσθαι· φρόνησιν δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἃ νυνδὴ ἔλεγεν, ἂν ἱερατικῶς, αἰσχύνονται τὸ παράπαν, ἢ μηδὲν τὰ δόξαν αὐτοῖς ἀμολογεῖν, ἢ παντάπασιν εἶναι σώματα διαχυρίζεσθαι. *Respondent, animam quidem corpus aliquod habere, sapientiam vero & cetera, de quibus percontaberis, aut nihil esse, aut corpora, asserere nondum audent.* Sed hoc idem censet esse impietatis plane caussam prodere ac deserere: εἰ γάρ τι δεῖ σμικρὸν ἀθλιώτερον τοῦ ἄθεον συγχωρεῖν ἀνώμαλον, ἐξαρκεῖ. *Nam si quid vel*

(*) Sophist. p. 172. Ficini. (potius 160. *f.*) (†) (p. 168.)

qui adversabantur ideis & corporibus concludebant omnia, quaerere; Num has virtutum formas aut nihil, aut corpora censerent esse? Captiosa vero vehementer haec erat interrogatio: quare qui a Platone hic commemorantur, idearum contemtores, certi aliquid respondere non audebant, nec a se impetrabant, ut virtutes illas vel nihil, vel corpora esse dicerent. Sine dubio tamen non prorsus tacuerunt. Non placuit Platoni, litis hujus naturam & statum sic explicare, ut vera ejus ratio ex omni nobis parte pateat: quapropter nec dilucide intelligere nobis licet, utrum hoc silentio aut dubitatione caussam suam prodiderint, an vero juverint: Sed satis nobis est, scire, de Deo & religione nihil disputatum esse adversus illos, sed de exsistentia tantum formarum & idearum. (II.) Ait *Plato*, concessisse eos animam *aliquid esse, corpus aliquod habere.* Hoc iterum ut melius de hac familia sentiam, quam vir doctissimus, me inducit. Nam si homines hi Deo & omni religioni fuissent inimici, animam dixissent aut *nihil corpus* esse, aut modum & affectionem corporis. At statuunt tantum, animam corporis esse participem, aut corpus habere. Ex quo quidem verisimile fit, animam ab illis ut naturam spectatam esse, a terreno quidem & crassiori corpore, quo cingimur, secretam, at nihilo tamen minus corporis haud expertem, sed subtiliori quodam corpore vestitam. Hanc vero sententiam multorum fuisse olim, qui bene ceteroquin de Deo rebusque divinis censuerunt, nec omnem pietatem & religionem tollere, neminem harum rerum peritum fugiet.

vel exiguum quidem Incorporeum esse concedunt, sufficit. Quapropter eos, qui hoc concedant, semi-Atheos esse tantum, nec cum germanis Numinis supremi contemtoribus omni ex parte componi posse, concludit, ἐπὶ αὐτῶν οὐδ' ἂν ὁ ἐπαοιδὸς θεῖεν, οἱ γε αὐτῶν σπουδῇ καὶ κατὰχθονες, ἀλλὰ δεισιδαιμονοῦντ' ἄν, πᾶν ὃ μὴ δυνατοὶ τοῖς χερσὶ συμπιέζειν, εἶναι ἄοντα τῶν ὄντων τὸ παράπαν ἐᾷ. (c) *Nam qui perfecti sunt & germani Athei, illi neutrum horum, quae diximus, asseverare verebuntur, verum omne illud,* 1005 *quod ipsi manu comprehendere nequeunt, id nihil & nullum esse dicent*, id est, nihil revera esse ac subsistere in orbe, praeter corpora, quae tangi possunt, aut tactioni resistunt, statuent. (d) *Aristoteles* eodem modo disciplinam hujus generis explicat: τὴν μὲν ποιότητα φασὶν εἶναι τὴν ἄπασαν οὐσίαν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα πάθη τούτων. *Perhibent, materiam seu corpus omnem esse essentiam, reliqua vero omnia ejus tantum esse affectiones & temperationes.* Item *in Metaphysicis:* (*) ἓν τὸ πᾶν καὶ μίαν τινὰ φύσιν, ὡς ὕλην τιθέασι, καὶ ποιὸν σωματικὸν καὶ μέγεθος ἔχοντα. *Universum unum & unam quamdam esse naturam, ut materiam, ponunt, & hanc corporalem & magnitudinem habentem.* Ex quibus intelligitur, veteres religionum adversarios eamdem foviisse sententiam, quam illi, qui nostra turbant tempora, corporaque sola, seu id, quod tangi & secari potest, vere subsistere, judicasse. Quae si vera foret opinio, naturam corpore carentem non differre a corpore corporis experte, id est, a re quae dictu absurda est & fieri nequit, certum esset: nec ullus idcirco Deus a corpore abstractus esse posset.

§. III. Itaque in universum consentiunt, qui religionem & Deum aspernantur: verum ubi ad causae ventum est explicationem, non leviter inter se dissident. Principio, qui *Democrito* & *Epicuro* sese adjunxerunt, id quidem scitum generatim probant, quod omnes, qui abhorrent a Deo, adsciverunt: Quidquid extensione caret & magnitudine, id nihilum est: Ex quo consequitur, nullam substantiam aut modum ullius substantiae extensione carere posse. At iidem tamen duplicem sibi fingunt naturam: aliam enim dicunt esse ita extensam, ut penetrari nequeat, tam-

(*) Metaphys. Lib. I. Cap. 7. (p. 274. T. IV. Opp.)

(c) *Nam qui*] Ita quidem *Cudworthus* haec *Platonis* verba vertit, sed ad suam potius id facit, quam ad *Platonis* sententiam. *Plato* nullam Atheorum hoc in loco mentionem facit, nec homines illos, quorum enarrat sententiam, si veri essent Athei, responsuros esse tradit, nihil esse, si ab eo discedas, quod manibus comprehendere liceat. Quaerit hospes Eleates, quem in hoc dialogo loquentem inducit *Plato*, ex Theodoro, num hi homines, qui negarent esse aliquid, praeter corpora, animam virtutesque humanas in corporum etiam numero collocarent. Respondet Theodorus, animae quidem corpus ab hoc hominum genere tribui, de virtutum vero natura nihil certi ab illis decerni. Ad haec Hospes, bene se jam sperare inquit de familia hac: *Nam si Spartani essent & homines indigenae*, id est, si tam ingenuo essent ac nobili animo, quo Lacedaemonii ferebantur esse, qui libere & sine fuco mentis eloquebantur sensa, & simul indigenae, quales Spartani videri volebant, *non diu morarentur nos, sed libere & sincere aut nihil esse virtutes, aut corpora, constituerent, immo aperte nihil esse, praeter id, quod complecti manibus & tangi posset, profiterentur.* Igitur *Plato* non eos esse ait semi-Atheos, sed negat quodammodo eos veros & germanos esse Spartanos & indigenas.

(d) *Aristoteles*] Prior, qui hic affertur, *Aristotelis* locus, tametsi haud segniter evolverim philosophum, oculos meos effugit; nec tamen eum alicubi exstare dubito. Alter ita, uti hic, apud *Aristotelem* legitur, sed ad causam, quam hic agit vir egregius, aut parum, aut forte nihil, meo quidem judicio, confert. Nec enim *Aristoteles* eos, quos ait unam materiam pro rerum omnium principio habere, Atheos esse & Deum funditus tollere adieverat. Ideo vero affertur hoc

Digitized by Google

tametſi tangi aut tactui reſiſtere poſſit; haec corporis eſt de ſententia hujus generis definitio: aliam vero ita eſſe ſtatuunt extenſam, ut penetrari poſſit, tametſi tangi nequeat; ſic ſpatium deſcribunt, quod naturam eſſe arbitrantur reapſe diſtinctam a corpore ſolamque rem, quae exiſtit, (*e*) corporis inopem. Quoniam vero ſpatium hoc, praeter quod negant eſſe aliquid corporis expers, nec facere quidquam, nec perferre poteſt, ſed locum tantum corporibus praebet aut conſiſtendi, aut ſeſe movendi, ideo ex hac conſequitur ſententia, nullum Deum eſſe intelligentem, agentem, & corpore vacuum. Hoc pacto rationes inſtituunt, qui *Democriti* ſcita, quo Deum ex orbe tollant, complectuntur.

§. IV. Huic factioni ita occurrimus. Si, quod ipſi volunt, ſpatium natura eſt a corporea reapſe ſecreta, resque omni vacans concretione corporea, ex hac ipſa perſpicuum erit ſententia, eſſe naturam aliquam corpore prorſus deſtitutam. Quumque idem ſpatium infinitum eſſe ſimul affirment, inde Deum eſſe infinitum, 1007
corporisque omnis expertem conficietur. Etenim ſpatium, ſi nec corporis eſt extenſio, nec ulla ejus affectio, aut accidens ſit neceſſe eſt, per ſe ſine ſubſtantia exſiſtens, quod perabſurdum eſt cogitatu, aut vero alius ſubſtantiae, corpore deſtitutae & ſimul infinitae, vel extenſio vel affectio. Verum huic argumentationi *Gaſſendum* intercedere video atque omnia conari, quo amicis ſuis, *Democriti* & *Epicuri* ſectatoribus, praeſidium aliquod contra eam comparet. Is igitur, etiamſi ſpatium rem eſſe corporis expertem, ſtatuat, haud inde tamen tuetur neceſſario effici, eſſe illud ſubſtantiam a corpore relictam aut affectionem ejus, neque etiam accidens per ſe ſine ulla ſubſtantia exſiſtens: namque ſpatium hoc reapſe neque *ſubſtantiam* eſſe, nec *accidens*, verum tertium quoddam genus inter utrumque medium. Hoc eruditi hominis perfugium, omni verborum concertatione omiſſa, ita obſtruimus. Quidquid reapſe exſiſtit & eſt, id aut per ſe ſubſiſtere, aut alius rei per ſe ſubſiſtentis modum, proprietatem, & affectionem eſſe, inter omnes conſtat, qui recta ratione utuntur. Nihili enim nullas eſſe proprietates,

hoc teſtimonium a viro doctiſſimo, ut probet, veteres divinae naturae hoſtes ad materiam & corpus revocaſſe omnia. Rem ipſam ita ſeſe habere fateor, neque quemquam arbitror vel veterum Atheorum vel recentiorum materiae aliam naturam a materia ſecretam adjunxiſſe. Sed nego, apertum eſſe, eos ipſos, quos his locis reprehendit *Ariſtoteles*, Atheismi reos eſſe, quum criminis hujus ab eo non infimulentur, ipſemet vero vir doctiſſimus concedat, fieri poſſe, ut credat aliquis, nihil exſiſtere, praeter corpora, neque tamen Deum & religionem omnem aſpernetur. Vereor, ne juſto ceteroquin odio ſuo in *Hobbeſium* & philoſophiam ejus plus hic aliquanto dederit, quam ſatis erat, vir praeſtantiſſimus. Negabat *Hobbeſius*, eſſe aliquid praeter corpora, & ipſum Deum ſtatuebat corporeum eſſe. Hanc ut opinionem perniciosam & ſummae erga Deum impietatis eſſe plenam probaret *Cudworthus*, haud aliter ſenſiſſe profanam veterum turbam, quae ſibi cum Deo nihil eſſe rei voluerit, ex *Platone* & *Ariſtotele* oſtendere conatur. Valebat certe hoc ad invidiam *Hobbeſio* & amicis ejus conflandam, hominesque a portentis ejus abſterrendos; nec fuiſſe in hac ſententia veteres Atheos, negaverit aliquis. Verum loci, quibus nititur, *Platonis* & *Ariſtotelis* ab inſtituto ejus alieni ſunt, nec de Atheis eos capi debere, manifeſtum eſt.

(*e*) *Corporis inopem*] Jungere *Democriti* ſectatoribus poterat Stoicos, de quibus *Diogenes Laërtius Lib.* VII. *Segm.* 140. *p.* 453. ἔξωθεν δὲ κόσμου ἀπεριγράπτου εἶναι τὸ κενὸν ἄπειρον· ὅτις ΑΣΩΜΑΤΟΝ εἶναι· ἀσώματον δὲ τὸ οἷόν τε κατέχεσθαι ὑπὸ σωμάτων, ἃ κατέχομεν. *Extra mundum autem* (ajunt Stoici) *circumfuſum eſſe vacuum immenſum, quod ſit incorporeum. Incorporeum autem id eſſe, quod a corporibus contineri queat, non autem continetur.* Fateor tamen, hoc Stoicorum dogma aliquo modo diſcrepare a *Democriti* de ſpatio dogmate.

tates, modos, & affectiones, nec nihilum idcirco extendi aut ſub menſuram cadere poſſe, omni controverſia caret. Spatium vero ſi nec corporis alicujus, nec etiam naturae a corpore disjunctae eſt extenſio, id reſtat unum, ut nihilo extenſio & affectio ſit. Quo quidem dato, id quoque dandum erit, nihilum radio & arundini ſubjici poſſe. Quae quum ita ſint, ſic rationem concludimus. Ex ipſis eorum, qui a *Democrito* & *Epicuro* arma contra Deum ſumunt, decretis de ſpatio, quod naturam eſſe volunt a corpore ſecretam & interminatam, dilucide conſequitur, eſſe naturam quamdam a corpore abſtractam, cujus affectio ſpatii ſit extenſio. Quumque praeter Deum nihil eſſe poſſit infinitum, ex iisdem eorum dogmatis perſpicuum fit, ſpatium infinitam eſſe extenſionem Dei, ab omni concretione corporea remoti: In qua quidem ſententia nonnulli verſantur eruditi viri, qui Deum, resque corporis inanes eſſe profitentur. Igitur quod in Deum corporis expertem torquent telum *Democriti* & *Epicuri* ſectatores, id prorſus confractum & repreſſum eſt, poſtquam convicimus, illud ipſum decretum, quo nocere Deo cupiunt, contra eos in primis valere, qui Deum eſſe (*f*) nolunt.

10c8 §. V. His addi debet, *Epicurum*, tametſi *Platonis* ſcita de Deo a corpore disjuncto vehementer rideat & inſectetur, ſecum ipſo tamen hac in re aperte pugnare. Turbam enim quamdam & rempublicam Deorum comminiſcitur monogrammorum. Haec Numina primum negat ex atomis & vacuo compoſita eſſe, ne confiteri cogatur, eos deſtrui & corrumpi poſſe; at haec ipſa tamen corpuſcula & vacuum unica eſſe rerum principia tuetur. Eadem deinde nec tangere, nec tangi, ſed penetrari poſſe, contendit. Expreſſit hoc ejus dogma his verſibus (*g*) *Lucretius:*

Tenuis enim natura Deum, longeque remota,
Senſibus a noſtris, animi vix mente videtur.

Quae

(*f*) *Nolunt*] *Ad hominem*, ut in ſcholis loqui ſolent, hic diſputat vir longe doctiſſimus, & ex ipſis eorum, qui cum *Democrito* & *Epicuro* faciunt, de natura ſpatii decretis argumentum eorum adverſus Deum corpore vacantem evertit. Utrum talis ſit haec argumentatio, ut omnem illis reſiſtendi amplius facultatem adimat, qui cum *Epicuro* & *Democrito* Deum tollunt, at infinitum ſpatium, idque corporis expers eſſe, concedunt, an vero aliquid huic generi relinquatur adhuc, quo ſeſe tueri queat, alii exiſtiment. Mihi quidem, niſi forte fallor, aſſumere videtur aliquid, de quo nondum ſatis inter partes convenit, verbi cauſſa: Praeter Deum nihil eſſe infinitum poſſe. Sed, his miſſis, duo quae ad rem praeſentem nonnihil conducunt, monere operae pretium arbitror. (I.) Etſi nusquam dilucide ſatis indicet vir egregius, utrum illis magis faveat, qui ſpatium pro notione tantum animi ſeu affectione corporum habent, an vero his, qui ſpatium eſſe naturam vere exiſtentem arbitrantur, hic tamen in eorum propendere ſententiam aperte videtur, qui Deum ab extenſione ſeu ſpatio non differre, aut ſpatium & extenſionem Dei proprietatem eſſe judicant. Conf. *Cap.* 2. §. 8. & quae ibi diximus. Oſtendi jam alio loco ad *Cap.* 5. *Sect.* 1. §. 25. veterum doctorum, maxime Graecorum, haud paucos in hac fuiſſe ſententia. Plures qui ejus generis locos deſiderat, is *Dion. Petavium* adeat in *Dogmat. Theolog. Tom.* I. *Lib.* III. *Cap.* 9. §. 10. *p.* 161. *ſ.* Quamquam hic veterum mihi parum locos diſtinguere & quae diverſi generis & ſententiae ſunt, miſcere videtur: de quo hic differendi locus non eſt. Recentiori memoria inter Anglos haec in primis opinio recepta & a viris ingenio maximis defenſa fuit, ſed nec iisdem verbis, nec eodem modo. Familiaris *Cudworthi*, *Henr. Morus* in *Enchiridio Metaphyſ. Cap.* 8. §. 8. tum temporis, quum haec *Cudworthus* ſcriberet, publice eam jam approbaverat: hodie magni viri, *Iſaaci Newtoni*, diſcipuli magnam partem ei favent. [Diſputatur nunc hac de re inter Anglos contra *Clarkium*. Vid. *Bibl. raiſonnée Tom.* XIII. *P.* I. *p.* 229. *ſ. Tom.* XIV. *p.* 468.] Inter noſtros *Andr. Rüdigerus* in *Phyſica divina Lib.* I. *Cap.* 8. *Sect.* 4. *p.* 346. 347. eam adoptavit. Conf. *Appen-*

Quae quoniam manuum tactum fugit & ictum;
Tactile nil nobis quod sit, contingere debet:
Tangere enim non quit, quod tangi non licet ipsum.

Et alio tamen loco inter corporum naturales hoc refert proprietates, quod tangi queant. Postremo Numina sua non *corpus*, sed *quasi corpus* habere confirmat, ex quo consequitur, ea reapse corporis expertia esse. Quamquam haec omnia jocandi causa excogitasse *Epicurum*, nullum omnino dubium est. Ipse nec horum aliquid, nec omnino Deos esse credidit.

§. VI. Verum aliud est hominum erga Deum impiorum genus, quod similiter omne id, quod extensione caret, nihilum esse, disputat, at a se impetrare nequit, ut spatium rem esse prorsus a corpore secretam concedat: nec enim ignorat, hoc si detur, illud etiam assumi debere, spatium substantiae cujusdam corpore sejunctae affectionem esse. Itaque duplicem esse naturam extensam inficiatur, &, quod antea ex *Aristotele* cognovimus, *μίαν παὰ φύσιν ἢ πάθος συμπλοκὴν*, *unam quamdam naturam, eamque corpoream*, esse disputat. Spatium vero iidem vel rem esse imaginariam, nec extra mentem nostram exsistentem, sed visum tantum animi, aut, ut recentius adscitis hujus generis vocabulis utar, spectri quoddam corporei genus arbitrantur, vel corporum extensionem in universum & abstracte a corporibus, quae moventur, spectatam. Hi Deum corporis expertem hac adoriri solent argumentatione. Nihil reapse est, praeter id, quod extensum est, certamque aliquam habet magnitudinem. Etenim quod extensione vacat & magnitudine, id nusquam, & propterea nihilum est. Ergo nihil est in rerum natura, nisi corpus. Quocirca nec Deus esse potest corporis expers. Concinnius & aptius hoc modo rationem concludere licet: Quidquid extensum est, id corpus est, aut res corporea. At quae sunt, universa extensa sunt. Ergo quae sunt, omnia cor-

pendicem de monitis Censorum p. 790. f. Tota de spatio ejusque natura quaestio valde est retrusa & infinitis implicita difficultatibus: quapropter sapientius forte faciunt, qui nescire aliquid malunt hac de re, quam omnia ingenii sui finibus concludere, atque constituere aliquid, quod ipsimet haud negaverint ab aliis non sine veri specie oppugnari posse. [Pro spatio *Musschenbroek Journ. Litt. Tom.* XXII. *P.* II. *p.* 246.] Certus ego sum, esse spatium aliquod: nec enim ex animo meo, quidquid etiam moliar, hanc notionem ejicere valeo. De natura & rationibus ejus dimicare nolo, fateorque mihi non tantum esse ingenii, ut rem tam alte positam attingere & comprehendere queam. Maneat interea aliis libertas pro lubitu hanc rem explicandi, modo nihil sanciant a perfectionibus divinis alienum. (II.) Quod *Petr. Gassendum*, qui *Physices Sect.* II. *Lib.* II. *Cap.* 2. *p.* 182. *Tom.* I. *Opp.* spatium docet esse medium aliquid inter *substantiam* & *accidens*, hominibus impiis subvenire voluisse dicit vir egregius, id ego dictum ejus imitari nolim. Post *Gassendum* plures alii, quos nemo jure inter Atheos retulerit, non dissimilem viam inierunt, saltim ignotum sibi esse professi sunt, ad quam rerum classem spatium referendum sit: quos inter acutum *Cudworthi* civem, *Jo. Lockium*, *de intellectu humano Lib.* II. *Cap.* 13. *p.* 192. nominasse sufficiet. Quum de re supra captum humanum posita quaeratur, distributiones vero rerum, quae a philosophis excogitatae sunt, omni nondum difficultate liberatae sint; ipsa denique vocabula, quibus ad rerum genera designanda utimur, multum ambiguitatis habeant, equidem sapienter eos facere putem, qui rem ipsam tenent, de modo vero & natura rei certi nihil decernere audent. Imperitum & insciumpropter hanc si quis me dicat sententiam, quemadmodum *Andr. Rüdigerus* stultitiae *Gassendum* postulavit *Physicae divinae Lib.* I. *Cap.* 8. *Sect.* 2. *p.* 343. facile id feram: Cui ego imperitus videor & ineptus, is mihi vicissim fortasse audax esse videbitur. Utri vero vitio major excusatio parata sit, id in ambiguo saltim positum est.

(g) *Lucretius*] *De natura rerum Lib.* V. *vs.* 149. *f. p.* 245. *f.* De Diis *Epicuri* jocularibus vide, quae supra dicta sunt *Cap.* 2. §. 2.

Digitized by Google

corpora sunt, resque concretae. Falluntur igitur, quibus Deum esse placet corpore carentem.

§. VII. Ad hoc genus confutandum illi, quibus naturae videntur esse corporis expertes, binis procedere viis solent. Primum omnes fere, qui olim censuerunt esse naturas corpore solutas, verum hoc certumque putarunt, ea quae extensa sunt magnitudine, partesque habent extra partes, dividua quoque esse, atque probabiliter penetrari non posse a re quadam alia ratione extensa, eo quod dimensionum nulla queat esse penetratio: Hinc nullam magnitudinem constituerunt ab alia magnitudine absumi & absorberi posse, verum magnitudinem additam magnitudini molem ejus amplificare, extraque eam consistere. Quare hoc instar decreti minime dubii adsciverunt: Quidquid longe, late, & alte est extensum, id corpus est. (*) Atque quum certissime persuasum haberent, alias esse, praeter corpora, naturas, alterum istud profanae turbae scitum: *Quidquid est, id extensum est*, aut: *Quod extensione caret, id nihilum est*, constantissime repudiarunt, atque naturam esse ab omni extensione & concretione dis-
1009 junctam, statuerunt; & haec idcirco natura ἀδιάστατος, ἀμερίστος, ἄποσος, ἀμερὴς, & ἀδιαίρετος, *non extensa, quantitate ac magnitudine destituta, partibus carens, & individua*, nominata illis fuit. Hac ipse *Plato* ratione philosophatus est; id quod multi librorum ejus loci neminem dubitare sinunt. *Libro de legibus decimo* ipsam animam & quae pertinent ad eam, quoniam cogitat, esse praecipit πρότερα μήκους σωμάτων καὶ βάθεος καὶ πλάτους, *priora omni corporum longitudine, latitudine, ac profunditate.* Certe non hoc sibi

(*) [*Bayle Diction. Tom.* IV. Art. *Simonides* arbitratur, ante *Cartesium* neminem existimasse, spiritum esse inextensum.]

(*h*) *Pulcra sunt*] Hi *Platonis* loci, ex quibus cogi posse putat vir doctissimus, *Platonem* & animum & Deum ab omni extensione abstraxisse, primo quidem aspectu non parum habere videntur roboris: Sed valde metuo, ne, si accuratius ponderentur & intra orationis spectentur structuram, omnem hancce vim amittant. (I.) Primus ex *Libro* X. *de legibus*, *p.* 669. locus, totus est ab hoc negotio alienus: & manifesto vir summus in ejus interpretatione fallitur. *Plato* illo in loco id unum agit, ut animam corpore omni priorem probet esse, de natura vero interiori animae plane silet. Neque alia hujus dicti est sententia, quam haec, affectiones animae, aeque ac ipsam animam, ante omnia existitisse corpora. Omnibus id continuo patebit, simulatque locum ipsum totum exhibuero. Hospes Atheniensis demonstrasse sese ait antea, mentem corpore antiquiorem esse, & idcirco ea quoque, quae insunt in mente seu animo, affectiones, virtutes, & reliqua. Τρότοι δὴ, pergit, καὶ ἤθη καὶ βουλήσεις καὶ λογισμοὶ καὶ δόξαι ἀληθεῖς, ἐπιμέλειαί τε καὶ μνῆμαι, πρότερα μήκους σωμάτων, καὶ πλάτους, καὶ βάθους, καὶ ῥώμας ἂν γιγνοίτο ἀν, εἴπερ καὶ ψυχὴ σώματος. *Affectus ergo, mores, voluntates, cogitationes, verae opiniones, curae, memoriae, omnia haec longitudine corporum, latitudine, profunditate, robore, prius fuerunt, sicut & anima corpore.* Rudis sit necesse est, qui non intelligit, hoc sibi *Platonem* tantum velle, quemadmodum anima prior sit corpore, ita non posse non affectiones etiam & virtutes animae proprietatibus & affectionibus corporum, longitudine, latitudine, & reliquis priores esse. Si is sensus *Platonis* hisce verbis esset subjectus, quem *Cudworthus* illis subjicit, animam nimirum omni carere extensione, id ille dixisset, quod nemo umquam sanus revocavit in dubium, ratiocinationes, opiniones, recordationem extensione vacare. Ceterum non licuit *Platoni* per sententiam, quam de anima fovebat, omnem illi extensionem derogare. Nam, quod ex *Timaeo* sine controversia patet, credidit animam ex *eodem* seu *individua natura* & *ex diverso*, seu, ut recte Platonici fere omnes exponunt, ex omnibus rerum initiis & elementis conflatam esse. Vid. *Timaeus* §. 19. *p.* 242. & §. 20. *p.* 244. *ex edit. Fabricii. Chalcidius in Timaeum Platonis* §. 51. *p.* 298. *Animam* (Plato) *ex omnibus initiis conflat, ut & ipsorum initiorum & quae initia sequuntur & prorsus omnium rerum exsistentium scia esset, ac de omnibus judicaret.* Lege & *Eusebium Praeparat. Euangel. Lib.* XIII. *Cap.* 16. *p.* 696. de hoc *Platonis* dogmate, qui *Cap.* 17. *p.* 700. illustrem ex *Severi*, Platonici, *disputatione de anima*, locum affert, quo hanc magistri sui sententiam castigat, eamque immortalitatem animorum labefactare ostendit. Quod ex duplici natura, omniumque corporum initiis concretum & conflatum est,

id

ſibi voluit iſto in loco philoſophus, in animis genus eſſe quoddam longitudinis, latitudinis, altitudinis, a longitudine, latitudine, ac altitudine corporea diſtinctum, illisque antiquius, verum hoc docuit, longitudinem, latitudinem, altitudinem corporibus unice proprias eſſe, animos autem, corporibus naturae ordine priores, his prorſus carere affectionibus. Rurſus in *Timaeo*, quum de loco, ſpatio, & materia differit, populari eos errore pollutos eſſe contendit, qui quidquid eſt, in loco eſſe, quodque in loco non eſt, id nihilum eſſe praeciperent: *τρίτον δὲ αὖ γένος τὸ τῆς χώρας, ἕδραν παρέχον ἅπασι ὅσα ἴσχει γένεσιν πᾶσαν —— περὶ δὲ ἡμῖν ἃ νῦν ἐπορευόμεθα βλέποντες καὶ φαμὲν ἀναγκαῖον εἶναι πᾶν, τὸ ἐν ἅπαν ἐν τινὶ τόπῳ καὶ κατέχον χώραν τινὰ· τὸ δὲ μήτε ἐν γῇ, μήτε που κατ' οὐρανὸν, εἶδος εἶναι* *Tertium genus locus eſt, qui omnibus, quae gignuntur, ſedem exhibet —— Quum ad hunc animo reſpicimus, ſomniamus quodammodo, neceſſariumque putamus, ut quidquid eſt, in aliquo ſit loco poſitum, regionemque obtineat aliquam, & quod neque in terra, neque in coelo ſit, minime eſſe credimus. Hoc ſomnio & imaginatione*, pergit, *perpetuo tenentur homines conſtricti, tumque maxime, quum de vera & pervigilii divinitatis natura cogitant.* De Deo autem, quem *πολὺ πέλαγος καλόν*, *vaſtum mare pulcritudinis*, vocat, dum alio loco differit, hanc ejus deſcriptionem ſuppeditat: *ἀλλότε ἐν, ἢ ἐν γῇ, ἢ ἐν ἀέρι, αὖ αὐτὸ, μεθ' αὑτοῦ, μονοειδὲς ἀεὶ ὄν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα καλὰ ἐκείνου μετέχοντα* *Non in alio quodam eſt, non in terra, non in coelo, vel alio quopiam, ſed id ipſum per ſe ipſum cum ſemetipſo uniforme ſemper exiſtens. Cetera vero omnia quae pulcra ſunt, illius participatione (b) pulcra ſunt.* Neque *Ariſtoteles*, quod multis alioquin in rebus fecit, hac quidem in cauſſa magiſtri ſui 1010

a

id quomodo extenſionis eſſe queat expers, haud equidem intelligo. (II.) Alterum quod ad locum attinet, qui ex *Timaeo p.* 535. affertur, obſervari primum velim poſtrema ejus verba, quae hic Latine tantum exſtant, liberius, quam verba patiuntur, a *Cudworthio* eſſe verſa. In Graeco *Platonis* poſt ea, quae hic exſtant, haec ſequuntur: *ταῦτα δὴ πάντα καὶ τὰ τούτων ἀδελφὰ, καὶ περὶ τὸ ἄνουν καὶ ἀλλοῖως φύσιν ἐσχηκότα, ὑπὸ τούτων τῶν ὀνειράτων ἃ δυνατὰ γιγνόμενα ὑγιεῖσιν διαζώγραφα τἀληθεῖ λόγῳ, ὡς ἔστιν, μίαν.* Haec ita interpretatus potius eſt libere & ex ſenſu ſuo, quam vertit vir doctiſſimus: *Hoc ſomnio & imaginatione perpetuo tenentur homines conſtricti, tumque maxime, quum de vera & pervigili divinitatis natura cogitant. Ficinus* ita reddidit: *Atque has omnes & ſimiles paſſiones a pervigili, vereque exiſtente natura ipſi hujusmodi ſomniis occupati ſecernere non valemus.* Quomodocumque vertantur haec verba, patet ſemper ex hoc dicto *Platonis* (I.) Exiſtimaſſe eum, falli homines, qui arbitrentur, omnia, quaecumque ſunt, in loco, ſeu in coelo & terra eſſe. (II.) Sigillatim certam quamdam naturam, quam *pervigilem & vere exiſtentem* nuncupat, a loco & ſpatio ab hoc philoſopho ſeclusam eſſe. Primum appareret facile illis, qui *Platonis* lectioni adſueti ſunt, illos his potiſſimum ab eo tacite reprehendi, qui rerum formas & aeternas ideas, quibus ipſe mirifice favebat, hoc argumento rejiciebant: Quodcumque in loco non eſt, id nihil eſt: Species rerum non ſunt in ſpatio: Nihil ergo & mera commenta ſunt. Hoc genus ait ſomniantium ſimile eſſe & phantaſiae plus, quam rationi, tribuere. Verum non de ſolis eum ideis loqui, inde liquet, quod ſigillatim naturam quamdam *ἄϋπνον*, *exſomnem*, ut *Chalcidius* vertit, nominat, quam ſimiliter a ſpatio fas ſit ſemovere. Non cadit hoc vocabulum in *ideas* & rerum ſpecies, ſed naturam haud dubie deſignat puriſſima ſemper ratione & intelligentia res omnes intuentem. Namque homines, ſomniantes ſaepenumero, & naturam illam ſemper vigilem inter ſe opponit. Homines ſomniantes illi ſunt, quod manifeſtum eſt, qui virtuti imaginandi nimis loci & virtutis in animam relinquunt: Quare natura ſemper vigil, nec umquam ſomnians, puriſſima ſine ulla controverſia mens eſt, quae corporis omnis expers nullis umquam phantaſiae ludibriis vel paret, vel parere poteſt. Ergo non aegre dederim, hoc nomine Deum ipſum ſignificari. Apte mihi ſententiam *Platonis Chalcidius* videtur explanaſſe *Comm. in Timaeum Platonis Cap.* 13. §. 347. *p.* 404. *Exſomnem, pervigilemque naturam nuncupat intelligibile atque incorporeum genus, quod ſemper idemeſt, principaliterque ſubſiſtit, ſine ortu, ſine occaſu, minime mutabile, nullam habens cum ſenſibus ſocietatem, pura mente perceptibile: Deum videlicet & cogitationes ejus intelligibiles, atque incorporeas ſpecies.* Proinde certum quidem ex hoc eſt loco, negaſſe *Platonem*, ſupremum Numen eſſe in ſpatio: ſed non aeque mihi ex eo conſtare

a vestigiis desciscit. Docet id totum illud caput, quod in *physicis* extremum est, quo unum demonstrare studet: ἔτι τοῦτ' ἀμερὲς ἀναίτιον εἶναι μηδὲν ἔχον μέγεθος: *Necesse esse, ut primus motor* (id est supremum Numen) *partibus vacet & nullam habeat magnitudinem.* Juvabit ultima capitis hujus & *librorum* simul ejus *physicorum* verba legere: (*) διωρισμένων δ' τούτων, φανερὸν, ὅτι ἀδύνατον τὸ πρῶτον κινοῦν ἢ ἀκίνητον ἔχειν μηδὲν μέγεθος· εἰ γὰρ μέγεθος ἔχει, ἀνάγκη ἔτι πεπερασμένον αὐτὸ εἶναι, ἢ ἄπειρον· ἄπειρον μὲν οὖν ὂν οὐκ ἐνδέχεται μέγεθος εἶναι· δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς Φυσικοῖς· ὅτι δ' τὸ πεπερασμένον ἀδύνατον ἔχειν ἄπειρον δύναμιν, δέδεικται νῦν· φανερὸν τοίνυν, ὅτι ἀδιαίρετόν ἐστι, καὶ ἀμερὲς καὶ 1011 οὐδὲν ἔχον μέγεθος. *His autem definitis, perspicuum est, impossibile esse, ut id, quod primum*

(*) (p. 608. T. I. Opp.)

stare videtur, omnis exporrectionis seu extensionis nescium a *Platone* Deum esse habitum. Χώρα & τόπος, *spatium* & *locus*, *Platoni* nihil est, quam Id spatium, quod corpora occupant. Perspicuum id cuivis erit accurate inspicienti. Nam definit spatium id *esse*, *quod sedem illis rebus praebet, quae gignuntur*: ἕδραν ἔχει γενέσεως πάσης. Postea, quum errare addit homines, qui universa putent vel in coelo esse, vel in terra, id simul significat, spatium sese non aliud intelligere, quam id, quod coelum & terram continet. Utrum *Plato* corporeum hoc, ut ita loquar, spatium inter corporis & materiae affectiones & proprietates retulerit, an vero distinctam esse a materia naturam, crediderit, id quidem in medio relinquam. Etenim non satis perspicue mentem suam expressit. Video quidem distingui ab eo spatium a materia: sed hoc mente tantum & cogitatione fecerit, an vero reapse discrepare bina haec crediderit, haud facile dixerim. Haec quum ita sese habeant, nihil quidem aliud ex illo *Platonis* loco, quam hoc, conficias, Deum in eo non esse spatio & loco, quem corpora replent, aut nec in coelo nec in terra esse. Verum praeter hoc, quod corpora complectitur, spatium, aliud ille credidit spatium supra coelum terramque patens, omnis pulcritudinis, quae fingi & cogitari potest, domicilium, ipsiusque summi Numinis sedem. De hac ita regione in *Phaedro p.* 345. Stesichorum differere facit: ἡ δὲ ΥΠΕΡΟΥΡΑΝΙΟΝ ΤΟΠΟΝ ὔτε τις ὑμνησέ πω τῇδε ποιητὴς, οὔτε ποτ' ὑμνήσει κατ' ἀξίαν· ἔχει δὲ ὧδε —— ἡ γὰρ ἀχρώματός τε καὶ ἀσχημάτιστος οὐσία ὄντως οὖσα ψυχῇ κυβερνήτῃ μόνῳ θεατῇ νῷ χορηγεῖ κ. τ. λ. *Locum vero supercoelestem neque quisquam nostrorum laudavit adhuc poëtarum, neque umquam pro dignitate laudabit. Habet se vero in hunc modum. —— Sine colore, sine figura, sine tactu, sine essentia vere exsistens, animae gubernatore solo intellectu contemplante utitur*, & quae sequuntur. Coelo igitur terraque, seu spatio & loco, in quo corpora sunt, quamvis Deum *Plato* excluserit, alio tamen eum loco, coelo & terra sublimiori, conclusit: ex quo conficitur, exporrectionem omnem naturae divinae ab eo non fuisse derogatam. Luculenter *Maximus Tyrius Diss.* I. *p.* 15. de hac re loquitur, qui coelum & terram, terminos & limites affirmat esse sedis divinae ex *Platonis* dogmate. *Synesius* etiam, quem *Platoni* totum fuisse constat addictum, *Hymno* 1. *in Deum p.* 315. clare magistri sui sententiam exprimit, quum Deum super omnes coelos quietum sedere canit:

—— —— ὑψιθάκου
ἔνθι ἱερᾶς καρήνου
Ἄλυτος αἰεὶ γαίων
Θεὸς ἱσταμένᾳ θαάσσει

Excelsa
Super coeli cacumina
Immortali gloria laetus
Deus constanter sedet.

Pluribus id possem ex interiori *Platonis* disciplina, maxime ex doctrina ejus de daemonibus, probare: verum locus non patitur, nec res ipsa valde requirit. Hoc tamen praetermittere nequeo. *Ciceronem* eo loco, quo Platonicorum & Academicorum de natura rerum sententias enumerat, diserte ex eorum negare sententia, esse rem ullam, quae extra locum sit & extensione vacet, *Academicar. Quaestion. Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 2231. *Tom.* VIII. *Opp. Nullam vim* (efficientem) *dicebant hi philosophi esse sine aliqua materia.* NIHIL EST ENIM, QUOD NON ALICUBI (id est in loco quodam) ESSE COGATUR. Hunc igitur si audias, & audiendum eum esse puto, *Plato* censuit, omnibus naturis materiae aliquid adjunctum esse, & hoc quidem ductus argumento, quod nihil extra locum esse queat. Quaestionem ceterum illam, quae hac nostra etiam aetate viros exercuit pereruditos: utrum *Plato* Deum crediderit esse corporis & materiae participem, necne? tractare nunc non placet. Lubrica est illa & vehementer anceps propter ambiguitatem vocabulorum *corpus*, *materia*, *simplex*, *incorporeus*, *corporeus*, quibus non unus subjici sensus potest. Nos ex nostro sur-

Digitized by Google

primum movet & est immobile, habeat aliquam magnitudinem. Nam si magnitudinem habet, necesse est, ut ipsum sit vel finitum, vel infinitum. Ac non posse quidem esse magnitudinem infinitam, probatum est antea in physicis: magnitudinem vero finitam non posse habere vim infinitam, & esse impossibile, ut a finito moveatur aliquid tempore infinito, nunc probatum fuit. Atqui primum movens efficit motum aeternum atque infinito tempore. Perspicuum igitur est, id esse individuum & vacare partibus & nullam habere magnitudinem. In Libris Metaphysicorum eamdem inculcat doctrinam: (*) ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἀνάγκη τὶς αἰδίου καὶ ἀκινήτου καὶ κεχωρισμένη τῶν αἰσθητῶν, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων· δεικτέον δὴ καὶ ὅτι μεγέθους οὐδὲν ἐνδέχεται ἔχειν τοιοῦτον τὸ πρῶτον, ἀλλὰ μεμηκὸς καὶ ἀδιαίρετον ἐστί· (i) οὐδὲν γὰρ ἔχει

(*) Lib. XIV. c. 7. (p. 480. Tom. IV. Opp.)

sermone plerumque haec verba metimur, quum apud veteres ea offendimus: quod viris ceteroquin acutis & ingeniosis nonnumquam fraudi fuit. Certus ego sum, *Platonem* ab hac crassa & mutabili, ex quibus corpora constant, materia Deum prorsus abstraxisse; nec ut illis assentiar, a me impetro, qui contrarium nobis persuadere volunt, quo commodius in Atheorum numerum philosophum hunc referant. At idem nihilo tamen minus vix dubito, quin eum subtilissimae, simplicissimae, ac individuae cujusdam materiae participem fecerit. [Animam corpoream voluit esse. Vid. *Beausobre Hist. du Manich. p.* 482.] Neque id me dimovet ab hac sententia, quod *Plato* Deum ἀσώματον, *corporis nescium & partibus carentem*, nuncupavit. Etenim supra jam ad *Cap. 1. §. 27. p. 36.* multis veterum locis ostendi, vocabuli ἀσώματος non eamdem fuisse olim potestatem, quae nunc est. Ut omittam alias nominis hujus notiones, id ἀσώματον antiquis erat philosophis, quod ex variis haud constabat initiis, nec ita concretum erat, ut corpora sunt, quae hanc universitatem implent. Satis erit, uno id *Apulejî* loco declarare: Sidera & heroes *Plato* in diis numerat: nec quisquam est, qui neget, stellas esse corpora & heroibus corpus aliquod, tenue licet, a *Platone* datum esse. At *Apulejus* Numina haec corpore omni esse divulsa, ex *Platonis* sui disciplina constituit, *de Deo Socratis p.* 43. *Opp. Quos Deos Plato existimat* NATURA INCORPORALES, *animales, neque sine ullo, neque exordio, sed prorsus ac retro aeviternos,* CORPORIS CONTAGIONE *suapte natura remotos.* Partibus vero carere id veteres dicebant, quod secari ac dividi non posse credebant. Nos quidem omne, quod materia constat, dividuum quoque opinamur esse: non ita priscorum philosophorum multi, qui esse aliquod censebant materiae genus, cujus partes nulla vis disturbare queat. Igneum Stoicorum Deum & *Platonis* animam tantum cogitent, quibus hoc incredibile videtur. (III.) Sed ut ad tertium accedam, qui hic affertur, *Platonis* locum, tempus monet. Legitur is in *Symposio seu de amore p.* 331. verum, nisi me fallunt omnia, totus iterum a re, quae hic agitur, distat. Non de Deo ibi loquitur *Plato*, quod vir doctissimus sibi persuasit, sed de abstracta pulcritudinis forma seu idea. Monet primum philosophus, eum, qui scire velit, quid pulcrum & formosum sit, non hunc vel illum hominem, aut animal, aut officium spectare, sed ἰτέον τὸ καλὸ πέλαγος τοῦ καλοῦ, *in profundum pulcritudinis pelagus*, immittere sese debere. Tum, ut clarius hoc explicet, esse docet aeternam quamdam & immutabilem pulcritudinis formam, quae sola ratione & intelligentia concipiatur, nec in ulla re existet, quae sensu & oculis comprehendi valeat. Vel hic liquet, falli, qui de Deo haec verba *Platonis* volunt accipi. De pulcro corporeo disserit philosophus: at quomodo aliquis cognoscere posset, quid in rebus corporeis & sub sensus cadentibus vere pulcrum sit, si supremi Numinis formam & speciem ob oculos sibi ponat animi? Quidnam finitimum & cognatum Deus, resque illae habent, quae oculis, manibus, & auribus patent? Sed quid longiori oratione opus est? Ipsa, quae hic testatur vir doctissimus, *Platonis* verba, si modo integra inspiciantur, refellunt eos, qui de Deo ea intelligunt. Sic autem ea fluunt apud *Platonem*: οὐδέπω δὲ ἐν ἑτέρῳ τινί, οὐκ ΕΝ ΖΩΪΩ, ἢ ἐν γῇ, ἢ ἐν οὐρανῷ, ἢ ἐν τῷ ἄλλῳ. Voces οὐκ ἐν ζώῳ, *velut in animali*, consulto nescio, an memoriae quodam errore, vir eruditissimus hic omisit, quae tamen extra controversiam ponunt, de Dei natura *Platonem* hic nullo modo disserere. Nam absurda prorsus & inepta foret ejus oratio, si summum Deum dixisset IN NULLO ANIMALI quaerendum esse. Quis unquam ita deliravit, ut Dei speciem & formam ex animalis cujusdam forma metiretur? At hoc non raro contingit, ut homines ex hujus vel illius animalis forma universae pulcritudinis rationem & indolem aestiment: quorum errorem reprimit his verbis philosophus.

(i) οὐδὲ γάρ] Quae sequuntur verba non eo, uti hic, ordine apud *Aristotelem* leguntur, sed ex lon-

Digitized by Google

ἔχει δύναμιν ἄπειρον πεπεφυκυῖαν, ἢ ὅλως οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἄπειρον μεγέθους. *Quod itaque eſt quaedam aeterna immobilisque ſubſtantia & a ſenſibilibus ſeparata, conſtat ex illis, quae dicta ſunt. Oſtenſum autem eſt, quod nec ullam magnitudinem poſſibile eſt hanc ſubſtantiam habere, verum impartibilis indiviſibilisque eſt. Nihil vero finitum infinitam potentiam habet. Et omnino nulla eſt infinita magnitudo.* Nec eſt, quod ſuſpicetur aliquis, ſoli ſupremo Deo ab *Ariſtotele* hoc attribui, eſſe eum magnitudine ac partibus deſtitutum, proptereaque individuum. Etenim dictum ejus alicubi (*k*) exſtat,
1012 quo rebus omnibus corpore materiaque vacuis, ſigillatim humanis animis, eamdem relinquit gloriam: Ἀδιαίρετον πᾶν τὸ μὴ ὕλην ἔχον, ὥσπερ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς. *Omnis res, quae materia vacat, individua eſt, quemadmodum mens humana.* Alio loco tam animam mundi, quam humanas mentes ſimul perhibet magnitudine omni privatas eſſe: quamquam ridicule, ut ſolet, *Platoni* ſecus viſum eſſe affirmat: (*) (*l*) εἰ παλῶς τι λέγων ὁ ψυχὴν μέγεθος εἶναι· ὁ μὲν γὰρ νοῦς εἷς καὶ συνεχὴς, ὥσπερ καὶ ἡ νόησις· τὸ δὲ νοητὸν τὸ νοήματα. Ταῦτα δὴ τῷ ἴσῳ ἢ, ὡς ὁ ἀριθμός. εἰκὸς δὴ οὐχ οὕτως τὸ μέγεθος· διόπερ οὐδὲ νοῦς ἔτι συνεχὴς· εἰκὸς γὰρ ἢ μέρος, ἢ οὐχ οὕτω τὸ μέγεθος τὸ συνεχές· πῶς γὰρ ἂν ἡ νοητὸν μέγεθος ἔσται, ὅταν ἓν ᾖ μόριον ᾖ εἰπεῖν; μόριον δ' ἢ ἡνίκα τῷ μεγέθει, ἢ τῷ διαιρετῷ, εἰ μὲν ἓν τῷ διαιρετῷ, αὐτὸν δ' ἄπειρον, δῆλον ὡς ἀδύνατον διελθεῖν· εἰ δὲ τῷ μεγέθει, πολλάκις ἂν ἐπινοήσαις νοητὸν τὸ αὐτό. Ἔτι δὲ πῶς νοητὸν τὸ ἀμερὲς μεγεθῷ; *Non recte dicitur animam eſſe magnitudinem. Intellectus vero eſt unus & continuus, quemadmodum & intellectio: intellectio vero ut intelligibilia. Atqui haec unum ſunt, non ut magnitudo, ſed ut numerus. Quare nec intellectus eſt ita continuus, ſed aut impartibilis, aut non ut magnitudo aliqua continuus. Nam quomodo, ſi magnitudo eſt, quavis ſuarum partium intelliget, ſive partes illae ut puncta, ſive ut magnitudines concipiantur? Ergo ſi ut puncta concipiantur, patet*

(*) De anima Lib. I. c. 3. (p. 9. 10. T. II. Opp.)

longiori oratione decerpta tantum ſunt, nec tamen contra ſententiam *Ariſtotelis*.

(*k*) *Alicubi*] *Metaphyſ. Lib.* XIV. *Cap.* 9. *p.* 484. *Tom.* IV. *Opp.* Sed hoc dictum ad rem parum mihi facere praeſentem videtur. Non enim certi aliquid conſtituit & decernit in eo *Ariſtoteles*, ſed dubitat tantum, num id omne ſit individuum, quod rudi & craſſa caret materia: ἔτι δὲ, inquit, λειπτέον ἀπορίαν, εἰ συνίστησι τὸ τοῦ ἑνὸς εἶδος. *Reſtat dubitatio, utrum compoſitum ſit, quod intelligitur.* —— ἢ ἀδιαίρετον πᾶν τὸ μὴ ἔχον ὕλην, ὥσπερ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ἢ ὅτῳ ποτὲ συνίστησι ἔχει τὸ τοῦ χρόνου; *An omne non habens materiam, indiviſibile eſt? quemadmodum humanus intellectus: an quod compoſitum eſt ſe in aliquo tempore habet?* Fac vero, conſtare ex hoc loco, viſum fuiſſe Peripateticorum principi, humanam mentem & materia carere, & individuam eſſe, non tamen inde conſequetur, meo judicio, omnem ab eo exporrectionem animae derogatam eſſe. Nam qui materia vacare dicunt aliquid inter veteres, craſſam illam & denſam intelligunt, ex qua conſtant corpora, materiam, nec idcirco ſtatim omnem putandi ſunt naturae illi materiam detrahere, quam expertem volunt eſſe materiae. Animos humanos multi antiquorum pronuntiant materiae eſſe neſcios, & idcirco immortales, & eosdem tamen ſidem igneos eſſe ſciſcunt. Nec qui individuum aliquid eſſe ſciſcunt, omni ſtatim illud ab extenſione ſejungunt. Etenim naturas eſſe multis olim perſuaſum erat & materiae cujusdam participes, & ejus nihilo tamen minus generis, ut divelli ac ſeparari partes ejus nullo modo poſſent. Cogitent Stoicorum Deum, ne quid de aliis nunc dicam, quibus hoc difficile videtur eſſe creditu.

(*l*) εἰ παλῶς] Habeo ad hunc locum *Ariſtotelis*, quae moneam, aliqua. (I.) Vir doctiſſimus ita loquitur, ac ſi *Ariſtoteles* nil dubitaſſet, anima hunc mundum eſſe praeditum, quae *Platonis* fuit & aliorum ſententia. Sed, ut omittam nunc ea, quibus dudum viri docti probarunt, abhorruiſſe ſaltim *Ariſtotelem* a tali mundi anima, qualem *Plato* finxit, ex hoc quidem loco nihil hujusmodi conficias. Nam id unum in eo agit *Ariſtoteles*, ut quae *Plato* de anima mundi tradidit, vere & rationi haud eſſe conſentanea, doceat. (II.) Aegre fert deinde *Cudworthus*, quod *Plato* incuſetur ab *Ariſtotele*, ac ſi animam credidiſſet extenſam eſſe. Verum eſt, *Ariſtotelem* hoc in loco *Platoni* vitio vertere, quod mundi animam *in Timaeo* non modo ex elementis omnibus conflaverit, verum etiam magnitudine quadam donaverit:

ſed

Digitized by Google

tet, eum numquam pertranſiturum: ſi ut magnitudines; ſaepius vel infinities intelliget eandem rem. Praeterea, quomodo intelliget partibile impartibili? Praeterea eodem *de anima* libro (*m*) animos in univerſum conſtanter negat, vel in loco eſſe, vel de lo- 1013
co in locum moveri: moveri vero cenſet non aliter, quam *ex accidenti*, quando corpus movetur, quo cincti ſunt. Ita mentem *Ariſtotelis Simplicius* (*n*) intellexit: ἔφη, inquit, ὡς παντελῶς τὰς σωματικὰς ἀποστὰς κινήσεις ἡ ψυχὴν κινεῖσθαι. *Vide, quomodo Ariſtoteles ubique excludat ab anima motus corporeos ſeu locales.* Et deinde: ἀπαγορεύει μὴ κατ' οὐδένα τὸν ἀριθμὸν τὸ ἀσώματον ἀπὸ κινήσεως αἴτιον εἶναι πρώτης εἴτε μέσης εἴτε ἐσχάτης τάξεως. *Ariſtoteles nullo modo concedit rem ullam a corpore ſemotam, ſive primi ſit, ſive ſecundi, ſive infimi ordinis, per ſe ipſam moveri, quum omnes cauſſae ſint motus.* Nec aliter (*o*) *Philoponus*, cujus haec ſunt verba: ὁρᾷς ὡς πρὸς τὰς σωματικὰς κινήσεις ἀποβλέπων, ἄτοπος αὐτῷ δοκεῖ εἶναι φάναι· πᾶν γὰρ τὸ ἐν τόπῳ σῶμά ἐστιν. *Vides quomodo Ariſtoteles, corporeos intuens motus, animam eſſe pronuntiat immobilem. Nam quodcunque in loco eſt* (& mobile) *id corpus eſt.* Poſtremo ne hoc quidem omitti debet, *Ariſtotelem* in loco, quem paullo ante attulimus, aperte praecipere, naturam corporis, quatenus opponitur naturae corporis experti, conſiſtere in magnitudine.

§. VIII. *Platoni* & *Ariſtoteli* multos alios ex eorum ordine, qui naturas eſſe corporis expertes olim exiſtimarunt, comites, ejusdemque diſciplinae vindices adjungere liceret. *Philo* non duplicem modo docet naturam eſſe, alteram ἀδιάστατον, *non diſtantem*, alteram διαστατικὴν, *diſtantem*, verum etiam de Deo ſic alicubi pronuntiat: (*) ὁτὲ μὲν ἐκ θεοῦ πεπλήρωται τὰ πάντα, περιέχοντος, ὁτὲ περιεχομένου, ὁτὲ παντοχῆ τε καὶ ὅλαις συμβέβηκεν εἶναι μόνῳ· ὅλαις μὲν, ὅτι καὶ χώραν καὶ τόπον αὐτὸς τοῖς σώμασι

(*) De confuſ. linguarum p. 339.

ſed non putem hoc tam ridicule fieri, ut ſummo videtur viro. Non ego negem, aliis in locis *Ariſtotelem* pervertiſſe *Platonis* dogmata, ut melius & commodius magiſtrum reprehendere poſſet: at hoc de anima mundi dogma clare a *Platone in Timaeo* eſt traditum; nec optimi interpretes ejus id diffitentur. Lege, quae paullo ante, & aliis in locis, hac de re attulimus. (III.) In hoc ipſo loco *Ariſtotelis* multa ſunt a *Cudworthio* omiſſa. Poſt verba: μέγιστον εἶναι, interjecit nonnulla *Ariſtoteles*, quibus *Platonis* explicat ſententiam: nec recte ſatis conſequens intelligi poteſt demonſtratio, niſi iſta primum legantur. Summa eorum, quae de *Platonis* mente refert Stagirita, haec eſt: *Plato animam mundi noluit ſpectari, ut animam ſentientem vel concupiſcentem, ſed ut animam rationalem.* His poſitis, animam ejusmodi rationis participem oſtendit magnitudine non poſſe praeditam eſſe: *Nam intellectus*, inquit, *eſt unus & continuus* & quae ſequuntur. Poſt verba in extremo hoc loco: πάλιν τὸ αὐτὸ iterum hic multa ſunt praetermiſſa, quae hic quidem repetere nolo, tametſi ad demonſtrationem ejus intelligendam non parum conferant. Ipſam ceterum *Ariſtotelis* demonſtrationem hoc loco comprehenſam, nec non dogma ejus de natura animae tangere nolo. Namque duda illi, quorum ſpectatiſſima virtus eſt & eruditio, falſi ſunt, quae de anima docet *Ariſtoteles*, tam eſſe retruſa & implicata, ut veram ejus mentem nulli liceat aſſequi. Crediderim, noluiſſe de anima clare ac perſpicue loqui philoſophum, ne multitudinis ſibi concitaret invidiam. Idem dixerim de doctrina ejus de primo motore, quem magnitudinis eſſe negat participem. Sunt qui eam vehementer, ut ſubtilem, egregiam, & ad veram religionem accommodatam, laudant: Sunt rurſus, qui eam ut futilem & ineptam rejiciunt, hominemque neſciviſſe, quid ſibi vellet, contendunt. Utrique conſentiunt tamen, eam intellectu eſſe difficilem, nec verbis ita explicari poſſe, ut vim ejus omnes intelligant. Viderint alii, utra harum ſententiarum melior ſit. Ego tantum mihi haud eſſe acuminis ingenue fateor, ut totam dogmatis hujus rationem conſequi valeam: propter quam cauſſam quoque fit, quod cum aliis *Ariſtotelis* de Deo ſententiis aegre illud componi poſſe, puto.

(*m*) *Eodem libro*] *Lib. I. Cap. 4. p. 12. Tom. II. Opp.*

(*n*) *Simplicius*] *Comment. in libros Ariſtotelis de anima fol. 6. edit. Graecae Franc. Aſulani Venet. 1527. fol.*

(*o*) *Philoponus*] *Comm. in libros tres Ariſtotelis*

Digitized by Google

νόμων συνεχόμενα· τὸ δὲ πανταχοῦ ἐν ὕδατι ἢ γεγενῆσθαι ἢμῖν εἰπεῖν πολλοῦ· πανταχοῦ δέ, ἐπεὶ τῇ δυνάμει αὐτοῦ πᾶσα γῆ καὶ ὕδατος αἰθέρος τε καὶ πνεύματος τίνος, κ. τ. λ. *Deus autem implet omnia, non contentus, ſed continens, qui ſolus ubique ſimul & nusquam tamen eſt. Nusquam, quia ipſe locum & regionem creavit una cum corporibus, nec fas eſt auctorem intra ullam ſuam creaturam includi. Ubique autem, quia potentiis ſuis per terram, aquam, aërem, coelum extenſis nullam mundi partem deſtituit, ſed omnia inter ſe invicem* 1014 *adſtringit vinculis, quae videri* (p) *nequeunt.* Sed neminem putem in hac ratione ſtabilienda & confirmanda plus diligentiae ac laboris poſuiſſe *Philoni*. Is enim non modo corpus & magnitudinem unum idemque eſſe ubique fere (q) in ſcriptis ſuis diſputat: praeter corpus autem aliam eſſe naturam contendit a corpore disjunctam, quae idcirco ἄποσος, *quantitate vacans*, ἀμεγέθης, *magnitudine deſtituta*, ἀμερὴς, *partibus*, *loco & intervallo ſejunctis*, carens ipſi dicitur: ὁ ἐν τῇ αὑτοῦ ἰδέᾳ τὸ πόσον εἶναι ὑπερβέβηκεν. *Natura, quae ipſamet eſſentia ſua imperfectionem ejus, quod quantum vocatur, tranſcendit*, ipſi dicitur: verum etiam (r) binis libellis hoc argumentum

delis de anima fol. 13. *ed. Graecae Venet.* 1553. *fol.*

(p) *Nequeunt*] Ego vero aegre a me impetro, ut *Philonem Judaeum*, in eorum fuiſſe credam numero, qui Deo extenſionem omnem olim derogarunt: contra eorum mihi ſententiae videtur faviſſe, qui Deum mentem eſſe per univerſam rerum naturam intentam & commeantem, divinamque naturam a ſpatio, in quo ſunt omnia, non differre arbitrantur. Non alienum a propoſito noſtro erit, aliquot ejus locis hoc declarare. *Libro primo Allegoriar. legis p.* 48. ita de Deo loquitur: θεῷ γὰρ οὐδὲ ὁ σύμπας κόσμος ἄξιον ἂν εἴη χωρίον καὶ ἐνδιαίτημα· ἑαυτὸ αὐτὸς ἑαυτῷ τόπος, καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ πλήρης καὶ ἱκανὸς ὁ θεὸς, τὰ δὲ ἄλλα ἐνδεᾶ, καὶ ἔρημα, καὶ κενὰ ὄντα πλήρωσιν καὶ ἐπίσχεσιν. αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἄλλου ἐπέχεται, ἀτε εἰς ὢν τὰ πάντα αὐτὸς ὤν. *Deo ne totus quidem mundus dignum eſſet domicilium. Qui ſibimet ipſi locus eſt, & ipſe ſe ipſo plenus, ſibique ſufficiens, cum Deus reliqua, quae ſolitaria, egentia, & vacua ſunt, impleat & contineat, ipſe vero a nullo alio contineatur, utpote unus & totum ipſe ens.* Quae hic *Philo ſolitaria, egentia*, & *vacua* nuncupat, nullum eſt dubium, quin res ſint terrenae ac corporeae, aut, ut uno verbo complectar omnia, haec univerſitas. Quocirca mens haec eſt *Philonis*, Deum eſſe illud, ſi ita fas eſt dicere, ſpatium, in quo ſunt & volvuntur corpora, quodque omnia penetrat & permeat. Cognatus huic & luculentior etiam eſt alius, qui *Libro de ſomniis p.* 575. legitur, locus: αὐτὸς, inquit, ὁ θεὸς καλεῖται τόπος, τὸ ἐπέχειν μὲν τὰ ὅλα, περιέχεσθαι δὲ ὑπὸ μηδενὸς ἁπλῶς καὶ τῷ κατὰφυσιν ἢ συμπάντων εἶναι αὐτὸν, καὶ ἐπιδοῦναι αὐτὸς ἑαυτὸ χάρα αὐτῷ, περιφρᾶξαι ἑαυτὸν καὶ ἱμφράξαι μόνῳ ἑαυτῷ. *Ipſe Deus vocatur locus, eo quod omnia continet, a nullo prorſus contineatur, & omnibus ei eum refugium pateat: & quia ſolus ſui capax eſt, ſeipſum explens & continens.* Clarius ſententiam ſuam explicat, comparatione inter Deum & homines inſtituta: ἐγὼ δ' οὐκ εἰμὶ τόπος, ἀλλ' ὁ τόπος, καὶ ἕκαστα ἔστιν ἐμοί· τὸ μὲν περιέχεσθαι ἀμφοτέροις τοῖς συμπέχουσι· τὸ δὲ θεῖον ὑπ' οὐδενὸς συμπέχεσθαι ἀναγκαῖον ἐστὶν αὐτὸ τόπον ἑαυτῷ. *Ego non ſum locus, ſed in loco, & unaquaeque pariter res. Nam contentum differt a continente: at Numen a nullo quum contineatur, neceſſe eſt, ut ſibimet ipſi locus ſit.* Aut nihil verba haec ſignificant, aut Deum illud eſſe perhibent ſpatium, quod univerſam rerum naturam ambit & cingit. Alio loco Deum aſſeverat coeli eſſe terminum, aut coelum a Deo terminari, *Libro, quis rerum divinarum haeres p.* 512. ὁ δὲ οὐρανὸς —— ἀπερατολογίᾳ ἐοικὼς —— ἐοικὸς δὲ ὅρῳ αὐτοῦ ὁ θεὸς, ὃς ἐστὶ πέρας καὶ τελευτή· ἄπειρος μὲν ἀπερίληπτος τὸ εἶναι, ὅτου δὲ καὶ τὸ ὡρισμένον ὑπ' αὐτοῦ μέτροις τοῖς τῶν γινομένων ἐστὶν ἀκριβῶς μετρεῖται. *Coelum indeterminatam habet magnitudinem —— Eſt autem ejus terminus Deus, idem rector ac gubernator. Itaque ſicut ens ipſum eſt incomprehenſibile, ſic quod ab eo terminatur, menſuris nobis ignotis circumſcribitur.* Horum quis non videt verborum hunc eſſe ſenſum, coelum tam late patere, ut ipſum Deum: ex quo neceſſario conſequitur, naturam divinam per univerſam coeli regionem extenſam & exporrectam eſſe. Neque verba, quae a ſummo hic afferuntur viro, *Philonis* cogunt nos, ut aliter eum ſenſiſſe putemus; quae quidem verba, meo judicio, nil continent praeter id, quod ii recipere commode poſſunt, qui Deum eſſe ſpatium, aut eſſe in ſpatio, ſtatuunt. *Deum* ait *Philo ubique eſſe & nusquam eſſe. Nusquam eſt*, id eſt, nullo certo loco concluditur & continetur: Id omnes fatentur qui Deum tamen negant ab infinito differre ſpatio, quippe qui locum & ſpatium diſtinguunt. Valde certe falluntur illi, qui veteres omnes, qui Deum aut in loco negarunt, aut

Digitized by Google

tum data opera perſequutus eſt. Τὸ ἓν ἐν καὶ ταυτὸν ἀριθμῷ ἅμα πανταχῆ εἶναι ὅλον. *Id quod unum idemque eſt numero ubique ſimul totum eſſe.* Utroque libro id ſibi datum credit, ut Deum non ex parte hic, ex parte illic eſſe, non ſecus, ac ſi naturam ejus radio & arundine dimetiri liceret, ſed totum ubique individuum verſari, convincat. Πρὸ, inquit, τοῦ ἐν τόπῳ ἁπάντων. *Ipſe Deus eſt ante omnia, quae ſunt* (s) *in loco.* (t) Alio loco, (*) θαυμαζειν, inquit, οὐ δεῖ, εἰ αὐτὸ μὴ ὂν ἐν τόπῳ παντὶ τῷ ἐν τόπῳ ὄντι ὅλον παρῇ· φησὶ γὰρ ὁ λόγος, ὡς ἀναγκη αὐτῷ τόπου οὗπερ ἐλλείπει, ᾧ πάρεστι τοῦτο ὅλον παρεῖναι *Nihil vero mirandum videri debet, ſi univerſum illud divinum, cum ipſum non ſit in loco, adeſt omni, quod eſt in loco. Nam ratio dictat, ita eſſe neceſſarium, ut ipſum cum non habeat locum cuicumque praeſens eſt adeſſe totum: cumque ſit univerſo praeſens, ſic adeſſe, ut & ſingulis adſit totum.* Neque hoc, ait, una nos docet ratio, qua utimur; Ante rationem enim haec res jam fuit, & ab ipſo naturae inſtinctu inculcatur: (u) τὸ ἓν καὶ ταυτὸν ἀριθμῷ, πανταχῆ ἅμα ὅλον εἶναι, κοινὴ ἐννοια φύσιν ἔσαι, ὅταν παῖδες κατάμαθοι αὐτοφυῶς λέγωσι, τὸ ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν θεὸν, ὡς ἕνα τὸ αὐτὸν.

(*) P. 667. (Lib. II. cap. 9.)

nusquam affirmarunt eſſe, ſupremum Numen ab omni extenſione & concretione ſejunxiſſe, ſibi perſuadent. *Tertullianum* in vulgus notum eſt, Deo extenſionem attribuiſſe, immo corporeum eſſe eum certa ratione docuiſſe. Et is tamen ipſe Deum eſſe in loco inficiatur, *Libro contra Praxeam Cap. 16. p. 355. Deus totum orbem manu apprehendit velut nidum, cui coelum thronus & terra ſcabellum.* IN QUO OMNIS LOCUS, NON IPSE IN LOCO, *qui univerſitatis extrema linea eſt.* Sed & *ubique* ſimul ex ſententia *Philonis Deus eſt:* quod omnes ſimiliter, qui extenſum eſſe Deum conſtituunt, amplectuntur. Et ipſe *Philo* paullo poſt illa verba, de quibus hic agitur, Deum eſſe ſcifcit aperte, naturam per omnes univerſitatis partes diſtributam & permeantem p. 340. Θεὸς ἐγκυκλώσασθαι τὰ ὅλα καὶ ὅλα ἐν ὅλοις τὰ πάντα διὰ πάντων διελήλυθε. *Deus ſinu ſuo complectitur omnia & per omnes meae univerſitatis partes.* Non ſum ego neſcius, veterum de immenſitate ac omnipraeſentia Dei loquendi modos non eſſe nimis interdum premendos, meliusque multos eorum de hac re ſenſiſſe, quam loquuti ſunt. Eſt, fateor, hoc dogma cum in ſe abſtruſum & reconditum, tum ejus generis, ut humanis verbis vix queat ſine ullo vitio explicari & exprimi. Quidquid dicas, alius tamen, ſi velit, ita verba tua exponere poterit, ac ſi corporibus quae propria ſunt unice, in Deum contuliſſes. Ne ipſi quidem divini viri aliis formulis in hac re uſi ſunt, quam a rebus humanis ſumtis; quod errandi multis & olim & recentiori memoria occaſionem praebuiſſe conſtat. At *Philonem* tam clare puto & aperte animi ſui aperuiſſe ſenſa, nemo ut dubitare queat, recte ipſi ſententiam, quam dixi, attribui.

(q) *Ubique fere*] Cave vero tibi perſuadeas, ubicumque *Plotinus* diſputat, eſſe naturam aliquam individuam, partibus, quantitate, & qualitate carentem, ibi Deum ſemper & animam intelligi debere. Etenim nonnullis in locis natura haec, quam diximus, nulla eſt alia, quam materia, de qua ſupra diſſeruimus. Lege *librum* ejus περὶ ὕλης, & alium, in quo probat, ἀσώματα *ſeu incorporea nullis eſſe perpeſſionibus obnoxia.*

(r) *Binis libellis*] Hi bini libelli *quartus* ſunt & *quintus Enneadis ſextae, Operum Plotini.* Indicem eorum, quod duce ſcriberet memoria, non ſatis accurate expreſſit *Cudworthus.* Sic enim inſcripti ſunt: περὶ τοῦ τὸ ὂν ἓν καὶ ταυτὸν ὂν ἅμα πανταχοῦ εἶναι ὅλον. In utroque vero libello hoc, ut ubique fere, tam ſubtiliter & acute diſſerit philoſophus, ut magna opus ſit attentione, quo ſententia ejus recte percipiatur. Auget difficultatem mentem hominis aſſequendi oratio, qua cum aliis Platonicis utitur, quippe quae propius ad poëtarum accedit dictionem & media veluti inter orationem eſt ſolutam & ligatam. Certe multos hoc dicendi genus, quod junioribus Platonicis pleriſque uſitatum eſt, decepit, ut ſententias eorum ſecus, quam decebat, interpretarentur, & quae de animi notionibus & formis abſtractis dicta erant, de rebus vere exiſtentibus acciperent.

(s) *In loco*] Non de ipſo Deo, quod in verſione *Cudworthus* ſignificat, ſed de anima mundi, haec verba *Plotinus* adhibet.

(t) *Alio loco*] *Libro* nimirum *priori* eorum, quos de hoc argumento ſcripſit, Cap. 3. p. 647. Animadverti vero debet, non ſic apud *Plotinum*, uti hoc in loco, verba iſta legi. Nam in *Plotino* poſt voces: ὅτου πάρεστι, multa interjecta ſunt hoc negotium explanantia.

(u) Τὸ ἓν] His verbis *Plotinus* poſteriorem binorum illorum libellorum, ex quibus haec teſtimonia depromta ſunt, inchoat p. 650. Argumentum, quod comprehenditur iliis, ſimile eſt illi, quod antiqui Chriſtianorum docto.es a teſtimonio-

Digitized by Google

αὐτὸν. *Unum quiddam idemque numero esse simul ubique totum, communis indicat mentis*
1015 *humanae conceptio, quando omnes naturali quodam instinctu clamant, in unoquoque nostrum esse Deum, adeo ut unus in omnibus idemque sit Deus.* Quibus haec paullo post subjicit Philosophus: ἐπὶ παύλων βεβαιοτάτη ἀρχὴ ἡν ὅτι περ αἱ ψυχαὶ ἡμῶν φθέγγονται κ. τ. λ. *Jam vero principium ejusmodi omnium est firmissimum, quod animae nostrae naturali spiritu sonant, quod non ex singulis est conclusum, sed ante omnia disposita singulatim nobis venit in mentem.* Animum praeterea hominum saepenumero affirmat, aut potius assumit, tamquam rem certam & omnibus probatam, totum in singulis inesse corporis membris & partibus, id est, individuo: (x) ἔστι δὲ ἡ μὲν ψυχῆς, τὸ αὐτὸ ἀριθμῷ, τὸ ἐν τῇ πολὶ, καὶ τῇ χειρὶ ὑπαρχεῖ. *Quod ad animam attinet humanam, exsistit ea una eademque numero in manu & in pede.* Et rursus: πῶς πᾶς ἐν πολὶ καὶ χειρὶ ἢ αὐτὴν, ἢ δὲ ἐν τῷδε μέρει ἕν πανὸς, οὐ ἢ αὐτὴν ἢ ἐν τῷδε; *Praeterea quomodo in pede manuque eamdem ponimus animam, animam vero quae est in hac universi parte, non affirmamus eamdem cum anima illa, quae sit in alia ejusdem parte?* Ab hoc non discedit (y) *Simplicius*, utpote qui, dum corpus non esse primum rerum omnium initium ex eo probat, quod non possit non natura esse quaedam semet ipsam commovens, quae quidem necessario corporis expers esse debeat, sic commentatur: τὸ δὲ τοιοῦτον ἀμερὲς τινὸς ἀνάγκη εἶναι καὶ ἀδιάστατον, μεριστὸν γὰρ καὶ διάστατον ὑπάρχον, οὐ δύναιτ' ὅλον ὅλου ἑαυτῷ ἐφαπτέσθαι, οὐδὲ τὸ ὅλον εἶναι κινοῦν, καὶ ὅλον τὸ αὐτὸ κινούμενον. *Quod autem tale est, id non potest non esse individuum & indistans: namque si dividuum esset & distans, nullo modo totum sibimet ipsi totum conjunctum esse posset, ita ut totum & moveret ipsum, & moveretur.* Idem ex ipsis animis, eorumque natura intelligitur: qui nec suimet ipsius forent conscii, neque totos sese contemplari & explorare possent, si partes eorum disjunctae inter se essent, locoque distarent. Idem rursus philosophus perspicue negat, animum, tametsi semet ipsum interiori motu cieat & agitet, aliter de loco in locum moveri, quam fortuito, aut quatenus corpus, quod incolit, versat & commovet. Οὐ τὰς σωματικὰς κινούμενον κινήσεις (ἔστι γὰρ ἐκείνας κινήσαι ἐν-) ἀλλὰ

ducere solent *animae* ad probandum, unum tantum esse Deum.

(x) *ἐστὶ δὲ*] Scitum hoc totidem verbis, nisi me oculi & animus fefellerunt, in *Plotini* Libellis, ex quibus hos locos vir doctissimus affert, non exstat. Putem fere, virum doctissimum ex eo, qui sequitur, loco illud eruisse, in quo manifesto continetur. Hic autem posterior locus legitur *Libello priori Cap. 6. p. 649.*

(y) *Simplicius*] *Comm. in Aristot. libros de anima loc. supra indic. fol. 7.*

(z) *Potuerunt*] Non ignoro, recentiores, qui vocantur, Platonicos, quorum aliqui Libros *Aristotelis de anima* interpretati sunt, *Platonis* ita mentem ac sententiam exponere, ac si omnem animae motum illum, qui *corporeus* seu *localis* dicitur, derogasset, nec alium illi reliquisset motum, quam talem, qui animis convenit ratione praeditis, id est, cogitationem, deliberationem, ratiocinationem, & quae his cognata sunt. Idem vero novi, sectam hanc multa solere *Platoni* tribuere, a quibus ille prorsus aversus fuit, sententiamque ejus ad philosophiae, quam ipsimet excogitaverant, normam & rationes, invitam sicet plerumque ac reluctantem, accommodare. Ego quidem quibus modis probari queat, *Platonis* dogma, de anima non aliena, sed propria & insita virtute semetipsam ciente, quod in *Phaedro*, *Libro decimo de legibus*, & alias tradit, sic accipi debere, uti a *Cudworthо* post recentiores Platonicos accipitur, non video. Contra, quum extensionem animae tribuerit *Plato*, id quod paullo ante ostendimus, talem etiam motum, qualis est naturarum extensarum, non potuit non ipsi adscribere. Locus, quem vir doctissimus hic testatur, *Platonis*, ut id, quod vult, obtineat, ille sine controversia erit, qui *Libro* X. *de legibus p.* 669. exstat, quem suum ex parte fecit *Simplicius*, interpres *Aristotelis de anima*: ἄρχὴ μὲν οὖν ψυχὴ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν ταῖς αὑτῆς κινήσεσιν, αἷς ὀνόματα ἐστὶ, βούλεσθαι, σκοπεῖσθαι, ἐπιμελεῖσθαι, βουλεύεσθαι, δοξάζειν ὀρθῶς, εὐστοχεῖν, χαίρειν, λυπεῖσθαι, θαρρεῖν, φοβεῖσθαι, μισεῖσθαι, ἐρᾶν· πάσαις ὅσαι τούτων ξυγγενεῖς αἱ πρωτουργοὶ κινήσεις, τὰς δευτερουργοὺς αὖ παραλαμβάνουσι κινήσεις σωμάτων, ἄγουσι πάντα εἰς αὔξησιν καὶ φθίσιν, κ. τ. λ. *Universa*

Digitized by Google

ἁπλᾶ τὰς ψυχικὰς, αἷς δύναται ἐν σκοπεῖσθαι, βούλεσθαι, λογίζεσθαι, δοξάζειν, καὶ τὰ σώματα ἢ τὰς σωματικὰς κινήσεις. *Anima motibus non cietur corporeis ſeu localibus: (Nam ſi hos ſpectes immobilis plane eſt.) verum motibus animae convenientibus, qui vocantur conſiderare, velle, conſultare, opinari, & per has corpora movet ſecundum commotiones corporibus proprias.* Quod *Plato* praecepit, animum naturam eſſe ſemetipſam cientem, omnisque corporei motus effectricem, moventem nimirum ſemetipſam certa ratione cogitando, corpora vero de loco in locum verſantem, id eamdem omnino vim & ſententiam habet. Placuit *Ariſtoteli* tacendo hoc praetermittere: ſed ipſa *Platonis* verba rem extra controverſiam ponunt, ipſique interpretes Graeci, qui *Ariſtotelis de anima* librum illuſtrarunt, non diffiteri eam (z) potuerunt. Affirmat idem *Simplicius*, cujus hoc eſt effatum: ἐπεὶ ἢ οὐκ ἐν τόπῳ ψυχὴ, οὐδ' ἂν 1016
κινοῖτο τὰς ἐν τόπῳ ὄντων κινήσεις. *Quandoquidem anima non eſt in loco, nullius etiam motionis localis capax eſt.*

§. IX. His philoſophorum auctoritatibus contenti eſſe poſſemus, niſi *Porphyrium* videremus in hoc loco enodando prae ceteris accuratum & copioſum fuiſſe; Exſtant ejus ἀφορμαὶ πρὸς τὰ νοητὰ, ſeu *manuductio ad intelligibilia*, quam his exorditur verbis: πᾶν σῶμα ἐν τόπῳ, οὐδὲν ἢ τῶν καθ' ἑαυτὰ ἀσωμάτων, ἐν τόπῳ. *Omne corpus eſt in loco: nullum autem incorporeum per ſe, eſt in loco.* Quod deinceps ita perſequitur praeceptum: (*) ἀ ἢ τοπικῶς διέχει τὸ ἀσώματον ὅπου βούλει· ὄγκῳ γὰρ συνέχεται τόπος· τὸ ἢ ἄογκον παντελῶς καὶ ἀμέγεθες, οἷόν τ' ἐν ὄγκῳ ἀκρατὲς, πῶς τ κινήσεως ἄμοιρον· διαθέσει τινὶ ἔχει δείσει, ὅπου καὶ διακεῖται· καὶ ἐκ τ ἔργων αὐτῆς φανερὰ ἡ παρουσία εἴτε γίνεται *Neque incorporeum motu locali hinc inde quo vult fertur. Locus enim molem corpoream comitatur —— Quod autem omnis molis magnitudinisque expers eſt, nec ab eo, quod mole praeditum eſt, contineri poteſt, nec motus localis eſt particeps. Certa igitur quadam diſpoſitione iſtic reperitur, quo affectu inclinat, —— Et praeſentia ejus ex ipſius operibus apparet.* De tribus poſtea in divina natura *hypoſtaſibus* hoc modo

(*) p. 229. 230. (§. 28. ed. Cantabr.)

verſa ergo quae in coelo ſunt, quae in terra, quae in mari, ſuis motibus anima ducit: quibus nomina ſunt, velle, conſiderare, curare, conſultare, recte & non recte opinari, laetari, dolere, audere, metuere, odiſſe, diligere, & ceteris praeterea motibus omnibus, qui horum affines primique ſunt, qui & ſecundos corporum motus ſuſcipientes omnia in augmentum & decrementum perducunt, & quae ſequuntur. Sed hic locus, ſi quid ego judico, parum firmus eſt ad eorum ſententiam fulciendam, qui *Platonem* omnem abjudicaſſe animo motum exteriorem, ſibi perſuadent. Etenim philoſophus in eo non, quorum motuum anima ſit particeps, quibus eadem rurſus motus generibus careat, ex inſtituto recenſet, ſed tantum qua ratione, aut quo motus genere anima mundi corpora impellat & concitet, exponit. Animam nempe docet in toto mundi corpore latentem ſola meditatione, cogitatione, ratiocinatione efficere poſſe, ut materia obediat & hanc vel illam formam vel aſſumat, vel deponat. Sed ne hic quidem ſatis ſibi conſtat. Nam paullo poſt p. 670. quum de motu ſolis agit, neſcire ſeſe aperte fatetur, quonam motus genere anima ſolem cieat, tametſi certum ſit, motum ejus ab anima quadam proficiſci: Tribus fieri id poſſe modis affirmat, vel ita, ut anima inſit in ſole, & corpus illud rotundum ita transferat, ut nos noſtra ducit anima, vel eo modo, ut corpore quodam aëreo vel igneo incluſa corpus corpore pellat, vel denique ſit, ut modo nobis ignoto foris ſolem pellat: quonam vero trium horum motus generum utatur, id vero non conſtituit. Haec quomodo concinunt illis, quae paullo ante dixerat, animam omnes motus corporum meditatione, deliberatione, ratiocinatione ſola efficere? Fateamur, quod res eſt. Non is eſt *Plato*, cujus ita ſemper patet ſententia, ut nulli locus ſit dubitationi & difficultati. *Ariſtotelis* ceterum locus, quo *Platonem* tradit motum attribuiſſe animae, eſt *Libro* I. *de anima Cap.* 3. *p.* 9. *Tom.* II. *Operum.*

(a) His

modo mentem ſuam enuntiat: *ὁ θεὸς πανταχοῦ ὅτι οὐδαμοῦ, καὶ ὁ νοῦς πανταχοῦ ὅτι οὐδαμοῦ, καὶ ψυχὴ πανταχοῦ, ὅτι οὐδαμοῦ, κ. τ. λ. Deus ubique eſt, quia eſt nusquam: & mens ubique eſt, quia nusquam: & anima ubique, quia nusquam. Deus quidem ubique & nusquam eorum omnium, quae poſt ipſum ſunt; ſed iſthic tantum eſt, quemadmodum eſt atque vult. Mens autem in Deo quidem, ſed ubique & nusquam eorum, quae ſunt poſt ipſum: Et anima in mente & in Deo ubique & nusquam in corpore: corpus autem in anima, & in mente, & in Deo.* Ergo Deum negat in hoc orbe corporeo loco concluſum eſſe, rectiusque eos loqui arbitratur, qui corporeum orbem in Deo eſſe dicant, quam qui Deum in orbe verſari corporeo putent: etenim divina potentia orbem contineri & arceri, non vero divinitatem loci, quem hic mundus replet, indigere. Quid quod dilucidius etiam ſententiam ſuam alias explicat (*a*) his verbis: *εἰδ' οἱ κενὸν ἔν τι θεωρηθείη ἀσώματον, ἐν κενῷ οἷόν τε εἶναι νοῦν· σώματος μὲν γὰρ δεκτικὸν ἂν εἴη τὸ κενόν· νῷ δ' ἐνεργείᾳ χωρῆσαι ἀμήχανον καὶ τόπον δοῦναι ἐνεργείᾳ. Et ſi vacuum aliquod incorporeum* (quale *Democritus* & *Epicurus* eſſe putarunt) *cogitetur, mens in illo vacuo eſſe nequaquam poteſt*; (ac ſi una cum eo extenſa eſſet) *Nam vacuum poterit corpus recipere: ſed nec mentis operationem ſuo ambitu continere, nec locum actui praebere poteſt.* (*b*) Alio loco, *ὁ μὲν κόσμος*, inquit, *ἐν τῷ νῷ διαστατικῶς μέρεσι, τὸ δ' ἀσώματον τῷ κόσμῳ ἀμερῶς καὶ ἀδιαστάτως· τὸ δ' ἀμερὲς ἐν ἀμερεῖ, ὅλον γὰρ ὅλῳ καὶ πᾶν μέρει. πανταχοῦ δὲ καὶ ἐν ἀριθμῷ, αὐτὸ ἀμερῶς μέρεσι καὶ ἀπλήθυντος καὶ ἀδιάστατος, καὶ ἓν καθ' ἑαυτὸ φύσει, τῷ μεμερισμένῳ καὶ πεπληθυσμένῳ καὶ ἔν που ἐν τόπῳ. Mundus quidem* (corporeus) *intellectuali* (id eſt Deo,) *adeſt per modum extenſionis ſeu intervalli: incorporeum autem mundo nec partibus, nec ſpatiis diviſum eſt: Indiviſum autem in disjuncto ſeu ſpatiis extenſo totum exſiſtit ſecundum quamlibet partem: unum idemque numero exſiſtens. —— Adeſt vero nec diviſum, nec multiplicatum, nec loco circumſcriptum ſecundum propriam ſuam naturam, ei quod diviſibile eſt & ſua natura multiplex & loco comprehenſum.* Poſtremo de humano idem pronuntiat animo; utpote quem *ἄνουν* eſſe decernit *ἀμεγέθως, ſubſtantiam magnitudine deſtitutam*, quae non huic aut illi corpori *localiter* praeſto ſit, verum efficienter & rectoris inſtar, ſic ut totus in ſingulis membris individuus verſetur & (*c*) adſit.

1017

§. X.

(*a*) *His verbis*] Haec verba *Porphyrii* exſtant in *Appendice ſententiarum ſive graduum ad intelligibilia*, quam *Luc. Holſtenius* ex codice *Aloyſii Lolini* primus edidit §. 44. *p.* 278. *ed. Cantabr.*

(*b*) *Alio loco*] *Parte ſecunda ſentent. ad intelligibilia ducentium*, quam primus vulgavit *Holſtenius* §. 35. *p.* 241. ſub initium male hic expreſſum eſt: *ὁ τῷ νῷ*: Lege potius: *τῷ νοητῷ*.

(*c*) *Adſit*] Puto, virum doctiſſimum ad illam definitionem animi digitum hic intendere, quae *Sententiar. P.* I. §. 18. *p.* 225. legitur: *ἡ ψυχὴ, οὐσία ἀμεγέθης, ἄϋλος, ἄφθαρτος, ἐνέργεια παρ' ἑαυτῆς ἐχούσης τὸ ζῆν, κινητικὴ τὸ εἶναι. Anima eſt eſſentia, magnitudinis atque materiae expers, in vita per ſemetipſam vitali eſſe ſuum obtinens.*

(*d*) *Socrates*] *Hiſtor. Eccleſiaſt. Lib.* VI. *Cap.* 7. *p.* 310.

(*e*) *Expertes eſſe*] Per mihi gratum feciſſet vir doctiſſimus, ſi hoc uno tantum, vel altero demonſtraſſet *Origenis* loco. Non ego nego, rem ita ſeſe habere: Nam qui tot alia ex Platonicorum exhedris in ſuam derivaverat diſciplinam, praecepta quoque generis hujus de animae natura imbibere univerſa potuit. Nec tamen, lectis omnibus & accurate conſideratis, quae ex *Origenis* ſcriptis a viris doctiſſimis collecta ſunt, ad doctrinam ejus de anima illuſtrandam, omnem mihi hac de re dubitationem ereptam eſſe, ſentio. Scio, animam corporis expertem & *ἀσώματον* vocari *Origeni*: verum hoc nondum commoveor nomine, ut omnem ei materiam, nedum omnem exporrectionem detraxiſſe *Origenem*, firme ſtatuam. Etenim nomen hoc valde ambiguum eſt in antiquis Chriſtianorum ſcriptoribus, non ſecus ac in philoſophis: nec raro idem apud illos, quod quibusdam in locis *incorporeum* dicunt, aliis *corporeum* appellatur: *incorporeum* nimirum ratione habita craſſiorum illorum corporum, quibus homines

Digitized by Google

§. X. Inter Christianos auctores, qui ab hac stetere sententia, primo suo jure numero habendus est *Origenes*. Etenim is tam studiose ac diligenter esse naturas ab omni disjunctas corpore, pugnavit, ut, quod (*d*) *Socrates* scriptum reliquit, Aegyptii monachi, qui Deum sibi corporeum opinionis errore finxerant, *Theophilo*, antistiti Alexandrino, exitium comminarentur, nisi & *Origenis* execrari prorsus & rejicere scripta, & Deum simul humani corporis & formae participem profiteri vellet. Libri praeterea *Origenis contra Celsum* exarati & quos περὶ ἀρχῶν inscripsit, multis in locis declarant, existimasse eum naturas corpore liberas omnis extensionis (*e*) expertes esse. Mitto reliquos Graecorum doctores, quibus idem visum fuit, & ad Latinos pergo, in quibus *Augustinum* in primis nomino. Cujus quidem si *de quantitate animae* (*f*) liber aliique loci, quibus hoc argumentum tangit, inspiciantur, censuisse eum non modo apparebit, humanam mentem corpore carere, sed etiam longitudine, latitudine, altitudine destitutam & *illocabilem*, ut ait, esse. Finem faciat (*g*) *Boëthii*, philosophi Christiani, dictum, qui: *Quaedam sunt*, inquit, *communes animi conceptiones, per se notae, apud sapientes tantum; ut incorporalia non esse in loco.* Ex quibus universis perspicuum fit, plerosque eorum, qui olim sapientiae floruerunt laude, hoc minime scitum probasse: *Quod nusquam est, nihil est*, neque illud communibus notionibus, verum vanis vulgi commentis ac erroribus connumerasse.

§. XI. Quae hucusque disputavimus, ea neminem dubitare sinunt, qui naturam corporis expertem, nec extensam, nec distantem, nec magnitudinis compotem esse tuentur, eos non opinionem aliquam recentem & a Scholasticis primum 1012
doctoribus excogitatam fovere, verum id tenere, quod plerisque omnibus olim sapientibus persuasum fuit, qui naturas esse putarunt a corpore (*h*) sejunctas. Constans in primis & concors haec veterum hujus generis philosophorum sententia fuit, Deum non esse partim hic, partim alias, naturam ejus sub nullam cadere mensuram, non esse tantum divinitatis hoc conclusum spatio, tantum alio loco circumscriptum, verum totum Numen individuum in singulis esse terrarum orbis locis, nec corporum instar usquam in ullo loco versari. Interim quum haec multis

mines & animalia cincta sunt: *corporeum* vero, respectu Dei, quem a corpore omni statuunt plerique eorum abstractum esse. Locos eorum ut hic afferam, res haud flagitat.

(*f*) *Liber*] Exstat is *Tomo* I. *Opp. Augustini*, ut a Monachis ex familia *Benedicti* sunt edita, *p.* 298. *f.* Adde *Epistolam* ejus CLXVI. §. 4. *p.* 444. *Tom.* II. *Opp.* ubi quo sensu *corpus* dici queat anima, quo sensu *incorporea* sit, clarius explicat. In Libro *de quantitate animae Augustinus* ex praeceptis disputat Platonicorum, quibus plus multis in locis tribuit, quam necesse erat, & multa idcirco affert, quae non omnibus placebunt, qui recte & ordine philosophantur. Quapropter, qui librum hunc cum fructu legere volunt, eos sententiam ipsam *Augustini* ab argumentis, quibus eam firmat, secernere oportet.

(*g*) *Boëthii*] Ex memoria hoc dictum recitavit *Boëthii* vir doctissimus, nec iisdem ea de causa verbis, quibus perscriptum exstat. In *Boëthii libello*, *quomodo substantiae in eo, quod sint, bonae sint, cum non sint substantialia bona p.* 167. ita verba fluunt: *Alia* (enuntiatio) *est doctorum tantum, quae tamen ex talibus communis animi conceptionibus venit, ut est, quae incorporalia sunt, in loco non esse, & caetera: quae non vulgus, sed docti comprobant.* Quum *Augustinus* & *Boëthius* communes Latinorum magistri consequentibus fuerint saeculis, unde haec opinio ad omnes alicujus ingenii & eruditionis doctores, qui postea vixerunt, fluxerit, ex his facile intelligitur.

(*h*) *Sejunctas*] *Hobbesius*, nec pauci praeter eum alii, doctrinam de naturis non extensis, aut de Deo & anima omnis exporrectionis nescius, inter ea referebant tum temporis dogmata, quae nimium doctorum Scholasticorum acumen peperisset: qua in re sine controversia fallebantur.

tis portentoſa & mirabilis videatur doctrina, nec levibus, aut paucis utatur adverſariis & contemtoribus, operae judico eſſe pretium hic indicare, quibus modis & rationibus antiqui ejus vindices varii generis tela, quibus oppugnata fuit olim non ſine ſpecie, repulerint. Primum igitur qui male huic ſententiae cupiebant, ſic argumentabantur: Qui naturas corpore liberas nec extenſas eſſe volunt, nec dividuas, hi ad ſummam eas exiguitatem revocant & propterea univerſas, ne ipſo quidem Deo excepto, in contemtionem adducunt omnium. Etenim aut *minima* ſint neceſſe eſt *phyſica*, quae, quum exilitate ſint incredibili, ſecari amplius & dividi nequeunt, ſi quidem ſunt ejusmodi corpuſcula, aut *puncta* ſint oportet *mathematica*, quae nemini, niſi mente ac cogitatione, partiri licet. Ergo vel mille harum naturarum a corpore ſejunctarum in unius acus cuſpide ſimul ſaltare poterunt. Hanc rationem dudum *Plotinus* his verbis repreſſit: (*) οὐχ οὕτω ἦ ἀμερὲς ὡς μικρὸν· ἔστω γὰρ ἄδιον ἢ ἧττον καὶ μειοτὸν ἔστω· καὶ ἐ πάντη αὐτὸ ἐφαρμόσει· οὐδ' ἂν αὐξομένῳ τὸ αὐτὸ συνέσται· ἀλλ' οὐδ' ὅτως ὡς σημεῖον, ἐ γὰρ ἂν σημεῖον ὁ ὄγκος, ἀλλ' ἄπειρα ἐν αὐτῷ, οὐδ' ὡς ἐφαρμόσει (*i*) *Deus, omnesque naturae corporis expertes, non ita ſunt impartibiles, uti minima ſeu puncta phyſica. Sic enim nihilominus erunt diviſibiles mathematice, neque congruerent univerſo.* —— *Neque eaedem ita ſunt individuae, ut puncta mathematica, quae nec corpora ſunt, nec ſubſtantiae, ſed termini tantum lineae. Neutra harum rationum Deus cum mundo congrueret, aut animi corporibus ſuis, ita ut toti ſemper univerſo adeſſent.* De Deo vero ſic poſtea ſigillatim differit: (†) ὅτι οὕτως ἀμερὲς, ὡς τὸ σμικρότατον, μείζονα γὰρ ἀπείλων, ἐ μεγέθει, ἀλλὰ δυνάμει —— λαμβάνειν ἢ ἐ ἄπειρον αὐτὸν, ἐ τῷ ἀδιεξιτήτῳ, ἢ ἔ μεγέθει, ἐ ἔ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τῷ ἀπεριλήπτῳ τὴ δυνάμεως. *Deus non ita eſt individuus, ac ſi minimum & ultimum eſſet omnium rerum: id enim eſt, quod omnium maximum, non ratione magnitudinis habita, ſed potentiae. Praeterea quemadmodum eſt individuus, ita etiam infinitum eſſe eum fateri oportet, non ac ſi aut magnitudo eſſet, aut numerus, qui penetrari non poſſet, ſed quia virtus ejus comprehendi nequit.* Idem porro philoſophus in vulgi hoc erroribus numerat, quos ſenſus & imaginandi pepererit facultas, quod ſibi homines perſuadere ſolent, id quod extenſione caret, nec loco diſtat ab alio, neceſſario parvum eſſe ac exiguum; nec intelligere addit multitudinem, quaenam vera ſit vel exilitas, vel magnitudo. Dabo ipſa viri verba: (§) μέγα νομίζοντες τὸ αἰσθητὸν, ἀπορεῖμεν πῶς ἐν μεγάλῳ ἢ τοιούτῳ, ἐκείνη ἡ φύσις ἐστείνει· τὸ δ' ἐν τούτῳ τὸ λεγόμενον μέγα μικρόν· ὃ ἢ νομίζει μικρὸν εἶναι μέγα· εἴτε ὅλον ὅλη πᾶν τοῦτο μέρει φαίνῃ, μᾶλλον ἢ τοῦτο παντοχόθεν τοῖς αὐτοῦ μέρεσιν ἐπ' ἐκεῖνο ἴον, ἐκείνῃ αὐτὸ παντοχῇ πᾶν ἢ μεῖζον ἑαυτοῦ. *Nos ſenſibile hoc magnum eſſe putamus, ideoque dubitamus, quomodo illa* (divina) *natura* (quum individua ſit, nec extenſa,) *per magnum hoc, tantumque protendatur: Sed re vera hoc, quod magnum dicitur, parvum eſt: quod autem parvum exiſtimatur, eſt magnum: ſiquidem totum illud per univerſum partis*

(*) p. 656. (Ennead. VI. Lib. IV. cap. 13.)
(†) p. 764. (Ennead. VI. Lib. IX. Libro de bono vel uno.)
(§) p. 645. (Ennead. VI. Lib. IV. cap. 2.)

(*i*) *Deus*] Verti hunc locum ad ſententiam *Cudworthi*. Verſio haec non reſpondet, quod manifeſtum eſt, *Plotini* verbis, ſed liberior eſt interpretatio ſententiae eorum, quae tamen ſatis cum auctoris mente, ſi circumſpicias omnia, congruit. Ceterum non totum *Plotini* locum attulit vir doctiſſimus, ſed multa ejus praetermiſit. Vix autem vim ejus recte capient, niſi qui noverint, quid μικρὸν & σημεῖον antiquis fuerit philoſophis. Μικρὸν id eſt, quod Latini *punctum*: σημεῖον vero id, quod iidem *ſignum* appellant. Utriusque definitionem *Auguſtini* verbis dare placet, ex libro

di

partis uniuscujusque se fundit: imo vero universum hoc undique suis partibus ad universum illud accedens, invenit illud ubique totum, seque procul dubio majus. Ejusd m sententiae *Porphyrius* fuit, quod haec ejus verba declarant: (*) τὸ ὄντως ὂν οὔτε μέγα, οὔτε μικρὸν ἐστι· (τὸ γὰρ μέγα καὶ μικρὸν κυρίως ὄγκου ἴδια) ἐνδέχεται δὲ τὸ μέγα καὶ μικρὸν· καὶ οὔτε τὸ μέγιστον καὶ οὔτε τὸ ἐλάχιστον, ταυτὸ καὶ ἓν ἀριθμῷ ὄν. Εἰ καὶ ἐνέστιν ἅμα οὐ πάντες μεγάλου καὶ οὐ πάντες ἐλαχίστου (†) συνεσκέμμεθον· μήτε ὡς μέγιστον αὐτὸ ὑπονόησεις. Εἰ δὲ μὴ, ἀπορήσεις, πῶς μέγιστον ὂν τοῖς ἐλαχίστοις ὄγκοις πάρεστι, μὴ μειωθὲν, ἢ συσταλέν· μήτε ὡς ἐλάχιστον, εἰ δὲ μὴ πάλιν ἀπορήσεις, πῶς ἐλάχιστον ὂν τοῖς μεγίστοις ὄγκοις πάρεστι, μὴ πολλαπλασιασθὲν, ἢ αὐξηθέν. *Verum ens nec magnum, nec parvum est. Nam magnum & parvum molis corporeae propria sunt. Verum excedit & magnum & parvum supra utrumque, imo & supra maximum, ac minimum unum idemque numero: licet simul ab omni maximo, minimoque participatione perceptum deprehendatur. Quocirca nec ut maximum animo cogites. Alias enim dubitabis, quomodo illud, quod est maximum, rebus minimae magnitudinis adsit, non imminutum vel contractum. Nec cogites ut minimum: iterum enim dubitabis, quomodo id, quod est minimum, rebus maximae molis adsit, non multiplicatum, vel auctum, vel compositum.* Ut breviter quae latius illi dixerunt complectar, haec summa est responsionis, qua primum, quod dixi, adversariorum suorum argumentum repressserunt: Deus corporis expers & simul extensionis, nec punctum est physicum, nec mathematicum. Illud enim distantiam habet, & cogitatione secari potest: hoc, tametsi magnitudine ac substantia careat, situm tamen habet & positum. *Punctum*, ait (*k*) *Aristoteles*, *monas est, quod situ gaudet ac positu.* Non ut res minima Deus ille spectari debet, nec ut res maxima. Si minima res esset, rebus non congrueret maximis: si maxima, mole nimirum & extensione, non totus unicuique rei, etiam minimae, praesens adesse posset. Neque autem vera magnitudo ex materia & mole aestimari debet. Namque omnis magnitudo parva tantum est, quoniam nec infinita esse potest magnitudo, nec, quod *Aristotelem* antea urgere vidimus, finita magnitudo potestatem habere infinitam. Denique sint licet multi, ex illis quoque qui ceteroquin vehementer a Dei religionisque despicientia remoti sunt, quos cogitatio illa de mille spiritibus in acus cuspide saltantibus conturbat: cavillentur, quantum volent, religionis adversarii atque ignominiam ex hac cogitatione iis comparare studeant, qui naturis corpore carentibus extensionem adimunt: id tantum omni ista contentione declarabunt, sententiam, quam oppugnant, non satis sibi cognitam & perceptam esse. Natura enim extensionis inops, quum nec exilitas ulla sit, quod sumunt tamen adversarii, verum omni careat magnitudine, nec loco, situ, motu proprie gaudeat, sequitur, eam nec in acus cuspide, nec usquam alias saltare posse.

§. XII.

(*) Sentent. p. 243. (§. 36.) (†) Lege μετεσκέμμεθον.

de quantitate animae Cap. 11. §. 18. *p.* 303. *Tom.* I. *Opp. Punctum vocatur, cum medium tenet figurae: si autem principium lineae est vel lineis, aut etiam finis, vel cum omnino aliquid notat, quod sine partibus intelligendum sit, nec tamen obtineat figurae medium,* SIGNUM *dicitur. Est ergo* SIGNUM *nota sine partibus. Est autem punctum, nota medium figurae tenens. Ita fit, ut omne* PUNCTUM *etiam* SIGNUM *sit, non autem omne* SIGNUM *punctum videatur.*

(*k*) *Aristoteles*] *Lib.* II. *de anima Cap.* 61 *p.* 13 σημεῖον μονὰς ἐστι θέσιν ἔχουσα. Adde *Metaphysicor. Lib.* XIII. *Cap* 12. *p.* 471. *Tom.* IV. *Opp.* ubi qua ratione *punctum* a *monade* differat, explicat.

§. XII. Pergo ad alterum argumentum, quod doctrinae huic oppoſuere olim aliqui. Quodcumque nec parvum eſt, nec magnum, nec ſpatium occupat, nec loci ſitusque inter reliqua corpora particeps eſt, id nihilum omnino eſt. Magnitudo enim & extenſio veram conſtituit rerum illarum, quae ſunt & exiſtunt, eſſentiam. Quocirca nulla eſſe poteſt ſine extenſione vel *ſubſtantia*, vel *accidens*. At quodcumque extenſum eſt, id eſt corporeum. Itaque nulla eſſe poteſt natura, niſi eadem corpore ſit praedita, resque corpore carentes inania hominum commenta ſunt. Niſi forte aliquis id corpore vacans dicere velit, quod tenuiori ac ſubtiliori veſtitum eſt corpore. Quo quidem ſenſu apud (*l*) *Ariſtotelem* aliqui ignem vocant μάλιστα τῶν στοιχείων ἀσωμάτων & ἀσωματώτατον, *illud omnium elementorum, quod maxime abſtractum eſt a corpore*. Atque ipſe (*m*) *Ariſtoteles* hanc vocabulo
2020 ἀσώματον, *incorporeus*, poteſtatem attribuit, quum philoſophos omnes dicit tres animae affectiones aſſignare, *motum*, *ſenſum*, *corporisque inopiam*, quum tamen philoſophorum, quos inducit, haud pauci non tam animam ab omni corpore ſejunctam eſſe, quam σῶμα λεπτομερὲς, *tenue ac exile corpus* eſſe, voluerint. Ad hanc ratiocinationem confutandam id multum momenti habet, quod *Plato* loco ſuperius allato contendit, populi ac multitudinis errore inflatos eſſe, qui quidquid nec ſpatium occupat, nec in loco eſt, nihilum eſſe ducunt: quem quidem errorem ex eo eſſe natum arbitratur, quod homines inferioribus animi ſui facultatibus, ſenſibus & imaginandi virtuti plus, quam ſatis eſt, obſequi ſolent, utpote quae praeter id, quod corporeum eſt, nihil conſequuntur ac (*n*) comprehendunt. Huic *Plotinus* accedit, qui (*) ἡ μὲν αἴσθησις, inquit, ᾗ πεπιστεύκαμεν τοῖς λεγομένοις, λέγει ὅτι ὧδε καὶ ὧδε· ὁ δὲ λόγος τὸ ὧδε καὶ ὧδε φησὶν, οὐκ ἐκπεδῶσαν ὧδε καὶ ὧδε γενέσθαι, ἀλλὰ τὸ ἐκπεδὸν πᾶν αὐτοῦ μετειληφέναι, ὅπου ἀδιαστάτου αὐτοῦ. *Senſus enim, quo freti quae hic dicuntur minime credimus, dicit nobis, hic eſſe & ibi. Ratio vero dictat hoc ipſum, quod dicitur hic & ibi, non ſignificare, naturam illam eſſe hic & ibi extenſam: ſed quidquid extenſum eſt, ſublime illud participare, cum tamen ipſum in ſe nullam diſtantiam patiatur.* Nec ab hoc diſſentit *Porphyrius*: (†) δεῖ τοίνυν ἐν ταῖς σκέψεσι καταμεγαίτατα τὸ ἑκατέρου ἰδιότροπον μὴ ἐπισκάπτειν τοὺς ὅρους· μᾶλλον δὲ τὸ περιττὸν τῶν σώμασιν, ἢ ποιῶσι, μὴ φαντάζεσθαι, μηδὲ δοξάζειν περὶ τὸ ἀσώματον· τὸ μὲν γὰρ σωμάτων, ἐν συνηθείᾳ πᾶς· ἐκεῖνον δὲ μόλις ἐν γνώσει γίνεται), ἀσελγῶς περὶ αὐτὸ, ἕως ἂν ἔτι φαντασίας κρατῶσι. *Quocirca in diſquirendo oportet nos utriusque* (naturae corporeae ac incorporeae) *proprietatem ſervantes non confundere naturas. Quinimo nec ea, quae corporibus adſunt, aut ſimile quid, de incorporeo imaginando concipere, vel opinari.* —— *Corporibus enim omnes aſſuevimus: ſed in illorum* (incorporeorum) *cognitionem vix quisquam penetrat, dubius incertusque circa ea fluctuans* —— *quamdiu imaginationi eſt obno-*

(*) p. 656. (†) Sentent. p. 242.

(*l*) *Ariſtotelem*] Vid. *Lib.* I. *de anima Cap.* II. *p.* 6. *Tom.* II. *Opp.*

(*m*) *Ariſtoteles*] Vid. *Lib.* I. *de anima Cap.* II. *p.* 7. *Tom.* II. Si copioſus eſſe vellem, ingentem hic exhibere poſſem locorum ex antiquis tam Chriſtianis, quam profanis auctoribus numerum, quibus vocabulum ἀσωμάτου hoc ſenſu ſumitur. Sed paſſim jam ejusmodi dicta protuli: obſervabo tamen breviter, quotuplici notione nomen hoc apud veteres exiſtet philoſophos. Primum ἀσώματον id veteres vocant, quod ſenſu non percipitur, ſed animo tantum & cogitatione cognoſcitur & comprehenditur. Frequens eſt haec notio apud Platonicos, qui ſpecies & formas rerum ſeu ideas, facultates animi, virtutes & perfectiones ἀσωμάτους vocant: quae tamen omnia, tametſi de illis Platonici tamquam de naturis per ſe ſubſiſtentibus loquantur, nusquam ſunt niſi in animis noſtris, ſi abſtracte ſpectentur. Deinde ἀσώματον

id

obnoxius. In sequentibus, normam proponit & regulam de rebus a corpore sejunctis cogitandi, ne naturae earum cum rerum corporearum naturis meditando confundantur: ἐν ἀπείροις μέρεσι ὃ ἀμφοτέρω παρὸν ὅλον τὸ διαλαβόν, ὅτι μεμερισθὲν πάντῃ, τῷ μέρει διδὲν μέρος. ὅτι πληθυνθὲν τῷ πλήθει παρέχειν ἑαυτὸ πλαπλασιασθὲν· ἀλλ' ὅλον πᾶσι τε τοῖς μέρεσι ὃ ὀγκωμένοις, εἰ τι ἐπάσῳ ὃ πλήθει, ἀμερῶς καὶ ἀπληθύντως καὶ ὡς ἐν ἀριθμῷ· τὸ δὲ μερικῶς καὶ ὀγκωμένως διαλαβεῖν αὐτό. (Deus) *in omnibus spatio extensi partibus, licet infinitae fuerint, praesens est, ipse nullo spatio diffusus. Nec in partes divisus adest, parti partem communicans, nec multiplicatus multitudini semetipsum multipliciter praebet. Sed totus & omnibus mole distenti partibus & singulae cuique uniuscujusque multitudinis & universae moli atque universae multitudini indivisus nec multiplicatus adest, & velut unum numero. Sed particulatim divisimque eo perfrui licet.* Ergo nulli dubitabant hi antiqui sapientes, naturam nec loco distantem, nec extensionis compotem, nec denique corpore praeditam, cujus hic res agitur, ex eo esse genere, quod ἀφάντασιον dicitur, cujus imaginem sensu & phantasia nullo modo informare licet: Et hinc quidem unice judicabant eveniisse, ut tot eam homines, qui phantasiae ejusque imperio sese totos dedunt, unicamque veri regulam sensus & imaginandi facultatem esse arbitrantur, prorsus rejicerent, ac ad res, quae fieri nequeunt, amandarent. Et horum nonnulli, quo citius, quod cupiebant, obtinerent, eo, *Porphyrio* auctore, progressi sunt, ut intelligentiam & φαντασίαν unius ejusdemque rei duo tantum esse adseverarent divisa nomina. (*) Ὀνόμασι μὲν διαφορᾶς τινὲς ἐπέθεσαν τῇ ὃ τε ὑποκειμένῳ καὶ τῇ φαντασίᾳ, ἡ δὲ ἐν λογικῷ ζώῳ φαντασία διδοκλο αὐτοῖς νόησις. *Visum fuit nonnullis, intellectus subsistentiae imaginationis quoque appellationem solo nomine diversam attributam esse: nam animalis rationalis imaginationem intellectum esse censebant.* Verum multa sunt, quorum nemo figuram imaginari potest, tametsi ea reapse exsistere nulli, si quidem sani sint, diffiteantur: Ex quo perspicuum fit, esse in nobis alias facultates, quae vim imaginandi excedunt ac superant. Ipsa quidem ratione magistra edocemur, illud, quod aut agere potest, aut perferre, non posse non esse aliquid. Verum id, quod extensione caret, nec partes habet extra partes loco distantes, pro nihilo statim habere, id non est rationis obtem- 1021
perare decretis, sed populi opinionibus servire, & sensibus ac phantasiae ludificationibus nimis sese addictum profiteri. Nihil est, cur vereamur, fore, ut natura illa infinite sapiens & potens, quae toti mundo praesidet, omnesque ejus partes construit & moderatur, prorsus in nihilum abeat, si molis atque extensionis omnino dicatur expers esse; nec est, quod putemus, nullam fore eam, si nec in spatio esse, nec distare, uti corpora, credatur. Nec minori sunt in errore, qui vim omnem agendi ex materia & extensione pendere arbitrantur: qui si recte sentirent,

(*) p. 224. Sent.

id dicitur, quod forma & qualitate caret, quamvis materia ceteroquin constet indigesta, rudi, & crassa: hoc sensu ὕλην *corporis expertem* multi appellarunt, qua de re jam supra disseruimus. Tertio illud hoc designabatur nomine, quod particulis constabat levissimis & subtilissimis. Sic ignem & aërem multi veteres dixerunt corpore vacare. Nec pauci nominari possunt ex antiquis Christianorum doctoribus, *Basilius M.* & alii, qui *angelos*, quibus corpora ab illis data esse constat, nihilo tamen minus ἀσωμάτους seu incorporeos nuncupant, nostrorum nimirum terrenorum & concretorum corporum ratione habita. Postremo naturae ab omni plane concretione corporea liberae, nec ulla ratione extensae hoc verbo a Platonicis potissimum indicantur.

(n) *Comprehendunt*] Vid. supra §. 7. ubi *Platonis* hic locus exstat descriptus, & observationibus nonnullis illustratus.

tirent, quanto aliquid majori mole eſſet praeditum, tanto illud majori quoque haud dubie virtute valeret agendi. Quae quum ita ſint, duo eſſe naturarum in hac univerſitate genera ſtatuendum eſt. Alterum corporibus conſtat; quae ὄγκοις, mole, tumoribus abſolvuntur, omnique facultate deſtituta ſunt per ſe aliquid perficiendi. Alterum rerum eſt a corpore ſejunctarum: hae ἄογκοι ſunt δυνάμεις, virtutes pondere vacantes, inſitaque gaudentes agendi facultate. Cient quidem materiam, resque extenſas, verum ipſae nihil habent materiae, neque ſub menſuram, ulla ratione, quoniam mole carent, cadunt. Neque tamen id impedit, quo minus, alio licet ſenſu, certum βάθος, *profundum* quoddam *naturale* habeant, de quo ita (o) *Simplicius:* (*) μερισὴ μὲν ἁπλῶς ἡ σωματικὴ οὐσία πᾶσα, ἄλλου ἀλλαχῆ τ μορίου κειμένου· ἀμέριστος δ εἰλικρινῶς ἡ νοερὰ, πολὺ δ βάθος ἔχουσα. *Omnis ſubſtantia corporea ſimpliciter dividua eſt, ita ut quaedam ejus partes hic, quaedam alio loco jaceant. At ſubſtantia intellectualis tota eſt individua, tametſi certum quoddam profundum* (alio licet ſenſu) *habeat.* Ipſis quoque corporibus ineſt aliquid ἀφαντασίαστον, ſeu quod imaginari nulla ratione licet: quod quidem facile unusquisque ſentiet, ſive infinite ſecari materiam poſſe affirmet, ſive neget, quorum tamen alterum ſine controverſia verum ſit, neceſſe eſt. Quid? quod de rebus corporeis non ita ſemper fas eſt nobis pronuntiare, quemadmodum ſenſus & imaginandi facultas jubent. Placet vel unico id declarare exemplo. Aſtronomorum rationibus extra omnem collocatum eſt dubitationem, ſolem plus quam centies orbe terrarum majorem eſſe, nec tamen quisquam ſolem ſibi animo informare poteſt tantum, quantus eſt reapſe, aut terram vel dimidio minorem. atque eſſe eam revera novimus, cogitando ſibi fingere. Ratio in promtu eſt. Nemo noſtrum vidit umquam ſimul naturam tam vaſtae magnitudinis, qualis aut ſol eſt, aut terra: ſenſus contra noſtri ſolem ſemper nobis exhibent ὡς πεδιαῖον, *ut orbem pede uno* (p) *circumſcriptum.* Nos igitur, quia rerum tales nobis ſemper fingimus formas, quales a ſenſibus ad animum perferuntur, tantum haud ingenio valemus, ut majorem ſolis formam concipere & imaginando informare queamus. Quod ſi ne in illis quidem rebus, quae in ſenſus incurrunt, imaginandi facultati jus id conſtituendi, quod verum duci debet, concedi poteſt, quanto minor ejus auctoritas tum erit, quum rerum a ſenſibus omnino remotarum natura inveſtigatur. Hiſce omnibus, aliam addere ſolebant argumentationem, qui olim pro naturis pugnabant corpore vacuis. Sic nimirum ratiocinabantur: Aeque nobis arduum ac difficile intellectu eſt, eſſe naturam, cujus duratio non extendi aut diſtribui poteſt in tempus praeteritum, praeſens, ac futurum, ideoque principii omnis expers eſt, atque grave nobis eſt, naturam comprehendere partibus, loco, ſpatioque deſtitutam, nec longitudinis, latitudinis, aut altitudinis participem. Interim ratio, ut credamus, poſtulat, non eſſe modo durationem ſine principio, verum etiam ἄχρονον αἰῶνα, *aeternitatem temporis inopem*, aut durationem permanentem, ab illo tempore, quod continuo fluit ac labitur, diſtin-

(*) In Ariſt. Phyſ. p. 1.

(o) *Simplicius*] Puto *Simplicium* nihil ſibi velle aliud, quam hoc, aegre ac difficulter naturam illam, quae ſola intelligentia & ratione cognoſcitur, comprehendi a nobis & capi poſſe, quemadmodum divinus *Paulus* ſapientiae & reliquis divinis perfectionibus βάθος quoddam adſcribit. *Rom.* XI. 33. Si quid aliud, quod ſibi vir doctiſſimus perſuaſiſſe videtur, vocabulo hoc intellexit & naturalem aliquam rerum a corpore ſemotarum proprietatem eo indicavit, ne ipſe quidem, ſi viveret, mentem ſuam claris & perſpicuis verbis explicare nobis poſſet.

(p) *Cir-*

distinctum. Et tempus, quod perpetuo procedit & labitur, (q) *Plato* recte refert inter τὰ γιγνητὰ, quae vocat, inter res quae genitae sunt & idcirco exordium habuere. Exponam hanc ratiocinationem *Plotini* vocibus: (r) (*) διὰ δὲ ταύτην, ἀλλὰ πάντας χρόνου ἔξω, ὃ μὲν χρόνος σκιδναμένου αἰεὶ περὶ λόγισιν τοῦδ' αἰῶνος ἐν τῷ αὐτῷ μένοντος καὶ κρατοῦντος, ὁ πλείονος ἀεὶ δυνάμει ἀΐδίῳ, ὃ δὴ καὶ πᾶσα δοκοῦντος ἴσαι χρόνοι. *Ob eamdem causſam, propter quam divinae naturae extenſionem derogamus, eidem tempo-* 1022
ralem quoque diſtantiam detrahere debemus, affirmareque, Deum non eſſe in tempore, ſed extra omne tempus ab aeterno exſiſtere. Tempus enim per intervalla continuo ſpargitur, ita ut momentum ſuccedat momento: aeternitas autem in ſe ipſa eodem habitu permanet, ſine ulla fluxione & nihilo tamen minus continet & ſuperat, ampliorque exſiſtit tempore per potentiam ſempiternam, quamvis hoc ipſum in plurima videatur excreſcere. Quod aeternitatis omni tempore carentis notionem informare cogitando non poſſumus, haec una eſt ratio, quia ipſimet tempori, ejusque converſionibus naturaliter implicati ſumus: Ex quo quidem evenit, ut cogitationes noſtrae anguſto illi ac tenebricoſo carceri, quo ipſimet concludimur & coarctamur, mancipatae, adſtrictae, & alligatae ſint. At nihilo tamen minus illae animi noſtri facultates, quae majori valent libertate, certos nos eſſe jubent, exſiſtere naturam aliquam, infinitis modis nos ſuperantem ſeu abſolute perfectam: quod dum intelligimus, μαντείαν τινὰ, *divinationem quamdam*, exoriri ſentimus in nobis, qua ad aeternitatem ejusmodi permanentem, temporisque omnis expertem, ſeu durationem naturae illi conſentaneam, ducimur.

§. XIII. Supereſt, antequam ad alia progrediar, ut de illis dicam aliquid, qui corpora inducunt corporis & materiae expertia, aut Deum animosque humanos non aliter eſſe corpore liberos pronuntiant, quam σῶμα eſt λεπτομερὲς, *tenue corpus ac ſubtile*, qualia ventus, vapor, aether, & aër ſunt. Certum eſt, illud philoſophiae genus, quod corpuſculis unice nititur, quale antiquiſſimis quidem ſuis temporibus, quum ad eorum nondum rationes eſſet accommodatum, qui adverſus Deum diſputant, negaſſe, vere qualitatem ejusmodi eſſe, qualis ſubtilitas eſt ac tenuitas, ſtatuiſſeque, nullo modo naturam qualitatis ejusmodi intelligi poſſe. Contra omnem, qui philoſophiae huic ſtudebant, corporum differentiam naſci ſtatuebant ex motione, tenuiſſimas, quae ſenſus fugiunt, particulas ſecante, easdemque perpetuo ciente ac agitante, nec non certa ex particularum illarum colligatione & textura. Ex quo fieri poſſe intelligitur, ut quod tenuitate & exilitate reliqua omnia vincit corpora, ſenſim tantam duritiem, craſſitudinem, & gravitatem conſequatur, quantam caro, terra, ſaxa, ferrum, ac plumbum habent: item e contrario ut id, quod ſumma praeditum eſt gravitate ac pondere, per motum, diverſamque particularum texturam, non modo pellucens, verum etiam ita exile, fluidum, ac molle evadat, ut a tenuiſſimo nil diſtet aethere. His datis, id per-

(*) p. 669. (Ennead. VI. Lib. V. cap. 11.)

(p) *Circumſcriptum*] *Ciceronis* imitatur verba *Libro* IV. *Academ. Quaeſt. Cap.* 26. *p.* 2294. *Tom.* VIII. *Opp. Quid poteſt eſſe ſole majus? quem Mathematici amplius duodeviginti partibus confirmant majorem eſſe, quam terram, quantulus nobis videtur? mihi quidem quaſi pedalis.*

(q) *Plato*] *In Timaeo p.* 529. *Oper.*

(r) Διὰ δὲ] In his verbis *Plotini* vertendis ductum *Cudworthi* ſequutus ſum, qui non tam vertit ea, quam liberiori oratione interpretatus eſt.

(s) *Per-*

perſpicuum ſit oportet, corpus craſſum ac tenue, grave ac leve, opacum & pellucens, durum ac molle non genere inter ſe differre, ſed accidentia tantum, nec ullam propterea rationem afferri poſſe, cur in hoc, non autem in illo, vita inſit & intelligentia. Omitto nunc, eos, qui naturas olim contenderunt eſſe corpore vacuas, magni momenti rationibus, quas infra producemus, planum feciſſe, animum hominis nullo pacto pro corpore, tenuiſſimo licet ac ſubtiliſſimo, haberi poſſe, cujus quippe partes motu dividi ac ſejungi (*s*) poſſunt.

1023 §. XIV. Qui naturas corpore carentes inficiantur extenſas eſſe, hi totas eſſe illas ajunt in toto, & ſimul totas in qualibet corporis illius parte, cum quo conjunctae ſunt, aut quod verſant. Hanc autem orationem, qui ſecus ſentiunt, perabſurdam & rationi plane repugnantem dicunt. Etenim ſi tota, inquiunt, divinitatis in hac una eſt materiae particula, nihil ejus eſſe poteſt in illa, quae proxime contingit hanc, particula. (*) Aut ſi haec divinitate quadam gaudet, alia ſit ea divinitas neceſſe eſt, totaque ab illa altera diſcrepans. Similiter, ſi animus noſter totus unam corporis hujus partem replet, quidnam, quaeſo, ejus in reliquis erit membris? Aut quomodo totus in toto verſabitur corpore? Hujus rationis impetum binis frangere modis ſolent, qui

(*s*) *Poſſunt*] Nolim ego cauſſam eorum, qui animos & genios ſubtiliſſima eſſe putant corpora, ulla ratione meam facere: at ſignificare tamen, ut arbitror, licebit, dubium mihi videri, num tale ſit hoc argumentum ex philoſophia, quam *corpuſcularem* vocant, ſumtum, ut omnes hujus generis copias conficiat. Concedet haec ſecta forte, corporum naturalium eam eſſe indolem, ut vel augeri vel rurſus diminui, nunc craſſiora, nunc exiliora fieri, pro diverſa texturae particularum, quibus conſtant, ratione, queant: Negabunt vero, hinc aliquod adverſus ſe argumentum ſumi poſſe. Coeleſtium enim & aethereorum corporum longe eſſe aliam rationem, quippe quae talia ſemper maneant, qualia principio ſint condita, nec ullo modo commutentur, aut alium habitum induant, ſed individuo in eodem ſemper ſtatu perſeverent. Quae quum ita ſeſe habeant, ad hanc omnis controverſia primum quaeſtionem revocabitur: Utrum rationi & naturae rerum repugnet, eſſe naturas corporeas, id eſt, certa materia conſtantes, forma certa praeditas, exporrectas & certo ideo ſpatio concluſas, mobiles denique, ſimul vero ita ſubtiles ac tenues, ut ſub ſenſus haud cadant, ut nulla vi divelli ac diſcerpi, nulla ratione augeri vel minui, nulla, niſi infinita, potentia deſtrui queant? Qui animos hominum & genios tam bonos, quam malos, corporeos eſſe dicunt, nihil eſſe in hac ſententia, quod pugnet inter ſe, arbitrantur: Et ingentem illi tam veterum, quam recentiorum, philoſophorum turbam ſibi ſociam & faventem in hac cauſſa habent. Quotquot veterum Deum ad ignis accedere naturam, aut animum eſſe per totam univerſitatem commeantem, quotquot animos hominum vel igneos vel aethereos, & una tamen immortales eſſe, quotquot animos ex variis elementis conflatos & interire tamen non poſſe, decreverunt, corpora ejusmodi, aut ſi mavis coeleſtem ejusmodi materiam, in quam nulla vis poſſit aliquid, profeſſi ſunt. Horum vero quanta vis & multitudo eſt? De coelo Peripateticorum nunc taceo, quod omnis eſt converſionis & mutationis expers, tametſi extenſum eſt, & corporeum. Et ipſi Platonici illi, qui tanta olim contentione pro naturis non extenſis pugnarunt, ab hac propius abeſſe mihi videntur ſententia. Eſt nimirum in ſcitis horum philoſophorum, plerorumque ſaltim: omni animae & daemoni corpus quoddam adjunctum eſſe, at noſtris multo corporibus exilius, levius, tenuius, & ignem, lucem, aut aetherem ſubtilitate ſua quodammodo referens. Ipſe doctiſſimus *Cudworthus* non obſcure in hanc propendere videtur ſententiam, quam amicus ejus, *Henr. Morus*, apertius fovit. Hoc corpus quum perpetuo, de ſententia hujus familiae, animis & daemonibus adhaereſcat, nec ullo modo ſemoveri queat ab illis, aeque ſit neceſſe eſt immortale, immutabile, perenne, ac ſibi conſtans, quemadmodum naturae ſunt illae, quibus pro veſtimento datum eſt. *Hierocles Comm. in aurea carmina Pythag. p.* 213. ὁ ἄνθρωπος ψυχὴ λογικὴ μετὰ συμφυοῦς ἀθανάτου σώματος. *Homo eſt animus ratione praeditus cum congenito corpore immortali.* Ergo non modo corpora, ipſa natura ſua craſſiora & tenuiora hi philoſophi profitentur, ſed etiam eſſe naturam partibus conſtantem, ſpatio concluſam, extenſam, verbo, corpoream, & una tamen individuam & perennem, cui nulla, ſi divinam excipias, virtus detrimenti aliquid afferre queat. Ac de meo ut ingenue ſenſu fatear, non putem

qui olim pro naturis corpore vacuis verba fecerunt. Primum, concedunt, ſi de naturis extenſis aut corporibus ſermo ſit, nihil homine dementius ac indoctius fore, qui ſtatueret, eas totas in ſingulis ſpatii ejus, quod totae occupant, partibus praeſentes adeſſe. Ita *Plotinus:* (*) *σώματι ἀδύνατον ἐν πλείοσι τὸ αὐτὸ ὅλον εἶναι καὶ τὸ μέρος ὅπερ τὸ ὅλον ἔσχεν. Corpori convenire non poteſt, ut queat idem totum ſimul in pluribus eſſe, atque pars idem penitus eſſe valeat, quod & totum.* Id ipſum vero deinde negant ad naturas transferri poſſe nec loco diſtantes, nec extenſas, quae partes extra partes haud habeant. Has enim qui putent totas eſſe in ſingulis corporis illius partibus, quod animant, eos tantum abeſſe dicunt, ut delirent & rationi contraria loquantur, ut potius, ſi ſecus docerent, in ipſam peccaturi eſſent rationem. Partem enim naturae ejusmodi ſi tantum eſſe in parte corporis, aequalemque idcirco utriusque quantitatem una exſiſtere traderent, naturam extenſione carentem extenſam eſſe ſtatuerent. Tollitur plane ac evertitur indoles naturae illius, quae *ἀμεγέθης, ἄποσος, ἀδιάστατος, ἀμερὴς, ἀδιαίρετος, magnitudinis & quantitatis expers, loco non diſtans, partibus carens, individua* denique dicitur, ſi alia ea ratione cum extenſo corpore copulata eſſe ac conjuncta credatur, quam ea, quam non ſecus, ac magicum carmen & veneficium multi fugiunt, nimirum, ut tota praeſens 1024

(*) Enn. IV. Lib. VII. p. 460.

putem hanc opinionem ex earum eſſe genere, quae repugnantes ſibimetipſis audiunt: nec quum infinitam Dei potentiam cogito, reſiſtere aliquid animadverto, quo minus credam, poſſe ab eo naturas condi, certo quidem modo corporeas, at ita tamen continuas, ſibique conſtantes, ut nec ſtatum mutare nec diffluere ac diſſipari queant.

Sed cominus forte congredientur, qui animos & genios corpora eſſe noſtris multo leviora & ſubtiliora negant, relicta, quam doctiſſimus *Cudworthus* monſtravit, via: concedent primum, poſſe tales exſiſtere, quales diximus, naturas; id vero deinde minime quaeri, adjicient: Hoc unice vocari in controverſiam: Num genii & animae tales ſint naturae? Id autem fieri nullo modo poſſe: namque materiam cogitationis & ratiocinationis haud fieri poſſe participem. *Liberius Fromundus Philoſophiae Chriſtianae de animo Lib.* IV. *Cap.* 2. *p.* 801. *Oporteret illi animae —— aliam adhuc ſecundam animulam inſerere: quia ille homuncio non per materiam corpuſculi ſui, ſed per aliud principium materiae infuſum, vitales operationes & praecipue intellectus & voluntatis adminiſtrat.* Verum ne ſic quidem multum mihi videntur proficere. Ipſimet una cum illis, quos oppugnant, confitentur, ignotas ſibi eſſe proprietates & virtutes coeleſtis illius & aethereae materiae, ex qua animos & genios adverſarii eorum conflatos eſſe arbitrantur: Quonam jure igitur pugnant, rem, cujus naturam ignorant, huius vel illius perfectionis compotem fieri non poſſe? Dum ita rationem concludunt: Materia nec ratiocinari, nec velle, nec intelligere poteſt: volunt, intelligunt, ratiocinantur animi humani & genii: Ex materia igitur & corpore conſtare nequeunt: dum ita, inquam, rationem concludunt, craſſae hujus & terrenae, cujus praecipuas proprietates novimus, materiae affectiones in illam coeleſtem, aëream, & toto genere ab hac noſtra diſtantem materiam temere transferunt. At vitioſum eſt, diverſi generis res inter ſe conferre, & ex rerum notiorum natura, quanam res ignotae praeditae ſint indole, colligere velle. Meis ſi res omnis votis inter eos ageretur, qui de natura diſputant animae, ſapientius aliquanto & accuratius nonnulli eorum inter ſe dimicarent. Sacris edocti ſumus oraculis, animam naturam eſſe a corpore ſpectabili ſecretam & ſimul perennem ac immortalem. Juſtitiae & ſanctitatis divinae notio, quam in omnium hominum animis ipſa informavit natura, fieri nullo modo poſſe confirmat, ut animus una cum corpore exſtinguatur. His binis contenti eſſe poſſemus, reliqua in illud tempus differre, quod corpore hoc concreto & craſſiori ſolutis, interiora nobis rerum receſſus aperiet. At nos, qui alieno ſemper pedo nos metimur, nec niſi aegre ignoramus aliquid, neque ingeniis noſtris parcimus, neque cerebris, ut interiorem animorum indolem exquiramus, quam ſimul tamen vehementer abſtruſam & reconditam eſſe querimur. Quod dum conamur, plerumque labimur, nec ſecus agimus, ac ſi omnium, quas Deus condidit, rerum naturam & rationes in numerato haberemus, quarum minima pars nobis patet.

(*) [Vid. *Beauſobre Hiſt. du Manich. p.* 488. *ſ.*]

ſens & efficax in qualibet corporis parte ſit. Haec *Plotini* eſt reſponſio: (*) ἔστω δὲ λόγος ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως ἀσωμάτου καὶ τῆς οὐσίας ἀπλότερον καὶ ἐν τῇ ἄλλης φύσεως ἐλαττώσεως. *Haec itaque ratio* (de naturis corpore ſemotis) *ex ipſa re* (id eſt, natura earum, quatenus extenſione carent) *ipſaque eſſentia deducta eſt, nec alieni quidquam admittit, nec ex diverſa natura aliquid accipit.* Quidquid nec diſtat ab alio, nec extenſum eſt, id naturae extenſae non ita poteſt adjunctum eſſe, ut pars partem ſequatur, punctum comitetur punctum, ſed neceſſario ὅλον ἓν καὶ ταυτὸν ἀριθμῷ, *totum numero unum idemque* eſſe, aut quod idem eſt, individuum in qualibet corporis ejus, cum quo connexum eſt, parte verſari debet. Falluntur ergo, qui vocem ὅλον, *totum*, quando ab illis adhibetur, qui totum Deum in ſingulis mundi partibus & totum animum in quolibet corporis eſſe membro diſputant, ita intelligunt, ac ſi ea rem deſignaret ex partibus, quarum altera tangit alteram, conſiſtentem. Nihil affirmat haec vox ita poſita, ſed removet tantum aliquid, atque totum deſignat μὴ μεμερισμένον ſeu *individuum.* Hoc ſibi unice volunt, qui, quod dixi, credi poſtulant: nec Deum in orbe, nec animum in corpore dividuum eſſe, non hic partem ejus, illic aliam exſtare, verum τὸ θεῖον *divinitatem* παντταχοῦ ὅλον μὴ μεμερισμένον, *ubique totum eſſe ac individuum.* Audiamus rurſus quemadmodum *Plotinus* haec ediſſerat: (†) εἰ ἓν παντταχοῦ θεὸς, οὐχ οἷον τε μεμερισμένον· ἢ γὰρ ἂν ἦν παντταχοῦ αὐτὸς εἷς, ἀλλ' ἕκαστον αὐτοῦ μέρος, τὸ μὲν ὧδὶ, τὸ δὲ ὧδὶ ἔσται, αὐτὸς οὐχ εἷς ἔτι ἔσται, ὥσπερ εἰ τμηθείη τὸ μεγέθους εἰς πολλὰ καὶ τὰ μέρη πάντα, οὐκ ἔτι τὸ ὅλον ἐκεῖνο ἔσται· πρὸς τύποις δὲ καὶ σῶμα· εἰ δὲ ταῦτα ἀδύνατα, πάλιν ἂν ἀνεφάνη τὸ ἀπιστούμενον, ἐν φύσει ἀνθρώπου, ὁμοῦ θεὸν νομίζειν καὶ παντταχοῦ τὸ αὐτὸ ἅμα ὅλον εἶναι. *Si igitur eſt ubique Deus, fieri nequit, ut ſit ubique diviſus: alioquin non ipſe foret ubique, ſed unaquaeque pars ejus ita diſponeretur, ut haec quidem hoc in loco, illa vero eſſet in illo? Atqui & ipſe non amplius eſſet unus, quemadmodum ſi magnitudo quaedam divideretur in multa. Sic enim diſſiparetur, neque partes omnes alterius totum illud exſiſterent. Accedit ad haec, quod Deus ita ſe habens foret & corpus: At ſi haec fieri nequeunt, rurſus quod incredibile videbatur compertum habemus, in univerſa videlicet humana natura exiſtimante Deum eſſe ſimul ubique: unde conſtat, unum aliquod indiviſum ubique ſimul totum eſſe.* Haec igitur ſi ex eorum numero ſunt, quae fieri non poſſunt, conſequitur, ſententiam illam, quam multi tam moleſte ac graviter ferunt, nec ſecus ſpectant, ac ſi vim omni afferret rationi & intelligentiae, Deum eſſe ubique, ſeu Deum totum ac individuum in quovis verſari loco, veritatem eſſe minime dubiam, cominunibusque totius humani generis notionibus plane conſentaneam. Contrahamus breviter, quae adhuc paullo latius expoſuimus: Qui corpus aut quantum ὁμοῦ πᾶν, totum in qualibet parte ſpatii, quot totum replet, eſſe volunt, omnino deſipiunt, resque jungunt, quas ſana ratio vetat jungere. Sed haec in eos non cadit culpa, qui naturam nec extenſam, nec ſpatio diſtantem totam ac individuam eſſe pronuntiant in quolibet corporis, quod animat, membro. Qui ſi contrarium confirmarent atque partem naturae ejus in

(*) p. 663. (†) p. 662.

(t) *Quod tradunt*] Vident omnes, verſionem hanc valde liberam & longam eſſe paucorum *Plotini* verborum declarationem & expoſitionem. Puto tamen tetigiſſe generatim mentem & ſententiam *Plotini* virum doctiſſimum, tametſi eo, quo haec ejus verba exſtant, loco minime haec omnia tradantur a philoſopho. In ejusdem, qui proxime hunc conſequitur, loco vertendo plus etiam, quam verba ferunt, libertatis ſibi ſumſit: nec tamen contra doctrinam *Plotini*, ut arbitror, poſuit aliquid. *Plotinus* ex eorum eſt ordine, quorum verba non tam vertere interdum decet, quam aliis & multo

Digitized by Google

in parte qualibet eſſe corporis ſtatuerent, in id vitium, quod eis exprobratur, inciderent, ac, quod abſurdum auditu eſt, rem individuam in partes ſecari poſſe confiterentur.

§. XV. Quartum reſtat & ultimum argumentum, quo naturas oppugnant plerique corporis & extenſionis inanes. Qui his favent naturis, hi non eſſe eas in loco praecipiunt: ex quo efficitur, eas quoque immobiles eſſe. Illi autem, quibus placet non eſſe naturas ejusmodi, primo nimis inficetum & ineptum eſſe arbitrantur, ſtatuere, humanos animos, mentesque finitas, quales daemones ſunt ac genii, & nusquam eſſe, & ubique eſſe. Etenim ex hoc cogi putant, poſſe animos iſtos totam rerum univerſitatem moderari, nec ullam rem ex illis, quae in orbe terrarum geruntur, ignorare. Deinde ipſis eorum placitis, qui Deo ac religioni operam dant, ſententiam hanc prorſus adverſari ac repugnare, animadverti volunt: Quos quidem omnes fateri conſtet, humanos animos corpore egreſſos inde ad alium commigrare ac moveri locum, cui nomen ἅιδης & *inferi*. Poſteriorem argumentationis hujus partem primum aggrediemur. Non illi, qui olim naturas eſſe corporis expertes, nec extenſas voluerunt, neſcii fuerunt, receptam vulgo doctrinam de animis poſt fata ad inferos proficiſcentibus opponi ſibi poſſe. Igitur *Plotinus*, quo hanc tolleret adverſariorum concluſionem, duo attulit in medium. (*) Primo τὸ μὲν, inquit, εἰς ἅιδου γίνεσθαι, ἐν μὲν οἷς τῷ Αἰδοῖ τὸ χωρὶς λέ- 1027
γεσθαι. (ſ) *Quod tradunt animam ad inferos proficiſci, ſi inferorum nomen nihil velint ſignificare, quam* τὸ εἰδὲς *id quod videri nequit* (quo ſenſu vocabulum hoc nonnumquam ſumitur) *nihil aliud ſignificatur, quum anima dicitur ad inferos abire, quam eam corpore hoc terreno & concreto ſolvi & per ſe ipſam agere: ex quo conſequitur, locum neceſſario in eam non eſſe incluſum.* Sed ſtatim ita pergit: εἰ δέ τινα χαίρειν τόπον, τί θαυμαστόν; ἐπεὶ καὶ νῦν ὅ τε σῶμα ἡμῶν ἐν τῷ τόπῳ κεῖσθαι λέγει ἐκεῖ, οὐκ ἐν ἄλλῳ ἢ σώματι, ἢ τὸ εἴδωλον εἰ μὴ ἀποσπασθείη, πῶς οὐκ ἐκεῖ ἔστι τὸ εἴδωλον; *Sin autem hoc nomine locum quendam deſignent deteriorem* (quod etiam fit interdum) *quid mirum? quandoquidem & nunc ubi corpus noſtrum eſt, & quo in loco, ibidem anima eſſe feratur? Dices forte: Verum quomodo id fieri poteſt, quum ea nullum amplius corpus habeat? Reſpondeo: Si animae ſimulacrum non prorſus ab ea divellatur, cur non ibi eſſe animam cogitemus, ubi eſt animae ſimulacrum?* Quod *idolum* hic *animae Plotinus* vocat, id corpus videtur eſſe quoddam *aëreum* aut *ſpirituale*, quod animus, poſt fata ei adhaerens agitat & vita impertit. Quod vero *idolum* hoc animi ſeparari ab eo poſſe decernit & per ſe ſeparatim ſubſiſtere, quod ſolum illud ad inferiores ſedes ſeu ἅιδου abire diſputat, animo interea in *mundo intelligibili*, in quo nec ſpatium eſt, nec diſtantia, vivente & in nuda divinitate ſine ullo prorſus corpore collocato, quod denique animum corpore ſolutum non partem, ſed totum eſſe, neque hic vel illic verſari, contendit, id ſubtilius excogitatum eſt, quam ratio patitur. (v) In primis duo, in

(*) Ennead. VI. Lib. IV. (c. 16. p. 659.)

multo pluribus vocabulis explanare, quo quid ſibi velint proprie, pateat. Quod quoniam ſaepenumero *Marſilius Ficinus*, interpres ejus, facere neglexit, idcirco verſio ejus multis in locis valde obſcura eſt & impedita, nec niſi ab homine diſciplinae & dictionis Platonicae perito intelligitur.

(v) *Patitur*] Quae hic in *Plotino* reprehendit & a ſcitis Platonicorum aliena eſſe judicat vir praeſtantiſſimus, ea his continentur ejus verbis, quae continuo illa excipiunt, quae hic ab eo deſcripta ſunt: εἰ δὲ παντελῶς λύσις φιλοσοφίας καὶ ἀπόλυσις εἴδωλον εἴη, τί χαίρειν τόπον φαίη, αὐτὸ δὲ καθαρὸν ἐν

Digitized by Google

in hoc recte requiras dogmate: primum, quod absurde prorsus duplicem animae vitam attribuit, deinde quod praecepti scholae suae non recordatur, quod ipse alicubi his verbis exposuit: (*) (x) ἡ ἡμετέρα ψυχὴ τόδε μὲν σῶμα καταλείψειν, 1026 ἐ πάντη ἦ ἐξω σώματος ἔσεσθαι. *Anima nostra, tametsi corpus suum relinquat, nunquam tamen ab omni prorsus corpore separata erit.* Hinc evenit, ut *Porphyrius*, *Plotini* ceteroquin vestigia ubique premens, quum huic occurrere vellet rationi, hic a magistro suo, cujus alioquin vel verba retinet, desciscceret, vetusque illud, de quo deinceps exponemus, disciplinae Pythagoreae praeceptum probaret, animos humanos numquam a corpore prorsus semoveri, verum semper corpori cuidam alligatos esse: (†) ὥσπερ τὸ ἐπὶ γῆς εἶναι ψυχῇ ἐστιν, ἐ τὸ γῆς ἐπιβαίνειν, οἷς τὰ σώματα· τὸ ἦ περιέχειν σώματος, ὃ γῆς ἐπιβαίνει· ἔστω καὶ ἐν ᾅδου εἶναι ἐστὶ ψυχῇ, ὅταν περὶ αὐτὴ εἰδώλου φύσιν μὲν ἔχοντος εἶναι ἐν τόπῳ, σκοτεῖ ἦ ἢ ὑπαίσιόν τινα κατηφῆ ὥστε εἰ ὁ ᾅδης ὑπὸ γῆς ἐστι τόπος σκοτεινός. ἡ ψυχὴ ἐν ᾅδου γίνεσθαι ἐφελκυσθεῖσα τὸ εἴδωλον ἔξω θέσει γὰρ αὐτὴ ἔστι τοῦ σώματος τὸ πνεῦμα συνομαρτεῖ, ὃ ἐκ τῶ σφαιρῶν συνελέξατο ἐπεὶ ἦ δεῖ τὸ βαρὺ πνεῦμα, ἢ ἴνυγρον, ἄγειν τῶ ὑπογείων τόπων. ἔστω ἢ αὐτὸ λέγεσθαι χωρῶν ὑπὸ γῆν· ἐπ' ἐπ ἡ αὐτὴ ἰσότης μεταβαίνει τόπους, καὶ ἐν τόποις γίνεσθαι, ἀλλ' ὅτι τῶ φυσικῶν σωμάτων, τόπους μεταβάλλειν φύσεις ἀναδέχεσθαι. *Quemadmodum hoc animarum esse in terra, non est sic in terra versari, uti corpora, sed potius praeesse corpori in terra versanti: ita etiam esse in inferno est animae, quando simulacro* (id est, animato, aethereo corpori) *praeest, quod naturam quidem talem habet, ut sit in loco, subsistentiam vero in tenebris habet. Quare si infernus subterraneus & tenebrosus locus est, anima, licet non abstracta & divulsa ab ente, in inferno exsistit, attrahens sibi simulacrum. Exeuntem enim eam ex solido corpore spiritus* (corpus spirituale ac subtile) *comitatur, quem ex sphaeris* (elementis) *collectum habebat. —— Et quoniam gravis humidusque spiritus usque ad subterranea loca pertingit, hac ratione & ipsa terram subire dicitur: non quod ipsa illa substantia de loco in locum transeat, & in locis exsistat: sed quia transeuntium naturam suam per loca & loca obtinentium corporum habitudines suscipit.* His addit *Porphyrius* nonnulla, quae *Plotini* prorsus refragantur sententiae, nimirum: (y) *Animam numquam ab omni corpore sejunctam* vive-

(*) Ennead. IV. Lib. III. cap. 4. (p. 374.) (†) Ἄφορμ. p. 232.

τῶ νοητῶ, ἰδίως ἐγκρυβῆναι αὐτῶ. *Sin autem philosophia solvat omnino simulacrum, illud solum in locum deteriorem abit. Ipsa vero anima pure admodum in mundo intelligibili vivit, nihilo tunc ex ipsa exempto, sive foras educto.* Ceterum, nisi totus fallor, vir doctissimus neque veterum, maxime Platonicorum, de simulacro seu εἴδωλῳ animae sententias hic omnino assequutus est, nec recte *Plotinum* scholae suae dogmata deseruisse, *Porphyriumque* a magistro propterea defecisse tradidit. Mihi nec peccasse aliquid *Plotinus* in scholae suae scita, nec *Porphyrius* magistri sui disciplinam aspernari, sed accurate sequi videtur. Patebit id, spero, ex illis, quae infra de recondito hoc Platonicorum dogmate, quod ad Christianos magnam partem transiit, disseremus. Neque tamen fas est crimini summo viro id dare, quod hic forsasse deliquit: nam & tantae sunt Platonicorum tenebrae, tamque retusae argutiae, ut perspicaciissimi quoque viri labi queant in illis explorandis: & ante *Cudworthum* illi hoc in dogmate exponendo errarunt, qui principes disciplinae Platonicae magistri videri voluerunt: quod *Ficini* & aliorum, si res id posceret, exemplis probare mihi liceret.

(x) Τὸν ἀνωτάτω] *Plotinus* isto in loco non ait, quod hic vir doctissimus perhibet, universam scholam Platonicam in praeceptis suis hoc ducere: *Nullam animam sine corpore unquam esse*, sed τινὰς *quosdam* ita praecipere, asseverat. Animam ait mundi non ita corpus suum dici deserere, quemadmodum nostra anima corpus suum relinquere dicatur: ἡ μὲν γὰρ τοῦ παντὸς ψυχὴ λέγεται, καταλείπειν τὸ σῶμα. *Non enim* (mundi anima) *sicuti nostra corpus suum deserere dicitur:* Quibus dictis, haec subjicit: καίτοι τινὲς φασὶ τόδε μὲν οὐ καταλιπεῖν, ἐ πάντα δὲ ἔξω σώματος ἔσεσθαι. *Quamquam nonnulli dicunt, animam nostram hoc quidem corpus deseri-*

turam,

vivere, verum ſemper corpus aliquod praeſenti ſtatui & diſpoſitioni ſuae accommodatum, nunc gravius, nunc viciſſim levius, adjunctum habere. Corpore vero ubi ea exierit hoc concreto & terreno, corpus ſpirituale, cui tamquam vehiculo aptatum eſt, umbram neceſſario attrahere ac praegravari, donec anima ſenſim purgata & a ſordibus liberata ſplendor ſiccus exiſtat nulla umbra ac nube obſcuratus.

§. XVI. Sed qui univerſum hoc veterum philoſophorum, quibus viſum eſt naturas eſſe corpore abſtractas, dogma, de animis poſt fata corpori cuidam ſubtiliori & tenuiori alligatis, copioſius & planius *Jo. Philopono* declaraverit, nemo mihi unus ſeſe obtulit. Itaque non alienum hujus loci exiſtimo quaedam ejus dicta, quibus doctrinam hanc luculenter expoſuit, huc transferre. Principio non diffitetur, ſibimet ipſi hanc arridere opinionem, quam excellenti philoſophi ingenio ante ſe ſequuti fuerint: (*) ἡ μὲν λογικὴ χωριστὴ, ἡ δὲ ἄλογος, ταύτη μὲν χωριστὴ, ἄλλως μέντοι τοῦ σώματος ἀχώριστος, λέγω δὲ τὸ πνευματικὸν, ἐφ' ἑαυτῆς δέξα, ὡς δείξομεν. *Animam rationalem, quod quidem ad virtutem ejus attinet, ab omni corpore diſclu-ſam eſſe: ac partem ejus ratione carentem ſeu vitam ſeparari tantum poſſe a terreno hoc & craſſiori corpore, minime vero ab omni corpore, ſed potius* (poſt fata) *ſpirituali ſeu aëreo corpore praeditam manere, in quo & per quod agat: Haec, inquam, vera eſt ſententia, quod deinceps probabitur.* Paullo poſt in eamdem ſententiam ita diſſerit: ἡ δὲ ἄλογος οὐκ ἐν τῷ τύπῳ ἔχει τὸ εἶναι, δυνάμει δὲ καὶ μὴ ἔξοδον ἐκ τούτου τοῦ ψυχῆς, ἔχημα καὶ ὀχούμενον ἔχουσι τὸ πνευματικὸν σῶμα· ὃ καὶ αὐτὸ ἐστὶ μὲν ἐκ τῶν τεσσάρων, λέγεται δὲ ἐκ τοῦ πλειονάζοντος τοῦ ἀέρος ὀνόματος καὶ τῶν γένεσιν, λέγεται ἐκ τοῦ πλειονάζοντος. *Vita animae rationis expers non omne ſuum eſſe habet in hoc gravi terrenoque corpore, verum manet poſt exceſſum animae ex corpore, pro vehiculo & ſubjecto habens corpus ſpirituale: quod corpus tametſi ex quatuor elementis eſt compoſitum, nomen tamen ſuum ab ea parte, quae potior eſt ceteris, accipit, aëreа nimirum: quemadmodum hoc noſtrum corpus terrenum dicitur propter praecipuam ſui partem, terram.* Ergo certum eſt, nil dubitaſſe *Philoponum*, animum hominis corpore exutum non modo ratiocinari atque in no- 1027
tionibus,

(*) Prooem. Comm. in Ariſtot. de anim.

ſturam, non tamen omnino extra corpus fore. Duae igitur inter Platonicos, haec ſi abſolute ſpectentur verba, fuerunt hac de re opiniones. Nam quum aliqui animam corpore excedentem omni plane corpore vellent exui, alii e contrario aliquod tamen corpus animae ſemper adjunctum manere, tametſi terrenum hoc & ex rerum naturalium initiis concretum corpus deponeret, exiſtimabant. Ipſe *Plotinus* neutri videtur accedere voluiſſe familiae. Sed aberrabit tamen, ut exiſtimo, a ſententia verborum *Plotini*, qui hanc illis vim tribuerit. Conveniebat inter omnes Platonicos, animam coeleſti quodam corpore veſtitam ſemper eſſe, tali corpore cinctam in hoc concretum corpus deſcendere, illud ipſum diſcedentem inde rurſus auferre. Quid ergo ſibi vult philoſophus? videtur mihi de eo corpore tantum loqui, quod εἴδωλον vocabant philoſophi, quum dicit quosdam exiſtimare animam aliquam corpore prorſus liberari & ſolvi. De hoc quidem corpore, cujus paullo poſt naturam explicabimus, concertatio quaedam inter hos vigebat philoſophos. Alii poſſe illud plane deponi ac philoſophiae virtute penitus depelli ab anima ſtatuebant: alii vero negabant, id fieri poſſe, animamque idcirco numquam ἄνευ σώματος eſſe, ſed ſemper cum corporis, quod gerimus hic, forma quadam ſociatam eſſe, cenſebant.

(y) *Animam*] Non haec, quae ſequuntur, totidem verbis apud *Porphyrium* ſcripta exſtant, verum ex illis, quae apud eum longiore oratione expoſita leguntur, collecta ſunt. Ipſa *Porphyrii* verba magnam partem in ſequentibus afferentur. Fallitur vero, quod jam dixi, vir ſummus, quum *Plotino* haec eſſe ſcita *Porphyrii* contraria, opinatur: Ego ſi quid his in rebus video, inter diſcipulum & magiſtrum parum aut nihil hac in re diſcriminis eſt.

Digitized by Google

tionibus Metaphyſicis & Mathematicis, ſeu rebus ab omni concretione corporea disjunctis, quae nec tempori, nec ſpatio ſunt adſtrictae, contemplandis occupatum eſſe, verum etiam illis uti facultatibus inferioribus, quas ſentientes & rationis expertes vulgo nominant: quorum quidem hoc, niſi corpori cuidam vitaliter ſociatus eſſet animus, nullo facere modo poſſet. Iſtud igitur corpus, quod mentem comitatur corpore ſolutam, πνευματικὸν dicit, *ſpirituale*, non eo quidem ſenſu, quo vocabulum hoc in ſacris exſtat litteris, verum ita, ut aëreum & vaporibus ſimile ſignificet. Jam rationes conſideremus, quibus *Philoponus* hanc veterum non minus ſapientum, quam ſuam ipſius doctrinam communire ac confirmare nititur: ἡ ψυχὴ ἡ ἡμετέρα, μὴ ἢ ἐν τῷ σώματι τούτῳ ἔξοδον, ὁμολογεῖται, μᾶλλον δὲ ἀποδείκνυται, εἰς ᾅδου ἀφικνεῖσθαι καὶ ποινὰς ἐκεῖ ἃ καλῶς βεβιωμένων παρέχειν· οὐ γὰρ μόνον τοῦ εἶναι ἡμᾶς φροντίζει ἡ πρόνοια, ἀλλὰ καὶ τοῦ εὖ εἶναι· διὸ καὶ ἀμελεῖται ἡ ψυχὴ εἰς τὸ ὑπὲρ φύσιν ἐξολισθήσασα, ἀλλὰ τυγχάνει τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας· καὶ ἐπειδὴ τὸ ἁμαρτάνειν αὐτῇ διὰ γλυκυθυμίαν ἐγένετο, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὸ καθαρθῆναι δι' ἀλγεινοτέρων αὐτῇ γίνεται· κάντεῦθεν γὰρ τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάσεις· διὰ τοῦτο ἀλγεινὴ ἡ καθαιρομένη ἐν τοῖς ὑπὸ γῆν δικαστηρίοις διὰ κολάσεως. Ἀλλ' εἰ ἀσώματος ἡ ψυχὴ, ἀδύνατον αὐτὴν παθεῖν· πῶς ἂν κολάζοιτο; ἀνάγκη ἦν πᾶσι σῶμα τὸ αὐτῆς ἐξῆφθαι, ὃ διακεκινημένον ἀμέτρως ἢ συνεσταλμένον ὑπὸ φύξεως ἢ καύσεως ἀμέτρως, ἀλγεινῶς ἂν ψυχῇ διὰ τὸ συμπάθειαν· τοῦτον ἂν σῶμα εἶναι τὸ ἐξημμένον αὐτῆς, ὃ δύναται τοῦτο· ἀνελεύθερα γὰρ εἰς τὰ ἐξ ὧν συνέστηκεν, ἀλλὰ τοῦτο πνευματικὸν· ὃ λέγομεν ἐν τούτῳ εἶναι πάντων διὰ τοῦτο εἰς τὸ ὑποκείμενον, θυμὸς καὶ ἐπιθυμία καὶ τὰ ἑξῆς. *Animam noſtram humanam* (in illis, qui hac in vita rite non ſunt purgati & mundati) *confitentur omnes, aut potius demonſtratum eſt, excedentem ex hoc corpore, proficiſci ad inferos, ut poenas ibi luat ſcelerum, quae in hac vita commiſit. Nec enim providentia tantum curat, ut ſimus, verum etiam, ut bene ſimus. Quocirca anima, tametſi in praeternaturalem delapſa ſit ſtatum, haud tamen a providentia negligitur, verum modo convenienti ſic curatur, ut ſaluti ſuae & integritati reddatur. Quumque peccatum a voluptatis naſcatur deſiderio, dolore neceſſe eſt illud ſanari & expelli. Nam & hic contraria curantur & ſanantur contrariis. Anima igitur quo purgetur & ſordibus ſuis liberetur in ſubterraneis biſce locis & carceribus caſtigatur & punitur, ut ſanitatem recipiat. Anima vero ſi corporis eſt expers, fieri plane nequit, ut perpetiatur & ferat aliquid. Quo modo igitur, ſi talis eſſet, puniri poſſet? Neceſſe omnino eſt, ut corpus ei quoddam ſit adjunctum: quod, quum praeter modum conſtringitur vel agitatur, concreſcit aut diſſolvitur, & frigore non minus, quam calore, inordinate concitatur, aut aliis modis afficitur, animam per convenientiam & concentum cum corpore doloris alicujus, non ſecus ac in hac vita fit, participem valet facere. Qualenam igitur corpus illud eſt, quod cum anima ſociatum manet, poſtquam terrenum hocce corpus in ſua diffluxit elementa? Certe nullum id aliud eſſe poteſt, quam ſpirituale corpus hoc, cujus jam meminimus. Nam in hoc, tamquam in ſubjecto ſuo, reſident affectiones illae, quae iram & cupiditates excitant, neque ab eo ſegregari, aut in anima ab omni corpore ſejuncta eſſe poſſunt. Quaecumque vero anima liberata fuerit ab illis, ea libera quoque erit inpoſterum ab omni generatione, nec in ſubterranea illa domicilia & carceres deſcendet, ſed ſublime feretur & ad coeleſtes regiones ſuperas evolabit.* Aliud huic ſententiae praeſidium ex nonnullis comparat rebus, quae nonnumquam contigiſſe feruntur ad ſepulcra, aliisque in locis: δῆλον δ' ἐπὶ μᾶλλον ὅτι τί ἐστὶ τὸ πνευματικὸν σῶμα, καὶ τοῦτο ἀχώρισται θυμὸς καὶ ἐπιθυμία, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐνεργείας· πόθεν γὰρ ἐν τοῖς τάφοις τὸ σκοτεινὸν φαίνονται φαντάσματα; ἢ γὰρ δύναμίς τις ἡ ψυχὴ ἐγκαταλέλειπται, ἢ ὅλως ἐστὶν ἐνταῦθα· ἀλλὰ φασὶ τὰς ἀκαθάρτους ψυχὰς, μὴ ἢ ἔξοδον τοῦτο τὸ σώματι πλανᾶσθαι ἐπὶ τῶν

Digitized by Google

τινα χρῖνον μὴ ἓ πνεύματος, ἢ τὸν ἀναδεικνύναι καὶ τὰς τάφους· διὸ φρονιμώτερον ἀζωίας ὑπὸ τούτου δὴ φασὶ ἓ πνεύματος παχυμεροῦς ἐκ μοχθηρᾶς ἀφέσεως κατειργάσθαι καὶ τὰ πάθη ἢ ψυχῆς. *Praeter haec, esse tale spirituale, vaporum simile & aëreum corpus, quod animas haud purgatas post mortem comitatur, ex ipsis, quae nonnumquam eveniunt, rebus, manifestum est. Quaenam enim alia reddi ratio potest spectrorum & larvarum, quae circa sepulcra interdum tamquam umbrae, conspiciuntur? Nec enim anima ipsa ullam habet figuram, neque ulla spectari ratione potest. Hinc antiqui illi dicunt, animas haud purgatas, postquam corpore sunt egressae hinc & inde errare ad tempus quoddam in spirituali & aëreo corpore suo atque circa sepulcra & pristina domicilia sua libenter commorari. Hanc propter causſam necesse omnino est, ut pietati & bonis moribus studeamus atque simul sobrio & temperato victu utamur. Nam iidem veteres auctores nobis sunt, corpus hoc spirituale intemperantia crassius & pinguius fieri, animamque idcirco in hac vita ad cupiditates & aegritudines propensiorem reddere.* Hac occasione data, alias veterum persequitur & enarrat sententias de corpore hoc *spirituali* seu *aëreo*, quod 1028
animum corpore decedentem comitari dicebant: ἔχει γάρ τι καὶ αὐτὸ φασι τ᾽ φυτικῆς ζωῆς καὶ διὸ τρέφεσθαι· τρέφεσθαι δ᾽ οὐχ ὡς τοῦτο τὸ σῶμα, ἀλλὰ δι᾽ ἀτμῶν ἀ διὰ μορίων, ἀλλ᾽ ὅλον δι᾽ ὅλου, φέρε εἰπεῖν, ὡς οἱ σπόγγοι δέχονται τοὺς ἀτμούς; διὰ τοῦτο φροντίζειν εἰ σπεδαῖοι τ᾽ λεπτότερας διὰ παντὸς καὶ ξηροτέρας, διὰ τὸ μὴ παχύνεσθαι τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ λεπύνεσθαι· ὥσπερ τοῦτο καὶ τὰς καθαρμοὺς φασι προσλαμβάνειν· τοῦτο μὲν γὰρ τὸ σῶμα ὕδατι πλύνει, ἐκεῖνο δ᾽ καθαρμοῖς διὰ τ᾽ ἀτμῶν· διὰ γὰρ ἀτμῶν πινῶν τρέφει, πινῶν δ᾽ καθαίρει· ἀ διαφανέσθαι δ᾽ φασὶν αὐτὸ, ἀλλ᾽ ὅλον δι᾽ ὅλου ἐνεργεῖν. καὶ τὰς αἰσθήσεις ἀ τ᾽ αἰσθητῶν ἀπολαμβάνεσθαι· διὸ καὶ Ἀλεξανδρεὺς φησὶν ἐν τοῖς περὶ τ᾽ φυσικὰ, ὅτι ἡ κυρίως αἴσθησις μία, καὶ τὸ κυρίως αἰσθητήριον ἕν. *Addunt illi porro, animam post obitum corporis vitae quoddam vegetativae genus in corporibus istis aëreis & spiritualibus vivere: ali etiam ac nutriri: quamquam non eo modo, quo haec terrena & crassiora corpora nostra hic nutriuntur & aluntur, sed per vapores: nec etiam per partes seu organa, sed per totum (non secus ac spongiae:) etenim ubique vapores hos imbibunt. Quocirca illi, qui sapientiae laude florent, in hac etiam vita sicciorem & tenuiorem victum adhibent, ne spirituale hoc corpus* (quod semper intra terrenum hoc & grave corpus nobis adhaerescit) *gravius fiat & densius, sed potius subtilius. Praeter haec veteres illi eodem consilio & instituto purgationes vehementer commendant. Nam ut terrenum hocce corpus aqua abluitur, ita spirituale corpus hoc vaporibus vim purgandi habentibus attenuatur: nam quidam vaporum nutriunt & alunt, quidam vero purgant. Addunt veteres etiam, corpus hoc spirituale non esse organis instructum, sed totum per totum & in singulis partibus operari & agere, ita ut anima per illud ubique audiat, videat & percipiat omnia, quae sensibus subjecta sunt. Hinc ipse Aristoteles in Metaphysicis affirmat, proprie unum tantum esse sensum & unum itidem sensorium. Per hoc vero sensorium intelligit spiritum seu subtile hoc & aërium corpus, in quo facultas sentiendi per totum operatur, omnemque rerum, quae sub sensus cadunt, varietatem, nulla re alia interveniente, percipit. Jam si quis sciscitetur: Unde fiat, quod spiritus hic non secus tamen circa sepulcra appareat, ac si membris & organis corporeis esset instructus, & plerumque formam humanam, nonnunquam tamen & aliorum animalium figuram & speciem, referat? illi veteres isti hunc in modum respondent: quod hi spiritus in forma toties humana apparent, id propterea fieri, quod intemperantia primum & victu graviori ac crassiori praegraventur, postea vero in formam exterioris hujus, quo cinguntur, corporis redigantur: quemadmodum crystallus formam & colorem illarum rerum, cum quibus conjungitur, recipit, aut formam earum reflectit: Aliis vero saepenumero formis & figuris*

quod

quod ſpiritus apparent, id a poteſtate, quam habent, imaginandi proficiſci, quae tanta ſit, ut talem corpori ſpirituali formam imprimere valeat, qualem vult. Nam quum ex aëre conſtet hoc corpus, quum condenſatur & aggravatur, tum fit ſpectabile, rurſus vero oculis ſubducitur, nec cerni poteſt, quum attenuatur & expanditur.

§. XVII. Haec nos *Philoponi* teſtimonia docent, antiquos ſapientes, qui perennes crediderunt eſſe animos noſtros, minime poſt mortem omni eos corpore ſpoliaſſe, ac nudos oberrare paſſos eſſe, verum certo quodam ſubtili, tenui, ac aethereo corpore circumdediſſe. Quamquam nec idem corpus omnibus, ſed pro diverſa mentium indole ac ſtatu his purius, illis minus purum & leve adſignarunt. Idem vero corpus, id quod ex his etiam perſpicuum eſt *Philoponi* dictis, aut nonnihil ſaltem ejus, animo, dum corpore hoc exteriori concluſus vivit, jam adjunctum & interioris ipſi veſtimenti loco eſſe, praecipiebant: & craſſiori idcirco illo & terreno corpore, quod haud aliter, atque exterius quoddam veſtimentum animae ſpectabant, per mortem dilapſo ac diſſipato, numquam ab animo divelli. Quid? quod aliqui, narrationibus nonnullis atque hiſtoriis permoti, eo paene progreſſi ſunt, ut craſſum hoc, quo cingimur, corpus, illudque interius, quod animam continet, res ita eſſe diſtinctas & diverſas opinarentur, ut, vivente adhuc mortali, graviorique corpore, tenuius illud una cum anima diſcedere ab eo ad tempus quoddam atque ſeparatim exſiſtere (z) poſſet. Equidem hoc certum eſſe ac minime dubium arbitror, animum noſtrum non ipſa oſſa, carnem, cerebrum, ceterasque concretiores corporis partes, nulla re alia interveniente, afficere, verum primo ac praecipue *animales*, qui vocantur, *Spiritus*, tamquam omnis ſensus atque perceptionum inſtrumenta: quorum deinceps vi & efficientia reliqua corporis moles, in qua multum ineſt gravitatis ac tarditatis, tam celeriter agitatur & impellitur. Quod nobiſcum reputantes, facile adducimur, ut hic illud (a) *Porphyrii* decretum probemus; τὸ αἷμα τροφὴ καὶ τροφὴ ἐστι τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα ὄχημα τῆς ψυχῆς. *Sanguis pabulum & alimentum eſt ſpiritus* (id eſt, ſubtilis illius corporis, quod *ſpiritus animales* vocatur) *ſpiritus autem vehiculum eſt animae* (aut ſedes propria vitae.)

1029

§. XVIII. Sed quae hiſce addit *Philoponus* omnibus, minime convenit praetermittere. Refert veteres, quorum diſciplinam explicat, ſapientes, praeter terrenum hoc, quod gerimus, atque ſpirituale illud corpus, de quo diximus, tertium corporis genus, utroque excellentius, induxiſſe, quod σῶμα αὐγοειδὲς, ἠθέριον, & αἰθέριον, *corpus*

(z) *Poſſet*] Quidam nimirum binis ſimul locis leguntur viſi eſſe: quidam diu tamquam exanimati jacuiſſe, & poſtea, quum ad ſe rediiſſent, res valde mirabiles interea ſibi viſas eſſe, narraſſe feruntur. Haec exempla homines, minime quidem malos, at nimis credulos, adduxerunt, ut animam hominis interiori corpore ſuo veſtitam ad tempus quoddam abeſſe ab hoc corpore, etiam ante obitum ejus, ſibi perſuaderent. Opinionum illarum, quae hic referuntur ex Platonicis, non paucae inter Chriſtianos, maxime inter Romani Pontificis ſectatores, veſtigia ſupereſſe adhuc, neminem rerum & ſententiarum popularium & vulgo receptarum peritum fugere poteſt. Abiecta ſcilicet eſt, quae antiquis Chriſtianis probabatur, Platonica philoſophia, & in ejus locum alia ſuffecta: verum dogmata & concluſiones ex illa ductae ſalvae apud plerosque & illibatae retentae ſunt. Et longum aliquis, veteris philoſophiae peritus, ac copioſum commentarium exarare poſſet, *de reliquiis philoſophiae Platonicae inter Chriſtianos.* Ita fit inter mortales. Primaria ſectae cujusdam dogmata & veluti fundamenta repudiantur ſaepenumero ab illis, qui coetibus praeſunt: conſequutionibus vero & inſtitutis ex illis tractis & hauſtis aut vim inferre nolunt, quia ipſimet origines eorum neſciunt,

Digitized by Google

corpus luciforme, coeleſte ac *aethereum* appellarint, illisque tantum animis corpore ſolutis proprium eſſe voluerint, qui ab omni ſeſe corporea libidine atque conturbatione purgaſſent ac liberaſſent. *Animus*, inquit, *tamdiu in terreno aut aëreo corpere permanet.* Ἕως ἑαυτὸν καθάρσεως αἰτιοχθῇ, τὸ ῥυπίστατον ἀπαλλαγεῖσα· τότε τοίνυν καὶ τὸ ψυχικὸν καὶ τὸ θυμοειδὲς ὀπτικῷ μὲν τότε τῷ ἐχήματι, τῷ πνεύματι δὲ λέγω· εἶναι δέ τι καὶ μετὰ τοῦτο ἄλλο τι αἰδέριος αὐτῆς ἐξημμένον σῶμα ἐφάπτον τῷ ἀϊδίῳ τοῦ ἀϊδίου, ὃ φασὶν αὐγοειδῆς ἢ ἀστροειδὴς· ἐν ᾧ δὴ ἐγγενόμενον ὕστερον ἀναίτιον πάντως καὶ πλῆρον, ἐν ὑγιείᾳ, μέρει ὄντι τῷ κόσμῳ· καὶ οἱ ἀκίνητοι ἔτι καὶ δεῖ αὐτῷ ἀεὶ ἑπεσθαι, δεῖ ἔχειν ἀϊδίως ἐξημμένον τὸ σῶμα, ὃ ἀεὶ ζωοποιεῖ· μέχρι τούτου ἂν τὸ αὐγοειδὲς Φασὶ σῶμα αὐτῷ ἀεὶ ἔχειν· *donec ſemetipſam purgaverit: namque tum ſublime fertur & a generatione liberatur. Atque tum omnes affectiones ad iram & alias cupiditates proclives, una cum ſecundo illo vehiculo, corpus illud ſpirituale intelligo, prorſus deponit. Eſſe vero, veteres illi ajunt, aliud coeleſte corpus, ſemper cum anima ſociatum & aeternum, quod quidem Luciforme & Aſtriforme vocant. Nam quum anima res ſit mundana, neceſſe omnino eſt, aliquam mundi partem ei eſſe adjunctam, quam ut provinciam ſuam adminiſtret. Quumque eadem ſemper ſit mobilis, ſemperque ac continuo operari oporteat, corpus cum ea aeterno copulatum eſſe decet, quod animare queat perpetuo. Et has propter cauſſas illi, quos dixi, ſtatuunt, animam ſemper corpus luciforme habere.* Hujus lucidi aethereique animae corporis frequens occurrit etiam aliis in ſcriptoribus memoria. *Proclus Commentario in Timaeum*, his verbis de eo differit: (*) καὶ τὴν ἀνθρωπίνης ψυχῆς ἐξαίρετον τὸ παῦτον ἔχημα αἰθέριον, ὡς αὐτός φησιν, ἁμιλλᾶσθαι γὰρ οἷς ἔχημα καὶ αὐτὸν φησὶ τὸν δημιουργὸν καὶ τὸ πᾶσαν ψυχὴν ἀναίτιον εἶναι τῶν θνητῶν σωμάτων ἀϊδίοις καὶ ἀκινήτοις χρῆσθαι σώμασιν, οἷς κατ' ἰσότιμον ἔχουσαν τὸ κινεῖν. *Animae etiam humanae aetherium ejusmodi vehiculum adjunctum ſibi habet, ut ipſe Plato indicat, quum affirmat, conditorem eam primum in currum collocaſſe. Etenim oportet unamquamque animam, quum ad eſſentiam ejus pertineat moveri, antequam ad mortalia haec deſcendat corpora, uti corpore aeterno & facile mobili.* Alio loco ita de eodem commentatur corpore: (†) ἄνω μὲν οὖν διάμενε τότων τῶν μεμιγμένων ἐγκάτων, ἃ ἡμῖν συνέστηκε 103
κατελθόντων, εἰς γένεσιν, ἀλλ' ἄρκεῖ τὸ ὄχημα τὸ αὐγοειδὲς, πάσας ἔχον ἡνωμένας τὰς αἰσθήσεις. *Quamdiu in ſuperna manemus regione, non egemus diſperſis & dividuis biſce organis, quibus nunc utimur, poſtquam in generationem deſcendimus, ſufficit enim tum nobis luciforme vehiculum illud, quod omnes ſenſus in ſemetipſo conjunctos & ſociatos habet.* Ac, niſi me fallit animus, ad ipſum *Platonem* doctrinae hujus de vehiculis animorum lucis formam habentibus & ſpiritualibus, initia & origines oportet referre: quippe qui de virorum ſapientium, bonorum, & excellentium poſt fata ſtatu hac ratione *in Epinomide* praecipit: (*b*) ὃν καὶ διαχυείζουσι πείζων καὶ σπαδάζων ἅμα, ἑκάστης θυσίας,

(*) p. 290. (†) p. 164.

neſciunt, aut inferre nequeunt, quia populus non facile a conſuetudine abducitur. Procedente tempore, multae opiniones & ritus pro ſacroſanctis & praeclaris habentur, quorum ſi perſpicerent initia, qui utuntur illis, longe aliter de illis ſentirent.

(*a*) *Porphyrii*] Hoc ubi *Porphyrii* decretum exſtet, viderint alii: ego quidem fruſtra illud in libris ejus, quibus de anima & rebus ad animam pertinentibus commentatur, quaeſivi. Neque tamen valde a ſententiis ejus abhorret, & nonnulla in *Libro de antro nympharum* leguntur effata, quae cognata ei ſunt & affinia: Sic *p.* 257. animos quosdam *ſanguine* ait *gaudere ac humido ſanguine:* αἵματος μὲν οὖν ταύταις ἡδὺ ὁ διυγρὸς γινόμενος φιλόν. Alio loco *p.* 259. δι' αἵματος, inquit, ἡ ἐξ αἱμάτων ἐστὶ συμπαγεία· ἡ χιτὼν γε τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ, ὁ ἱματιοῦται. *Sanguinis beneficio & ex ſanguine producitur caro. Et corpus animae veſtis eſt, quo induitur.*

(*b*) *Praecipit*] Ego vero nullum dogmatis Platonici de corpore animae lucido, quod apertum quidem ſit, veſtigium his in verbis *Platonis* reperio, quae *p.* 705. *Opp.* leguntur: contra ni-

ἢ αὐτῷ μεῖραι ἀναπλήσαι, μήτι μεπίξαι ἐκ πολλῶν τόπε, καθάπερ νῦν πεφύκασιν, μιᾶς μοίρας μετειληφότα μόνον, ἢ ἐκ πολλῶν ἕνα γεγονότα ὁλοκαίμονα ἔσεσθαι. *Hunc ego* (virum ſapientem) *joco & ſerio affirmo, quum diem ſuum obierit, non amplius multorum ſenſuum, ut nunc, ſed unius corporis uniformis participem fore, unumque de multis factum felicem ac beatum futurum eſſe.* Multis etiam (*c*) *Hierocles* σῶμα hoc αὐγοειδὲς, hoc *luciforme* ac *aetherium* corpus commemorat: quod, ut ait, *oracula etiam nominant tenue & ſubtile vehiculum aut currum animae*, ὃ καὶ ψυχῆς λεπτὸν ὄχημα οἱ χρησμοὶ καλοῦσι. Oracula haud dubie intelligit hic, de quibus alias diximus, *Magica & Chaldaea.* Certe in oraculis illis, quibus hodie nomen hoc imponitur, duplicis hujus animae vehiculi ſeu interioris veſtimenti non obſcuram deprehendas notionem: quorum quidem poſterius per aenigma veluti πλίνθον, ſeu *plana ſuperficies* vocatur:

(*d*) Μὴ πνεῦμα μολύνῃς, μηδὲ βαθύνῃς τὸ πλίνθον·

Ne ſpiritum macules, neque deprimas ſuperficiem.

Etenim *Pſellus* hanc oraculi hujus interpretationem ſuppeditat: δύο χιτῶνας ἐπενδύσασθαι ψυχῇ οἱ Χαλδαῖοι· καὶ τὸν μὲν πνευματικὸν αὐτῆς, ὃν καὶ αἰσθητὸν ἐξυφαίνεσθαι αὐτῇ· τὸν δὲ αὐγοειδῆ, λεπτὸν καὶ ἀναφῆ, ὅπερ πλίνθον. *Chaldaeorum philoſophi animae duas aſſignant interiores tunicas ſeu veſtimenta: quorum quidem alterum vocant ſpirituale corpus, quod cum graviori corpore in ſenſus incurrente conjunctum eſt* (tamquam ſubtilior & tenuior pars ejus) *alterum vero luciforme veſtimentum appellant animae, purum ac pellucidum: atque hoc illud eſt, quod hoc in loco plana ſuperficies appellatur.* Neque tamen hoc ita debet, (*e*) *Plethone* auctore, accipi, acſi in corpus hoc triplex non caderet dimenſio, quod fieri neceſſe eſt, quum corpus ſit, ſed ad ſubtilitatem ejus ac tenuitatem declarandam unice valet. Itaque (*f*) *Hierocles*, quem paullo ante teſtem appellavi, dum corpus hoc *luciforme* ac *aetherium* τὸ πνευματικὸν ὄχημα τῆς λογικῆς ψυχῆς, *ſpirituale vehiculum animae rationalis*, nominat, vocem πνευματικὸν ea mini-

hil ope eorum probari poſſe arbitror, quam hoc, ſtatuiſſe *Platonem*, viros ſapientes terreno hoc & craſſiori corpore liberatum iri poſt fata, nec per ſenſus amplius, verum ſimpliciori longe modo, beatos felicesque fore. Nec enim ex eo, quod *Plato* ait, ſapientem μίαν μοῖραν, *unius ſortis participem*, *unumque e multis* poſt excelſum ex hac vita fore, conſequi arbitror, ſapienti corpus quoddam ſplendidum ac lucens additum iri, ubi corporis hujus terreni cuſtodia exierit. *Cudworthus* quidem, ut ſpeciem opinioni ſuae comparet, verba Graeca: μίαν μοῖραν, reddidit: *One uniform body*, *unius uniformis corporis*: Sed hoc quidem eſt, ex ſenſu ſuo *Platonem* interpretari, non autem vertere. Taceo, non contemnendis rationibus Criticos & Philologos ſummi nominis, nec recentiores tantum, ſed & veteres, pugnare, Dialogum, qui *Epinomis* inſcribitur, non a *Platone*, ſed ab ejus ſectatore quodam, exaratum eſſe. Lege Abbatis *Sallierii Diſſertationem* de hoc argumento, *Hiſtoire de l'Academie des Inſcriptions & belles Lettr. Tom.* III. *p.* 143.

(*c*) *Hierocles*] *Comm. in aurea Pythagorae carmina p.* 214. 215.

(*d*) Μὴ πνεῦμα] *Oracula Zoroaſtr. Sect.* X. *vſ.* 274. *p.* 394. *ed. Cierici.*

(*e*) *Plethone*] *Comm. ad hoc oracul.* Num recte ceterum *Pſellus* hoc expoſuerit oraculum, haud liquet. Tanta eſt plerorumque oraculorum, quae *Chaldaica* vocantur, obſcuritas, ut de ſenſu eorum nihil certi liceat homini cauto & ſano conſtituere: neque fidem habere ſemper oportet junioribus Platonicis, qui ad ſuae ſapientiae ſcita temere multa ſolent accommodare, quae valde ſunt ab illis aliena. Si fas eſt ſuſpicari aliquid, puto ego, in hoc oraculo πνεῦμα & πλίνθος non differre, verum unius ejusdemque rei bina eſſe nomina. Duplicis enim animae corporis nullam aliis in locis horum oraculorum memoriam invenio: nec omnes, quod mox patebit, philoſophi Platonici duplex animae corpus aſſignabant.

(*f*) *Hierocles*] *Comm. in aurea carmina p.* 222. τοῦτο

minime notione adhibet, qua *Philopono* & aliis uſurpatur. Non ille corpus hoc 1031
aetherium & *luci cognatum* cum altero illo *ſpirituali* & *aëreo* corpore confundit ac miſcet, verum ſubliminori quodam ſenſu, & a vocis hujus, quam in ſacris habet litteris, notione non multum remoto, *ſpirituale* nominat. Id nempe hoc vocabulo ſignificat, corpus iſtud affine magis & cognatum eſſe diviniori, excellentisſimaeque animi parti, quam mentem & rationem dicimus, quam terrenum illud corpus; quod idem propterea *Hierocles*, non ſecus ac *Paulus*, σῶμα ψυχικὸν, *animale* ſeu *naturale corpus* (*g*) appellat. Igitur corpus hoc, quod *Hierocli* πνεῦματικὸν, *ſpirituale* audit, non illud eſt *aërium*, verum *aetherium* corpus, nec ab illo diverſum, quod (*b*) *Syneſius* θειότατον animae σῶμα, ſeu *divinum corpus* nuncupat. Neque eſt omnino, cur ſuſpicetur aliquis, totam hanc rationem de duplici animae vehiculo ſeu tunica interiori, qua praeter terrenum hocce exteriusque corpus, quod *Plato* τὸ ὀστρώδες, *cruſtaceum ſeu oſtraceum* corpus vocat, veſtita ſit, recentiori illa Platonicorum, quae poſt natum viguit Servatorem, ſchola haud eſſe antiquiorem, ſed ab hac primum inventam & excogitatam. Etenim vetuſtiorem multo illam eſſe ſententiam *Virgilii* docet ex *Libro ſexto Aeneidos* locus, cujus vim non aſſequuntur vulgo (*i*) interpretes. Poëta primum de corpore *ſpirituali* ſeu *aëreo* canit, quod indutae mentes nondum rite purgatae ſcelerum admiſſorum poſt fata poenas luant:

Quin & ſupremo cum lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miſeris, nec funditus omnes
Corporeae excedunt peſtes: penitusque neceſſe eſt
Multa diu concreta modis inoleſcere miris.
Ergo exercentur poenis, veterumque malorum
Supplicia expendunt: aliae panduntur inanes
Suſpenſae ad ventos; aliis ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus aut exuritur igni.

Tum

τοῦτο δὲ ἰδίως καθαίρουσι καὶ τελειοῦσι τὸ πνευματικὸν ὄχημα τῆς λογικῆς ψυχῆς τῆς μὲν ὑλικῆς συνηθείας αὐτὸ χωρίζει. *Purgant enim iſta proprie ac perficiunt animi rationalis ſpirituale vehiculum, liberantque terrena & materiali conſuetudine.* Recte obſervat vir doctiſſimus nomen πνευματικὸς apud *Hieroclem* non idem ſignificare, quod apud *Philoponum* & reliquos Platonicos. *Hierocles* enim ex illis fuiſſe videtur Platonicis, qui unum tantum animae corpus attribuebant.

(*g*) *Appellat*] *Comm. l. c. p.* 214. λείπει) ἡ ἐν ἡμῖν τοῦ ΨΥΧΙΚΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ κάθαρσις. *Supereſt igitur animalis corporis purgatio. Pauli* locus legitur 1. *Cor.* XV. 44. Veriſimile eſt, *Hieroclem*, qui libros divinos haud dubie legit, nomen hoc a *Paulo* ſumſiſſe: quemadmodum multa praecepta morum ex epiſtolis virorum divinitus afflatorum in hunc ſuum *Commentarium* viris doctiſſimis videtur tranſtuliſſe. Reliqui certe Platonici, quibus non ita notae fuerunt res & libri Chriſtianorum, ut *Hierocli*, hunc dicendi modum ignorant.

(*h*) *Syneſius*] Nullum intelligit alium *Syneſii* locum, quam hunc, qui *Libro de inſomniis p.* 140. *Opp.* exſtat. ὕλης γὰρ σπόγγιλον οὐκ ἂν εἴη τὸ θειότατον σῶμα. *Non enim materiae ſex divinum corpus eſſe poteſt.* Erit mihi infra occaſio de ſententia *Syneſii*, quam hoc loco exponit, nonnihil diſſerendi.

(*i*) *Interpretes*] Sunt tamen in *Virgilii* interpretibus, qui ab hac doctiſſimi viri expoſitione non nimis remoti ſunt. *Renat.* etiam *Vallinus Not. ad Boëthium de conſolat. philoſ. p.* 62. *Virgilii ſenſum aetherium* de corpore coeleſti animae exponit. Ego vero cum doctiſſimis viris hoc de loco *Virgilii* diſſidere non vereor, nec exiſtimo, ex philoſophiae veteris abditis receſſibus, verum ex vulgi opinionibus dogma, quod eo continetur, depromtum eſſe. Dicam paullo poſt, quid ſentiam.

Digitized by Google

Tum ad alterum illud purum, aethereum, ac igneum corpus pergit:

Donec longa dies perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Aethereum ſenſum atque aurai ſimplicis ignem.

§. XIX. Antiqui ergo ſapientes, qui pro animorum immortalitate propugnarunt, iisque praeter terrenum & concretum hocce corpus, quo cingimur, aliud ſpirituale & aërium attribuerunt, hoc ipſum corpus, id quod antea jam obſervavimus, arbitrati ſunt, non modo animam ex corpore diſcedentem ſequi, verum etiam illi, quamdiu in mortali corpore eſt, veſtimenti & tunicae interioris inſtar adhaereſcere. Probabile vero eſt, corpus hoc idem illis fuiſſe, quod nobis hodie *ſpiritus animales* vocare placet, qui a cerebro ducti, nervorum ope ac interventu, per totum corpus diſtribuuntur & (*k*) diffunduntur. Simili ratione quicumque ex hoc genere binis iſtis animi corporibus tertium addiderunt *lucis ſimile*
1032 ac *aethereum*, id ipſum corpus hoc nihil dubitarunt, tamquam interius quoddam veſtimentum, animum, dum mortali adhuc corpore circumdatus eſt, contegere. Nec tamen craſſioris hujus corporis pondere, denſisque vaporibus vim atque virtutem ejus mirifice labefactari, ſplendoremque debilitari & obſcurari, diffitebantur. Afferam, quae hac de re ex *Iſidoro Suidas* voce αὐγοειδὲς refert: ὡς ἔχει ἡ ψυχὴ αὐγοειδὲς ὄχημα λεγόμενον ἀερροειδές τι καὶ αἰθέριον· καὶ τοῦτο μὲν τὸ αὐγοειδὲς σῶμα τῶν ἀστέρων ἐπιλείψαι ἐνίοις μὲν εἴρηκε τὴν κεφαλήν. Quorum haec eſt verborum ſententia: *Exiſtimare quosdam philoſophos, animam certo quodam vehiculo luciformi eſſe praeditam, quod etiam aſtrorum aut ſolis ſimile appelletur, aeternumque ſit: id vero luciforme corpus terreno hoc corpore nunc eſſe concluſum* (non ſecus ac lumen in tenebricoſa lucerna) *& eſſe quosdam, qui putent, in capite illud eſſe.* Cum his conveniunt ea, quae ab (*l*) *Hierocle* traduntur: ἐν τῷ ἐντὸς ἡμῶν σώματι, τὸ αὐγοειδὲς ἔγκειται, σφαιροειδὲς τῷ ἀψύχῳ σώματι ζωὴν, καὶ τὴν ἁρμονίαν αὐτῷ συνέχον. *In mortali corpore noſtro ſitum eſt corpus lucidum, quod vitam corpori inanimo inſpirat atque ipſius harmoniam continet ac conſervat.* Unde vero nata ſit haec illi ſectae opinio, non admodum difficile eſt judicatu. Quotquot hanc philoſophiam complexi erant, animos humanos in univerſum, antequam in haec deſcendiſſent terrena corpora, jam exſtitiſſe tuebantur, tametſi aliqui ex omni eos aeternitate fuiſſe, alii vero a primo ſtatim conditi orbis initio eos exſtitiſſe, ſtatuerent. Quumque numquam eos ſine corpore fuiſſe iidem exiſtimarent, contra perfectionem eorum in conjunctione cum corpore ſitam eſſe, putarent, conſentaneum erat, ut praeciperent, corpus eis lucens ac aetherium, antequam in haec venirent corpora, tamquam vehiculum quoddam, adjunctum fuiſſe, ordine quidem naturae ipſo animo inferius, at paris tamen cum eo aetatis. Hoc vero corpus non poterant, quin corruptioni haud eſſe obnoxium decernerent: quo poſito, hoc conſequi debebat, individuum illud corpus fuiſſe comitem ani-

(*k*) *Diffunduntur*] Idem fere, quod hic *Cudworthus*, de aetherio animi corpore ſenſit *Renat. Vallinus ad Boëthium de conſolat. philoſ. p.* 62. Verum diu ante hos *Cl. Galenus de dogmat. Platon. & Hippocratis Lib.* VII. *Cap.* 6. *p.* 1037. *Tom.* I. *Opp.* ſibi valde videri veriſimile credit *ſpiritum, qui in cerebri ventriculis contingetur, primam animae domicilium & inſtrumentum eſſe.* [Nuper apud Hibernos *Berckley* animales ſpiritus animae ignem, ipſius Dei vehiculum & inſtrumentum eſſe, diſputavit. Vid. *Bibl. raiſonnée T.* XXXV. *P.* I. *p.* 49. *ſ.*] Neque *Proclus*, ſi *Marſil. Ficino* fidem habere licet *Comm. in Platon. p.* 799. multum abfuit ab hac opinione. *Efficit*, inquit, *ani-*

Digitized by Google

animae praecipitanti, primumque in aërium, poſtea in terrenum corpus delapſae, nec non eo tamquam vinculo hoc terrenum corpus cum anima colligari. Hac ratione *Pletho* ſententiam hujus generis expoſuit: (*) Ἀεὶ ἢ πάντα σώματι τῷ ἢ πὶν τῷ θνητῷ τλήμι ἀνθρωπίνῳ ψυχῳ συνίσταθαι, ὅλῳ ὅλῳ τῷ ἢ ἐμβρύῳ ζωτικῷ πνεύματι ἀεὶ συμφύεσθαι πνεύματός τινος καὶ αὐτὸ ὄντος. *Per hoc aetherium corpus humanus noſter animus cum mortali corpore connectitur: quod quidem totum toti vitali ſpiritui embryonis implicatur, quum & ipſum ſpiritus quidam ſit.* Verum diu ante *Plethonem Galenus* jam doctrinam hancce declaravit & aſſeruit, ſibique, quemadmodum *Platoni* olim, probari profeſſus eſt. Is igitur primum viſus inſtrumentum αὐγοειδὲς eſſe ſeu ſpiritum aethereum ac luciformem ſtatuit: (*) δέοντος ἂν ἐρεῖν αὐγοειδὲς μὲν εἶναι τὸ τῆς ὄψεως ὄργανον αἰθερῶδες ἢ τὸ τῆς ἀκοῆς, ἀτμοειδὲς ἢ τὸ τῆς ὀσμῆς, καὶ τὸ μὲν τῆς γεύσεως ὑγρὸν, τὸ ἢ τῆς ἁφῆς γεῶδες, κ. τ. λ. *Apte igitur dicemus, viſus inſtrumentum lucidum eſſe, aëreum auditus, vaporoſum olfactus, guſtatus humidum, terreum tactus: nullo enim alio modo haec ſeſe habere poſſunt, quum alteratione ex ſimilibus opus habeant.* Huic poſtea ſententiae convenienter notiſſimos *Empedoclis* interpretatur verſus, qui, ut ab *Ariſtotele* exponuntur, omnis rationis & ſapientiae videntur inanes eſſe: καὶ τοῦτ' ἄρ' ἦν ὃ βούλεται δηλοῦν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐν οἷς φησι· Γαῖαν μὲν γὰρ γαίαν, κ. τ. λ. αἰσθανόμεθα γὰρ ὕλας τῷ μὲν γεώδους τὴν αἴσθησιν, τὸ γεώδες φύσεως, τῷ ἢ αὐγοειδεστέρῳ τὸ αὐγοειδὲς κ. τ. λ. *Atque hoc eſt, quod Empedocles volebat ſignificare his verſibus:*

Conſpicimus terram tellure, liquore liquorem,
Aëre naturam aëriam, ignem cernimus igne:

Sentimus enim re vera terreſtri ſenſu, hoc eſt, tactu terreſtrem inſitam in rebus naturam: lucidiſſimo, qui eſt viſus, lucidam: non ſecus etiam aëreo auditus ſenſu proprias aëris affectiones dignoſcimus, quemadmodum guſtatu, qui humidus natura, ſpongioſusque eſt, ſuccorum qualitates nobis innoteſcunt: ſupereſt unius olfactus inſtrumentum, quod non in narium meatibus ſedem habet, ut plerique putant, ſed in extremitatibus anteriorum cerebri ſinuum, quo narium meatus pertinent: qua maxime in parte vaporoſos eſſe cerebri ventriculos conſtat. Quibus poſitis, naturam ſeu *eſſentiam* animae his verbis explicat: εἰ ἢ χρὴ περὶ ψυχῆς οὐσίας ἀποφαίνεσθαι χρὴ, δυοῖν θάτερον ἀναγκαῖον εἶπεῖν, ἢ τοῦτ' εἶναι τὸ ὀφθὲν αὐγοειδὲς καὶ αἰθερῶδες σῶμα λεπτὸν αὐτὸ, εἰς ὃ καὶ μὴ βούλονται κατ' ἀκολουθίαν ὁμολογεῖν Στωϊκοὶ, ἢ αὐτὸ μὲν ἀνώμαλον ὑπάρχον οὐσίαν, ὄχημά τι τὸ πρῶτον αὐτῆς εἶναι τοῦτο τὸ σῶμα, δι' οὗ μίαν τε καὶ πᾶσαν σώματος κίνησιν λαμβάνῃ· τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ δι' ὅλου λεπτὸν ἡμῶν ἐκπεπῶσθαι ἢ ἐγκεφάλου· τῇ δέ γε πρὸς αὐτὸ κινήσει τὸ καὶ τὰς ἄλλας αὐτῶν πᾶσαν φαντασίας γίγνεσθαι. *Verumtamen ſi de animae ſubſtantia ſententia quoque eſt proferenda, de duobus alterum dicamus neceſſe eſt: vel ipſam eſſe fulgidum hoc & quaſi aethereum corpus (quod Stoici, ſive velint, ſive nolint, ſi quae conſequentia ſunt ſcitis ſuis, agnoſcere non recuſent, nec non ipſemet* ARISTOTELES *admittere debent), vel ipſam incorpoream quidem eſſe ſub-*

(*) In Oracul. Chald. l. c.
(†) Dogm. Hippocr. & Plat. L. VII. (c. 13. p. 1043. T. I. Opp.)

anima, ut nonnihil viſibile ſecum trahat, id eſt, involucrum quoddam, vel aërem, vel vaporibus SPIRITIBUSque *corporis ſui conflatum, ut vult Proclus.* Sed pauces, ut opinor, eorum, quibus nota ſunt Platonicorum dogmata, in hanc ſententiam ſuam viri doctiſſimi pertrahent.

(*l*) *Hierocle*] Comm. *in aurea carmina Pythagor. p.* 214. *ed. Needhami.*

Digitized by Google

ſubſtantiam, uti tamen hoc corpore tamquam principali vehiculo, quo tamquam medio & vinculo aliorum corporum poſtea commercium habet: dicendum vero hujuscemodi corpus per totum diffuſum eſſe cerebrum, cujus poſtea particeps factus oculorum ſpiritus lucidus efficitur. His etiam rebus, ut opinor, intelligitur, quare diſcipulis ſuis hi philoſophi, praeter philoſophicam, moralem, & rationalem animae purgationem, myſticam quoque & teleſticam corpus hoc aethereum per continentiam & καθαρμὸς, ut vocabant, expurgandi rationem tantopere commendaverint. Qua quidem de re hunc in modum (*m*) *Hierocles* commentatur: ἐπειδὴ καὶ τῷ αὐγοειδεῖ ἡμῶν σώματι σύντροφον σῶμα θνητὸν ὁ καθαρεύειν δεῖ καὶ τοῦτο καὶ τὸ πρὸς αὐτὸ συμπαθείας ἀπαλλαγῆναι. *Et quoniam lucido corpori noſtro agnatum eſt corpus mortale, illud purgandum etiam nobis eſt & omni in hoc affectu liberandum.* Paullo poſt ita pergit: (*) αἱ τῆς λογικῆς ψυχῆς καθάρσεις καὶ ἓν αὐγοειδὲς ὄχημα συμπαθοῦν, ὅπως ἂν αὐτοῖς ἐπιτήδειον καὶ τοῦτο γεγένηται μὴ ἐμποδὼν ἴσῃ πρὸς τὴν ἄνω πτέρωσιν, καὶ τὰ ἑξῆς. (*n*) *Praeter purgationes animae ratione prae-*

(*) p. 216.

(*m*) *Hierocles*] *Comm. in aurea carm. p.* 214. Expreſſit *Cudworthus* hunc locum ſic, uti in antiquioribus habetur *Hieroclis* editionibus, in quibus legitur: Καθαρεύειν δὲ καὶ τοῦτο. Verum haec ſi lectio retineatur, videtur de purgatione mortalis corporis philoſophus loqui, quum ex orationis tamen ſerie manifeſtum ſit, verba eum facere de corporis lucidi expurgatione. Quocirca vir ingeniioſiſſimus & magnum patriae ſuae decus, *Rich. Bentlejus*, emendandum eſſe hunc locum ratus eſt & pro τοῦτο ponendum τοῦτον. Acute certe & prorſus ad Platonicorum ſententiam accommodate! Senſus, hanc ſi recipianus emendationem, verborum hic erit: *Aetherium corpus animae, quod mortali conjunctum eſt corpori, liberandum & purgandum eſt ab hoc mortali corpore & omni erga illud propenſione exuendum.* Certe a corpore mortali & craſſiori omnes animae ſordes & maculas derivabant olim *Platonis* aſſectatores. Nec dubitavit ideirco vir doctiſſimus, *Petr. Needhamus*, qui *Hieroclem* eleganter edidit, hanc emendationem veteri lectioni anteponere & in contextum recipere. Lege *Admon. ejus p.* 431. 432. Nihilo tamen minus, ſi, quod ſentio, ingenue profiteri licet, plus eſſe crediderim in hac correctione acuminis & ingenii, quam veritatis. Namque hiulca fit, niſi fallor, oratio, ſi pro τοῦτο ſubſtituas τοῦτον, quoniam leges grammaticae *pronomen* in ea poſcunt, quod ad σώματι αὐγοειδεῖ referri queat. Repugnat & vocula καὶ quae vocabulo τοῦτο praemittitur conjecturae iſti criticae. Etenim nullam quum rem aliam ante haec verba indicet *Hierocles*, qua purgandum ſit etiam animae vehiculum, perſpicuum eſt *pronomen*, quod hanc voculam ſequitur, ad eam rem pertinere, quam philoſophus emaculare jubet. Quid ergo? Num antiqua lectio arcte cuſtodienda, & *Hieroclem* parum commode & apte loquutum, neque leges hic Grammaticorum ſatis ſtudioſe obſervaſſe, profitendum erit? Equidem ſine crimine id fieri poſſe putem: nec ita veteres amo, ut majori eos felicitate uſos eſſe, quam nos, mihi perſuadeam, qui ſaepenumero imprudentes a Grammaticorum decretis nonnihil deflectimus, ſeverioribus meditationibus dediti. Sententia auctoris ſi plana ſit & perſpicua, quemadmodum hoc in loco, moderate ſi quae adſunt orationi vitia in antiquis & novis auctoribus ferri, nec quae memoriae errore, aut aliis de cauſſis admiſſa forte ſunt, crimini illis dari debent. Verum attentius dum *Hieroclis* locum intueor, facilem video viam ab *Hierocle* omnem negligentiae accuſationem depellendi. Suſpicor, a librariis id omne, quod in ejus oratione Criticos offendit, profectum eſſe, qui bina vocabula αὐτὸ & τοῦτο, valde inter ſe cognata & affinia, permutarint, & eo loco τοῦτο poſuerint, quo ponendum fuiſſet αὐτὸ. Nihil hoc errore facilius contingere potuit. Sic ergo ſcripſiſſe *Hieroclem* conjicio: καθαρεύειν δὲ δεῖ καὶ ΑΥΤΟ καὶ πρὸς ΤΟΥΤΟ τοιουτοδὶ ἀπαλλαγῆναι. Sed nihil in ejusmodi rebus certi conſtituere licet. Adde his, ſub initium loci hujus *Hieroclis* non, uti hic, in ipſo codice legi ἐπειδὴ, ſed ἐπεὶ δή.

(*n*) *Praeter*] Verti hunc locum ita, quemadmodum *Cudworthus* ſententiam ejus Anglice expreſſit. At Graeca qui intelligunt, verſionem hanc facile vident non reſpondere verbis *Hieroclis*. Melius reddidit *Needhamus: Purgationes enim animi rationalis lucido etiam vehiculo proſpiciunt, ut cum earum opera pennas adeptum fuerit, iter* (animae) *ad loca ſuperiora non impediat.* Certe hoc ſibi vult *Hierocles*, curam, quae impenditur animo, corpori etiam animae lucido prodeſſe. Quae verſioni hujus loci adjuncta hic ſunt verba *ille vero* &c. non eodem, quo praecedentia, apud *Hieroclem* loco exſtant, ſed longo ſatis intervallo ab his disjunguntur. Graeca p. 222. ita ſluunt: ὁ

Digitized by Google

praeditae decet etiam curare nos emaculationem luciformis seu aetherei vehiculi, ut lucidum illud & alatum fiat, nec ullo modo iter animae ad loca superiora impediat. Ille vero, qui 1034
mentem solam purgare conititur, nulla corporis ratione habita, is toti homini haud prospicit. Quibus positis, ita totum locum hunc concludit: (*) ἡ πλατωνικὴ ἐνέργειαν λέγω, ἡ δὲ αὐγοειδὲς καθαρτικὴν δύναμιν. *Loco vero mysticam initiationis operationem, lucidi corporis purgandi facultatem. Plato* atque *Socrates* philosophiam *mortis* esse *perpetuam commentationem* (o) dixerunt. *Plinius* philosophos hos, ut hanc ferrent legem, atrae bilis, qua laboraverint, copia, corporisque parum sana temperatione incitatos fuisse, suspicatur: *Est enim*, inquit, *quidam morbus per sapientiam mori.* Horum enim verborum, quorum vim *Salmasius*, multique alii Critici nullo assequi modo potuerunt, haec unice est sententia: Morbi quodam genere illi laborant & atrae bilis multitudine vexantur, qui philosophiam seu sapientiam adseverant ducem nobis ad moriendum esse (*p*) debere. Illi vero, a quibus hoc decretum manavit, in

(*) p. 224.

ἡ ψυχῆς μόνης ἐπιμέλειαν ποιέμενοι, τῆ δὲ σώματος ἀμελοῦσι, ἢ ἐκ ἂν ἄλλως ἄκρατοι καλοιεν.

(o) *Dixerunt*] Lege multis hac de re differentem *Socratem* apud *Platonem* in *Phaedone* p. 378. *s.*

(*p*) *Debere*] Singularis haec est & peringeniosa notissimorum *Plinii* verborum interpretatio, quae *Histor. Natural. Lib.* VII. *Cap.* 50. scripta reliquit: *Atque etiam morbus est aliquis per sapientiam mori. Claud. Salmasius* in *Exercit. Plinianis in Solinum Tom.* I. *p.* 283. φρενῖτιν a *Plinio* sapientiae morbum opinatur dici: *ut*, inquit, *ἀρθρῖτις dicitur articulorum morbus, quo laborant articuli* —— *ita & φρενῖτις morbus, quo sapientia laborat, vel aegritudo sapientiae.* Sed hanc mihi recte sententiam *Cudworthus* judicasse videtur, praesenti loco non convenire. Ipsius opinionem rursus confutandam sibi duxit *Jo. Clericus Bibliotheque choisie Tom.* VIII. *p.* 56. Doctissimus hicce vir existimat, obesse ei maxime alium *Plinii* locum *Lib.* VII. *Cap.* 51. in quo itidem mortis hujus per sapientiam mentio fiat. [Vid. *Bibl. raisonnée Tom.* XIII. *P.* II. *p.* 348. *s.* & *Heumann.* in *Miscell. Lipsi. Tom.* I. *p.* 80. *s.*] *Jam signa lethalia in furoris morbo risum*, SAPIENTIAE *vero* AEGRITUDINE *fimbriarum curam & stragulae vestis plicaturas.* Ex hoc enim apparere loco, *morbum per sapientiam* inter corporis mala & morbos a *Plinio* referri: veri ergo similius esse, amentiae genus quoddam hoc nomine ab eo indicari, in quo homines de rebus ad philosophiam pertinentibus ad obitum usque differant. Fateor, qui in binis hisce locis unum idemque malum a *Plinio* commemorari arbitrantur, id quod omnes fere faciunt Critici, non posse non hanc sententiam *Cudworthi* expositioni praeferre, locumque *Plinii* de morbo quodam corporis, qui de statu mentis hominem simul aegrotantem dejiciat, accipere. Sed ego nihil prope dubito, quin viri doctissimi binos hosce *Plinii* locos temere socient & de re una eademque loqui sine ratione sibi persuadeant. In superiori loco *de morte per sapientiam* agit *Plinius*, quam *morbum* aut morbi genus esse tradit: posteriori vero non *mortem per sapientiam*, sed *aegritudinem sapientiae* commemorat. Haec vero duo, id quod nemini obscurum esse poterit, ita inter se differunt, ut mors & morbus. Quocirca duplicem hanc incommoditatem, cujus *Plinius* meminit, minime esse confundendam, judico. Prioris loci nullus esse, quam hic, sensus potest: *Morbo quodam affecti sunt, qui per sapientiam moriuntur*, aut ut pluribus verbis rem explicem: Tametsi nihil minus, quam aegrotare, videantur, qui per sapientiam moriuntur, reapse tamen sanitatem amiserunt & morbo cuidam subjecti sunt. *Mortem per sapientiam* morbum esse dicit hic *Plinius*, non vero *morbum* esse aliquem ait, qui *morbus sapientiae* vocari queat. Hoc qui attenderit, is, quam *Cudworthus* attulit, loci hujus expositionem optimam esse ac convenientissimam haud dubie fatebitur. Praecipiebant nimirum philosophi, praesertim illi, qui *Pythagoram* & *Platonem* aemulabantur, animum adductissimis & continuis contemplationibus seu sapientiae studio a corporis contagione ac consuetudine avocandum & abstrahendum esse: cui qui obtemperarent praecepto, eos philosophice seu, ut *Plinius* ait: *per sapientiam mori* cum *Socrate* dicebant. *Plinius*, homo cui nec religio, nec morum disciplina curae erat, hominum hoc genus, tametsi splendide de solutione animae a corpore per sapientiam loquerentur, nihil minus quam sanum esse, sed morbo quodam affligi, praecipit. Altero vero in loco *Plinii* de corporis quodam morbo agi, controversia vacat: quem morbum quum *furori* opponat, quem Graecorum medici μανίαν appellant, equidem *Salmasii* sententiam non insciam esse judico, qui φρενῖτιν *sapientiae aegritudinem* appellari a *Plinio* autumat.

(q) *Ignem*]

in primis quidem mortem eo moralem, ſeu libidinum & perturbationum corporis debilitationem inculcabant: at una tamen *myſtico* quodam & *teleſtico* modo necem ſibi ſapientem adferre oportere, praecipiebant. Hoc nimirum ab illis exigebant, qui philoſophiae darent operam, ut omni providerent ſtudio, quo, diffluente craſſiori hoc & exteriori corpore, ſic eſſent affecti, ut ſpirituale quoque & aërium corpus ſimul detraheretur animae, nec quidquam ita poſt mortem relinqueretur illi, quam purum illud aetheriumque corpus ſeu vehiculum illud lucidum & ſplendidum; quod quidem *Virgilii* verbis ſic expreſſeris:

—— —— *Purumque relinqui*
Aethereum ſenſum atque aurai ſimplicis (q) ignem.

*035 Haec licet ita ſint, non tamen omnibus ſcholae Platonicae ac Pythagoreae alumnis perſuaſum fuiſſe videtur, idem illud corpus aethereum, quod cum anima ab ipſo ejus ortu copulatum fuit, nullo ab ea modo diſtrahi ac divelli poſſe, verum ad infinitum tempus mentem, in varia licet delabentem craſſiora corpora, perpetuo comitari. Fuerunt contra in illis, qui exiſtimarent, animam ad inferiora loca deſcendentem corpus illud coeleſte, quo antea fuerit amicta, amittere, idem vero virtutis ac ſapientiae ſtudio recuperare poſſe: hincque pro diverſo ſtatu, in quo verſetur, corpus ei ſtatui conveniens aut reperire, aut ipſum ſumere ſibi poſſe animum, nunc quidem purius, nunc impurius, quemadmodum ratio & virtus ejus flagitet. Hanc arbitror (r) *Porphyrii* fuiſſe ſententiam ſcribentis: *ὡς ἂν διετέθη ἡ ψυχὴ, τὸ οἰκεῖον σῶμα πέφυκε λαμβάνειν καὶ τοῖς οἰκείοις διωρισμένον· διὸ καθαρώτερον μὲν διακειμένη συμφυὲς τὸ λεπτὸν καὶ αὐγοειδὲς σῶμα, ὅπερ ἐστὶ τὸ αἰθέριον. Quemadmodum anima diſpoſita eſt, ita corpus ſuo ordini, proprietatibusque definitum invenit. Ideoque purius diſpoſitae corpus quam proxime ad immateriale accedens, aetherium ſcilicet, adjunctum eſt.* Nec fortaſſis aliud ſibi (s) *Plato* voluit, quum animam corpori ſemper conjunctam eſſe, ſed non ſemper eidem, verum modo huic, modo illi, ſciſceret.

§. XX.

(q) *Ignem*] Duplex igitur, ſi haec & quae paullo ante differit vir doctiſſimus vera ſunt, mortis philoſophicae ſeu moralis genus commendarunt ſuis Platonici: Mortem *moralem* & mortem *myſticam & teleſticam*. Ego vero non memini usquam apud eos duplicis hujus mortis philoſophicae mentionem fieri. *Socrates* quum dixit, vitam philoſophi perpetuam eſſe mortis commentationem, hoc ſibi voluit, quod ex *Platonis Phaedone* manifeſtum eſt, ſapientis eſſe, per totam vitam id agere, ut animum ſuum a corporis commotionibus, libidinibus, & perturbationibus avocet & abſtrahat. Neque huic dogmati addiderunt multum juniores Platonici, niſi quod vias praeſcripſerunt hujus mortis obtinendae cauſſa, quas *Socrates*, ſi vixiſſet eorum memoria, haud dubie ſpreviſſet & irriſiſſet. Nec enim magnus hicce & ingenioſus homo favebat illis, qui fame, ſiti, & aliis rebus corpus enecandum eſſe ſuadebant; quibus rebus nihil efficacius putabant hi philoſophi ad animum a corporis contagione purgandum. Duplicem ergo mortem tantum eſſe, ex ſcholae ſuae praeſcripto, *Porphyrius* ſciſcit, alteram naturalem, alteram philoſophicam, in *Sentent. ad intelligibil. ducentibus* §. 9. p. 221. *ὁ μὲν θάνατος διπλοῦς· ὁ μὲν συνηγμένος, λυομένου τοῦ σώματος ἀπὸ ψυχῆς· ὁ δὲ τῶν φιλοσόφων, λυομένης τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος· καὶ οὐ πάντως ἑτέρου ἑτέρῳ ἕπεται. Mors duplex: altera quidem omnibus nota, ubi corpus ſolvitur ab anima: altera vero philoſophorum, cum anima ſolvitur a corpore: nec ſemper altera alteram ſequitur:* Quapropter *myſtica & teleſtica* mentis purgatio, de qua paſſim Platonici praecipiunt, novum minime mortis genus eſt, diverſum a morte philoſophica & morali, ſed ad eas tantum res pertinet, quibus mortem philoſophicam accelerari poſſe hoc genus ſapientum putabat. Ceterum de morte philoſophica multa quoque congeſſit *Jac. Thomaſius* in *Diſſertat. varii argumenti Diſſ.* XIV. *de philoſophia mortis meditatione. p.* 124. *ſ.*

(r) *Porphyrii*] *In ſentent. ad intelligib. ducentibus* §. 32. *p.* 233. Non conſequitur ex his *Porphyrii* verbis id, quod ex illis conſequi arbitratur vir doctiſſimus, corpus, quod agnatum eſt, ex mente Platonicorum, animo, coeleſte ac aetherium amitti, rurſusque recuperari poſſe. Etenim,

Digitized by Google

§. XX. Hiſce dictis, quae adhuc collegimus, aperte jam, ut opinor, intelligitur, antiquiſſimos ſapientes, qui animos corpore vacare, nec umquam extingui, cenſuerunt, ſemper tamen eos cum corpore voluiſſe quodam ſociatos eſſe. (*t*) *Hierocles* certe id ſine circuitu fatetur: *ἡ λογικὴ ἐσία σύμφυες ἔχουσα σῶμα, ἔτω καὶ ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ εἰς τὸ εἶναι παρῆλθεν, ὡς μήτε τὸ σῶμα εἶναι αὐτὴν, μήτε ἄνευ σώματος· ἀλλ' αὐτὴν μὲν ἀσώματον, ἐπιπεφυκέναι δὲ εἰς σῶμα τὸ ὅλον αὐτῆς εἶδος. Natura rationalis corpus habens ſibi congenitum ab opifice datum exiſtere coepit, ita ut neque ipſa corpus eſſet, neque tamen careret corpore: ſed ipſa quidem eſſet incorporea,* in 1036 *corpus autem tota ejus forma deſineret.* Et ex hac opinione haec ejus fluxit definitio hominis: (*) *ψυχὴ λογικὴ μετὰ συμφυοῦς ἀθανάτου σώματος. Homo eſt animus ratione praeditus cum congenito corpore immortali.* Quapropter deinceps terrenum, quo hic utimur, & animatum corpus ſeu mortalem hominem, nihil eſſe concludit, quam (†) *ſimulacrum veri hominis*, *εἴδωλον ἀνθρώπου*, aut acceſſionem ejus, a vero proinde homine ſeparabilem. Quod de animis humanis praecipit, id de omnibus naturis ratione praeditis intellectum vult, uno ſummo celſiſſimoque Numine excepto; quarum quidem nullam eſſe, quin naturaliter corpus quoddam agitet ac animet, ſignificat. Itaque *daemonis* ſeu *angeli*, quibus vocabulis promiſcue ad unam deſignandam naturam utitur, hanc tradit (*v*) deſcriptionem: *ψυχὴ λογικὴ μετὰ φωτοειδοῦς σώματος. Animus rationalis corpori lucido conjunctus.* Adſentitur ei *Proclus in Timaeum Platonis*, qui perhibet: (**) *πάντα δαίμονα τῶν ἡμετέρων κρείττονα ψυχῶν καὶ νοερὸν ἔχειν ψυχὴν καὶ ὄχημα αἰθέριον, omnem daemonem, humanis animis meliorem anima praeditum eſſe intelligente & vehiculo aethereo, atque ex binis biſce rebus componi.* Ergo exiguo admodum diſcrimine *daemones* ſeu *angelos* & *homines* philoſophi hi ſejungere videntur; illos nimirum in aëria tantum delabi corpora, nec ultra procedere, hos autem ad terrena quoque detrudi corpora (*x*) exiſtimant. Ceterum hanc diſciplinam ab antiquis Pythagoraeis acceptam atque a *Platone* poſtea explanatam uberius eſſe idem *Hierocles* confirmat: (††) *καὶ τοῦτο τῶν Πυθαγορείων ἦν δόγμα, ὁ δὴ Πλάτων ὕστερον*

(*) p. 212. (†) p. 214. (**) Lib. V. p. 320. (††) p. 213.

enim, ut concedam, quod negari tamen poteſt, *σῶμα αἰθέριον*, in his verbis proprie ſumi pro ſplendido illo animi curru ſeu vehiculo, cui animum a Deo ſtatim ab ortu imponi ſtatuebant Platonici, commode ſic ea poſſunt explicari: Si anima ſuis moderetur propenſionibus, coeleſte illud corpus nullis inquinari alienis ſordibus, ſed purum & illibatum manere. Confirmant hanc explicationem ea, quae paullo poſt ſequuntur: *ὅταν δὲ μᾶλλον ἐφίεται φύσεως, αὐγὴ ἔκφυτος γίνεται, ἄνευ τε καὶ ἀνθρακώδους. Ubi autem operam dederit anima, ut a natura* (rebus corporeis) *ſecedat, ſplendor ſiccus exſiſtit, nulla umbra ac nube obſcuratus.* Aegre mihi ego perſuaſerim Platonicorum aliquem conſtituiſſe, corpus primum & lucens animae amitti prorſus, & reddi rurſus poſſe animo. Etenim corpus hoc quum ad ipſam animae naturam, ex ſectae hujus ſenſu, pertineat, naturam animae, ſi hoc ipſis viſum fuiſſet, mutari & diſtrahi poſſe putaſſent: quod plane ſcitis familiae hujus repugnat. Sed mira eſt & incredibilis horum philoſophorum, quum ad hoc veniunt argumentum, cum obſcuritas, tum diſſenſio; ex quo fit, ut quid ſibi vere voluerint, non ſemper ita queat conſtitui, ut omnis tollatur dubitatio.

(*t*) *Plato*] Locus hic *Platonis* legitur *Lib.* X. *de legibus.* Oſtendi autem infra ad *Cap.* 5. *Sect.* 5. §. 5. cum ad hoc minime pertinere negotium, ſed potius de animorum erroribus & in varia corpora migrationibus in hac vita accipi debere.

(*t*) *Hierocles*] *Comm. in aurea carm. ad vſ.* 67. *p.* 210.

(*v*) *Deſcriptionem*] Hiſce verbis *Hierocles heroëm*, qui vocatur Platonicis, deſcribit *p.* 212. At *heros*, *daemon*, & *angelus* vocabula ſunt apud eum ejusdem poteſtatis & notionis. Vid. *Comm. ejus p.* 36.

(*x*) *Exiſtimant*] Multis certe quondam Platonicis haec fuit de daemonibus opinio. Vide *Porphyrium de abſtinentia ab eſu animalium Lib.* II. §. 38. *p.* 81. *ſ.* & alios.

Digitized by Google

ὕστερον ἐξέφηνεν, ἀπεικάσας ζυμφύτῳ δυνάμει ὑποπίπτειν ζῴοις τε καὶ φυτοῖς, πᾶσαν θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην ψυχήν. *Atque hoc quidem erat Pythagoraeorum dogma, quod Plato ſane poſtea explicavit, cum divinum omnem atque humanum animum* (id eſt, ſi noſtro more res haec enuntianda ſit, omnem naturam creatam & ratione praeditam) *congenitae*

(y) *Verſat & ciet*] Magnam ſibi laudem hac digreſſione de coeleſti & aetherio corpore, quod animo quondam a Platonicis & aliis datum fuit, apud viros eruditos & harum rerum peritos, peperit vir longe doctiſſimus. Laudat & *Joh Grammius Diſſ.* VII. *de allegatione* LXX *in N. T.* ubi & de corpore animae quaedam obſervat p. 260. 262. *ſ.*] Fatetur *Jo Clericus*, nullum eſſe inter recentiores ſcriptorem, qui hoc argumentum, quod magni tamen momenti ſit ad recte intelligendos veteres philoſophos & primos Chriſtianorum doctores, diligentius & doctius illuſtraverit, *Bibliotheque Choiſie Tom.* VIII. *p.* 59. *Neſcire ſe*, ait Rev. *Jo. Chriſtoph. Wolfius*, *Notis ad Origenis philoſophumena p.* 120. *an quis unquam Cudworthio luculentius, fuſius, & accuratius hoc Platonicorum dogma expreſſerit.* Omitto alios, qui hanc partem operis *Cudworthi* dignam eſſe in primis arbitrati ſunt, quam propter eruditionis copiam & accurationem commendarent. Ab hoc ſummorum virorum judicio nec ego, nec ullus alius, niſi temere, receſſerit. Nec tamen dubito, aequo animo viros doctos & ſapientes eſſe laturos, ſi nonnulla tot praeclare ac erudite obſervatis, homo licet longe minori eruditione ac ingenio inſtructus, adiiciam, quaedam vero minus accurate dicta, ut mihi quidem videtur, modeſte corrigam & emendem.

§. I. Principio accuratius inquirendum eſſe duco in origines dogmatis hujus Platonici de corpore aut corporibus animorum; quod niſi fiat, multi conſequantur neceſſe eſt errores in dijudicandis veris ejus rationibus & tam philoſophorum, quam Chriſtianorum veterum dictis exponendis. Quantum igitur per veteris aevi obſcuritatem licet, haec unde omnis manaverit philoſophia, primum inveſtigabo. Ratiocinando & meditando ſectae hujus principes ad illud pervenisſe dogma, tametſi multi videantur ita viri egregii ſentire, nullo mihi modo perſuaſerim: e contrario certum mihi eſt, ex vulgaribus & popularibus opinionibus, quae diu ante ortam hanc Platonicorum juniorum familiam inter gentes Graecas & orientem ſolem ſpectantes fuſae fuerunt, totum id manaſſe & quaſi collectum eſſe. Sentiant alii, quemadmodum lubet, de juniorum Platonicorum diſciplina: ego, poſtquam in ejus exploratione, quam nemo recuſare debet, quem res antiquiſſimorum Chriſtianorum perſpectas habere juvat, haud mediocrem diligentiam poſui, in eam plane ſententiam veni: Diſciplinam recentiorum Platonicorum magnam partem nil niſi cumulum eſſe opinionum populi-

rium ad praecepta philoſophorum veterum, *Pythagorae* in primis & *Platonis*, accommodatarum. Conſtat innumeris philoſophorum hujus familiae dictis, in primis ejus praeceptis hoc fuiſſe habitum: Sancte retinenda eſſe majorum ſcita & ſententias, nec ullam temere opinionem vulgarem & ab antiquis ductam temporibus repudiandam, verum commode & apte explicandam eſſe. Hinc nulla eſt apud *Homerum* & *Heſiodum* opinio, nulla multitudinis ſuperſtitio, quam non paſſim exornare atque ſcitis ſuis convenienter explicare ſtudent: quod, ſi res & ſpatium id pateretur, infinitis declarare exemplis liceret. Maxime in illis, quae ad animae naturam & ſtatum pertinent, antiquorum, id eſt, vulgi, ſententias praeferendas, nec ullo modo deferendas, arbitrabantur. Probabo id aliquot *Plotini*, communis fere ſcholae hujus magiſtri, dictis, ne temere aliquid dixiſſe videar. Igitur *Ennead.* II. *Lib.* IX. *Cap.* 6. *p.* 704. philoſophus hic ita diſſerit: μηδὲν τοὺς θείους ἄνδρας λέγοντας· ἀλλ' ὁρᾶν δεχομένους τὰ ἐκείνων ὡς παλαιστέρων· ἢ ἃ καλῶς λέγουσι παρ' ἑαυτῶν λαβόντας, ψυχῆς ἀθανασίαν, τοῦτον κόσμον, θεὸν τὸν πρῶτον, τὸ τὴν ψυχὴν δεῖν φεύγειν τὴν πρὸς τὸ σῶμα ὁμιλίαν, κ. τ. λ. *Nullo modo fas eſt viros divinos cavillari, ſed antiquorum myſteria benigne interpretari, accipientes ab illis, quae certe dicunt, immortalitatem animae, intelligibilem mundum, Deum primum: item animam oportere corporis commercium fugere: rurſus ſeparationem a corpore nihil aliud eſſe, quam a generatione ad eſſentiam ſe conferre.* Et interjectis nonnullis: ὁ πᾶσα φιλοσοφία πεφὼν ἀγαθὸς εἶναι ψυχῆς, λέγοντας ἑαυτὸν ἀμείνους εἶναι, ἐπεὶ τά γε εἰρημένα τοῖς παλαιοῖς καὶ τοῦτον, πολλῷ ἀμείνων ἢ πεπαιδευμένος εἶη, ἢ τοῖς μὴ ἐμπεπαιδευμένοις τὰ ἐπιδεικνύναι εἰς ἀλήθειαν ἀπάγειν, ῥᾴδιος γνῶναι. *Omnino vero ridiculum eſt, profiteri, ſe illis* (antiquis) *eſſe praeſtantiores: nempe quae de ordine intelligibili ab antiquis tradita ſunt, multo melius eruditiusque dicuntur: facileque cognoſcentur ab illis, qui fallacia paſſim homines invadente decepti minime fuerunt.* Hoc autem erga veteres, eorumque opiniones ſtudium ab ipſo traditum acceperant *Platone*, qui in *Timaeo* §. 26 *p.* 249. ita pronuntiavit; utrum ſerio, an ſimulate haud dixerim: ἀδύνατον δὲ θεῶν παισὶν ἀπίστῳ, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φάσκουσιν ἀναφαίνειν, ἐπιτάττειν τῷ νόμῳ πειθομένοις. *Difficile factu eſt, a Diis ortis fidem non habere, quamquam nec argumentis, nec rationibus certis, eorum oratio confirmatur: ſed quia de ſuis rebus notis videntur loqui, veteri legi morique parendum*

Digitized by Google

nitae potentiae alati currus & aurigae comparavit. Currum vocat corpus animatum: aurigam vero ipſam animam a corpore liberam, quae corpus illud vivum (*y*) verſat & ciet.

§. XXI.

dum eſt. Nec immemor eſt in ſcriptis ſuis praecepti hujus *Plato*, in quibus, quod eos minime fugiet, qui verſati ſunt in illis, raro ab aetatis ſuae ſcitis & opinionibus deſciſcit, ſed omnes ad ſua placita, quanta fieri poteſt dexteritate, trahere nititur. Adde his, quae de *Procli*, magni Platonici, ingenio & erga veteres voluntate a *Marino* in *vita ejus* tradita ſunt *Cap.* 19. *p.* 47. *Cap.* 22. *p.* 53. &c. Platonicus apud *Aeneam Gazaeum* in *Theophraſto p.* 65. *ed. Barthii* haec ipſa ſcita de animorum corporibus, de quibus hic agitur, τὰ δὲ παλαια λεγόμενα, *veterum myſteria ſacra*, diſerte nominat.

§. II. Quae quum ita ſint, quoscumque juvat veram indolem dogmatis Platonici de corpore animae adjuncto, & de ipſius animae ſtatu cognoſcere, eos vulgarem diſciplinam, qualis ante ipſum viguit *Platonem*, indagare, atque cum ſectae hujus placitis conferre oportet. Experiar, num lucis aliquid aliis, quibus hoc aggredi placet negotium, praeferre valeam. Vetuſtiſſimis, qui ante omnes, quos novimus, Graecorum philoſophos floruerunt, ſapientibus haec inſediſſe videtur opinio, binas eſſe in homine animas, alteram vitae animalis, ſenſuum & cupiditatum ſedem ac domicilium, ſeu *ſentientem*, alteram rationis & intelligentiae participem, ſeu *rationalem*: hanc quidem divinae originis, propterea immortalem, illam naturae multo inferioris, nec idcirco ejus generis, ut perire prorſus nequeat: utramque, dum vivit homo, conjunctam eſſe, & poſt obitum corporis ſociatam manere in plerisque hominibus; at divelli tamen poſſe & reapſe, magnis viris decedentibus, diſſociari. Fluxit haec opinio ad multitudinem & populum: apud hunc vero, ut fit, tot ineptis erroribus & opinionibus deformata fuit, ut vix agnoſceretur. Ad quam quidem ejus depravationem poëtae haud parum contulerunt, quos fabulis, conſtat, figuris, pigmentis, & ornamentis ſuis optima quaevis ſcita corrupiſſe ac in ſapientiorum contemtionem adduxiſſe. Exſtant dogmatis hujus luculentiſſima in antiquiſſimo poëta *Homero* veſtigia, tametſi is, more vatum, paſſim lucem ejus obſcuret, nec explicate ſatis ſemper germanum ejus ſenſum tradat. Non fugit hoc prorſus veterem ſcriptorem *vitae Homeri*, qui vulgo *Plutarchus* eſſe fertur, aliis *Dionyſius Halicarnaſſenſis* videtur eſſe, quippe qui *p.* 345. *ed. Thom. Gale Homerum* non ſecus ac philoſophos, duas animae partes dediſſe contendit, alteram ratione praeditam, alteram rationis neſciam, τὸ λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον. Nos paullo diſtinctius idem in ſequentibus oſtendemus, quia, *Homeri* dogmate cognito, quid tam ante, quam poſt eum illi, qui prudentiores ceteris ſunt habiti, de re eadem ſenſerint, ſimul apertum fiet. Animus rationis compos *Homero* φρὴν, φρένες, & νόος dicitur: huic vero multis in locis θυμὸς opponit; quo nomine animam deſignat vita, ſenſu, & cupiditatibus inſtructam. *Iliad. Lib.* I. *vſ.* 188. *p.* 17. *Tom.* I. *ed. Barneſii* de Achillis ira ita loquitur:

——— Πηλείδην δ' ἄχος γένετ' ἐν δὲ οἱ υἱὸς
Στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν,
Ἢ ὅγε φάσγανον ὀξὺ παρὰ μηροῦ τανύσσας
Τοὺς μὲν ἀνastήσειεν, ὁ δ' Ἀτρεΐδην ἐναρίξοι
Ἢ χόλον παύσειεν, ἰφθίμους τε ΘΥΜΟΝ·
Ἕως ὁ ταῦθ' ἑρμαίνε κατὰ ΦΡΕΝΑ καὶ κατὰ ΘΥΜΟΝ,

——— *Pelidae autem dolor ortus eſt: & ipſi cor*
In pectore furibundo bifariam deliberavit,
An ipſemet, enſe acuto extracto a femore,
Hos quidem dimoveret, ipſe autem Atridem interficeret,
An iram ſedaret, compeſceretque furorem.
Dum ille haec cogitabat mente & animo.

Animus *Achillis* deliberans & quid facto opus eſſet, expendens, aperte his in verſibus ab illo, in quo furor & ira reſidebat, diſcernitur: Et extremo verſu φρὴν, ſeu νόος, ut recte *Scholiaſtes* antiquus exponit, θυμῷ, de quo comprimendo dixerat praecedenti verſu animum deliberaſſe, opponitur. Praetereundo non poſſum, quin obſervem, apparere ex hoc loco, animae rationis compotis ſedem & domicilium in corde ab *Homero* fuiſſe poſitum: ex quo factum haud dubie, quod eam ſaepenumero φρένας a commorationis, quem putabat, loco appellat. Labitur certe vetus auctor *vitae Homeri*, qui ſibi perſuaſiſſe videtur in capite, quod multi fecerunt philoſophi, vatem hunc animae locum ſuum aſſignaſſe, *p.* 345. *Iliad.* Ξ *vſ.* 294. *p.* 548. de Jove, Junonem comtam & pulcherrimam adſpiciente, hunc in modum canit:

Ὡς δ' ἴδεν, ὡς μιν ἔρως πυκιμήδεας φρένας ἀμφεκάλυψεν

Ut vero vidit (Jupiter Junonem) *continuo illi amor prudentia praecordia cooperuit.*

Committuntur hic iterum inter ſe ἔρως ſeu *amor*, ille animus, in quo libido eſt, & φρένες, mens in praecordiis habitans, quae ſapientia & ratione utitur; & ille hanc ſub jugum dicitur miſiſſe. Pe-

Digitized by Google

1037 §. XXI. Abunde jam & copioſe a nobis declaratum eſt, quemadmodum antiqui

nelopa nutricem *Odyſſ. Lib.* Ψ. *vſ.* 14. *p.* 596. ſic compellat.

—— πρὶν δὲ ΦΡΕ'ΝΑΣ αἰσίμη ἔνθα
Τίπτέ μοι λυδρόν πολυπενθέα ΘΥΜΟ'ΝΔΕ ἔχουσα;

Quum antea mente convenienter inſtructa eras,
Cur me irrides perdolentem animum habentem?

Neque hic obſcurum eſt diſcrimen illud, quo φρένας & θυμὸν ſejungit *Homerus.* Sapientia enim & ratio illi, huic vero dolor, attribuitur. Plures longe *Homerum* legentibus loci ejusmodi occurrent, quos ego, ne totus ab inſtituto divertam, nunc praetermitto. Nondum, fateor, ex his patet effatis, viſum fuiſſe *Homero*, binos hoſce animos diverſae indolis & naturae eſſe, nec ita conjunctos, ut diſſociari nequeant: id vero planum facient alia ejus, quae paullo poſt teſtabor, dicta. Poſt *Homerum* infinitam tam philoſophorum, quam poëtarum multitudinem inter Graecos non minus, quam Latinos, duplicem in ſingulis hominibus eſſe animam, profeſſam eſſe, tam notum eſt & vulgo cognitum, ut nullis teſtimoniis ad eam rem firmandam opus ſit. Ipſa etiam ab *Homero* mutuati ſunt nomina ad hos deſignandos animos. De *Pythagora Diogenes Laërtius Lib.* VIII. *Segm.* 30. *p.* 512. τὴν δὲ ἀνθρώπου ψυχὴν διχῇ τριχῇ, εἰς τε τὸν νοῦ καὶ φρένας καὶ θυμόν. *Animam humanam trifariam diviſit in mentem, animum & ſenſum.* νοῦς & φρένες non differunt apud *Homerum*: reliqua Homerica ſunt.

§. III. Animus ratione praeditus a Diis viſus eſt veteribus ad homines deſcendere, aut coeleſtis eſſe originis, puriorisque aetheris pars quaedam in mortalia corpora demiſſa. [Nam ipſe Deus lux antiquiſſimis & aether viſus eſt. Ita diſerte *Zeno*, *Cicero de Nat. Deor. Lib.* I. *Cap.* 14. *p.* 2991. Et *Cleanthes ibid. Deus aether.* Vid. *Boulier Not. ad Cic. de N. D. p.* 2902. qui fallitur, quod ignem & aethera non differre arbitratur.] *Aether* vero, auctore *Cicerone de natura Deor. Lib.* II. *Cap.* 40. *p.* 3021. *eſt ultimus & a domiciliis noſtris altiſſimus, omnia cingens & coërcens coeli complexus, —— extrema ora & determinatio mundi: in quo cum admirabilitate maxima igneae formae curſus ordinatos definiunt.* Licet mihi hoc innumeris antiquorum ſcriptorum locis oſtendere, de quibus aliquos tantum afferre placet. [*Ardorem coeli* dixit idem *Cicero de Nat. Deor. Lib.* I. *Cap.* 13. *p.* 2899. De Deo pro *igne* habito vid. *Beauſobre Hiſt. du Manich. p.* 466.] *Euripides*, qui ab *Anaxagora*, ſummo philoſopho, diſciplinam accepit, in *Tragoedia*, quam *Chryſippus* inſcripſit, ita quondam cecinit:

Γαῖα μεγίστη τε Διὸς αἰθὴρ,
Ὁ μὲν ἀνθρώπων τε θεῶν γενέτωρ
—— —— τίκτει θνατούς
Χοὶ δ' ἐκείνου τὰ μὲν εἰς γαίας
Φῶτ' εἰς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
Βλαστόντα γενῆς εἰς ἀρότειον
Πόλον ἦλθε πάλιν.

Maxima tellus & Jovis Aether
Hic idem hominum divumque ſator
Pariter generant genus humanum.
Retroque meant quae terra dedit
Iterum in terram: quod ab aetherio
Veneras ortu, coeleſte poli
Repetit templum.

Vid. *Hugonis Grotii Excerpta ex antiquis Tragicis & Comicis p.* 416. Nullam verſus hi deſiderant interpretationem; nam luce clarius ex illis apparet, Tragicum hunc exiſtimaſſe, ex aethere animas ad corpora commeare animalium, ad aethera rurſus, diſſoluto corpore, reverti. Tragicos vero & Comicos ſententias maxime populares & pervulgatas in ſcenis olim propoſuiſſe, neminem facile praeterit. Jungam huic Latinorum Comicum perantiquum, *Pacuvium*, qui, *Nonio Marcello de proprietate ſermonum Cap.* 2. auctore, in *Dionyſii Godofredi Auctoribus linguae Latinae p.* 525. in *Chryſe*, hoc ſcriptum reliquit: *Mater eſt terra, ea parit corpus:* ANIMAM AETHER *adjugat.* Vitioſiſſime in nonnullis codicibus & ſine omni ſenſu legitur: *anima mater adjungat. Pythagoras* ut plerasque opiniones per populos orientales fuſas, ita & hanc adoptavit; quippe quem *Diogenes Laërtius Lib.* VIII. *Segm.* 28. *p.* 509. docuiſſe perhibet εἶναι ψυχὴν ἀπόσπασμα αἰθέρος, *animam eſſe avulſionem aetheris.* Immo ne ipſi quidem Judaeorum philoſophi, *Eſſeni*, vetuſtam hanc ſententiam inter ſua veriti ſunt dogmata recipere, quod his verbis *Joſephus* memoriae prodidit *de bello Judaico Lib.* II. *Cap.* 8. §. 2. *p.* 164. καὶ γὰρ ἴδιόν τι παρ' αὐτοῖς ἐστὶ τὸ δόγμα, φθαρτὰ μὲν εἶναι τὰ σώματα —— τὰς δὲ ψυχὰς ἀθανάτους ἀεὶ διαμένειν καὶ συναπλάττεσθαι μὲν ἐκ τοῦ λεπτοτάτου φυτόντας ΑΙΘΕ'ΡΟΣ τοῖς σώμασιν. *Nam & iſta apud eos obtinuit opinio, corpora quidem eſſe interitui obnoxia, animos vero immortales in omne aevum durare, & ex aethere ſubtiliſſimo prodeuntes in corporum complexum venire.* Multis, ſcio, haec opinio videbitur mirabilis & dogmati de immortalitate animi, quod hi veteres complexi ſunt, contraria. Verum hos, quod ſaepius jam feci, monendos hic eſſe iterum duco, ex noſtris opinionibus de veterum ſcitis nulli ſapienti eſſe judicandum. Nos quidem omne, quod corporeum eſt & ex materia

com-

tiqui ſapientes, qui naturas arbitrati ſunt a corpore ſecretas non eſſe extenſas, du- 1038
bum

conſtat, vita carere, partibus conſtare, & idcirco diſſolvi & interire quoque poſſe, opinamur: Secus vero plerique veterum ſentiebant, qui non omnem materiam diſſipari poſſe, ſed aliquam vivam, individuam, & perennem eſſe, nihil dubitabant. Aether ſigillatim ſummus vita praeditus, corruptionis omnis expers, immo ejusdem, cujus ipſi Dii, naturae & generis, antiquis putabatur. Apud *Homerum aether divinus* vocatur Odyſſ. *Lib.* T. *vſ.* 540. *p.* 519.

—— ὁ δ' ἐς αἰθέρα δῖον ἀίχθη

Ille vero in aethera divinum elevatus eſt. [*Ovid.* Metam. I. *vſ.* 68. 80.]

Clarius *Pythagoras*, ideo animam praecepit immortalem eſſe, quod natura illa, unde avulſam eſſe putabat eam, immortalis eſſet: ἀθάνατον δὲ εἶναι ψυχὴν, ἐπειδήπερ καὶ τὸ ἀφ' ἧς ἀπέσπασται, ἀθάνατόν ἐστι. *Eſſe vero animam immortalem, quandoquidem & id, a quo avulſa eſt, immortale ſit. Diogenes Laërtius Lib.* VIII. *Segm.* 28. *p.* 509. 510. Exiſtimabat vero, id quod paullo ante vidimus, *Pythagoras*, animam ab aëthere divulſam eſſe, quum corpori jungeretur. *Jamblichus* ex Aegyptiorum ſententia *de myſteriis Aegyptior. Sect.* I. *Cap.* 17. *p.* 29. τὸ ὑπέρτιον σῶμα πρὸς αὐτὸν τὸν ἀτόματον ἐστιν ἐγγύτατα θεῶν ἐστὶ συγγενέστατον· μίαν γὰρ ἑαυτοῦ ἕκαστον, αὐτὸ ἁπλοῦν ὄν, ἀμερίστως δὲ ἀδιαίρετον, καὶ ἀτρέπτως ἑαυτοῦ ἀναπόλιστον. *Coeleſte corpus valde eſt cognatum Deorum immateriali ſuſtantiae. Nam ut eſt illa una, ſic hoc eſt ſimplex: illa indiviſibilis, hoc quoque indiviſibile, illa immutabilis, hoc invariabile.* Addant his, qui plura requirunt teſtimonia *Farcham*, Indorum ſapientum antiſtitem, in *Philoſtrati vita Apollonii Tyanaei Lib.* III. *Cap.* 34. *p.* 125. *Hieroclem Comment. in aurea carmina Pythagorae p.* 228. ubi *aethera* αἰθέρα καὶ ἀίδιον σῶμα, *corpus immateriale & aeternum* vocat, *Apulejum Libro de mundo p.* 58. *ſ.* & alios, quorum referre locos, nimis longum & inutile foret.

§. IV. Animi ſentientis quaenam origo ſit ex eorum ſententia, qui ultimis philoſophiae temporibus ante *Homerum* vixerunt, non auſim, niſi conjecturis, definire. Nam ex recentiorum philoſopherum opinionibus eorum, qui longe ante ipſos fuerunt, aeſtimare dogmata, ſemper mihi minus tutum & a ratione alienum viſum fuit. Forte ſpiritus illius, quem per totam commeare naturam & cuncta quae gignuntur animare credebant, partem hanc eſſe putarunt animum. Certius ſcio, quali cum natura & indole eſſe rati ſint Spiritus nempe quidam corporeus videbatur eſſe, per univerſum corpus intentus & communicans, & forma ideireo eadem, qua corpus humanum, praeditus, qu ſanguine hominis, tamquam cibo ſuo, aleretur ac nutriretur. De natura & forma hujus animi, quae dixi hic, ex locis veterum manifeſta fient, quae paullo poſt in medio ſiſtere conſtitui: de alimento igitur ejus, nonnihil tantum monebo. Sanguine vero paſci animos ſentientes, antiquiſſimos exiſtimaſſe ſapientes, vel *Ulyſſis* apud *Homerum* Hiſtoria extra omnem ponit controverſiam. Namque is quum ad inferos deſcendiſſet ſeu domicilium animorum corpore terreno ſegregatorum, beſtias jubetur jugulare, quo propitiis utatur animis, & ſanguinem earum accedentibus animis bibendum propinare: neque citius vera loqui & res ſuas narrare poſſunt animi, quam ſanguinem biberint. Lege *Odyſſ.* Λ. *p.* 277. *ſ. Tom.* II. Hunc ſanguinis appetitum animo ratione praedito nemo tribuet, cujus quippe natura aetherea, Diisque cognata ex veterum opinione, ejusmodi haud diſtrahi poteſt cupiditatibus. Relinquitur igitur, ut animos ſentientes, qui adhuc animis ratione inſtructis ſociati erant, quod paullo poſt videbimus, veteris nutrimenti ſui memoriam & amorem retinuiſſe, nec niſi eo recreatos, omnem vim ſuam explicare, & apte differere potuiſſe, judicemus. Bene vidit & intellexit dogma ſub hac latens fabula vetus auctor *vitae Homeri*, qui *p.* 341. καὶ γὰρ τοῦτο φησί, inquit, ὅτι τὸ αἷμα τροφὴ καὶ τροφὰ ἐστι τοῦ πνεύματος. *Noverat vero* (Homerus) *ſanguinem paſtum & cibum eſſe Spiritus.* Quibus dictis, quid ſit πνεῦμα, ex ſua quidem opinione explicat, τὸ δὲ πνεῦμα ἐστιν αὐτὴ ἡ ψυχὴ, ἢ ὄχημα τῆς ψυχῆς. *Spiritus vero ipſa eſt anima, ſeu animae veliculum.* Dubitat, utrum ipſa anima cibi hujus indigeat, an vero animi vehiculum, quod nihil eſt, quam animus, quem ſentientem vocamus. Non dubitaſſet vero, ſi longius a Platonicorum remotus fuiſſet diſciplina, quae veterem de animis doctrinam ad ſcita ſua nimis deflexit & vim ei quamdam intulit. *Diogenes Laërtius* de Pythagora *Lib.* VIII. *Segm.* 31. *p.* 513. τροφὴν τε τὴν ψυχὴν λέγει τὸ αἷμα: *Dixit nutriri ex ſanguine animam*, id eſt, eam, in qua vita reſidet & ſentiendi facultas. *Porphyrius* de animis, qui, ut Platonici loquuntur, ἐν τῇ γενέσει, *in generatione ſunt*, ſeu cum animis ſentiendi facultate praeditis jam conjuncti, *de antro nympharum p.* 257. αἷμα μὲν ἐν ταύταις καὶ ὑγρὸν γένος φίλον. *Atque eam ob cauſſam hae animae ſanguine & humido ſemine gaudent.* Quapropter illi, quod idem tradit *Porphyrius*, itemque alii, qui olim mortuorum animos evocari poſſe a ſe gloriabantur, ſanguinis potiſſimum effuſione eos allici dicebant.

§. V. Sunt hi bini animi, alter rationis, alter ſenſus particeps, dum corpus, quod incolunt, vi-

1039 bium illud diluere soliti sint, quod adversarii eorum commovebant, ut finitas mentes,

vit, arcte & intime inter se sociati & conjuncti, sed nec ita tamen, si veteres audiamus, ut in unam plane coalescant & coëant naturam, nec segregari umquam queant. Plerisque quidem hominibus decedentibus, uterque animus vinculo veluti quodam colligatus ad inferos, aut Plutonis regnum commeat. At nonnulli, in quibus major inest virtus & ingenii vigor, dum vivunt, ita sese puros & incontaminatos a sentientis animae imperio & cupiditatibus servare possunt, ut, corpore dissluente, animus ratione praeditus ad superos, unde venit, revertatur, sentientemque solum ad inferos abire sinat. Recentiorum quidem tam Graecorum, quam Latinorum philosophorum plerique sentientem animam partem esse tantum judicarunt aut facultatem animi ratione valentis: e quibus *Aristoteli* tradidisse notum est, sentientem animum eo modo in animo esse ratione praedito, ut tetragonum est in trigono: at antiquiores solvi omnino posse duos hosce animos & separatim constare ac subsistere opinati sunt. Expendant velim, quibus hoc creditu videtur difficile, Graecorum & Latinorum, quos jam producam, testimonia. Initium faciat *Euripidis* dictum ex Tragoedia, cui *Helenae* nomen dedit *vs.* 1020. *p. m.* 578.

——— ——— ——— ——— ὁ νοῦς
Τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν, ὁ γνώμη δ' ἴσχει
Ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἱκνεῖται.

——— ——— ——— ——— *Mens enim*
Defunctorum non vivit quidem, at rationem tamen habet
Immortalem: incidens in immortalem aetherem.

Singularis fuit *Euripidis* de Deo sententia: quam qui nescium, vim horum ejus versuum vix recte assequentur. Deum credidit hic poëta naturam esse subtilem, tenuem, & igneam, undiquaque extensam: seu aetherem eumdem esse, quem Deum, voluit. Docent hoc notissimi ejus versus, quibus Deum aetherem esse canit, a *Stobaeo* & aliis veterum servati. Quare animos, quum hic ait in aetherem deferri immortalem, hoc sibi proprie vult, animos, corpore mortuo, cum Deo, quem ipse putabat esse, ortus & interitus nescio, unde illi essent egressi, iterum conjungi, aut ad Deum redire. Nec miscentur tamen cum divina natura post obitum corporis animi, sed res manent per se constantes, ipsius judicio, tametsi statum plane mutent. Non enim vivunt amplius, sed mentem tantum seu γνώμην habent immortalem. Quae quidem verba quid significent, non video, nisi haec eorum fuerit sententia: Animum vitalem & sentientem separari & sejugari ab animo a corpore digrediente, vimque interiorem rationis & mentem ejus solam ad supremam regionem abire. Quocirca testis omnino hic locus nobis est, visum fuisse antiquis, fieri posse, ut animus sensu praeditus ab illo, in quo γνώμη & ratio est, divellatur & segregetur. Non constat tamen, fateor, ex eo, animam sentientem naturam esse, quae per se subsistere & permanere valeat, postquam alter ab eo discessit animus: itaque clarioribus opus erit testimoniis. In magna animorum multitudine, quos *Homeri Ulysses* apud inferos conspicit, *Herculis* etiam ipsi animus sese offert, terribilis quidem reliquis omnibus umbris, at longe alius generis. Nam reliqui animi tori sunt & integri: *Herculis* vero animus nobilissima sui parte caret, mente nimirum, quae ad Deos evolavit. *Odyss.* Λ. *vs.* 600. *p.* 311.

Τὸν δὲ μετ' εἰσάϊστα βίην Ἡρακληείην
Εἴδωλον· αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
Τέρπεται ἐν θαλίῃς. ——— ———

Post hunc vidi vim Herculanam vel Herculis Effigiem. Ipse enim apud immortales Deos Oblectatur in conviviis.

Non sum nescius, *Lucianum* effuse hunc *Homeri* locum ridere, ac duplicem illum *Herculem*, alterum in coelo, alterum apud inferos degentem, mordaci sale perfricare in *Dialogo Diogenis & Herculis Tom.* I. *p.* 298. quem quidem veterum & recentiorum multi imitantur, hac nihil fingi re ineptius posse ducentes. [In idem vitium incidit *Cicero de Nat. Deor. Lib.* III. *Cap.* 16. *Tom.* IX. *p.* 3071. *f.*] Et mirifice sese torquent Grammatici & Critici, qui bene cupiunt *Homero*, ut explicationem loci hujus, quae his irrisoribus & cavillatoribus satisfaciat, inveniant. Sed parcius, opinor, risissset *Lucianus*, si fabulis figurisque & integumentis poëticis remotis, rem ipsam spectavisset, veterisque peritior philosophiae fuisset. Latet enim in hac fabula vetus illud dogma, quod Platonicorum postea multi, paullum licet immutatum, suum fecerunt: Heroum & magnorum virorum animos a vinculis corporis & animi sentientis per mortem simul solvi, animum vero illum, in quo vita & sentiendi vis inest, ad inferos solum abire, ibique persistere. Certe εἴδωλον illud *Herculis*, quod *Homerus* inducit, animus est ejus sentiens: idque vel inde liquet, quod *Homerus* illud peculiari vocabulo βίην *robur Herculis* appellat, quum ceteras animas apud inferos commorantes, ψυχὰς nominet. Scilicet *fortitudo* & *robur* ad vitalem hominis vim, non vero ad ejus mentem & rationem pertinet: & is igitur *Herculis* tantum animus,

mentes, daemones, genios, humanosque animos & in loco esse, & moveri pro- 1040
barent.

mus, in quo βίω exstiterat, ab Vlysse in Plutonis regno salutatus est. Jungam huic alium *Homeri* locum, quem multi, scio, luculentiorem etiam illo superiori censebunt esse. *Achilli* in littore maris dormienti anima Patrocli apparet, formam ejus plane referens, qua vivus fuerat:

Πάντ' αὐτῷ μέγεθός τε καὶ ὄμματα καλὰ εἰκυῖα
Καὶ φωνήν.

Per omnia ipsi magnitudineque & oculis pulcris similis.
Et voce.

Iliad. Lib. Ψ. *vs.* 66. *p.* 851. Qualis vero haec anima? Sensu quidem instructa & vita, verum mente ac ratione vacua. Prodit hoc, postquam discesserat animus, his verbis Achillis *vs.* 104. *p.* 853.

Ὦ πόποι, ἦ ῥά τις ἐστὶ καὶ ἐν Ἄϊδος δόμοισι
ψυχὴ καὶ εἴδωλον, ἀτὰρ φρένες οὐ πάμπαν.

Papae, certe igitur aliqua est in orci aedibus
Anima & simulacrum, sed praecordia non insunt
omnino.

Certant valde Grammatici, quid φρένες sint, quas *Achilles* hic in animis & sigillatim in Patrocli anima inesse negat. Sed certare, precor, desinant. Res enim aperta & facilis est. Φρένες, id quod ante observavimus, & infinitis ejus poëtae locis constat, anima *Homero* dicitur *rationis & mentis compos*, quam circa φρένας seu praecordia commorari sibi persuaserat. Patrocli scilicet, inclyti viri & herois, *aethereus sensus* aut animus ratione valens & mente ad Deos statim evolaverat, quum corpus occumberet: alter vero sentiens ad Plutonis, quod putabatur, regnum & umbrarum civitatem, sub terram descenderat. Ergo viri magni, & bellica laude glorioši, qui delicias, quas sensus pariunt, spreverant, & pro patria & civibus summa quaevis pericula adierant, aut mortem oppetierant, vetustissimis temporibus hoc uti jure credebantur, ut mentes eorum animi sentientis vinculis in ipso excessu solverentur & ad Deos commigrarent. Aequum enim videbatur & rationi consentaneum, illos, qui viventes voluptatibus & sensuum imperio renuntiassent, vitamque ipsam pro nihilo duxissent, sensu statim omni corporeo & animali vita post fata liberari ac purioribus mentibus adjungi. Fluxit haec opinio ad sequentia saecula, & plurimorum non modo populorum animos insedit, verum etiam ad ipsos Christianos, quod doleo, pervenit; qui quidem sententiam ipsam retinuerunt, at in heroum locum *martyres* suos *confessoresque* substituerunt. [*Irenaeus Lib.* I. *Cap.* 10. *p.* 48. *Tertull. de resurrect. corporis. Origenes contra Celsum Lib.* VII. *p.* 334. *Warburton div. legat. of Moses Tom.* I.] Sed de his alias: nunc de iis agimus, qui verae religionis nescii fuerunt. Manifesta exstant opinionis, quam dixi, vestigia in Oratione Titi Vespasiani ad milites suos apud *Josephum de bello Judaico Lib.* VI. *Cap.* 1. §. 5. *p.* 370. quem vulgarem retulisse Romanorum sententiam nemo dubitaverit: τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὴν ἀγαθὴν ἀνδρῶν, ὅτι τὰς μὲν ἐν παρατάξει ψυχὰς σώμασι τοῖς σαρκίνοις ἀναλωθείσας, τὸ καθαρώτατον στοιχεῖον αἰθὴρ ξυνδοχεῖον ἄστρων ἐγκαθιδρύει· ἀνίησιν δ' ἀγαθοὺς ἐκ ἥρως ὡραίους ἰδίοις ἀπογόνοις ἐμφανίζειν· τὰς δ' ἐν νόσοις τοῖς σώμασι, συντακείσας, καὶ τὰ μάλιστα κηλίδων ἢ μιαρμάτων δεῖ καθαρὰ, ὑπὸ ἐπάνω ἀφανίζει καὶ λαβὴ βυθοῖς ἔχει. *Quis enim virorum fortium nescit, animas in acie quidem ferro corporibus solutas purissimo aetheris elemento inter astra collocari: eosque manes bonos ac propitios heroës posteris illorum conspiciendos dare; quas vero morbus corporis, tabesque consumserit, maculae licet, labisque puras, sub terras ire in tenebras & in profundam demergi oblivionem.* Neque secus sentire, ne quid nunc de aliis dicam populis, Alani potuerunt, de quibus *Ammianus Marcellinus Historiar. Lib.* XXXI. *Cap.* 2. *p.* 620. *Judicatur ibi* BEATUS, *qui in praelio profuderit animam.* Addo *Ciceronis* locum *Tuscul. Quaest. Lib.* I. *Cap.* 12. *p.* 2578. *Tom.* VIII. *Opp.* quo veterum Graecorum & Romanorum sententiam de statu animae post obitum corporis exponit: *Mors est quaedam quasi migratio, commutatioque vitae quae* IN CLARIS VIRIS ET FOEMINIS *dux in coelum solet esse: in ceteris humi & retinetur* (id est, ut puto, ad loca descendit inferiora & terrae subjecta) *& permanet tamen.* In consequentibus exempla heroum affert *Cicero*, quorum animae statim post discessum a corpore in coelum migraverint. [Add. *de Nat. Deor. Lib.* III. *Cap.* 5. de Castore & Polluce. De Celtis vid. *Pelloutier*; de Danis *Bartholinus.*] Philosophi postea quum inter Graecos exorti essent, populique sententias suis accommodare scitis studerent, hanc illi gloriam unis relinquere militibus noluerunt, verum suos quoque animos, contemplationi totos deditos, eodem esse loco & numero, Diisque statim post corporis obitum aggregari, discipulis persuaserunt. Probabo hoc illustri *Platonis* loco, aut *Socratis* potius ex *Phaedone p.* 400. οἱ δὲ δὴ ἂν δόξωσι διαφερόντως πρὸς τὸ ὅσιον βεβιωκέναι, οὗτοι δὴ οἱ τῶνδε μὲν τῶν τόπων τῶν ἐν τῇ γῇ ἀπολυόμενοι τε καὶ ἀπαλλαττόμενοι, ὥσπερ δεσμωτηρίων ἐκ τούτων τῶν καθειργμῶν ἐλευθερούμενοι καὶ ἐκ τούτων οἰκήσεως ἀφικνούμενοι, καὶ ἐπὶ γῆς οἰκίζοντο· τίνων δὲ αὖ τῶν φιλοσοφίᾳ ἱκανῶς καθαρθέντων ἄνευ τε σωμάτων τὸν ζῶντα

Digitized by Google

1041 barent. Naturas nimirum iſtas corpore vacuas per ſe & directo moveri nullo poſſe

ζῶσι τὸ παράπαν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἢ εἰς οὐδένας ἔτι τούτων κακοὺς ἀφικνοῦνται. *Qui autem pie prae ceteris vixiſſe inveniuntur, hi ſunt, qui ex his terrenis locis, tamquam ex carcere ſoluti ac liberati, ad altiora tranſcendunt, puramque ſupra terram habitant regionem. Inter hos autem quicumque per philoſophiam purgati ſunt, abſque corporibus omnino poſtea vivunt, habitationesque his etiam pulcriores nanciſcuntur.* Is eſt hic *Platonis* locus, quem attentius paullo inſpicere convenit. Duplex *Plato* in eo commemorat hominum genus, alterum piorum & honeſtorum virorum, alterum philoſophorum. Piorum tradit animos poſt mortem non ad inferos commeare, ſed regiones ſupernas amoenas & puras aſcendere. Sed majorem addit philoſophis felicitatem poſt obitum corporis evenire: Primum enim ſedem his longe pulcriorem datum iri: deinde ἄνευ σωμάτων *ſine corporibus* eos fore. Quaenam haec, obſecro, ſunt corpora? Terrena haec, quibus, dum vivimus, cingimur? Nullo modo. Nam his omnes corporibus tam pii, quam impii, tam philoſophi, quam illiterati, quum decedimus, exuimur. Sint ergo neceſſe eſt haec corpora ſentientes animi, quos ſubtilia veteres eſſe ducebant corpora. Hi animi philoſophis, ex mente *Platonis*, detrahuntur, quia toti, dum hic vixerunt, contemplationi ſtuduerunt & a ſenſibus mentem ſevocarunt: reliquos autem homines, ne pios quidem & bonos viros, quod hi, licet vitam egerint caſtam & a labe remotam, ſenſuum tamen dominationi ſeſe prorſus haud potuerunt ſubducere. Adde huic alium *Platonis* ex *Phaedone* p. 386. locum: εἰς δὲ γε θεῶν γένος μὴ φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῷ ἀπιόντι ἐξὸν μὴ ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ. *In Deorum vero genus nulli fas eſt* (poſt fata) *pervenire, praeterquam iis, qui diſcendi cupiditate flagrantes & philoſophati ſunt & puri penitus deceſſerunt.* Confer eumdem *in Gorgia p.* 314. quem nunc locum brevitatis cauſſa omitto. [Magnorum virorum animae, ex mente veterum, ad ſidera poſt fata pergebant & in via lactea reſidebant. Vid. *Leich ad Carmina ſepulcralia ex Anthologia p.* 2. 3. *ſ.* Conf. hic *Selaſt. Pauli Diſſ. de nomine Divus* in *Opuscoli ſcientifici Tom.* XV. *p.* 112. qui multa diſputat de veniculis & idolo. Loca quaedam hujus generis exſtant & apud *Lafiteau Moeurs des ſauvages Ameriquains Tom.* II. *p.* 425.]

§. VI. Graecis teſtibus Latinos quosdam adjungam, ad quos, per poëtas maxime, opiniones veterum Graecorum & ſententiae manarunt. Princeps eſto *Ennius*, ſollers poëtarum Graecorum lector & imitator, de cujus ita ſententia *Lucretius de rerum natura Lib.* I. *vſ.* 121. *p.* 45. canit:

Etſi praeterea tamen eſſe Acheruſia templa
Ennius aeternis exponit verſibus, edens:
Quo neque permanent animae, neque corpora noſtra:
Sed quaedam ſimulacra modis pallentia miris.

Simulacra haec, quae *Ennius* a corpore & animo diſtinguit, quid ſunt quam εἴδωλα *Homeri*, quae *Ulyſſes* vidit apud inferos, ſpiritus corpore humanam formam referentes? At diſcedit *Ennius* a veterum ſcitis, ſi hoc vere praecepit, quod *Lucretius* retulit, omnium hominum ſimulacra divelli poſt mortem a mente ac anima, nec niſi vacua & inania haec ſimulacra ad inferos abire. Platonicos in hac ſententia non paucos fuiſſe certum eſt: a quibus hoc forte ſumſit poëta. Secus vero antiquior philoſophia praecepit, id quod paullo ante vidimus, quae magnos tantum & inclytos homines tam eſſe beatos vult, ut ſtatim a corporis obitu ſimulacris ſuis ſolvantur, & plerorumque hominum mentes, quo purgentur, una cum ſentientibus animis ad inferos deſcendere, ſciſcit. Non difficulter hoc ex *Servio* cognoſcas, qui, quum ejusdem meminit ſententiae, apte a philoſophis eam ſibi eſſe traditam, adjicit: quos quidem Platonicos eſſe, controverſia vacat. *Valde*, inquit, *Comm. in Virgilium Lib.* IV. *A. a.* 8. *b. edit. Venet.* 1610. *fol. etiam quaeritur apud Philoſophos, quid illud ſit, quod inferos petat. Nam tribus conſtamus, anima, quae ſuperna eſt, & originem ſuam petit: Corpore, quod in terram definit: Umbra, quam Lucretius ſic definivit: Supra ſpoliatus lumine aër. Ergo umbra, ſi ex corpore creatur, ſine dubio perit cum eo, nec eſt quidquam reliquum de homine, quod inferos petat. Sed deprehenderunt eſſe quoddam ſimulacrum quod ad noſtri corporis effigiem fictum inferos petat, & eſt ſpecies corporea, quae non poteſt tangi, ſicut ventus.* Neque his in verbis, nec illis, quae conſequuntur ea, magnam oſtendit *Servius* veteris philoſophiae, ne Platonicae quidem, cognitionem: ſed vitia ejus emendent alii; mihi ſatis eſt ſemina antiqui dogmatis, quod hic e tenebris ſuis eruo, in eo oſtendiſſe. Multo melius veterum ſententiam *Ovidius* expreſſit, Veſtam inducens, de *Julio Caeſare* loquentem: quem Diva haec relicto ſimulacro ſuo, ad Deos abiiſſe tradit, *Faſtorum Lib.* III. *p.* 699. *ſ. p.* 210. 211. *Tom.* III. *Opp.*

—— —— *Meus fuit ille ſacerdos,*
Sacrilegae telis me petiere manus.
Ipſa VIRUM *rapui*, SIMULACRAque NUDA *reliqui,*
Quae cecidit ferro, Caeſaris umbra fuit.
Ille quidem coelo poſitus Jovis atria ſervat
Et tenet in magno templa dicata foro.

Qui

Digitized by Google

poſſe modo ſtatuebant, ac certo tamen ſenſu motum illis poſſe attribui, quoniam cum

[*Metam. Lib.* XII. *vſ.* 618. 619.] Qui *Ovidium* obſervationibus ſuis illuſtrarunt & exornarunt viri longe doctiſſimi, praeterierunt plane inſignem huncce locum, qui curis eorum prae multis aliis longe fuiſſet digniſſimus. Scite nimirum ad vetuſtiſſimae diſciplinae normam poëta loquitur. Animus ſentiens, ſimulacrum tanti, qualis Caeſar fuerat, Imperatoris & herois, nudum remanſiſſe ac ad inferos tranſiiſſe dicitur: animus coeleſtis ex Diis ortus ad Deos redierat. [*Ovid. Triſt. Lib.* III. *Eleg.* 3. *vſ.* 58. 59. *animarum ſuarum* meminit, alteramque in aëre eſſe ſtatuit: Manes tamen ad inferos putabat deſcendere. Itaque cenſuiſſe videtur, ſuam, tanquam poëtae, animam a ſenſitiva diſſolvi poſt mortem: at parentem ſuum, hominem minoris auctoritatis, totum apud inferos eſſe putat *Lib.* IV. *Eleg.* 10. *vſ.* 85. *ſ. Horatius Odar. Lib.* I. 24. *Num vanae redeat ſanguis imagini.* Hinc tota nata eſt Apotheoſis Romanorum Imperatorum, qui relicto σώματι ad coelos abire credebantur & in Deorum ſocietatem recipi. Vid. *Aurel. Victor* de M. Antonino *p.* 526.] Hoſti Caeſaris, *Pompejo*, qui laudes ejus cecinit, *Lucanus*, eamdem tribuit felicitatem & gloriam *Pharſal. Lib.* IX. *vſ.* 1. *ſ. p.* 236. *ſ.*

At non in Pharia manes jacuere favilla,
Nec cinis exiguus tantam compeſcuit umbram:
Proſiluit buſto; ſemiuſtaque membra relinquens,
Degeneremque rogum, ſequitur convexa tonantis,
Qua niger aſtriferis connectitur axibus aër:
Quodque patet terras inter, lunaeque meatus
Semi Dei manes habitant, quos IGNEA VIRTUS
Innocuos vitae patientes aetheris imi
Fecit, & aeternos animam collegit in orbes.

Non hic, fateor, poëta diſerte meminit umbrae & ſimulacri *Pompeji* ad inferos commeantis, ſed animam tantum *Pompeji* ratione praeditam ad Semi-Deorum profectam eſſe tradit concilium: verum populari ex ſententia quum ſcribat, quod evidens eſt, *Lucanus*, haec vero ſententia ipſorum etiam heroum, Bacchi, Herculis, & reliquorum partem aliquam ad inferos deſcendere, praecipiat, nullum eſt dubium, quin ſui etiam herois umbram eodem perveniſſe, obſcure licet, ſignificaverit. Et ipſi hi, quos attuli, verſus animam rationis compotem ab ea, quae ſentit, in *Pompejo* a vate diſtinctam eſſe, oſtendunt. Namque fingit, mentem *Pompeji* ex ipſo rogo demum, ex corpore jam ſemiuſto, evolaſſe ad ſidera, ſupremumque aetherem. Dudum vero jam vita & ſenſus a corpore inclyti hujus viri ſeceſſerat, quum membra rogo imponerentur. Ergo mens, animus coeleſtis & Diis amicus, ſatis diu in corpore trucidato & vita ſpoliato ſuperſtes manſerat, quum ſentiens interea animus poſt obitum corporis ad umbras, quod credebant veteres, profecta eſſet. [Nec Judaei videntur hanc ignorare ſententiam. vid. locus ex *Schalſcheleth hakkabbala.*]

§. VII. Dici vix poteſt, quantum ignoratio antiqui hujus dogmatis in eorum etiam lucubrationibus, qui excellenti doctrina & magna rerum veterum cognitione fuerunt, confuſionis paſſim, dubitationis, & obſcuritatis pepererit. Multa nempe ſunt in Graecorum & Romanorum ritibus perobſcura, multa in philoſophorum quorumdam diſciplinis inexplicabilia fere & ſibi contraria, niſi hinc lucem & claritatem adſciſcas: quod me ſupra exemplo quodam ex *Empedoclis* philoſophia docuiſſe, recordor. Alio me vocat inſtituta diſputatio: nec idcirco in declarandis illis, quae dixi, temporis aliquid hic conſumere licet: ſed tribus tamen verbis ſpecimine quodam, quantum adjumenti haec doctrina afferat, ad ſcita veterum intelligenda, demonſtrabo. *Pythagoram*, *Platonem*, *Ennium*, veteresque Aegyptios, aliosque ex antiquis ſapientibus tradidiſſe conſtat, animos decedentes in nova ſemper tranſire corpora, & eosdem tamen de inferis, animorumque apud inferos poenis praecepiſſe. Difficillimum videtur, haec bina inter ſe conciliare dogmata. [Vid. *Bayle Diction. V. Pythagore Not. F. p.* 2317. *& Not. M. p.* 2320.] Nam ſi animus praemiis aut ſuppliciis ſtatim ab exceſſu apud inferos ſubjicitur, quomodo idem novum & aliud ſubire corpus poteſt? Veterum jam multos, id quod facili labore liceret oſtendere, haec difficultas terruit. Itaque nonnulli non antea mentes in nova commeare corpora profeſſi ſunt, quam apud inferos fuiſſent, ibique longum aevum verſati eſſent. Hanc *Virgilius*, ne quid nunc de aliis dicam, amplexus eſt ſententiam, apud quem *Anchiſes Aeneid. Lib.* VI. *vſ.* 650.

Has omnes ubi mille rotam volvere per annos
Lethaeum ad flumen Deus evocat agmine magno,
Scilicet immemores ſupera ut convexa reviſant
Rurſus & incipiant in corpora velle reverti.

Sed vix opus eſt monere, prorſus hanc opinionem ab antiquo de animorum erroribus dogmate diſcrepare. Alias alii vias tentarunt, quas nunc praetereo, ut hunc nodum expedirent. Recentiores quidam, philoſophos iſtos, quos diximus, quum de inferis & animorum cruciatibus poſt fata diſſerunt, ad ſpeciem tantum & vulgi opinionem loqui, quum animos in nova ſemper commeare corpora perhibent, ex animi ſui ſententia decernere, exiſtimant. Hoc vero eſt conjicere potius & ſuſpicari, quam rationibus minime dubiis difficulta-

Digitized by Google

1042 cum illis corporibus, quibus copulati sunt vitaliter; de loco in locum progrediuntur.

tem controversiae tollere. Concidit haec tota quaestio, si discrimen hoc tantum observemus, quo veteres animum rationis compotem, & sensu vitaque praeditum sejunxerunt Animus scilicet, in quo sensus est, qui unus etiam & excruciari & gaudio perfundi potest, his philosophis auctoribus, ad inferos descendit, ibique aut poenas sustinet aut voluptatibus afficitur. Is vero animus, qui ratione valet, in quem proprie nec dolor, nec voluptas cadit, ad umbrarum haud proficiscitur sedem, sed in alios homines aut bestias, pro vario statu suo, commigrat, & orbem veluti quemdam itinere suo conficit. Perspexerunt hanc rem, non omni licet ex parte, juniores quidam Platonici, *Proclus* figillatim & *Syrianus*, quos *Aeneas Gazaeus* nominat in *Theophraste p.* 19. *ed. Barthii*; quippe qui aperte praeceperunt, animum hominis, qui in bestias post obitum corporis migrat, non esse naturam illam, quae in homine isto sensit quondam: leonem enim, aquilam, aut aliud animal, quod animus ingreditur hominis, propria & peculiari instructum esse anima sentiente: solum illum animum, in quo ratio est, ideo cum animatis bestiarum corporibus jungi, quod sensibus nimis & cupiditatibus corporis obtemperatiet: ideirco in pisce illo, in quo *Empedocles* olim, quod ipse fatsus est, exstitit, duplicem fuisse animum, rationalem & sentientem. Τὸν μὲν τέλειον λέγουσι τὸν ἑαυτῶ ψυχὴν ἴχειν τὸν ἄλογον, τὸν δὲ ἀνθρωπίνην ταύτῃ συνδιδέσθαι καὶ παραμένειν καὶ συμπίτνειν. *Milesium quidem tenere ajunt animam illam suam rationis exsortem, humanam autem huic colligari, fixam commanere, & ita circumjunctam volitare.* Nugas haec si quis esse dixerit, equidem haud abnuam: sed is mihi vicissim dabit, veteris disciplinae partem ea complecti aliquam. Corruperunt vehementer, ut hoc praetereundo adjiciam, antiquum dogma de animis in varia corpora proficiscentibus & adulterarunt, primum *Plato*, postea alii philosophi, tam Graeci, quam Romani, qui toti quidem fuerunt in eo, ut suis illud placitis & sententiis reliquis quodammodo conveniens & cognatum efficerent: ex quo evenit, quod diversae tot ac discrepantes de vera hujus opinionis indole sententiae inter veteres circumferuntur. Quilibet scilicet sic illud exponere studuit, ut sibi amicum videretur. Nescio, an usquam illud magis purum minusque contaminatum hodie reperiatur, quam apud Indos, quorum praeceptis Graeci, quos antiquioris philosophiae corruptores non male dixeris, nihil suorum dogmatum affricare potuerunt. Viderint & curent hanc rem illi, qui vera veterum explorare scita conantur: ego ad id, unde paullisper diverti, redeo.

§ VIII. Ad vulgares & plebejas animas, quae sensuum incitamentis nimis sese obedientes praebuerunt, accedo, quemque statum veteres his assignaverint, ostendo. Multitudinis mentes, dum in mortali sunt corpore, animis, in quibus vita & sentiendi vis est, ita adsuescunt, ut solutae corporibus ab his tamen haud dissolvantur animis, nec divelli queant amplius, sed una cum illis ad inferos descendant. Constat hoc jam ex *Homeri* & aliorum, quos supra in medium protuli, locis: & ex aliis veterum dictis, quae paullo post ob oculos lectorum ponam, amplius confirmabitur. Sitiunt animi *Homeri* sanguinem & eo recreantur, alii doloribus vexantur in *Plutonis* regno, alii laetitia & voluptate perfunduntur: Haec animi sentientis quis, quaeso, neget proprietates esse? At iidem animi ratiocinantur, differunt, mala sua exponunt, viventium auxilium implorant, meliorem statum appetunt: haec mentis seu animi ratione praediti declarant praesentiam. Ergo, corpore hoc terreno dissoluto, quod restat hominis, si antiquis credas, tenuis est imago, seu spiritus corporeus & aërius, qui, quod ex *Homero* apparet *Iliad. Ψ. vs.* 199. *f. p.* 853. aliisque locis, cedit quidem & fumi instar abire videtur, quum viventes eum complecti volunt.

Par levibus ventis volucrique simillima somno.

At subsistit tamen, & sentiendi facultate instructus est, animamque praeterea ratione valentem continet & custodia veluti quadam concludit. Formam si quaeras, humana est & corporis, cui sociata fuerat, plane similis. Tanto id vero minus est mirandum, quod & ipsam mentem seu animam omni sensu liberam & ratiocinantem veteres crediderunt hominis effigiem referre: [Forma humana praestantissima. Vid. *Cicero de Nat. Deor. Lib.* I. *Cap.* 18. *p.* 2907.] cujus rei, praeter multos alios, *Thespesius* ille testis est apud *Plutarchum de his qui sero a Numine puniuntur p.* 564. *Tom.* II. *Opp.* qui corpore aliquamdiu abfuisse & deinde ad se rediisse ferebatur. Is enim homo praeter multa de animis alia, in quorum coetu sese aliquamdiu versatum fuisse fingebat, hoc etiam retulit: *Animas morientium cum sursum ascendant bullam efficere flammeam, qua deinde sensim rupta exeant τὸν ἰχῶνα ἀνθρωπειὸν, forma praeditae humana, mole exigua.* Et quis heroës nescit, quorum tamen simulacra seu εἴδωλα ad inferos abiisse putabantur, figura tamen semper humana in poëtarum fisti carminibus? Istae vero, quas diximus, defuncti hominis reliquiae antiquioribus Graecis εἴδωλα dicebantur, quod quum *Homeri*, tum innumeris aliis veterum locis intelligitur, idque vocabulum Platonici postea, veterum nominum & institutorum valde studiosi, retinuerunt, suumque fecerunt.

Digitized by Google

tur. Alterum vero illud, quod ſibi ſentiebant ſaepenumero opponi; ſi finitae 1543
men-

runt. Latini vates nomen hoc Graecum vocabulis *ſimulacrum*, *imago*, *umbra*, *manes* expreſſerunt, quod eorum, quae jam allata ſunt, ſatis oſtendunt dicta. [*Plinius Epiſt.* VII. 27. *p.* 536. *idolon* vocat. *Vana imago Horatius Lib.* I. *Od.* 24. ubi vide *Dacierium in Notis Tom.* II. *p.* 300. qui partem veritatis vidit, quam hic expoſuimus, non totam; vult enim εἴδωλον fuiſſe corpus ſine anima.] Proprie & accurate vocabulum εἴδωλον animae rationalis corpus, ſeu ſentientem animum tantum deſignat, qua mens ipſa cingitur. Docet hoc inſignis *Platonis* locus *Lib.* XI. *de legibus p.* 693. quo corpora hominum defunctorum recte ait εἴδωλα vulgo nominari: ᾗ τελευτησάντων λόγος παλαιὸς ΕΙΔΩΛΑ εἶναι τὰ τῶν νεκρῶν σώματα. *Mortuorum corpora credendum eſt bene ſimulacra vocari.* Corpora haec mortuorum hominum neſcio, quid ſint aliud, quam tenuis ille, at corporeus ſpiritus, quo veteres circumdatas putabant plerorumque hominum mentes, corpore hoc craſſiori decedentes. Hic ergo ſpiritus εἴδωλον proprie vocabatur olim apud Graecos: cui νοῦς ſeu ψυχὴ, quod animi nomen eſt ratione utentis, apud *Platonem* & alios opponitur. Verum uſu invaluit, quemadmodum fit inter homines, ut latior ſenſim vis huic nomini ſubjiceretur, totumque illud, quod ſuperſtes manet, dilapſo corpore hominis ac exſtincto a parte ſui altera & externa εἴδωλον & ſimulacrum diceretur. Decet hoc eos in primis recordari, qui veteres ſcriptores Graecos & Latinos legunt: apud quos εἴδωλον nonnumquam veſtem tantum animi ratione praediti, imaginem corpoream, nonnumquam vero utramque animam conjunctam & inter ſe aptam denotat. Juniores Platonici antiquam nomini huic notionem ſuam reſtituerunt: quorum quippe in ſcriptis εἴδωλον, quod memini, ſemper exuvias animi, ſi loqui ita licet, ſeu corpus aërium animi decedentis, numquam totum illud, quod excedit corpore, quum moritur homo, deſignat. Non licebat huic generi per diſciplinae, quam probabant, rationes poëtarum ſequi morem & poteſtatem ampliorem huic nomini tribuere.

§. IX. Quae de loco inferorum veterum fuerit ſententia, longius nunc inveſtigare nolo: videntur plerique ſub terram eos collocaſſe. Aegre enim mihi perſuadeo, hanc ſententiam, quae communis plane inter Graecos & Latinos olim fuit, a poëtis ſolis ad reliquos fluxiſſe. In ſtatum vero animorum apud inferos commorantium inquirere, convenientius inſtituto noſtro erit. Sordidae ſunt omnes, quae ad inferos proficiſcuntur, animae & variis vitiis & maculis pollutae. Nocuit illis, dum inter mortales fuerunt, corporis conſuetudo & animi ſentientis variisque cupiditatibus aegri cognatio: cui quidem ita ſeſe tradiderunt conſtringendos, ut nullo modo abeuntes vinculis ejus ſolvi potuerint. Pravae ſcilicet & perverſae libidines animi ſentientis tanto impetu ad mentem puriorem & meliorem fluxerunt, dum in corpore fuit, ut propriae veluti mentis factae ſint; quae propterea animo ſentienti tota connexa eſt, & iisdem, quibus ille, commotionibus agitatur & vexatur. Ante igitur, quam ad beatorum contendere poſſunt animi conventus, purgatione ipſis opus eſt. Quantas enim rixas & tempeſtates in locis beatis, a quibus omnis abeſſe debet diſcordia, animi excitarent ad vitia proclives & cupiditatibus iniquis dediti? Primum igitur medicina illis adhibetur apud inferos, quo inveterata vitia eluantur, animusque ſentiens, iracundus, libidinoſus, cupidus, totus a mente meliore & coeleſti deducatur. Quonam modo vetuſtiſſimi ſapientes animos putaverint curari & ſanari apud inferos, & quemnam huic negotio medicum praefecerint, haud facile dixerim. Nam quae apud poëtas & philoſophos de hac purgatione leguntur, figurata ſunt magnam partem, quod paullo poſt videbimus, & a moribus & inſtitutis humanis tranſlata. Veri tamen ſimile eſt, non multum eos errare, qui veteres putaſſe cenſent, ſubtiliſſimum elementum, ignem intelligo, animis aethereis & ad ignis naturam accedentibus ſanandis & eluendis aptiſſimum eſſe. Nonnullis animorum curatio haec prodeſt: quorum alii aliis pro vitiorum natura, & breviori aut longiori conſuetudine peccandi longius laborant, aut citius liberantur. Deſſuit nempe ſenſim ſimulacrum corporeum, ſeu animus ſentiens, mensque libera & perpeſſionibus omnibus ſoluta relinquitur. Qui convaluerunt ita, ad meliores animas & purgatas abeundi licentiam accipiunt, cum quibus in amoeniſſimis locis vitam ſine fine degunt feliciſſimam. At nonnullis tam alte vitium labesque inſedit, & cupido ſcelerum, ut a ſentiente animo nullo modo ſejungi atque caſtitati ſuae reſtitui queant. Hi judicis juſti ſententia toti poenis addicuntur ſempiternis & variis modis pro ſcelerum varietate puniuntur. Triplex igitur eſt animorum genus apud inferos: & in tria ſpatia ſubterraneum hoc & ampliſſimum umbrarum regnum dividitur. Prima claſſis eorum eſt, qui ſanabiles ſunt, & in certo quodam ideo loco verſantur, quem divina providentia curationi eorum proprium & dicatum eſſe voluit: altera familia animis conſtat purgatis, qui ex carcere emiſſi, loca incolunt omnibus referta deliciis, quae poëtae *campos* vocant *Elyſios:* tertium genus eos continet, qui in Tartaro, quem poëtae dicunt, aeternas ſcelerum, ſimulacris ſuis junĉti, poenas dant. *Virgilius Aeneid. Lib.* VI. *vſ.* 441. *ſ.*

Digitized by Google

1044 mentes hae aut naturae ſimplices & corporis expertes extenſae haud eſſent, nec id-

Nox ruit, Aenea, nos flendo ducimus horas.
Hic locus eſt, partes ubi ſe via findit in ambas,
Dextera, quae Ditis magni ſub moenia tendit:
Hac iter Elyſium nobis: at laeva malorum
Exercet poenas & ad impia Tartara mittit.

[Vid. ad hunc deſcenſum Aeneae *Warburton* in *Biblioth. Britann. Tom.* XII. *P.* 1. *p.* 1. *ſ.*] Sybillae haec vox eſt Aeneam ad inferos ducentis. Apertis verbis adhuc & ſimplicibus veterum dogma de animorum poſt fata ſtatu expoſui: neque temere hic aliquid eſſe a me poſitum, quae paullo poſt producam, teſtimonia convincent. At poëtarum licentia, fingendique libido tantum in ſimplicem hanc diſciplinam tenebrarum & fabularum intulit, vix ut ab illis agnoſci queat, qui rerum antiquarum imperiti plane ſunt. Quare caute ſemper & provide ornamenta & figurae, quibus antiqui vates eam exornarunt, aut verius depravarunt, a rebus & ſententiis ſub involucris iſtis latentibus ſecerni debent: quod quidem illi non admodum difficile factu erit, qui fabularum de Diis antiquarum naturam & poëtarum mores & inſtituta mediocriter intelligit.

§ X. Principem inter teſtes, quibus uti ſtatui, locum *Platoni* dabo, qui populares aevi ſui ſententias ſcite ac luculenter enarrat, in *Gorgia p.* 313. Non totam vero, quam ibi recitat, fabulam hic repetam, ſed quae ad praeſens inſtitutum in primis faciunt, tantum inde decerpam. Poſtquam dixerat, judices a Jove apud inferos eſſe conſtitutos, qui decedentium animorum cauſſas cognoſcant, animas notas ſecum ad hos judices afferre perhibet, ex quibus hi queant intelligere, quinam juſte, vel ſecus olim vixiſſent: *ἰδόντα πάντα ἐφ' ἑκάστῃ ψυχῇ ἐπιτιθέναι γνώμην τὴν σώματος, τά τε τοῦ φύσει καὶ τὰ παθήματα, ἃ ἐν τῷ ἐπιτεθέντι ἑκάστῳ πράγματι ἔχει ἐν τῇ ψυχῇ ὁ ἄνθρωπος· ἐπιδὰν δὲ ἀφίκωνται παρὰ τὸν δικαστήν —— θεῖν ἑκάστου τὴν ψυχήν, οὐκ εἰδότος ὅστις ἐστίν· ἀπορεῖν πολλάκις τῷ μεγάλου βασιλέως ἐπιλαβόντι —— κατοιδοῦν οὐδὲν ὑγιὲς ὂν τῇ ψυχῇ, ἀλλὰ ἀκολασταινόντων καὶ ἀνάνδρων μὲν ὑπὸ ἀπειροκαλίας καὶ ἁβροσύνης ἃ ἑκάστη ἔπραξε διὰ τοῦ σώματος διὰ τῆς ψυχῆς, καὶ πάντα στολὴν ὑπὸ ψεύδους καὶ ἀλαζονείας κ. τ. λ. Cuncta apparent in anima, cum corpus exuerit (craſſius) tam quae ex natura, quam quae ex affectibus inerant, quae ob rei cujusquam ſtudium in eam homo contraxit. Cum igitur ad judicem pervenerunt —— uniuscujusque animam is intuetur, cujus tamen anima illa fuerit, non animadvertit. Sed plerumque magni Perſarum regis ſive potentis obvium animum contemplans nihil in eo reperit ſani: ſed perjuriis atque injuſtitia quaſi quibusdam verberibus cicatricibusque affectum, quidquid cujusque actio contraxit im-*

preſſitque animo, omniaque obtorta mendaciis atque vanitate. Perhibet hic philoſophus animae, quum ſcelera committit hic & flagitia, notas quasdam & maculas, ſeu peccatorum indicia, inuri, eisque maculas & notas in corpore, quod anima decedens gerit, apparere, judicique interiorem eius naturam pandere. Sumta haec ſunt a poëtis: quibus certae fuerunt, propter quas hoc fingerent, cauſſae, quas paullo poſt ſignificabo. At facile quaenam antiquis mens fuerit, ex his etiam umbris liquet. Animae ſcilicet corpore abeunti aliud adeſſe credebant tenue & ſubtile corpus, cujus commotiones & interiorem ſtatum propter ſummam eius exilitatem homo facile animadverteret, Rhadamantho etiam & Minoë, quos inferorum poëtae judices creaverant, ſagacitate ac ſapientia inferior. Niſi veteres ſimulacrum aliquod hominis ſeu animum ſentientem adeſſe credidiſſent animo ratione valenti, quum ex corpore egreditur, de maculis & notis animae per crimina inuſtis nihil poëtae narrare potuiſſent. Pergamus cum *Platone* & fata animarum conſideremus ſic, uti dixit, affectarum: *ἰδὼν δὲ (ὁ δικαστὴς) ἄτιμόν τινα τῶν ἀπεπεφυκότων ἐκείνου τοῦ φορήματος· ἢ μάλιστα ἐπιδόντα ἀποπέμπει τὸν πρόσσοντα πάλιν. Animum igitur contemplatus ſic affectum, ignominioſe rurſus in cuſtodiam transmittit, ubi meritas ſubire poenas oportet.* Nec tamen omnes hi animi, quos malos & vitiis inſignes judex cognovit, ſemper in hac manent cuſtodia. Qui ſanari poſſunt, inde dimittuntur, qui nequeunt liberari cicatricibus & maculis ſuis, ad graviora & aeterna amandantur ſupplicia. Haec tam perſpicue *Plato* enuntiat, nihil ut cuiquam oboriri dubitationis queat: *οἱοι δὲ οἱ μὴ ἀφελιμοποιοὶ τε καὶ δίκῃ δίδοντες ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων, οὗτοι οἱ ἂν ἰάσιμα ἁμαρτήματα ἁμαρτάνωσιν· ὅμως δὲ δι' ἀλγηδόνων καὶ ἐν τοῖσδε γίγνεται αὐτοῖς ἡ ἀφέλεια καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Ἅιδου· ἃ γὰρ οἷόν τε ἄλλως ἀδικίας ἀπαλλάττεσθαι· οἱ δὲ ἂν τὰ ἔσχατα ἀδικήσωσι καὶ διὰ τοιοῦτων ἀδικημάτων ἀνίατοι γένωνται, ἐκ τούτων τὰ παραδείγματα γίγνεται, καὶ οὗτοι αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὠφελοῦνται οὐδέν, ἅτε ἀνίατοι ὄντες· ἄλλοι δὲ ὀφελοῦνται, οἱ τούτους ὁρῶντες διὰ τὰς ἀμαρτίας τὰ μέγιστα καὶ ὀδυνηρότατα καὶ φοβερώτατα πάθη πάσχοντας ἐκ τοῦ χρόνου ἀτιχῶς παραδείγματα ἀκαρτερήτους ἐκεῖ ἐν ᾅδου ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τοῖς ἀεὶ ἐκ ἀδίκων ἀφικνουμένοις θεάματα καὶ ὑποτιμήματα. Qui vero apud Deos & homines ita dant poenas, ut utilitatem inde aliquam referant, hi ſunt, qui peccata ſanabilia commiſerunt, quibus dolor cruciatusque prodeſt & apud homines & apud inferos. Non enim aliter quis poteſt ab injuſtitia liberari. Qui autem extrema injuſtitia detinentur, ac propter ejusmodi delicta ſunt inſanabiles, ex his exempla ſumuntur, ipſique nullam amplius inde utilitatem reportant, utpote qui ſanari non poſſint: ſed pro-*

Digitized by Google

idcirco ulli loco alligatae, fore, ut totum simul mundum corporeum animarent ac

prosunt duntaxat aliis per exemplum, qui eos intuentur propter flagitia maximis acerbisque ac terribilissimis poenis omni tempore excruciari, tamquam exemplum, monimentumque & spectaculum apud inferos in carcere praebentes injustis omnibus, qui ad ea loca descendunt. Reliqua, quae in eamdem apud *Platonem* sententiam leguntur, praetermitto: sufficiunt enim haec ad antiquissimam Graecorum, quae diu ante *Platonem* fuit, disciplinam cognoscendam.

§. XI. *Platoni* socium *Plutarchum* dabo, quem dogmatum & institutorum veterum constat fuisse peritissimum. Is vero, si pauca levioris momenti demas, haud secus, quam *Plato*, animorum corpore solutorum fata & conditionem enarrat, ne poëtarum quidem illa sententia omissa, quae maculas in animos per crimina imprimi tradit, quae nequeant arte ulla elui. Postquam dixerat, quosdam animos delictorum suorum poenas dare, dum adhuc in corpore sunt, ita pergit: ὧν δὲ μὴ ζῶν ἔτι, ἔχων ἡ ψυχὴ τὴν κακίαν ἰατρὸν, τούτους δίκη μετὰ τὸν τελευτὴν ὁ δαίμων παραδίδωσι· τοὺς δὲ πλείστους τῶν ἀνιάτως ἀπωλωλότας ἡ δίκης, ἡ τρίτην ἢ ἀγριωτάτην τῶν Ἀδραστείας ὑπηρετῶν Ἐρινὺς μετάβασιν πλανωμένους ἢ φεύγοντας ἄλλοι ἄλλας, οὐκέτι τι ἢ χαλεπῶς ἅπαντας ἀφανισι ἢ κατέδυσε εἰς τὸ ἀόριστον ἢ ἀόρατον. *Quorum vero* (animorum) *malitia operosiorem flagitat medicinam, eos genius post mortem justitiae tradit. Prorsus autem insanabiles, justitia repellente, tertia & saevissima Adrasteae administrarum Erinnys hinc inde vagantes atque fugientes cursu adsequens, miserabiliter atque immaniter universos abolet, inque locum demergit, qui neque cerni oculis, neque visu adiri potest.* His dictis, gravitatem & atrocitatem poenarum describit *Plutarchus*, quas animi vitiis polluti apud inferos subeant: quae nunc, ne longior justo sim, praetermitto. Sed quae de maculis & notis postea tradit animorum, negligere nequeo: ἄλλαι δὲ, inquit, ἢ μᾶλλον ἔτι ἐν παθοῦσι ἐκεῖσε τοῖς μὲν μᾶλλον ἐμμένουσι, τοῖς δὲ ἧσσον· ἃ δὲ τὰ ποικίλα ταῦτα ἢ παντοδαπὰ χρώματα τῆς ψυχῆς· τὸ μὲν ἐρυθρὸν ἢ μιαρὸν, ἀπλανέσιμος ἀλοιφὴ ἢ πλανητίδος· τὸ δὲ αἱματῶδες ἢ δύσχρων ἀρρύητος ἢ πικρίας· ὅταν δὲ τὸ ψυχρότατον ἔχῃ ἐπιῤῥέον ἀκρασία τις περὶ ἡδονὰς ἐκτέτηκε πολλὰ, κακὸν οὐκ ὀλίγον ὅσα μετὰ φθόνου τινὸς τὸ ὑπόδυς ἢ ὀχληρὸν, ὥσπερ αἱ σηπίαι τὸ μέλαν, ἀφιᾶσιν· ἐκεῖ γὰρ ἤ τι κακὸν τῆς ψυχῆς τρεπόμενος ὑπὸ τοῦ παθοῦς ἢ τρεπόμενον τὸ σῶμα τῆς χρόας ἀποβάπτει, ἐντεῦθεν δὲ καθαρῶς ἢ κολάσεως πάσης ἐστί· τούτων ἐκλιπόντων πανταχόθεν, τὴν ψυχὴν αὐγοειδῆ ἢ συγγενῆ γίνεσθαι. *Cicatrices autem & vibices restant a singulis vitiis majores aliis, aliis minores. Jam mihi considera varios istos animarum & omnis generis colores. Squalidus iste & caliginosus, illiberalium sordium est pigmentum & avaritiae: sanguinolentus & igneus crudelitatis atque saevitiae, caeruleus intemperantiae circa voluptates, lividus ac violaceus & qualis atramenti, quod sepia emittit, invidiae ac malignitatis. Etenim ut hic vitiositas per animae motus in corpora certos colores immittit: ita ibi color finis est lustrationis atque poenae. His coloribus omnino detersis, anima splendida & maculorum expers redditur.* Clarius non modo hisce verbis *Plutarchus*, quam *Plato*, quae poëtae Graecorum de ulceribus & maculis animarum vitio deditarum cecinerant, explicat; verum etiam dogma hoc ad philosophiae & rationis praecepta revocare quodammodo studet; quod quidem fortassis intermisisset, si in veras ejus caussas inquirere voluisset, quas paullo post aperiemus. Ex ore vero cum haec, tum reliqua, quae de animis ibi perhibet, accepisse sese fingit Thespesii cujusdam, qui corpore ad tempus quoddam solutus, cum animis vixerit & ad corpus redierit, *Libro de sera numinis vindicta*, *Tom.* II. *Opp. p.* 564. 565. Nihil ergo novi Thespesius hic ex animorum consuetudine ad viventes attulerat, sed id tantum, quod ab ultimis sapientes & poëtae temporibus tradiderant, vero didicerat esse consentaneum.

§. XII. *Sextum* qui *Aeneidos Virgilii librum* & inferorum, quae in eo legitur, descriptionem accurate consuluerit, is idem ibi dogma prodi atque exponi videbit. Nos eos tantum inde versus huc transferemus & paucis illustrabimus, quos doctissimus *Cudworthus* supra attulit ad vetustatem dogmatis Platonici de duplici corpore animorum demonstrandam, *vs.* 637. *s.*

Quin & supremo cum lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
Corporeae excedunt pestes: penitusque necesse est,
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur poenis, veterumque malorum
Supplicia expendunt, aliae panduntur inanes
Suspensae ad ventos: aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni:
Quisque suos patimur manes: exinde per amplum
Mittimur Elysium & pauci laeta arva tenemus,
Donec, longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Aethereum sensum atque aurai simplicis ignem.

Putat vir doctissimus ex media philosophia hos *Virgilii* versus esse petitos, & claram in illis mentionem exsistere duplicis illius corporis aetherei & aërei, quod animae Platonici juniores dederunt. In utroque, nisi me fallit animus, habitur. Patet nimirum ex illis, quae adhuc differuimus, populares, pervetustas, & tritas Graecorum opiniones

Digitized by Google

1045ac agitarent, rerumque, quibus ille continetur, omnium cognitionem haberent, hoc,

poëtam hic exprimere, quae diu viguerunt, antequam *Plato* disciplinam suam conderet & in Graecorum mentes introduceret. Nec tamen nego, *Virgilium* vulgi opiniones cum Pythagoraeorum ibi praeceptis conjungere & utraque veluti inter se confundere: quod num satis apte & accurate fecerit, hic quidem constituere nolo. Quae de variis animorum purgationibus apud inferos tradit, multitudinis potius fabulas & poëtarum somnia, quam sapientum dogmata, sapiunt: quae vero deinde de animis nova corpora, certo temporis spatio praeterlapso, ingredientibus subjicit, ex Pythagoraeorum & aliorum hausta sunt praeceptis. Duplex animae corpus, lecto licet & relecto carmine, haud mihi sese obtulit in eo. Fateor, ex prioribus octo versibus perspicuum esse, visum fuisse *Virgilio* animae ad umbrarum civitatem commeanti corpus quoddam adhaerere, in quo scelerum & criminum in vita commissorum vestigia resideant. Quomodo enim anima corporis expers illa sustineret suppliciorum genera, quibus sanari & purgari animos memorat? Fateor etiam, ex ultimis liquere versibus, corpus illud crassius & maculis, ex veteri sententia, inultum & notatum deduci tandem animis *Virgilii*, longo intervallo elapso. At nego, verum esse, quod vir doctus censet, *aethereum sensum* & *aurae simplicis ignem*, quem *Virgilius parum relinqui* memorat, aliud & aethereum, quod Platonici vocabant, animae corpus esse. Est hic *aethereus sensus* ipsa anima, quam veteres, id quod antea vidimus, ex aethere immortali decerptam & certo modo corpoream esse judicarunt. Juniorum Platonicorum turba id, quod ex aethere habet anima, ab ipsa ejus natura sejungit: sed alia mens antiquioribus fuit, quam Platonici depravarunt. Constat autem id, quod dixi, ex praecedenti versu 632. quo de animorum natura ita canit poëta:

Igneus est ollis vigor & coelestis origo.

Ex quo quidem facile intellectu est, putasse *Virgilium* animos igneae naturae & aetheris partes esse. *Coelestis* scilicet idem est, quod postea *aetherium* dicit. Haud integram tamen his in versibus servat antiquam disciplinam *Virgilius*, sed admiscet ei quaedam ex philosophorum scholis, quaedam forte ex suis opinionibus. Veteres animos non antea ad coetum mitti beatorum existimant, quam penitus purgatae sint, & sine fine in illis amoenis locis commorari. Multo vero aliter *Virgilius*. Namque is, quod perspicue hi versus ejus ostendunt, putavit: Animos, qui sanabiles essent, primum diu apud inferos excruciari: neque tamen hos cruciatus omnem illis labem & corporeas fordes eximere: gravioribus igitur maculis liberatos in campos Elysios dimitti: his in campis purgationem absolvi plane post longum tempus & perfici: perfecta prorsus purgatione, animoque aethereo prorsus nitido & mundo, novum in illis a Deo desiderium accendi ad supera convexa revertendi. Forte ab aliquo aetatis suae philosopho ex grege Platonicorum partem disciplinae hujus accepit *Virgilius*, quam ipsemet veterum poëtarum ex fabulis & vulgi opinionibus amplificavit & auxit.

§. XIII. Nuda jam, ut opinor, & poëtarum libera inventis apparet veterum disciplina de statu animorum corpore abeuntium: nunc de poëtarum ornamentis pauca dicam, quibus eam populo commendarunt. Sed hoc antequam faciam, dubitationi occurram, quam animadverto sedulo & intelligenti lectori incidere posse. Dixi antea, censuisse veteres, simulacrum seu sentientem animum tolli plane apud inferos, & de aethereo decedere animo, nec huic antea facultatem concedi ad beatorum coetus proficiscendi, quam hoc animo, in quo sedes est cupiditatum & vitae animalis, dissipato. At *Platonis* & *Plutarchi* loci postulare videntur, ut credamus, voluisse veteres, non prorsus extingui simulacrum, sed tantum notis & vitiis suis exui & liberari, purgatum vero una cum animis ad beatorum sedes proficisci. Inter ipsos fuere nonnulli Platonicos, qui εἴδωλον seu *imaginem hominis corpoream* ad coelestе domicilium una cum mente sibi persuaserunt contendere. Non diffiteor, in tantis, quibus res hodie & scita veterum premuntur, tenebris, difficile admodum dictu esse, quidnam vere hac de re principes sapientum senserint. Forte nonnihil inter eos dissentionis fuit, aliis animo sentienti interitum, aliis immortalitatem decernentibus, ex eaque veterum, qui hoc dogma attigerunt, obscuritas fluxit & inconstantia. Nec sine causa tamen in eam, quam supra exposui, sententiam ingressus sum: sed, re bene putata, verisimilius esse censui, placuisse primis sapientiae hujus auctoribus interire prorsus simulacra mortuorum & imagines. Suasit mihi hoc primum ipsa earum natura, quae talis est, ut tot poenis & tormentis, quibus eas veteres putarunt affici, resistere nequeat. Tenuis scilicet est anima sentiens & corporeus spiritus, aëri & vento similis, quem dissipari ac distrahi posse, nemo neget. Et omne, si ab aethere discedas, quem immortalem esse crediderunt, quod concretum est ac corporeum perire & ad sua redire principia, si majore vi urgeatur, antiquis persuasum fuit. Aliud hujus opinionis argumentum status mihi praebuit ille, quietus, tranquillus, omnisque perturbationis nescius, in quem animos, superatis inferorum cruciatibus, ingredi putarunt

vete-

Digitized

hoc, inquam, ſequenti modo removebant. Quoniam, dicebant, hae naturae 1046
partes

veteres. Quomodo enim tam placide, quiete, & caſte vivere poſſent, ſi comitem ſecum in iſtud omnis felicitatis domicilium animum cupiditatibus, animali ſenſu, & veterum cupiditatum veſtigiis refertum adducerent? Tolli, forte dicet aliquis, per ſupplicia inferorum ex animis omnes iſtas libidines: ſed hunc meminiſſe jubemus, ſublatis iſtis libidinibus, quibus animi ſentientis natura continetur, ipſum quoque animum non poſſe non interire atque tolli. Ineſt neceſſitate naturae propenſio ad iram in hac anima, ineſt voluptatis appetitus, ineſt corporis amor & deſiderium: auferhaec omnia, & ipſam auferes animam; quae, his demtis, nihil eſt. Confirmavit denique me haud parum in hac ſententia *Philoſtrati* locus de Ulyſſis anima in *Heroicis Cap.* 18. §. 3. *p.* 727. ἐς Ἰθακην, inquit, πότε τὸ Ὅμηρον πλεῦσαι φασὶν, ἀκούσασα ὡς πέπυστο ἔτι ἡ ψυχὴ τοῦ Ὀδυσσέως ἐν ψυχαγωγίᾳ εἴη πάντα χαιρειν. *In Ithacam Homerum aliquando navigaſſe* (Proteſilaus) *ait, quum Ulyſſis manes adhuc vivere audiiſſet, carminibusque in ipſos uſum eſſe.* Apparet Ulyſſes ab inferis ab *Homero* excitatus, interque alia magnas ſeſe poenas apud Plutonem ſuſtinere refert, quod Palamedem trucidaſſet: αἱ γὰρ, inquit, θεμιστεύοντες ἐνταῦθα εἰσὶ, Ὅμηρε, καὶ τὰ ἐς τιμὰν ἥκοντα. *Qui enim hic jus dicunt, Homere, ſeveri ſunt, poenasque ſtatim exſequuntur.* Vix aptius aliquid ad opinionem noſtram muniendam dici poſſe putem. Ulyſſis anima adhuc vivere perhibetur apud inferos & poenas Rhadamantho caedis quondam commiſſae dare. Ergo mors & interitus animo illi, certo intervallo elapſo, imminebat. De animo vero rationis compote & aethereo Ulyſſis haec accipere, cum *Philoſtratus*, tum *Homerus*, quin univerſa veterum diſciplina vetat, quae hunc animum mori poſſe negat. Quare relinquitur, ut ſentientem ejus animum tamdiu excruciatum fuiſſe putemus, donec vivere deſineret, mensque libera ad beatorum commigraret concilium. Non ſum neſcius, animis etiam Plutonis regno egreſſis & in beatorum coetu degentibus non modo corpus aliquod, ſed ſpeciem quoque & formam humanam, immo affectiones & ſenſus ab antiquioribus attribui: quod argumento videtur eſſe, ſentientem animum & aërium, ſed purgatum, alteram numquam deſerere animam, quacum in vita junctus fuit. Neque tamen his a ſententia dimoveor. Nam a poëtis haec veniunt, qui, quod in ſacris etiam litteris fit, a rebus humanis formas & modos dicendi ſumunt, quum de animis & beatorum deliciis differunt, quo populo placeant. Bene de his *Cicero Tuſculan. Quaeſt. Lib.* I. *Cap.* 16. *p.* 2584. *Tom.* VIII. *Opp.* *Animos per ſe viventes non poterant mente complecti: formam aliquam, figuramque quaerebant. Inde Homeri tota πανοπία.* —— *Nihil enim animo videre poterant, ad oculos omnia referebant.* Taceo, id quod antea jam monui, illi quoque animo, qui ratione valet, ſpeciem humanam ab antiquiſſimis datam eſſe ſcriptoribus: quorum ita populos omnes pervaſit opinio, ut Chriſtiani quoque auctores eam probarent, quod vel ex *Tertulliani de anima libro* intelligitur. *Julianus* in *Caeſaribus* omnes, quos inducit, heroës, qui Deorum interfuerunt convivio, forma humana & corpore ſubtili fuiſſe perhibet. Neque id magnopere mirabitur, qui veteres ſecum cogitat ſubtiliſſimo ex aethere conſtare animos credidiſſe. Materia ubi nimirum eſt, ibi formam quoque aliquam oportet adeſſe. Humana vero forma quaenam fingi poteſt animae convenientior, qua & ipſos Deos eſſe praeditos, nihil dubitarunt veteres? Sed haec nunc omitto, & ad poëtarum venio commenta.

§. XIV. Notum eſt, genus hoc, quod veterum ſapientum ſcita numeris illigavit, colores ad ea exornanda & populo inſtillanda ex antiqua mutuatum eſſe Hiſtoria, & diſciplinam quamdam effinxiſſe, quam *Mythologiam* hodie dicimus, ex praeceptis antiquorum philoſophorum & patriae ſuae Hiſtoriis compoſitam. Igitur & ſimpliciſſimam veterum de ſtatu animorum poſt fata doctrinam iisdem obſcurarunt ornamentis & ingenii luſionibus, multitudinis aures ut fallerent ac ſibi conciliarent, quae a majoribus res veteris aevi traditas acceperat ac memoria tenebat. Locum ipſum primum ſubterraneum, quo contineri putaverant animos antiqui corpore ſuo ſolutos, ita depinxerunt, uti Graecorum poſcebant ingenia & mores temporum, quibus vixerunt. Incredibilem deinde illam animorum multitudinem rege & duce carere nullo modo poſſe, quum intelligerent, *Plutonem* aliquem ex veteri memoria Epiri aut alius provinciae fortaſſis Regem, cujus ſeveritas plebi nota erat, ſumſerunt & umbris praefecerunt. Huic omnia illa addiderunt, quibus Reges aetatis ſuae cincti eſſe ſolebant, aulam, famulos, uxorem, conſiliarios, lictores, carnifices, janitores, & quae non alia? Civitatem vero terribilem & lugubrem quia condebant, ideo non niſi tetras & horribiles adſciverunt ad haec exprimenda univerſa imagines. Norunt haec, qui *Homerum*, *Virgilium*, aut alios poëtas legerunt. Vetuſtiſſimis temporibus canes ad oſtia potentiorum & divitum alligatos fuiſſe grandes & robuſtos, qui aditu arcerent fures & mendicos, dudum a viris doctis demonſtratum eſt. Conſentaneum igitur poëtis videbatur inferorum etiam cuſtodiam magno & ſaevo cani committere; quem, quo fortius commoverent plebis animos, tricipitem eſſe fingebant. Nam

in

partes tantum essent universitatis hujus, nec idcirco totum complecti valerent, fini-

in tres quum partes inferi divisi essent, in Tartarum, campos Elysios, & animorum, qui purgati nondum & explorati erant, commorationem, triplexque idcirco tristis civitatis hujus ostium & aditus esset, canem par erat, in limine inferorum positum, triplici capite praeditum esse, quo vias omnes tueri posset. Reges *Homeri* aetate a veteri jam desciverant simplicitate, nec ipsi amplius civium suorum causas cognoscebant, sed aliis hoc officium imposuerant. Conveniens ergo erat, ipsum inferorum Regem hoc etiam onere liberare & aliis illud committere. Ex antiqua igitur patriae suae historia eos deligebant viros, qui magna in justitiae & severitatis laude olim fuerant positi & prima judicum sanctissimorum & justissimorum exempla vulgo habebantur, Rhadamanthum, Minoëm, & Aeacum, quos in terribili tribunali isto collocarent, & animarum quaesitores constituerent. Ac de his quidem judicibus non secus loquebantur, ac si prorsus eorum essent similes, quos aetate sua causas dirimere videbant, sive formam cognitionis, sive reliqua spectes, quae judicem vulgo solent eximere. Viam ad inferos, quos sub terram credebant esse sitos, non poterant, quin hominibus ignotam, asperam, obscuram & caliginosam esse, dicerent. Aeternum igitur fortassis erravissent animae corpore solutae, nisi ducem itineris habuissent: nonnullae etiam fortassis earum, quas scelerum urgebat conscientia, maluissent perpetuo in terra vagari, quam ad illum locum descendere, quem sibi maxime infestum & flebilem fore prospiciebant. Et huic malo poëtae occurrebant. Ducem nempe Mercurium dabant animis, quem non modo viam errantibus monstrare, sed reluctantes etiam cogere, ut eam inirent, populo narrabant. Reliqua praetereo: nec enim fabulas hic poëtarum explicare, aut Philologorum in fines, a quibus dudum alienus sum, excurrere, mihi animus est. Sed operae tamen fortassis pretium, nec ab hoc negotio remotum fuerit, quaedam ex magno rerum numero momenta decerpere, quae satis mihi nondum videntur esse tractata, eaque rationis lumine illustrare. Quamvis enim nulli rei minus obsequuti sint, quam rationi, primi fabularum auctores & inventores, certum tamen mihi est, disciplinam eorum cohaerere inter se quodammodo, vixque aliquid ab illis primis, quae posuerant, fundamentis repugnans traditum esse.

§ XV. Primum de notis dicam & maculis, quas corporibus animorum ad inferos abeuntium, ex prisca scelerum & flagitiorum consuetudine, Impressas & inustas esse, poëtae perhibebant. Ipsa res & sententia ex locis jam intelligitur, quos antea descripsimus, *Platonis* & *Plutarchi*. At neomo veterum, quod sciam, aptius eam *Luciano*, ex vulgi & poëtarum sententia, enarravit: quare hunc audire juvabit. Is in *Cataplo* seu *Tyranno Tom.* II. *Opp. p.* 438. *f.* tres inducit homines, qui Rhadamantho apud inferos examinandi sistuntur, Cynicum, philosophum, Mycillum, furorem, & tyrannum denique variis in vita sceleribus insignem. Primus, totus denudatus, ad judicem adducitur philosophus. Is purus quidem apparet Rhadamantho, at tres quatuorve tamen habet ulcerum sanatorum notas. Quaerit, hisce notis visis, judex, quo pacto scelerum vestigia deleverit. Respondet philosophus: *πάλαι ποτὲ μὲν ἀπαίδευτον γενόμενον καὶ πολλὰ διὰ τῦτο ἡμαρτηκότα στίγματα, ἐπειδὴ τάχιστα φιλοσοφίᾳ ἐχρήσατο, κατ' ὀλίγον ἀπέσπασε τὰς κηλίδας ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀπολυσάμενον. Olim eum propter imperitiam praeceps essem, multasque ideo notas contraxissem, simul atque philosophari coepi paullatim maculas omnes ex anima elui.* Sapientiae igitur studio & virtutum amore persuasum erat antiquis, scabiem, quam ex criminibus contrahunt corpora animorum, tolli & curari posse. Alter coram judice sutor comparet: is vero totus est purus & macularum expers, *κηλίδος ἀκριβῶς καὶ ἀστιγμάτου*, *nullis stigmatibus notatus*, quia vitam innocentem duxerat. At tertius Megapenthes tyrannus, quamvis omni sese modo judici purgare studeat, obrutus tamen deprehenditur foeditissimis maculis: ἀλλὰ σύ, inquit judex p. 442. *ἀπόδυθι τὴν πορφυρίδα ἵνα σου τὰ ἀμέτρητα ἐκεῖνα στίγματα· πάτερ, ὦ Ἑρμῆ, πολλοῦ καὶ παντάπασιν μεστὸν δοκεῖς ἰδεῖν τὸ σῶμα. Purpuram vero exue, ut stigmatum etiam numerum videamus. Papae, hic totus est lividus & notatus, imo potius notarum vi caeruleus.* Huic ergo scelerato homini novam & exquisitam Rhadamanthus poenam decernit. Non indiget locus hic illustrationis: nam perspicue quid poëtis visum fuerit & simul populo, qui suam ex poëtis religionem hauriebat, de animis certis maculis per vitia insignitis, refert. Hinc *Julianus*, Imperator, quum Satyram, quam *Caesares* inscripsit, ad vulgares & populares accommodare sententias vellet, hoc etiam opus sibi dogmate esse, judicavit. Tiberius nimirum, qui turpissime vixerat & regnaverat, simulatque in Deorum apparet coetu, foedis coopertus confestim maculis deprehenditur. *Ἐπιστραφέντος δὲ τοῦ παιδαγωγοῦ πρὸς αὐτὸν κατὰ τὸν τόνον ῥητορικὸν, πανταχόθεν τοῦ ἔσωμεν καὶ πλαγαὶ χαλεπαὶ καὶ μώλωπες ἀπό τε ἀκολασίας καὶ ἀωρίστου ψώρας τινὸς καὶ λειχῆνες, οἷον ἐγκεκυμώσαι. Quo* (Tiberio) *ad cathedram converso, sese oculis ostulerunt cicatrices a tergo infinitae, vitiligines, impressae cuti labes & notae quaedam, plagae graves & vibices ex intemperantia & cruditate, lepras*

Digitized by Google

finitae tantum & ſingulares eſſent, non vero generales, quemadmodum tres illae 1042
per-

prae & impetiginis in modum inuſtas. Juliani Caeſares Oper. p. 309. Singulare in hoc loco eſt *Juliani*, quod tergum tantum Tiberii notis hiſce contaminatum fuiſſe adſeverat, quum ceteri nullam corporis partem huic morbo ſubtrahant. At fingere mihi hoc ideo videtur Imperator, quo ſimulationem Tiberii tacite perſtringeret, quem fronte & verbis notum eſt honeſtatem & vitae decus prae ſe tuliſſe, animo vero ab omni pudore ac virtute alienum fuiſſe. Jam ſi quis quaerat, quidnam poëtas adduxerit, ut per vitia & crimina notas in ſentientem animum imprimi, nec inde tolli, ni vitae ſequatur emendatio, traderent, equidem haud eſſe longius abeundum cenſeo, nec cum iis facere velim, qui philoſophicum quoddam dogma commentum hoc peperiſſe, ſibi forte perſuadent. Homines nimirum poëtae cognitioni cauſſarum apud inferos praefecerant Minoëm, Aeacum, & Rhadamanthum, magnos quidem illos, juſtos & inclytos, at homines tamen, quibus interiores animorum receſſus perſpicere haud datum eſt. Conſentaneum igitur erat, ut externas quasdam notas comminiſcerentur, ex quibus hi judices, ſine accuſatoribus & teſtibus, cognoſcere ac intelligere poſſent, quidnam geſſiſſent animi, corporibus terrenis dum ſociati fuiſſent. Uſu vero perantiquo comparatum erat, ut moralium rerum conſulti atque ſapientes vitia hominum cum ſordibus compararent & peccata ſeu crimina maculas animi translate & ſenſu figurato dicerent: quas quidem figuras, ut ſit inter homines, plebs maximam partem olim, ut hodie, proprie intelligebat & interpretabatur. Quocirca accommodate ad veterem dicendi formam & conſuetudinem & ad vulgi ſimul, cui fabulas ſuas placere volebant, opiniones animum perbibebant ſceleribus pollui & contagionis illius veſtigia perpetuo retinere, ſecumque ad infernum tribunal afferre. Si Deum ipſum, cui nihil obſcurum eſt, vitam & mores hominum poſt fata explorare, conſtituiſſent, ingeniis ſuis parcere, faciliusque rem univerſam expedire potuiſſent.

§. XVI. Ex hac ego vetuſtiſſima de maculis per vitia in corpore ſignatis ſententia luſtrationes fluxiſſe arbitror, & purgationes veterum, eas praeſertim, quae in myſteriis uſitatae erant, Taurobolia etiam & eius generis alia ſacrificia, quae hominibus expiandis & tollendis olim inſervire credebantur criminibus: quae quidem inſtituta inter Graecos primum orta ſunt, deinde ad Latinos etiam tradueta. *Ovidius Faſtorum Libro* II. *vſ.* 35. *p.* 76. *Tom.* III. *Oper.*

Omne nefas, omnemque mali purgamina cauſſam
Credebant noſtri tollere poſſe jenes.

Graecia principium moris fuit: illa nocentes
Impia luſtratos ponere faſa putat.

Magnas, quod debeo, gratias viris doctiſſimis ago, qui myſteria Graecorum, luſtrationes & id genus veterum ſuperſtitionum eruditis libris illuſtrarunt & e tenebris eruerunt: ſed videntur hi mihi tamen plus ritus ipſos, quam initia & cauſſas eorum explicaſſe & oſtendiſſe. Evidens eſt, eos, qui ſacris primum aquis, ſanguine, & aliis, tam in myſteriis, quam extra ea purgari poſſe homines ſtatuerunt, exiſtimaſſe, animos fructum aliquem & utilitatem horum rituum capere. Nam de corpore, quod periturum eſſe putabant, ſolliciti haud erant. Culpam vero & poenam peccatis debitam expiari credebant victimis & ſacrificiis oblatis: quid igitur ex luſtrationibus ſperare poterant animi ſolatii? Equidem nihil dubito, quin ſacras aquas & reliqua purgationum genera antiquiſſimis temporibus crediderint valere ad ſordes, quas animus ex vitiis & admiſſis ſceleribus contraxerat, eluendas & auferendas. Quemadmodum nimirum philoſophi recentiori aevo, id quod paullo ante ex *Luciano* oſtendimus, praeceptis ſuis & dogmatibus vulnera & ulcera ſanari gloriabantur animorum: ita callidi & vafri ſacerdotes artem quondam profitebantur in myſteriis reſiduas ex peccatis in anima & criminibus maculas delendi, ne in oculos judicum infernorum incurrerent: Aquam enim certis formulis dedicatam & conſecratam, aliasque ineptias tanta valere vi, ut per corpus ad animam penetrent ſenſu inſtructam, indeque ſcelerum veſtigia & notas demant. Nimis nos ab iis remoti ſumus temporibus, quibus hi ritus inſtituti ſunt, nec ita ſunt illi aperti ſemper & perſpicui, qui de veterum nos hodie erudiunt rebus, ut diſertis illud teſtimoniis & dictis demonſtrare nobis liceat: ſed rem ipſam loqui hic arbitror, neque deſunt, ex quibus eam haud obſcure intelligas. Primum gravibus accepimus auctoribus, antiſtites myſteriorum perhibuiſſe, eos, qui haud initiarentur & ſacro more luſtrarentur, in coeno apud inferos & luto vitam acturos eſſe, initiatis interim ad ſedes beatorum ſtatim ſublatis, poſtquam corporibus exceſſiſſent. *Plato* in *Phaedone p.* 380. οἱ μυηθέντες καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἱκανῶς ἄγοντες καταστήσαντες, ὅ φαῦλοί τινες ἦσαν, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι καθαροί; ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται· ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. *Quamobrem hi, qui myſteria nobis conſtituerunt, minime contemnendi videntur, ſed revera jam dudum occulte nos admonuerunt, quod quicumque non expiatus neque initiatus migrabit ad inferos, jacebit in luto: quicunque vero purgatus atque ini-*

1048 perſonae, quae *Platonis* Trinitatem conſtituunt, propterea vim ac virtutem earum

initiatus illuc acceſſerit, cum Diis habitabit. Geminus huic locus legitur *Libro* II. *de republica p.* 424. *Ariſtides* in *Oratione*, quae *Eleuſinia* dicitur, qua templum Cereris incenſum deplorat, *Tom.* I. *Opp.* ed. *Sam. Jebb. p.* 259. ἀλλὰ μὴ τοῦτο κἀκεῖνο τῶν παρόντων ἀχ ἧττον ἐστὶ παρὸν ἐλυπεῖτο δὲ αἱ ψυχαὶ ἐν τῷ πρώτῳ χρόνῳ δυσκολῶς λύσεως τῆς ἀπαλλαγῆς· ἀλλὰ τῷ τοῦ τελουμένου ἴδιον ἔχειν τὰς ἐλπίδας ἐς ἄμεινον διαίροντας τῷ ἐν τούτῳ τε τῷ βροτῷ κακοῦσθαι, ἃ δὴ τοῖς ἀμυήτοις ἀναμένει. *Verumtamen conventus hujus* (ad ſacra Eleuſinia) *fructus non in praeſenti tantum animi tranquillitate & a prioribus moeſtitiis liberatione poſitus erat, ſed & quod poſt mortem ſe melius habituros ſperabant, nec in tenebris ac luto cum profanis commoraturos eſſe. Diogenem* Athenienſes adhortantur apud *Diogenem Laërtium Libro* VI. *Segm.* 39. *p.* 334. 335. myſteriis initiari ut ſeſe curet propter commoda inde poſt hanc vitam ad animos redundantia. Reſpondet philoſophus: Γελοῖον εἰ Ἀγησίλαον μὲν καὶ Ἐπαμινώνδαν ἐν τῷ βορβόρῳ διάξειν, ἀνοήτους δέ τινας μυουμένους ἐν ταῖς μακάρων νήσοις ἰέναι). *Ridiculum eſt, ſi quidem Ageſilaum & Epaminondam in coeno degent, viles autem quique, quod initiati ſint, in beatorum inſulis erunt.* Junge his *Plutarchi* locum apud *Aegid. Menagium* in *Notis ad h. l. p.* 240. & quae de *Antiſthene* ab eodem *Laërtio* narrantur *Lib.* VI. *Segm.* 4. *p.* 319. Nunquam mihi perſuaſerim, myſteriorum, qui hac formula plebem perterruerunt, antiſtites, hoc ſibi voluiſſe, animos eorum, qui nec initiati, nec rite luſtrati fuiſſent, in terra coeno & luto pingui ac deformi habitaturos eſſe apud inferos. Nam, ut omittam, non nimis gravem hanc eſſe poenam, prorſus haec diſſidet ſententia a veterum opinionibus de ſtatu animarum decedentium, nec a poëtis, qui accurate inferos deſcripſerunt, ejusmodi aliquid memoriae proditum eſt. Figuratum ergo hoc eſſe putem dicendi genus, quale plerumque adhibebant ſacrorum iſti praeſides, quo ſignificare voluerunt, homines ſacris aquis & reliquis ritibus haud purgatos ſordes ex vitiis & peccatis collectas ſecum ad inferos aſportaturos & longe moleſtiorem luſtrationem ibi perpeſſuros eſſe, quam hic ſubire in myſteriis voluiſſent, donec maculas omnes amiſiſſent. Senſit certe hujus rei aliquid *Socrates* apud *Platonem in Phaedone p.* 380. ubi dictum hoc ſacerdotum, qui myſteriis erant praepoſiti, philoſophice de neceſſitate mentem purgandi exponit. Opus nempe eſt purgatione ex mente veterum, homini vitiis contaminato: aut hic agitur, aut corpore ſolutus eam ſuſtineat neceſſe eſt. Antiquiſſimi ſapientes poſt fata demum apud inferos animum purgatum iri, quod antea vidimus, decernebant: religionum vero poſtea aut potius ſuperſtitionum curatores, qui ut hodie, ita olim in metu & levitate populi quaeſtum faciebant, credulae multitudini perſuadere conabantur, viam ſibi notam eſſe, qua, ſi vellet, acerbam illam apud inferos luſtrationem effugere poſſet. Per mihi moleſtum accidit, quum non modicam ineptae hujus opinionis partem in civitatem Chriſtianam tranſiiſſe, ex veterum e Chriſtianis ſcriptorum lectione cognoſcerem. Valde vero, quod dixi, Platonicorum juniorum exempla confirmant. *Apollonii, Procli, Jamblichi*, & aliorum, quos magnam terrarum orbis partem peragraſſe accepimus, ac omnibus initiari ſeſe paſſos eſſe myſteriis, quo animum ad contemplationem aptiorem & liberiorem redderent, omnique contagione mortali purgarent. Veterem ſcilicet, quum id facerent, diſciplinam, quam hoc genus plane probabat, imitabantur. Quamvis enim paullo aliter, quam populus opinabatur & ipſi ſacerdotes olim tradiderant, vim hujus luſtrationis & purgationis in myſteriis uſitatae, explicarent: id tamen ex hoc inſtituto liquet eorum, antiquam & pervulgatam ubique hanc fuiſſe ſententiam, prodeſſe menti myſteria & ſacra purgamina, efficereque, ut lutum ei admiſtum defluat, animusque purus & integer ad inferos abeat. Et quid denique id eſt, quod toties antiqui ſcriptores tradunt, *renaſci* hominem taurobolio, luſtratione, aut myſteriorum ritu expiatum? *Apulejus Metamorphoſ. Lib.* XI. *p.* 267. de myſteriorum, quibus ipſe initiatus erat, utilitate, *Quippe*, inquit, *cum transactis vitae temporibus, jam in ipſo finitae lucis limine conſtitutos, quis tamen tuto poſſint magna religionis committi ſilentia, numen Dei ſolent eligere, & ſua providentia quodammodo* RENATOS *ad novae reponere rurſus ſalutis curricula.* Taurobolium qui fecerant & ſanguinem caeſi bovis toto veluti corpore imbiberant, *aeternum* ſeſe aut *viginti* ſaltim *ad annos renatos* eſſe praedicabant, quod inſcriptiones & alii loci ab *Anton. van Dalen* collecti oſtendunt in *Diſſert. ad antiquitates & marmora, Diſſ.* I. *p.* 42. *ſ. p.* 128. *ſ.* Corpori vero novas vires addi nec ſentiebant illi, qui ſacris hiſce functi fuerant, nec exiſtimabant. Igitur ad animum omnem eorum fructum pertinere, maculasque ei per vitia impreſſas ſacri bovis ſanguine per totum corpus ſuſo elui, cenſuerint neceſſe eſt. Nihil mirum eſt, veterem hanc ſententiam obſcurius eſſe a junioribus ſcriptoribus propoſitam ac veluti interpolatam. Omnibus enim fere antiquis dogmatibus & opinionibus id evenit: quae ſimulatque in philoſophorum manus venerunt, tanta ſollertia tractatae ſunt atque expolitae, ut de veteri multum illis forma detractum ſit. Si quis ſenſus aut rerum in illis eſt peritia, qui moleſtam animis

Digitized by Google

rum non latius patere posse, quam partes illae materiae seu mundi hujus, quas iosae nactae

mis post fata purgationem & hodie minantur, credo eos, his lectis, parum magnifice de hujus opinionis primis initiis existimaturos esse.

§. XVII. Mercurium poëtae animis ad inferos proficiscentibus ducem dabant, eumdem, quem Deorum nuntium & viarum publicarum custodem & praefectum esse, volebant. Solent vero studiose viri docti & rerum veterum amantes inter se quaerere, quaenam antiquis ratio fuerit, ut duplex hoc officium Mercurio demandarent, & tam viis, quam animorum itineribus eum praeponerent. Et caussas plerique valde retrusas, arcanas, & ingeniosas ejus instituti afferunt, quas a junioribus acceperunt magnam partem Grammaticis & philosophis, qui veteres fabulas ad rationem revocare studuerunt, ne nimis deformes viderentur. Rationes, propter quas viri doctissimi viarum custodiam & curam Mercurio commissam olim esse, censent, accurate collectae sunt nuper a viro longe doctissimo *Everardo Ottone* in *Libro* praeclaro de *tutela viarum publicarum Parte* I. *Cap.* 9. *p.* 153. *f.* Plus est, ut verum fatear, in plerisque subtilitatis, quam vellem, & acuminis, minus vero, quam cupio, solidicatis & constantiae. Sed longius etiam petitae sunt, quas comminiscuntur viri egregii, ut jure datum fuisse Mercurio molestum illud munus animos ad inferos deducendi, probent. *Pharnutus* jam de *natura Deorum Cap.* 16. *p.* 166. in *Thom. Gale scriptor. Mythol.* ideo Mercurium somniavit ψυχοπομπὸν, *animorum deductorem*, dici, quod eloquentia, cujus imaginem fuisse vult Mercurium, *hominum animos demulceat*. Satis quidem subtiliter, modo vere: at hunc tamen alii multum industria & sagacitate superant tam ex Platonicorum juniorum ordine, quam ex recentioribus scriptoribus, qui reconditae sapientiae plenas esse poëtarum fabulas, nescio quibus nixi rationibus, haud dubitant. *Petr. Dan. Huetius* in *Demonstratione Euangel. Prop.* IV. *Cap.* 4. §. 2. *p.* 161. qui Mercurium *Mosen*, virum divinum, esse censet, ideo putat eum inferorum legatum perhiberi, quia *Moses* auctoritate sua effecerit, ut Coreh, Dathan & Abiram ad inferos descenderint. Ridebunt, scio, viri intelligentes praeclaram hanc commenti poëtici interpretationem: at indignationem vix comprimet, quum exstitisse nuper aliquem audient *Petrum* a *Sarn*, qui singulari Diss. in *Bibliosh. Bremensi Tom.* V. *P.* II. *p.* 205. sanctissimum Servatorem nostrum cum *Mercurio* conferre, & in comparationis hujus argumentis non ultimo id ponere loco ausus fuerit §. 33. *p.* 213. quod *Mercurius* animos & sub Tartara mittere & orco evocare a poëtis dicitur. Laudo ego in his aliisque conjecturis virorum eruditorum ingenium: at dudum vehementer caveo, ne vestigia eorum sequar: in qua me sententia vel ingens eorum discordia, quam certum ingentis inopiae solidorum argumentorum documentum esse arbitror, vehementer confirmat. Nescio, quonam malo fato eo fuerint viri ingenio & doctrinae copia excellentes adducti, ut fidem habendam recentioribus Grammaticis & philosophis tam Stoicis, quam Platonicis, esse docerent, qui ad res philosophicas & morales veterum traduxerunt fabulas: quos tamen & certis instituti sui fundamentis carere, & a viris veteris aevi sapientibus, maxime vero a primis civitatis Christianae conditoribus, spretos & irrisos esse, haud ignorare poterant. Mihi quidem attente veterum poëtarum fabulas legenti visum est, ex ipsa *Mythologia*, quam vocant, veteri ad auxilium Historia vocata, commode & facile plerarumque rerum, quas fingunt poëtae, rationes erui & ostendi posse. Sed ita comparatum humanis est ingeniis, ut vias contemnant apertas & patentes, abstrusas vero & asperas sequantur, in quibus plus sese gloriae censent consequuturos esse. Mihi nec Mercurius, viarum custos & Deus, nec idem animarum dux & praeco multum exhibuit negotii. Deos sibi antiqui poëtae fingebant ut homines, iisdem, quibus nos, affectionibus & infirmitatibus obnoxios: coetum vero Deorum non secus ac senatum aliquem, de generis humani commodis deliberantem & leges ferentem, spectabant olim. Ut humano igitur concilio, quod reipublicae cuidam praesidebat, nuntius quidam aderat, qui leges & mandata magistratuum ad cives perferebat, & quae gerebantur inter eos, nuntiabat: ita etiam non poterant, quin Deorum immortalium concilio nuntium ejusmodi adjungerent. Hunc Majae filium, *Mercurium*, perhibuerunt esse. Vixerat sine ulla controversia homo nominis hujus in antiqua Graecia, & velocitate pedum, eloquentia, aliisque aut vitiis aut virtutibus magnam sibi famam & existimationem acquisiverat; nec dubitem fere, quin cursoris publici & legati munus apud Jovem, antiquum Thessaliae Regem, gesserit. Quare aptiorem ad Deorum legationes obeundas ex antiqua nullium memoria deligere id genus poterat, quod res Deorum cum veterum heroum rebus gestis componebat. Nuntii vero qui fungi vult partibus, is vias omnes calleat & aditus, necesse est in illa regione, quam peragrare saepe jubetur. Hac igitur quoque carere Deorum legatus cognitione non poterat. Quumque Deorum immortalium imperium iisdem contineatur, quibus solis cursus, terminis, omnium viarum & itinerum in universo terrarum orbe peritum facere debebant, quem a Diis ad populos & homines totius orbis mitti volebant. Habes jam, nisi me plane fallit animus,

rego nactae essent animandas vitaque donandas: atque hoc eas modo singularia fieri ani-

rationem & caussam, propter quam viarum publicarum curam & praefecturam *Mercurio* potissimum commiserunt veteres Graeci & Latini. Cui enim, quaeso, Deorum officium hoc concredere convenientius erat, quam illi, qui omnes vias nosse, longinqua senatus coelestis jussu suscipere itinera, & perpetuo fere per orbem errare debebat? Neque majus ego mysterium in eo quaesiverim, quod *Mercurium* animis ad inferos commeantibus ducem dare solent veteres. Difficilis erat Averni descensus & iter ad inferos avium, incognitum hominibus, asperum, nulliusque solo tritum. *Ennius* apud *Ciceronem Tuscul. Quaest. Lib.* I. *Cap.* 16. *Tom.* VIII. *Opp. p.* 2584.

Adsum atque advenio Acheronte vix via alta atque ardua
Per speluncas saxis structas asperis, pendentibus
Maximis: ubi rigida constat crassa caligo inferum.

Indignum erat poëtarum clementia, miseras animas sine duce viam ingredi finere tam obscuram, praecipitem, & periculosam. Quem vero meliorem illis *Mercurio* ductorem adjungere poterant? Erat is, quod *Apollodorus* diserte scriptum reliquit, *Bibliothecae Libro* III. *Cap.* 10. §. 2. *p.* 196. non modo Jovis, verum etiam θεῶν ὑπηρέτην, *Deorum inferorum & manium*, nuntius. [Vid. *Ovid. Fast. Lib.* V. *vs.* 665. 666.] Igitur viam a superis ad inferos prorsus eum callere & semitas, quibus commodissime ad civitatem *Platonis* proficisci licebat, omnibus melius pernoscere oportebat. Constitueram his alia quaedam adjicere ac de rebus nonnullis ad inferos, ex opinione antiquitatis, pertinentibus, sententiam dicere: sed video, longius me opinione ab instituto digressum esse, & adolescentiorem scholam Platonicam, unde occasionem haec commentandi sumsi, paene ex oculis dimisisse. Itaque in viam & ad Platonicos redeo.

§. XVIII. Sentient, ut opinor, qui legent, quae adhuc ex veterum monumentis attulimus, fuisse viros doctissimos, qui dogma de corpore seu *vehiculo* animarum hinc abeuntium, inventum esse opinantur scholae Platonicae, ideo excogitatum, ut alia, quibus addicti erant, scita facilius tuerentur & defenderent. Vetus est haec opinio aut, si mavis, superstitio, ab ipsis fere Graecorum heroicis temporibus ducta, esse in homine praeter animam rationis participem & aetheream, corporeum quemdam spiritum, qui plerorumque ab hominum mentibus divelli post fata nullo modo posset, nullique rei nisi certis apud inferos suppliciis cederet. Hanc perantiquam sententiam juniores Platonici, qui vetustissimae sapientiae custodes videri volebant, omnesque vulgi superstitiones suas certo modo faciebant, exornarunt quodammodo & ad reliqua disciplinae suae praecepta, quod in more positum illis erat, accommodarunt. Nec tamen omnes una ratione hoc aggressi sunt negotium: ex quo quidem variae, quae viguerunt olim inter eos, sententiae de corpore animorum natae sunt, quarum potiores *Proclus* enumerat *Comm. in Timaeum Platonis Lib.* V. *p.* 311. 320. Et vel haec una dissensio, si nihil esset aliud, in hanc me adduceret sententiam, non meditando & ratiocinando ad hoc dogma delatos fuisse Platonicos, sed ab aliis illud acceptum suis rationibus, pro suo quemque ingenio, aptum & conveniens efficere studuisse. *Plato* jam, quod passim ex scriptis ejus apparet, tale quid molitus erat: sed nihil perfecerat. Itaque junior academia hic, quod ageret, invenit aliquid. Verum clarius id jam ac particulatim ostendam, omnis ut tollatur, quae suboriri forte potest, dubitatio. Ratum igitur generatim hoc & minime dubium habebant Platonici, quod ab antiquis traditum erat, animum hominis aurae coelestis particulam esse, at simul umbram humanum corpus referentem adjunctam habere, huic sociatum ad inferos post obitum proficisci, denique nisi hac in vita convenientibus purgetur remediis, post fata purgandum fore: at haec varie temperabant & ex suis praeceptis interpretabantur dogmata. Veteres primum, quod ante vidimus, ipsam animam supremi coeli seu aetheris partem, seu subtilissimum & purissimum ignem, esse praeceperant. At Platonici omni materia nobiliorem esse animam mundique illius, quem νοητὸν & *intelligibilem* dicebant, in quo nihil prorsus concretioni locus est, aut Dei potius ipsius, partem & membrum esse putabant. Lege omnium instar *Plotinum Libro de essentia animae*, *Ennead.* IV. *Lib.* I. *p.* 360. 361. Hanc igitur quo sententiam cum veterum componerent opinione, animae ex mundo *intelligibili* prodeunti statim in coelo corpus a Deo coeleste statuebant adjungi, quod immortale sit, nec ab ea postea divelli ulla ratione queat: quod quidem corpus schola haec, uti *Boëthius*, *currum* nominat animae. Hoc modo scitis suis & simul reverentiae erga veteres, quam profitebantur, consulebant. Animum enim, hoc si dogma probes, ignem dicere licebit & *sensum aethereum*, propter corpus scilicet immortale, quod Deus cum ea conjunxit: & nihilo tamen minus omni corpore meliorem & praestantiorem profiteri. *Plotinus Libro primo de dubiis animae Ennead.* IV. *Libro* III. *Cap.* 15. *p.* 383. Ἴασι δὲ διακρίναντα τὰ νοητὰ, εἰς ἡμέραν μὲ πρώτην, ἢ σῶμα ἤδη περιλαβοῦσαι, δι' ὃ τὰ ἄνω χωρεῖ ἢ ἐκ τῶν ὑπερθέντων σώματα, εἰς ἵππον δὲ εἰς μῆνα δ' ἐκπεσεῖν. *Procedunt autem animae a mundo intelligibili declinantes, primo quidem in coelum, ibique*

Digitized by Google

animantia. Omnibus vero rebus vitam & motum impertiri, nullius esse, nisi 1051
unius

ibique corpus accipientes per ipsum jam in corpora terrena magis labuntur, quatenus progrediuntur in longum. Hoc de corpore coelesti animae magnifice loquuntur omnes Platonici: hoc extra γενεσιν seu *generationem* esse positum decernunt, at animos tamen ad generationem descendentes comitari: hoc purum, splendidum, omni fece ac concretione liberum pronuntiant: hoc denique perpetuo & indissolubili cum animo vinculo conjunctum esse, nec extingui ullo modo posse, judicant. Coelum enim ipsum, unde corpus hoc sumtum volunt, non secus ac antiquissimi sapientes, de quibus antea loquutus sum, corpus quidem, at minime concretum & dividuum, verum purissimum & simplicissimum esse, opinantur: quam sententiam pluribus, praeter *Jamblichum*, cujus locum jam supra attuli, & alios, *Plotinus*, princeps facile hujus scholae, subtilissime confirmare studet *Libro de coelo Ennead.* II. *Lib.* I. *p.* 96. *f.* Non sum ego nescius, quosdam hujus generis non secus loqui, ac si ipsam animi naturam putassent in coelesti materia positam esse, aut animam nil nisi purum & mundum esse ignem, censuissent. *Porphyrius* in *sententiis ad intelligibilia ducentibus* §. 32. *p.* 233. ὅταν δὲ μιλύνηται ἀφέσεως φύσεως, μένῃ ἐκεῖ γενητῷ, ἄσκιος καὶ ἀνέφελος. *Ubi autem operam dederit* (animus) *ut a natura recedat, splendor siccus exsistit, nulla umbra & nube obscuratus.* Et fuerunt fortassis nonnulli hujus sectae, qui contemplando eo haud potuerunt eniti, ut veram magistrorum assequerentur sententiam, ideoque veterum dogma de natura animi amplexi sunt. At duces tamen si quis attentus legat familiae, facile perspiciet, eos aliis in locis clarissime ipsam animam a corpore ejus aetherio segregare, & qui aliter sententiam eorum interpretati sunt, manifesto propterea in errore versari. Sunt etiam aliqui inter eos, qui nonnumquam omni corpore carere prorsus animam scisciunt: sed hi re ipsa minime differunt a reliquis, sed vocabuli tantum σῶμα seu *corpus* notione. Vocabulum enim hoc sensu arctiori de illis tantum accipiunt rebus, quae ex materia constant crassiori: ex hac autem crassiori materia aetherem eximunt, quem nobiliorem esse putant, quam ut σῶμα seu *corpus* appellari queat: cui opinioni convenienter animam omni corpore destitutam esse, constituere possunt. Sed est tamen dissensionis aliquid inter Platonicos de origine corporis hujus coelestis. Etenim nonnulli Deum ipsum illud sociare cum anima, existimant. In hac fuit *Boëthius* sententia, quem constat totum fuisse Platonicum, qui *Libro* III. *de consolat. philos. p.* 69. Deum ita compellat:

Tu caussis animas paribus, vitasque minores
Provehis & LEVIBUS sublimeis CURRIBUS aptans
In coelum, terramque seris.

Alii vero animam sibimet ipsi corpus hoc adsciscere, statuunt: quibus *Plotinus* nonnullis in locis, *Porphyrius in sententiis p.* 233. *Theophrastus* apud *Aeneam Gazaeum* in *Dialogo de resurrectione p.* 64. & alii, quorum nomina referre necesse non est, addicti sunt. Haec vero discordia summam haud attingit rei, nec umquam animos valde disjunxit & pugnas peperit.

§. XIX. Multo plures alunt inter se hi philosophi controversias de altero corpore, seu vestimento animi. Omnes quidem assentiuntur antiquis, animo ratione praedito aliud quoddam corpus, praeter illud coeleste ac aetherium, adhaerescere, forma & figura hominem referens: idque corpus non eodem modo, quo *Homerus*, nomine εἴδωλον nominant, verum etiam, quod poëtae dixerant, umbratile ac vento, vaporibusque simile esse, statuunt. Ratio eos haud cogebat, ut ita sentirent, quod ex argumentis unicuique perspicuum sit, quibus hanc probant sententiam, a *Philopono* supra allatis, sed superstitio potius & immoderata antiquitatis veneratio. Hinc simulatque clarius quid sentiant de natura corporis hujus enuntiare jubentur, in tot fere abeunt opiniones, quot alicujus nominis & dignitatis numerant doctores. Principio quum quaeritur, quaenam caussa sit hujus corporis, aut quis illud cum anima societ? uno respondent ore, ipsam animam illud sibi assumere ac adoptare. Est hoc enim in primis hujus philosophiae praeceptis esse animam hac facultate praeditam, ut ex omnibus, quas peragrat, regionibus, ex aëre, igne, aethere, terra, corpus sibimet suapte virtute adsciscere valeat. *Theophrastus*, Platonicus, apud *Aeneam Gazaeum* in *Dialogo*, quem *Theophrastus* inscripsit *p.* 64. τοιούτων δὲ τοιοῦτον ἑ ψυχὴ σωμάτων ἐμπίπλαται, δι' ὅτων δὲ ἔσω χωρίον παρέχει. *Talibus enim, totque corporibus anima connectitur, per quae qualiaque loca transgreditur.* Junge huic *Porphyrium* in ἀφορμαῖς πρὸς τὰ νοητὰ §. 32. *p.* 233. qui copiosius hoc dogma explicat, *Plotinum*, *Proclum*, & omnes, quorum scripta ad nos delata sunt. ὡς γὰρ, inquit *Porphyrius*, ἂν διάθηται ἑαυτὴν σῶμα, τοιοῦτόν τι τοῖς οἰκείοις ἁρμόσεται. *Nam prout disposita fuerit anima, ita corpus suo ordini proprietatibusque conveniens invenit.* Retrusum hoc & difficile intellectu est dogma, cujus vim ne ipsi quidem Platonici ceperunt, quod ex variis ejus liquet explicationibus, quas passim afferunt: at necessitas ad lucebat eos, ut ejusmodi quid excogitarent. Etenim nec Deo, quem animis optime cupere & ipsum essu optimum docebant, nec materiae, ex qua corpus hoc con-

unius Dei ſeu naturae illius corpore ſecretae, quae infinitatem ſibi adjunctam habet.

§. XXII.

ſtare dicebant, fabricationem adſcribere corporis iſtius poterant: quare nihil erat reliquum, quam ut ipſam animam architectum ejus eſſe dicerent, tametſi quonam ea modo hoc opus perageret, nulla ratione poſſent exponere. Hactenus igitur concordes ſunt: ſed perge jam quaerere, ac de materia, forma, & aliis rebus ad hoc corpus pertinentibus aliquid tibi enucleatius ab illis poſtula, tum nihil amplius conſonum & concors apud eos reperies. Ut enim ſummam olim haec familia concordiam profeſſa ſit, nec ad publica certamina & graviores rixas deſcenderit, neſcio tamen, an ulla usquam philoſophorum ſecta in tot opiniones & diſcordes ſententias ſciſſa fuerit, in quot natio haec Platonicorum. Neque id magnopere demirandum eſt: ingenium nimirum potius & imaginationem, quam rationem, in philoſophando ducem adhibebant hi philoſophi, quod qui faciunt, illi non poſſunt non in varias diſtrahi ſententias. Potiores harum ſententiarum ſtatim enumerabo: modo antea monuero, non iisdem apud omnes nominibus ſecundarium hoc animae corpus appellari. Plerique eorum ὄχημα illud nominant: quod nomen pervetuſtum eſſe, ſupra ſatis oſtendimus: alii vero, in quibus *Porphyrius* & *Hierocles* ſunt, φάντασμα illud dicunt, alii πνεῦμα nominant, alii ψυχὴν πνευματικήν, ut *Syneſius Libro de inſomniis* p. 137. Et ex his nominibus varii naſcuntur, qui familiares ſunt Platonicis, loquendi modi, in quibus exponendis facile aliquis erraverit, niſi nomina, quae diximus, calleat.

§. XX. Ingens patet ſpatium a coelo, in quo primum corpus ſuum, quod immortale eſt, accipere animum Platonici ſtatuunt, ad terram hanc noſtram, in qua corporibus terrenis jungitur; idque in varii generis provincias & regiones diſtributum eſt pro corporum, quibus repletum eſt hoc intervallum, varietate. Adi, ſi placet, praeter alios *Syneſium de inſomniis* p. 141. Has dum peragrat animus regiones, ſi terram ad γένεσιν, ut loquuntur, deſcendens, non poteſt non corpus ſibi ex illis adſciſcere regionibus. Solis quum per regionem tranſit, corpus ſoli ſimile, quum lunae provinciam obit, aliud lunae cognatum, ad liberum quum hinc digreditur aërem, aërium corpus aſſumit, quod praeter alios *Porphyrius* diſerte ſcriptum reliquit in *Sententiis ad intelligibil. ducentibus*. §. 32. p. 283. Quaenam ergo corporis hujus natura & materia eſt, quod, praeter primum illud & coeleſte corpus, habet animus, quum corpori terreno copulatur? An ex omnibus illud concretum eſt elementis, quorum per regiones animus proficiſcitur? aut novam quum ingreditur provinciam, novum etiam corpus, priori amiſſo, animus adoptat, ut unius tantum generis & materiae ſimplicis exterior ejus tunica ſit? Magnae quaeſtio haec & vehementer implicatae diſceptationis argumentum eſt in ſcholis Platonicorum, quod ex *Procli Lib.* I. *Comm. in Timaeum Platonis* p. 311. 320. apparet. Namque multi generis hujus, quod diximus, ex omnibus opinantur orbibus coeleſtibus conflatum eſſe, novumque ſemper corpus animo novam provinciam ingredienti accedere, non ſecus ac homo varia induit gradatim veſtimenta, quae unum corpus tegunt. Inſpice *Porphyrium* in *ſententiis* πρὸς τὰ νοητὰ §. 32. p. 237. ubi corpus hoc ὀχημα vocat, ὁ ἐκ τῶν σφαιρῶν συνιζήσας, *ſpiritum quem anima ex ſphaeris collegit*. *Aeneas Gazaeus* in *Theophraſto* p. 65. τὸ δὲ συνιζάνειν, ὃ Θεόφραστε, καὶ ὑγρὸν εἶναι τὸ ἀεροειδὲς ὃν ἔτι σφαιρικὴ ἁφὴ συμπλέκεσθαι, καὶ ἀντερείδειν καὶ συμπίπτειν, ἄλλο ἄλλῳ, καὶ πολλὰ ἅμα σώματα ἐνδύεσθαι. *Tu vero, Theophraſte, aſſeveras iſta, neque ridiculum tibi videtur, incorporeum tam facile circumque corpori complicari & adaptari, & confui aliud alii, & multa ſimul eadem veſte tegi.* Verum alii metuiſſe videntur difficultates, quibus haec expoſita eſt ſententia: quare ſimplicis potius naturae & materiae hoc corpus eſſe voluerunt. Quamquam & hi mirifice diſſentiunt inter ſe, nec facile conſtituunt, ad quodnam principium corpus illud referant. Nec placet, nec expedit omnes fanaticae hujus ſectae argutias & opiniones referre: ſatis erit, ſi moneam, nullam alicujus ſpeciei rationibus eſſe munitam, ſed ad inanes omnia, quae diſputant, redire conjecturas & ſuſpiciones. Nemo majus aliquid & melius ab hominibus expectet, qui ſuum eſſe ducunt, poëtarum fabulas & vulgares ſuperſtitiones philoſophicis pigmentis exornare &, quod a ratione petere debebant, praeſidium a virtute imaginandi & phantaſia ſumere.

§. XXI. De forma jam ſi quaeras corporis hujus, novi conflictus ſpectator &, ſi velis, arbiter eſſe potes. Conſentiunt inter ſe ſapientes hi, in varias formas corpus, de quo agimus, animae, pro ipſius animi lubitu, verti poſſe, &, quod ſupra *Philoponum* §. 16. affirmare audivimus, modo hominis, modo aliorum animantium & beſtiarum habitum induere, tametſi humana forma potiſſimum ſpectetur praeditum. Antiquiores, id quod ſupra vidimus, humanam tantum formam huic animae veſtimento attribuerunt, nec ullo putem veterum ſcriptorum dicto demonſtrari poſſe, viſum fuiſſe cuiquam remotiori aevo, canis, lupi, leonis, aut aliorum animalium figuram mentem adſciſcere poſſe. At Platonicum genus nullos reſpuebat credulae plebis rumores & fabulas: quare quum ſermones paſſim circumferri non ignoraret de ſpectris, luporum, aut aliorum animantium forma

Digitized by Google

§. XXII. Hic ego rem me non utilem modo, verum etiam propoſito meo ſatis 1052
affi.

forma vagantibus & vim hominibus inferentibus, & hos ſibi minime repudiandos, verum ita temperandos eſſe, ut ſuis non adverſarentur praeceptis, exiſtimavit. Hinc talem eſſe docebat animae formam exteriorem, qualis interior ejus ſtatus eſſet: Humanam plerosque animos formam referre: at aliquos tamen, ceteris ſcilicet corruptiores & ad improbas libidines propenſiores, talibus ſimiles apparere beſtiis, qualium vitia & naturam conſectati eſſent in hac vita: crudelem tyrannum leonis, intemperantem prorſus & voracem lupi, libidinoſum hirci ſimulacrum gerere. Omnes tamen an huic dediti fuerint ſententiae ſectae hujus philoſophi, haud equidem dixerim. Conſentiunt etiam inter ſe de cauſſis & initiis hujus formae. Animam enim ipſam univerſi ſtatuunt, formam illam corpori, quod adjunctum habet, imaginandi, qua pollet, facultate imprimere. Accendi nimium animum amore corporum: hunc amorem efficere, ut humidum is ſpiritum copioſe attrahat: per ſpiritum hunc craſſiorem aſpectabilem fieri animum: accedere denique imaginationem animae & forma corpus, quod gerit, donare tali, qualem interior ejus poſcat affectio. Quot hic recito ſententias, tot ſcio, me portenta narrare videri illis, qui nihil probant praeter id, quod rationibus & argumentis vident munitum eſſe: verum nihil me ſectae huic tribuere, quod ab ejus alienum diſciplina ſit, innumeris confirmare mihi locis eorum licet. Legant tantum, velim, qui dubitant, *Philoponi* locos a *Cudworthe* deſcriptos, & cum his *Porphyrium* conferant in *ſententiis* §. 32. *p.* 233. & *Libro de antro nymphar. p.* 257. ἡ τάς γε, inquit poſteriore loco inter alia, φιλοσωμάτους ὑγρὸν τὸ πνεῦμα ἰφιλοσωμάτους παχύτερον τοῦτο ἀὴρ γίνεσθαι· ὑγρὸν γὰρ ἐν ἀέρι παχυνθὲν ὀμίχλην ποιεῖν· παχυτέρῳ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ πνεύματι ὑγρῷ πλειονάκις, ἐκπίπτειν νέφη. *Animas corporum amore ineſcatas, humidum ſpiritum attrahentes, nebulae inſtar eum condenſare. Humor enim in aëre condenſatus nebulam conſtituit. Condenſato autem in eis ſpiritu nimia humoris abundantia viſibiles fieri.* At de tempore, quo facultatem accipiat anima, corpus aërium, quo veſtita eſt, ita informandi, diſſenſionis inter hos philoſophos nonnihil eſt. Sunt inter eos, qui arbitrantur, animum ſemper hac virtute valere, & ante conjunctionem idcirco cum terreno hoc & mortali corpore varias etiam aſſumere formas poſſe. His addictus, ut omittam alios, *Porphyrius* eſt, locis, quos paullo ante indicavi. Sed alii non antea facultatem hanc adipiſci animam, quam cum corpore terreno ſocietur, ſibi perſuadent: in quo corpore quum varias imbibiſſet ſordes & corporeas libidines, vimque imaginandi ſortiorem & vehementiorem nacta eſſet, tum eam aptam fieri & idoneam ad formas ſibi, quascumque vellet, adoptandas, perhibent. Niſi me fallit opinio & obſcurum dicendi genus, quod his magiſtris uſitatum eſt, maxima familiae pars poſteriorem hanc amplexata eſt ſententiam. Ex hac diſſenſione alia fluxit, quam tribus tantum verbis attingam, controverſia de ſpectris circa mortuorum ſepulcra oberrantibus. Haec nempe ſpectra nonnulli animos eſſe hominum decernebant mortuorum, aut potius eorum ſimulacra; quibus oppoſiti alii duplicis ea generis eſſe, conſtituebant: alia daemonum ex ordine ſeu animorum nondum corporibus ſociatorum, alia ex animis corpore ſolutis. Et erant aliqui tam audaces, ut datum ſibi eſſe praedicarent, haec duplicis naturae ſpectra certis notis inter ſe diſcernere & diſtinguere. Scilicet nil intentatum relinquit ſuperſtitio.

§. XXII. De aërii corporis ſtatu poſt terreni & concreti corporis diſſolutionem, animique ſimul, qui eo circumdatus eſt, fatis plures inter eos quaeſtiones agitantur valde ſpinoſae ac multis implicatae ſubtilitatibus: quas tamen neminem ignorare decet, quem res & inſtituta Chriſtianae civitatis primis ejus ſaeculis cognoſcere juvat. Princeps fere controverſiarum illarum haec eſt: Utrum ſimulacra, quae vocantur, aut corpora aëria ſolvi queant ab anima, ita ut libera illa ad purum commigret aethera, nec ne? Praeſtantiſſimi ſcholae hujus magiſtri, *Plotinus*, *Porphyrius*, *Hierocles*, & multi alii praecipiunt, in viri ſapientis poteſtate poſitum eſſe, variis exercitationibus & purgationibus vinculum corporis coeleſtis & aërii labefactare animamque tam expeditam reddere, ut mortali corpore exſtincto, alterum quoque corpus ei detrahatur, ipſaque mens ſolo veſtita ſplendido corpore, cui in coelo quondam juncta fuit, ad beatarum mentium domicilium proficiſcatur. Unum inſtar omnium *Hierocletem* audiemus, *Comm. in aurea Carm. Pythagorae p.* 227. maxime quum hunc ejus locum non omnino intellectum videam ab ejus interpretibus: τοῦτο δ', inquit, Πυθαγορικῆς ἀγωγῆς τὸ τέλος, ὅλως δ' ὅλως ἀπαλλάττεσθαι γενικῆς πρὸς τὸ θεῖον ἀγαθὸν μεταλήψεως ὅ' ὅταν ὁ τῶ θανάτῳ καιρὸς ἔρχῃ, καταλιπόντες ἐκεῖ γῆς τὸ θνητὸν σῶμα, ΚΑΙ ΤΗΝ ΤΟΥΤΟΥ ΦΥΣΙΝ ἀπενδυσάμενοι, πρὸς τὸν ἁρμόττον καιρὸν ἔσον ἐύζωνοι αἱ τῆ φιλοσοφίας ἀγῶνες ἀθληταί. *Hic finis eſt Pythagoricae diſciplinae, ut toti penitus alati fiant, ad bona divina participanda, ut, cum mortis tempus inſtabit, relicto in terra mortali corpore,* EJUSQUE NATURA EXUTA, *ad carpendum coeleſte iter parati & expediti ſint philoſophicorum certaminum athletae.* In his verbis hoc animadverti debet in primis, quod *Hierocles* non modo exui a viro ſapiente, quum diem ſupremum

Digitized by Google

affinem & convenientem ſuſcepturum eſſe confido, ſi brevi veterem illam, quam adhuc

mum obit, *mortale corpus* pronuntiat, ſed etiam φύσιν *naturam* ejus. Hoc autem nomine cum *Hieroclee*, tum reliqui Platonici corpus illud aërium deſignant, quod anima, priusquam in corpus mortale, τὸ ἐγκύκλιον σκεῦος, *teſtaceum involucrum*, ut *Syneſius* vocat *Libro de inſomniis* p. 137. deſcendit, ſi fidem illis habeas, ex aëre aſſumit. Et haec, fateor, ſententia proxime ad antiquiſſimam accedit diſciplinam, quae, quod ſupra vidimus, heroum & magnorum virorum animos, relicta apud inferos umbra ſeu ſimulacro, recta via ad heroum aſcendere concilium praecipit. Eadem huic ordini mens erat de animis hominum mediocrium, quibus moleſtam, quod & antiqui fecerant, purgationem apud inferos poſt fata decernebant: quos quidem animos non ante infernis ſolvi cuſtodiis exiſtimabant, quam omnis illis demta eſſet concretio ex aëre & reliquis rerum initiis contracta. Et hac iterum in re veteres, quorum ſupra cognovimus ſententias, ſequuntur. Sed ab his ſcholae Platonicae fulcris & adſtipulatoribus eorum non pauci ſeſe disjunxerunt, *Jamblichus*, *Proclus*, *Syrianus*, & alii, quibus placuit, ſimulacrum minime detrahi, ſed purgatum & omnibus vitiis maculisque liberatum una cum anima ad ſedes beatorum proficiſci. Fuit jam *Plotini* aetate hac de re certamen inter hos philoſophos, quod ex ejus *Libro: Quod ens unum idemque ſimul totum eſt ubique Ennead.* VI. *Lib.* IV. *Cap.* 16. *p.* 659. perſpicuum eſt. Nemo mihi ſeſe obtulit ex his philoſophis, qui hoc dogma copioſius ornare atque defenſitare ſtuduerit, *Syneſio*, quare ex hoc potiſſimum ſumam, quae ad ea, quae modo dixi, confirmanda faciunt. Non igitur prorſus negat *Syneſius*, fieri poſſe, ut aliquis omnem concretionem corpoream deponat ad ſuperas regiones commeans: uni contra fortaſſis vel alteri Dei & exercitationum ſacrarum beneficio hoc obtigiſſe munus, largitur: καὶ τοῦτο μέν ἐστι καὶ δυοῖν ἢ μόνοιν ἂν γένοιτο τελετῆς καὶ θεοῦ. *Atque hoc unus fortoſſis aut alter initiationis atque Dei beneficio conſequatur*, *Libro de inſomniis* p. 13. At ſperare tamen negat poſſe aliquem hanc felicitatem, ſed, ſua quidem ex ſententia, ſimulacrum animae aſcendenti individuum comitem adhaereſcere *p.* 140. ἐκ δὲ μόνου τοῦ σφαίρας ἀνάγειν δοκεῖ τὸν ἐκεῖθεν ἕκαστον φύσιν, ἀλλὰ εἴ τι καὶ ἀπὸ γῆς, καὶ ἀπὸ ἀμφοτάτου αἰθέρος τὸν εἰδωλικὸν φυσικὸν ἔχοντα κατιέναι, πρὶν τὸ γήϊνον ἀμφιέσασθαι κάλυμμα. *Neque enim ſolam eam naturam, quae illinc proficiſcitur, ad coeleſtes globos evehere videtur: ſed etiam ſi quid ex ignis & aëris extremitate in ſimulacri naturam deſcendens attraxerit, antequam terrenum putamen indueret.* Duplici hanc ſententiam in primis argumento probat *Syneſius:* primum oraculo quodam, ex illis, quae Chaldaica aut *Zoroaſtris* appellantur, quorum ingens in hac ſchola ſemper exſtitit auctoritas. En ipſos verſus:

Οὐ τῷ γ' ὕλης πρωτῷ σκύβαλον καταλείψει
Ἀλλὰ οἱ εἰδώλῳ μοῖρις τις τόπον ἀμφιφάνηται.

Nec jam materiae faecem in praerupto relinquas
Quin pars idolo ſplendenti in ſede relicta eſt.

Nec enim dubitat, quin his in verbis τόπον coeleſtem deſignet ſedem, ad quam tendere decet animos bene conſtitutos. Deinde rationem affert, ad id, quod dixi, confirmandum. Vero nimirum maxime conſentaneum eſſe dicit, ut ea, quae in ejusdem naturae communionem venerint, ſocietatem incant indiſſolubilem, maxime ſi cognata ſint & affinia illi naturae, cum qua conſuevere. Καὶ λέγω δ' ἂν ἔχειν τὸν κοινωνικὸν φύσεως, καὶ εἰς ἓν συντελέσαι, μετὰ παντάπασιν ἄχρι ἂν ἦναι καὶ μᾶλλον εἰς ὁμογενῆ ἐκ χώρας· καθάπερ γὰρ ἐφεξῆς ἐστι τῷ κύκλῳ πυρὶ, καὶ ἀὴρ ἀέρι γῇ δ' ἐστὶν τὸ ἔσχατον. *Praeterea rationi admodum conſentaneum eſt, ut quae in ejusdem naturae communionem venerint, & in unum aliquando coaluerint, non omni inter ſe habitudine atque affectione careant, eaque praeſertim, quae ſedem in vicino poſitam habent: quemadmodum ignis in orbem circumfuſo corpori continens eſt: nec ut terra, quae rerum omnium infima eſt.* Jam ſi quis dicat, haec ſi vera ſint, fore, ut corporeae ſordes in eum locum tranſeant, a qua omnes abeſſe ſordes debent: Minime hoc verendum eſſe, reſpondet philoſophus noſter: Etenim quae deterioris ſint in corpore animae conditionis, ſi meliori tantum eius parti obediant & morem gerant, praeſtantiorem adipiſci naturam & aetheri ſimilia fieri. Quae quum expoſuiſſet, nolle ſeſe concludit alicui obtrudere hanc ſententiam: at hoc tamen omnibus ſine controverſia credendum eſſe, illud corpus coeleſte, quod ex aethere ſecum affert animus, illuc cum eo reverti. Καὶ ἀνάγκη ἴσχειν καὶ πειθώ· τὰ δὲ ἐκεῖθεν ἥκοντα συμπαντὸς ἴσως, ἀλλ' ἐν μοχθηρᾷ κατὰ φύσιν ἀνάγκῃ ψυχῆς, μὴ ὑπείκοντι τῷ πνεύματι ἀναίρεσθαι καὶ ταῖς σφαίραις ἀναμιγνύειν, τοῦτ' ἴσως ἐκ τῆς αὐτῶν φύσεως ἔστιν ἀναχθῆναι. *Fidem his habere, aut abrogare cuivis licet. Quod autem ad corpoream illam naturam attinet, quae illinc cum anima delabitur, fieri nullo pacto poteſt, quin, ſi ſecundum naturam anima ſurſum redeat, una e lapſu ſeſe erigens attollatur & coeleſtibus orbibus congementatur: quod idem eſt, atque ad naturam quodammodo revocari.* Ex his, quid viſum fuerit proprie illis, qui ſimulacrum ſeu corpus animae in coelum cum ea migrare putarunt, liquet. Exiſtimabant, qui hanc fovebant ſententiam, corpus animae ex variis con-

Digitized by Google

adhuc expoſui, Pythagoraeorum & Platonicorum de animis corpore vacuis doctrinam,

concretum eſſe initiis, ex aëre, igne, terra, & aliis, bina igitur diſtinguere in eo jubebant, materiam aetheri cognatam, qualis aër & ignis eſt, & materiam craſſiorem, qualis terra & quae terram cingunt: Illam nobiliorem materiam cum coeleſti corpore animi tam arcte cenſebant ſociari, ut ejus naturam indueret, nec avelli propterea ab ea poſſe deinde: reliquas autem faeces ſeu ὕλην, materiam graviorem & magis denſam, inde ſeparari poſſe atque ſtudioſa meditatione & expiationibus ſecernendam, dum vivimus, eſſe, niſi animus coeleſti loco & gaudio carere, & dolores exquiſitos poſt fata ſubire velit.

§. XXIII. Conſtans eſt veterum & concors ſententia, animos corporis terreni vinculis ſolutos ad inferos ſeu εἰς ᾅδου abire: ſapientum quidem & heroum mentes ipſum una cum corpore mortali ſimulacrum amittere, ſtatimque cum Diis poſt exceſſum conjungi, tametſi ſimulacrum ſeu animus ſentiens ad civitatem *Plutonis* deſcendat: vulgares autem animos una cum ſimulacro in ſubterraneum hunce locum commigrare: in eo animos ſanabiles varii generis cruciatibus, quo puri fiant ac liquidi, ſubjici: nimis vero ſceleratos & inveterata malitia infectos aeternis ſuppliciis torqueri: quae quidem omnia late ſunt a nobis ſupra declarata & expoſita. Nihil horum convellere audebant Platonici, qui rigidi & acres antiquorum dogmatum & inſtitutorum cuſtodes videri volebant; id quod ex *Philoponi* locis a *Cudworthio* allatis patet, & ex *Plotino*, *Syneſio*, multisque aliis, ſi vel res poſceret, vel locus pateretur, confirmari facile poſſet. Sed varietas, in qua poſiti erant, ſententiarum de aliis rebus ad animam pertinentibus, hac etiam in re diſcordiae inter eos parichat aliquid: praeterea philoſophia, quam profitebantur, non omnia eos probare ſinebat, quae veteres, maxime poëtae, praeceperant: ob quam cauſſam acumine illis opus erat ad antiquas opiniones refingendas & ex ſuo ſenſu exponendas. Non placet, ne infinitus ſim, omnia perſequi, quae de hiſce rebus ex ſcriptis eorum intelligere mihi licuit, verum paucis contentus ero, quae ad praeſens inſtitutum prae ceteris conducunt. De illorum quidem animis, qui purgationi haud ſtuduiſſent in hac vita, non multum inter ſeſe decertabant. Etenim hos praecipites ferri in locum aliquem caliginoſum & horridum, in quo purgentur illi, qui modice peccaſſent, ceteri vero, qui modum omnem peccando exceſſiſſent, graviſſimis ſuppliciis afficerentur, univerſi concedebant. Obſiſtere quidem huic dogmati videbatur alterum illud ſchola hujus praeceptum, quod animum negat in loco eſſe & ideirco etiam loco moveri poſſe: verum huic ſeſe difficultati ſatisfeciſſe opinabantur, ſi monerent, ideo animam dici poſſe apud inferos eſſe, quod ſimulacro praeſit apud inferos degenti. *Porphyrius ſententt. ad intelligibil. ducent.* §. 32. *p.* 232. ὅταν δὲ ἐκεῖ εἶναι ἐκ ψυχὴν, ὅταν κρατοῦσα εἰδώλου, φύσιν μὲν ἔχουσα τοιαύτην εἶναι ἐκεῖ τότε. *Eſſe in inferno eſt animae, quando ſimulacro praeeſt, quod naturam quidem talem habet, ut ſit in loco.* Adde *Plotinum Ennead.* VI. *Lib.* IV. *Cap.* 16. *p.* 659. Et ſolent, qui hanc ſcholam ſequuntur, iſtum animae ad inferos deſcenſum, nec non poenas, quas eam ibi ſuſtinere docebant, ex philoſophiae ſuae ſcitis admodum ſubtiliter interpretari. Animum, ajunt, corpore egredientem multis onuſtum eſſe vaporibus humidis & gravioribus: hos quidem vapores terram & loca ſubterranea ipſa gravitate ſua petere; in his vero locis inferos eſſe, antiquis credendum eſſe: ideo fieri nullo modo poſſe, quin & animus ſimulacro ſuo alligatus ſimul in locum iſtum inferorum deſcendat & abeat. vid. *Porphyrius l. c. p.* 232. Confer eumdem *Libello de antro Nymphar. p.* 257. 258. ἐκεῖ, inquit priori loco, διὰ ἐκεῖ τὸ βαρὺ πνεῦμα καὶ ὑγρὸν ἄχρι τῆς ἐπιγείου τόπου, ἕως καὶ ἡ ψυχὴ λέγεται χωρεῖν ἐπὶ γῆν. *Quoniam gravis, humidusque ſpiritus usque ad ſubterranea loca pertingit, hac ratione & ipſa anima terram ſubire dicitur.* Quemadmodum ſuppliciorum, quae animis contaminatis apud inferos minitebantur, rationes & naturam explicare conati ſint, id ex *Philoponi* locis apertum eſt, quos doctiſſimus *Cudworthus* §. 16. attulit. Quidquid hac de re certaminis inter hos eſt philoſophos, id perexiguum eſt & omne ex diſſenſione eorum de corporis ex aëre & ſideribus aſſumti ſeu ſimulacri natura oritur. Nam qui ſimulacrum hoc, aut partem ſaltem ejus, ita eſſe corpori animi aethereo illigatum opinabantur, nulla ut inde arte divelli poſſet, illi animos, abſoluto purgationis tempore, ſimulacrum illud ſecum ad ſuperas beatorum domos aſportare ducebant: qui vero fieri poſſe putabant, ut corpus aërium diſſociaretur ab aethereo, ſimulacrum, quod vocant, aut permanere apud inferos ſciſcebant, dum penitus conficeretur, aut ſolum diu oberrare ac circa ſepulcra potiſſimum verſari, donec diſſolveretur, praecipiebant. Sed de magnorum hominum & philoſophorum in primis animis quum quaeſtio inſtitueretur, aliquanto plus diſcordiae ac diſſenſionis hanc ſectam exercebat. Veteres quidem, id quod ſupra vidimus, tametſi heroum & excellentiorum virorum mentes ſtatim coelo excipi conſtituebant, animos tamen eorum, in quibus ſentiendi facultas eſt, coetui civium ſubterraneorum aggregari tradebant. Eſt in hac ſententia aliquid, quod ſuum facere totum non poterant Platonici ju-

Digitized by Google

1053 nam, cum illa, quam de his naturis Chriſtiani fovent, comparem, & quidnam
vel ſimile, vel diſſimile utraque diſciplina habeat, explicem. Principio ſapientes
1054 illi, quibus nihil inter veteres philoſophos vel melius vel religioni ac Deo amicius
1055 exſtitit, plane cum Chriſtianis conſentiunt: ſummam felicitatem & ultimam, quam
natura poteſt humana attingere, perfectionem non in eo eſſe poſitam, quod ani-
1056 mus mortali corpore exutus nudus plane ac orbus omni vivat corpore, nec ulla
1057 ſui parte materiae conjunctus ſit. Nulla interim fuit aetas, qua non aliqui, altius

juniores, niſi diſciplinae ſuae initia labefactare vellent. Quare viam eos aliquam oportebat quaerere, quo veteres ſibi conciliarent. Qui ſimulacrum ſeu corpus aërium ſolvi poſſe ab anima ducebant, hi ceteris facilius ſibi conſulebant: animam enim ſapientis perhibebant in coelum aſcendere, at ſimulacrum ejus ad inferos proficiſci: quod quidem propius a veterum abeſt diſciplina. Major vero urgebat eos difficultas, qui ſimulacrum animo nullo detrahi modo poſſe arbitrabantur: quare ad nominis ἄιδης notationem confugiebant & a Grammaticis, quod philoſophia negabat, auxilium ſumebant. ἄιδης ſcilicet idem eſſe animadverti jubebant, quod ἀιδὲς, *obſcurus*: Sapientis ergo anima quum dicatur, ἐν ἄιδι eſſe, verborum illorum hanc eſſe ſententiam: *Separatim eam ſeu modo nulli ſatis cognito exſiſtere.* Commemorat utramque hanc opinionem, praeter alios, *Plotinus Ennead.* VI. *Lib.* IV. *Cap.* 16. *p.* 659. τὸ δὲ εἰς ἄιδου γίνεσθαι, εἴ ρα ἐν τῷ ἀιδεῖ, τὸ κρυπτὸν λέγει. *Si inferorum nomen occultum quiddam ſignificat, ad inferos proficiſci, nihil eſt aliud, quam eſſe ſeorſim,* —— εἰ δὲ παντελῶς λύσις φιλοσοφία τὸ εἴδωλον καὶ ἀχλὺς τὸ εἴδωλον εἰς ἃ χρὴ τέλος φέρει, αὐτὴ δὲ καθαρὸς ἐν τῷ νοητῷ, ἀδύτοις ἔρημόν αὐτὸς. *Sin autem philoſophia ſimulacrum ſolvat omnino, hoc quidem in locum deteriorem ſolum abit: ipſa vero anima pure in mundo intelligibili vivit, nihilo tunc ex ipſa excepto, ſeu foras edulio.* Ipſa nominis ἄιδης derivatio ab ἀιδὲς ſatis trita eſt inter veteres: & memorat *Methodius* apud *Photium Biblioth. Cod.* CCXXXIV. *p.* 923. placuiſſe eam quoque *Origeni.* Locus hic *Plotini* adduxit eruditiſſimum *Cudworthum*, ut ſupra §. 15. diſſentire philoſophum hunc cum reliquis Platonicis, maxime cum *Porphyrio*, ſcriberet, quod animam omni prorſus corpore exui poſſe adſeveraret. At qui diligenter *Plotinum* & *Porphyrium*, ceterosque hujus ſectae magiſtros inter ſe contulerit, is eos non, niſi verbis, differre ac diſcrepare facile ſentiet. Nec enim *Plotinus* omne corpus amittere animam, ex hoc terreno corpore excedentem, aſſeverat, ſed diſerte de εἰδώλῳ tantum loquitur: quod quidem univerſa natio Platonica a coeleſti & aetherio animae veſtimento diſtinguere ſolet. Taceo, nihil eum abſolute hoc in loco praecipere, ſed aſſenſum ſuſtinere, viamque unice oſtendere difficultatem de deſcenſu animae ad inferos inter Platonicos commotam componendi, quomodocumque aliquis de ſtatu ejus poſt obitum corporis ſentiat. Collocat quidem, non diffiteor, animam ſapientis a corpore diſcedentem ἐν τῷ νοητῷ, *in mundo intelligibili*, quem Platonici vocant, ad quem corporibus aditum eſſe negant hi philoſophi. Verum, ut praetermittam, non eamdem eſſe ſemper apud eos nominis τῷ νοητῷ poteſtatem, ſed modo ampliorem, modo arctiorem: nec univerſam *Plotini* de hoc mundo doctrinam valde obſcuram & paene inexplicabilem eſſe, commemorem: philoſophus hic mundi hujus rationalis incolis non omne videtur corpus detraxiſſe. Namque *Ennead.* VI. *Lib.* VII. *Cap.* 10. *p.* 702. ſerio & graviter diſputat, animalibus in hoc mundo degentibus cornua, ungues, & id genus alia membra non deeſſe: quae quidem diſputatio lepida plane foret & ſtulto dignior, quam philoſopho, ſi omnis corporis expertia, & nihil niſi vanas umbras, aut notiones, iſta putaſſet eſſe animalia. Nolim tamen idcirco negare, neminem umquam Platonicorum in hanc veniſſe ſententiam, coeleſte quoque corpus ſenſim animae eximi poſſe: plenam enim ſcio hanc ſcholam eſſe hominum opinioſiſſimorum & audaciſſime de rebus, quas nullo comprehendere modo poterant, decernentium. Hoc vero confirmo, ſi quis ita ſenſit eorum, deſciviſſe eum a communi ordinis ſui opinione, & dogma tradidiſſe, primis ſcholae ſuae de natura animae praeceptis plane repugnans & contrarium. *Plotinum* quidem ab hac ſententia fuiſſe averſum, vel ea docent, quae *Ennead.* IV. *Lib.* IX. *Cap.* 7. *p.* 455. tradit, ubi neceſſe perhibet eſſe animam ſemper τῷ αἰσθητῷ συμπαραλαμβάνειν, *aliquid ex ſenſibili natura participare.*

§. XXIV. Quae de modo purgandi animam cum corpore mortali conjunctam & de fructu purgationis hujus, etiam in hac vita, praeſcripta ſunt ab his philoſophis, tam multa rurſus ſunt, tamque varia ut paucis comprehendi nequeant paginis. Tradidit *Porphyrius*, quod *Auguſtinus* teſtatur *de civitate Dei Lib.* X. *Cap.* 32. *p.* 204. *Tom.* VII. *Opp. in prima juxta finem de regreſſu animae libro nondum receptam unam quamdam ſectam, quae univerſalem contineat viam* (male editum eſt *vitam*) *animae liberandae, vel a philoſophia veriſſima aliqua, vel ab Indorum moribus & diſciplina aut inductione Chaldaeorum, aut alia qualibet via, nondumque in ſuam notitiam eandem viam miſſurisi*

Digitized by Google

tius ingenio, quam neceſſe eſt, evolantes contrariam tuiti ſunt ſententiam. In philoſophis, ſigillatim illis, qui *Platonem* ſequuti ſunt, (y) *Plotinus* eam amplexus eſt. In cujus quidem animo quanta fuerit intemperantia & imbecillitas, vel ex eo planum eſſe puto, quod ab altera parte eo usque eniti poſſe humanos animos adſeverat, ut ab omni corporis ſocietate ac contagione ſemotae degant; ab altera vero parte eosdem adeo deprimi ac demitti poſſe fingit, ut non beſtiarum modo, ſed etiam plantarum, arborumque corpora incolant. In quo primum hoc

ſtoriali cognitione perlatam: Veriſſime hoc dictum eſt: Ne ipſam quidem, cui addictus erat, ſectam excipit. Ut enim ſcholae hujus magiſtri omnes purgandam eſſe animam, clament, & diſcipulos ſuos conſtanter exhortentur ad eam purgationem inchoandam & perficiendam, ne ad inferos poſt corporis obitum deſcendere cogantur: dici tamen vix poteſt, quantopere diſſideant inter ſe, quum remedia requirantur ab illis ad hunc finem obtinendum aptiſſima. Quot ingenia, tot ſenſus: a quibus ego enumerandis abſtineo. Hoc tamen non poſſum, quin ſignificem, alios duplicem, alios unius tantum generis poſtulare purgationem: quae quidem diſſenſio inde naſcitur potiſſimum, quod alii ſimulacrum ſolvi poſſe ab anima affirmant, alii abnuunt. Superiores id tantum agi a ſuis volunt, ut corpus coeleſte purgent & a contagione ſimulacri liberum & purum praeſtent: Hi vero primum corpus coeleſte, deinde & corpus aërium in ſimulacrum deſinens purgandum eſſe, cenſent. Quae duo corpora quum diverſi ſint generis, neceſſe quoque eſt, ut duplicis generis medicinam ſuis commendent.

§. XXV. Reſtant alia bene multa, quae de rebus hiſce commemorare poſſem; maxime ſi Chriſtianorum veterum placita cum Platonicorum ſcitis contendere, & quanta utrorumque ſit cognatio, demonſtrare vellem. Sed jam dudum longius me digreſſum eſſe ab eo, quod inſtitueram, intelligo, quam multorum patiuntur deſideria. Itaque de fructu, quem potiſſimum laboris hujus capere lectores volo, pauca tantum quaedam adjiciam. Primum perſpicuum eſſe ex his, quae copioſe diſſerui, arbitror, non tales eſſe philoſophos illos Platonicos, qui primis rerum Chriſtianarum temporibus vixerunt, quales multi eos eſſe opinantur, homines ingenioſos, ſapientes, acutos, certis omnia rationibus, nihil temeritati & imaginationi tribuentes. Quis enim magnifice de ejusmodi ſentiat philoſophis, qui temere recipiunt omnia, quae vulgo creduntur, & deinde vias omni ope & ſtudio quaerunt, quibus populi ſuperſtitiones, nugas, & commenta cum ſuis ſcitis copulent? Mihi quidem, id quod ſub initium ſtatim profeſſus ſum, non tam conſiderati hi Platonici videntur viri, quam ſuperſtitioſi homines, leves, creduli, & fanatici, qui ſuum eſſe duxerunt aniculanum portenta cum philoſopherum veterum ſcitis, religionesque populares & inſanas cum Platonicis praeceptis in concordiam qualemcumque redigere: ipſam vero diſciplinam eorum, tametſi quaedam habeat non contemnenda, nec enim Phryges ſemper delirant, colluviem quamdam dixerim ſententiarum ex vulgaribus fabulis, *Platonis* & *Pythagorae* dogmatibus, veterum Orientalium philoſophorum praeceptis, & ingenii judicio deſtituti, atraque bile inflati luſionibus congeſtam. Deinde conſtare ex his unicuique judico, primos civitatis Chriſtianae doctores non omnia ex Platonicorum hauſiſſe ſcholis, quae hauſiſſe vulgo ex illis perhibentur. Adſentior illis, qui plerosque hos doctores nimii poſtulant erga philoſophiam Platonicam ſtudii: ſed omnes ejus vitii reos eſſe nego, nec omnia, quae cum Platonicis habent communia, Platonica eſſe & ex Academia ad Chriſtianos traducta, ut credam adducor. Multa nimirum, quae in libris & ſententiis eorum pro Platonicis habentur, plebejae & perantiquae ſunt opiniones, quae diu ante natum Servatorem per Graecos & Latinos ſuſae fuerunt & a Chriſtianis, quantum ſanctioris permittebat diſciplinae, quam adſciverant, ratio, retentae ſunt. Sicut nimirum Platonici, quae a poëtis olim tradita & a multitudine recepta erant cum praeceptis philoſophiae colligare ſtudebant, quam profitebantur: ita etiam Chriſtiani quidquid ex publicis populorum, quos inter vivebant, opinionibus ſanctiſſimae religioni non aperte repugnabat, haud rejiciebant, ſed quam fieri commodiſſime poterat cum nova religione conjungebant. Nulla gens tam pure atque caſte Chriſtiana ſacra amplexa eſt, quin aliquid ex avitis ſuperſtitionibus & patriae ſuae commentis ſervaret. Reliquos laboris hujus fructus, quum doctiorum neminem praeterire queant, ſileo.

(y) *Plotinus*] Vidimus ſuperiori adnotatione §. 18. injuriam hic *Plotino* fieri. Quod ſi tamen hanc foviſſet ſententiam, & ſimul animos in beſtiarum & arborum corpora detrudi poſſe, putaſſet, meo quidem judicio, diſparata haud credidiſſet, quorum alterum tollit & conficit alterum: quod quidem doctiſſimo viro viſum eſt. Nec enim, quid reſiſtat, video, quo minus utrumque hoc aliquis ſimul defenſitare, & ſibi tamen conſtare queat. Ceterum de animis in beſtiarum & plantarum corpora migrantibus *Plotinus* agit *Ennead.* III. *Lib.* IV. *Cap.* 1. 2. *p.* 283. 284.

Digitized by Google

hoc requiras, quod alterum portentorum istorum tollat prorsus alterum: deinde istud, quod posteriori nihil ineptius ac dementius fieri vel cogitari queat. Et nihilo tamen minus hoc ipsum, a quo tantopere ratio abhorret, dogma *Empedocli*, excellentis ceteroquin ingenii viro, non displicuisse videtur: quod hi ejus versus, quos (z) *Athenaeus* oblivioni eripuit, declarant:

1058 Ἦ[ν] γάρ ποτ' ἐγὼ γένομαι κοῦρη τε κόρου τε
θάμνος τ' οἰωνός τε καὶ εἰν ἁλὶ ἔμπνους ἰχθύς.

Inter Judaeos *Maimonides* in eadem versatus est opinione, cujus hoc decretum, quod in magno suo tulit opere, non ignotum est: עולם הבא אין גוף או דויות *In mundo futuro* (id est, in statu absolutae felicitatis) *nihil corporibus erit loci, sed omnes corpore carebunt.* Quo nomine quum accusatus, atque violatae de corporum in vitam reditu doctrinae, quod Judaei aeque sancte custodiunt, atque Christiani, postulatus esset, librum exaravit, cui (a) *Iggereth Temam* nomen fecit, eo consilio, ut se purgaret atque bina haecce dogmata inter se haud pugnare ostenderet. Id quo planum faciat, sub primum docet Messiae adventum certos quosdam homines omnino e sepulcris prodituros, eos in his terris aliquamdiu victuros, cibo sese potuque refecturos, matrimonia inituros, immo postremo rursus esse morituros: hac vero ubi vita perfuncti essent, tum demum puras eos semper mentes fore, nullique corpori alligatas. Suspicor ego hominem haec eo disputasse consilio, ut a Chri-

(z) *Athenaeus*] *Deipnosophist. Lib.* VIII. *extremo p.* 510. Verum non solus *Athenaeus* hos *Empedoclis* versus ab interitu servavit, sed multi etiam veterum scriptorum alii eos referunt. Vid. *Aldobrandinus Not. ad Diogen. Laërt. Tom.* I. *p.* 539. & *Aegidius Menagius Comm. ad Diogen. p.* 384. *Tom.* II. qui de varia versus posterioris in antiquis libris lectione erudite commentatur. Ipse *Cudworthus*, tametsi ex *Athenaeo* videri velit hos versus describere, *Clementis* tamen *Alexandr.* lectionem hic expressit altero versu, *Stromat. Lib.* VI. *p.* 750. Nam apud hunc ἰμαντο legitur, quum apud *Athenaeum* sit ἴμαντο. Confer, praeter *Casaubonum* ad *Athenaei locum*, *Jo. Potterum ad Clement. Alexandr. p.* 750. & *Petr. Petitum Miscellan. Observat. Cap.* 11. *p.* 66. qui legi vult ἴμαντο. Adscribam Latinam horum versuum interpretationem ex *Jo. Potteri* versione *Clementis*:

Ipse ego namque fui puer olim, deinde puella,
Arbustum & volucris, mutus quoque in aequore piscis.

(a) *Iggereth Themam*] Fallitur vir doctissimus memoriae errore. In epistola illa seu libello, quem *Maimonides* אגרת תחית המתים seu *epistolam meridionalem* inscripsit, qui Latine in *Guil. Henr. Vorstii Notis ad Zemach David. p.* 293. & alias exstat, sententiam suam de mortuorum in vitam reditu haud exponit, sed de rebus longe aliis disserit. At alius ejus legitur hodie libellus, cui indicem fecit: אגרת תחית המתים seu *epistola de resurrectione mortuorum*, quo copiose ac clarius, quam alias, quid de resurrectione sibi videatur, tradit. Editiones utriusque huius libelli enumerat Vener. *Jo. Christoph. Wolfius Biblioth. Hebraic. Tom.* I. *p.* 860. 861. Refellit ceterum hanc *Maimonidis* sententiam *Menasseh ben Israël Libro de resurrectione mortuorum Lib.* III. *Cap.* 11. *p.* 339.

(b) *Referunt*] Notum est inter fanaticos omnis aevi homines exstitisse tam ineptos & insicetos, ut quae de mortuorum corporum resurrectione in sacris libris tradita leguntur, figurata esse ac de animi regeneratione ac purgatione accipi debere, contenderent. Ea vero, qua *Cudworthus* fuit, aetate inter Quackeros, quos nominant, aliosque fanaticos haud pauci stolidam hanc sententiam amplexi erant. *Rob.* quidem *Barclajus*, sectae Quackerorum facile doctissimus, pernicioſum hunc a suis errorem removere studet, & injuste attribui illis adseverat, in *Conclusione Apologiae Theologiae vere Christianae p.* 373. *Hinc rursus*, inquit, *quia dicimus eis, cum garriant & determinent de resurrectione, magis opus iis esse, ut justam, quem in se occiderunt, suscitatum cognoscant, ut participes fiant primae resurrectionis, & quod si hoc fiat, aptiores erunt de secunda judicare, dicunt, negare nos resurrectionem corporis.* Verum,

Digitized by Google

Chriſtianorum ſeſe rationibus tanto longius ſejungeret. Sed hi tamen quum docent, animorum humanorum, natura ſua immortalium, perfectiſſimum & beatiſſimum eſſe ſtatum, ſi perpetuo, non omni corpore ſoluti, ſed adjuncti corporibus vivant, communibus graviſſimorum & praeſtantiſſimorum philoſophorum ſuffragiis ſeſe tueri poſſunt. At ſecus tamen noſtris videri ſolet fanaticis, qui nil praeter excelſa & ſublimia conſectantur; qui tametſi ſeſe Chriſtianos appellent, tanto tamen rerum *ſpiritualium*, *myſticaeque*, quam vocant, *reſurrectionis* ſtudio & amore flagrant, ut cum multa diſciplinae Chriſtianae momenta, tum illud in primis ſacrarum litterarum dogma, quod haec mortalia corpora aliquando in vitam revocatum iri ſciſcit, translate ac figurate ſcriptum eſſe contendant. Novimus, ſacras interdum litteras figurate vocem *reſurgere* ac *reſurrectio* adhibere. Ita *Paulus:* (*) εἰ οὖν συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε. *Si igitur cum Chriſto ſurrexiſtis, ſuperis ſtudete.* Item alio loco: (†) Εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τὴν νεκρῶν. *Si quo ad mortuorum reſurrectionem perveniam.* Sed hoc minime excuſat genus hoc, quod eo usque inſaniendo procedit, ut vix futuram quamdam immortalitatem aut aliam vitam poſt obitum corporis profiteri velit. Ita dum *ſpirituales* toti videri volunt & *myſtici*, ad Sadducaeos & religionis adverſarios deflectunt, nec multum ab illis remoti ſunt, qui Deum plane tollunt & ad ſenſus & voluptatem omnia (*b*) referunt.

§. XXIII. Sequitur alterum, quod antiqui philoſophi cum illis, qui *Chriſto* 1059
nomen dederunt, hac in cauſſa commune habent. Utrique credunt, humanos ani-

(*) Col. III. 1. (†) Phil. III. 1.

rum, ut facile largiar, non omnes familiae hujus contaminatos fuiſſe impio hocce dogmate, multos tamen dubio caret, illud & tenuiſſe ac publice propoſuiſſe. Et fortaſſis multi adhuc hodie ſunt in iſto coetu, quibus illud placet: tametſi ſuper eo interrogati, aut plane ſileant, aut varias elabendi rimas quaerant, ne animi ſui ſententiam prodere cogantur & invidiam ea ſibi concitent. Credo, cautiores eos hac in re factos eſſe, poſtquam *Georgius Keithus*, nobiliſſimus familiae hujus doctor, ab illis ſeceſſit: quem quidem inter alia hoc ipſum dogma tantopere offendit, ut nihil ſibi rei amplius cum Quackeris eſſe vellet. Teſtis eſt *Gerhardus Croeſius* in *Hiſtoria Quackerorum Lib.* III. *p.* 449. cujus verba idcirco recito, ut injuriam huic genti a *Cudworthio* & aliis minime factam eſſe appareat: *Quod pertinet ad ſtatum animarum poſt mortem, erant, qui aſſerebant, omnes fideles ac pios e veſtigio ingredi in plenum gaudium ac felicitatem, infideles vero atque impios juſtim a morte omne ſupplicium ſubire, quod illos manet, & in hoc univerſam ſitam eſſe reſurrectionem. Quod idem erat, atque aſſerere, nullam propriam futuram eſſe reſurrectionem corporis, ac corpus, poſtquam ceſſit in pulverem, porro nusquam ac nullum futurum, neque futuram diem cognitionis, atque judicii ſupremi & univerſalis. Alii erant, qui affirmabant, reſurrectionem & conditionem glorioſam univerſam, demum in hac vita conſummatam eſſe ac perfectam, ex eo quod Chriſtus reſurrexit, vixitque illam vitam beatam atque illuſtrem, Qui ſuis verbis eandem vim tribuebant, ac ſi dicerent, nullum eſſe coelum atque infernum, niſi qui intus ſunt in hominibus. Haec dogmata Keithus in horum hominum ſermonibus ac concionibus notabat.* Equidem vix poſſe aliter docere Quackeros exiſtimo, ſi primis diſciplinae ſuae elementis convenienter docere velint. Vix nimirum habent aliquid, quod ſuis diligentius inculcent, quam hoc: Literam & corticem ſacrorum librorum negligendum, medullam vero eorum unice ſpectandam eſſe, omnem Servatoris noſtri Hiſtoriam, omnes ſanctorum virorum res geſtas, immo univerſum ſacrum codicem *myſtice* ac *ſpirituali*, quem vocant, ſenſu intelligendum & explicandum eſſe: quo ex praecepto quidnam ſequatur, manifeſtum eſt. Ante ortam Quackerorum ſectam *Henr. Nicolai*, qui Saeculo XVI. Belgium fanaticis opinionibus ſuis turbavit, ejusdem graviſſimi erroris particeps fuiſſe dicitur, quippe quem *Jo. Hornbeeckius in ſumma controverſ. Lib.* VI. *p.* 397. docuiſſe memorat: *Nullam futuram eſſe corporum poſt mortem reſurrectionem, ſed omnem reſurrectionem in hac vita contingere, nec eſſe aliam, quam ex peccatis.*

Digitized by Google

animos, si talibus perpetuo uterentur corporibus, qualia haec, quae gerimus, nostra sunt, concreta nimirum & gravia, neque ullo ea modo mutarentur, multum a summa perfectione sejunctos fore. *Pythagorae*, *Platonis*que discipuli semper molestias terreni corporis deplorarunt, nec illud aliter, quam carcerem, & vivum animi sepulcrum spectarunt. Nec dissimiles loquendi modi in nonnullis sacri codicis oraculis exstant: (*) καὶ γὰρ, ait *Paulus*, ἐν τούτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι, ἐπιποθοῦντες. *Etenim in hoc gemimus; domicilium nostrum coeleste superinduere cupientes.* Item: (†) καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν βαρούμενοι ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι· ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. *Nam qui sumus in tabernaculo, gemimus onerati, quandoquidem nollemus exui* (id est, omni plane corpore spoliari & nudari) *sed superindui, ut mortalitas conficiatur a vita.* Alio loco: (§) καὶ αὐτοὶ, inquit, τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν, υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν. *Nos quoque qui spiritus primitias habemus, intra nos ipsos gemimus, adoptionem expectantes, liberationem nostri corporis*, id est, liberationem ab omnibus illis malis, morbis & aegritudinibus, quibus opprimuntur, dum hic vivunt, corpora. Igitur numquam a me impetrem, ut durum illud onus atque pondus, cujus vim & gravitatem bonorum virorum animi hac in vita aegerrime ferunt, vehementerque & anxie a se amotum cupiunt, eo tempore, quo resurgent mortui, denuo impositum illis iri, & sine ulla quidem spe vacuitatem hujus aliquando miseriae impetrandi, credam. Etenim talis si nobis promissa esset corporum defunctorum animatio, non male (*c*) *Plotinus*, qui fortassis perperam sibi persuasit, sic esse intelligenda, quae Christiani de resurrectione perhiberent, vocasset eam ἀνάστασιν εἰς ἄλλον ὕπνον, *resurrectionem ad alium somnum*; nimirum in hac vita non plane vigilare videtur animus, verum nebulosis crassioris hujus corporis exhalationibus, vaporibusque conturbari & veluti torpescere ac obtundi. Hinc *Libri sapientiae* auctor: (**) *Corpus mortis obnoxium, gravat animam, & terrenum domicilium deprimit mentem curis implicatam.* Quod si dicta sacri Codicis, quibus de futura corporum resurrectione exponitur, rite ponderemus, multo plus haec res lucis & claritatis accipiet. Principio *Paulum* vanam hominis philosophi a Christo alieni curiositatem, hanc quaestionem sibi proponentis: (††) *Quomodo suscitantur mortui? Quali etiam corpore prodeunt?* ita comprimere videmus: *Stulte* (tu, qui dogma Christianorum de nova corporum animatione, cujus vim haud comprehendis, temere pervertere atque depravare studes) *quod tu seris, non vivificit* (ita, ut producat aliquid & ex se proferat) *nisi mortuum antea fuerit. Quodque seris, non corpus oriturum seris, sed nudum granum, verbi gratia frumenti aut alicujus ex reliquis seminibus: verum Deus* (lege naturae ordinaria) *dat ei corpus,*

(*) 2 Cor. V. 2. (†) vs. 4. (§) Rom. VIII. 23.
(**) Sap. IX. 15. (††) 1 Cor. XV. 36. s.

(*c*) *Plotinus*] Fugit me hic *Plotini* locus, tametsi, ut eum reperirem, haud parum temporis consumserim. Vereor, ne memoria fefellerit doctissimum virum, isque *Plotino* voces has suppeditaverit, non vero apud eum scriptas invenerit. Sed nihil tamen definio, quum & me legentem attentio destituere potuerit.

(*d*) *Col.* I. 12.] Vix, immo ne vix quidem, adducor, ut hanc interpretationem verborum *S. Pauli* probem. Εὐχαριστοῦντες, inquit sanctus homo, τῷ πατρὶ τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὸν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί. *Agimusque patri gratias, qui nos idoneos reddidit ad participandam sanctorum sortem in luce.* Ex sententia doctissimi viri his verbis haec est potestas subjecta: *Gratias nos Deo decet agere, quod aliquando luce concreti hujus*

&

Digitized by Google

corpus, *uti placuit ei* (culmum & ſpicam granis, valvulis ſuis concluſis, repletam: quod idcirco corpus nec mole, nec natura idem eſt, atque illud, quod terrae mandatum erat.) Nec vero unum idemque corpus omnibus *dat* ſeminibus, *verum ſingulis ſeminibus ſuum donat corpus*, (aliam nimirum ariſtam tritico, aliam hordeo attribuit.) Quorum ego *Pauli* verborum hanc eſſe vim ac ſententiam reor: Scias velim, o homo, corpus, quod nos hac in vita tegit, non ſecus eſſe ſpectandum, atque ſemen ejus corporis, quod in reſurrectione proditurum eſt; quod propterea certo ſenſu diſcrepat ab hoc noſtro corpore, alio vero ſenſu non differt ab eo. Neque haec ſolum, quae generatim & univerſe vir divinus de utriusque corporis, praeſentis & futuri, differentia praecipit, veterum philoſophorum ſcitis apte congruunt, verum etiam, quae ſigillatim ſacri ſcriptores hac de re memorant ab antiquae ſapientiae decretis non multum diſtant. Primum corpus praeſens *ſeri* (*) dicitur *cum mortalitate*, at futurum *cum immortalitate* proditurum eſſe. Etenim (†) *filii reſurrectionis mori amplius & interire nequeunt.* Tumque temporis *mors abſumetur a vita.* (§) Quare quod philoſophi veteres animis corpore mortali ſecluſis attribuunt corpus, quodque divini libri reſurrecturum eſſe tradunt, utrumque eſt σῶμα ἀθάνατον & αἴδιον (2. *Cor.* V. 1.) *immortale* ac *aeternum corpus.* Deinde corpus, quod ſeritur, (**) *foedum* in ſacris dicitur tabulis, *plenum ignominiae*, *gloria deſtitutum:* quapropter & *Paulo* (††) τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, *corpus humilitatis noſtrae*, audit, corpus nimirum, quod reſpondet ſtatui miſero animi in peccata delapſi. Illud autem, quod reddetur nobis aliquando, corpus, (§§) erit *corpus glorioſum*, σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, (***) *ſimile corporis glorioſi Jeſu Chriſti:* qui quidem ſanctiſſimus Servator noſter, quum aliam in monte formam indueret, ſplendenti erat, ſolis inſtar, facie, veſtitusque ejus, quemadmodum lux candebat. Omnis corporum gloria binis continetur rebus: proportionis membrorum concinnitate ac pulcritudine, ſplendoreque eorum ac claritate. Sic alia dicitur (†††) *ſolis* eſſe *gloria*, alia *lunae*, alia reliquorum *ſiderum*; quod idem ſignificat, ac ſi vir divinus ſcripſiſſet: corpore haec diverſo ſunt ſplendore, nec aequali luce fulgent. Ergo corpus, quo aliquando juſti erunt circumdati, & philoſophorum diſciplina & ſacri codicis auctoritas σῶμα fore pronuntiat φωτεινὸν, σῶμα αὐγοειδὲς, σῶμα ἀστροειδὲς, *corpus glorioſum*, *lucens*, *ſplendidum*, *ſtellarum referens lucem.* *Sap.* III. 7. ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀναλάμψουσι. *Juſti eo tempore, quo ſuſcitabuntur, clariſſime fulgebunt.* *Dan.* XII. 2. 3. *Periti autem fulgebunt, ut fulgor aethereus, quique multos reddiderint juſtos, erunt ſtellarum ſimiles in omnem aeternitatem.* *Matth.* XIII. 43. *Juſti ſolis ritu relucebunt in regno patris ſui.* Quibus locis veriſimile fit, hoc glorioſum etiam corpus indicari, quando *Paulus de ſorte Sanctorum in luce* loquitur (*d*) *Col.* I. 12. Tertium, quod philoſophos hac in re cum Chriſtianis,

(*) 1 Cor. XV. 42. (†) Luc. XX. 36. (§) 1 Cor. XV. 54.
(**) 1 Cor. XV. 43. (††) Phil. III. 21. (§§) 1 Cor. XV. 45.
(***) Phil. III. 21. (†††) 1 Cor. XV. 41.

& ponderoſi corporis aliud corpus ſplendidum & lucens edepturi ſumus. Fallor, aut omnes nimis jejunam dicent, nec divino viro ſatis dignam hanc orationem. Primum vehementer obſcure *S. Paulus* loquutus eſſet & a conſuetudine vulgari remote. Quis enim, obſecro, ſine interprete intelligat μορίς τῷ πλήθει τῷ ἀγίων ἐν τῷ φωτὶ idem eſſe, quod σῶμα φωτεινόν? Deinde cur ſanctus homo ex omnibus beneficiis, quibus per *Chriſtum* affecti ſumus, & ex coeleſtibus bonis, quae per illum nobis parta ſunt, unam illam corporis felicitatem, quam reſurgentes adipiſcemur, exemiſſet & propter hanc potiſſimum Deo gratias agendas eſſe, tradidiſſet? Ultimum fere locum hic ſplendor corporis,

1061 tianis, ſigillatim (*e*) *Hieroclem* cum *Paulo* conjungit, hoc eſt, quod uterque praeſens hocce corpus σῶμα ψυχικὸν, *corpus animale*, (*) futurum σῶμα πνευματικὸν *corpus ſpirituale* appellat. Nomen vero *corporis ſpiritualis* in ſacro codice non modo ſummam tenuitatem atque ſubtilitatem indicat; ſed, quemadmodum praeſens noſtrum corpus ψυχικὸν appellatur, quoniam ad vitam illam animalem, quam cum beſtiis ratione carentibus communem habemus, accommodatum eſt, ita futurum πνευματικὸν ſeu *ſpirituale* propterea quoque dicitur, quia animis in *ſpiritu mentis ſuae* renovatis, aut illis, in quibus Dei ſpiritus agit & dominatur, vimque ſuam & poteſtatem exercet, conveniens plane & aptum factum eſt. (†) *Eſt corpus animale & eſt corpus ſpirituale. Factus eſt prior homo Adamus animal vivens, poſterior autem Adamus ſpiritus vivificus.* Hinc ψυχικοὶ qui nominantur in ſacro codice, iidem ſunt, quos ſpiritus Dei non intus alit & gubernat, οἱ πνεῦμα μὴ ἔχοντες. Atque *Paulo* auctore, (§) ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ, *homo animalis non capit ea, quae ſpiritus Dei ſunt.* Spiritus hic in divino codice quoque vocatur *arrhabo haereditatis noſtrae*, *Eph.* I. 14. atque *arrhabo ſpiritualis* illius, quod exſpectamus, & *coeleſtis corporis* 2. *Cor.* V. 5. Eidem virtus attribuitur mortalia haec corpora rurſus animandi *Rom.* VIII. 11. *Si ſpiritus ejus, qui ſuſcitavit Jeſum ex mortuis, habitat in vobis, is qui excitavit Chriſtum ex mortuis vivificabit etiam mortalia corpora veſtra per inhabitantem ipſius ſpiritum in vobis.* Neque (*f*) *Hierocles* ab hac notione ſpiritualis corporis, quam ſacer codex ſuppeditat, multum alienus eſt, id quod haec ejus

(*) 1 Cor. XV. 44. (†) 1 Cor. XV. 45. (§) 1 Cor. II. 14.

poris, quem exſpectamus, inter jura & gaudia beatorum tenet: quidni ergo potius ob ea, quae majora ſunt & praeſtantiora, ob dotes, quibus animus in coelis collocatus exornabitur & reliquas aeternae felicitatis partes, Deum collaudandum eſſe, monuiſſet? Tota denique orationis ſeries huic repugnat expoſitioni: ex qua quidem manifeſtum eſt, omnia bona, quae *Chriſtus* morte ac perpeſſionibus ſuis hominibus peperit, nomine κλήρου τῶν ἁγίων a ſancto viro comprehendi. Et facile ſentiunt, qui orationi eius ſunt adſueti, imaginem & figuram in his verbis latere a diſtributione terrae ſanctae, inter Iſraelitas olim facta, petitam. Non mediocre, inquit, Deo beneficium debebant olim, quibus pars in terra Canaan, quae haereditas & poſſeſſio erat populi Dei, a Joſua aſſignabatur: at multo major illis obtingit felicitas, qui per fidem in *Jeſum* partem in regno coelorum accipiunt inter cives Dei & jus inde nanciſcuntur ad futura illa bona, quae promiſſa ſunt poſt hanc vitam illis, qui *Chriſtum* hic vere conſectati ſunt. Verba ἐν τῷ φωτὶ, tametſi varie ea explicari haud neſciam, mihi rem illam deſignare videntur; per quam apti reddantur Sancti ad hanc felicitatem conſequendam. Haec vero eſt coeleſtis doctrina a *Chriſto* hominibus patefacta, quam fide complectimur. Notum ſcilicet eſt, in ſacris litteris hanc ſalutarem Euangelii doctrinam φῶς ſeu *lucem* dici, eique ſub nomine σκότους, veterem ignorantiam & nefandam populorum ſuperſtitionem opponi: quod in hoc ipſo etiam loco fit. Particulam vero ἐν pro εἰς innumeris poni ſacrorum librorum novi foederis locis nemo neſcit, qui vel ſanctiores litteras attigit. Quare totum locum ſic eſſe intelligendum arbitror: *Decet nos magnis Deum laudibus celebrare, qui per lucem Euangelii, quam recepimus, aptos & idoneos nos reddidit ad partem regni coeleſtis in his terris obtinendam & ad bona illa, quae in coelo ſanctis ſunt deſtinata, aliquando impetranda.* Egregie hanc expoſitionem confirmat ſimilis locus, qui *Act.* XXVI. 18. legitur, quo *Paulus* dicitur miſſus eſſe *ad convertendos populos a tenebris* (antiquis & peſtiferis ſuperſtitionibus & erroribus) εἰς φῶς, *ad lucem* (ad veram ſupremi Numinis cognitionem) *ut accipiant peccatorum remiſſionem* καὶ κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πίστει τῇ εἰς ἐμέ. Poſteriora verba plane reſpondent illis, in quorum ſenſum hic inquiritur. Quod ip noſtro loco *Paulus* φῶς dicit, id hic πίστιν εἰς Χριστὸν nominat: quae quidem ſola jus civitatis Dei & partem haereditatis ſanctorum nobis peperit.

(*e*) *Hieroclem*] *Comm. in aurea carmina Pythag. p.* 214. Vide, quae ſupra jam hoc de loco *Hieroclis* dicta ſunt.

(*f*) *Hierocles*] *Comm. in aurea carm. p.* 217. Melius de mente conſtabit philoſophi, ſi locum ipſum integrum transferam. Differit in illo de fructu, quem coeleſte corpus animi ex purgatione,

Digitized by Google

ejus verba, quibus naturam corporis hujus explicat, declarant: ὃ τῇ τοιᾷδε πλαστικῇ τῆς ψυχῆς συνάπτει. *Spirituale corpus illud eſt, quod animi intellectuali perfectioni reſpondet.* Addo, veteres Hebraeos *ſpirituale corpus* hoc vocare כנפי הנשר, *aquilae alas*: de quo memorabilis hic exſtat in *Gemara Sanhedrin* locus (*Cap.* 2. *fol.* 92. *Col.* 2.) אם תאמר אותן שנים שעמיר ת'קבת לחרש בהן את חעולם צדיקים מה הן עושין תקבה עושה להן כנפים כנשרים ושטין על פני המים: *Si quaeris, quid de juſtis futurum ſit, quum Deus orbem renovabit, reſpondeo: Deus addet illis alas, illis aquilarum ſimiles, quibus adjuti volabunt ſuper faciebus aquarum.* Praeter haec ſicut praeſens hocce corpus *terrenum* nuncupatur in ſacris litteris, ita futurum illud, quod aliquando induent beati juſtorum animi, *coeleſte Paulo*, non ſecus ac Pythagoraeis, vocatur: qui vero hoc induent corpus, ἐπουράνιοι ἄνθρωποι, *homines coeleſtes*, ſancto viro nominantur. 1. *Cor.* XV. 48. *Qualis ille coeleſtis, tales & qui coeleſtes erunt.* Neque hoc magnopere a Chriſtianorum abhorret diſciplina, quod philoſophi veteres, hominibus & daemonibus ſeu geniis unum eſſe idemque corpus *lucens, coeleſte, ac aethereum*, σῶμα αὐγοειδὲς, ἠθέριον, & αἰθέριον aſſeverarunt. Notum eſt, quod Servator noſter olim pronuntiavit: (*) *Quibus futuram illam vitam adſequi & ex mortuis ſurrexiſſe contigit, ii nec ducunt uxores, nec nubunt, quippe quum jam mori nequeunt, ſunt enim ἰσάγγελοι, angelorum ſimiles.* Hoc pronuntiatum non male prorſus nos facturos declarat, ſi corpus illud, quod ſanctis aliquando reſurgentibus reſtituetur, corpus *angelicum* aut *angelorum ſimile* (*g*) vocemus. Qua quidem in re

(*) Luc. XX. 36.

ne, quam praeſcripſerat, capere queat: Διὰ τοῦτο, inquit, ἀπαθάνατος τρόπον τινὰ ἡ σωμάτων, καὶ θνητὸν πλαστὸν τινὰ, τὸ τῇ τοιᾷδε τελειότητι τῆς ψυχῆς συνάπτει. *Illis* (purgationibus) *reviviſcit quodammodo* (lucidum animae vehiculum) *& ſe ipſum colligit, divinoque vigore impletur & animi intellectuali perfectioni conjungitur.*

(*g*) *Vocemus*] Mihi vero non antea id cuiquam licere videtur, quam certum fuerit, quod hic aſſumi videtur, *angelis* eſſe corpora, illis corporibus glorioſis, quae beati rurſus in extremo hujus orbis die induent, ſimilia. Quomodo enim corpora ſanctorum *angelica* vocari poterunt, ſi conſtet, nulla eſſe ſanctis geniis, quos *angelos* dicimus, corpora? Dictum Servatoris noſtri, quo ſanctos aliquando ſimiles angelorum fore pronunciavit, ad hanc rem temere trahitur, quod quidem alio jam loco demonſtratum dedimus. Namque *Chriſtus* haud reſpectu corporum, quibus praediti erunt, beatos & futurae vitae participes cum angelis comparat, ſed ratione immortalitatis, & eorum, quae conſequuntur ex immortalitate. Veterum Ebraeorum & *Tertulliani* levis plane ac nullius eſt ponderis in hoc negotio auctoritas. Illi quidem, quod neminem facile fugit doctiorum, ex Platonicorum praeceptis ſuos irrigarunt hortos; hic vero, communem prope antiquorum doctorum opinionem probavit, qui angelis corpora ſolent attribuere; quod qui facit, is nihil mirum eſt, ſi & carnem illis adſcribat, & beatos iisdem, quibus angelos, corporibus inſtructos fore, conſtituat. *Nachmanidis* liber ad manus mihi non eſt, ut de ſenſu loci, qui affertur hic, ſententiam ferre queam: *Tertulliani* vero locus *libro de carnis reſurrectione Cap.* 26. *p.* 214. ita ſe habet: *Sic & apud Eſajam:* Bona terrae edetis, *bona carnis intelliguntur, quae illam manent in regno Dei reformatam & ANGELIFICATAM & conſecuturam, quae nec oculus vidit, nec auris audivit.* *Auguſtini*, quem in ora libri deſignat vir doctiſſimus, locus, is eſt haud dubie, qui *Libro de diverſis quaeſtionibus octogintatribus Quaeſt.* XLVII. *p.* 14. *Tom.* VI. *Opp.* legitur: *Quaeri ſolet quomodo poſt reſurrectionem atque immutationem corporis, quae ſanctis promittitur, cogitationes noſtras videre poſſimus. Conjectura itaque capienda eſt ex ea parte corporis noſtri, quae plus habet lucis: quoniam angelica corpora, qualia nos habituros ſperamus, lucidiſſima atque aetherea eſſe credendum eſt: ſi ergo multi motus animi noſtri nunc agnoſcuntur in oculis, probabile eſt, quod nullus motus animi lateat, quum totum fuerit corpus aetherium, in cujus comparatione iſti oculi caro ſunt.* Veritus eſt *Auguſtinus*, ne hunc ita locum aliqui acciperent, ac ſi omnibus ſine membris & ſine carne fore credidiſſet corpora, quae recipient aliquando beati reſurgentes. Itaque emendavit eum quodammodo *Retractat. Lib.* I. *Cap.* 26. *Tom.* I. *Opp. p.* 28. ubi, *Quod dixi*

re magnis praeterea auctoribus utemur, priscis primum Hebraeis, quos corpus illud הנפש בושות המלאכותי, *vestimentum animae angelicum* vocasse, *Nachmanides*
1062 in *Shaar Haggemul* tradit, deinde *Tertulliano* ipso, qui *carnem* illud *angelificatam* appellavit. (*) Postremo *Paulus* non modo qualia futura sint resurgentium corpora, sed etiam qualia non futura sint, indicat. (†) *Hoc autem dico, fratres, carnem & sanguinem non posse regni Dei haereditatem consequi: neque corruptio ad haereditatem incorruptibilitatis perveniet.* Credo, neminem ita fore insipientem & stolidum, ut hoc dictum figuratum esse pugnet. Quocirca id ex eo perspicuum est, futurum illud, quod sancti praestolantur, corpus non hoc nostrum fore corpus concretum atque grave, extrinsecus quidem inauratum atque lucenti veluti crusta obductum, verum intus sordidum, foetidum, casumque semper & ruinam minitans, omnia denique illa mortalitatis & corruptionis initia & semina sinu suo arcens & continens, quibus antea laboraverit. Cujus quidem generis & naturae si hoc foret corpus, perpetuo miraculo foret opus ad illud conservandum, nec nisi magna virtute contra lethi semper impendentis morsus defendi posset. Verum vir divinus ipsam corporis hujus interiorem naturam & indolem ita mutatum iri significat, ut qui ejus fiant participes nullo plane modo extingui & interire queant. Cave vero existimes, quae de corpore resurgentium sanctorum adhuc dicta sunt, universe ac generatim accipienda esse & in omnes omnino illos valere, qui extremo illo judicii & divinorum comitiorum die sepulcra sua relicturi atque in con-
2063 spectum omnium prodituri sunt. Non omnes, bonos malosque similibus praeditos fore corporibus *coelestibus*, *gloriosis*, & *spiritualibus* sanctus homo praecipit, sed de *ἀναστάσει ζωῆς*, *resurrectione vitae*, quam Servator noster, *Jesus Christus*, quoque,

(*) Sic & *Augustinus corpora angelica* nominat & *qualia sunt angelorum.*
(†) 1 Cor. XV. 50.

dixi, inquit, *Angelica corpora, qualia nos speramus habituros, lucidissima atque aetherea esse credendum est, si hoc sine membris, quae nunc habemus, & sine substantia, quamvis incorruptibilis, tamen carnis, accipiatur, erratur.* Addam ego alium hujus non dissimilem *Augustini* locum ex *sermon.* CCCLXIII. *de cantico Exodi* §. 30. *p.* 1002. *Tom.* V. *Opp. Haec igitur vita sanctorum etiam corpora eorum commutata in* COELESTEM & ANGELICUM *statum sic implebit atque immortaliter vegetabit, ut ab illa beatissima contemplatione & laude veritatis nulla corruptio necessitatis avertat aut evocet.* Sed quod de *Tertulliano*, idem de *Augustino* dixerim. Etenim favit illis magnus hicce vir, qui esse angelis olim existimarunt corpora, tenuissima licet ac subtilissima, id quod multis ejus locis testatissimum fecit *Dion. Petavius Dogmat. Theologicor. Tom.* III. *Lib.* I. *de Angelis Cap.* 2. §. 9. *p.* 5. *f.* Addere vero, meo judicio, doctissimus Jesuita debuisset, non ita fuisse huic opinioni addictum *Augustinum*, ut eum certam & minime dubiam esse, crederet. In *Epistola* certe XCV. *Tom.* II. *Opp. p.* 197. ubi hanc quaestionem ex instituto tractat: *Utrum angeli habeant corpora, an spiritus tantum sint?* primo quidem rationes quasdam affert, propter quas credibile censeat esse, habere angelos corpora; at his tamen expositis, rem omnem in medio relinquit: *Sed*, inquit, *sive habeant angeli corpora, sive quisnam possit ostendere, quemadmodum corpora non habentes gerere illa omnia potuerint, in illa tamen civitate sanctorum*, & quae sequuntur. Ex quibus quidem liquet, probabiliorem quidem *Augustino* visam esse eorum sententiam, qui corpora putent esse angelis, nec tamen ita veram atque certam, refelli ut minime & falsitatis convinci queat. Nihilo tamen minus quum veri duceret simile, angelos corporibus vestitos esse, naturamque corporum illorum, quae beati gerent aliquando, comparatione quadam illustrare vellet, vix potuit aptius adhibere exemplum, quam angelorum, quae credebat, corpora. Liceat mihi magnis hisce auctoribus *Methodium* addere apud *Photium in Bibliotheca Cod.* CCXXXIV. *p.* 923. πῶς τὸ ἐκ καθαροῦ ἀέρος καθαρὸν πῦρ συνεστῶτος σύγκριμα τῆς τῶν ἀγγέλων ὁμοίωσιν ἐπέχει, ἢ δύναται γὰρ ἴσχειν τοιότητα. *Quidquid ex puro aëre & puro igne componitur & angelicis naturis consubstantiale est, illud non potest habere terrae qualitatem.* De corpore eorum, qui resurgent, loquitur. Alios, quos

que, (*) eminentiori quodam ſenſu, ἡ ἀνάστασις ἐκ τῶν νεκρῶν, *reſurrectionem ex mortuis*, vocat, ſeu de iis, quorum in vitam reditum beata conſequetur immortalitas, verba facit. Cujus qui reſurrectionis compotes aliquando fient υἱοὶ ἀναστάσεως, *filii* quoque *reſurrectionis* a Servatore (†) nominantur. Hanc *Paulus* unice *decimo quinto epiſtolae ad Corinthios capite* perſequitur: hanc nos dicimus bonorum virorum animis id allaturam eſſe felicitatis & gaudii, ut corporibus jungantur coeleſtibus, immortalibus, ſpiritualibus, gloriaeque omnis plenis. Exſtitit inter veterum Latinorum poëtas, qui quod homines appetere poſſunt, extremum ultimumque omnium bonorum, his verbis complexus eſt: *ut ſit mens ſana in corpore ſano.* His mihi binis rebus univerſa quoque Chriſtiani hominis futura felicitas contineri videtur. Primum quo beati evadamus, neceſſe eſt, nos *intus regenerari ac renovari in ſpiritu mentis noſtrae*, omni carnis ſpiritusque commaculatione purgari, atque vitae naturaeque divinae participes fieri. Deinde extrinſecus veſtiri nos oportet corpore glorioſo, coeleſti, ſpirituali, omnisque corruptelae ignaro. Sacri codicis nos oracula edocent, animos, dum his terrenis corporibus, fragilibusque domiciliis concluſi ſunt, non domi eſſe, verum peregrinorum & advenarum inſtar extra patriam verſari: quod ipſum etiam profeſſi ſunt amici Dei, qui veteri vixerunt aevo, aperte quaeri a ſe patriam, non illam unde egreſſi eſſent, verum coeleſtem, teſtificantes. (§) His ſacrarum litterarum effatis multi adduci ſeſe patiuntur, ut animos primum credant a Deo puros, omnisque maculae expertes conditos eſſe, coeleſtibusque corporibus indutos, antequam in his terris naſcerentur, vixiſſe, at poſtea ſedes ſuas deſeruiſſe & in haecce corpora delapſas eſſe. In his (*b*) *Philo* eſt, qui, Ἀπλῶς, inquit, μὲν δὴ ἡ ψυχὴ τὸ ἀγένητον πᾶν, καθάπερ εἰς ξένην χώραν ἦλθε, τὸ σῶμα.

(*) Luc. XX. 25. (†) l. c. (§) Ebr. XI. 13. 14.

quos colligere poſſem, hujus generis locos, praetermitto.

(*b*) *Philo*] *Libro de agricultura* p. 197. Adde eundem *Libro*, *quis divinarum rerum haeres* p. 519. & aliis in locis. Conſtat vero hunc Judaeum praeceptorum Platonicorum, quae aetate eius Alexandriae publice tradebantur, amore ita fuiſſe captum, ut *Moſen* ad *Platonis* ſententiam ubique trahere non vereretur. Quod ſi illi, qui animos ante corpora volunt exſtitiſſe, nihil ex ſacris litteris aliud ad hoc dogma ſuum probandum afferre poſſunt, quam illa dicta, in quibus ſancti homines hoſpites & advenae in hac terra eſſe, patriamque meliorem quaerere dicuntur, cauſſa certe ceciderunt. Eſt nimirum in omnibus hiſce locis translatio a rebus humanis ſumta; comparatio videlicet vitae hujus cum vita, quam homo in terra peregrina, amicis & neceſſariis deſtitutus, degit, & coeleſtis gloriae cum ſuavi illo vitae genere, quod homo vivit inter familiares ſuos in loco, ubi natus & educatus eſt. Quis vero neſcit, ejusmodi locos figuratos non eſſe nimis premendos, neque argumenta ex illis duci poſſe ad dogmata quaedam vel probanda, vel rejicienda? Decet nos, quod notum eſt, in omni ſimilitudine momentum illud unice ſpectare, ex quo comparatio potiſſimum ducitur, nec ultra meditando progredi. At manifeſtum eſt, coelum patriam noſtram vocari unice a divinis viris propter vitae jucunditatem & ſuavitatem, quam in eo praeſtolamur: terram vero hanc locum exilii propter moleſtias, quas in illa nos ſuſtinere oportet. Longius qui proferre fines hujus comparationis volet, is & ipſe peccabit, & aliis commenta commentis addendi locum faciet. Quid enim reſpondeas hominis ſic rationem ſubducenti: Coelum eſt patria noſtra: In patria ſunt parentes, cognati, & amici noſtri: igitur & animus in coeleſti patria familiam, genitores, propinquos, fratres, ſorores, & alios neceſſarios relinquit? Eamdem ſi viam illis ſequi placeat, qui negant exſtitiſſe animos ante corpora, facile, quod in rem ſuam convertant, vicissim reperient. Gaudium coeleſte, verbi cauſſa, cum convivio paſſim conferatur a ſacris ſcriptoribus, item cum haereditate & aliis rebus. Ad convivium vero qui vocatur, is ad delicias vocatur, quibus antea caruit, & haereditatem qui adit, is bonum aliquod adipiſcitur, quod numquam antea poſſederat. Ex his ergo conſequetur imaginibus, animos corporibus concluſos, quum diſcedunt hinc ad coelum, ad delicias & gaudia numquam antea cognita migrare, bonorumque participes fieri,

σῶμα. *Animus, poſtquam coeleſte relinquit domicilium, in corpus hoc, tamquam in locum peregrinum venit.* Quidquid id eſt, hoc quidem dubio caret, praepotentem Deum, animorum noſtrorum parentem ac conditorem, voluiſſe primum, ut illi longe alia corpora, regionesque alias, tamquam patriam ſuam, aeternasque ſedes incolerent: ad nos vero quod attinet, non id, *quod ſpirituale, primum eſt*, nobis, *verum illud, quod naturale, at ſpirituale deinde conſequitur id, quod eſt naturale.* Scio non deeſſe, qui ſibi perſuaſerunt, quoniam *Paulus* futurum illud reſurgentium cor-
1064 pus (*) οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανῦ, *domum noſtram ex coelo*, aut aedes illas, quae ex coelo deſcendunt, appellet, ideo corpus hoc nullo modo cognatum fore gravi huic noſtro & ex carne conflato corpori, aut ex eo fabricatum iri. Non eſſe hi neceſſarium arbitrantur, quo unus idemque reſurgat homo, ut omnes ejusdem materiae illius, ex qua conſtitit olim, particulae in eo collectae ac congregatae ſint. Neque enim nos, quemadmodum obſervant, iidem ſemper manemus, verum corpora noſtra fluminis inſtar labuntur atque perpetuis exſpirationibus, quas ne ſentimus quidem, mutantur. Nec ſanus quisquam dixerit, eamdem nobis adhaereſcere materiae molem, dum juvenes ſumus, non minorem aut majorem, quam ad ſenectutem provecti gerimus. Hae tamen corporum viciſſitudines & converſiones non obſtant, ne iidem perſeveremus homines eſſe. Haec illi quidem: Nos vero ſanioris philoſophiae praeceptis & obſervationibus edocti ſumus, nullam eſſe materiae *ſpecificam*, quam vocant, ac *eſſentialem* differentiam, ſed denſiſſima licet, maximeque concreta corpora, unius motionis beneficio, non modo pellucentia fieri, verum etiam ad tenuiſſimi aetheris exilitatem & caſtitatem perduci poſſe. Et quis, quaeſo, neſcit aut dubitat, idem illud Servatoris noſtri corpus, quod in ſepulcro reconditum jacuit, poſtquam ſurrexerat, coeleſte ac ſpirituale corpus eſſe factum? Cujus quidem corporis ſumma tenuitas & ſubtilitas vel ex eo manifeſta eſt, quod, foribus obſeratis, domum intravit, oculisque diſcipulorum repente ſeſe ſubduxit. Et tum tamen temporis ſplendor ejus reprimi debuit, partim quod oculi diſcipulorum tanto lumini ferendo minime pares erant, partim quo mentibus eorum veritas reſurrectionis *Jeſu Chriſti* tanto fieret certior & evidentior. Quae quum ita ſint, hunc ita locum concludimus, ut Chriſtianos, qui corpora noſtra vitae ſuae reſtitutum aliquando iri docent, non id ſibi velle conſtituamus, mentes noſtras miſeris hiſce, quibus nunc utimur, craſſisque corporibus, vilibus illis pannis, quibus mortalitas ingenita eſt, denuo junctum iri, verum hoc docere, imbecille corpus hoc glorioſi corporis Chriſti ſplendorem olim conſequuturum, atque mortalitatis loco immortalitatem adepturum eſſe.

§. XXIV.

(*) 2 Cor. V. 1.

quibus prorſus antea caruerant: quod quidem dogmati eorum plane repugnat, qui animos fuiſſe tradunt, priusquam corporibus jungerentur. Omitto, totum *Davidem* animo & corpore conſtantem, queri, ſe advenam hic & peregrinum eſſe, nec mentes tantum ſanctorum, ſed totos ſanctos dici patriam quaerere. Quocirca ſi ex hiſce dictis animos deſcendiſſe in hunc orbem ex locis coeleſtibus efficitur, ex iisdem effici neceſſe eſt, corpora quoque inde veniſſe atque meliori ex ſtatu in hunc miſerum & aerumnoſum deturbatos eſſe.

(*i*) *Origenes*] [Hodie Lebnitiani ſic ſentiunt. Vid. *Leibnitii Epiſt.* 203. 207. Alias & *Tom.* II. *p.* 437.] Non haec unius fuit olim *Origenis* ſententia, Deo ſoli datum id eſſe, ut ſine ullo corpore vivere ac agere queat, ſed pleroruinque Chriſtianae civitatis primis ejus ſaeculis doctorum. Ne ipſi quidem *Origenis* adverſarii, quod reprehenderent, in hac ejus opinione invenerunt. Omnium inſtar *Methodius* ſit, quem confutaſſe notum eſt *Origenem*, qui apud *Photium Bibl. Cod.* CCXXXIV. *p.* 931. ita: ἀγὼν ἀγήρατος καὶ ἀνώλεθρος καὶ ἀκήρατος φύσις

Digitized by Google

§. XXIV. Hactenus duo esse intelleximus, quae Christianae disciplinae sectatores, veteresque philosophos in doctrina de animae corpore conjungunt & sociant. Utrique primum consentiunt, non in eo summam, expletamque consistere animorum humanorum felicitatem, ut ab omni plane corpore sejuncti & secreti vivant. Utrisque deinde placet, numquam perfecte beatas fore mentes nostras, si societas earum cum gravi hoc nostro & terreno corpore, sine ulla ejus mutatione, dirimi numquam posset: contra utrique animos praecipiunt hospites & peregrinos esse, quamdiu corpus hoc induti sunt, ejusque onere non mediocriter deprimi, fore autem, ut bonorum virorum animi glorioſa, immortalia, spiritualia, & coelestia tandem nanciscantur corpora. Equidem haud dissiteor, controversiam hanc: Utrum humani animi numquam corpore prorsus liberentur, atque crasso hoc, terrenoque corpore relicto, omni spolientur minime ac denudentur corpore, verum certum quoddam tenue, subtile, ac spirituale corpus retineant, ac indissolubili sibi junctum habeant vinculo? An vero quotquot corpore decesserunt animi, ab ipso mundi hujus exordio ad hoc usque tempus sine omni corpore versati sint & ad extremum usque diem, mortuorumque corporum novam animationem versaturi sint? hanc, inquam, fateor ego controversiam nondum ita esse inter Christianos diremtam atque definitam, ut quid constituere deceat, decretum sit publice. At nihilo tamen minus ex sacris oraculis hoc primo est perspicuum, animos nostros, terreno hoc ex corpore abeuntes, non aut morti dari, aut somno oppressos jacere, dum vox supremi judicis vitam restituat corporibus, verum vivere semper ac vigilare. (*) Servator noster *Jesus Christus omnes vita functos Deo vivere* (†) pronuntiat: cujus effati hanc ego judicem sententiam esse, eos, qui extinguuntur & obeunt, mortuos tantum hominibus videri hanc terram habitantibus, minime vero aut sibimetipsis, aut Deo interiisse: Vitam eorum non esse deletam, sed e conspectu tantum nostro sublatam: exiisse eos e scena illa, in qua nos versari, personamque sustinere pergimus. Confirmat hanc interpretationem *Pauli* locus, quo ipse Servator noster *Jesus Christus*, postquam ex mortuis surrexit, *Deo vivere* dicitur *Rom.* VI. 10. Quod quidem argumento est, eos, qui *Deo* traduntur *vivere*, non minus vivere putandos esse, quam vixerunt, dum inter homines commorati sunt. Deinde proprium hoc & peculiare uni divinae naturae videtur esse, ut extra omne corpus vivere queat, neque ad agendum corporis cujusdam auxilio indigeat. *Quaerendum*, inquit (*i*) *Origenes* (§) *si possibile est, penitus incorporeas remanere rationabiles creaturas, cum ad summum sanctitatis ac beati-* 1065
tudinis venerint? an necesse est eas semper conjunctas esse corporibus? Interjectis vero non-

(*) Mors in sacris quidem litteris *somnus* dicitur: sed hoc fit κατ' ὑποτύπωσιν.
(†) Luc. XX. 38. (§) περὶ Ἀρχ. Lib. II. (cap. 2. p. 69. Opp.)

φύσις ὁ θεὸς μόνος ἀΐδιος, ἀγένητος, ἀθάνατος, διὸ καὶ ἀπαθὴς. *Ergo solus Deus natura ingenita, nullius indigens & indefessa nec fatigabilis praedicatur, qui cum incorporeus sit, propterea est invisibilis.* Saeculo adhuc quinto, quo multis jam periculosum & falsum hoc videbatur dogma, *Faustus Rhegiensis* illud non dubitavit defendere. Lege *Epistolam* eius XVI. ab *Henr. Canisio* editam *Antiquorum Lectionum Tom.* I. *p.* 363. *s. ed. novae.* In ea *ex sanctorum opinione seniorum* sese loqui adseverat: in quo haud fallit. Postea *p.* 364. ita differit: *Licet enim pronuntiemus nonnullas spirituales esse naturas, ut sunt angeli, archangeli, ceteraeque virtutes, ipsa quoque anima nostra, vel certe aër iste subtilis: tamen incorporeae nullatenus aestimandae sunt. Habent enim secundum se corpus quo subsistunt, licet multo & incomparabiliter tenuius, quam nostra sunt corpora, secundum Apostoli sententiam, dicentis, & corpora coelestia & corpora terrestria. Quibus pro manifesto colligitur, ni-*

nonnullis fieri nullo modo posse pronuntiat, *vivere extra corpus ullam aliam naturam praeter patrem & filium & spiritum sanctum.* Certe si nihil humanorum animorum naturae convenientius, aut ad summam, quam attingere possunt, perfectionem accommodatius esset, quam sine ullo corpore separatim exsistere, nullum foret dubium, quod & *Origenes* subindicat, quin bonorum virorum animi etiam post ultimum illud, quod expectant, judicium ad omnem aeternitatem eodem in statu permansuri essent. (*) Sin e contrario corpore cingi & vestiri, quamquam non sem-

HIL ESSE INCORPOREUM, NISI SOLUM DEUM. Et hanc sententiam suam multis deinde argumentis ex sacris litteris firmare nititur. At confutavit eum *Claudianus Mamertus Libro de statu animae*, quem *Casp. Barthius* separatim edidit. Adde his *Gennadium Massiliensem de eccles. dogmatibus Lib.* I *Cap.* 11. *p.* 8. & *Geverhardum Elmenhorstium* ad *h. l. p.* 128.

(*) [Origenes corpus animae post fata adhaerere, exemplo Samuelis & Lazari probat. Vid. *Opp.* ejus *Tom.* I. *p.* 35.]

(*k*) *Cogitemus*] Patrum, quos vocant, studio & philosophiae Platonicae, quam sectabatur, amore captus vir eruditissimus in eorum hic aperte sententiam descendit, qui tenue semper corpus quoddam & *vehiculum aethereum*, ut Platonici loquuntur, animae adesse volunt, tametsi ea in se spectata omnis nescia sit materiae, concretionisque corporeae. Videri quidem vult, id quod extrema ex disputatione apparet, rem omnem in medio relinquere, & suam cuique sentiendi libertatem concedere: at totus commentandi modus & argumenta, quibus hanc sententiam probare studet, ipsum in illis fuisse declarant, quorum ingens erat tum & hodie est inter Britannos copia, qui pro hac sibi standum esse ducunt opinione. Non ego quemquam propter hoc dogma Christianorum e numero eximendum & capitalis, pestiferique erroris arguendum esse arbitror, modo coteroquin recte de natura sentiat animae, nec reliquas, quae cum eo quondam conjunctae fuerunt, sententias complectatur. Novi, summos inter philosophos eosdemque pios & Christianos hodie non deesse, qui probabilem, immo veram & minime dubiam eorum opinionem pronuntiant, qui nullum sine corpore umquam esse spiritum affirmant: quorum rationes non ita pridem vir doctissimus, qui *H. C. Trichorii* nomen sibi assumsit, singulari Dissertatione collegit, quam *Ochematologiam* inscripsit & *Musei Bremensis Philologico-Theologici Tom.* I. *P.* I. *p.* 114. edi curavit. Idem vero cur his accedere nolim, causas habere me puto longe gravissimas. Et vellem, ut verum fatear, quum sacer codex nihil de tali corpore animarum tradat, quod nec ipse diffitetur doctissimus *Trichorius*, nostris vero meditationibus & divinationibus negotium tam reconditum & abstrusum confici haud queat, contenti essent illis praeclari viri, quae a Deo nobis patefacta sunt, minusque in decretis de his rebus ferendis audaces & liberi essent: ea vero, quorum hic difficile nobis est rationem reddere, ad aeternitatem potius differrent, quam opinionibus, quas facile spernunt alii, explicare conarentur. Habent, non inficior, aliquid, qui exile corpus animo tribuunt, quod numquam deponat, quod illis respondeant, qui scisciantur, quomodo animus vivat, qua ratione subsistat, quomodo sentiat, quo pacto dolere ac gaudere queat. Verum metuo, ne remedium hoc, quo nonnullorum curiositatem sanare volunt, ipso morbo pejus sit, & in alias captiones eos inducat, ex quibus numquam sese expedient, nisi gladio objectos dissecare nodos, id est, ignorantiam suam profiteri velint. Et quor, quaeso, restant quaerenda de natura & statu animi, quibus si vel hanc opinionem probet, nemo tamen unus satisfecerit, dum hic inter mortales versatur? Me quidem primum ab hoc dogmate recipiendo id avocat, quod ab initiis parum honorificis illud esse profectum, video. Vetustissimum est illud, quod ante ostendimus: sed plebejum potius, quam philosophicum. Non illud viri sapientes, ratione ac ingenio duce, excogitarunt, sed philosophi a poëtis & plebe acceptum in scholas suas recentiori aetate transtulerunt & exornarunt, ne nimis a ratione alienum videretur. Memini *Lactantium* tradere, fuisse inter antiquos Christianos qui dicerent, poëtas auctores esse sententiarum illarum, quae tum temporis de animae post fata statu ferebantur. *Figmenta*, inquit *Instit. divin. Lib.* VII. *Cap.* 22. *p.* 863. *haec esse poëtarum quidam putant, ignorantes, unde illa poëtae acceperint, ac negant haec fieri posse.* Quibus ecti refellat ipsemet, poëtasque velit ex divina patefactione, cujus pars ad eos sermone hominum venerit, haec omnia tradita accepisse: mihi tamen hi Christiani non obsecae videntur naris fuisse: nec *Lactantium* attuliisse video aliquid, quod sanum aliquem ab hac sententia dimoveat. Jam si quis quaerat, quid antiquissimos poëtas & alios adduxerit, ut corpus & formam animo humanam attribuerent, duas illis fuisse potissimum reperiet opinionis hujus causas: primam, quod animas humana saepe forma apparuisse & circa sepulcra maxime hoc habitu visas esse, communis fama ferebat: alteram, quod naturam omni plane corpore semotam ac simplicem animo comprehendere nullo modo poterant. Quarum quidem

semper terreno, crassoque corpore, naturae magis respondet animorum, ad quod credendum sensu quodam interiori propendemus, nescio an ulli verisimile queat videri, animos violenter veluti cogi, ut tamdiu extra corpus, natura plane repugnante, atque ab hoc statu abhorrente, degant: quod minus etiam probabile videbitur, si nonnullos etiam eorum ab ipso Adamo ad diem usque ultimum judicii hoc in statu naturae contrario detineri, (*k*) cogitemus.

§. XXV.

dem caussarum superior incerta prorsus est & fragilis. Veritas enim ejusmodi visorum extra controversiam primum collocari debet, antequam ex illis consectaria duci queant. Nec, si certum esset, animos ita quosdam apparuisse, ut ferunt, inde certo effici posset, animum corpori semper conjunctum & sociatum esse. Alteram vero rationem numquam apud se valere sinent, qui umquam in semet ipsos descenderunt, animique sui vires & facultates attente scrutati sunt. Auctoritatem ipsam veterum & philosophorum Platonicorum non puto aliquem in fulcris hujus dogmatis & firmamentis numeraturum esse. Haec enim si magni ponderis est auctoritas, multis nos rebus fidem habere oportebit, quas hodie vix pueris aut aniculis persuaseris.

Videntur mihi deinde, qui animam immortali cuidam corpori alligant, vehementer res eorum juvare, qui vel animam naturam esse per se subsistentem negant, vel totam eam corpoream esse pronuntiant. Natura enim, quae numquam sine corpore est, nec esse sine corpore potest, quid, quaeso, est, quam res parum perfecta, nec per se constans, pars aut, si mavis, facultas corporis, quod animat? Siccine vero corpus perfectius est, quam anima? Nam quum haec corporis omnis expers, hanc si adscisces, de qua loquimur, sententiam, esse nequeat, corpus e contrario perfectum & suis numeris absolutum esse potest, tametsi anima plane careat. Ut igitur magnifice de animi viribus, natura, & facultatibus loquantur eximii viri, qui hoc scitum probant, ut simplicem eam esse in se, concretionis omnis nesciam, aeternam decernant: metuo tamen, ne, si accuratius inquiras in omnia, huc tandem descendere cogantur, ut animam nihil esse fateantur, quam vim quamdam aut vitalem facultatem corpus, quod gerit, animantem. Ac mihi quidem omnia expendenti sapientius aliquanto facere videntur, qui totam animam corpoream esse, aut ex materia corruptioni haud obnoxia constare, statuunt: in qua sententia vetustissimi fuerunt philosophi. Nam qui sic sentiunt, animam tamen esse naturam per se perfectam & sibi constantem, nulliusque rei alienae ad officia sua obeunda indigentem, existimant: quod superiores illi negant. Quod si dicant, hac assumta sententia, explicari nullo modo posse, quomodo cogitet anima: materiam enim ad cogitandum ineptam esse: facile tamen reprimentur. Deus enim si, quod ipsi credunt, materiam condere potuit immortalem & simplicissimam, eamque indissolubili vinculo menti a concretione semotae alligare, nescio cur incredibile videri debeat, eumdem aeternam hanc perennem & subtilissimam materiam facultate cogitandi donare potuisse. Ab hac autem nostra, quam novimus, crassiori materia ad coelestem illam, quae dissolvi nequit, materiam, quae ignota nobis est, concludere velle, nimis temerarium haud dubie, nec philosopho dignum est. Sed male fortassis dicent, sententiam suam intelligi: minime se negare, animam separatim a corpore ac per se exsistere posse, naturamque esse per se subsistentem: hoc tantum sese negare, animam sentire ac percipere posse sine corpore; quo igitur sentire ac percipere queat, propterea Deum corpore instruxisse eam numquam interituro. At quis hoc viros doctissimos docuit animam nec sentire, nec percipere posse, nisi corpus adjunctum habeat? Quasi vero nulla possit alia esse sentiendi via, praeter eam, qua nunc utimur: Equidem Deum, cujus infinita est potentia, firmiter credo animam & doloribus, & voluptatibus afficere posse, corpus licet illi nullum sit additum: idem ego, cur credam, nihil caussae video, res extra se constitutas animam haud percipere posse, nisi oculis, auribus, aliisque membris praedita sit. Tantane nobis data est animorum cognitio extra corpus viventium, ut de rebus ejusmodi secure aliquid decernere & aliis credendi leges rogare queamus?

Postremo ex hoc dogmate consectaria duci posse perspicio ad sanctam illam, quam sacri libri nobis tradiderunt, de mortuorum corporum resurrectione doctrinam quodammodo labefactandam. Etenim si corpore instructi sunt animi naturali, & hinc discedentes corpus suum coeleste ex mortali hoc corpore auferunt, non necesse videtur esse, ut id ipsum, quod hic gesserunt corpus, purgatum & novis qualitatibus donatum, in extremo hujus mundi die recipiant. Utraeque ninirum mentes tam beatorum, quam improborum voluptates & dolores, hoc licet corpore concreto careant, alterius illius corporis interventu percipere possunt. Commovit ante me hanc difficultatem *Jo. Clericus Bibliotheque choisie Tom.* VIII. *p.* 81. cujus verba e Gallico Latine vertam: *Objici potest huic dogmati, si anima post obitum corporis aliud habeat aethe-*

1066 §. XXV. His addo, ſignificare nobis divinitus eruditos homines, animos, qui corpore egreſſi ſunt, mutuo ſeſe noſſe, ſicque eſſe affectos, ut poenas & ſupplicia ſentire poſſint. *Metuite illum*, inquit *Chriſtus*, *qui poſtquam necavit*, *ad inferos*
1067 *etiam vos praecipites dare valet. Matth.* X. 28. Secretus a corpore opulenti hominis animus ſtatim poſt fata, ideoque ante diem judicii, excruciatus eſſe, nec non Abrahami Lazarique mentes cognoviſſe legitur. Quid? quod mihi non minus
1068 a communibus notionibus, quam a pietate videtur averſum, animos exiſtimare perverſorum & improborum hominum, ubi corporibus ſuis exceſſerint, ab ipſo conditi orbis exordio per tot ſaecula usque ad extremum mundi hujus diem, nulla re alia, quam malefactorum conſcientia, metuque futurorum ſuppliciorum, torqueri & angi. Jam quemadmodum fieri queat, aperiri mihi & explicari velim, ut animi corpore prorſus ſemoti & liberi, noſcant alios & noſcantur, colloquantur mutuo, acerbitate denique ſuppliciorum ſibimet inflictorum doleant. Ita dudum *Tertullianum* (*) ratiocinari memini: *Dolet apud inferos anima cujusdam & punitur in flamma & cruciatur in lingua & de digito animae felicioris implorat ſolatium roris. Imaginem exiſtimas exitum illum pauperis laetantis & divitis moerentis. Et quid illic Lazari nomen, ſi non in veritate res eſt? Sed etſi imago credenda eſt, teſtimonium erit veritatis. Si enim non habet anima corpus, non caperet imaginem corporis. Nec mentiretur de corporalibus membris ſcriptura, ſi non erant. Quid eſt autem illud,*

(*) De anim. p. 309. Rigalt. (cap. 7. p. 165.)

aetherium corpus, qualia ſunt angelorum corpora, quibus nos ſimiles erimus, poſtquam e ſepulcris reſurreximus, corporum reſurrectionem haud fore neceſſariam: habet enim animus jam, ſi hanc ſequaris ſententiam, corpus ſuum, quod aeternum habere debet. Omne quod ad hanc objectionem reſponderi poteſt, hoc eſt: Animam tamen in extremo die ex terra particulas quasdam terreni corporis ſui recepturam eſſe, quae junctae corpori illi, quod jam ante reſurrectionem habuit, corpus illud effecturae ſint, quo per omnem aeternitatem vivet induta. Sed melius ego eſſe puto, in rebus tam obſcuris nihil certi conſtituere. Nunc argumenta breviter expendam, quae hic a doctiſſimo viro allata ſunt ad dogma illud, de quo nunc agimus, probandum.

Quod primum vir egregius extra controverſiam ponere ſtudet, animos corpore ſolutos vere vivere ac vigilare, nec dormire, aut ſomno quodam obrui, quod nonnullis & veteri & recentiori viſum eſt memoria, id nemo, niſi qui ſacrarum litterarum auctoritatem contemnit, in dubium audebit revocare. Ad rem vero praeſentem quidnam id faciat, haud conſequor. Etenim quis ita ratiocinem concluſerit? Vivunt animi poſt fata corporis: Ergo corpore praediti ſunt. Quaſi vero nemo vivere queat, niſi is, cui corpus eſt adjunctum. Quod (II.) animadvertit vir longe doctiſſimus, probabile videri, nullam naturam, ſi ab uno diſceſſeris ſupremo Numine, extra corpus vivere ac ſine corpore agere poſſe, id, ſi *Origenis* & aliorum veterum doctorum auctoritatem excipias, quae vana prorſus & nulla eſt, nullis omnino probari rationibus & argumentis poteſt. Nec ratio, nec divina patefactio ſerio licet meditanti aliquid ſuppeditat, quod ſententiam hanc communire queat. (III.) Sic argumentatur vir egregius: Repugnat naturae ac perfectioni animarum, ſine corpore eſſe: haud igitur credibile eſt, Deum tam longum tempus animas in ſtatu naturae ac perfectioni earum contrario manere, paſſurum eſſe. In hac vero concluſione id aſſumit vir doctiſſimus, cujus omnes ab eo demonſtrationem requirent; Naturae & perfectioni animorum repugnare, ſine corpore eſſe. Hoc unde accepit vir egregius? Immo vero, reſpondet, id inde ſatis liquet, quod Deus aliquando animas iterum junget corporibus: id enim non faceret Deus, ſi animae corporibus nudatae in ſtatu naturali & perfectionis eſſe poſſent. Mirum vero, virum tam acutum opinionis temere ſumtae ſtudio potuiſſe impediri, quominus perſpiceret, argumentum hoc plane vitioſum eſſe. Primum enim plus probat, quam neceſſe eſt. Acrius nimirum qui id urſerit, is aliis locum aperiet, contendendi, hoc ipſum grave ac mortale corpus, quod diſſluit, non poſſe ab anima ſeparari, ſed ei ſtatim reddi debere. Fundamenti loco haec duo ponit vir doctiſſimus: Deum pati non poſſe, ut anima in ſtatu naturae ſuae contrario diu commoretur: Corpore vero uti, id ad ſtatum naturalem animi requiri: Quorum poſterius ex eo probat, quod Deus aliquando corpus redditurus eſt animae. Ita dum vir praeclarus ratiocinatur, id

Digitized by Google

illud, quod ad inferna transfertur post divortium corporis? quod detinetur & in diem judicii reservatur? Ad quod & Christus moriendo descendit? puto ad animas patriarcharum? Incorporalitas animae ab omni genere custodiae libera est: immunis a poena & a fovela. Per quod enim punitur aut fovetur, hoc erit corpus. Igitur si quod tormenti sive solatii anima praecerpit in carcere vel diversorio inferum, in igni vel in sinu Abrahae, probata erit corporalitas animae. Incorporalitas enim nihil patitur, non habens per quod pati possit: aut si habet, hoc erit corpus. In quantum enim omne corporale passibile est, in tantum quod passibile est corporale est. Quae hic disputat *Tertullianus*, ea fororis cujusdam, divinitus afflatae pronuntiato comprobare nititur: nam, quod ipse dicit, miracula, vaticinationesque id nondum aetatis esse desierant. (*) *Inter cetera ostensa est mihi anima corporaliter & spiritus videbatur, tenera & lucida & ætherii coloris & formae per omnia humanae.* Quibus recitatis verbis, ipse *Tertullianus* placere sibi subjicit: *Effigiem non aliam animae humanae deputandam praeter humanam & quidem ejus corporis, quod unaquaeque circumtulit.* Certe plus, quam necesse est, ingenio in hac causa obsequitur *Tertullianus*. Nam & ipsam animam corporatam facit esse, figura praeditam, coloribus lucentem, ejusdem denique formae ac speciei, quam corpus habuit, quod incoluit, participem: Quumque ex eorum esset ordine, qui tam angustis sunt animis, ut nihil simplex & corpore vacuum intelligere valeant, religioni tamen & Deo acriter studeret, ipsum Deum certo cuidam

(*) Cap. 9. p. 166.

id aperte concedit, animos, antequam extremo die cum his iterum conjungantur corporibus, a statu naturali & perfectionis remotos vivere Namque Deus, nisi deesset illis aliquid ad felicitatem & absolutionem, hoc illis concretum corpus haud aliquando restitueret. Atqui Deus, quod pugnat vir magnus, sinere non potest animam extra statum, quem natura poscit ejus, diu vivere. Ergo hoc ipsum fragile ac mortale corpus reddi statim a Deo animae debet, quo feliciori & perfectiori vita utatur. Tota deinde ratio futilis mihi & caduca videtur esse. Unde tibi constat, animam corpore mortali solutam aetherio tamen & subtili corpore vestitam esse? Quia natura & perfectio ejus corpus flagitat. At unde nosti, naturam animae corpus necessario postulare? Quia Deus eam aliquando hoc mortali corpore rursus donabit. Hoccine idem est, ac si quis ita rationem subduceret: Animae ideo corpus jam habent, quia corpus hoc fragile & terrenum divino beneficio aliquando recipient: quo quidem quid fieri levius potest & infirmius? Denique in difficultates prorsus inenodabiles semetipsum hac argumentatione inducit vir egregius, & suas ipse rationes evertit. Aut animi corpore subtili & aethereo vestiti jam sunt perfecti, aut a perfectione remoti sunt, donec alterum etiam corpus suum aliquando recipiant. Superius si verum est, concidit dogma de resurrectione corporum mortalium. Nam quid animo jam absoluto necesse est novum corpus addi? Alterum il praeferendum sit, concidit id quod vir doctissimus urget, non congruere Deo, animam in statu diu relinquere, perfectioni naturae suae contrario. Equidem, tametsi de rebus ejusmodi, de quibus sacri silent scriptores, circumspecte atque caute loquendum esse duco, Deum tamen arbitror infinita sua vi efficere posse, ut animus iisdem voluptatibus & molestiis, extra corpus licet constitutus sit, afficiatur, quibus corpori sociatus vel recreatur, vel excruciatur. Corpus vero hoc terrenum propterea Deum, ut alias omittam rationes, cum anima iterum esse sociaturum reor, ut per ipsum instrumentum illud, per quod vel peccavit animus, vel bene egit, vel sufferat etiam, vel suavi sensu reficiatur. Fac vero, certum illud esse, quod a viro doctissimo assumitur, animum extra corpus degentem in statu esse nec perfecto, nec naturae suae convenienti, ne sic quidem vicerit. Nam quid obstet nihil video, quo minus Deus propter causas sapientissimas permittere ac statuere possit, ut animus in statu minus absoluto tempus quoddam consumat. Num hoc summis Dei virtutibus repugnat, animam gradatim ad extremam & summam felicitatem perducere, nec statim omni, cujus compos fieri potest, voluptate perfundere? Sed, quod jam antea dixi, decet nos de talibus rebus, quae aperire nobis divina sapientia noluit, numquam nisi demisse ac modeste differere, quodque scire nobis negatum est, ad illam differre diem, quae omnem animis nostris caliginem eximet.

dam corpori adseverabat alligatum esse. Verum argumenta, quibus utitur, hanc unice vim habent, ut animos corporibus solutos certo tamen corpori conjunctos manere probent, cujus interventu & consuetudine aliorum frui & poenarum sensu affici queant. Quod enim doloris, aut voluptatis sensum capiat, praeter corpus, (*l*) nihil est.

§. XXVI.

(*l*) *Nihil est*] Aeque facile quae hic disputat vir doctissimus ad sententiam suam de corpore animarum probandam, solvuntur, atque superiora.

(I.) Hac ratione argumentatur: Animae corporibus suis terrenis nudatae internoscunt sese tamen, colloquuntur, poenas & voluptates sentiunt: Nihil autem horum sine membris fieri potest corporeis: Itaque animis corpus adhaeret exile & aetherium, quod aptos eos ad haec omnia reddit. In hac argumentatione id sibi sumit vir egregius, quod ei non facile dabunt, qui ratione purgata gaudent: neminem, nisi oculos, linguam, & alia membra corporis habeat, alium noscere & ejus consuetudine frui posse: neminem item sentire posse, quam interventu corporis. Deum novimus videre, percipere, nosse ac cernere omnia, tametsi oculis, auribus, & omnibus membris plane careat. Quidni igitur & animi corpore soluti, modo nobis incognito & obscuro, quid extra se agatur animadvertere, alios percipere, certisque signis cogitationes suas aperire poterunt? Idem de sensu dixerim. Quis enim neget, divinam potentiam etiam simplices spiritus & omni corpore privatos vel gaudio, vel tristitia impertire posse? Quod nos, dum hic vivimus, non aliter, quam per corpus, sentimus, id, si quid ego video, minime probat, nullam esse aliam sentiendi rationem in altera vita. Semper mihi, quod ingenue fateor, illi temere nimis judicare visi sunt, qui ex eo, quod hic fit, quid fieri possit vel non possit, colligendum sibi esse ducunt.

(II.) *Tertulliani* auctoritas, quam testatur deinde vir eximius, perexigua est in se: quare rationes, quas ille affert, unice considerandae sunt. Duplex vero argumentum adhibet: alterum ducit ex historia illa, quam Servator noster *Luc.* XVI. narrat, de divite & Lazaro: alterum ex viso quodam, foeminae cuidam Christianae obiecto. Neutrum magni momenti est. Ut *Tertulliani* tempore visa nondum divina desiisse inter Christianos concedam: & hoc tamen controversia caret, multos falsa visa & foecundae imaginationis ludificationes pro veris visis id aetatis venditasse, & vehementer hac in re viros etiam optimos deceptos fuisse. *Tertullianum* vero nimis facilem & pronum fuisse ad somnia quaecumque pro divinis recipienda, inter omnes constat. Exaravit praeterea *Tertullianus librum de anima*, quum ad Montanistas jam defeciisset. Quare foemina illa, cui visionem vult istam obtigisse, haud dubie fanatica quaedam est ex Montani secta mulier: quae secta mulieribus ejusmodi abundabat. Narrationem Servatoris nostri de animis opulenti hominis & mendici *Luc.* XVI. praeter *Tertullianum* alii quoque doctores antiqui hac in causa magnam habere vim opinati sunt, ut *Methodius* apud *Photium Biblioth. Cod.* CCXXXIV. *p.* 931. *Faustus Rhegiensis* in *Henr. Canisii Lectionibus antiquis Tom.* I. *p.* 364. *Irenaeus adversus haereses Lib.* II. *Cap.* 34. *p.* 168. & alii. At quis non videt, Servatorem nostrum in ea narratione, sive tota ficta sit, sive veritatis contineat aliquid historicae, sub imaginibus a rebus hujus mundi petitis res aevi futuri proponere & adumbrare, quod & alias facit, quo a rudioribus melius intelligatur? Ejusmodi vero narrationes non esse nimis premendas, neminem praeterit. Quod si fas est ita concludere: *Christus* animis epulonis & Lazari linguam, manus & pedes attribuit: Ergo animi, terreno corpore egressi, certis tamen cum corporibus conjuncti vivunt, recte quoque is faciet, qui sic ratiocinabitur: *Christus* Lazarum sistit accumbentem & in sinu Abrahae prandentem: Igitur in coelesti gloria cibo potuque vere reficiemur & convivia agitabimus. Tacco, aeque commode eos hac uti posse historia, qui animam totam esse corpoream arbitrantur, atque illos, qui animum corpori cuidam subtili decernunt alligatum esse. Etenim nihil in ea, unde colligas, exstat, Lazarum ex binis constitisse partibus, ex anima & corpore. Ad extremum, si linguam, si pedes, si membra habent reliqua defunctorum animae, quod ex hac *Christi* narratione cogunt antiqui doctores, quid de resurrectione fiet corporum? Quid vetera necesse est animis aliquando corpora restitui, si jam instructi sunt corporibus? Aut num forte duplicata lingua, geminatis pedibus & manibus indigent beatae mentes?

(III.) Sed quia in sequentibus ad antiquorum coetus Christiani doctorum, quos *Patres* vocant, testimonia rursus confugit vir egregius, non alienum erit, universe sententias eorum de animi natura paucis referre. Nullus inter eos est, qui sic sentiat de anima, ut plerique hodie Christianorum sentiunt, eam prorsus simplicem & apertam esse, omni plane corpore vacare, figura idcirco & forma omni destitui, nullo modo extensam esse, & reliqua: Universi contra corporeum aliquid, sed alius tamen generis & naturae, quam ea, quae con-

Digitized by Google

§. XXVI. Hoc ipsum *Irenaeus* dogma ex sacris litteris probare tentat: in qui- 1069
bus patefactum esse censet, animam non esse quidem corpus, at corpus post excessum ex hac vita sibi adjunctum habere, idque formae ac figurae prorsus ejusdem, cujus illud fuit, quod, dum inter homines versaretur, gessit. (*) *Plenissime autem*, inquit, *Dominus docuit, non solum perseverare, non de corpore in corpus trans-*

(*) Lib. II. c. 62. (c. 34. p. 168. ed. Massuet.)

conspicimus hic corpora sunt, in anima esse agnoscunt. Sed in duas tamen vias abeunt. Namque aliqui duo esse contendunt in anima, spiritum, & corpus valde subtile & tenue, quo vestitus sit ille spiritus: alii vero animam totam esse corpoream seu nihil nisi aëreum & exile corpus quoddam opinantur. Non sum inscius, esse quosdam in illis, qui animam merum *spiritum* esse dicunt: sed falluntur, qui ex nostro sensu hoc apud eos vocabulum exponunt. *Spiritus* enim, quem corpori opponunt interdum, nihil est illis, quam tenue corpus, quale aër aut aether est: id quod, si locus id permitteret, multis eorum dictis planum facere liceret. Vide instar omnium *Tertullianum Libro de anima Cap.* II. *p.* 167. Sunt doctissimi viri, qui parum dextre veterum explicarunt dogmata, quod hujus rei ignari fuerunt. Discrimen illud, quod inter antiquos esse doctores dixi, non modo ab ingeniorum varia natura, verum etiam a philosophiae studio oritur. Nam *Platonem* & Platonicos qui consectantur, quod *Clementem*, *Origenem*, & horum discipulos feciisse constat, illi Platonicorum etiam de anima dogma probant, & simplicissimam eam in se esse asseverant, sed subtili tamen semper corpore circumdatam. Ceteri vero, qui longius fugiunt *Platonem* & noxiam ejus esse philosophiam rebus Christianis arbitrantur, illi hoc ejus quoque scitum repudiant & animam totam nil, nisi corpus esse subtilissimum, praecipiunt. Horum in ordine sunt *Tertullianus*, *Arnobius*, *Methodius*, & plures alii quorum in scriptis multa passim contra *Platonem* scripta leguntur, quem *haereticorum* aetatis suae principem & auctorem esse, statuunt. Atque hi non raro vehementer in Platonicos invehuntur, quod animam naturam esse simplicem in se ac concretionis omnis nesciam docerent. *Arnobius Lib.* II. *adversus gentes p.* 67. *Quare*, inquit, *nihil est, quod nos fallat, nihil quod nobis polliceatur spes cassas: quod a nobis quibusdam dicitur viris & immoderata sibi opinione sublatis, animas immortales esse, Deo rerum principi, gradu proximas dignitatis, genitore illo ac patre prolatas, divinas, sapientes, doctas neque ulla corporis attrectatione contiguas.* Expers sit prorsus necesse est rerum Platonicarum, qui aegre perspicit, scholam hanc his verbis perstringi. Lege quoque, si placet, *Tertullianum Libro de anima Cap.* 17. *p.* 165. ubi, *Haec*, inquit, *Platonici subtilitate magis, quam veritate, conturbant.* [Corpus & spiritus Deus simul est, ex mente *Tertull. Beausobre Hist. du Manich. p.* 474.] Corpus vero qui animam esse volunt, non unius iterum sunt & ejusdem opinionis: Namque aliqui, dum quid hoc vocabulo designent, explicant, ita loquuntur, ut facile appareat, corpus generatim illis vocatum esse id omne, quod certa regione & loco definitur & circumscriptam habet substantiam, seu id per quod res quaedam est, quod est. Ipse *Tertullianus* aliquot in locis diserte fatetur, nomine *corpus* sese id, per quod res quaelibet subsistit, intelligere, quos *Jacobus Pamelius* collegit *in Paradoxis Tertulliani* §. 15. *p.* 9. Qui sic sentiunt, illi, tametsi corpoream dicunt esse animam, eamque & extensam & moveri & loco concludi affirmant, quod a recentiorum Christianorum praeceptis alienum est, nullam tamen proprie potestatem vocabulo *corpus* subjiciunt, fatenturque veluti, nescire sese, cujus naturae sit anima. Quare omnium levissime ab hodiernis de anima sententiis dissentiunt. Verum alii qualis sit animae natura, quam corpoream statuunt, sine circuitu decernunt, corpusque ejus ex aëre puro & ex igne seu aethere constare, docent: in quo numero *Methodius*, & alii sunt. Et multi tamen horum hoc minime impedire putant, quo minus animam immortalem ac peremem esse dicant: qua in re veterum sequuntur sententias, quos saepius jam indicavi, decreviisse, puriissimum & subtilissimum aetherem & ignem distrahi nullo modo posse. Gravius lapsi sunt, qui, quum animam esse dicerent corpoream, & omne corpus dissolvi & interire posse, nihil dubitarent, animam quoque opinati sunt natura minime immortalem esse, sed perire posse. His accedit *Arnobius Libro* II. *adv. gentes p.* 66. Scriptor *Clementinorum Homil.* III. §. 6. *p.* 641. *Tom.* I. *Patr. Apostol.* & alii nonnulli, quos *Desid. Heraldus* & *Jo. Bapt. Cotelerius* in *annotationibus* suis ad hos scriptores indicarunt. Est & inter hujus sententiae fautores discriminis aliquid, quod nunc explicare nolo: at generatim tamen universi consentiunt, animos mediae esse naturae, id est, perire ac rursus, si Deus velit, immortales fieri posse: animos eorum, qui doctrinam Christianam receperint, mortalitatis periculo aut per baptismum, aut alio modo, liberari: improborum vero & hominum *Christi* disciplinam reconsentium ani-

transgredientes animas, ſed & characterem corporis, in quo etiam adaptantur, cuſtodire eumdem; & meminiſſe eas operum, quae egerunt hic & a quibus ceſſaverunt: in enarratione, quae ſcribitur de divite & de Lazaro, qui refrigerabatur in ſinu Abrahae: in qua ait divitem cognoſcere Lazarum poſt mortem: Et manere in ſuo ordine unumquemque ipſorum. Id ipſum *capite ſequenti* repetit: (*) *Per haec manifeſtiſſime declaratum eſt & perſeverare animas & non de corpore in corpus exire & habere hominis figuram (ut etiam cognoſcantur) & meminiſſe eorum, quae hic ſint & dignam habitationem unamquamque gentem percipere, etiam ante judicium.* Evidens eſt ex his, uti arbitror, non exiſtimaſſe *Irenaeum*, ipſas animas corporatas & concretas eſſe, eaque de cauſſa certa

(*) c. 63. (c. 34. p. 168.)

mos mortales manere, & in locum inferorum delatos igne tamdiu in eo excruciari, donec diſſolvantur & ad nihilum redigantur. Qui rerum noſtra memoria inter eruditos geſtarum non expertes ſunt, non ignorant *Henr. Dodwellium*, virum ceteroquin doctiſſimum, hoc dogma quodammodo non ita pridem renovaſſe, atque libris nonnullis acriter, at parum perite, defenſitaſſe.

(*m*) *Incorporalis eſt*] Fallitur vir doctiſſimus nec *Irenaei* de anima doctrinam aſſequitur: Igitur quid ille ſenſerit, accuratius explicabo.

(I.) Statuit *Irenaeus* ex binis hominem lege naturae narum partibus conſtare, ex corpore & anima. Meminit quidem & nonnullis in locis *ſpiritus*, quem *corpori* & *animae* adjunctum eſſe ait: verum quo ſenſu id faciat, paullo poſt patebit. Falluntur certe, qui ſanctum hunc virum in eorum fuiſſe opinantur ſententia, qui natura hominem tribus partibus, anima, corpore, & ſpiritu conſtare judicant: & male *Joſua Barnoſius* in *Notis ad Homerum Tom.* II. *p.* 311. *Homeri* & *Irenaei* dogma de anima componere voluit.

(II.) Animam non iterum in duas partes diſtribuit, quod doctiſſimus *Cudworthus* putat, in ipſam animam & in corpus ei adjunctum, verum totam animam corporatam eſſe aut ex ſubtiliſſima conflatam eſſe materia, judicavit. Non ignoro, id quod obſervare jubet nos vir egregius, *Irenaeum incorporales* vocaſſe animas: fecit id nonnullis in locis: aliis animam *ſpiritum* vocavit. Sed non verba ſpectare nos decet *Irenaei*, verum poteſtatem illis ſubjectam, neque noſtris ex notionibus verborum, quibus uſus ille eſt, poteſtates metiri. Quonam ſenſu *incorporalem* dixerit *Irenaeus* animam, ex ejus verbis liquet *Lib.* V. *Cap.* 7. *p.* 300. *Incorporales ſunt animae, quantum ad comparationem mortalium corporum.* Ergo non abſolute animas corporis expertes putavit, ſed comparate tantum, reſpectu nimirum craſſioris illius corporis, quo nunc cingimur. Id ipſum inde etiam conſtat, quod paullo poſt, quum cauſſas affert, propter quas nec anima, nec ſpiritus mori queat, ſpiritum ideo extingui nullo modo poſſe perhibet, quia ſimplex ſit & omni corpore ſecretus, animam vero, quia *ſtatus* ſit *vitae: Mori neque animae evenit: ſtatus eſt enim vitae: neque ſpiritui: incompoſitus enim & ſimplex eſt Spiritus, qui reſolvi non poteſt. Simplicem* ſi credidiſſet *Irenaeus* animam eſſe & *incompoſitam*, haud ſecus ac *ſpiritum*, hanc ipſam certe ſimplicitatem animae dixiſſet impedire, quo minus ea interire queat. At aliam longe quum ejus cauſſam reddat, certe ſignificat, animam ſibi haud ſimplicem fuiſſe viſam. Hinc ipſe *Renat. Maſſuetus*, qui ceteroquin *Irenaeo* ſuo mirifice favet, non potuit, quin ingenue fateretur, eum ex ſubtiliſſima materia concretos putaſſe humanos animos, quemadmodum angelos, *Diſſ.* III. *in Irenaeum Artic.* XI. §. 120. *p.* 161.

(III) Quamvis vero in eorum fuerit numero *Irenaeus*, qui totam eſſe arbitrati ſunt animam corpoream, nihilo tamen minus immortalem eſſe putavit eam; id quod ſatis planum *Maſſuetus* fecit *l. c. Artic.* X. §. 104. *p.* 153. 154. Cauſſam vero & originem hujus immortalitatis non in animae natura quaerit, ſed in divina voluntate. Hanc ſententiam late perſequitur *Lib.* V. *Cap.* 7. *p.* 300. ubi, quum conceſſiſſet, omnia, quae nata ſunt, interire etiam & occidere poſſe, animamque idcirco etiam natura ſua mortalem eſſe, fieri ſubjicit divina voluntate, ut ea perſeveret eſſe; *Quemadmodum coelum, & ſol & luna —— multo tempore perſeverant ſecundum voluntatem Dei: ſic & de animalibus & de ſpiritibus & omnino de omnibus his, quae facta ſunt, cogitans quis, minime peccabit: quando omnia, quae facta ſunt, initium quidem futurae ſuae habeant, perſeverant autem quoadusque & Deus & eſſe & perſeverare voluerit.* Igitur Deum cenſuit animas, ne ſenſim diffluant, & tandem pereant, haud aliter, quam reliqua corpora conſervare. Ex his ipſis, quae modo protuli, verbis confici mihi poſſe videtur, cujus generis & naturae animam eſſe voluerit. Namque comparat animam cum ſole, coelo, luna, & ſideribus: quod argumento, niſi fallor, eſt, viſum ipſi fuiſſe animam ex eadem conflatam eſſe materia, ex qua aether conſtant & ſidera, quod immu-

Digitized by Google

ta forma & figura praeditas, ſed hoc unice putaſſe, habere animos corpora ſibi adjuncta, eaque certa ratione figurata. Teſtantur id primum haec ejus verba: *Characterem corporis, in quo etiam adaptantur, cuſtodire eumdem.* Quorum verborum haec vis eſt ac poteſtas: *Animos in illo corpore, cui poſt exceſſum ex hac vita ſociantur ſeu adaptantur*, ut ait, *eamdem ſervare formam & figuram, quam corpora illa habuerunt, quibus hac in vita fuerunt concluſi.* Deinde ex eo hoc apertum eſt, quod alias animos praecipit corporis expertes eſſe, ut in his verbis, quae *Libro quinto Cap.* 7. (*) exſtant: *Flatus autem vitae (m) incorporalis eſt.*

§. XXVII.

(*) p. 300.

innumeris veterum placuit.

(IV.) Quod *Irenaeus* ait *animas*, corpore excedentes, *characterem corporis cuſtodire & habere hominis figuram*, id rectiſſime ſic interpretatur *Cudworthus:* Ex *Irenaei* ſententia, effigie humana eſſe animos corpore mortali ſemotos & ejusdem, quod hic geſſere, corporis formam ſervare. Conatus eſt *Renat. Maſſuetus* in *Notis ad Irenaeum p.* 167. hanc ab eo ſententiam removere: ſed conatus eſt, nihil autem perfecit. Exiſtimat autem, *Irenaeum* accipi debere *de certis quibusdam characteribus & notis, quibus a ceteris ſpiritibus, ad informandum corpus haudquaquam deſtinatis, diſtinguantur, & quibus animae humanae totius, quam angeli conſtituantur: Neceſſe enim eſſe, ut in mentibus humanis, etiam in coelo degentibus, certi quidam characteres ſint & certus quidam ordo ad corpus, quibus ab aliis ſpiritibus diſtinguantur.* Puto, *Nicol. Gallaſium*, Theologum Genevenſem, hujus interpretationis excogitandae *Maſſueto* auctorem fuiſſe. Namque is in *Notis ad h. l.* pari modo de notis quibusdam, quibus animae diſcerni queant inter ſe, tametſi de aliis, quam *Maſſuetus*, verba *Irenaei* vult accipi. Neceſſarium eſſe ait, ut in altera vita certis ſignis hominum defunctorum animae diſtinguantur, ita ut cuivis appareat, quaenam *Pauli*, quaenam *Petri*, quaenam *Lazari* fuerit anima: & de hiſce ſignis loqui *Irenaeum: Propoſitum illi eſt oſtendere, unicuique homini propriam a Deo animam eſſe datam, ita ut etiam poſt mortem non minus diſtingui animae poſſint aliae ab aliis, propriisque & peculiaribus notis ſecerni ſolutae a corporibus, quam cum iis indutae erant.* Sed rectius feciſſent doctiſſimi viri, ſi minus ingenioſi fuiſſent in hoc loco exponendo. Etenim violenta eſt utraque interpretatio, nec verbis *Irenaei* reſpondet. Quidnam ſibi velit ſanctus vir, quum animas corpore egreſſas *characterem* & *figuram corporis* ſervare ſcribit, id non melius, quam ex illo ſacri codicis loco, quem ad hoc dogma probandum profert, intelligitur. Eſt hic vero locus Servatoris noſtri narratio de Lazaro & divite, quam *Lucas* litteris conſignavit. In hac narratione de notis ejusmodi, quibus aut angeli & hominum animi, aut hominum animi inter ſe diſcernantur, quales *Gallaſius* & *Maſſuetus* ſibi finxerunt, ne minimum quidem reperitur veſtigium. At Lazari non minus, quam hominis luxurioſi anima forma ſiſtitur & corpore humano ſimili praedita: ex quo efficitur, *Irenaeum* hoc etiam unice docere voluiſſe, animas hominum corporis ſui figuram & habitum poſt fata retinere. Neque dubitare nos ullo modo patitur hac de re alius ejus locus, quo animam diſerte ſcribit corporis ſui figuram habere, quemadmodum aqua in vas miſſa, ſpeciem vaſis adipiſcitur. *Lib.* II. *Cap.* 19. §. 6. *p.* 143. *Non enim angelorum habebit ſimilitudinem & ſpeciem, ſed animarum, in quibus & formatur: quomodo aqua in vas miſſa ipſius vaſis habebit formam, & jam ſi gelaverit in eo, ſpeciem habebit vaſculi, in quo gelavit: quando ipſae animae corporis habeant figuram: ipſi enim adaptatae ſunt vaſi, quemadmodum praediximus.*

(V.) Singularis eſt ſancti hominis de ſpiritu ſententia. Exiſtimavit nimirum homini ſpiritum, tanquam tertiam partem, poſtquam *Chriſto* ſeſe addixit, attribui, per quam is perficiatur, ſervetur, & cum Deo conjungatur. Nullum vero dubium eſt, quin hoc nomine Spiritum Sanctum intellexerit. *Perfectus autem*, inquit *Lib.* V. *Cap.* 6. *p.* 299. *homo commixtio & adunitio eſt animae aſſumentis ſpiritum patris & admixta ei carni, quae eſt plasmata ſecundum imaginem Dei. Propter quod & Apoſtolus ait: ſapientiam loquimur inter perfectos: perfectos dicens eos, qui perceperunt Spiritum Dei.* Pluribus iſto loco vir beatus hoc ſcitum ſuum perſequitur. *Lib.* V. *Cap.* 9. *p.* 302. ita mentem ſuam edifſerit: *Tria ſunt, ex quibus perfectus homo* (id eſt, Chriſtianus) *conſtat, carne, anima, & ſpiritu: & altero quidem ſalvante & figurante, qui eſt ſpiritus: altero, quod unitur & formatur, quod eſt caro: id vero, quod inter haec eſt duo, quod eſt anima.* Addo quae paullo poſt conſequuntur, ex quibus manifeſtum eſt, derogaſſe *Irenaeum* hunc ſpiritum hominibus a Chriſto alienis, nec ideirco inter naturales hominis partes, quod non-

Digitized by Google

1071 §. XXVII. *Origenes* autem non modo idem, quod hic, certum habuit, animas de corporibus his ſublatas, tenui quodam cum corpore vivere, idque corpus εἶδος illud χαρακτηρίζον ſeu eamdem illam figuram retinere, quae terrenis his corporibus olim fuerit, verum etiam cum hoc ipſum, tum animorum perennitatem
1072 crebris animorum corpore ſejunctorum apparitionibus extra omnem collocari controverſiam, cenſuit. Etenim *Celſum* dum reprimit, qui ſacrarum litterarum teſtimonia, quae Servatorem noſtrum viventem ſeſe ſuis memorant poſt mortem exhibuiſſe, labefactare conatus erat, atque totum hoc, Epicureorum ex more, aut ad fraudes Magicas aut ad fanaticorum ſomnia, aut denique ad diſcipulorum *Chriſti* imbecillitatem, cerebri ſui commenta pro veris viſis habentium, retulerat, ſic inter alia (*n*) ſcribit: τοῦτο μὲν οὖν εἰ καὶ σφοδρῶς κατασκάπτειν ἐστὶν ἀναγκαίως δόγματος, ὡς ἄρα ἡ ψυχὴ ὑφίσταται τῶν ἀποθανόντων· καὶ ὅ μύθῳ πιστεύεται περὶ τῆς ἀθανασίας αὐτῆς, ὃ τοῦτο τὸ δόγμα ἀναιλήφασι· ὡς καὶ Πλάτων ἐν τῷ περὶ τῆς ψυχῆς λέγει, σκιειδῆ φαντάσματα περὶ μνημεῖα ποὶ γεγενῆσθαι τῶν ἀδὴ πεθνηκότων. *Hoc tametſi vehementer* (Celſo) *dictum videtur, nihilominus neceſſario inde colligitur, ſupereſſe defunctorum animas, nec temere immortalitatem earum aut certe perpetuitatem is credidit, qui hoc dogma ſuſceperit, ut Plato tradit in libro de anima, imagines umbrarum ſpecie circa monumenta quibusdam conſpectas.* Quo concluſo, de hujus generis viſis ita pergit commentari: τὰ μὲν οὖν φαντάσματα περὶ ψυχῆς πεθνηκότων φαντάσματα ἴσως τινὲς ὑπολαμβάνουσι γίνεσθαι, διὰ τὸ ἔτι ὑφεστηκέναι ἐν τῷ καλουμένῳ αἰγοειδεῖ σώματι ψυχάς. *Ergo ſpectra iſta larvarum non de nihilo apparent, ſed quia defunctorum quoque animae ſuum quoddam corpus habent, quod Graecis vocatur αἰγοειδὲς.* Hic tamen animadverti velim, *Origenem* vocabulo αἰγοειδὲς σῶμα, *corpus luciforme*, ampliorem ſubjicere vim ac notionem, quam Graeci ſolebant ſapientes. Namque hi quum eo nomine id tantum corpus appellarent, quod animis rite purgatis poſt corporis obitum adhaereſcit, ille non dubitat, iſtud etiam aërium & vaporum ſimile corpus, quod mentes animant contaminatae & ſordidae, hac voce ſimul (*o*) deſignare. Praeter haec *Origenes Thomae*, quem difficilem fuiſſe ad credendum nemo neſcit, non hoc diſputat, mirabile viſum eſſe, quod

nullis placet, retuliſſe: *Quotquot ergo id quod ſalvat & formet & unitatem non habent, hi conſequenter erunt & vocabuntur raro & ſanguis: quippe qui non habent Spiritum Dei in ſe. Propter hoc autem & mortui dicti tales ſunt a Domino.* Vir pius atque ſanctus de Spiritu Sancto cogitaſſe videtur, tamquam de divina quadam natura undiquaque ſuſa, cujus particulam omnes accipiant, qui ſide *Jeſum Chriſtum* amplectuntur. Manifeſtum id vel ex illis eſt, quae paullo poſt *Cudworthus* ex eo recitat. Oſtendi jam alio loco, non paucos veterum doctorum in hac haereſi fuiſſe, Spiritumque Sanctum mundi eſſe animam per totam rerum naturam pertinentem, credidiſſe. Sceleratorum ergo & a Chriſto averſorum hominum animas corporeos *Irenaeus* ducebat eſſe ſpiritus, quos divina potentia, ne pereant, ſervet & immortales praeſtet: at ſanctorum piorumque mentes binis adſeverabat contineri partibus, corpore ſeu anima, & ſpiritu animam illam incolente & gubernante. Et ſpiritum hunc animas beatorum in coelum ſecum ferre & ad omnem retinere aeternitatem, haud dubitabat. Subjicio, ex quo haec omnia patent, illuſtrem ejus locum *Lib.* II. *Cap.* 33. *p.* 168. πάντες οἱ ἐγκρατεῖς εἰς ζωὴν ἀναστήσονται, ἔχοντες σώματα καὶ ἰδίας ἔχοντες ψυχὰς, καὶ ἴδιον πνεῦμα, ἐν οἷς εὐηρέστησαν τῷ θεῷ. Οἱ δὲ καὶ τελείους ἄξιοι, ἀπελεύσονται εἰς τὸν αὐτὸν, καὶ αὐτοὶ ἰδίας ἔχοντες ψυχὰς, καὶ ἴδια σώματα, ἐν οἷς ἀπέστησαν διὰ τὸ θεῖον χάρισμα. *Qui ſunt ſcripti in vitam, reſurgent, ſua* CORPORA *& ſuas habentes* ANIMAS *&* SPIRITUS, *in quibus placuerunt Deo: Qui autem poena ſunt digni, abibunt in eam, & ipſi ſuas habentes* ANIMAS *& ſua* CORPORA, *in quibus abſtinuerunt a Dei benitate.* Socios habet quosdam opinionis hujus *Irenaeas*, quorum nunc recitare nomina, non expedit.

(*n*) *Scribit*] *Lib.* II. *adv. Celſum p.* 97. Non ſingulare vero id in *Origene* eſt, quod hoc dogma de corporibus animorum ex apparitionibus eorum circa ſepulcra probat. Omnes, qui hanc opinionem ſequuntur, vix habent majus aliquid, quo ſeſe

quod Servator conſpicienduu ſeſe dediſſet diſcipulis poſt obitum, neque putaſſe, fieri poſſe nullo modo, ut mentes corpore ſejunctae redirent ad ſuos: verum hoc unum non potuiſſe a ſe impetrare, ut crederet, *Chriſtum* eodem ſolido, concretoque corpore, quod in crucem antea erat actum & ſepulcro mandatum, veſtitum & circumdatum ſuos viſitaſſe. Ipſum diſſerentem audiamus: *συνεπιθέσθαι μὲν* 1073
γὰρ ἐκεῖνος τῇ φαντασίᾳ αὐτὸν ὑποψιλίαν, ὡς οὐκ ἀδύνατον εἴη τὸν ἅμα τῇ ψυχῇ καὶ πεπηγότος ὀφθῆναι· ἀπιστεῖν δ' ὑπολαμβάνειν εἶναι τὸ ἐν σώματι αὐτὸν ἀναπτέρῳ ἐγηγέρθαι. *Thomas etiam* (non ſecus ac reliqui diſcipuli) *aſſentiebatur mulieri narranti, ſe illum vidiſſe, quaſi non novum eſſet conſpici defuncti animam. Ceterum ut eum reſurrexiſſe cum eodem corpore crederet* (ſolido, in quo vixiſſet antea) *id vero non poterat in animum inducere, quapropter non dixit: Niſi videro, non credam, ſed adjunxit & illa verba: Niſi miſero manum meam in veſtigium clavorum, & contrectavero latus ejus, non credam.* Quibus dictis haec denuo ſubjicit: *τοῦτο δ' ἐλέγετο ὑπὸ μὲν σωμάτων, κενοῖς, ὑπὸ δὲ τοῦ ὀφθαλμοῦς αὐθητοῖς φαντάσμα ψυχῆς σῶμα πρέπον τῷ σχήματι τοῦ*

——— *μέγεθός τε ἠδ' ὄμματ' ἔχον καλ' ἠυκόμους τε καὶ φωνὴν*
Πηλείδαι δ' ἦν καὶ τοῖα ἕσσε χροὶ εἵματ' ἔχοντα.

Haec autem dicebat Thomas, quod arbitraretur fieri poſſe, ut oculis ſe offerret corpus animae, per omnia depoſito ſimile,

——— *vocemque oculosque decoros, corporis atque modum*
Saepius & ſimili veſtitum corpus amictu.

Huic igitur ſi qua fides habenda eſt, communi tum temporis Judaeorum conſenſione decretum erat, animos, corporum licet craſſiorum vinculis ſolutos, certo tamen alii corpori copulatos manere, cujus beneficio in conſpectum ſeſe hominum dare queant. Neque eſt, quod ab hac nos ſententia (*p*) Critici cujusdam in primis eruditi auctoritas dimoveat, qui, quod *Joſephus*, Judaeorum memorans opi-

ſeſe tueantur, quam hoc argumentum: in quo quantum virtutis ſit, aequos rerum aeſtimatores judicare velim.

(*o*) *Deſignare*] Neceſſe non eſt, ut *Origenem* ampliorem, quam vulgo fieri ſolebat, notionem hic vocabulo *σώματος* ſubjeciſſe exiſtimemus. Oſtendimus ſupra, non exiguum Philoſophorum Platonicorum numerum unum tantum corpus animo attribuiſſe, coeleſte nimirum illud & aetherium, reliquam vero molem aëriam, ex qua *εἴδωλον* ſeu alterum corpus animae concretum eſſe reliqui cenſebant, philoſophia putaſſe ac meditatione ſolvi poſſe, animaque ideo ex corpore hoc exeunte ab ea diſtrahi. Praetulit haud dubie *Origenes* hanc ſententiam alteri eorum, qui *φασὶν*, uti loquebantur, negabant animae plane detrahi poſſe. Ceterum Platonicorum more prorſus his in verbis ratiocinari *Origenem*, vel ex iis manifeſtum eſt, quae *Theophraſtus*, Platonicus, apud *Aeneam Gazaeum Dialogo de reſurr. mortuorum p.* 65. ex ſcholae ſuae praeſcripto diſputat. Vahuit aliquamdiu haec differendi ratio inter Chriſtianos, quamdiu nimirum *Origenis* & ſectatorum ejus auctoritas valuit. Haec vero quum concidiſſet, aliter Chriſtiani de his mortuorum apparitionibus circa ſepulcra judicabant, nec verebantur contendere, daemones malos hominum defunctorum formas & figuras adiciſcere atque oculis mortalium illudere. Vid. *Aeneas Gazaeus l. c. p.* 65. 66. Rationem opinionis hujus hanc afferebant, quod, exoriente ſole, ſimulacra illa diſſolverentur & evanescerent.

(*p*) *Critici cujusdam*] Hic quisnam ſit, ignoro: nec valde neceſſarium duxi, nomen ejus inveſtigare. Non plane fallitur *Origenes*, quod putat, nec *Thomam*, nec reliquos Servatoris noſtri amicos dubitaſſe, quin animae defunctorum humana forma & figura apparere poſſent. Liquet enim hoc ex *Luc.* XXIV. 37. ubi dicuntur illi, *Chriſto* videndum ſeſe exhibente, putaſſe, ſeſe *πνεῦμα* ſeu *ſpiritum* videre. Hinc vero quomodo effici poſſit, non modo hos diſcipulos, verum etiam

Digitized by Google

opiniones, hujus nullam fecerit mentionem, credendum esse negat *Origeni*. Nam & alia non mediocris momenti Judaeorum placita *Josephum* praetermisisse, & in his doctrinam de mortuorum in vitam reditu neminem facile praeterit. Utcumque est, hoc tamen dubio vacat, ipsum *Origenem* in hac fuisse sententia, non omni corpore nudari animos hinc discedentes, verum corpore quodam, hujus gravioris corporis imaginem referente, perpetuo contectos & vestitos esse, in quo hominum subire illis oculos pro lubitu liceat.

§. XXVIII. Minime vero omnium praetereunda hoc in loco est Servatoris nostri responsio, qua commotos atque perturbatos amicorum suorum animos, *spiritum* a se conspici metuentium, quum *Christum* primum viderent vitae redditum, componit & sanat. Neque enim Servator (*) animos secretos ab omni prorsus corpore relictos esse, in quo hominum sese oculis objicere possint, docet: sed in concessis hoc veluti numerat, atque *Spiritum* tantum *non carnem & ossa habere* tradit, non σῶμα ἐντίνων, non solidum ejusmodi corpus, quale ipse nunc gerat. Quapropter etiam, ne quid in animis suorum remaneret dubitationis, tangi sese vult ab illis. Si quid mihi est judicii, hoc voluit Servator verbis istis significatum: Quamvis mentes corpore abstractae ac liberae suis utantur corporibus seu vehiculis, quae ita condensare possunt & comprimere, ut in oculos nonnumquam incurrant hominum: haud tamen talibus eas esse corporibus putandum est, qualia haec nostra sunt ex carne sanguineque concreta. Quocirca si me tractetis tantum & tangatis, certi statim eritis, non esse me animum hominibus apparentem, quod multos animos sine ullo feciisse miraculo constat, sed eodem solido corpore praeditum adesse vobis, quo cinctus a Judaeis in crucem actus sum: Ita sentietis,

(*) Luc. XXIV. 37.

etiam omnes Judaeos credidisse, defunctorum hominum animas tenui semper & exili quodam corpore vestitas esse, me quidem praeterit. Num omnes, qui spectra & manes saepenumero apparere arbitrantur, haec spectra tenue corpus semper secum habere conjunctum, existimant? Quidni & Judaei, ut nunc alia taceam, in ea potuerunt opinione esse, quam multi fovent, & olim foverunt, spiritus corpora sibi ex aëre adsciscere & ad certum tempus gerere posse?

(q) *Philostratus*] *Vitae Apollonii Tyanaei Lib.* IX. *Cap.* 12. *p.* 355. Attulit eumdem *Philostrati* locum, ad haec verba Servatoris nostri illustranda, non ita pridem vir doctissimus, *Jacobus Elsnerus Observationum Sacrarum in N. T. libros Tom.* I. *p.* 287.

(r) *Phlegontis*] Trallianum intelligit: cujus lege *Libellum de rebus mirabilibus Cap.* 1. in *Jac. Gronovii Thesauro Antiquitatum Graecor. T.* VIII. *p.* 2694. *f.* Longior est tota, quam ut hic repeti queat, historia: neque res, ut narretur, flagitat.

(s) *Suspicatur*] Nec his ego multum commoveor doctissimi viri rationibus, ut id credam, quod ipse judicat credibile esse, animis corpus quoddam adhaerescere, quod secum afferant, quum nascuntur, & rursus, quum decedunt, auferant.

(1.) Interpretatio verborum *Christi Luc.* XXIV. 37. quae hic exstat, tametsi & aliis eam in mentem venisse non ignorem, commentitia videtur mihi esse, ut verum fatear, & nullo fundamento nixa. Facit vir magnus Servatorem nostrum non secus hic loqui, ac si ex adolescentiori Academia philosophus aliquis loqueretur: quod quo jure faciat, nescio. Equidem vehementer cavendum esse arbitror, ne quid Deo & Domino nostro a nobis attribuatur, quod perspicuis ab eo verbis haud expressum esse videmus. Sed aequius hoc feramus in homine magnis ceteroquin virtutibus ornato, & homines nos esse cogitemus, quorum animis multae, dum hic vivimus, insidiae struuntur. Exploremus paullum vim argumenti, quod ex *Christi* verbis ducitur. *Ait Servator: Spiritus non habet carnem & ossa: igitur spiritus exile quoddam corpus sibimet adjunctum habent, quod deponunt numquam.* Hoccine est argumentari, aut divinare & conjicere? Num inde, quod *Christus* negat, spiritibus solidum haud esse corpus, consequitur, eos

Digitized by Google

tis, hoc ipſum corpus infinita Dei potentia ſepulcro excitatum eſſe, nec in eo reperiri amplius. Non abhorret multum ab hoc Servatoris noſtri dicto illud *Apol-* 1074
lonii, quod (*q*) *Philoſtratus* memoriae prodidit: λαβέ μου, ἔφη, κἂν μὲν ἀλαφύγω σε, εἴδωλον εἰμί· εἰ δ' ὑπομένουμι ἁπτόμενός σου, πίθι καὶ ζῶν τι με καὶ μὴ ἀποθεδληκέναι τὸ σῶμα. *Prehende me, inquit, ſique (umbrae inſtar) elabar ſpectrum eſſe puta* (id eſt, animam corpore egreſſam) —— *Sin vero tangenti me praebeam, perſuade tibi vivere me, neque corpus depoſuiſſe.* Equidem, tametſi animos corporibus terrenis ſolutos exilibus amictos eſſe vehiculis certum ſit, quorum ita poſſunt coarctare particulas, ut oculos & ſenſus feriant aliorum hominum, rationi tamen congruens arbitror & conveniens, ſtatuere, non eſſe illis integrum, ad tantam illa ſoliditatem & firmitatem revocare, ut carnis ſanguinisque fiant ſimilia atque ita eſſe perſeverent, aut ſaltim plus laboris ac moleſtiae cum hoc corpora coanguſtandi conatu conjunctum eſſe; quam ſuſcipere velint. Nec tamen etiam prorſus negaverim, fieri poſſe, ut ſolida aliorum corpora ſibi nonnumquam adſciſcant, eaque ad tempus agitent & moveant: quale quid in notiſſima (*r*) *Phlegontis* hiſtoria legitur, in qua corpus ipſum non evanuiſſe, quod alioquin, quum ſpiritus comparent, fieri ſolet, ſed foetidum cadaver remanſiſſe dicitur. Quod ad corpus vero Servatoris noſtri *Jeſu Chriſti* attinet, in quo, poſtquam ex mortuis ſurrexerat, fuit, donec ſublimis hinc in coelum abiret, illud quoniam, ſolidum licet ac concretum fuerit, aliquoties tamen diſcipulorum ſeſe oculis ſubduxit, non male *Origenem* conjeciſſe arbitror, qui in medio quodam ſtatu inter mortalis hujus corporis craſſitudinem & coeleſtium aetheriorum atque perfectae gloriae compotum corporum tenuitatem, divino conſilio illud tempus quoddam conſervatum eſſe, (*s*) ſuſpicatur.

§. XXIX.

eos aliud habere corpus, non ſolidum, ſed aetheri aut aëri ſimile? Fateor, non inficiari hic Servatorem noſtrum, animis ſubtile quoddam corpus adeſſe: nec idcirco cum illis fecerim, qui ex hoc loco perſpicuum eſſe putant, omni prorſus corpore carere animos. Etenim ita neminem ratiocinari poſſe arbitror: Animi ſolidum & concretum corpus non habent: Ergo nullum prorſus habent. Sed aeque tamen vitioſe illi rationem concludunt, qui ex hoc dicto patere cenſent, animos aliquo ſemper corpore, his noſtris leviore atque tenuiore, uti. Quaſi vero recte is concluderet, qui hoc modo argumentaretur: *Petrus* negat aurum ſibi & argentum eſſe, *Act.* III. 6. Ergo ſanctus hicce vir nummos habuit ex aere & cupro conflatos. Addam his bina, quae prorſus hoc argumentum conficient. Primum, qui adhibere illud volunt, eos alterum, quod ex *Chriſti* de Lazaro & opulento homine narratione ſumunt, argumentum dimittere oportet. Nam ex his *Chriſti* verbis efficitur, ſpiritus ſolido & concreto corpore ſeu carne & oſſibus, deſtitui: illam vero de Lazaro narrationem ſi urgere & premere velint, concedant neceſſe eſt, animas carnem & oſſa habere. Ardet enim hominis copioſi lingua & aquam expetit, qua reficiatur: Lazarus autem digitos habet, quibus aquam excipiat, ac ori hominis locupletis inſtillet. Haeccine ſolidi corporis teſtimonia & ſigna ſunt? Igitur aut fateantur, quae *Chriſtus* de Lazaro & divite refert, figurata eſſe, nec vim idcirco ullam probandi hac in cauſſa habere, aut, ſi hoc nolint, animos, quod *Chriſtus* tamen negat, carnem & oſſa habere, ſtatuant. Deinde vereor, ne ſi *Chriſti* Servatoris noſtri verba ita, quemadmodum hic fit, explicentur, locus fiat aliis ipſi ſupremo Numini ſubtile vehiculum ejusmodi, quale animis Platonici dant, attribuendi. Scilicet Servator ſanctiſſimus abſolute, omnem naturam, quae πνεῦμα ſeu *ſpiritus* eſt, corpore ſolido carere, affirmat. At idem *Joh.* IV. 24. Deum eſſe πνεῦμα pronuntiat. Igitur ſi hoc ſibi vult *Luc.* XXIV. 37. ſpiritus non craſſum quidem at leve tamen & tenue corpuſculum habere, recte hoc ad Deum, qui πνεῦμα eſt, etiam trahetur, isque non membris quidem humanis, at exili tamen vehiculo inſtructus eſſe cenſebitur.

(II.) Quod poſt Platonicos vir longe doctiſſimus hic perhibet, eſſe in poteſtate poſitum animorum, corporis ſui aetherei particulas, nunc ita, ut conſpici queant, coarctare, nunc viciſſim, ut oculos hominum fugiant, explicare ac dilatare, id ego non modo non intelligo, verum etiam tale

1075 §. XXIX. Haec nos diſputatio ſenſim ad locum quemdam ſacri codicis deducit, quem plerique omnes veterum Chriſtianorum doctores ita expoſuerunt, ut ne ipſam quidem Servatoris noſtri animam corpore ſuo egreſſam, antequam illud reciperet, omni prorſus corpore liberam & nudam volitaſſe, verum tenue quoddam, ſubtiliſſimumque veſtimentum adjunctum ſibimet habuiſſe, inde concludere liceat. Verba *Petri* ſunt: (*) θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι, ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξε Hoc dicto priſci fere omnes doctores deſcenſum Servatoris noſtri ad loca inferorum ſeu ᾅδου memorari, ſtatuunt. (†) Itaque interpres, quem *Vulgatum* vocant, Latine ſenſum ejus ita expreſſit. *Mortificatus quidem carne, vivificatus autem ſpiritu: In quo* (ſpiritu) *& bis, qui in carcere erant, ſpiritibus veniens praedicavit.* Quae ſi valeat interpretatio, vox πνεῦμα *ſpiritus* hoc in loco nota erit *ſpiritualis corporis*, totaque viri divini oratio hanc feret ſententiam: *Servator noſter, Chriſtus, in carne ſeu craſſo carnoſoque corpore mortem ſuſtinuit, verum ſpiritu ſeu ſpirituali corpore amictus in vitam reverſus eſt. In quo quum eſſet ſpiritu ſeu ſpirituali corpore profectus eſt, atque verba fecit ad ſpiritus carcere ſubterraneo concluſos.* Non dubito, quin qui huic favent interpretationi, ſic eam dubitantibus com-

(*) 1 Pet. III. 18. 19. (†) *Auguſtinus Lib.* XII. *de Geneſi ad litter. c.* 33. de hoc loco ita: *Et Chriſti quidem animam veniſſe usque ad ea loca, in quibus peccatores cruciantur, ut eos ſolveret, quos eſſe ſolvendos occulta nobis ſua juſtitia judicabat, non immerito creditur.*

reor eſſe, ut ipſa Platonicorum de hoc corpore animorum praecepta labefactet. Statuunt nimirum Platonici ſubtile illud animorum corpuſculum immortale eſſe natura ſua nec interire poſſe, niſi Deus velit. Explicent igitur mihi, precor, quomodo id indiſſolubile & immortale queat eſſe, quod jam dilatari, jam viciſſim coarctari poteſt. Mihi quidem omne id, quod contrahi & viciſſim explicari poteſt, ex partibus conſtare videtur non ita inter ſe junctis & connexis, ut diſſolvi plane nequeant: Praetermitto alias difficultates, cum hac conjunctas opinione, quibus expediendis haud pares erunt Platonici, niſi tritam omnium fere philoſophorum viam relinquere & ea rejicere velint, quae a nullis prope adhuc in dubium revocata ſunt.

(III.) Valde vereor, ne ſententiam *Origeni* alienam attribuerit vir doctiſſimus, quum eum exiſtimaſſe ſcribit, corpus *Chriſti*, dum vixit hic cum diſcipulis ſuis poſt reſurrectionem in ſtatu quodam medio ſervatum a Deo fuiſſe Scio, putaſſe *Origenem*, corpus *Chriſti*, quod ſecum e ſepulcro attulit, aërium fuiſſe aut mediae cujusdam naturae inter corpus, quod antea geſſerat, & inter animam omni corpore nudatam: ᾗ δὲ γε, inquit *Lib.* II. *adv. Celſum p.* 98. κατὰ τὸν ἀνάστασιν αὐτοῦ ἀστερὶ τι μεθόριον τινὰ ἐκ παχύτητος τοῦ πρὸ τοῦ πάθους σώματος τοῦ τοιούτου σώματος ἀπεκδύσαντος ψυχήν. *Habuit poſt reſurrectionem corpus quoddam medium inter craſſitudinem illam, quae ante paſſionem inerat, & animam nudatam corpore illo.* At idem ubi ſcripſerit, corpus hoc, quod *Chriſtus* quadraginta geſtavit dies, a Deo tam diu in ſtatu iſto medio conſervatum eſſe, donec in coelum aſcenderet ille, poſtea vero aliam formam & naturam aſſumſiſſe, me quidem plane praeterit. Aut ego plane fallor, aut *Origenes* cenſuit, medium illud & aërium corpus, quod, ipſo judice, *Chriſtus* reſurgens habuit, non modo quadraginta dies iſtos, quos cum amicis ſuis verſatus eſt, a Deo in iſto ſtatu conſervatum, verum etiam in coelum ab ipſo translatum eſſe, nec umquam ab eo depoſitum iri. Fortaſſis egregio viro *Hugo Grotius* auctor fuit, ut *Origenis* iſta ratione caperet ſententiam: quippe qui *Comment. ad Lucae* XXIV. 31. *p.* 839. ſimiliter quadraginta tantum dies medium illum corporis *Chriſti* ſtatum duraſſe, ſibi perſuadet. Facile eſt, in errores ejusmodi incidere: illud vero multo magis miror, quemadmodum vir praeſtantiſſimus a ſe impetrare potuerit, ut illam, quam *Origenis* fuiſſe credit, opinionem de corpore *Chriſti* probaret. Primum quonam ſefe praeſidio tueatur haec ſententia, haud video? Silent enim prorſus de hoc miraculo, quarum auctoritati nobis unice ſtandum eſt in ejusmodi rebus, ſanctiores literae. Diſparuit, inquit vir doctiſſimus, *Chriſtus* aliquoties: Ergo corpus aërium fuerit neceſſe eſt, qualia corpora nunc coarctari poſſunt, ut videantur, nunc viciſſim dilatari, ut non videantur. Sed haec mihi plane videntur levia. Quod e diſcipulorum ſuorum conſpectu repente *Chriſtus* evanuit, id argumento quidem eſt, corpus ejus novis auctum fuiſſe proprietatibus & veterem depoſuiſſe gravitatem, aut glorioſum fuiſſe factum: nullo vero modo probat, corpus illud, quod reſurgens habuit, aërium & mediae

communituri ſint: Vox πνεῦμα, *ſpiritus*, non poteſt hoc in oraculo animam Ser- 1076
vatoris noſtri denotare: quoniam haec, quae ipſa natura ſua perennis eſt ac immortalis, inepte diceretur vitae particeps eſſe facta. Et qualis, quaeſo, haec foret oratio: Ipſe, id eſt, animus Servatoris noſtri *Jeſu Chriſti*, in *ſpiritu*, id eſt, in ſe ipſo, animus in animo commeavit ad ſpiritus captivos ad erudiendos eos? Neque πνεῦμα hic ſignificare poterit *divinum ſpiritum* ſeu divinam naturam, quae, quum Servator e ſepulcro ad viventes reverteretur, cauſſa fuit vitam iterum in exſtincto corpore producens & efficiens. Etenim haec ſi intelligeretur, duo haec: *in carne morti tradi*: & *in ſpiritu vitae reſtitui* non eſſent diſparata aut juſta lege ſibi oppoſita: niſi forte quis utrumque, *carnem & ſpiritum*, ex materia conſtare diceret. Simili ratione ſequens explicare decet membrum, quo Servator in eo *ſpiritu*, in quo vitam recepit, poſtquam in *carne* mortem perpeſſus erat, ad *ſpiritus* carcere detentos verba feciſſe dicitur. Etenim hos *ſpiritus* captivos non fas eſt putare ſimplices fuiſſe mentes, omni ſejunctas corpore, verum animos corporibus ſpiritualibus & tenuioribus amictos: quam quidem vim haec vox in aliis quoque ſacrorum librorum locis (*t*) habet. Quidquid hoc eſt, illud quidem ex fa-

1077

mediae cujusdam naturae fuiſſe. Taceo, quae de corporum aëriorum natura tradunt Platonici, quae contrahi & rurſus explicari poſſe volunt, nimis eſſe lubrica & incerta, quam ut facile admitti queant ab illis, qui nihil ſine cauſſis & rationibus recipiunt. Sed quid multis? Pugnat deinde haec ſententia cum perſpicuis ſacri ſcriptoris aut *Chriſti* potius verbis. Confirmat ſanctiſſimus Servator, ſeſe *carnem & oſſa* habere *Luc.* XXIV. 39. *Thomam* etiam jubet digitum ſuum clavorum veſtigio & manum lateri admovere. *Joh.* XX. 27. Haeccine documento ſunt, idem, quod in ſepulcro fuerat repoſitum, corpus a *Chriſto* relatum fuiſſe? Corporane aëria & quae mediae ſunt naturae ex carne & oſſibus conſtant? aut vulnerum, quibus corpus mortale aliquando ſaucium fuit, veſtigia ſic ſervant, ut aliorum digiti & manus cicatrices iſtas attrectare queant? Nolo pluribus, quod poſſem, hanc ſententiam ſubruere: at doloo ſtudium philoſophiae Platonicae & *Origenis* tantum potuiſſe apud magnum hominem, ut eam temere amplecteretur. Glorioſa licet beatorum hominum, qui reſurgent, corpora & novis inſtructa virtutibus fore, omni careat controverſia: Haud tamen quisquam noſtrum ita novit illa mortalitatis neſcia corpora, ut quid fieri queat ab illis, quid non queat, diſcernere ipſi liceat. Cur igitur non ſecus interdum diſputamus & agimus, ac ſi jam ipſimet corpus ejusmodi lucidum & glorioſum geſſiſſemus, nec quicquam nos affectionum fugeret, quae illi propriae & peculiares ſunt?

(*t*) *Habet*] Variis licet interpretum ſententiis & conjecturis hic *S. Petri* locus, quem omnes obſcurum eſſe fatentur, prope obrutus ſit: violentam tamen magis & ab omni veri ſpecie alienam ejus interpretationem haud vidi, quam haec eſt viri doctiſſimi. Tantane caligine mentes etiam eorum obſideri, quos ignea ceteroquin ingenii vis ſupra reliquos evexit homines, quum opinionibus imbuti ſunt praejudicatis?

(I.) Πνεῦμα Vir egregius hic corpus animae aetherium ſignificare, exiſtimat. At quanam fretus ratione ſic ſtatuit? Quonam ſacri codicis loco hanc expoſitionem firmat? Equidem nihil video ab eo afferri, quod ei faveat. At Platonicorum amor viro eruditiſſimo ſuaſit, ut ita locum hunc exponeret. Apud hos ſcilicet nomen πνεῦμα vehiculum illud animae denotat: Quare nihil dubitavit hanc Platonicorum notionem ad hoc *Petri* dictum transferre, quum de ipſo dogmate nihil ſibi dubitandum eſſe duceret.

(II.) At non modo interpretatio haec omni deſtituta eſt fundamento: verum etiam ſancti hominis verbis minime convenit. Dicitur ab eo Servator noſter θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι. Horum verborum hanc eſſe vult ſententiam vir praeclarus: *Morti traditus eſt in corpore hoc craſſiori: at in vitam rediit in corpore ſubtili, quod animis naturale eſt.* De prioris membri explicatione nihil nunc inter nos certaminis eſt: at poſterioris expoſitio tam mihi diſtare videtur a vero, quam quod diſtat maxime. De poteſtate vocabuli ζωοποιέω convenit inter nos, ut arbitror. Conſtans enim uſus ejus in libris novi foederis oſtendit, illud ſignificare, *vitam reddere* & ζωοποιεῖσθαι *vitae reſtitui*. Nec patitur aliam hic locus notionem: in quo vident omnes mortem Servatoris noſtri & ejusdem reſurrectionem inter ſe opponi. De re ergo ipſa videamus. Servator noſter quum animatus denuo ſeu vitae redditus eſſe dicitur, nullum eſt dubium, quin id de corpore ejus intelligi debeat, quod unum mori poteſt. Animam enim *Chriſti* mori potuiſſe, cogitatu eſt impium: naturam vero divinam morti ſubjicere, prorſus

cris litteris explorate cognitum nobis eſt, non *Eliam* modo, cujus terrenum corpus, quum igneo curru hinc auferretur, ex parte ſaltim, ſpirituale factum eſſe videtur, ſed etiam *Moſen* in monte Servatori noſtro, ejusque amicis ſpectabiles ſe-
1077 ſe exhibuiſſe. Hoc per praeſtigias ita eveniſſe, credere nos vetat pietas & religio: itaque vera ſanctorum hominum corpora, in quibus conſpecti ſunt, fuiſſe oportet. Nec veri eſt diſſimile, corpora haec, quemadmodum ſplendidum illud, quod *Chriſtus* tum aſſumſit, corpus αὐγοειδῆ quoque, *luciformia* ſeu lucentia fuiſſe.

§. XXX. Cum his alia quaedam conjungenda putem eſſe divinorum auctorum effata, quibus regeniti ac renovati homines in hac vita jam certum quoddam pignus futurae haereditatis ſuae dicuntur poſſidere: quod quidem ſpirituale eſſe ac coeleſte corpus, cujus compotes ſunt, arbitror. Neque hoc praetermittendum, novam mortalium corporum animationem ſeu reſurrectionem opus aliquoties dici *ſpiritus* eſſe, qui in ſanctis hominibus verſatur & habitat. Veterum jam aliqui hoc accurate voluerunt obſervari: e quibus *Irenaeum* nunc nomino: (*) *Nunc autem*, inquit, *partem aliquam ſpiritus ejus ſumimus ad perfectionem & praeparationem incor-*

(*) Lib. V. c. 8. (p. 301. ed. Maſſuet.)

ſceleratum & inſanum foret. Igitur, ſi adſciſcamus, quam *Cudworthus* dedit, verborum *Petri* expoſitionem, hanc habebimus ſententiam: *Corpus vero Servatoris, quod exſtinctum antea fuerat, in ſubtili corpore animae aut per ſubtile corpus illud ad vitam revocatum fuit.* At quis tam excors eſt, quin ſenſum hunc & per ſe abſurdum ac inficetum, & ipſis *Cudworthi* ſcitis prorſus eſſe contrarium videat? Anima *Chriſti* ſi mortua fuiſſet & in vitam rediiſſet, aliquam habuiſſet haec interpretatio quantumvis puſillam & exiguam veri ſpeciem: at corpus quum exſtinctum unice ac vitae redditum ſit, nihil ea fieri poteſt, ne quid gravius dicam, mirabilius. Forte, quibus haec non aſpernanda videtur expoſitio, verba reſpondebunt *Petri* ſic eſſe accipienda: *At anima Chriſti ſubtili corpore ſua amicta ad corpus rurſus rediit.* Sed ab his primum requiro: Quid neceſſe erat, ut *Petrus* id indicaret, animam *Chriſti* nullam ſubiiſſe mutationem, ſed naturali vehiculo ſuo veſtitam ad corpus rediiſſe? Deinde poſtulo, ut probent vel uno ſacrorum librorum loco ζωοποιεῖν ſignificare *ad corpus redire* ſeu cum corpore iterum conjungi. Uſitatas & conſtantes verborum ſignificationes ſi deſerere nobis, & novas pro lubitu fingere licet, nihil erit tam certum ſanctumque, quin convelli ac violari queat. Judicent denique velim omnes, in quibus rectae rationis eſt aliquid, num ferre queant hanc verborum *Petri* declarationem: *Chriſti quidem grave ac ſolidum corpus mortem ſuſtinuit, verum anima ſubtili corpore ſuo veſtita reverſa poſtea eſt ad hoc ſolidum corpus.*

(III.) Meo quidem judicio, aut nihil, quod ego quoam intelligere, dicit *Petrus*, aut vocabulo πνεῦμα cauſſam indicat efficientem reſurrectionis *Chriſti*. Quae cauſſa quum anima non ſit *Chriſti*, ſed divina ejus natura, illis accedere haud dubito, qui πνεῦμα divinitatem *Chriſti* hic indicare, arbitrantur. Habet quidem, quod communi huic ſententiae opponat *Cudworthus*. Sed fateor, obſcurum mihi eſſe, quid ſibi velit, quum ſtatuit, hanc ſi recipiamus ſententiam, nullam fore juſtam *oppoſitionem* inter haec duo: *In carne morti tradi*: & *in Spiritu vitae reſtitui*. Putem potius, in ejus expoſitione hanc juſtam oppoſitionem deſiderari: Parum enim concinne inter ſe corpus *Chriſti* ſolidum & vehiculum animi, quod Platonici ſtatuunt eſſe, committi.

(IV.) Poſtremo, quod ſub initium ſtatim ait vir doctiſſimus, plerosque veteris eccleſiae doctores, ita hunc *Petri* locum accepiſſe, ut, quam ipſe defendit, ſententia inde facile eliciatur, id neminem ita velim intelligere, ac ſi antiqui hi doctores πνεῦμα in his *Petri* verbis vehiculum animae *Chriſti*, quod ipſe cenſet *Cudworthus*, denotare judicaſſent. Mihi quidem nemo unus eorum occurrit, qui hunc ſenſum probaret. Pierique omnes vocabulum πνεῦμα de ipſa *Chriſti* anima intelligunt: quam quidem, corpore in ſepulcro jacente, deſcendiſſe arbitrantur ad ſedes inferas, in quibus animos detineri putant. Mens ergo doctiſſimi viri haec tantum eſt, eos, qui hanc veterum doctorum ſententiam ſequantur, facile hinc ad interpretationem, quam ipſe reliquis praefert, delabi poſſe. Forte nomen *Petrum*, quod magnum eſſe notum eſt, ideo ſuae tantum obtendit expoſitioni, quo novitatis invidiam felicius effugeret. Quae de *Moſe* addit & *Elia*, ea cauſſam,

Digitized by Google

incorruptelae, paullatim assuescentes capere & portare Deum. Quod & pignus dixit Apostolus, hoc est, partem ejus honoris, qui a Deo nobis promissus est. —— Si ergo pignus hoc habitans in nobis, jam spirituales effecit & absorbetur mortale ab immortalitate. Addo (v) *Novatianum*, cujus hae voces sunt: *Spiritus Sanctus id agit in nobis, ut ad aeternitatem & ad resurrectionem immortalitatis corpora nostra perducat, dum illa in se assuefacit cum coelesti virtute misceri.* Taceo, dicta quaedam in sacris exstare litteris, e quibus intelligi debere videtur, coelestia, quibus boni viri praediti sunt, corpora post fata inchoari & perfici, absoluta vero minime ante ultimum judicii diem fore. *Novimus enim*, inquit *Paulus*, (*) *si terrenae hujus domus nostrae tabernaculum dissolutum fuerit, aedificium nos ex Deo habituros, domicilium non manu factum, aeternum in coelis. Atque ad hoc aspiramus serio.* Addo *membro* quae leguntur *quinto: Porro Deus, qui ad hoc ipsum nos condidit, qui etiam dedit nobis arrhabonem spiritus.* Quod si animi discedentes omni omnino vacui corpore ad supremum orbis hujus diem manent, equidem me non intelligere fateor, quonam tandem modo hanc veluti anticipationem coelestis & immortalis corporis (x) habeant?

§. XXXI.

(*) 2 Cor. V. 1.

sam, quae hic agitur, non attingunt.

(v) *Novatianum*] *Libro de Trinitate Cap.* 29. p. 450. ad calcem *Operum Tertulliani.*

(x) *Habeant*] Nihil horum, scio, in litteras retulisset vir egregius, nisi nimius scitorum Platonicorum amor aciem ipsi mentis praestrinxisset. Vidit apud Platonicos nomen πνεῦμα sic usurpari saepenumero, ut corpus eo indicetur animae spirituale ac aetherium: haud igitur dubitavit, in sacris litteris eamdem notionem interdum huic nomini subiectam esse. Qua quum imbutus opinione ad sacros accederet libros, quae evidentia sunt & clara, visa ipsi sunt obscura & retrusa, & quae de Spiritu Sancto perspicue agunt, de vehiculo animae Platonico loqui. Tanta est humanarum mentium imbecillitas, ut ipsam haud videant lucem, si quid antea sordium receperint. Expendamus breviter, quae magnus vir hic disputat.

(I.) Observat, sacris in libris traditum esse, homines regenitos hic jam pignus hereditatis suae habere, spiritum nimirum seu πνεῦμα: hoc vero pignus seu hunc *spiritum* coelestе vult esse corpus, quod jam gerunt animi. Tessatur sine controversia dicta 2. *Cor.* I. 22. 2. *Cor.* V. 5. *Eph.* I. 13. IV. 30. & quae his cognata sunt & affinia. Iis vero in locis qui difficulter intelligit de Spiritu Sancto & ejus donis sermonem esse, quae accipiunt homines, qui cum *Christo* per fidem conjunguntur, is admodum hebes, aut aliis opinionibus vehementer impeditus sit, necesse est. Lepidus plane ac inficetus foret horum dictorum sensus, si πνεῦμα in illis *corpus* denotaret animae coelestе. *Paulus* 2. *Cor.* I. 22. Deum *dedisse* scribit *spiritum, tamquam pignus, in cordibus eorum, qui crediderunt.* Num igitur illi, qui regenerantur, corpus coelestе in *cordibus suis* ἐν ταῖς καρδίαις adipiscuntur? Idem *Eph.* IV. 30. monet, *ne Ephesii spiritum Dei, quo obsignati essent, tristitia afficiant.* Corpusne igitur coelestе ac aetherium animae peccatis nostris dolet & angitur, tristitiaque propterea a nobis affici potest? Taceo de reliquis hujus generis dictis. Sed ipse vir doctissimus concedit, nullos, nisi sanctos & regeniros, pignus illud accipere, quod *spiritum* vocant divini viri. Ergo *spiritus*, si corpus subtile aut vehiculum est animae, hoc vehiculum nulli habent, nisi filii Dei, quibus id datur, quum in Servatoris veniunt communionem. Quam male haec cum scitis congruunt Platonicorum, quae sua fecit vir egregius? Namque hi quamlibet animam, sive probi, sive mali hominis corpus incolat, hoc esse vehiculo vestitam, idque secum ad generationem descendentem afferre, statuunt. Aut igitur hos locos neget de illo agere vehiculo, aut novam plane disciplinam, diversam a Platonica, fingat, nullosque nisi pios corpore coelesti indui, adseveret. Omitto, intelligi aegre posse, quomodo exile quoddam corpus nobis pignus futurae gloriae queat esse: at qua ratione Spiritus Sanctus, ejusque dona certos nos facere queant de futura possessione bonorum coelestium, id vel pueri capiunt.

(II.) Animadverti vult resurrectionem corporum a divinis hominibus adscribi nonnumquam *spiritui*, qui habitat in sanctis & piis. *Pauli* sine dubio locum designat, qui *Rom.* VIII. 11. scriptus exstat: *Quod si spiritus ejus, qui Jesum ex mortuis excitavit, habitat in vobis, is, qui Christum ex mortuis excitavit, etiam vestra mortalia corpora re-*

1078 §. XXXI. Ad extremum veteres illos, qui animis orbe hoc egreſſis veſtimentum quoddam ſeu tenue corpus injecerunt, *Irenaeum*, *Origenem*, reliquosque, ne ſuſpicatos quidem eſſe, hanc opinionem dogmati de futura corporum reſurrectione injuriae non nihil afferre, omnem extra controverſiam eſt poſitum. Quid, quaeſo, prohibet, hominem velamento aut ſagulo tantum cinctum, togam poſtea puram & fuſius indumentum ſumere? Idque multo nobis minus mirabile videbitur, ſi hac ipſa in vita duplex nobis jam adeſſe corpus cogitemus, alterum exterius, alterum interius. Etenim praeter grave illud, quod tangi poteſt corpus & oculis

vocabit in vitam, Διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ πνεῦμα ἐν ὑμῖν, *per inhabitantem in vobis ſpiritum ſuum*. Equidem hoc in loco numquam haeſi. Judico, quod idem ſummi judicant interpretes, Spiritum in ſanctis habitantem non hic ut cauſſam efficientem animationis corporum defunctorum, ſed ut cauſſam moventem & incitantem ſiſti, ſententiamque dicti hanc eſſe: *Deus ideo corpora veſtra ex mortuis excitabit, quia vos Spiritus Sancti hic fuiſtis templa & domicilia.* Fac vero, meliorem eſſe illorum ſententiam, qui Spiritus in Sanctis habitantis opus reſurrectionem hic dici aſſeverant, quidnam haec expoſitio ad rem praeſentem faciet? Vultne igitur vir egregius, *ſpiritum*, qui ſanctos incolere dicitur, corpuſculum coeleſte ſeu vehiculum animarum eſſe? Ergone hoc vehiculum efficit, ut corpora noſtra ex mortuis reſurgant? Ergone Deus hoc vehiculo utitur, tanquam inſtrumento, ad terrena & craſſiora corpora vitae reſtituenda? Ut in omnes partes animum verſem, haud tamen in hac aliquid interpretatione, quod cuiquam recti judicii placere queat, reperio. Certe aut ſingularem aliquam de *ſpiritu* & corpore animarum ſententiam in animo habuit vir egregius, quam ego haud aſſequor, aut ipſemet hanc expoſitionem rejicere debuit. *Irenaei* & *Novatiani* dicta, invitis prorſus auctoribus eorum, huc trahuntur. Apud *Irenaeum* quid ſit *Spiritus* & quemadmodum is de *ſpiritu* cenſuerit, ſupra ſatis jam declaravi, quum ſententiam ejus de anima explicarem. Spiritus *Irenaeo* eſt tertia divinae naturae perſona, quem *Spiritum Sanctum* ſacrae vocant litterae. Hujus *Spiritus Sancti* pios homines, quum ad Deum convertuntur, partem aliquam accipere, autumat: *Subſtantia noſtra*, inquit *Lib. V. Cap. 8. p. 301.* id eſt, *animae & carnis adunatio aſſumit Spiritum Dei & ſpiritualem hominem perficit.* Et ex ipſis, quae hic afferuntur, verbis idem liquet: in quibus ſi de corpore ſpirituali loqueretur animae, quomodo dicere poſſet, *per inhabitationem ſpiritus paullatim adſueſcere ſanctos & pios capere ac portare Deum*? Neque alia in *Novatiani* verbis eſt ſententia, quod apertum eſt ex illis, quae ſtatim conſequuntur: *Dum illa in ſe adſuefacit cum coeleſti virtute miſceri & cum* SPIRITUS SANCTI DIVINA AETERNITATE *ſociari.* Quis haec verba, niſi mente captus, de *ſpiritu*, quem Platonici nominant, animi accipiat? Illud vero quidnam ſibi velit, quod *Irenaeus* & *Novatianus* ſignificant, *ſpiritum corpora noſtra ad immortalitatem, incorruptelam & reſurrectionem perficere ac producere*, ipſe ſatis apte *Novatianus* his verbis explicat: *Eruditantur enim in illo* (ſpiritu) *& per ipſum corpora noſtra ad immortalitatem proficere, dum ad decreta ipſius diſcunt ſe moderanter temperare.* Neuter igitur de corpore coeleſti animae cogitavit, quum de Spiritu & fructibus Spiritus differeret.

(III.) Addit vir doctiſſimus, conſtare ex ſacris libris, maxime ex 2. *Cor. V. 1. 5.* corpora coeleſtia bonorum & piorum virorum poſt ſolidi corporis diſſolutionem perfectiora ſenſim reddi, donec in extremo hujus mundi die ad eam, quam capere poſſunt, perfectionem veniant. Aſſumit hic vir praeclarus id, quod in diſceptationem vocatur, eſſe animis ſanctorum hominum coeleſtia vehicula & corpora. Sed mittamus hoc, & videamus tantum, num ex locis, quos producit, *S. Pauli* cogi queat ulla ratione, perfici ſenſim, exſtincto hoc terreno corpore, coeleſtia corpora? Scire ſeſe confirmat ſanctus homo, fore, ut, tametſi fragile ac mortale corpus pereat & moriatur, idem ſibi tamen corpus, at glorioſum, immortale, nec periturum reddatur: hoc glorioſum ſeſe ac coeleſte corpus vehementer appetere: pignus vero Spiritum S. ſibi datum eſſe a Deo, qui ſpem ſuam non fallacem eſſe in animo ſuo teſtetur. In hac oratione qui vel minimam animadvertit corporis animorum coeleſtis mentionem, aut dogma illud videt, quod ex ea putat erui poſſe *Cudworthus*, vehicula animorum poſt mortem ſenſim perfici, is omnes perſpicacitate haruſpices haud dubie vincit. Ego metuo, ne ſi quis attente verba *Pauli* legerit, vehiculi Platonici prorſus obliviſcatur. Namque ſanctus homo magno ſeſe deſiderio corporis coeleſtis, de quo loquitur, accenſum eſſe ſcribit *vſ.* 2. Igitur tum temporis coeleſte illud corpus nondum habuit: quod aperte Platonicorum adverſatur dogmati, qui naturalia eſſe opinantur animorum vehicula.

(IV.) Subjicit poſtremo vir egregius, *nullo ſeſe modo intelligere, quomodo ſancti anticipationem habere poſſent corporis coeleſtis, ſi omni corpore nudi animi ad ultimum usque judicium viverent.* Fateor, obſcuriora mihi cum haec, tum alia nonnulla

Digitized by Google

lis conſpici, aliud in nobis eſt ſpirituale corpus ac interius, quo tamquam inſtrumento mens noſtra ad ſentiendum, motusque ciendos utitur. Atque hoc in- 1079
teſtinum corpus non una cum exteriori mandatur terrae aut viridi ſub ceſpite in cuſtodiam (y) mittitur. Quamquam ut haec omnia multum videantur habere roboris, haud ego tamen mihi tantum ſumo, ut hic judex ſedere, tantaeque gravitatis dirimere controverſiam audeam. Academicos potius imitabor atque rationibus expoſitis, liberum lectoribus, quid ſentire velint, (z) faciam.

§. XXXII.

nulla doctiſſimi viri verba eſſe: Ac, dum omnia diligenter expendo, in eam paene ſententiam venio, noluiſſe magnum hominem aperte ac luculenter totam opinionem ſuam exponere, partemque ejus non modicam, quo invidiam effugeret, reticuiſſe. Si mentem ego ejus recte conſequor, hoc in hiſce verbis argumentum latet: Animi anticipationem jam habent corporis coeleſtis, aut certo ſciunt, corpus aliquando glorioſum ſeſe adepturos eſſe: Ergo corpus jam habent coeleſte ac aetherium. Nam quod quis non habet, ejus nullam etiam anticipatam notionem informare valet. Ratio haec ex omni parte tam futilis & inepta eſt, ut libere dicam, quod ſentio, ut inutiliter me tempus conſumturum eſſe judicem, ſi contra eam diceram. Quapropter credere malo, mentem a me non ſatis comprehendi doctiſſimi viri, quam argumentationem tot vitiis deformem ipſi attribuere. Unde certo ſciant ſancti, Deum ſibi aliquando ſplendidius multo & praeſtantius corpus ſuum redditurum eſſe, id aperte *Paulus* cf. 5. indicat. Spiritus Sanctus, ejusque teſtimonium & dona, quibus praediti ſunt, dubitare eos hac de re non patiuntur.

(y) *Mittitur*] Quantum detrimenti dogma Platonicum de corpore ſeu vehiculo animarum doctrinae Chriſtianorum de reſurrectione afferat, ſupra jam expoſitum a nobis eſt. Quod antiqui doctores haud exiſtimarunt, noxium illud eſſe huic doctrinae, id argumento non eſt, rem ita ſeſe habere. Multi tam hebetes ſunt, ut dogmatum ſuorum perniciosa haud cernant conſectaria, quae aliorum non fugiunt oculos. Reliqua, quae hic leguntur, de duplici, quod omnes homines gerunt, corpore, ſumuntur a viro doctiſſimo, non autem probantur. Quocirca ut in illis expendendis nonnihil ponamus laboris, neceſſe non eſt. Certum erit omne, quod certum eſſe volumus, ſi ea, de quibus quaeritur & diſputatur, in principiis diſputationis ponere licuerit.

(z) *Faciam*] In gravisſimam civium ſuorum reprehenſionem *Cudworthus* ob hanc ipſam de animorum corpore digreſſionem incurrit; quorum aliqui violati cum ſanctiſſimi de corporum reſurrectione dogmatis poſtularunt. Congeſſit accuſationis momenta vir doctiſſimus, *Thomas Wiſe*, qui *Cudworthi* opus in *Compendium* aliquod redegit in *Introductione* ſeu *Praefatione* ad laborem ſuum p. 125. ſ. & ſimul, quae pro *Cudworthe* dici poſſunt, indicavit. Ex hoc igitur quanta fieri poteſt fide cum quae crimini data ſunt magno viro, tum quae ad eum faciunt excuſandum, repetam. Quid ipſe ſentiam hac de re in extrema diſputatione paucis tantum ſignificabo; nam aliquoties jam ſatis copioſe diſplicere mihi nonnulla in ejus opinionibus profeſſus ſum, & diſſenſionis meae cauſſas attuli. Videtur *Cudworthus* multis in hac digreſſione ejusdem, quod hic gerimus, corporis reſurrectionem ſi minus aperte negaſſe, attamen occulta quadam via & ratione labefactaſſe ac in controverſiam adduxiſſe. Videamus, quibusnam argumentis, quod dicunt, probent.

(I.) *Cudworthus* ſupra §. 23. quum comparationem affert, cujus *S. Paulus* auctor eſt, 1 *Cor.* XV. 36. corporis defuncti cum grano tritici, quod terrae mandatur & poſtea nova capit incrementa, ita eam interpretatur, ac ſi omni ex parte expleta & perfecta eſſet, nusquam vero, quod ajunt Logici, claudicaret. Ipſemet fatetur, *corpus illud*, quod ex frumento terrae commiſſo naſcitur, nec mole, nec natura idem eſſe atque illud, quod terrae mandatum erat. Corpus igitur noſtrum, quod ex mortuis excitabitur, ſi prorſus ſimile eſt ariſtae, quae naſcitur ex frumento ſeminato, non idem erit illud, quod nunc portamus, corpus. Et hoc etiam voluiſſe ſibi virum doctiſſimum ex his ejus verbis liquet, quibus *Pauli* ſententiam ibi declarat: *Scias velim, o homo, corpus, quod nos hic in vita tegit, non ſecus eſſe ſpectandum, atque ſemen ejus corporis, quod in reſurrectione proditurum eſt: quod propterea certo ſenſu diſcrepat ab hoc noſtro corpore, alio vero ſenſu non differt ab eo.*

(II.) Contendit vir doctiſſimus quae ſacrae litterae tradunt de corporibus glorioſis eorum, qui ad beate vivendum reſurgent, ea non differre ab illis, quae philoſophi Platonici de lucido & aethereo animorum corpore dixerunt. Hoc autem ſi verum eſt, non id ipſum, cui nunc animus ſociatus eſt, corpus nobis reddetur, ſed aut novum prorſus & ab hoc mortali prorſus diſcrepans, aut ſaltim non ſolidum & ex carne conſtans corpus, ſed ſubtile ac aethereum. Talia enim eſſe putabant Platonici corpora, quae animis dicebant eſſe

Digitized by Google

1080 §. XXXII. Unum reſtat nobis expediendum ex hac veterum Pythagoraeorum &

eſſe ſociata. Neque diſſimulat ita ſibi videri vir eruditiſſimus. *Corpus*, inquit, §. 23 *quo aliquando juſti erunt circumdati & philoſophiorum diſciplina & ſacri codicis auctoritas σῶμα fore pronuntiat φωτεινὸν, σῶμα πνευματικὸν, σῶμα ἀφθαρσίας, corpus glorioſum, lucens, ſplendidum, ſtellis ſimile.*

(III.) *Paulus Col.* I. 12. de ſorte ſanctorum in luce loquitur. Haec verba *Cudworthus* arbitratur de lucido corpore, quod praeſtolantur ſancti homines, accipi debere. At ſi corpus glorioſum, quod expectant ſancti, ſors eſt aut haereditas, diverſum illud eſt a corpore, quod hic nos cingit. Haereditas enim proprie bonum eſt, quod aliquis antea haud poſſedit, nec habuit.

(IV.) Corpora, quae reſtituentur aliquando beatis, fore affirmat angelorum corporibus ſimilia. Angelorum vero corpora ex aethere conſtare & in primis eſſe ſubtilia judicat. Igitur & corpora beatorum ejusdem naturae & conditionis eſſe, nec ex carne & ſanguine conſiſtere, arbitratus eſt.

(V.) Quod *S. Paulus* ait *1. Cor.* XV. 50. *carnem & ſanguinem non poſſe haereditatem regni Dei conſequi*, id disputat proprie prorſus, non autem figurate, accipiendum eſſe: ſecus ac ſaniores cenſent Theologi, qui putant, ſenſum horum verborum eſſe: Vitioſis animi affectionibus & turbulentis commotionibus, quae *carnis* & *ſanguinis* nomine in divinis libris veniunt, in iſto, quod beatis reſtituetur, corpore nullum omnino locum fore. Igitur non idem corpus ex opinione ejus excitabitur, ſed longe aliud. Nam haec noſtra corpora ex carne & ſanguine concreta ſunt.

(VI.) Reſurrectio, cujus toties in libris Novi Foederis mentio fit, eadem ipſi eſſe dicitur, quae ἀνάστασις ἐκ τῶν νεκρῶν, quam Servator noſter memorat *Luc.* XX. 35. At hoc loco *Chriſtus* non tam corporis ejusdem, quod hic gerimus, reſurrectionem probat, quam generatim oſtendit, ſuperſtites nos poſt hanc vitam & immortales fore. Et nihilo tamen minus de hac reſurrectione, de qua *Chriſtus* loquitur, *Cap.* 15. *prioris ad Corinthios epiſtolae* unice agi ſubjicit, immo clarius mentem ſuam his verbis enunciat: *Hanc nos reſurrectionem dicimus bonorum virorum animis id allaturam eſſe felicitatis & gaudii, ut corporibus jungantur* (nos dicit, iterum jungantur) *coeleſtibus* (obſerva, non dicere eum *ſuis* aut *iisdem*) *immortalibus, ſpiritualibus, gloriaeque omnis plenis.*

(VII.) Quum ſcriptores ſacri dicunt, hoſpites nos eſſe ac peregrinos in gravi hoc ac terreno corpore, id tantum indicare volunt, corpora haec majorem expectare perfectionem. At *Cudworthus* tam late videtur haec verba interpretari, ac ſi divini viri docere nos voluiſſent, prorſus alia & his terrenis corporibus oppoſita coeleſtia corpora nos aliquando eſſe adepturos.

(VIII.) Deum, ait vir doctiſſimus, voluiſſe primum, ut animi noſtri longe alia corpora incolerent, quam ea, quibus nunc ſumus induti. At idem corpora, quae reſurgentes accipient, talia fore non obſcure ſignificat, qualia Deus primum voluit ab animis incoli. Ergo corpora reſurgentium longe alius erunt generis ac naturae, quam haec noſtra, neque ex carne conſtabunt & ſanguine.

Haec ſunt argumenta illa, propter quae viri docti *Cudworthum* in judicium adduxerunt negati dogmatis de corporis ejusdem, quod hic gerimus, reſurrectione. Videamus, nunc quemadmodum obiectum hoc ei crimen diluere ſtudeat *Thom. Wiſius.* Fatetur is, non omnem ſeſe ab eo depeliere poſſe ſuſpicionem: concedit *p.* 125. nimia eum erga Platonicos voluntate longius abductum fuiſſe: & *p.* 130. *Origenis* eum legiſſe affirmat veſtigia, quem parum caſte de reſurrectione corporum ſenſiſſe conſtat. Sed nec prorſus tamen ſuam ipſi tutelam vult deeſſe. Igitur tametſi negari nequeat, nimis audacter & inconcinne eum interdum loquutum eſſe de corporibus reſurgentium, eſſe tamen obſervat alia ejus dicta, quibus nihil fieri hac in re ſanius & melius poſſit. Rejicere eum aperte §. 23. eos, qui dicant, corpus reſurgentium huic noſtro corpori cognatum nullo modo fore, & his eos verbis refellere: *Nos vero ſanioris philoſophiae praeceptis & obſervationibus edocti ſumus, nullam eſſe materiae ſpecificam, quam vocant, & eſſentialem differentiam, ſed denſiſſima licet, maximeque concreta corpora, unius motionis beneficio, non modo pellucentia fieri, verum etiam ad tenuiſſimi aetheris exilitatem & caſtitatem adduci poſſe.* Sequi eodem loco alia, quae nemo negaverit, veriori & puriori doctrinae eſſe conſentanea. Alio loco, in *Sermone ad 1 Cor.* XV. 57. *p.* 88. ad calcem *Syſtematis Intellectual.* ita eum differere, ut ne acerrimus quidem ſaniorum dogmatum defenſor deſiderare in eo queat aliquid: *Quomvis eccleſiae doctrina erudiamur, corpora reſurgentium genere & numero fore eadem, quae haec noſtra: Sacra tamen Scriptura tradit, ratione qualitatum & affectionum ita haec corpora mutatum iri, ut ab his noſtris diverſa dici queant.* Ex his effici putat vir eruditus, *Cudworthum* non tam erroris, quam inconſtantiae in explicando de reſurrectione dogmate, nec mali animi, ſed incuriae & negligentiae jure coargui poſſe. *Sermonem* illum, quem teſtatur, ad *1. Cor.* XV. 57. haud mihi licuit inſpicere, nec exemplo meo *Syſtematis Intellectual.* additum reperi. Quod ſi eum in tempore ad me miſerint amici

& Platonicorum diſciplina, priusquam ad alia procedamus. Eſſe hi philoſophi non

amici inter Britannos, quorum imploravi hac in re auxilium, faciam, ut Latine verſus cum reliquis opuſculis doctiſſimi viri volumini huic adjiciatur. Sed hanc ipſam tamen inconſtantiam & loquendi varietatem non mediocre dicent aliqui vitium eſſe, ſatisque ſignificare convictum prorſus haud fuiſſe *Cudworthum* de veritate dogmatis tam gravis, tamque ſancti. Reſpondet *Wiſius:* Solere in toto hoc opere *Cudworthum*, quotiescumque proponere velit aliquid receptis dogmatibus contrarium, alienam ſibi perſonam adſciſcere, allatisque validiſſimis pro ſententia, quam indicaverat, argumentis, poſtremo rem omnem in medio relinquere: igitur vix ac ne vix quidem veram ejus ſententiam ſciri, multo minus dogmata illa, quae defendit paſſim alienis verbis, ipſi adſcribi poſſe. Jam ſi quis ſciſcitetur: Quid cauſſae magno viro, cur ſic ageret, fuerit, nec ingenue ac libere animi ſui ſenſa profiteretur? Nihil ſeſe habere, quod huic reſpondeat: Tanti enim nominis ſeſe reverentia impediri, quo minus divinare ac conjicere audeat. Hoc tamen nolle ſeſe diffiteri, perverſos quosdam doctores & errorum magiſtros ſub umbra tanti viri pugnare ſolere, ejusque auctoritate & rationibus abſurda & inficeta praecepta ſua tueri ſtudere. Quod quidem idem eſt, ac ſi dixiſſet, ſapientius & melius facturum fuiſſe *Cudworthum*, ſi apertius diſputaſſet, & ingenue de rebus multis mentem ſuam ediſſeruiſſet.

Subjiciam nunc paucis, quae mihi haec diligenter expendenti veri viſa ſunt ſimilia. Primum dubio vacat, *Cudworthum* non ſemper caſte ſatis de reſurgentium corporibus loquutum eſſe, formasque dicendi adhibuiſſe, quae juſtam viris rectae doctrinae ſtudioſis cauſſam praebuerunt male de eo ſuſpicandi. At deinde quae adverſus eum afferuntur argumenta omnia, non eſſe putem talia, ut ponderis aliquid & momenti habeant. Certe qui diligenter legerit, quas paullo ante recenſuimus, rationes adverſariorum ejus, is de numero potius, quam gravitate auctores earum ſollicitos fuiſſe, facile animadvertet. Alterum argumentum valde mihi videtur debile: tertium prorſus nullum. Quis enim hanc magni fecerit argumentationem: Qui judicat, corpus reſurgentium in ſacris litteris *hereditatem* dici, is negat idem numero corpus ex mortuis excitatum iri? Ex verbis translatis quae ducuntur argumenta, ea qui recte ratiocinantur in ultimis ponere ſolent. De reliquis momentis haud multo melius ſentio: atque ſi a primo diſceſſeris, quod fateor ſatis eſſe ponderoſum, cetera exiſtimo mediocri labore commode exponi poſſe. Sextum in primis argumentum nullus dubito, quin plane repudiaturi ſint, in quibus aliquid eſt aequitatis & judicii. Etenim quis hanc approbet ratiocinationem: *Cudworthus* ſtatuit eam, de qua *Paulus* 1 *Cor.* XV. agit, reſurrectionem non diſcrepare ab illa, quam *Chriſtus Luc.* XX. ἀνάστασιν ἐκ τῶν νεκρῶν vocat: Ergo negavit, idem, quod nunc anima noſtra incolit, corpus nobis iri redditum. Ego recte cenſuiſſe arbitror doctiſſimum virum, nec ullo modo feccrim cum illis, qui *Chriſtum Luc.* XX. non corporum reſurrectionem, ſed tantum immortalitatem & vitam aeternam probare, ſibi perſuadent, quamvis magni nominis interpretes in hanc veniſſe cogitationem, non ignorem. Tam diſerta *Chriſti* & *Lucae* verba, quam Sadducaeorum, quos Servator profligat, ſententiae, accedere nos his vetant expoſitoribus. Ita fit inter homines: Qui alios errorum in doctrina coeleſti publice poſtulant, illi fervore animi nonnumquam ſic efferuntur, ut optima quoque in flagitiis & peccatis numerent. Non tamen haec ideo diſputo, ut *Cudworthum* prorſus purgem & nihil cenſuiſſe communibus Chriſtianorum ſcitis adverſum & repugnans, perſuadeam. Certus ſum e contrario, aut dubium ipſi viſum fuiſſe receptum de hominum animis & reſurgentium corporibus dogma, aut plane falſum & a vero remotum: in quo mihi facile omnes aſſenſuros eſſe puto, qui ea, quae hucusque ſunt ab ipſo tradita & a nobis monita, accurate conſideraverit. Certam ſi fovit animo ſententiam, qualis tamen ea fuerit, anceps valde ac incertum eſt. Nam, quod ſupra jam ſignificavi, nusquam ita mentem ſuam patefecit, omnes ut ejus receſſus perſpicere cuiquam liceat. Sin vero nihil certi conſtituit, ſed dubius tantum haeſit, ad quamnam potiſſimum partem ſeſe adjungeret, ex Academia fortaſſis recentiori, cui praeter modum addictus fuit, & ex *Plotino*, quo duce in philoſophando potiſſimum utitur, hanc maculam retulit. Ut enim Platonici juniores in dogmaticis potius, quam Academicis, numerari debeant, de multis tamen rebus in utramque partem diſputant, nec decernunt aliquid. Prae ceteris *Plotinus*, ſubtilitate licet nemini cedat, ac de rebus arduis ſine verecundia diſputet, mores tamen Academicorum multis in locis imitatur, quidve ſentiant alii potius, quam quid ſentiendum ſit declarat. Ceterum cauſſam cur indicare noluerit *Wiſius*, quare tam caute ac ſuſpenſo veluti gradu inceſſerit *Cudworthus*, equidem haud video. Mihi facilis ea videtur eſſe conjectu; neque magni hominis memoriae injuriam illatum iri, arbitror, ſi dixero, prudentiam & tranquillitatis amorem tantum apud eum potuiſſe, ut occultaret potius ex parte animi ſui ſenſa, quam luculentis verbis exponeret. Niſi me fallit animus, tempora, quibus *Cudworthus* vixit, nondum tantam

1081 non dubitant naturas homine nobiliores, quas Graeci vulgo vocant δαίμονας, *daemones*. (*a*) *Philo* non differre ait hos *daemones* ab illis naturis, quas Judaei vocant *angelos*. Cui quidem ſententiae id favet, quod *Hierocles*, *Simplicius*, aliique ex recentioribus Graecorum philoſophis voces δαίμων & ἄγγελος promiſcue nonnum-
1082 quam adhibent ad unam eamdemque rem (*b*) deſignandam. Iſtos autem daemones ſeu angelos philoſophi hi nolebant genus eſſe purum, corpore omni ſecretum, materiaeque nullo modo ſociatum, verum ex natura ſimplici & concretionis omnis experte, & alia corporea & ſolida conflatum eſſe affirmabant. (*c*) *Hieroclem* ex multis audiemus, qui, τὸ μὲν ἄνω, inquit, αὐτῶν ἀσώματός ἐστιν, τὸ δὲ κάτω σωματικόν. *Subſtantia eorum ſuperior corporis eſt expers, quod autem inferius, corpore praeditum eſt.* Quid multa? Daemones ducebant, non aliter, atque homines, conſtare anima & corpore, naturali vinculo inter ſe copulatis: at hoc tamen inter homines intereſſe ac daemones, quod horum animi numquam ad corpora tam concreta, tamque gravia, qualia ſunt illa, quibus hominum concluduntur mentes, praecipites ferrentur, ſed corporibus aut aëriis, aut aetheriis perpetuo veſtiti (*d*) viverent. Late certe patebat hoc *Pythagorae* de Deorum & daemonum corporibus decretum, & ad omnes naturas intelligentes, uno ſummo Numine ſeu *tribus divinis hypoſtaſibus* exceptis, pertinebat. Quidquid nimirum inferiorum erat Deorum, id omne dicebat ille animum eſſe corpori naturaliter junctum, & idcirco ex re corporea & corpore vacua compoſitum. Id nos idem, quem paullo ante laudavi, *Hierocles* eodem loco perſpicue docet: (*) ἡ λογικὴ ἐπεὶ σῶμα ἴδιον ἔσχε καὶ ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ εἰς τὸ εἶναι ἔτι παρῆλθεν, ὡς μήτε τὸ σῶμα ἄπον αὐτῆς εἶναι, μήτε αὖθις σώματος. *Natura rationalis corpus habens ſibi congenitum ab opifice datum exſiſtere coepit, ita ut neque ipſa corpus eſſet, neque tamen careret corpore.* Eſt & alius ejus locus, quo planius aliquanto hanc ipſam rem explicat: (†) ἔστι γὰρ πᾶς μὲν ὁ λογικὸς διάκοσμος καὶ ὁ συμφυὴς αὐτῷ ἀφθάρτου σώματος, εἰκὼν ὅλου τοῦ δημιουργοῦ. *Univerſa creaturarum rationalium diſpoſitio & ſyſtema cum incorruptibili corpore ſibi cognato, Dei totius conditoris eſt imago.* Quod his locis philoſophus *rationalem naturam & eſſentiam* aut *ordinem rationalem* nominat, id evidens eſt, nihil eſſe, quam omnes res intel-

(*) p. 210. (†) p. 17. (19.)

tam dabant omnibus in Britannia libertatem, ut ſine invidiae & inimicitiarum graviſſimarum metu libere, quodcumque vellent, profiteri poſſent. Recordor hic eorum, quae *Gilb. Burnetus Hiſtoriae temporum ſuorum ad Annum* 1661. *p.* 187. de *Cudworthio* ſcripta reliquit: *Vir is erat inſigni prudentia & magna circumſpectione praeditus: hinc adverſarii ejus occaſionem capiebant diſſimulationis & fraudis eum, falſo licet, inſimulandi.*

(*a*) *Philo*] *Libro de ſomniis p.* 586. Sequitur eorum ſententiam *Philo*, quam ſummi & maximi nominis ex Platonicis philoſophi probant, qui daemones animas eſſe ſtatuunt ceteris animis nobiliores, qui corporum amore numquam tacti fuerint, nec in ea idcirco deſcendere voluerint. Hanc quum expoſuiſſet ſententiam, ita pergit: τούτους ἐκείνους μὲν οἱ ἄλλοι φιλόσοφοι, ὁ δὲ ἱερὸς λόγος ἀγγέλους ἔφη καλεῖν. *Hos genios philoſophi, angelos vocant ſacrae litterae.* Intereſt multum inter *daemones*, quos *Philo* nominat, & inter naturas illas, quae a divinis ſcriptoribus *angeli* dicuntur: ſed nihil antiquius huic eſt Judaeo, quam univerſum ſacrum codicem ad philoſophiae, quam imbiberat, praecepta refingere, ſanctioresque libros ex Alexandrinae ſcholae placitis, quidquid etiam renitantur, interpretari.

(*b*) *Deſignandam*] Ita eſt, ut ait vir doctiſſimus. Juniores Platonici, ut multa ſumſerunt alia a Chriſtianis vocabula, ita etiam ſaeculo tertio nomen ἄγγελος ab illis mutuati ſunt & naturis illis, quas antea *daemones* vocaverant, impoſuerunt. Exiguo ſcilicet, aut nullo, daemones philoſophorum & angelos Chriſtianorum intervallo diſtare putabant: in qua eos opinione ipſimet multum confirmabant Chriſtiani. At ſi quis ea, quae de daemonibus ſuis philoſophi & de angelis ſacri tradunt

Digitized by Google

intelligentiae & rationis participes, quae conditae ſunt & creatae. Harum vero tria conſtituit genera gradu inter ſe diſtantia. Primum tenent Dii immortales: quo nomine ſidera ſignificat animata. Altera claſſe continentur daemones, genii aut heroës: Tertium denique genus complectitur homines, qui etiam δαίμονες κατεχθόνιοι, *terreni daemones*, ipſi dicuntur. Has igitur omnes naturas, mentes eſſe corpore deſtitutas, at naturaliter cum immortali corpore ſociatas pronuntiat, nullam eſſe praecipiens intelligentem naturam, ſi a ſupremo Numine diſceſſeris, ſuis partibus expletam & perfectam, niſi corpori cuidam ſit continens. *Hieroclis* igitur ſi quid valet auctoritas, vetus Pythagoraea diſciplina ignoravit prorſus tales naturas, quales aut *Ariſtotelis* ſunt intelligentiae, aut Platonicorum quorumdam, juſto ſubtiliorum, νόες, id eſt, mentes ab omni omnino corporea mole ſegregatae: multo etiam magis claſſem illam *Henadum*, quas nonnulli Platonicorum induxerunt, & naturis illis, quas νόες dicebant, ſuperiores dixerunt, neſcivit. Certe ſi tales eſſent naturae a Deo conditae, omni eas ſenſu, aut cognitione rerum corporea- 1083
rum extra ſe poſitarum privatas eſſe oporteret. Etenim, id quod *Ariſtoteles* recte animadvertit, ſenſus omnis ex certa quadam corporis animique conjunctione naſcitur, quemadmodum textor & inſtrumenta, quibus utitur, ſimul textum efficiunt. Eaedem naturae nullam omnino univerſitatis hujus corporeae partem ciere ac commovere poſſent. Quamobrem ipſaemet immobiles, non diſſimiles forent ſtatuarum e ſaxo ſculptarum; nulla omnino cum reliquo orbe cognatione & affinitate devinctae eſſent: nullius naturae, niſi unius Dei, conſuetudine fruerentur: verbo: rerum, quae in orbe contingunt, otioſiſſimae ſpeculatrices eſſent. Deus e contrario tametſi proprie ψυχὴ non eſt ἐγκόσμιος, neque una cum orbe hoc, tamquam corpore ſuo, unum animal conſtituit, tamen, quia totus ab eo proficiſcitur orbis, ejusque voluntati paret ac arbitrio, ſine controverſia omnium, quaecumque ſunt & fiunt, conſcius eſſe, resque omnes moderari & gubernare debet. Quae quidem Pythagoraeis nonnullis cauſſa fuit, cur eum ψυχὴν ἐγκόσμιον, non *mundanam*, ſed *ſupramundanam animam* appellarent. Quocirca rationi quoque videtur eſſe ſatis conſentanea haec veterum Pythagoraeorum diſciplina, quae Deum ſolum

dunt libri, inter ſe, partium ſtudio ſepoſito, conferet, is haud parum inter utrosque intereſſe, facile intelliget, etiamſi aliqua conjungantur ſimilitudine. Ceterum operae pretium eſt hic animadvertere, non omnes genios *angelos* ab omnibus Platonicis fuiſſe dictos. Sunt in illis, qui totam daemonum nationem in tres claſſes diſtribuunt, in *daemones*, in *angelos*, & in *heroas*: ex quibus angeli illi ſunt, qui locis coeleſtibus proximi vivunt. Vid. *Hierocles in aurea carmina* p. 36. *Porphyrius περὶ ἀποχῆς Lib.* II. §. 38. p. 82. & alii. At multi his vocabulis promiſcue utuntur.

(c) *Hieroclem*] *Comm. in aurea carmina Sect* 67. p. 210. Errat autem vir doctiſſimus, quod haec *Hieroclis* verba putat ad daemones pertinere. Certum eſt, philoſophum hunc, non ſecus ac reliquos Platonicos, naturis illis, quas *daemones* appellabant, corpus adſignaſſe: at his verbis tamen non daemonum, ſed ſtellarum & ſiderum naturam explicat. De ſole paullo poſt idem pronuntiat, quem ex *corporeo & incorporeo* conſtitere cenſet. Cum his tamen poſtea corporibus coeleſtibus & homines & heroas comparat. Et heroum quidem naturam his verbis definit p. 212. Ἥρως ψυχὴ λογικὴ μετὰ φωτοειδοῦς σώματος. *Heros eſt animus rationalis corpori lucido conjunctus.* Notum autem eſt, *heroës* genus eſſe daemonum.

(d) *Viverent*] Diſſentiunt hac de re inter ſe Platonici, ut de innumerabilibus rebus aliis. Aliqui nimirum nil verentur praecipere, ex daemonibus fieri poſſe homines, aut daemonem eo poſſe levitatis progredi, ut in corpus deſcendat grave ac ſolidum: ſed negant hoc alii, & animas illas, quae daemones dicuntur, ipſa natura ſua tanta eſſe conſtantia praeditas cenſent, ut inſano corporum amore nunquam inflammari queant. Non exiguae molis librum conſignare liceret illi, qui univerſam hujus generis de daemonibus doctrinam & varias ſuper ea contentiones enumerare ac dijudicare vellet.

ſolum corpore ſolutum & vacuum eſſe praecipit, id eſt, ipſa natura ſua prorſus perfectum atque vitae ſic ex ſe ipſo participem, ut nullius ad eam adjumenti corporei indigeat; reliquas autem omnes naturas corpore liberas non aliter docet perfici & abſolvi, quam ſi ad eas materiae quaedam accedat portio, quam animent: nec eſſe igitur eas totas corporeas, nec totas corpore vacuas, verum utriusque naturae compotes: neque ullam rem, quantacumque demum nobilitate valeat ac praeſtantia, etiamſi vel ipſam proxime contingat divinitatem, ex hoc ordine eſſe eximendam, verum univerſa, quae ratione pollent, animalia eſſe ex anima & corpore compoſita & conjuncta. Hac ratione & via antiqui philoſophi, quibus naturas placebat corpore ſolutas non eſſe extenſas, contra eos dimicabant, qui perabſurdum eſſe arguebant, finitas mentes dici extra locum eſſe. Mentes nimirum has, a quibus corpus abeſſet, corpore tamen quodam, velut integumento, amictas eſſe atque in illis vivere reſpondebant. Inde fieri, ut, quum corpora illa & in loco ſint & de loco in locum moveantur, animi, quibus adjuncti ſunt, commode modo hic, modo illic verſari ac de loco in locum commeare, perhiberi (*e*) queant.

108 §. XXXIII. His poſitis initiis, quidnam hac quoque in re philoſophos & Chriſtianae doctrinae ſectatores vel conjungat vel disjungat, diſpicere ac contemplari convenit. Principio igitur, id quod antea jam monitum a nobis eſt, *Origenes* hac in parte totam probavit rationem antiquorum Pythagoraeorum. Adſcribam verba ejus ex *Libro primo* περὶ ἀρχῶν, *Cap. 6. Solius Dei, id eſt, patris & filii & Spiritus ſancti naturae id proprium eſt, ut ſine materiali ſubſtantia & absque ulla corporeae adjectionis ſocietate intelligatur ſubſiſtere.* Idem *Libro* II. *Cap.* 2. inculcat: *Materialem ſubſtantiam opinione quidem & intellectu ſolum ſeparari a naturis rationabilibus & pro ipſis vel poſt ipſas effectam videri: ſed numquam ſine ipſa eas vel vixiſſe, vel vivere: ſolius namque Trinitatis incorporea vita exiſtere recte putabitur.* Paria his *Libro quarto* atque ejus *Anacephalaeoſi* legas: *Semper erunt rationabiles naturae, quae indigent indumento corporeo. Semper ergo erit natura corporea, cujus indumentis uti neceſſe eſt*

(*e*) *Queant*] Ergo plane ac aperte eorum probat ſententiam vir doctiſſimus, qui, quod olim fecerunt Platonici, omnibus geniis & daemonibus corpus naturaliter datum eſſe, ſtatuunt. Sed quae affert hic argumenta ad hanc opinionem probandam, ſupra jam repreſſa ſunt a nobis, quum de animorum ageremus corporibus. Tota ratio huc redit: Nec ſentire poteſt aliquis ſine corpore, nec movere aliquid, niſi per corpus: At ſentiunt & vident angeli, movent item alia corpora. Ergo corpore quin ſint inſtructi, nullum eſt dubium. Ita vero a rebus, quae hic fiunt & geruntur, tranſitus fit ad ea, quae fieri poſſunt: quam ego argumentationem ſemper judicavi minus, quam multi cenſent, virtutis habere. Patebit hoc confeſtim, modo argumentum in eam redigatur formam, in quam redigi debet. Sic rationem ſubducunt viri doctiſſimi, qui cum *Cudworthо* faciunt: Quidquid in hoc ſit orbe aſpectabili, id fit ubique, nec aliis Deus legibus mundum, quem haud videmus, ſubjecit, quam hunc, quem cernimus, immo aliis ſubjicere legibus haud potuit: Atqui hoc in mundo, qui patet oculis noſtris, nemo ſentit, niſi corporis interventu, nec movet aliquis aliquid, niſi per corpus. Igitur nec in altero orbe, qui ſenſibus noſtris haud eſt expoſitus, ſentire aut concitare aliquid ulla poteſt natura, niſi corpus adjunctum habeat. Viderint, qui hoc modo rationem concludunt, ne aut nimis praeclare de ſemetipſis & ingenii ſui finibus ſentiant, aut divinam potentiam, cujus nulli ſunt termini, arctioribus, quam fas eſt, limitibus circumſcribant. Me quidem imbecillitatis meae conſcientia, Deique magnitudo detinent, ne veſtigia eorum ſequar. Fatentur ipſimet viri egregii, ſupremum Numen, nullo corpore adjuncto, ſentire omnia & percipere, motumque impertiri rebus omnibus ſine corpore poſſe. Ergo ſenſum & motum ſine corpore, ſaltim inter ea referunt, quae fieri poſſunt. Jam fieri nullo modo poſſe, rationibus velim mihi oſten-

Digitized by Google

eſt rationabiles creaturae. Niſi quis putet ſe poſſe oſtendere, quod natura rationabilis abſque ullo corpore vitam degere poſſit. Sed quam difficile id ſit & quam prope impoſſibile intellectui noſtro, in ſuperioribus oſtendimus. (*f*) *Aquinas Origenem* praecepta haec ab antiquis quibusdam philoſophis mutuatum eſſe, ait: nec id male: Etenim veteris ſcholae Pythagoraeae hac in re decreta ſequutus eſt vir egregius, quam ſuos docuiſſe nullum omnino dubium eſt, ϯ λογικὴν οὐσίαν, ut *Hieroclis* utar verbis, *rationalem eſſentiam*, quae & πᾶν ὁ λογικὸς διάκοσμος ab ipſo dicitur, *omnes rationales naturas a Deo factas*, nec corpora eſſe, nec ſine corporibus, verum continens ſibi ſemper ab ipſo ortu corpus habuiſſe, vehiculi ac indumenti inſtar. *Hierocles* igitur & *Origenes* conſentiunt prorſus, omnes daemones ſeu genios naturas eſſe corporis expertes, verum minime nudas atque prorſus ſegregatas a corpore, ſed tenuiori quodam veſtimento contectas, verbo, animalia corpore ſimul & animo conſtantia.

§. XXXIV. Haec mecum reputanti (*g*) *Huetius* aliique viri docti *Origeni* facere injuriam duasque opiniones multum inter ſe diverſas temere confundere videntur, dum confirmaſſe tradunt eum, angelos omnesque naturas intelligentia praeditas non habere, ſed eſſe corpora, nilque eſſe praeter corpora: cui quidem id conſequens eſt ſententiae, praeter Deum nihil exſtare, niſi corporeum ac concretum: Sed *Origenes*, quod vidimus, hoc unum poſuit, ſi divinam Trinitatem excipias, nihil vivere, ſibique conſtare poſſe *abſque ulla corporeae adjectionis ſocietate*, materiamque neceſſarium illud eſſe integumentum, quo nulla carere queat natura rationis ac intelligentiae particeps. Hoc ille ſenſu vitam ab omni corpore remotam ſoli eſſe Trinitati propriam decrevit, reliqua autem omnia, in quibus ineſt ratio, animalia e corpore & animo coagmentata eſſe, opinatus eſt. Sed quo praecidatur omnis dubitatio, *Origenem*que appareat exiſtimaſſe, non modo humanos animos in ſe concreti nihil continere, verum etiam in geniis eſſe naturam corporis expertem, aliquot ejus dicta ex multis proferemus, quibus perſpicue hoc ipſum profeſſus eſt: *Libro ſexto adverſus Celſum*, ἡμῖς, inquit, ἀσώματον οὐσίαν οὐκ ἴσμεν

oſtendant minime dubiis & ſolidis, Deum hanc facultatem, quam ipſe habet, non potuiſſe certo modo in alias etiam naturas transferre. Forte Dei infinitatem teſtabuntur & ſummas perfectiones, rerum vero conditarum infirmitatem & exilitatem. Sed ut ego haec omnia, quae de Deo & rebus conditis dicunt, veriſſima eſſe fatear, haud tamen illis ita afficior, ut ſummarum perfectionum ſuarum partem, licet modicam, Deum cum naturis inferioribus communicare poſſe, negem. Equidem illi mihi omnium viſi ſemper ſunt ſapientiſſimi, qui cognitionem miſeriae & ignorantiae ſuae eo ſeſe adducere patiuntur, ut quae divini libri de angelis eorumque rebus geſtis, muneribus & officiis tradunt, ſancte teneant, ſubtiliores autem de natura eorum contentiones & controverſias aut omittant prorſus, aut moderate & circumſpecte tractent. Quinam, obſecro, videmur nobis quum pauca illa, quae nota nobis ſunt, normae inſtar ac regulae ponimus, qua infinita illa, quae ſcire nobis haud datum eſt, metiamur? Satisne memores ſumus, homines nos eſſe ex argilla & luto conflatos, heri natos, cras forte morituros? Nihil alicujus ingenio, nihil acumini detractum volo: laudo potius eorum conatus, qui abſtruſiſſima quaevis, ut Dei augeatur inter homines gloria, illuſtrare tentant: at omnes tamen velim cogitent, fragile ac caducum animal, quod mentem habet tenebris circumſeptam, haud exiguis, in arduis & gravioribus quaeſtionibus nihil magis decere, quam modeſtiam.

(*f*) *Aquinas*] *In ſumma Part.* I. *quaeſt.* LI. *n.* 1. *Origenes hoc de Deo dicens, recuſans de aliis ſequutus eſt aliorum opinionem: ſicut & in multis aliis deceptus fuit ſequens antiquorum philoſophorum opiniones.*

(*g*) *Huetius*] In *Origenianis Lib.* II. *Quaeſt.* V. *p.* 68. *ſ.*

Digitized by Google

ἐπιχειρήσῃ ἐκπυρωθῆναι, εἴθ' ὅτι πῦρ ἀναλωτικὸν ἢ ἀνθρώπου ψυχὴν ἢ τὴν ἀῤῥένων ἢ θρόνων, κ. τ. λ. ἐστίν. *Nos nullam incoream ſubſtantiam ſcimus eſſe cremabilem, nec ignibus abſumi hominis animam aut angelorum, thronorum, dominationum, principatuum, poteſtatum ſubſtantiam.* Subſtantia, quam hic vocat, *angelorum* ſine dubio ſunt (*b*) animi
1085 eorum. (*i*) *Hieronymus* apertius his verbis ſenſum *Origenis* explanat: *In libris* περὶ ἀρχῶν *angelos & thronos & dominationes & poteſtates & rectores mundi & tenebrarum & omne nomen, quod nominatur, dicit animas eſſe eorum corporum, quae vel deſiderio vel miniſterio ſuſceperint.* Jam qui animas hominum ita eſſe conſtituit corporis expertes, ut nihil in eas ignis poſſit vis & efficientia, is non poteſt, quin in angelis aliquid eſſe ſimplex & abſtractum corpore, concedat. Sed ipſe hic iterum pro ſe loquatur *Origenes* ex libris περὶ ἀρχῶν: (*) *Per Chriſtum creata dixit* (Paulus) *omnia viſibilia & inviſibilia: per quod declaratur, eſſe etiam in creaturis quasdam inviſibiles, ſecundum proprietatem ſuam, ſubſtantias. Sed hae quamvis ipſae non ſunt corporeae, utuntur tamen corporibus, licet ipſae ſint corporea ſubſtantia meliores. Illa vero ſubſtantia Trinitatis neque corpus, neque in corpore, eſſe credenda eſt: ſed in toto incorporea.* Non igitur, quod *Huetium* ſibi perſuaſiſſe video, *Origenes* ea notione tam hominum, quam angelorum animos corpore dixit eſſe vacuos, qua rudes ac rerum imperiti homines corpora ſubtiliora nonnumquam ita nominant, verum ſenſu anguſtiori ac philoſophico. Dei autem animorumque horum hanc unam conſtituit eſſe diſcrepantiam, quod hi, quamvis ipſi non ſint corpora, numquam tamen abſint a corpore, ſed integumento quodam corporeo ſemper muniti vivant, ille vero prorſus corpore careat, nec veſtimenti ullius ad vivendum indigeat. Quare qui ſecum ipſo hac in re pugnare *Origenem* aſſeverant, non nimis circumſpecte pronuntiant. Numquam enim non tuetur ac praecipit, eſſe aliquid in angelis apertum & ſimplex, omnisque concretionis neſcium, idque principatum in illis obtinere: neque quum id facit, cum populo loquitur, ſed cum philoſophis: at ſimul tamen corporeum aliquod indumentum rem illam corpore vacuam tegere, idque igno-

(*) Lib. IV. cap. 2.

(*b*) *Animi eorum*] Vix omnibus id perſuadebit vir doctiſſimus, *Origenem* nomine ἀνεμώνης in hoc loco animam angelorum deſignare voluiſſe. Ego potius hoc vocabulo univerſam eorum naturam indicari exiſtimem: nec memini, *Origenem* aut alios animam alicujus rei hoc nomine usquam appellare. Praecedunt autem haec apud *Origenem* verba quaedam alia, ex quibus probabilius confecerit aliquis, angelos ei viſos fuiſſe naturas corporis & animae participes. Stoicos nimirum reprehendit ideo, quod omnia facerent corporea & τὰς ἀρχὰς quoque ſeu *principatus* corporeos eſſe ſtatuerent. Σωματικὰς λέγουσι τὰς ἀρχὰς, ᾗ διὰ τοῦτο πάντα φθαρτὰ, καὶ διαλυτὰ δὲ ᾗ αὐτὰ φθαρτὰ ἢ ἐπὶ πᾶσι θεὸν εἰ μὴ πάνυ ἀπαράφατόν τοῦτ' αὐτοῖς ἴδιον τυγχάνειν. *Corporeos eſſe principatus Stoici aſſerunt, ac proinde corruptibiles, ut, niſi abſurditas rei obſtaret, ipſe ſummus Deus non abſit a corruptionis periculo.* Αἱ ἀρχαὶ his in verbis ſine dubio ſunt *angeli*: quo nomine ſaepius ab *Origene* nominantur, praeeunte *S. Paulo*. Certe rerum principia ſeu elementa hac voce indicari, nemo unus credet: quippe quae non a Stoicis ſolum, ſed omnibus philoſophis pro corporeis habentur. In Stoicis ergo ſi hoc ferri poſſe negavit *Origenes*, quod *principatus* ſeu angelos aut ipſos Deos corporeos eſſe ducerent, ipſemet ſine ulla controverſia eſſe aliquid in illis ſimplex & a concretione remotum cenſuit. Sed ut verum tamen fatear, ne hunc quidem locum exceptione omni ſuperiorem eſſe arbitror. Conſtat enim infinitis ex *Origenis* & aliorum ſcriptorum Chriſtianorum locis, eos, quum rem aliquam ἀσώματον & corporis expertem dicunt, comparate tantum & graviorum ſolidorumque corporum ratione habita, loqui. Oſtendimus hoc ſupra *Irenaei* exemplo: Et infra § 36. ipſius *Origenis*, ex quo idem patet, locus producetur.

(*i*) *Hieronymus*] *Epiſt.* LXI. *ad Pammachium de erroribus Johannis Hieroſolymitani. Tom.* II. *Opp. p.* 115.

(*k*) *Angelos*] Non plane negat *Huetius*, *Ori-*

Digitized by Google

ignobiliorem eſſe naturae eorum partem, docet. Atque hoc ille indumentum unice ſpectat, quam corporeos eſſe pronuntiat (*k*) angelos.

§. XXXV. Non ego neſcio, eſſe in antiquis doctoribus, qui tantum abeſt, 1086
ut angelos omni vacare concretione ſtatuant, ut potius ad alteram declinent extremitatem, negentque eſſe aliquam in illis naturam corporis expertem, angelosque nil eſſe, niſi corpora (*l*) decernant. Verum qui ſic ſentiunt, illi aut omnes plane naturas ſimplices ex rerum natura tollunt, nec angelos tantum mentesque hominum, verum etiam ipſum Deum corporatum eſſe volunt, aut ſaltim rerum creatarum nihil eſſe, quod corpore vacet, exiſtimant, Deumque, tametſi ipſe corporis inops ſit, nil tamen praeter corpora producere poſſe ſentiunt. Ita hac quoque in cauſſa ab extremis ſibi minime caverunt homines. Etenim aliis, nil prorſus corporei admiſtum eſſe geniis, confirmantibus, alii omnem illis ſimplicitatem detraxerunt, corporeque totam angelorum naturam abſolvi judicarunt. Hos inter tertius & medius interjectus eſt *Origenes*, qui, *Pythagorae* veſtigia premens, in angelis aliquid eſſe ſimplex, aliquid etiam corporeum docuit, aut, genios animalia eſſe affirmavit ex corpore & anima compoſita. Noſtrum jam erit oſtendere, maximam veterum doctorum partem mediam hanc approbaſſe ſententiam, atque cum illorum neglecta ſententia, qui angelos totos eſſe ſimplices voluerunt, tum horum ſpreto judicio, qui totos eſſe eos corporeos crediderunt, ad hanc inclinaſſe *Origenis* diſciplinam, qui corporibus quidem uti genios, non autem mera eſſe corpora, mentem ineſſe illis corpore ſegregatam, ſed eamdem veſtimento obductam eſſe corporeo, ſciſcit. Primum ergo, antiquorum doctorum eruditiſſimos angelos non habuiſſe pro mentibus ab omni ſecretis corpore, ex eo ſine controverſia intelligitur, quod Graecorum philoſophorum de alimentis & victu daemonum ſeu malorum geniorum ſententiam adoptarunt. Graeci ſapientes paſci daemones & delectari ſanguine ac nidore ſacrificiorum, corporaque, quibus amicti eſſent,

Origenem angelis corpus & animam dediſſe, ſed *l. c.* §. 6. *p.* 70. dicta quaedam recitat ejus, ex quibus conſici poſſe, diſerte fatetur: *Eum non contentum fuiſſe, corpoream angelis naturam attribuere, ſed animam iis inſuper adſcripſiſſe.* Putat quidem antiſtes doctiſſimus, dogma hoc reliquis *Origenis* praeceptis haud eſſe conſentaneum: ſed in hoc, quod facile liceret oſtendere, ſi res id poſceret, errat & labitur. Fuit, ut praetereundo hoc moneam, in *Huetio* minor notionum & praeceptorum philoſophicorum veteris aevi, quam reliquarum rerum antiquarum cognitio: qua re factum eſt, ut interdum priſcis Chriſtianis & ſapientibus cum in *Origenianis*, tum *Quaeſtionibus Alnetanis* ſententias adſcriberet, quas illi, ſi ad nos reverterentur, abnuerent. Facilis eſt in hiſce rebus lapſus: nec idcirco facinus ſtatim admiſiſſe putandus eſt, qui poteſtatem antiqui cujusdam vocabuli aut dogmatis non ſatis aſſequutus eſt. Sed ad *Origenem* revertor. Hic, ut multis in rebus aliis, ita etiam in dogmate de angelis non ſatis ſibi ſemper conſtat. Sunt plures ejus loci, ex quibus recte colligas id, quod inde *Cudworthus* colligit, angelos eum pro naturis duxiſſe ex corpore & anima conſtantibus. Verum aliis in locis dubitat, utrum angeli animam habeant, nec ne. Vid. *Libro* II. *Cap.* 8. & *Huetium l. c.* §. 6. *p.* 70. Ex quo nec prorſus ſpernendam ei viſam fuiſſe eorum ſententiam apparet, qui angelos totos eſſe corporeos judicant. Anceps igitur & dubius haeſiſſe videtur, utram ad partem ſeſe adjungeret: at tot tamen ejus dicta dubitare nos minime ſinunt, potiorem & probabiliorem habitam ipſi fuiſſe opinionem Platonicorum id aetatis florentium, qui daemonibus corpus & animam, non ſecus ac hominibus, adſcribebant.

(*l*) *Decernant*] Lege quae collecta ſunt a *Dionyſ. Petavio Dogm. Theol. Tom.* III. *Lib.* I. *de angelis Cap.* 2. *p.* 3. *ſ.* & *Petr. Dan. Huetio Origenianorum Lib.* II. *Quaeſt.* V. §. 8. *p.* 71. & *in Notis ad Origenem. p.* 85. veterum ſcriptorum teſtimonia. Sunt tamen in his teſtimoniis nonnulla, quae ſatis commode ex eorum poſſunt intelligi ſententia, qui praeter corpus animum quoque attribuerunt angelis ſimplicem.

(*m*) Σωμα-

eſſent, craſſiora, aëria, & vaporum ſimilia, exhalationibus victimarum trucidatarum vehementer recreari & nutriri, exiſtimabant. Apte hanc ſententiam *Porphyrius* expoſuit libro de *abſtinentia*: (*) ἔστι οἱ χαίρουσι λαυδῇ τι, κνίσῃ τι, ἐξ ὧν αὐτῶν τὸ (m) σωματικὸν καὶ πνευματικὸν πιαίνῃ· ζῇ γὰρ τῷτο ἀτμοῖς καὶ ἀναθυμιάμασι. *Hi ſunt, qui libaminibus & ſacrificiorum nidore gaudent, ex quibus illorum pars ſpiritualis pinguescit: vivit enim illa vaporibus & ſuffimentis.* Sed jam ante *Porphyrium* idem multis placuit veterum philoſophis, quod haec *Celſi* apud *Origenem* verba declarant: (†) χρὴ γὰρ ἴσως οἶμαι πιστεῦσαι ἀνδράσι σοφοῖς, οἱ δὴ φασὶ, πλεῖστα μὲν περιγείων δαιμόνων τὸ πλεῖον γένος συνεστηκέναι καὶ περιελαμένον αἵματι καὶ κνίσῃ κ. τ. λ. *Oportet, opinor, fidem habere viris ſapientibus, qui dicunt, plerosque circumterraneos daemonas genitura, cruore, nidore, melodiis & aliis id genus ſe oblectantes, devinctos affixosque nihil amplius poſſe, quam ſanare corpora & ventura hominibus ac civitatibus praedicere.* Qua commotus ratione *Celſus*, ipſe licet Deorum ſuperſtitionibus vehementer addictus eſſet, victimas parce immolandas eſſe ſuaſit, quippe quae daemonibus tantum inferioribus & deterioribus delectationem & paſtum afferrent. Nec opinioni huic fidem habere recuſat *Origenes*, qui aliquoties non modo daemones magnam voluptatem capere tradit ex ſuperſtitione, quam populi in ſacrificiis faciendis demonſtrarent, verum etiam (§) ὅτι τῶν ἱερείων ἀναθυμιάσεσι καὶ τοῖς ὅτι τῶν αἱμάτων καὶ ἐλοκαυτωμάτων ὀσφρήσεως τρέφεσθαι τὰ σώματα φιλοδαίμονες τοῖς πλήθεσι, *corpora eorum ſacrificiorum nidoribus & victimarum cruoribus ali atque delectari*, ſcribit. Sed & ante *Origenem* plerique eorum, qui tum inter Chriſtianos auctoritatem prae ceteris conſequuti ſunt, *Juſtinus Martyr*, *Athenagoras*, *Tatianus*, *Tertullianus*, alii, itemque poſt *Origenem* non pauci magnae auctoritatis viri, hoc nomine potiſſimum ab animalium cruentis ſacrificiis abſtinendum eſſe docuerunt, quod illis mali unice daemones reficerentur & delectarentur. Dabo unum hanc in rem (n) *S. Baſilii* 1087 aut quisquis demum *Commentarii in Eſajam* auctor eſt, qui ſub ejus exſtat nomine, locum,

(*) Lib. II. §. 42. p. 86. (†) Lib. VIII. (p. 417.)
(§) Contr. Celſum Lib. VII. p. 334.

(m) Σωματικὸν] Haec vox apud *Porphyrium* non exſtat & a *Cudworthio*, ut ſuſpicor, perſpicuitatis cauſſa eſt addita. Sed qui orationi Platonicorum adſueti ſunt, ſciuntque σκιῶδες & σωματικὸν ſubtile illis & tenue corpus vocari, haud eam vocem deſiderant.

(n) *Baſilii*] *Cap.* I. §. 25. p. 398. *Tom.* I. *Operum Baſilii M. in Appendice.* Nuperus Baſilii editor, *Julianus Garnerius*, eruditiſſimus e familia Benedictina monachus, *in Praefat. Tom.* I. praemiſſa §. 10. p. 47. 48. ſ. multis oſtendere ſtudet, indignum prorſus eſſe *Baſilio* hunc in *Eſajam Commentarium*, nec tamen p. 43. *Baſilii* aetate a presbytero quodam illum eſſe exaratum negat. Et mihi quidem graves admodum videntur eſſe, quibus hanc fulcit ſententiam, rationes.

(o) *Adſeverarent*] Sunt & hic, niſi me fallit opinio, nonnulla, quae illuſtrationis, &, ſi hoc addere licet, emendationis indigent.

(l.) Vetuſtiſſima eſt Graecorum & aliorum populorum opinio, Deos immortales paſci vaporibus & nidore victimarum & ſacrificiorum: quam ob cauſſam ad ſacrificia, non ſecus atque ad epulas, invitari ſolebant ab illis, qui ea faciebant. Vid. *Aelianum*, praeter alios, *Variae Hiſtor. Lib.* IX. *Cap.* 15. *p.* 599. Teſtimonia de antiquitate hujus commenti qui deſiderat, is, quae viri longe doctiſſimi *Gisbertus Cuperus Obſervat. Lib.* II. *Cap.* 3. *p.* 76. *Ezech. Spanhemius* in *Notis Gallicis ad Juliani Caeſares p.* 256. & *dans les Preuves p.* 112. & *Ludolph. Kuſterus* in *Hiſtoria Critica Homeri Sect.* II. §. 3. *p.* 16. *Sigeb. Havercampus ad Tertulliani Apologetic. p.* 218. magno collegere numero, legat & conſideret. Neque poſt natum Servatorem, quod ex *Luciani*, *Chryſoſtomi*, multorumque aliorum locis liquet, ſtolida haec opinio verſari inter gentes deſiit. Nullus ego dubito, quin eam ignorantia & inſcitia pepererit eorum, qui ſacris publicis & caeremoniis praefecti erant. Qui quum a nonnullis, qui ceteris curiolius in ſacrorum rituum rationes inqui-

Digitized by Google

locum, quoniam aliquid philoſophicum in eo eſt: δαίμοσι μὲν τὸ φιλήδονον καὶ ἐμπαθὲς, αἱ θυσίαι φέρουσί τινα ἡδονὴν καὶ χρείαν, ἐπιθυμιώμεναι μὲν τῷ καύσεως ἐξατμιζομένης τῷ αἵματος· καὶ ὅταν μὲν τῷ τοιούτης λεπτομερείας εἰς τὴν σύστασιν αὐτῶν ἀναλαμβανομένης· ὅλοις γὰρ δὶ ὅλων τρέφονται τοῖς ἀτμοῖς, ἢ διὰ μικροτάτων καὶ λείας, ἀλλ' οὐ καὶ τείχης πτίλων ζώων καὶ ὄνυχες, καὶ ὅσα τοιαῦτα εἰς ὅλην ἑαυτῶν τὴν οὐσίαν, τὴν τροφὴν καταδέχεται). *Daemones, utpote voluptatibus affectibusque indulgentes, ex victimis nonnihil capiunt voluptatis ac emolumenti. Quippe dum incenduntur, ſanguis per aduſtionem convertitur in vaporem, ſicque in ejusmodi minutas partes reſolutus, in eorum ſubſtantiam ſubit. Omnino enim toti vaporibus aluntur, non quod eos mandant, aut injiciant in ventrem: ſed perinde ut animalium pili, ungues, & quaecumque ſunt ejus generis, ad ſuam totam conſtituendam ſubſtantiam alimentum excipiunt.* Ergo promtum eſt & apertum, veterum doctorum longe plurimos malis daemonibus attribuiſſe corpora. Boni vero angeli ejusdem, cujus illi, generis ſunt, nec aliter utrique diſcrepant inter ſe, atque boni pravique homines: id quod argumento eſt, de his idem eos ſenſiſſe doctores, quos diximus. Neque repugnat huic, quod malos unice genios ali atque recreari ſumis & nidoribus ſacrificiorum affirmant, non item bonos. Etenim non id effi-

cit, bonos genios eos corpore prorſus omni ſejunctos putaſſe, verum hoc tantum perſuaſum fuiſſe illis probat, levioribus, aetheriis, coeleſtibusque corporibus alligatos eſſe bonos angelos, nec niſi craſſiora & concretiora malorum daemonum corpora ejusmodi deſiderare & appetere alimenta. Alterum, quod propoſuimus, hos omnes Chriſtianorum doctores nec daemones, nec angelos totos cenſuiſſe corporeos eſſe, verum ſimplicis aliquid naturae nil dubitaſſe in illis eſſe, id aeque certum duci debet & exploratum. Etenim non pauci ex illis perſpicue docent, hominum animos corporum eſſe neſcios. Quis igitur credibile judicet, infra humanam naturam ſic ab illis depreſſos eſſe genios, ut nihil in illis ineſſe corporis expers (*o*) adſeverarent.

§. XXXVI.

quirebant, ſaepius interrogarentur, quid Diis offerre ſacrificia neceſſe eſſet, qui vitam degerent beatam, neque ulla felicitatis parte carerent, vix aliud, quod ſciſcitantibus reſponderent, reperire potuerunt, quam hoc, recreari Deos ſanguine & vaporibus victimarum, novasque inde vires acquirere. Neque haec reſponſio ea aetate abſurda plane videri poterat, qua Deos ſubtilia habere corpora, & nectare ac ambroſia in coeleſtibus veſci domiciliis, plerique putabant. Ergo ad plures haec ſententia gentes manavit & a poëtis, ut multae aliae ineptiae, propagata fuit. Multo vero recentior eſt eorum opinio, qui non Deos, ſed Daemones tantum, nec omnes Daemones, ſed deteriores, cibo, quem diximus, delectari adſeverant. Prima ejus fundamenta jeciſſe arbitror *Pythagoram*, quem conſtat victimarum immolationem rejeciſſe, ſuosque docuiſſe Deo digna eſſe unice munera non cruenta, nec ſanguine foeda. Juniores vero Platonici, quibus uſitatum erat, vetera dogmata, ſi fieri ullo modo poſſet, retinere, ſi nimis eſſent amentia, quam ut retineri & ſervari poſſent, emendare, ex inſtituto eam firmarunt & ſtabiliverunt. Etenim hi philoſophi, qui reliquis de Deo melius & ſapientius cenſebant, ferri nullo modo poſſe tam ſtolidam de Diis opinionem facile intelligebant, nec tamen totam eam dimittere volebant, quod perantiqua eſſet. Itaque corrigebant eam, & in Deorum locum daemones ſufficiebant malignos aut generis inferioris. Hanc philoſophorum opinionem quum ſcriptores Chriſtiani, qui religionis ſuae veritatem & praeſtantiam ſaeculo ſecundo & tertio adverſus philoſophos potiſſimum defendebant, paſſim viderent receptam eſſe, tametſi populus in veteri maneret ſententia, in rem ſuam nihil veriti ſunt eam convertere, immo ipſimet eam adoptarunt. Inter Chriſtianos nullis ſacrificiis locus erat: quam propter cauſſam male apud populum audiebant. Ad hanc populi invidiam amoliendam quid, quaeſo, aptius erat, quam hoc, quod Platonici publice proponebant, dogma, non Diis, ſed geniis tantum malis prodeſſe victimas? Id ipſum dogma, ſi ab omnibus fuiſſet adſcitum, haud dubie cunctis ſacrificiis & publicis religionibus, quarum interitum vehementer Chriſtiani optabant, finem attuliſſet. Quocirca in omnibus fere Chriſtianorum *Apologiis* illud probari ac inculcari, nulli mi-

Digitized by Google

1088 §. XXXVI. Verum ne quis locum hunc parum a nobis perpurgatum eſſe relictum queratur, aliquot veterum decerpemus dicta, quibus tam bonos, quam malos genios mentes eſſe corpore disjunctas, nec mera corpora, tametſi corporibus utantur, verum animalia ex corpore animoque compacta, ſine circuitu profitentur. *Auguſtinum* angelis adſcripſiſſe corpora, illa librorum ejus (*p*) loci nos dubitare non ſinunt, (*) quibus bonorum virorum reſurgentium corpora, *Qualia ſunt angelorum corpora, & corpora angelica in ſocietate angelorum* futura eſſe ſignificat. Quid? quod differentiam corporum, quibus boni & mali genii gauderent, his
1089 verbis (*q*) conſtituit: (†) *Daemones antequam transgrederentur, coeleſtia corpora gerebant, quae converſa ſunt ex poena in aëriam qualitatem, ut jam poſſint ab igne pati.* Sed

(*) In Pſ. 85. In Pſ. 145.
(†) De Geneſi ad litter. Lib. III. c. 10. (§. 15. p. 114. Tom. III.)

mirum videbitur. Sed ſenſerunt tandem Platonici, dogma hoc rebus ſuis plus detrimenti, quam commodi, afferre: quocirca illud reiecerunt & repudiarunt. Lege *Iamblichum de Myſteriis Aegypt. Sect.* V. *Cap.* 10. *p.* 125. *ſ.* qui contra *Porphyrium* multis hanc ſententiam refellit.

(II.) Recte judicat vir egregius, quum ex hoc perſpicuum eſſe dogmate concludit, antiquos Chriſtianae civitatis doctores nil dubitaſſe, quin malis geniis corpora eſſent ſubtilia. At quod ex eodem intelligi vult, bonis etiam geniis ab iisdem attributa eſſe corpora, id ego longius eſſe petitum arbitror, quam neceſſe erat. Equidem ſi nihil exſtaret apud eos aliud, quam hoc ipſum, quod de malis tradiderunt geniis, unde conſici poſſet, bonos etiam genios corporis illis compotes viſos fuiſſe, juſtam dubitandi mihi hac de re cauſſam eſſe, ducerem. Metuerem enim, ne fortaſſis exiſtimaſſent, corpus daemonibus a Deo in poenae locum eſſe additum. Ex recentioribus certe, quod notum eſt, coetus Romani Theologis *Cajetanus* & *Eugubinus* daemonibus corpus adſcripſerunt, angelos eo carere docuerunt: Sed tot alia in eorum libris ſcripta legantur dicta, ex quibus id ipſum liquet, ut circuitu, quo utitur vir egregius, ad id probandum haud opus ſit. Praetermitto quae ab aliis jamdudum & ab ipſo *Cudworthio* allata ſunt; & unum tantum obſervo, quod ad rem praeſentem ita pertinet, ut mirum ſit viro in veterum monumentis verſatiſſimo ejus haud in mentem veniſſe. Quemadmodum plerique veterum doctorum daemones certis ali cibis exiſtimarunt: ita ſunt etiam in illis, qui angelos ſimiliter in coelo ignoto quodam cibi genere veſci, judicant: quo quidem dictum illud *Davidis* trahunt *Pſ.* LXXVIII. 27. quo manna *panis angelorum* appellatur. *Juſtinus M. Dial. cum Tryphone p.* 279. *Opp.* Καὶ ἐν τοῖς ἀρχαίοις, ἄνδρες ἐσὶ τιμιώτ, τριφὼν πρὸς μὲν ἐσθίει τροφὴν ἄτις ἐν ἀνθρώποις χρείαν, τρίφων· πυρὶ γὰρ ἡ τροφὴ τὸ μάννα ἐν ἐτρέφετο οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἡ γὰρ ἄγια λέγει, ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγον.

In coelis, ut nobis ſatis patet, angeli aluntur, quamvis non eodem alimento, quo nos homines utimur: nam de cibo mannae, quo patres veſtri in locis deſertis victitarunt, ſcriptura ait, panem eos Angelorum manducaſſe. In eadem ſententia eſt *Clemens Alex. Paedagogi Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 122. *Tertullianus adv. Judaeos Cap.* 3. *p.* 221. & *de carne Chriſti Cap.* 6. *p.* 249. itemque alii.

(III.) Lubens ego largior, multos eſſe inter primae eccleſiae doctores, quorum ad nos delata ſunt monumenta, qui angelos cenſent animalia eſſe ex corpore & anima compoſita: ſed primum omnes nego in ea fuiſſe ſententia, qui daemonibus corpora eſſe affirmant, quae alimenti indigeant, id quod ſtatuere vir doctiſſimus videtur, *Tertullianus*, ut de reliquis nihil dicam, haud dubie angelos totos eſſe corporatos judicavit: & idem tamen in *Apologetico* & alias ſententiam iſtam de daemonibus ſuam fecit. Nego deinde magni momenti eſſe argumentum illud, quo putat probari poſſe vir doctiſſimus, veteres antiſtites animos dediſſe angelis praeter corpora. *Patres*, ita calculum ponit, *animos humanos pronuntiarunt corporis expertes eſſe: Igitur & genios ſeu angelos, qui humanis animis praeſtantiores ſunt, in ſe tales eſſe crediderunt.* Ego vero nullam plane cauſſam video, cur is, qui animam humanam ſimplicem affirmat eſſe, angelos etiam ſimplices in ſe & corporis eſſe neſcios ſtatuere debeat. Praeter haec neminem, cui veteres cum cura ſunt lecti, praeterit, non illos omnes, qui animam dixerunt *incoream*, pro ſimplici eam natura & ab omni corpore ſemota habuiſſe. Vocabulum nimirum *incorporeus* apud plerosque comparate tantum ponitur, naturaeque quae dicuntur eſſe *incorporeae* noſtri ſolum corporis reſpectu ita vocantur. Et, quod antea jam oſtendimus, non pauci ſunt in hoc ordine, qui animam tenue opinantur corpus eſſe, cui nomen ſpiritus propter ſubtilitatem imponere deceat.

(*p*) *Loci*] Horum aliquot ſupra jam allati ſunt ad §. 22. Verum binos alios hic in ora volumi-

nis

Sed & idem vir eximius (r) alio in loco bonos angelos *animas beatas atque sanctas* appellat. Quamvis enim hoc ipsum in *Retractationum libris* (*) emendet ac corrigat, haud tamen sententiam ipsam mutat, sed num illo sibi liceat vocabulo uti, quum sacrae litterae nusquam angelos *animas* vocent, ambigit. Ipsum, quod antea tutus erat, dogma, angelos naturas esse simplices, quamquam corpore conclusas, nec variat ullo modo, nec dimittit. Certe incredibile est, sanctum hominem, qui humanis animis tot locis omnem adimit concretionem, angelos praeposterе duxisse totos esse corporatos & omnis animae ignaros. Huic *Claudianum* adjungo (s) *Mamertum* contra *Faustum* decertantem, qui angelos pugnaverat mera esse corpora nulla adjuncta anima seu simplici natura. Isti sententiae dum *Claudianus*

(*) Lib. II. c. 2.

nis designat locos vir doctissimus, ex *Enarrat. in Psalm.* LXXXV. §. 17. p. 686. *Tom.* IV. & *in Psalm.* CXLV. §. 3. p. 1212. Et hos ergo ceteris adjicere non gravabor: Priori loco ita scribit *Augustinus: Adhuc habet vitam utique corpus nostrum, & tamen comparatum corpori illi, quod futurum est,* QUALIA SUNT ANGELORUM CORPORA, *invenitur corpus hominis mortuum, quamvis adhuc habens animam.* Altero ita loquitur: *Sed etiam cum fuerit tale corpus nostrum, corpus jam coeleste & spirituale,* CORPUS ANGELICUM IN SOCIETATE ANGELORUM, *nec sic dabit consilium animae:* Adde *Lib.* IV. *de Genesi ad litteram Cap.* 5. *p.* 124. *Tom.* III. *Opp.*

(q) *Constituit*] Quae *Augustini* fuit hac de re sententia, eadem & *Minutii Felicis* fuit & *Origenis*, quod *Pet. Dan. Huetius* jam observavit in *Origenianis Lib.* II. *Quaest.* V. §. 7. & 8. *p.* 71. 72.

(r) *Alio in loco*] *Libro de Musica* VI. *Cap.* 17. §. 59. *p.* 401. *Tom.* I. *Opp.* ubi his utitur verbis: *Rationales & intellectuales numeri beatarum animarum atque sanctarum, legem ipsam Dei, sine qua folium de arbore non cadit & cui nostri capilli numerati sunt, nulla interposita natura excipientes, usque ad terrena & inferna jura transmittunt.* Hunc locum *Lib.* I. *Retractat.* (non II. ut hic in ora libri legitur) *Cap.* 11. *p.* 13. *Tom.* I. *Opp.* ita interpretatur simul & emendat *Augustinus: Quandoquidem hic non nisi angelos sanctos intelligi volui, quos habere animas nusquam me legisse in divinis eloquiis canonicis recolo.* Eadem fere repetit *Cap.* 16. *p.* 19. Liquet ex his verbis, falli virum doctissimum, quum *Augustinum* hic scribit, non rem ipsam tollere, sed dubitare tantum num vocabulo *anima* sibi de angelis scribenti uti licuerit. Nam aperte sese nusquam in sacris litteris legisse, *angelos habere animas* perhibet: ex quo hoc saltim cogitur, non dubium ipsi fuisse visum: *Utrum angeli animae vocari possint, nec ne:* verum hoc: *Utrum angeli animas habeant, nec ne.* Ergo rem ipsam, non vocabulum, in disceptationem adduxit. Sequutus vero est hac in re *Dion. Petavium Dogmat. Theol. Tom.* III. *Lib.* I. *de angelis Cap.* 2. §. 14. *p.* 7. qui pari plane, qua ipse, ratione differit. Exstant, non inficior, multi apud *Augustinum* loci, ex quibus intelligere licet, existimasse eum, ex anima & corpore compactos esse angelos. Et his commotus fuit *Theoph. Alethinus* seu *Joh. Clericus* in *Notis ad Petavii dogmata Theol. p.* 6. ut suspicaretur, vitales & sentientes animas nomine *animae* ab eo designatas fuisse, quum negaret, angelos habere animas. Verum huic interpretationi locus ipse obstat, quem in *Retractationibus* corrigit *Augustinus*, ex cujus quippe patet initio, eum de *rationalibus* loqui animis: *Rationales*, inquit, *& intellectuales numeri beatarum animarum.* Haec quum ita sese habeant, omnium mihi videntur pronuntiare rectissime, qui *Augustinum*, quem parum saepenumero secum ipso consentire notum est, incertum fuisse judicant, quemadmodum de natura sas esset angelorum sentire, & nunc hanc, nunc aliam probabiliorem judicasse sententiam. In promtu sunt dicta ejus, ex quibus conficias, placuisse ipsi eorum opinionem, qui totos esse angelos corporatos volunt: at rursus alii ex eo loci afferri possunt, qui suadent, aut spiritus prorsus, aut ex corpore & anima constantes ipsi visos fuisse coelestes genios. Supra ad §. 23. locum ejus produximus, quo in medio quaestionem illam relinquit: *Utrum angeli corpora habeant, nec ne?* ex *Epist.* XCV. *p.* 197. *Tom.* II. *Opp.* In libris vero *Retractationum*, quod vidimus: Num angelis anima queat attribui, dubitat. Fateamur igitur necesse est, *Augustinum* nihil certi & constantis decrevisse de angelis, sed nunc hanc, nunc illam praetulisse sententiam, extremis vero vitae annis non nimis ab iis remotum fuisse, qui totos esse censent angelos corporeos.

(s) *Mamertum*] *De statu animae Lib.* III. *Cap.* 7. *p.* 178. *ed. Barthii.* Prius dictum non totidem ibi verbis legitur, at sententia tamen exstat: *Negari nequit*, inquit *Claudianus*, *diabolum quoque ex incorporeo, corporeoque factum —— duplicis esse substantiae.* Multa ibi hanc in rem leguntur alia, quae debilibus tamen & infirmis imposita sunt fundamentis.

Digitized by Google

nus bellum movet, minime angelos contendit meras esse mentes ab omni abstractas corpore; quod si fecisset, ad alteram defeciviſſet extremitatem, verum naturas ex anima corporeque, ex materia & mente, coagmentatas. Ita nimirum commentatur de malis geniis: *Diabolus ex duplici diversaque substantia constat: & corporeus est & incorporeus.* Nec de bonis angelis aliter: *Patet*, inquit, *beatos angelos utriusque substantiae, & incorporeos esse in ea sui parte, qua ipsis visibilis Deus: & in ea itidem parte corporeos, qua hominibus sunt ipsi visibiles.* Tertium auctorem *Fulgentium* dabo, qui de angelis sic differit: (*) *Plane ex duplici eos esse substantia asserunt magni & docti viri, id est, ex spiritu incorporeo, quo a Dei contemplatione numquam recedunt, & ex corpore, per quod ex tempore hominibus apparent. Corpora vero aetherea, id est, ignea eos dicunt habere, daemones vero corpus aëreum.* Forte idem visum est *Joanni Thessalonicensi* in *Dialogo*, quem concilium septimum, postquam lectus erat publice, probavit, ipsique idcirco concilio, cujus sententia his verbis exponitur: ποιᾷς μὲν αὐτὰς ἡ καθολικὴ ἐκκλησία γινώσκει, ἃ μὲν ἀσωμάτους πάντη καὶ ἀϋλους, λεπτοσωμάτους δὲ καὶ ἀερώδεις, ἃ πυρώδεις κ. τ. λ. *Angelos intelligibiles quidem catholica novit ecclesia, non tamen incorporales omnino & invisibiles —— subtiles autem corpore & aëreos, & igneos.* Quibus verbis quum id tantum negetur, angelos prorsus esse ἀσωμάτους, 1099 seu *a corpore relictos*, id simul significari videtur, non eos totos esse corporatos. Neque sani satis fuissent patres in concilio praesentes, si universam *ecclesiam catholicam* decreviſſent existimare, angelos mera esse corpora, quos ignorare non poterant plerosque omnes ejus antistites partim corporeos, partim simplices esse dictitasse. Taceo sententiam hanc instituto & proposito conventus illius bene atque apte (*t*) respondere. Utcumque est, (*u*) *Psellus*, quem in primis diligenter & accurate spirituum naturam scrutatum esse constat, non modo sibi, verum etiam antiquis doctoribus placere scriptum reliquit, ὡς οὐκ ἀσώματον τὸ δαιμόνιόν ἐστι φῦλον, ἀλλ' σώματόν τι γε, *daemones incorporeos haud esse prorsus, sed corpus adjunctum sibi habere* (cognatum.) Quo constituto & latius explicato, discrimen corporum, quo vel boni, vel mali uterentur genii, hac etiam ratione declarat: (†) τὸ μὲν γὰρ ἀΐδιον καὶ ἄφθαρτον ἐκ τῶν ἐναντίων ἔχειν ἔστιν, τοῖς ἐντὸς ὀφθαλμοῖς ἐστιν ἀφάνταστόν τε καὶ ἀνυπόπτωτον· τὸ δαιμόνιον δέ, εἰ μὲν πᾶσιν ὁμοίως ἐστὶν, οὐκ οἶδα εἰπεῖν· ἔοικεν δ' ἔν γε Φαιδρίνου Ἡσιόδῳ ἢ ἑκατονταετηρίδι· νῦν δὲ ἀλλὰ ζοφώδεις εἶναι καὶ ἀμαυρὸν ἔχειν καὶ πρὸς ὄμμασιν λυπηρὸν, γυμνοῖς δὲ συζῆν φασίν· καὶ τὸ μὲν ἀΐδιον παντάπασιν ἐστὶν ἄϋλον· διὸ καὶ ἀεὶ πανταχοῦ ἐστὶ·

(*) Libro de Trinit. (p. 119. Opp. ed. Sirmondi.)
(†) p. 33. (48.)

(*t*) *Respondere*] Quae hic recitantur verba, ea non decretum sunt totius *concilii septimi* seu *Nicaeni* II. sed depromta sunt ex disputatione *Joannis Thessalonicensis*, quae lecta publice fuit in eo *Actione* V. vid. *Jo. Harduini Concilior. Tom.* IV. *p.* 293. At videtur tamen universum concilium hanc opinionem approbasse, quia, lecto *Joannis* libello, nihil in ea vituperatione dignum invenit. *Tarasius* certe, patriarcha, multum auctoritati *Joannis* hujus tribuit, & perspicuum esse ex eo affirmat, *angelos pingi oportere, etiamsi circumscripti sint & veluti homines apparuerint multis*: & hanc *Tarasii* sententiam totum concilium suam facit, exclamans: *vai Kyrie. Etiam domine.* Sed difficile hoc concoctu est Theologis Romano Pontifici devotis: qui quum angelos hodie meros esse spiritus censeant & antiquorum idcirco doctorum sententiam deseruerint, at conciliorum tamen generalium decreta sacrosancta velint esse, in omnes sese partes vertere solent, & variis modis concilii verba explicare, ne ab hodierna Romanae ecclesiae sententia dissidere illud videatur. Non commemorabo argutias omnium, quarum pleraeque semetipsas conficiunt: sed *Dion. Petavii* tantum sententiam referam, qui meliorem ceteris ingressus videtur esse viam.

Digitized by Google

ἐπὶ σῶμα λεπτὸν καὶ δύσιν, καὶ τὴν ἡλιακὴν ἀκτῖνα ἀπαθέστερον· ἢ μὲν γὰρ διὰ σωμάτων διαφανῶν ἰοῦσα διαπερᾷ τὰ γειτνιῶντα καὶ ἀλαμπῆ ὡς καὶ λλαττον ἀποκύειν, ἅπερ ἦν ἔνυλον ἔχουσα· τῷ δὲ ἀΰλῳ ἐπὶ πρόσωπον ἰοῦσα, οὐκ μηδεμίαν ἔχοντα πρὸς μηδὲν ἀντίστασιν· τὸ δὲ δαιμόνιον σῶμα ἔστι, κἂν ὑπὸ λεπτότητος ἀφανὲς καθέστηκεν, ἀλλ' ὅμως ἔνυλόν πη καὶ ἐμπαθὲς καὶ μᾶλλον ὅσα τοῖς ὑπὸ γῆν ὑποδέδυκε τόποις· ταῦτα γὰρ πολυτρόπως ἔχει πρὸς σύστασιν, ὡς καὶ ἀφεῖς ὑποπίπτειν καὶ πληγὰς μᾶλλον ἐπιδέχεσθαι καὶ πυρὶ προσομιλοῦντα καίεσθαι. *Angelicum corpus, quia extrarios neſcio quos ſplendores emittit & jaculatur, idcirco exteriores oculos fulgore ſuo praeſtringit, nec ab iis ferri tolerarique poteſt. Daemoniacum vero an hujusmodi quondam fuerit, affirmare non ausim, fuiſſe tamen videtur, cum eum, qui lapſus eſt, luciferum vocet Iſaias: nunc vero tenebricoſum neſcio quid & obſcurum eſt, atque viſu triſtificum, utpote cognato lumine orbatum. Atque angelicum quidem omni prorſus materia vacat: quo fit etiam, ut per omne ſolidum penetrare atque permeare poſſit, ipſoque ſolari radio impatibilius. Hunc enim tranſparentia ſeu pellucida corpora permeantem ea refringunt, quae terrena & opaca ſunt, ita ut ictum quidem luminis ferant, quippe qui materiae non ſit expers: at angelico corpori hujusmodi corporum nullum obſiſtit, quippe cui nihil adverſetur, conſentaneumve ſit. Daemoniaca vero corpora quamlibet prae tenuitate viſum ſubterfugiant, materiae tamen nonnihil habent, patibiliaque quodammodo ſunt, eaque cumprimis, quae ſubterraneos ſpecus ſubeunt. Ea enim illorum eſt conſtitutio, ut contactibus exponantur, obnoxiave ſint, percuſſa ingemant & flammis admota urantur.* Interjectis aliis, Thrax ille, quem loquentem inducit, ex *Marco*, Monacho, homine in primis curioſo, & qui myſteriis olim initiatus fuerat daemonum, haec quoque ſeſe accepiſſe perhibet: (*) τὸ δαιμόνιον ὅλον πνεῦμα ὄλως ὂν κατὰ φύσιν αἰσθητικὸν κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ μέρος, 1091.
ἀμέσως ὁρᾷ καὶ ἀκούει καὶ τὰ τῶν ἁφῆς ὑποπιπτόντων πάθη, διαῤῥύμων ἐξωθεῖται καὶ τῶν σωμάτων τὰ στερεά· ταύτην τῶν διυπεῖσθαι, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα τῶν διαιρεθέντων μόλις ἡ ὕδατος ἁλίσκεται· τὸ δὲ δαιμόνιον εὐθὺς συμφύεται, καθάπερ ἀέρος ἢ καὶ ὕδατος μέρια μεταξὺ πῶς ἐμπεσόντα στερεᾶ· ἀλλ' εἰ καὶ θᾶττον ἢ λέγοντι τοῦτο τὸ πνεῦμα συμφύεται, πλεῖόν ἀνιᾶται κατ' αὐτὸ τὸ χάσκειν ἢ διαιρεῖν. *Daemon, cum totus ſit ſpiritus, ex ſui natura ſenſus in omnibus membris ſuis particeps immediate videt & audit, affectionibus ex tactu conflatis obnoxius, diſſectus indolet, ſolidorum corporum inſtar, hac ab illis ratione differens, quod cum cetera, quae diſſecantur, vix vel nullo potius modo conſolidentur, daemonium contra diſſectum ſtatim coit, & redintegratur: quemadmodum particulae aeris vel aquae, ſolidi cujuspiam corporis interjectu diviſae & diſcriminatae, coaleſcunt. Tametſi autem ſpiritus hic vel dicto citius in priſ-*

(*) p. 94. (142.)

viam. Cenſet is *Dogmat. Theol. Tom.* III. *Lib.* I. *Cap.* 2. §. 7. *p.* 5. *Taraſium* una cum concilio non totam *Joannis* doctrinam ſequi & laudare, ſed hoc tantum ex libello eius aſſumere, *angelos circumſcriptos eſſe, humana facie apparuiſſe eaque de cauſſa pingi poſſe.* Igitur concilii hujus auctoritate uti eos non poſſe, qui angelis adſcribunt corpora. Ingenioſe ſatis: ſed ne ſic quidem difficultatem, quae conciliorum patronis, qui negant angelis eſſe corpora, hinc naſcitur, totam expeditam eſſe arbitror. Nam quod περιγραπτοὺς, *circumſcriptos loco*, concilium fatetur eſſe angelos, id jam ſatis oſtendit, pro meris ſpiritibus, quales hodie Latinis videntur, genios ab eo haud eſſe habitos. Praetereo, nihil ex *Joannis* ſententia rejectum & repudiatum eſſe a patribus, quod quidem ſilentium eorum non contemnendo eſſe argumento, nemo facile neget, univerſam ejus de angelis doctrinam bonam & probabilem patribus fuiſſe viſam. Ego *Cudworthum* bene concilii ſententiam expoſuiſſe judico. Viderint Romani Theologi, utrum dogma, quod hodie profitentur, reticere, conciliique ideirco auctoritatem aſpernari, an vero, quae nunc in ſcholis eorum viget, doctrinam relinquere & concilio potius obtemperare malint.

(*u*) *Pſellus*] *Dialogo de operationibus daemonum, p.* 44

Digitized by Google

priſtinam formam redeat, eo tamen momento dolet, quo diſſectio fit. Idem praeterea *Marcus* daemonum corpora, non ſecus atque noſtra, modo licet diverſo, nutriri docet & ali: (*) τρέφονται οἱ μὲν δι' ἐμπνοῆς, ὡς τὸ ἐν ἀρτηρίαις καὶ ἐν νεύροις πνεῦμα, οἱ δὲ ὑγρότητι, οὐκ ἐν στόματι, καθ' ἡμᾶς, οὐδ' ὥσπερ σπόγγοι καὶ ὀστρακόδερμα. *Aluntur daemones alii quidem inſpiratione, ut ſpiritus arteriis nervisque contentus, alii humiditate, nec tamen ore, ut ſolemus, excepta, ſed ſpongiarum, teſtaceorumque piſcium more adjacentem quidem humorem extrinſecus attrahentes.* His omnibus lectis & expenſis, non puto fore quemquam ita pertinacem, quin fateatur, opinionem eorum, qui angelos non eſſe naturas ab omni ſejunctas concretione corporea, verum ex corpore ac mente junctis inter ſe ac coagmentatis conſtare, ſentiunt, non modo rationi magis eſſe conſentaneam, ſed etiam pluribus veterum doctorum auctoritatibus ſeptam & munitam, quam illorum, qui vel angelos putant nihil eſſe, niſi corpora omni animo vacua, vel meras eos decernunt mentes eſſe, omni corporeo integumento (x) deſtitutas.

§. XXXVII. Nihilo tamen minus poſterior ſententia recentioribus temporibus multo ſibi majorem comparavit auctoritatem, pluresque nacta eſt patronos & defenſores, quam illa ſuperior. Cujus ego rei cauſam in ipſo potiſſimum tempore quaeſiverim: quod quidem non male comparatur flumini res graves atque ponderoſas cito abſorbenti, leviores vero & faciliores in altum tollenti. Quamquam nec aliae deſunt, quibus hoc, quod dixi, effectum eſt, rationes. Primo poſtquam cum *Ariſtotele* philoſophari coeperunt Chriſtiani fere omnes, intelligentias ejus, quas omni abſtrahebat ille corpore, ſimul adoptandas ſibi duxerunt eſſe. Neque hoc deinde veri putem diſſimile, Chriſtianorum nonnullos, quum Platonicos quosdam, diſciplinae, quam ſequi volebant videri, non nimis peritos, tam multa
1092 differere audirent de naturis illis, quas ἑνάδας & νόας dicebant, *de monadibus ſimplicibus, de mentibus immobilibus & corpore ſolutis*, cupiditatem aliquam invaſiſſe, de angelis ſuis nihilo ſublimiora praedicandi. Denique hoc etiam contuliſſe aliquid ad hanc rem arbitror, quod angeli non tantum in ſacris litteris *Spiritus* appellantur, ſed etiam a veterum ſcriptorum nonnullis corporis expertes & neſcii dicuntur eſſe. Nec enim omnes ſtatim intellexerunt, antiquos doctores ideo partim angelos corpore dixiſſe ſemotos, quod aliquid ſimplex, mentem nimirum ſeu animam, continerent, partim idcirco, quod tenuiſſimis tantum vehiculis ſeu corporibus amicti eſſent. Ita quidem *Pſellus* haec corum dicta expoſuit: (†) καὶ πῶς ἡμαρτήρας

(*) p. 56. (†) p. 30. 33. (47.)

(x) *Deſtitutas*] Legi omnia & expendi accurate, quae adhuc a viro doctiſſimo diſputata ſunt ad eorum ſententiam roborandam, qui angelos volunt animalia eſſe, ex corpore & animo compacta: ſed impetrare tamen ea nullo modo a me potuere, ut crederem, eam & rationi magis amicam eſſe, & pluribus auctoritatibus munitam, quam eorum eſt opinio, qui corpora prorſus detrahunt angelis. Pertinaciam & ſtuporem ſi quis hoc velit interpretari, ferendam equidem hanc eſſe injuriam video: at feram tanto levius, quod nulli me labori peperciſſe, certus ſum, ut, quam pertinaciam ille vocat, animi affectionem frangerem atque vincerem. Quae ex ratione ac philoſophia ad firmandum hoc de angelorum corporibus dogma ſunt deprompta, ſupra jam dilui & ſub examen vocavi. Nunc de auctoritatibus veterum pauca dicam. Magna mihi ſunt eorum nomina, qui primis naſcentis eccleſiae temporibus vixerunt & Chriſtianae civitatis res ingenio & virtute ſua firmarunt: ſi quid tamen ab his afferatur, quod nec ſacrarum litterarum apertis teſtimoniis, nec perſpicuis fultum ſit argumentis, fidem mihi habendam eſſe illis, non exiſtimo. Auctoritatibus ſi pugnandum ſit, plures, niſi totus fallor, numerari poterunt illorum, qui angelos nil quam meras

by Google

τήσους ἢ τῆς ὑγεφθεν ἐιωθὸς ἐστὶ, τὸ παχύτερα τ σωμάτων σώματα λέγειν· ὃ ἢ λεπτομερὲς ἐστὶ ἢ ἢ ὅλως ἀφυγόνον ἢ ἢ ἀφλῶ αἰσώματον, ἃ μόνον οἱ καθ' ἡμᾶς ἅπαξ ἢ πάνυ τ ἐκτὸς ἐξίστασι λέγειν. *Et noſtri & externi atque adeo a noſtra religione remotiſſimi & antiquiſſimi quique corpora illa, quae craſſiora ſunt, corporea dicere ſolent: quod autem perexiguum eſt & pertenue, nec ſub aſpectum cadit, nec tactui exponitur, id incorporeum non ſolum religionis noſtrae, verum etiam externae ſuperſtitionis antiſtites appellandum cenſent.* Ante *Pſellum Joannes* (y) *Theſſalonicenſis* in *Dialogo*, quem *ſeptimum* probavit *concilium*, eadem jam dixerat: εἰ ἢ πᾶ εὕροις ἀσωμάτους καλουμένους τὰς ἀϊδήλους, ἢ δαίμονας, ἢ ψυχὰς, ὡς μὴ ὄντως ἐκ συμμίξεως τ ὑλικῶν τεσσάρων στοιχείων, ἢ παῦτα σώματα παχέα ἢ ἀντίτυπα, οἷα ἡμεῖς περικείμεθα, ἔτως αὐτὰς προσηγόρευσαι. *Sicubi vero reperis incorporeos vocari angelos, aut daemones, aut animas, tamquam non exſiſtentes de commixtione materialium quatuor elementorum, ſic eos noveris appellatos, quod non ſint talia craſſa corpora & ſolida, qualia ſunt illa, quibus nos circumdamur.* Quid? quod, qui utroque hoc aetate ſuperior eſt, *Origenes* in *prooemio libri* περὶ ἀρχῶν, quum dictum ex veteri libro, *Doctrina Petri* inſcripto, affert, quo *Chriſtus* diſcipulis ſuis dixiſſe traditur, ſe non eſſe δαιμόνιον ἀσώματον, *daemonem incorporeum*, tametſi libri illius auctoritatem rejiciat, ita tamen haec verba exponit: *Non idem ſenſus ex iſto ſermone* ἀσωμάτου *indicatur, qui Graecis vel gentilibus auctoribus oſtenditur, quum de incorporea natura a philoſophis diſputatur. In hoc enim libello incorporeum daemonium dixit pro eo, quod ipſe ille, quicumque eſt, habitus vel circumſcriptio daemonici corporis non eſt ſimilis huic noſtro craſſiori, vel viſibili corpori: ſed ſecundum ſenſum ejus, qui compoſuit illam ſcripturam, intelligendum eſt quod dixit, non eſſe tale corpus, quale habent daemones, quod eſt naturaliter ſubtile & velut aura tenue & propter hoc vel imputatur a multis vel dicitur incorporeum; ſed habere ſe corpus ſolidum & palpabile.* Vel hic locus efficit, angelos, etiamſi corporibus credantur eſſe praediti, tamen propter horum corporum exilitatem ac tenuitatem, quae ad noſtrorum corporum craſſitudinem & ſoliditatem relata, ſumma eſt, corporis expertes dici poſſe. Sed quod omnium maxime multorum adduxit animos, ut nil dubitarent, nihil prorſus corporei adjunctum eſſe geniis, id *tertii Lateranenſis concilii* auctoritatem & dignitatem eſſe arbitror, quod inter decreta ſua hanc retulit ſententiam. Quaſi vero minor eſſet *ſeptimi Oecumenici*, ut vocant, aut *ſecundi Nicaeni* concilii, quod contrariam ſententiam ſtabilivit, fides & auctoritas, quam ut cum illo committi aut gravitatem legum ejus aequare ſaltim (z) queat.

§. XXXVIII.

ra corpora ſeu corporeos ſpiritus eſſe, opinantur: nec facile perſuaſerit vir doctiſſimus homini in priorum quatuor ſeculorum monumentis verſato, majorem doctorum partem ab iis ſtare, quibus placet, angelos naturas eſſe corporis & animi ſimul participes. *Pſellum*, ſi quid ego judicando valeo, rectius omiſiſſet vir egregius inter illos, quorum dignitati & praeſtantiae dandum eſſe vult a nobis aliquid. Etenim is quae refert de daemonibus & eorum natura, cum in ſe magnam partem incredibilia ſint & recentiorum obſervationibus aborde confutata, tum monachi unius fide potiſſimum nituntur: cui generi quantum queat fidei adjungi, neminem ſanum praeterit. Non repugno, ſi quis *Pſellum* aut Thracem illum & *Marcum*, Monachum, quorum recitat ſententias, idoneos eſſe teſtes dixerit opinionum de geniis & daemonibus, quae aetate eorum inter Syros, Chaldaeos, & alios orientales populos pervulgatae fuerunt. Et hoc nomine *Pſelli* libellum in primis utilem & commendandum eſſe cenſeo. Verum quum non id quaeritur, quod olim creditum fuit, ſed quod credendum eſt, graviores & majores, quam *Pſellum*, auctores flagito.

(y) *Theſſalonicenſis*] *In Actis Concilii* VII. *Oecum. ſeu Nicaeni* II. *Actione* V. *p.* 293. *Tom.* IV. *Concilior. Jo. Harduini.*

(z) *Queat*] Vix neceſſe eſt, ut moneam, quae de cauſſis hic diſputantur, propter quas vetus dogma de corporibus angelorum rejectum &

in

Digitized by Google

1094 §. XXXVIII. Coterum quamvis haec ratio, quae omnes vult creatas naturas homine praestantiores integumento vestitas esse, veterum Pythagoraeorum disciplinae omnino respondeat, habeo tamen, cur antiquos Christianorum doctores non inde eam totam assumsisse, sed ipsis sacris auctoribus ducibus ad eam delatos esse, putem. Principio quae de angelorum rebus & factis divini narrant libri, ejus sunt naturae ac generis, ut intelligi nulla ratione & ad causas suas revocari queant, nisi angelis sua esse corpora constituas. Non ego nunc celebre *Davidis* effatum attingam, tametsi veteres non male feciſſe arbitror, qui suam illo sententiam de angelis corporatis juvari posse judicarunt: (*) *Qui angelos suos facit ventos & administros suos ignis flammam:* Fateor enim, & posse hoc dictum aliter exponi, & a Judaeorum magistris interdum aliter expositum esse. Neque illa *Pauli* dicta testabor, (†) quibus de *lingua angelorum*, *de voce archangeli*, deque aliis ejusmodi rebus commemorat. Alia sunt in sacris libris oracula, quibus nihil fingi potest ad hanc doctrinam demonstrandam accommodatius & aptius. In his primo numero illud Servatoris dictum esse puto, quod jam ante attuli, *Luc.* XX. 35. *Qui vero digni fuerint, qui illud aevum consequantur & resurrectionem ex mortuis, neque ducunt uxores, neque nuptui dantur. Nec enim mori possunt amplius, quoniam pares sunt angelis.*

(*) Ps. CIV. 4. (†) 1 Cor. XIII. 1. 1 Thess. IV. 16.

in ejus locum eorum sententia, qui omni corpore vacare genios statuunt, suffecta fuerit, non aeque firma esse omnia, sed quaedam vix ingeniosis conjecturis praestantiora duci posse.

(I.) *Aristotelis* philosophiam, postquam omnibus placere coepit, contulisse aliquid ad antiquum dogma de corporibus angelorum delendum planc ac interimendum, haud difficulter mihi persuaserim: at vero omnem de angelis corpore vacuis doctrinam ad imitationem intelligentiarum ejus effictam esse, non aeque facile, ut credam, adducor.

(II.) Multo minus ea mihi se probant, quae de studio Christianorum erga Platonicorum quorumdam subtiles inceptias subiicit vir egregius. Namque aetate illa, qua potissimum receptum hodie de angelis dogma invaluit, Platonicorum commentarii nec legebantur amplius in solis occidentis regionibus, nec ob ignorantiam sermonis Graeci a multis legi poterant. Ex barbaris & inficetis omnes fere tum temporis sapiebant scriptorum Graecorum versionibus. *Procli* vero, cui νοῦς & ἕνωσις ortum suum in primis debent, nulla olim exstitit Latina versio.

(III.) Quae post haec de notione vocabulorum σώματος, ἀσώματος, *corporeus* & *incorporeus*, apud antiquos scriptores Christianos traduntur, rectissime sese habent & multis aliis eorum testimoniis roborari possunt. Male prorsus *Patres*, qui vocantur, exponet & interdum, quum satis constanter docent, secum ipsis dimicare credet, qui hanc observationem neglexerit. Ipse vir doctissimus non satis sibi, quod supra vidimus, ab errore cavit, quod hujus potestatis, quae nomini *incorporeus* subjecta saepe est, parum memor fuit. Sed ut facile concedam, quosdam illa *patrum* dicta, quibus *angeli* dicuntur *incorporei*, secus, atque decebat, interpretatos esse, hunc tamen errorem potius ad confirmandum, quam ad excogitandum dogma hoc de angelis corpore vacantibus fecisse aliquid, sentio.

(IV.) Omnes Romani coetus Theologi, quum fas esse negant angelis attribuere corpora, Concilii Lateranensis decretum tentantur, quod sententiam hanc condemnaverit. Multi vero eorum parum curati sunt, quum hoc faciunt; alii generatim Concilium Lateranense appellant, quum multa tamen hujus nominis esse concilia, non ignotum sit: alii numerum quidem addunt, sed in numero errant. Lata est haec lex in Concilio Lateranensi, quod inter Oecumenica, in palatio Lateranensi coacta, quartum est, & *Innocentio* III. Pontifice Maximo Anno 1215. habitum fuit. Verba legis apud *Joh. Harduinum Concilior. Tom.* VII. *Cap.* 1. *Decretor. p.* 15. 16. haec sunt: *Creator omnium visibilium & invisibilium, spiritualium & corporalium, qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit naturam, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam quasi communem ex spiritu & corpore constitutam.* Ut ex hoc decreto probent Romani Theologi, rejeciſſe ecclesiam eorum sententiam, qui corpora geniis adscribunt, *Dion. Petavii* verbis explicabo *Dogmat. Theol. Tom.* III. *Lib.* I. *de angelis Cap.* 3. §. 9. *p.* 10. ubi inquit: *Cum spirituale opponat corporeo, & ejusmodi esse velit, qualis hominis est anima: manifestum est, angelos neque corpora esse, neque corporibus*

Digitized by Google

angelis. Quod ſi ab omni corpore relicti eſſent angeli, mentes bonorum virorum, dum corporibus ſecretae vivunt, antequam corpora excitantur ex mortuis, multo illis eſſent ſimiliores, quam poſt reſurrectionem. Qua quidem ego de cauſſa veram horum verborum ſententiam eſſe illam putem, quam *Auguſtinus* amplexus eſt, ſanctorum hominum animas poſtquam ſepulchris egreſſa erunt corpora, *corpora* habituras eſſe *angelica*, ſeu talia, *qualia ſunt angelorum corpora*. Quo concluſo, id aeque certum ex hoc dicto debet eſſe, eſſe angelos certis concluſos corporibus, ſed alius tamen longe indolis & naturae corporibus, atque haec noſtra ſunt, quibus, dum hic vivimus, (*a*) utimur. Alterum locum verbis *S. Judae* tribuo; qui de 1094
malis geniis haec ſcripta reliquit: *Angelos, qui non conſervarunt ſuam originem* (aut verius ut Latinus reddidit interpres, quem *vulgatum* nominant, *principatum ſuum*) *ſed reliquerunt ſuum domicilium, judicio magni illius diei vinculis aeternis ſub caligine reſervavit*. Evidens eſt, his verbis primum daemones tradi a Deo caſtos & omni labe puros eſſe conditos, non ſecus ac reliquum angelorum genus: at deinde non ſervaſſe eos τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν *principatum ſuum*; quod ego ſic interpretor: Eos dominationem, quam in partem ſui deteriorem & inferiorem habuerunt, dimiſiſſe ac neglexiſſe: Ex quo conſequitur, duplici eos parte conſtare, meliori altera, altera

poribus implicatos. Quum credere velint doctores coetus Pontificii, proſcriptos eſſe ex eccleſia eos hac lege, qui corpora angelis eſſe adjuncta tuentur, equidem facile id patior: at putem tamen, latebram facile inventuros eſſe, qui ſecus ſentire velint. Etenim, ut omittam, in ipſa Romana Eccleſia non deeſſe, qui hoc concilium haud magni aeſtimant, nihilque in eo ſancitum eſſe, leges autem, quae feruntur concilii eſſe, ab uno *Innocentio* III. conſcriptas arbitrantur, de quibus *Natalis Alexander* inſpici poteſt in *ſelectis Hiſtor. Eccleſ. capitibus Saec.* XIII. *Diſſ.* I. *Artic.* II. *p.* 325. *ſ.*: vehementer legis hujus poteſtas labefactabitur, ſi quis dicat, vocabula *ſpiritualis* & *corporalis* ſanctorum patrum ſenſu in eo eſſe poſita. Monuimus jam aliquoties, antiquis doctoribus *ſpirituale* id ſignificare, quod ex tenuiſſima conſtat materia, *corporale*, quod his corporibus noſtris craſſioribus cognatum eſt & ſimile: *Spiritum* denique naturam non quidem ſolidam, at nec omni materia vacantem. Transfer has notiones ad legem Lateranenſem, & plus homini Pontificio, qui *Patrum* nomine vix aliquid ſanctius novit, negotii dederis, quam ferre poterit. Equidem parum hoc decretum juviſſe arbitror eorum cauſſam, qui meros ſpiritus angelos eſſe pronuntiant: multo plus vero profuiſſe illis cenſeo auctoritatem *S. Thomae*, qui *Summae P.* I. *Quaeſt.* LI. *n.* 1 negat angelis eſſe corpora.

(*a*) *Utimur*] Bene habet, quod vir doctiſſimus locis *Pſ.* CIV. 4. 1. *Cor.* XIII. 1. 1. *Theſſ.* IV. 16. in hac uti cauſſa recuſat, atque aliter eos exponi poſſe, fatetur, quam exponuntur, cum ab antiquis doctoribus, tum a recentioribus nonnullis, qui ex illis manifeſtum eſſe volunt, implicatos eſſe corporibus angelos. Miror equidem, quam ob cauſſam illi, qui his locis magnam vim ineſſe ſtatuunt ad probandum, habere angelos corpora, non id quoque Servatoris noſtri effatum in rem ſuam convertant, quo in extremo hujus orbis die angelos tubas praedixit eſſe inflaturos. *Matth.* XXIV. 31. *conf.* 1. *Cor.* XV. 52. & 1. *Theſſ.* IV. 16. Tuba enim quis canere poterit, niſi corpore, ore, & pulmonibus inſtructus? Sed miſſa haec faciamus, quae ipſemet vir doctiſſimus non eſſe talia cenſuit, ut expugnari nequeant, & de illis tantum loquamur enuntiatis ſacrarum litterarum, ex quibus elucere ſine controverſia cenſet, angelis ſua eſſe corpora, in quibus vivant. In his primum eſt celebre illud Servatoris noſtri dictum *Luc.* XX. 35. quo eos, qui ex mortuis ad vitam excitabuntur beatam, pares fore angelis pronuntiat. Dixi jam ſemel & iterum de ſententia hujus effati: quare nunc brevis ero. *Chriſtus*, quod perſpicuum eſt, non abſolute & omni ex parte beatos homines, qui reſurgent aliquando, ſimiles fore angelis dicit, verum certa tantum ratione. Poſtquam ſcilicet docuerat, conjugiis in aeterna vita nullum locum fore, cauſſamque hujus rei attulerat, quod nec mors amplius in coeli incolas ſaevitura eſſet, haec verba ſubjicit: ἰσάγγελοι γάρ εἰσιν. *Nam angelis pares erunt*. Hinc quis non perſpicit, Servatorem noſtrum reſpectu tantum immortalitatis, rerumque ex hac immortalitate neceſſario fluentium homines ſanctos, qui ex mortuis excitabuntur, cum angelis comparare? Quotquot igitur vel veterum vel recentiorum ex hoc loco concludunt, corpora eorum, qui reſurgent, eadem fore, quae angelorum corpora, illi comparationem hanc extra limites ſuos proferunt: quod quum ſemper vitioſum eſt, tum imprimis in divinis oraculis explicandis noxium.

altera deteriori, ſuperiori altera, cui vis attributa eſt ac poteſtas gubernandi & regendi, altera inferiori, cujus eſt, ſuperioris voluntati & imperio morem gerere. Certe quemadmodum peccare ac vitio ſeſe contaminare potuiſſent angeli, niſi hoc ita ſeſe haberet, vix cogitatione licet conſequi. Atque haec deterior pars angelorum, non ſecus atque in homine, continens videtur eſſe rei cuidam corporeae pariter in illis exſtanti. Sed redeamus ad *Judam*. Is porro angelos peccato infectos *proprium ſuum domicilium*, τὸ ἴδιον οἰκητήριον, *reliquiſſe* aut *amiſiſſe* adſeverat: quod quoniam continuo ſubjicit, ſignificare videtur, non potuiſſe non peccatum iſtud eorum calamitatem hanc & poenam conſequi. Id autem ſibi velle ſanctum hominem opinor: Angelos non modo regionibus illis aetheris & coeleſtibus, in quibus verſati fuerant antea, extruſos eſſe, verum etiam proprio ſuo domicilio, corpore nimirum, quod geſſerant, coeleſti, orbatos & ſpoliatos eſſe. Haec interpretatio non mediocriter ex eo roboratur, quod *Paulus* coeleſte illud corpus, quod ſanctorum hominum animis in extremo mundi hujus die redditur, (*) τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ, *domicilium noſtrum de coelis*, appellat. Hoc coeleſte corpus domicilium illud eſt, integumentum & veſtimentum, quod tam hominum, quam angelorum animis proprium eſt, aptosque reddit utrosque ad coeleſtes & aetherias regiones habitandas. Atque hujus aetherei corporis jacturam fecerunt, quum in peccata inciderent, coeleſtes genii: quod ex eo tempore plus ſemper lucis atque levitatis ſuae naturalis perdidit. Uti enim mentes ſpirituum affectae & conſtitutae ſunt, qui corporibus cincti vivunt, ita & corpora eorum ſeſe

(*) 2 Cor. V. 2.

(*b*) *Videntur*] Nova haec & plane ſingularis eſt loci *Judae vſ.* 6. interpretatio: ſed quam facile vanitatis convincas. Quod antequam faciam,

(I.) Operae duco pretium animadvertere, dictum hoc, quod ne ipſi quidem illi negant, qui cum *Cudworthio* forte faciunt, ex illis eſſe, quae multum obſcuritatis habent, non in ipſa quidem ſententia, quae ſatis eſt perſpicua, verum in verbis & formulis, quibus ea exprimitur, eaque de cauſſa varie exponi poſſe. Quapropter ſi vel talis eſſet haec explicatio, ut everti prorſus & omni veriſimilitudine exui haud poſſet, nil tamen eos juvaret, qui angelis attribuunt corpora. Convenit enim inter omnes, qui recta ratione utuntur, ex locis obſcurioribus, quos ratione non una licet interpretari, dogma quoddam probari firmiter haud poſſe: niſi alia adſint perſpicua & evidentia dicta, quibus id ipſum continetur & inculcatur.

(II.) Ipſe locus binis conſtat partibus, quarum altera peccatum, quod mali daemones in Deum commiſerunt, deſcribitur, altera poena, qua propter crimen hoc a Deo affecti ſunt, explicatur. Crimen ipſum his verbis complectitur vir divinus: Ἀγγέλους τε τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον. *Angeli non ſervarunt originem ſuam* ſeu *principatum*, *ſed proprium domicilium reliquerunt*. Cetera ſupplicium, quod ipſis factum illis ſuit, enarrant. Non me praeterit, quosdam interpretes, qui verba: ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον, non tam ad culpam, quam ad poenam malorum geniorum referri debere, judicant: quibus hic ſeſe videtur *Cudworthus* adjungere, quo facilius, quam aſſumſit, opinionem tueatur. Verum his aperte vocula ἀλλὰ reſiſtit; quae argumento eſt, in unius rei explicatione divinum virum pergere, & quae conſequuntur oppoſita eſſe illis, quae antea dixerat, aut rem unam eamdemque duplici modo a ſancto viro enarrari, perſpicuitatis cauſſa, primum *poſitive* aut *affirmative*, ut loquimur, poſtea *negative*. Praeterea manifeſtum eſt, vocabulo ἀπολιπόντας actionem aliquam malorum deſignari daemonum, non autem ipſius Dei. Supplicium autem, quo ſupremum Numen hoc genus, commiſſo crimine, affecit, actio Dei eſt, non autem angelorum, qui peccato ſeſe polluerant. Sunt alii, quibus placet, haec verba ad culpam & poenam ſimul pertinere: qui ſi hoc ſibi velint, derelictionem illam domicilii, quam *Judas* vocat, poenam non potuiſſe non conſequi, non eſt, quod cum illis dimicemus: ſin plura ſibi dari velint, eodem, quo reliqui, modo ſine labore reſcilentur. Spero, univerſos, qui vel ipſa verba attente ſunt inſpecturi, meam in ſententiam haud invitos ituros eſſe. Quod vero ad ipſam membri hujus prioris attinet ſententiam, facilius eſt oſtendere, *Cudworthi* ſententiam a vero eſſe alienam, quam demonſtrare, quaenam ſit vera verborum, quibus *Judas* utitur, poteſtas.

Vir-

Digitized by Google

ſeſe habent: & idcirco nunc majori, nunc minori luce ac puritate gaudent. Poſtremo id ipſum, quod naturaliter peccatum conſequebatur horum angelorum, id juſtiſſimo Dei judicio poena illis ſceleris & facinoris, quod admiſerant, factum eſt. Etenim corporibus eorum aethereis in corpora gravia, aëria, faece ac vaporibus referta converſis, ipſi continuo, quod *Petrus* docet loco, (*) qui huic noſtro reſpondet, in tartarum praecipites acti ſunt, (ταρταρώσαντες) in quo quidem, tamquam obſcuro carcere, catenis vincti cuſtodiuntur, dum magnus ille judicii dies illuceſcat. Hic ego non poſſum, quin moneam, vocem ταρταρῶν, quam *Petrus* adhibet, eamdem eſſe illam, quam *Apollodorus* aliique auctores Graeci uſurpant, quum Titanum de coelis deturbatorum caſum non diſſimilem enarrant. Nec ego improbabile puto, omnem hanc de Titanibus fabulam ex illis a poëtis eſſe confictam, quae de lapſu daemonum a majoribus tradita acceperant. Ipſe vero *Tartarus*, ut arbitror, inferior noſter & tenebricoſus aër eſt, qui hanc terram ambit, ſive *Atmosphaera*: qua in re conſentientem mihi *Auguſtinum* habeo, qui, *poſt peccatum*, inquit, (†) *in hanc ſunt detruſi caliginem, ubi tamen & aër.* Hac ergo in regione, ipſa corporum ſuorum craſſiorum & ponderoſorum mole & gravitate, tamquam vinculis & catenis vincti & conſtricti remanent: nec enim corpora illa huc delapſa rurſus aſcendere, priſtinasque ſedes aethereas & lucentes repetere queunt. Hujus tartari ſeu tenebricoſi aëris cuſtodia ſepti, reapſe detinentur & ſervantur 109
in terribilem illum ſupremi judicii diem: at interim tamen in illo carcere dominorum partes ſuſtinere ac gubernare ad tempus (*b*) videntur. Extremum locum occu-

(*) 2 Petr. II. 4.
(†) De Geneſ. ad liter. Lib. III. c. 10. (p. 114. Tom. III. Opp.)

Vir doctiſſimus loquutionem: μὴ ἐφεῖσθαι τὴν ἀρχὴν, ſignificare putat: *Imperium in partem animi inferiorem, in qua cupiditates reſident, non ſervare, ſed turbulentis animi commotionibus obtemperare.* Animam enim angelorum, non ſecus ac hominum, binis arbitratur partibus conſtare, altera rationis compote, altera cupiditatibus repleta, quarum haec corpori cuidam contigua ſit & continens; quod de anima praeceptum in ſcitis eſſe Platonicorum, pervulgatum eſt. Sed, ut nihil dicam de ipſo dogmate de animis angelorum, quod audacius, quam fas eſt, plerique recte exiſtimabunt a viro praeclaro aſſumtum eſſe, quis hanc interpretationem non videt nimis ſubtilem, longiusque petitam eſſe, ſimplicitatique idcirco orationis *Judae* plane repugnare? Nec ullum ex ſacris aut profanis monumentis locum aut attulit, aut afferre potuit vir egregius, quo formula haec abſolute poſita ſignificet: *Dominationem in cupiditates & affectiones animi deſerere.* Ingenio qui abundat & illi obſequi vult in dictis ſacri codicis exponendis, is mediocri labore quaecumque vult in illis reperiet: ſed ratio vetat, ſententiam verbis ſacrorum ſcriptorum attribuere, a conſuetis & uſitatis eorum notionibus alienam, nili uſus & probatorum auctorum exempla conatui noſtro faveant. Minus etiam ferri potuit ſequentium verborum explicatio: in quibus vir doctiſſimus οἰκητήριον corpus *coeleſte* angelorum denotare, ſibi perſuadet, ita ut hic eorum ſenſus ſit: Angelos aethereum corpus ſuum peccando amiſiſſe, aut corrupiſſe potius. Non probat vir magnus, οἰκητήριον ἴδιον usquam de tali corpore coeleſti adhiberi. Nam quod *Paulum* teſtatur, qui 2. *Cor.* V. 2. corpus, quod ſancti homines expectant, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ vocavit, id ab hoc prorſus abeſt negotio. Intereſt multum inter τὸ ἴδιον οἰκητήριον & inter τὸ οἰκητήριον τὸ ἐξ οὐρανοῦ. Et quis, obſecro, hanc toleret concluſionem: *Paulus* corpus, quod ſanctis hominibus, quum reſurgent ex mortuis, redditur, *coeleſte domicilium* vocat: ergo *proprium angelorum domicilium*, cujus *S. Judas* meminit, naturale eorum corpus eſt, quo ſemper amicti vivunt. Non ſum neſcius, corpus quod gerimus, domum noſtram ſeu animi noſtri translate interdum appellari: verum male hinc efficitur, quotiescumque alicui οἰκητήριον ſeu domus figurate attribuitur, id vocabulum corpus ejus ſignificare. Refragatur deinde huic opinioni vocabulum ἀπολιπεῖν, quod uſurpat *Judas*. Tritum eſt, notionem hujus vocabuli eſſe: *deſerere aliquid atque relinquere*, aut *ſegregare a ſe rem aliquam*. Atqui ex *Cudworthi* ſententia, non diſceſſit a malis genlis, poſtquam deliquerant, corpus coeleſte, quod natura habent, ſed pollutum eſt tantum & inquinatum variis ſordibus, aut levitatem & nitorem ſuum tantum

1096 occupet Servatoris noſtri vox: (*) *Ite in ſempiternum ignem, qui praeparatus eſt diabolo & angelis ejus.* Ex qua manifeſtum mihi videtur eſſe, angelis omnino ſua eſſe corpora. Si quis enim translate vocabulum *ignis* hic eſſe poſitum, morſusque exulcerati animi ſignificare, dictitet, is, ne aliis quoque religionis capitibus haec
1097 noceat interpretatio, viderit. Sin vero naturas ſimplices & corpore vacuas igne torqueri & excruciari poſſe ſtatuat, quantum in ipſo eſt, & ſacras litteras & univerſam Chriſtianorum religionem cavillationibus & ludibrio & philoſophorum & omnium, qui ratione ſibi ducunt utendum eſſe, exponet. Quare *Pſellus* non ultimum

(*) Matth. XXV. 41.

amiſit. Quomodo igitur ſanctus vir reliquiſſe aut deſeruiſſe malos genios hoc corpus, affirmare potuiſſet? Poſtremo jactura haec coeleſtis domicilii, quam fecerunt angeli, quum peccarent, tamquam poena ſpectatur a viro doctiſſimo, a Deo illis inflicta. Verum antea jam oſtendimus, verbis *Judae*, de quibus agimus, non id, quod Deus fecit, ſed quod mali daemones admiſerunt, exponi. Quamquam haec jactura poena proprie haud foret, ſi ex mente *Cudworthi* effatum hoc intelligeretur. Poena, ſi accurate loquendum ſit, malum eſt, quo is, qui jus habet dominandi, afficit alium, qui legibus haud paruit. Verum depravatio haec aut derelictio corporis coeleſtis non foret malum divina potentia propter crimina inflictum angelis, ſed calamitas naturaliter ex eorum peccato conſequens. Ita nempe vir doctiſſimus cum Platonicis cenſet, corpus affici, quemadmodum animi affecti ſunt, qui in illo verſantur. Animi ergo angelorum quum vitioſe eſſent affecti, nec amplius cupiditatibus ſuis imperarent, neceſſario contigit, ut corpus eorum depravaretur & ex levi & aethereo ſolidum, grave, ac nubiloſum fieret: qua mutatione facta, fieri haud potuit, quin ex ſupremis & beatis coeli regionibus ad inferiorem aërem delaberentur, ibique domicilium ſibi perpetuum figerent. Haud igitur juſtitia divina improbitatem eſt ulta angelorum, verum angeli malum omne, quod ſentiunt, invito Deo ſibimet ipſis conſciverunt, ut homines ebrioſi, ac libidinoſi varios ſibi morbos flagitiis ſuis acquirere ſolent. Viderint, qui libera mente ſunt, num haec ſententia verbis *Judae* ſit conſentanea, qui hoc exemplum angelorum eo proponit conſilio, ut ſeveritatem ſummi Numinis erga peccatores & juſtitiae ultricis gravitatem oſtendat.

(III.) Equidem verba *Judae* certus ſum minus eſſe retruſa & obſcura, quam plerique arbitrantur. Et quamvis meam nemini, tamquam minime dubiam, obtrudere velim ſententiam, nil tamen dubito, quin ipſa ſeſe ſimplicitate ſua multis commendatura ſit. Supra monui jam, ſanctum virum, quum de crimine loquitur angelorum, rem unam & eandem duplici modo exponere: ex quo conſequitur, reſpondere ſibi mutuo & parem pacne poteſtatem habere binas haſce formulas: *Non ſervare principatum ſuum* &: *Relinquere domicilium proprium.* μὴ τηρεῖν & ἀπολιπεῖν ſignificatione haud diſcrepare, nemo, credo, in dubium vocabit. Reſtat igitur, ut de vocabulis ἀρχὴ & οἰκητήριον quaeramus. Ἀρχὴ puto hoc in loco *munus, officium, dignitatem* ſignificare. Sumitur hoc nomen ita aliquoties in verſione LXX. ſeniorum, quam ego plus, quam reliquos fere omnes ſcriptores Graecos, ad librorum novi foederis intelligentiam, conducere, dudum ſentio. De praeguſtatore, ut unum exemplum afferam, Pharaonis, cui priſtinum munus redditum fuit, haec in ea verba leguntur, *Gen.* XL. 21. καὶ ἀπεκατέστησε αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ: quae ſic verti debent: *Et in munus ſeu dignitatem priſtinam illum reſtituit.* Parem ſuſpicor poteſtatem eſſe vocabuli τὸ οἰκητήριον, quod hoc in loco exſtat. Quemadmodum ſcilicet Latini *locum, ſtationem*, & *provinciam* pro munere ac dignitate ponunt, quam ſuſtinet aliquis, ita οἰκητήριον puto translate hic denotare *munus* & *officium*. Non eſt mihi quidem nunc locus alicujus ſcriptoris Graeci ad manus, quo nomen οἶκος aut οἰκητήριον hoc ſenſu adhibeatur, neque tantum mihi ſuppetit otii, ut locos ejusmodi queam inveſtigare: verum quum nec inſolens plane, nec in ſe abſurda ſit haec notio, & ad rem praeterea ſatis bene conveniat, nil vereor probabilem hanc expoſitionem ducere, aliis licet libertatem ſecus, ſi velint, ſentiendi libens relinquam. Quare planum hunc & ſimplicem arbitror verborum *Judae* ſenſum eſſe: *Angeli munus & dignitatem, in qua collocati erant a Deo, haud ſervarunt, ſed majora & graviora appetentes munera, adſignatam ipſis ſtationem temere reliquerunt.* Quod ſi tamen aliquis verbum οἰκητήριον proprie malit accipere ac de certo loco & ſede, quam deſeruerint mali daemones, intelligere, non nimis repugnabo, quum ſententia ipſa, quam expoſui, parum inde detrimenti capiat. Certo enim muneri & officio qui praeſunt, illis plerumque certa quoque ſedes & domicilium adſignatum eſt.

(IV.) In ſequentibus *Judae* verbis, quibus poena malorum geniorum deſcribitur, haec tantum verba: δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν, explicationem deſiderant. *Cudworthus* eſſe in illis hanc

timum in hoc loco ſententiae ſuae firmamentum conſtituit: (*) *ἐμοὶ μὲν οὖν ἐκ τοῦ Σωτῆρος λέγων πεπεισμένῳ ταῦτα περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι φρονεῖντων τὰς δαίμονας, ἃ πῶς ἂν τῶν παθῶν αἰσθάνοιτο ἄσωμάτους ὄντας; τὸ γὰρ ἀσώματον ἀμήχανον παθεῖν ὑπὸ σώματος· ἀνάγκη γὰρ σώμασιν αὐτὰς ἢ πολάσεων ὑποδέχεσθαι πυρώσεσι πάσχειν. Haec me vel ipſius Servatoris verba docuerunt, quae daemones igne puniendos eſſe aſſerunt: quem quomodo patiantur, ſi corpore careant? Fieri enim nullatenus poteſt, ut quod corporis expers eſt, id a corpore intertrimenti quidquam patiatur. Neceſſe eſt ergo, ut ipſi corporibus poenas luant, quippe qui paſſioni ſint (c) obnoxii.*

§. XXXIX.

(*) p. 37. (p. 52.)

hanc autumat ſententiam: *Mali angeli, quoniam in locum coeleſtis & aetherei corporis, aliud ſibi peccando comparârunt corpus gravius & ſolidum, propterea ipſa gravitate & mole corporis hujus in atmoſphaera noſtra ſeu infima tenebricoſi aëris regione detinentur, ne rurſus ad beatas ſedes adscendere queant.* Hujus autem interpretationis magna pars jam concidit, poſtquam planum fecimus, αἰσθητὸν corpus angelorum coeleſte haud poſſe in *Judae* verbis denotare. Neque verbis ipſis ſancti hominis ea eſt conſentanea, utpote qui diſerte vim Dei & potentiam detinere malignos genios in tenebris ſcribit, minime vero ipſam corporis, quod gerunt, tarditatem & gravitatem facere, ut in tenebris manere perſeverent, ſignificat. Ipſimet ſeſe angeli mali vinculis & catenis aeternis vinxiſſent, ſi viri doctiſſimi valeret opinio; Sed tam hic, quam 2. *Petr.* II. 4. divinae juſtitiae hoc opus attribuitur. *Vincula aeterna*, quibus *Judas* malos conſtringi genios ait, non ſecus, ac σειρὰς ζόφου, quorum *Petrus* meminit, 2. *Petr.* II. 4. figurata eſſe vincula nullus dubito. Mens ſanctorum eſt hominum, infelices illos genios in loco illo miſeriarum pleno ita divina potentia detineri, ac ſi catenis eſſent ligati, ut nullo inde modo exire & egredi, niſi Deus permittat, queant. Conf. *Luc.* XVI. 26. Et luculentus nunc mihi ſuccurrit *Luciani* locus, quo egregie haec confirmatur ſententia, *Libro de luctu p.* 300. *Tom.* II. *Opp.* ubi de animis, ad Plutonis regnum delatis, ita loquitur: *καταδήσάμενος δὲ αὐτὰς ὁ Πλούτων, κατέχει δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις. Animas ubi receperit & aſſumſerit Pluto, vinculis infrangibilibus coërcet.* Haec autem vincula quomodo velit intelligi, continuo his verbis explicat: *ὡς μὴ τὸ παράπαν ἐξ ᾅδου ἀναδῦναι πάλιν ἐξ ἅπαντος τοῦ αἰῶνος πάνυ ὀλίγους ἐπὶ μεγίστοις αἰτίαις. Nulli prorſus permittens, ut ad ſuperos redeat, praterquam admodum paucis ex univerſo aevo, idque graviſſimis de cauſſis.* Vocabulum ζόφου ſimiliter translate hic poſitum eſſe puto. Lux enim quemadmodum omnis gaudii & felicitatis nota eſt in ſacris literis: ita tenebrae omnis generis calamitates & miſerias & hic & aliis in locis deſignant. Juvat haud parum hanc explicationem id, quod *Petrus* nomen ζόφου vocabulo σειρᾶς jungit, malisque geniis *catenas tenebrarum* injectas eſſe, ſcribit. Nam *catenae tenebrarum* quid ſunt, quam infelices catenae? Et *catenis tenebrarum ligari*, quid eſt, quam in loco omni miſeria referto perpetuo concludi?

(V.) De Tartaro quae ſentit vir doctiſſimus, ea non modo *Auguſtino*, quem laudat, & aliis nonnullis inter veteres, verum etiam recentioribus nonnullis placuerunt: quos inter eruditum ejus civem *Jac. Windetum* in primis nomino, qui *libro de vita functorum ſtatu Londini* 1663. *in* 4. edito *p.* 91. pererudite hanc ornat ſententiam. Sed non adducunt me doctiſſimi viri, ut idem, quod ipſi, ſentiam. Etenim vocabulum τάρταρος ab aliquo Graecorum ſcriptorum de aëre infimo adhiberi haud recordor: omnes contra video *tartarum* vel univerſe locum dicere eſſe ſubterraneum, in quo vivant mortui, vel ſigillatim illum locum, in quo crucientur illi, qui Numinis ſupremi indignationem incurrunt. Vid. *Heſiodus Theogoniae vſ.* 720 *p.* 108. *Lucianus de luctu Tom.* II. *Opp. p.* 299. 300. & alii, quos *Lamb. Bos* laudat Diſſ. *de etymologia Graeca p.* 41. Quare ταρταρόω ex communi Graecorum uſu loquendi nihil eſt aliud, quam *ad inferos dejicio & detrudo. S. Petrum* vero verbum ταρταρόω novo & inuſitato antea ſenſu uſurpaſſe, vix ac ne vix quidem mihi perſuaſerim. Rectius ergo illos interpretari ſanctum hominem arbitror, qui ſimpliciter hoc eum dixiſſe ſtatuunt: Deum genios, qui deliquerant, ad inferos praecipitaſſe, ſeu in locum, ubicumque demum ille ſit, miſeriae & aerumnarum plenum e coelo deturbaſſe. Quae de uſu vocabuli ταρταρόω & de Titanibus praetereundo monet, ab aliis quoque ſunt obſervata. *Apollodorus Bibliothecae Lib.* I. *Cap.* 1. §. 3. *p.* 3. & *Cap.* 2. §. 1. *p.* 4. vocabum καταταρταρόω adhibet, quum Jovem Titanes narrat in tartarum dejeciſſe.

(c) *Obnoxii*] In hoc etiam poſtremo argumento plus, quam ſatis eſt, fiduciae collocare mihi videntur tam veteres, quam recentiores, qui angelos corporibus volunt eſſe implicatos. Primum quid cauſſae ſit, cur tam graviter illi peccare cenſendi ſint, qui Servatorem noſtrum ignem non corporeum & ſub ſenſus cadentem, ſed dolo-

1098 §. XXXIX. Quodſi igitur omnes in univerſum angeli, id eſt, omnes naturae homine excellentiores in ſe quidem mentes ſunt ſimplices, at corporibus tamen, quam-

res & cruciatus animi damnatis geniis miniſtari judicant, equidem haud conſequor. Fuerunt in hac olim ſententia viri inter doctores Chriſtianos graves & inclyti, de quibus *Dion. Petavius* egit *Dogmat. Theolog. Tom.* III. *Lib.* III. *de angelis Cap.* 5. *p.* 103. Nec pauci ſunt in recentioribus, a quibus omnis ſuſpicio abeſt noxiorum errorum, qui hanc opinionem ſuam faciunt. Quum Servator noſter coeleſte gaudium aliquoties cum convivio comparaverit, non video, cur is veritati divinae nocere putandus ſit, qui eundem figurate de poenis inferorum loquutum eſſe, cenſet ac quo malorum, quae improbi genii & homines ſentient, atrocitatem tanto validius demonſtraret, a ſuppliciorum, quae inter homines maleficis infliguntur, exquiſitiſſimo imaginem ſumſiſſe, arbitratur. Equidem non majorem hunc religioni Chriſtianae injuriam inferre, opinor, qui ignem, quo dives epulo torquetur, translatum eſſe cenſet, quam illum, qui epulas, quibus Lazarus cum Abrahamo interfuiſſe legitur, magnae felicitatis ſimulacrum eſſe, ſtatuit. Finge vero, talem eſſe ſententiam eorum, qui inferorum ignem de animi cruciatibus & miſeriis exponunt, ut ferri nulla ratione queat, haud multum tamen commodi hinc ad eorum redundabit cauſſam, qui perpetuis angelos & naturalibus corporibus alligatos eſſe, decernunt. Etenim nihil aliud ex his Servatoris noſtri locis conſequetur, quam hoc, angelos non omnes, ſed malos tantum, nec ſemper, ſed tum, quum apud inferos torquentur & excruciantur, corporibus amictos eſſe. Igitur haud confectum hinc erit, omnibus angelis, tam bonis, quam malis, ſua eſſe corpora, imo ne hoc quidem, corpus illud, quod mali habent angeli, quum poenis apud inferos ſubjiciuntur, naturale ipſis eſſe. Nec enim obſiſtit aliquid, quo minus dicant, qui omnibus angelis negant adjuncta eſſe a Deo corpora, ſupremum Numen angelis, qui defecerunt, poenae loco corpus quoddam dediſſe, quo majores apud inferos cruciatus ſentire, & ab igne contingi poſſent. Non diſſimilis plane *Lactantio* in mentem venit ſententia, qui animas malorum hominum in corpore fucum quemdam aut contagionem ſibi conficiſcere affirmat, per quam poſtea cruciari & vim ignis infernalis percipere valeant, *Inſtitut. divinar. Lib.* VII. *Cap.* 20. *p.* 560. **Impii quoniam ſe malis cupiditatibus inquinaverunt, mediam quamdam gerunt inter immortalem mortalemque naturam & habent aliquid imbecillitatis ex contagione carnis: cujus deſideriis ac libidinibus addictae (animae) inexhibilem quemdam fucum trahunt, labemque terrenam: quae quum temporis diuturnitate penitus inſederit, ejus naturae reddi animus, ut ſi non extinguibiles in totum, quoniam ex Deo ſunt, tamen cruciabiles fiant per corporis maculam, quae peccatis inuſta ſenſum doloris attribuit.* Ad extremum, ne quid diſſimulem, audaciores mihi paullo videntur eſſe, quam tenuis ſcientiae noſtrae ratio patitur, qui ſpiritum a nullo prorſus igne affici poſſe negant. Namque hoc qui ſciſcit, is ſpirituum non modo naturam, verum etiam omnia ignis genera ſibi perfecte eſſe nota, aſſumat, neceſſe eſt. Cuinam vero mortalium hoc de ſe praedicare datum eſt? Aut quis eſt, qui ſtatuere queat, talem a Deo ignem nullo modo conſtrui poſſe, qui moleſtias & dolores etiam ſpiritibus creare & afferre valeat? Equidem eorum mihi valde placere modeſtiam & ſapientiam non difficeor, qui ex verbis Jeſu Chriſti hoc unum ſibi ſumunt, exquiſitiſſimis ſuppliciis tam genios, qui a Deo defeiverunt, quam improbas mentes apud inferos affectum iri, eaque de cauſſa ſic vivunt, ne ultrici divinae juſtitiae poenas aliquando dare cogantur: reliqua vero, quae de natura hujus ignis & poenarum infernalium commoveri poſſunt dubia, aut plane non attingunt, aut, ſi forte attingant, caute ac ſobrie tractant.

Vetus de corporibus geniorum ſententia, quae Platonicis primum, poſtea Judaeis & praecipuis Chriſtianorum doctoribus arriſit, quum medio, quod vocant, aevo labefactata, & a Scholaſticis poſtea doctoribus oppreſſa plane videretur, poſt inſtauratam ope *Lutheri* religionem novas ſenſim vires acquiſivit. Princeps forte in lucem revocavit eam *Michaël Servetus*, homo mirabilibus & novis opinionibus praeter omnem modum favens, in cujus *Epiſtolis triginta ad Joh. Calvinum, Reſtitutioni*, quam vocat, *Chriſtianismi* ſubjectis, *quarto p.* 583. *ſ.* tota eſt in hoc dogmate defendendo. *Craſſam*, ita incipit epiſtolam, *judicas hanc meam haereſin —— quod viſibile ſeu perceptibile quid verbo*, SPIRITIBUS ET ANGELIS *tribuam. Craſſam hanc fidem amplectebantur olim rudes diſcipuli & amplectuntur nunc veri Chriſtiani, quamvis eam ſublimes mathematici & metaphyſici ridcant.* Interjectis quibusdam aliis hoc modo pergit: *Materiam quamdam luminis divini ſuſceptibilem & corpus quoddam ſubſtantiale ſpiritibus & angelis attribuerunt antiqui Theologi: cum quibus id affirmant magnus Baſilius & Auguſtinus ipſe, quem tibi patronum jactas. Lucem hanc ſolis ipſe in geneſi dixit, eſſe ſubſtantiam & corpus, quod ſe intus penetrari ſinit. Tale eſt angeli corpus, aliunde penetrabile, corpus ſpirituale, ſubſtantia aetherea. —— Eſt ipſis propria ſubſtantia, quam nos aliquando ſenſibiliter percipiemus, & nunc perciperemus, ſi ſenſus nobis eſſent tam exquiſiti. —— Coeleſtes creaturas ſub ſpecie angeli dici.*

quamvis non iisdem ſemper, ſed nunc his, nunc aliis, indutae, nec umquam omni prorſus corpore ſegregatae, hoc mihi conſentaneum videtur ac conveniens ſtatue-

dicimus viſibiles, ſub ſpecie ſpiritus, inviſibiles nobis, vere tamen in ſe viſibiles. Eas cum Davide dicimus aëreas flatus & igneas flammas, ſuperelementares ſcilicet, non habentes carnem & oſſa terrea, ut ait Chriſtus. Poſt haec, corpora angelorum, non ſecus ac hominum, differre inter ſe praeſtantia & agilitate diſputat: *Quemadmodum inter homines, ita inter ſpiritus illos, alii aliis imperant, ſunt excellentiores, acutiores, habentes plus agilitatis, tenuitatis & ſplendoris. Alii habent plus craſſitiei & minus intellectus. Craſſi adeo & materiales ſunt inferiores ſpiritus, ut in muliebrem laſciviam moti, eam genii exequantur, velut ſatyri & incubi.* In ſequentibus notiſſimam *Joſephi* & multorum aliorum ſententiam tuetur, qui daemones olim cum mulieribus concubuiſſe & poſtea in tartarum una cum gigantibus a Deo deturbatos eſſe, cenſent. Quum magna huic homini ſectatorum multitudo fuerit, hanc quoque opinionem ejus a pluribus id aetatis receptam fuiſſe, veri valde ſimile eſt. In ipſo Romano coetu, quod jam ſupra me ſignificare memini, *Thom. Cajetanus* & alii quidam, malis ſaltem daemonibus corpora eſſe tribuenda, contenderunt. Nec inter melioris doctrinae profeſſores deſiderantur, quibus probabilius viſum fuit, angelis eſſe corpora: e quibus *Huld. Zanchium* tantum nomino de *operibus ſex dierum Lib.* II. *Cap.* 3. Sed multo plures dogma hoc ſequenti ſaeculo amatores & patronos invenit, quorum nomina recenſere nimis longum foret: Et noſtra aetate ſummos illi viros tam inter philoſophos, quam inter Theologos, favere, notius eſt, quam ut commemorari multis debeat. Nec tamen omnes eadem ad illud via delati ſunt. Hos quidem reverentia erga veteres eccleſiae Chriſtianae antiſtites adduxit, ut id amplecterentur: alios philoſophiae, cui ſeſe addixerunt, ratio movit, ut ad illud accederent: multi cur illud communi ſententiae praeferrent, nihil cauſſae habent, quam hoc, quod humanis ingeniis comprehenſu & intellectu videtur eſſe facilius, quam vulgata opinio. Ex inſtituto ſingulari libello, noſtra memoria probandum ſibi ſumſit, eſſe angelis ſua corpora, vir longe doctiſſimus, *Jo. Chriſtian. Loërſius*, Theologiae Profeſſor in Academia Teutoburgenſi, cujus Diſſ. non inelegans *de angelorum corporibus Duisburgi* 1719. 4. prodiit & poſtea iterum formis deſcripta eſt. Verum huic *Steph. Vitus*, vir clariſſimus, Profeſſor Caſſelanus, *Schediasma* oppoſuit, quod *Bibliothecae Bremenſis Theol. Philol. Tom* VI. *Part.* III. p. 418. inſertum eſt, quo pro vulgari ſententia acriter & erudite propugnat. In utroque hoc ſcripto non ſine ingenio collecta fere ſunt omnia, quae ad utramque ſententiam muniendam excogitari poſſunt: quare rem non ingratam plerisque facturum me eſſe confido, ſi quibus rationibus utrinque pugnatum ſit, interpoſito, ubi videbitur, judicio noſtro, qua fieri poteſt brevitate, hic expoſuero.

Quidquid argumentorum a Celeb. *Loërſio* affertur, quo probet genios, non ſecus ac homines, certis cum corporibus eſſe conjunctos, id commode ad tria referri poteſt genera: Primum genus ab auctoritatibus ſumtum eſt: alterum rationibus conſtat ex philoſophia depromtis: tertium dicta quaedam ſacri codicis complectitur. Primo loco tam Judaeorum, quam veterum eccleſiae Chriſtianae doctorum teſtimonia & auctoritates collocat, quorum aliquos conſtat putaſſe, angelos totos eſſe corporeos, aliquos ex anima & corpore eosdem compoſitos judicaſſe, §. 3-5. Hanc ille conſtantem antiquorum Chriſtianorum doctrinam inani Scholaſticorum acumine primum eſſe depravatam, arbitratur, quos coecus amor *Ariſtotelis* adduxerit, ut angelos intelligentiis ipſius ſimiles plane facerent. *Patrum*, inquit §. 6. *p.* 6. *doctrina ſi conſervata fuiſſet, hodienum angeli corporibus praediti haberentur: ſed ea paullatim neglecta fuit & obſcurata: ſequuta ſunt ea tempora, quibus* —— *invaluit indies auctoritas Ariſtotelis, qui tamquam oraculum in ipſam eccleſiam receptus fuit, auctae in immenſum ſunt indies tricae ſubtilitatesque Scholaſticorum* — *ubi Ariſtotelis amore capti ducem & tubam ſuam ſequuti fuerunt: ille cum ſtatuiſſet* [illegible] *ſimplices & abſtractas eſſe intelligentias, ſtatuere cum illo debuerunt, ſpiritus eſſe angelos ab omni corpore naturaliter liberos.* Vidimus antea, *Cudworthio* noſtro idem viſum fuiſſe; nec pauci ſunt alii, quos eadem conjectura, aut ſi mavis, opinio delectat.

His quidnam eruditus ejus adverſarius reſpondeat, haud difficulter magnam partem conjicitur. Negat primum, tantam eſſe veterum Judaeorum & eccleſiae doctorum auctoritatem, fidem ut illis ſine rationibus & argumentis habere, fas ſit: Homines hos fuiſſe nimis credulos, qui ex veterum Chaldaeorum & Platonicorum placitis multa, nullo judicio adhibito, adoptaverint. Eorum (2) obſervat, quos ſibi faventes ex antiquis doctoribus *Cl. Loërſius* laudet, non modicum numerum non tam angelos ex corpore & anima compoſitos, quam totos corporeos putaſſe, eaque de cauſſa nihil ad ejus ſententiam roborandam afferre momenti. §. 11. *p.* 442. (3.) Temere ſententiam eorum, qui angelis omne, quod corporeum dici poteſt, detrahunt, ab *Ariſtotelis* philoſophia repeti, contendit. Fuiſſe huic ſententiae ſuos patronos, antequam *Ariſtotelis* diſciplina inter Chriſtianos

1099 ſtatuere, tametſi praeter Deum aliae ſint naturae corporis expertes, *vitam* tamen *incorpoream*, quam vocat *Origenes*, aut *ſine corporeae adjectionis ſocietate vivere*, nullius

recipieretur: immo ante *Ariſtotelem* fuiſſe, qui angelos omni corpore liberos eſſe, pronuntiaverint. §. 12. p. 446. Ipſum denique *Ariſtotelem* illis favere magis, qui angelis corpora tribuunt, quam ſecus ſentientibus. *Intelligentias* enim ejus orbibus coeleſtibus, tamquam propriis corporibus, junctas vivere, nec ab illis ſejungi poſſe; vide ejus *Metaphyſ. Lib.* V. 8. *Lib.* XIV. 8. Cui *Plutarchum* de *placitis philoſ. Lib.* I. *Cap.* 7. addere licet. §. 7. p. 434. (4) Poſtremo longum eorum agmen ex vetuſtis doctoribus producit, qui angelos ſimplices eſſe ſpiritus & ab omni prorſus corpore abſtractos ſtatuerint: in hac enim ſententia fuiſſe cenſet *Clementem Alexandr Hippolytum, Gregorium Thaumaturgum, Gregorium Nazianzenum, Methodium, Euſebium, Lactantium, Theodoretum*, & multos alios, quorum recitare nunc nomina, neceſſe non eſt. §. 9. p 437. *ſ.*

Horum ego pleraque probo, tamquam bene ac utiliter monita: nec illa plane rejicio, quae de *Ariſtotelis* obſervat intelligentiis, ex quibus multi volunt angelos, ut a Scholaſticis deſcribuntur, natos eſſe. Credo ego, quod jam antea profeſſus ſum, praecepta philoſophiae Peripateticae juviſſe eos haud parum, qui veterem de angelorum corporibus ſententiam abrogatam cupiverunt: at inter *Ariſtotelis intelligentias* & angelos, uti a recentioribus Theologis ſiſtuntur, multum tamen intereſt. Quod vero vir doctiſſimus haud paucos cenſet eſſe in antiquioris eccleſiae doctoribus, qui, quod nos hodie ſolemus, ab omni plane corpore angelos abſtraxerint, id ego, ut verum eſſe putem, aegre adducor. Ante ipſum *Gerh. Joh. Voſſius de idololatria Lib.* I. *Cap.* 6 p. 17. *Geverh Elmenhorſtius* in *Notis ad Gennadium Maſſilienſem Cap.* 12. p. 128 maxime vero *Dion. Petavius Dogmat. Theol. Tom.* II. *Lib.* I *de angelis Cap.* 3. p. 7. multos jam nominarunt ex antiquis auctoribus, qui, ut doctiſſimis hiſce videtur viris, angelos exiſtimarunt omni prorſus carere corpore. Verum mihi omnes hoſce locos accurate perluſtranti, nullus ita certus & perſpicuus occurrit, confici ut inde ſine controverſia queat, auctorem ejus omni prorſus corpore privaſſe coeleſtes genios: quocirca in hanc prope ſententiam venio, primis rerum Chriſtianarum temporibus qui hoc faceret, prope fuiſſe neminem. Praecipua dicta, ex quibus pro meris ſpiritibus antiquos doctores quosdam habuiſſe angelos, probari ſolet, in tres commode claſſes diſtribui ponunt. Quidam angelos dixerunt nil eſſe, niſi πνεύματα, ſeu *ſpiritus*, σῶμα vero materia carere ſeu ἄϋλα eſſe, aſſeverarunt: Alii eosdem πνευματικούς ſeu, ut *Lactantii* vocabulo utar, *incorporales* nominarunt: Alii denique νοερὰ, id eſt, *mentes* & νοητὰ, νοερούς-que, ſeu *intelligibiles* & *intelligentes* appellarunt. Sed, niſi me prorſus fallit opinio, in his vocabulis tantum virtutis haud eſt, quantum ad ſententiam ſuam firmandam ineſſe in illis cenſent viri longe doctiſſimi.

(1.) Principio nomen πνεῦμα, ſi ea ratione antiquis fuiſſet uſurpatum, qua ſolet a nobis adhiberi, res plane confecta eſſet, & illi, qui angelos πνεύματα dixerunt, haud dubie inter eos referendi forent, qui ab omni eos corpore ſegregant. Sed monui jam aliquoties, vocabulum hoc antiquis ſaepenumero non id, quod nos *Spiritum* dicimus, verum naturam tenuem, exilem, umbrae potius, quam corpori ſimilem, at ex materia tamen quadam conſtantem deſignare. [*Origenes* περὶ ἀρχῶν *Lib.* I. *Cap.* 1. §. 1. p. 49 *T.* I. *Opp.* diſerte ait *ſpiritum* eſſe *corpus*. Add. § 2. p. 50.] Neque hoc alicujus momenti in hac cauſſa eſt, quod *Spiritum* ſeu πνεῦμα aliqui diſerte dicunt σῶμα ſeu *expers* eſſe *materiae*. Etenim vocabulo ὕλη veteres craſſiorem, ex qua corpora ſpectabilia conſiſtunt, materiam deſignant: cui aliam paſſim nobiliorem & meliorem opponere ſolent. Quocirca qui ſpiritus σῶμα dicunt, illi hoc tantum ſignificant, tali eos vacare materia, qualis illa eſt, ex qua corpora tam noſtra, quam aliorum animalium, conflata ſunt. Adde his, ſi vel certum foret, nomini πνεύματος apud veteres ſcriptores eamdem poteſtatem ſubjectam fuiſſe, quae a nobis hodie huic verbo ſubjicitur, quaerendum tamen adhuc reſtare, anne illi, qui angelos vocant ſpiritus, ab altera & praeſtantiori eorum parte, anima nimirum, hoc illis nomen impoſuiſſent? Homines, qui ex binis conſtant naturis, corpore nimirum & anima, haud raro ab altera earum, aut ψυχαὶ, aut σώματα dicuntur, ex quo tamen nemo ſanus concludit, eos aut meros ſpiritus, aut mera eſſe corpora. Nec aliter de angelis illi veterum loqui ſolent, qui ex animo eos & corpore conflatos exiſtimant, quod vel multis unius *Auguſtini* locis docere, proclive foret. Namque hic, tametſi illis faveat plerumque, qui duplicem angelis naturam adſignant, nunc tamen eos ſimpliciter *ſpiritus*, nunc viciſſim *corporeos* ab altera natura vocare ſolet. Illuſtrabo haec, quae dixi, *Clementis Alexandr.* exemplo, quem Celeb *Vitus* & alii in eorum ponunt numero, qui angelis omne, quod corporeum eſt, detraxerunt. [Conf. *Beauſobre Hiſt. du Manich. Not. p.* 483.] *Clemens* hicce multis in ſcriptorum ſuorum locis angelos appellavit πνεύματα, aut *ſpiritus*, nec potuit aliter, quum ſacrae litterae ſic eos nominent: *ſpiritum* vero quomodo definiverit, id ex *Jo. Vecco* diſcimus *Libro de proceſſione Spi-*

lius esse, nisi unius Dei sanctissimaeque Trinitatis. Quo constituto, id etiam li-
quet, humanos animos concretis terrenisque corporibus, quibus nunc utimur, per

Spiritus S. apud *Leon. Allatium Graeciae orthodoxae Tom.* I. *p.* 248. qui hanc ejus definitionem spiritus affert: πνεῦμα μὲν ἐστὶ λεπτὴ καὶ ἄϋλος καὶ ἀχρώματος καὶ ἀπερίληπτος ὑπαρξις. *Spiritus est substantia tenuissima, materiae & formae omnis expers.* His lectis, quis non existimaret, *Clementem* prorsus abfuisse ab eorum sententia, qui angelos corporibus cingunt? Sed idem tamen *Clemens Paedagog. Lib.* I. *Cap.* 6. *p.* 122. bonos angelos cibo quodam, manna nimirum, quod olim Hebraeis in locis desertis divinitus datum est, vesci, docet, & alio loco *Stromat. Lib.* III. *Cap.* 7. *p.* 538. malos angelos ideo coelo dejectos esse tradit, quod libidinibus operam dedissent aut cum mulieribus concubuissent. Num quis vel edere, vel foeminarum frui potest illicita consuetudine nisi corpus habeat? Igitur aut *Clemens* totos esse corporatos duxit angelos, quamvis eos πνεύματα esse nihil dubitaverit, aut saltem corpori esse sociatos eos, censuit. Quocirca me si audient viri doctissimi, illis uti veterum locis hac in causa desinent, quibus angeli πνεύματα & λεπτὰ quidem atque ἄϋλα vocantur.

(II.) *Incorporales* deinde & ἀσωμάτους qui nominarunt angelos, multo etiam minus aliquem locum inter eos tueri possunt, quibus angeli ab omni corpore videntur esse sejuncti. Etenim, id quod supra jam ostendi, veterum innumeris constat locis, illud ἀσώματον & *incorporale* ab illis dici, quod solida & concreta caret materia, neque absolute, sed comparate tantum, nisi de Deo fermo sit, haec ab illis nomina usurpari. [Pulchre hoc praecipit *Origenes Praef.* περὶ ἀρχῶν §. 8. *p.* 49. *Tom.* I. *Opp.*] Juvat hoc iterum exemplo quodam ex praesenti causa depromto confirmare. *Jo. Damascenum*, Scholasticorum inter Graecos patrem, plerique in illis numerant, quibus angelos placet esse corporis omnis nescios. Adduxit eos, ut id facerent, hic ejus locus, qui de *orthodoxa fide Lib.* II. *Cap.* 3. *p.* 155. *f. T.* I. *Opp.* legitur: Ἄγγελός ἐστιν οὐσία νοερὰ, ἀεὶ κίνητος —— ἀσώματος. *Angelus est substantia intelligens, in perpetuo motu —— corporis expers.* Qui postremo *Damascenum* accurate ac nitide edidit, *Mich. Lequienius*, eruditissimus ceteroquin vir, *in subjecta ad hunc locum adnotatione*, perspicuum ex eo prorsus esse arbitratur, melius eum sensisse, quam illos, qui angelos aut corporeos, aut corporibus esse junctos volunt. Et ipse ego lubens in hanc descenderem sententiam, si nihil praeter haec verba apud *Damascenum* de angelorum natura scriptum exstaret. Sed revocant me, quae paullo post sequuntur, verba: ἀσώματος δὲ λέγεται, καὶ ἄϋλος, ἴσον πρὸς ἡμᾶς. Πᾶν γὰρ συγκρι-

μένον πρὸς θεὸν, ἢ μόνον ἀσύγκριτον, παχύ τι καὶ ὑλικὸν εὑρίσκεται· μόνον γὰρ ὄντως ἄϋλον τὸ θεῖον ἐστι καὶ ἀσώματον. *Quod autem corpore ac materia vacare dicitur, hoc nostri ratione intelligendum est. Alioqui enim quidquid cum Deo confertur, qui solus nulli comparari potest, crassum & materiale invenitur. Sola quippe divina natura materia & corpore vacat.* Hinc quis non perspicit, *Damascenum* angelos minime prorsus simplices & omni corpore secretos putasse, sed eos comparate tantum, hominum scilicet respectu, corporis expertes nominasse? Sed clarius etiam infra *Cap.* 12. *p.* 179. mentem suam explicat: quem ejus locum haud pigebit describere, quo tanto magis pateat, veterum scriptorum dicendi formas & vocabula ex nostris minime notionibus esse aestimanda, eique, qui Patrum auctoritatibus sibi ducit utendum esse, ante omnia sermonem eorum addiscendum esse. Ἀσώματα *incorporea*, ἀόρατα & ἀχρωμάτιστα *invisibilia & figurae expertia*, distinguit *Damascenus* in ea, quae κατ' οὐσίαν, *ipsa essentia sua* & quae κατὰ χάριν, *secundum gratiam* talia sunt; itemque in ea, quae φύσει, *natura* sua & quae πρὸς τὴν τῆς ὕλης παχύτητα, *si cum materiae crassitie comparentur*, ita dicuntur. Quo facto, sic pergit loqui: ἐπὶ θεῷ μὲν οὖν φύσει· ἐπὶ δὲ ἀγγέλων καὶ δαιμόνων καὶ ψυχῶν χάριτι, καὶ ΩΣ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΤΗΣ ΥΛΗΣ ΠΑΧΥΤΗΤΑ, λέγεται ἀσώματα. *Incorporeum igitur esse Deo convenit secundum naturam: Angelis autem & daemonibus & animis, secundum gratiam,* HABITA RATIONE AD MATERIAE CRASSITIEM. Ergo ex materia quidem constant angeli, at ex subtiliori longe, quam haec est nostra, quam manibus contrectare & arundine dimetiri licet, si cum *Damasceno* de angelis sentire velis.

(III.) Illi ex antiquis doctoribus omnium proxime ad eos accedere videntur, qui ab omni corpore segregant angelos, quibus angeli νόες *mentes*, νοεροὶ item & νοητοὶ dicuntur. Fecerunt id, praeter *Dionysium*, quem *Areopagitam* vocant, multi, quorum dicta collegit *Petavius*. Ego vero ne in his quidem multum collocaverim iniuciae. Videndum, ut alia taceam, primo est, utrum illi, qui angelos νόες dixerunt, hoc nomine universam eorum naturam exprimere voluerint, an vero ab altera tantum eorum parte, eaque potiore, hoc vocabulum sumserint. Licet enim & hominem νοῦν aut mentem dicere, quoniam praestantior ejus pars mens est & ratio, tametsi corpore simul eumdem esse praeditum, nemo sanus dubitet. *Gregorius Nazianzenus* est ex illis, qui angelos νόας dicunt. Vid. *Orat.* XXXV. *p.* 560. & *Carm. de virginit. p.* 43. *Tom.* I. *Opp.* Sed superiori, quem hic indicamus, loco ipsemet manifestum facit, se

1101 per mortem exutos, nec perfecte vivere, nec agere ſine ulla corporis ſocietate, in eoque ſtatu ad ultimum orbis hujus diem permanere. Etenim nullo plane corpore

hoc vocabulum eo ſenſu ſumi nolle, ut naturam ſignificet omni plane corpore vacantem. Namque neſcire ſeſe, aperte profitetur, utrum corporis ſint expertes angeli, nec ne, quamvis certo ſenſu, πανταχοῦ δυνάμεις & νόες appellari queant: πλὴν ἀλλ' γε ἀσώματοί ἴσως, ἢ ὅτι ἐγγύτατα. *Sed ſint ſane illi incorporei, aut quam proxime ad hoc accedentes.* Eamdem ſententiam clarius repetit *Orat.* XXXVIII. *p.* 617. Quin alio loco ſatis ingenue probabiliorem ſibi videri eorum opinionem declarat, qui, ſi a Deo abeas, nihil ſimplex & corpore vacuum eſſe cenſent. Homines nimirum quum dixiſſet compoſitos eſſe, haec *Orat.* XXXVII. *p.* 601. ſubjicit: οὐ εἶδα δὲ εἰ μὴ καὶ ἄγγελοι, καὶ πᾶσα φύσις ἢ ἀὴρ καὶ μετὰ τὴν τριάδα τὰ ἄκλοι τινες ἀσὶ καὶ πρὸς τὸ κακὸν πανοῦργοι. *Atque haud ſcio, num idem quoque in angelis locum habeat, inque omni illa caeleſti natura & Trinitate ſecunda: tametſi alioquin ſimplici quadam natura praediti ſint atque in bonum firmius defixi.* Velim in his verbis in primis obſervari, *Nazianzenum* ad eos ſeſe adjungere, qui praeter Deum nihil eſſe ſimplex & apertum volunt, & nihilo tamen minus angelos certa ratione ſimplices eſſe, aſſeverare: quod evidenter oſtendit, quam incerti hac in cauſſa teſtes ſint illi ex antiquis ſcriptoribus, qui ſimplicitatem in proprietatibus angelorum numerant. Confero me ad vocabula νόησις & νοεραὶ, quae multi veterum, quum angelorum naturam exponunt, uſurpant, quippe quos φύσεις ſeu δυνάμεις νοερὰς & νοητὰς ſaepius nuncupant. Varia nec ſatis certa eſt horum vocabulorum apud Platonicos poteſtas; uſitatior vero ceteris illa eſt, quam *Maximus in Scholiis ad Cap.* 9. *Dionyſii Areopagitae de divinis nominibus p.* 818. *Tom.* I. *Opp. Dionyſii* his verbis expreſſit: ἰστέον ὅτι νοητὸν μὲν ἐστὶ τὸ τῇ αἰσθήσει μὴ ὑποπῖπτον, ὅτε τὸ νοερὸν ἔχει ἐν ἑαυτῷ —— νοερὸν δὲ τὸ ἀκλὲς καὶ ἀπολυτως ἔχον τὰς νοήσεις, ὡς ἄγγελοι. *Sciendum, intelligibile quidem eſſe illud, quod non cadit ſub ſenſum, neque in ſe intelligentiam recipit —— ſed intelligens eſt, quod ſimplices & liberas habet intellectiones, ut angeli.* Igitur angeli quum νοεραὶ dicuntur, naturas eſſe eos ſignificatur ſub ſenſus haud cadentes, quae mente tantum percipiuntur; νοεραὶ autem quum iidem vocantur, haec eſt ſententia; intelligere eos & cognoſcere non ut nos, qui ſenſuum ope percipimus & res objectas comprehendimus, verum alio modo, ſimpliciter, libere, & ſine materia. Neutrum vero horum ejus mihi videtur eſſe generis, ut is, qui angelos altero horum nominum deſignat, omne illis corpus detraxiſſe cenſendus ſit. Quod ſub ſenſus haud cadit, nec niſi cogitatione ac mente comprehenditur, id propterea corpore carere haud ſtatim putandum eſt. Sit pleriique eorum, qui angelos aut totos corporeos, aut corpore tamen concluſos eſſe volunt, tantae tamen exilitatis corpora eſſe decernunt eorum, ut ſenſus noſtros ipſa natura ſua fugiant. Ex altero nomine ſequi, haud gravate conceſſerim, eos, qui de angelis illud adhibuerunt, ſenſus, quales noſtri ſunt, & membra illis derogaſſe; ſed ex eodem apparere nego, eos omni quoque corpore coeleſtes genios privaſſe. Etenim quod ſenſibus & membris ex craſſiori materia compactis caret, id in *aliquo tamen genere corporis*, ut *Ciceronis* utar verbis *de finib. bonor. & malor. Lib.* IV. *Cap.* 14. *p.* 2483. *Tom.* VIII. *Opp.* eſſe, ac certa quadam materia, longe licet ab ea, quam novimus, diverſa conſtare poteſt. Quis veterum rerum & opinionum peritus ignorat, in antiquis philoſophis non paucos, nec certe ultimi generis eſſe, qui, tametſi ab animo omnem abeſſe velint ſentiendi facultatem, negentque commune ei aliquid eſſe cum corpore noſtro, nihilo tamen minus eum ex materia quadam conflatum eſſe opinantur? Hi animam a corpore ſemotam νοερὸν eſſe, id eſt, ſine ſenſuum auxilio cognoſcere ac percipere & certo modo tamen corpoream eſſe, tuentur. His accedit, quod illi ipſi veterum, qui angelos δυνάμεις νοερὰς & νοητὰς appellant, ita nonnumquam de illis loquuntur, ut neminem praeterire queat perſpicaciorem, eos non prorſus pro naturis ſimplicibus ab illis eſſe habitos. *Damaſcenus*, quod ſupra jam teſtatum fecimus, angelum tradit eſſe ἀσώματον κτίσμα, nec tamen affirmare dubitat, eum non in ſe, ſed hominum tantum ratione habita, corporis expertem eſſe. Huic *Joannem* jungo *Theſſalonicenſem*, cuius imprimis perſpicuus eſt locus in *Actis Concilii Nicaeni* II. *Tom.* IV. *Concilior. p.* 293. 294. ΝΟΕΡΟΥΣ μὲν αὐτοὺς ἡ καθολικὴ ἐκκλησία γινώσκει, οὐ μὴν ἀσωμάτους πάντη καὶ ἀφράστους. *Intelligibiles quidem eos catholica & apoſtolica novit eccleſia, non tamen incorporales omnino.* Plures his ut addam auctores, neceſſe non eſt. Quamobrem ut magnorum virorum & eruditiſſimorum, qui antiquiſſimorum e Chriſtianis antiſtitum non mediocrem numerum angelos pro meris duxiſſe ſpiritibus, arbitrantur, eruditioni & doctrinae nihil plane detractum velim, non poſſum tamen, quin libere atque ingenue confitear, mihi videri nullum ex quatuor prioribus ſaeculis produci poſſe, qui hanc ſententiam aperte probaverit.

Accedo nunc ad alteram claſſem argumentorum, quibus celeb. *Loerſius* effecturum ſe ſperavit, ut omnes crederent, eſſe angelis corpora: quae quidem philoſophica eſt. In principiis totius demonſtrationis §. 7. *p.* 7. hoc ponit, animam & corpus duas eſſe res, toto genere diverſas & inter ſe oppoſitas: animi naturam ſola cogitatione abſolvi, corporis vero extenſione: Ex quibus poſtea con-

Digitized by Google

pore adjuncto vivere, id tale eſt, ut ne in ipſos quidem angelos, ideoque in 1102
nullam rem creatam finitamque cadat: quarum quippe rerum natura minus perfecta,

conficit, *nullum per ſe inter corpus & mentem dari poſſe commercium, nullum corpus moveri poſſe per mentem finitam, vi propria: nullam mentem, cum nullam ſuperficiem habeat, affici poſſe a corpore.* His conſtitutis §. 8. *p.* 9. ad finem progreditur, quem ſibi Deus praefigere potuerit in condendis operibus ſuis. Putat autem Dei finem hunc unice fuiſſe, quum rerum univerſitatem conderet, *ut ſe ipſum ſuasque perfectiones & omnem ſuam gloriam illuſtriſſimo modo manifeſtaret, id eſt, ſe ipſum glorioſum & admirabilem oſtenderet.* Hoc de fine multa eleganter & ingenioſe differit, ut oſtendat potiſſimum, eum naturae divinae non modo non repugnare, verum etiam Deum omnino decere: quo facto, ex hoc ipſo fine manifeſtum eſſe contendit, *Deo non mentes ſolas, ſed mentes corpore unitas creandas fuiſſe.* Hoc igitur clarius in ſequentibus oſtendendum ſibi ſumit. Deus, (placet enim, perſpicuitatis majoris cauſſa rem ita exponere, ac ſi ipſemet vir doctiſſimus loqueretur) Deus, qua eſt potentia, potuiſſet ſine rebus omnibus corporeis in ſolis mentibus gloriam ſuam explicare ac patefacere. Sed hoc noluit, quod res ipſa loquitur. Condidit enim hanc univerſitatem corpoream, in eaque majeſtatem & gloriam ſuam mirifica prorſus ratione aperuit. Igitur ex rebus creatis cognoſci vult ac celebrari. § 9. *p.* 11-13. Finem ergo quo ſuum obtineret, mentes condere debuit, *quia ſola corpora nec ſapiunt, nec capiunt ea, quae Deus cognoſci vult: quae quidem mentes, tam per naturam ſuam, quam & per omnes, quibus praeditae ſunt, facultates ad Dei gloriam contemplandam & celebrandam aptae eſſent.* §. 10. *p.* 13-15. Sed ob eandem cauſſam neceſſario mentes illae corporibus erant ſociandae. Nam ſi ſolae ſine corpore exſiſterent mentes, inutile eſſet totum, quod cernimus, gloriae divinae theatrum. Solae ſcilicet mentes, nullo corpore adjuncto, res ex materia conſiſtentes nec videre, nec ſentire, nec movere, nec ab illis affici poſſunt: pariter nudae mentes aliarum ſocietate & amicitia, niſi corpus habeant, frui nequeunt. Quis vero neget, angelorum quoque eſſe, divinam majeſtatem cognoſcere, celebrare, atque praedicare? At ſi corpore carerent, *fruſtra illud illuſtre gloriae divinae theatrum exſtructum foret ratione angelorum, quibus nullae in illo partes fuiſſent: cum nec actorum, nec ſpectatorum procinctum unquam ſuſtinere potuiſſent.* §. 11. *p.* 15-17. Haec primum veluti conſtituunt viri doctiſſimi argumentum: quod tametſi longiori oratione ac circuitu expoſitum ſit a viro doctiſſimo & multis, iisque venuſtis, coloribus exornatum, paucis tamen verbis comprehendi poteſt. Accipe totius demonſtrationis nucleum:

Quaecunque naturae conditae ſunt ad gloriam & majeſtatem ſupremi Numinis ex operibus ejus cognoſcendam & intelligendam, illae corpore inſtructae ſint, neceſſe eſt. Mens enim ſola nec ſentit, nec videt, nec corporeum aliquid cognoſcit. Angeli vero ideireo ſunt a Deo conditi, ut gloriae ejus omnis teſtes ſint ac ſpectatores.

Ergo credere nos convenit, angelos corporis eſſe participes.

Evidens eſt ex hoc argumento, omnem diſputationem ad hanc unam revocari quaeſtionem: Num mens ſola nec cernere, nec ſentire, nec afficere res queat corporeas, niſi corpus ſecum ſociatum habeat? Sumit hoc pro conceſſo vir doctiſſimus, qui angelos corporibus contendit implicatos eſſe. Ego vero plus cum ſumere ſibi, paene mihi perſuadeo, quam fas eſt. [Sumebant hoc Epicurei, teſte *Cicerone de Nat. Deor. Lib.* I. *Cap.* 12. *p.* 2897. *ſ.* & *Cap.* 13. *p.* 2899.] Qui mentes ſolas nec cernere, nec ſentire, nec afficere res e materia conſiſtentes poſſe, pugnat, is accurata praeditus ſit oportet cognitione mentium, totamque earum naturam plane calleat, & perſpectam habeat. Quomodo enim conſtituere nobis ulla ratione licet, quid res quaedam vel poſſit, vel non poſſit, niſi omnem ejus rationem & indolem animo comprehenſam habeamus? Ego vero vehementer dubito, num ullus mortalium hanc ſibi cognitionem & ſcientiam jure quodam arrogare queat. Proprietates quasdam & affectiones animi noſtri novimus: interiorem vero ejus naturam nec ratio nobis aperit, nec divina patefactio. Ex quo quidem ſatis liquet, quo loco & numero hoc argumentum, quo robuſtius fieri nihil poſſe, vir praeclarus ceniet, collocari debeat. Concedamus vero, rem ita ſeſe habere, ut ipſe cenſet, merumque ſpiritum nihil corporeum ulla ratione ſentire ac cognoſcere poſſe: ne ſic quidem omnino vicerit. Dabit is mihi haud dubie, ex claris & perſpicuis notionibus & formis rerum a Deo conditarum aeque aliquem certo gloriam & majeſtatem conditoris intelligere poſſe, atque ex contemplatione earumdem, quae ſenſu & oculis fit. Homo, qui coecus natus eſt, ex aliorum, qui oculis gaudent, inſtitutione formas & ſpecies hujus univerſitatis claras & evidentes animo informare, ex iisque non minus ſolidam Deum laudandi & praedicandi materiam ſumere valet, quam ex conſideratione ipſorum corporum illi capiunt, qui viſu praediti ſunt. Quid ſi ergo Deum dicamus in angelorum mentibus luculentas & apertas omnium operum ſuorum formas & ſpecies ſignaſſe ac impreſſiſſe, ita ut mundum, quem cernere oculis nequeunt, ſemper tamen animo praeſentem & cogitationibus ſuis habeant? ſiccine & illi ſine cor-

fecta, quo abſolutionem aſſequatur, corporis cujusdam communitatem requirit. Taceo, nullo modo intelligi poſſe, quemadmodum hae naturae ſentire poſſent &

pore inepti erunt ad majeſtatem ſupremi Numinis intelligendam & perfectiones conditoris & parentis ſui cognoſcendas? Non puto aliquem hoc dicturum eſſe. Sed deſino diſputare & quid celeb. *Vitus* afferat, ad hoc telum elidendum, potius expono. Omnia quae ab ipſo dicta ſunt, huc tranferre, inſtituti non poſtulat ratio. Itaque quae de diſcrimine mentis & corporis, de fine, quem Deus ſibi propoſuit, quum hunc orbem conderet, deque rebus aliis cognatis differit, quoniam ad rem praeſentem ex toto haud pertinent, omitto. Satis erit ea commemorare, quae ipſam argumenti aciem attingunt & obtundunt. Inducam iterum ipſum virum doctiſſimum loquentem, quo tanto minus impedimenti obiiciam illis, qui ſententiam ejus plane cognoſcere cupiunt. Omne, inquit, certamen noſtrum in eo vertitur: *Num angelis corpora queant innoteſcere, tametſi corporibus ipſi careant?* Ipſe vero adverſarius meus univerſum diſputationem ſuam ab hoc exorditur principio: Tantam eſſe mentium & corporum diſcrepantiam, ut nullum per ſe inter corpus & animam commercium eſſe queat, nullumque corpus moveri poſſit a mente finita propria virtute, & nulla viciſſim mens affici poſſit a corpore. Hoc unum ad totum ejus demonſtrationem diruendam, ſatis habet ponderis. Etenim ex hoc conſequitur, nec mentem in corpus, nec corpus in mentem ullo modo agere poſſe: quod ſi verum eſt, hoc quoque dubio caret, ex corpore nullam ad mentes cognitionem reliquorum corporum, nullas notiones & ſpecies rerum pervenire poſſe, & omnem, quae in nobis eſt, corporum notitiam ipſi Deo unice eſſe adſcribendam. Itaque quaeritur, quonam modo Deus animis & angelis corporum cognitionem impertiat? §. 14. *p.* 455-457. Quatuor vel quinque modi, quibus id fiat, excogitari poſſunt, quos nunc, brevitatis cauſſa, praetereo. Meus vero adverſarius fieri hoc poſſe negat, niſi intercedente proprio corpore. Hoc ego cum in ſe rationi contrarium, tum ſcitis ſemel ab eo poſitis adverſum eſſe, reor. Ipſe ſentit, corpora & mentes tam diſcrepantis eſſe naturae, ut nullum per ſe inter corpus & mentem eſſe poſſit commercium. Omne ergo ejusmodi commercium, ex ſententia ejus, ad unius infinite potentis divinae voluntatis virtutem referri debet, nec ipſam ideo corpus per ſe confert ad cognitionem noſtram aliquid. Huic autem infinitae potentiae aeque facile erit alia quadam ratione, quam per proprium quoddam corpus, notiones in nobis corporum producere. Equidem eorum ſententiam praetulerim, & Deo, qui vias ſemper ſimpliciſſimas ſequitur, digniorem duxerim, qui ex *harmonia* cujusdam *praeſtabilitae* legibus commercium corporis & animae explicant, & virtute Dei talem eſſe nexum conſtitutum affirmant, ut moto aut adfecto certa ratione corpore, in mente quoque certae notiones exiſtant. Quod ſi ita eſt, ad mundi varietatem, ornatumque facere potius haec noſtra mentis cum corpore conjunctio videtur, quam ad corporum externorum cognitionem. Quidquid id eſt, id in adverſario meo in primis vituperabile arbitror, quod non licere Deo exiſtimat in angelorum notionibus excitandis alia ratione uti, quam qua in noſtris. Hoccine eſt artioribus divinam potentiam ac ſapientiam, quae terminis tamen caret, limitibus circumſcribere? Illud etiam deterius eſt, quod aliarum mentium notiones cum aliis mentibus communicari non poſſe cenſet, niſi per medium quoddam corpus. *Hoc mihi eodem loco videtur habendum eſſe, ac ſi quis exiſtimaret, corporum alia movere non poſſe alia, niſi per medias mentes quasdam finitas. Jam jua natura corpora alia alia movere nequeunt, quam mentes purae in alias mentes agere. Qua igitur ratione Deus leges poſuit, juxta quas corpora alia alia poſſint movere, eadem potuit alias ferre leges, juxta quas mentium purarum aliae cum aliis communicare ſuas & ideas & voluntatis determinationes poſſint.* Haec brevis eſt eorum ſumma, quae celeb. *Vitus* §. 16. 17. *p.* 455. - 464. copioſius explicat. Nihil praeterniſi eorum, quae aliquo modo rem, quae in manibus eſt, illuſtrant. Nunc ad celeb. *Loëſſium* revertor.

Pergit is hoc modo §. 12. *p.* 17. ratiocinari: Angeli primarii in hoc Dei theatro, quem mundum dicimus, actores ſunt. Perpetui ſunt Dei legati: omnia, quae jubentur, faciunt: nunc hoſtes Dei profligant: nunc bonis auxilium ferunt. Sed quo modo haec omnia praeſtabunt, ſi meri ſint ſpiritus ab omni corpore liberi, qui nihil aliud agere poſſunt, quam cogitare? Vis argumenti per ſe patet: Quicumque multa faciunt, quae, niſi corporis interventu, fieri nequeunt, illi corporis ſint participes neceſſe eſt. Angeli talia ſaepe facere jubentur & faciunt. Ergo &c. Ad hoc argumentum §. 18. *p.* 464. reſpondet celeb. *Vitus*, *poſſe certum quemdam nexum inter angelos & corpora externa conſtitutum eſſe a Deo*, aut talem harmoniam praeſtabilitam, qualis inter animam & corpus eſt, *ex quo & angeli in corpora & corpora in angelos agere poſſint.* Poſito vero tali nexu, non cogitabunt tantum angeli, ſed agent etiam, movebunt, & aeque eorum motuum omnium, quos producere videntur, cauſſae erunt dicendi, aeque noſtrae mentes eorum, quos in corpore ſuo cient. Vereor, ne paullo, quam vellent, obſcurior haec multis videatur reſpoſio: quare

Digitized by Google

& animo aliquid informare, ſi corporis omnis expertes & neſciae eſſent. Itaque *Origenes* initiis, quae poſuerat, convenienter concluſit, quum ita ſcriberet: (*) Ἡ πῦ

(*) Contra Celſum Libr. VII. p. 353.

quare pauca ei adjiciam. Virtus omnis argumenti, quod oppugnat, in hoc ſita eſt praecepto: Quod ſpiritus eſt purus & corpus non habet, id alia corpora nec ciere, nec deſtruere, nec ullo modo afficere poteſt. Quaero ego primum, unde veritatem hujus praecepti cognitam habeant viri doctiſſimi? Spiritum, niſi me prorſus ratio fallit, ex omni parte poſſe decet illum, qui ſibi licitum eſſe ducit decernere, cum nullo alio modo, quam per corpus, alia corpora ciere atque afficere poſſe. Equidem is minime ſum, qui tam accuratam ſpirituum notitiam mihi datam eſſe putem: viderint alii, num majora de ſe praedicare queant. Sed mitto haec, libereque affirmo, poſſe ſpiritum purum etiam ſine corpore alia concitare corpora: idque tam Dei, quam animae noſtrae exemplo conſtare, dico. Deum nemo ſapiens negat ſimpliciſſimam eſſe mentem: & omnem tamen ab eo corporum motum proficiſci, controverſia vacat. Verum dicet hic aliquis, quantum inter Deum intereſt & angelum? Quod illi eſt integrum, id huic etiam adſcribere, nefas eſt. Intereſt certe tantum inter Deum & angelos, quantum inter rem finitam & infinitam: ſed hoc nihil ad praeſentem diſceptationem facit. Hic quidem nihil in controverſiam venit praeter hoc: utrum ſimplex ſpiritus corpus quoddam concitare queat, nec ne? Quantumcumque vero ſit inter Deum & angelos diſcrimen, quod infinitum eſſe fateor, hoc tamen ſemper exemplo ſupremi Numinis liquet, non eſſe hoc ex eorum genere, quae diſparata ſunt & fieri nequeunt. Nam ſi hoc enuntiatum: *Spiritus movet corpus*, ita inter ſe pugnaret, ut una notio tolleret alteram, ne ipſe quidem Deus movere poſſet corpora, quem omnes fere philoſophi ea facere non poſſe largiuntur, quae *contradictoria* vocantur. Fieri vero ſi poteſt, ut nudus ſpiritus corpora moveat, quis certo conſtituat, angelos idem haud facere poſſe? Forte aliquis minime his contentus, iterum infinitatem Dei & finitatem angelorum teſtabitur: ſed ab hoc quaeram, ut limites mihi accurate deſignet, ubi incipiat finiti ſpiritus potentia, ubi deſinat: quid in viribus ejus poſitum ſit, quid contra ſuperet virtutem ejus: quod ſi facere non poterit, haud aegre feret, ſi orationem ejus totam non nimis aptam judicem ad hoc negotium. Quod ab anima ſumſi exemplum, id aeque firmum eſt ad cauſſam hanc terminandam. Non ignoro, in magna ſententiarum varietate poſitos eſſe philoſophos, quum de corporis & animi nexu quaeſtio inſtituitur, & qua ratione fiat, explicandum eſt, ut, certis cogitationibus & motibus in anima ortis, certi confeſtim in corpore motus conſequantur. Hic mihi vero perinde eſt, quam quis ſententiam ceteris praeſtantiorem & meliorem judicet. Quomodocumque enim fiat, ut corpus ad animae nutum & voluntatem ſeſe moveat, hoc tamen inde liquet, fieri poſſe, ut corpora moveantur & flectantur ad ſententiam & arbitrium ſpiritus corpore deſtituti. Quod ſi quis, ut hinc ſeſe expediat, Platonicorum amplectatur opinionem, qui ſingulas animas exilibus quibusdam vehiculis ſeu corpuſculis amictas eſſe volunt & horum vehiculorum interventu in corpus, quo cincti ſunt, ſolidum & concretum agere putant, haud tamen difficultatem ſibi objectam tollet. Aſcendemus enim tantum paullo altius & denuo ſciſcitabimur, quonam pacto animus, qui corpore caret, vehiculum ſuum, quod vocant, incitet ac commoveat? Qualiscumque demum reſponſio ejus ad hanc quaeſtionem erit, nos ea commode utemur ad illos refellendos, qui ſimplicem ſpiritum nullo modo corpus quoddam afficere poſſe, perhibent. Si velim, paullo etiam longius procedere, &, quod viri docti ſibi dari volunt, nullum corpus niſi a corpore affici poſſe, concedere poſſem. Etenim hoc dato, diſquirendum tamen foret, num illi prorſus abſurde ſentiant, qui putant, angelum, quum a Deo mittitur ad actiones quasdam obeundas, quae corporis indigent, aut ipſum ſibi corpus quoddam aſſumere aut a Deo accipere? Sed ſatis puto dictum eſſe ad eorum confidentiam infringendam, qui turpis & puerilis illos accuſant erroris, quibus angelos corporibus eſſe placet vacuos.

Tertium celeberrimi *Locke*ſii argumentum profero. Angeli ſi mentes eſſent ab omni corpore liberae, parum forent felices ac perfecti. Surdi enim, caeci, muti viverent, nec ullo modo ab aliis rebus affici poſſent. Sine corpore nimirum nemo videt, audit, loquitur, & ſentit. Illuſtrat haec copioſius exemplo beatarum animarum, quae in coelis degant, quas dum ſine corpore vivunt, multum abeſſe a perfectione ac felicitate putant. §. 13. p. 15. - 23. Adverſarius ejus his bina reſpondet §. 19. p. 566. Primum: Caeci, muti, ſurdi non dicuntur, niſi quibus naturale eſt videre, loqui, audire. Hoc vero naturale non eſt angelis: proprie igitur ſurdi, caeci, muti dici nequeunt. Alterum: Angeli quo minus ope ſenſuum indigebunt, eo propius ad divinae cognitionis perfectionem accedent. Non infirmitatis, ſed ſummae potentiae in Deo argumentum eſt, neque audire, neque videre, neque loqui. Ego hinc nihil addo, quoniam

τῇ ἀνωτάτῃ φύσει ἀσώματος καὶ ἀόρατος ψυχὴ, ἐν παντὶ σωματικῷ τόπῳ τυγχάνουσα, δεῖ σώματος οἰκείου τῇ φύσει ἕκαστον τόπου ἐκείνου· ὅπερ ὁπότε μὲν φορεῖ, ἀπενδυσαμένη πρότερον ἀναγκαῖον μὲν, πεπαυσὸν ἤδη ὡς πρὸς τὸ δεῦτερον ὁπότε ἢ ἐπενδυσαμένη ᾧ πρότερον εἶχε, δεομένου κρείττονος ἐνδύματος εἰς τὴν καθαρωτέραν καὶ ἀϊδιεστέραν καὶ ἐφαπλοῦς τόπον. *Scimus animam ſuapte*
1103 *natura incorpoream & inviſibilem, in quocumque corporeo loco degat, opus habere corpore conveniente loci ejus naturae: quod interdum geſtat exuto priore, neceſſario quidem olim, ſed jam ad ſequentem ſtatum ſupervacuo; interdum priori ſuperinduitur opus habenti meliori veſtimento ad regionem priorem aetheream coeleſtemque.* Sed eorum, quae haec excipiunt, verborum ſententiam haud aſſequutos eſſe interpretes reor. Locum po-
1104 tius perverſum, corruptum, & mutatum, hoc vero modo legendum eſſe contendo: ἢ ἐνεδύσατο μὲν ὅπῃ ἦν τῷδε φθαστὸν ἐφαπλοῦν, τὸ χρήσιμον πρὸς ἦν ἐν τῇ ἑαυτῆς φύσει, ἕως ἦν ἐν αὐτῇ· ἐνδύσαιτο ἤδη ὑπὲρ ἐκεῖνο, ὃ ἦν ἀναγκαῖον τῷ ὅπῃ χρῆς μέλλοντι ἀφικνεῖν· εἶτα πάλιν

niam ſupra non modo hanc rem tetigi, ſed etiam de quaeſtione illa egi: Num parum felices ſint animi corpore ſecreti? Quod ſupremum Numen, quod omni vacare corpore certum eſt, percipit tamen, audit, cernit, id quidem argumento eſt, fieri poſſe, ut ſimplex ſpiritus ſine corpore videat, audiat, percipiat. Atque hoc ſufficit ad diluendum hoc argumentum.

Expoſitis hiſce argumentis, vir celeberrimus §. 14. *p.* 23. longam in eos diſputationem inchoat, qui nexum quendam inter mentem angelorum & res corporeas ſtatuunt, cujus vi omnia ea peragantur, quae ſine corpore alioquin fieri nequeunt. Certus ipſe eſt, nullum ejusmodi nexum, ſive *univerſalem*, ſive *particularem* fingi poſſe, niſi quis opiniones vehementer abſurdas ſimul recipere velit. Sed haec omnia, ingenioſa licet ſint, nec mediocri proferantur animi fiducia, cum per ſe corruunt, rationibus & argumentis, quibus nititur ſententia ejus, ſublatis, tum ex illis, quae dicta ſunt, facile confutantur. Quare, ne nimis hanc adnotationem extraham, qui cupidi ſunt harum rerum, eos ipſum celeb. auctorem accedere & cum ejus cogitationibus celeb. *Viti* reſponſiones §. 20. 21. *p.* 469 - 477. conferre jubeo.

(III.) Reſtant ſacrarum litterarum dicta, ex quibus vir celeberrimus ſententiae ſuae praeſidium aliquod & firmamentum comparari poſſe, autumat. Primum locos illos appellat, quibus aut angeli potentes & robuſti dicuntur heroës, *Pſ.* CIII. 20. 2. *Theſſal.* I. 7. aut grandia eorum facta commemorantur. §. 16. *p.* 33. Deinde ad celebre illud Servatoris noſtri dictum provocat, quo reſurgentes angelis ſimiles fore pronuntiavit. *Luc.* XX. 34. *ſq. conf. Matth.* XXII. 24. *Marc.* XII. 24. Tum verba Chriſti teſtatur *Luc.* XXIV. 39. quibus negat, ſpiritum carnem & oſſa habere. Porro *Paulum* ſibi favere putat 1. *Cor.* XIII. 1. qui linguam angelis tribuit. Poſtremo nihil ad ſententiam ſuam firmandam validius eſſe putat, quam quod angeli, quoties ſeſe hominibus videndos exhibuerunt, corporibus viſi ſunt praediti.

Quod in his ultimum eſt argumentum, id adverſarius ejus plane praetermittit. Reliqua breviter diluit. Ego de binis, qui *Luc.* XX. 34. & *Luc.* XXIV. 39. exſtant, locis tantum ſupra jam dixi, quantum ſatis eſt ad eos reprimendos, qui ex illis conſtare arbitrantur, eſſe propria angelis corpora. Reliqua tria, quae nondum attigi, paucis verbis virtute, quam habere videntur, poſſunt exui. (1.) Angeli robuſti & potentes dicuntur eſſe in ſacris litteris & magnas geſſiſſe res leguntur. Nemone igitur potens & fortis dici, nemo magnarum rerum auctor eſſe poteſt, niſi corpore ſit amictus? Deum corpore omni carere & fortiſſimum potentiſſimumque tamen appellari, quis, quaeſo, neſcit? (2.) *Paulus* linguam videtur angelis tribuere, quia ſermonis eorum meminit 1. *Cor.* XIII. 1. Quam debilis haec ſit ratio, ex ſequenti omnes judicare velim concluſione: Cui lingua & alia membra in ſacris tribuuntur litteris, is membris illis omnino praeditus eſt. Atqui Deo os, manus, pedes, & alia membra aſſignantur: Igitur his membris Deus inſtructus ſit oportet. Equidem formam illam dicendi, qua *S. Paulus* utitur, in proverbiis tum Judaeorum fuiſſe, putem, ex quibus nemo unquam dogma quoddam probare ſolet. (3.) Angeli quum apparuerunt, corpore viſi ſunt eſſe praediti: Ergo corpus habent. Temere nimis, ſi verum fateri licet, vir doctiſſime! Nam & Deus humana forma videndum ſeſe praebuit; quod neminem tamen adduxit ſanae mentis, ut ipſi corpus noſtro ſimile adſcriberet. Satisne nobis perſpicientiae eſt, ut corpus illud, quo veſtiti apparuerunt coeleſtes genii, naturale & proprium, non vero adventitium & ad tempus adſcitum fuiſſe, certo conſtituere queamus?

Sunt praeter haec quaedam alia in celeb. *Loërſii* Diſſertatione, de quibus, ſi longior eſſe vellem, nonnihil verborum facere poſſem. Diſputat ille §. 17. *p.* 38. de natura corporis, quo

Digitized by Google

πάλιν ἄλλως πὸς σπόνως καὶ ἀπηρέμα εἰκίας ἀναγκαίως πᾶ τῷ σπέρμ, καταλύεσθ μὲν φασιν οἱ λέγοι ἢ ἀπήγειν εἰκίαν ἢ σπόνως, τὸ ἢ σπέρμ ἐπενδύσασθ εἰκίαν ἀχειροποίητον αἰώνιον ἐν τῖς ἐρανοῖς· λέγουσι ἢ οἱ ἢ ἐκᾶ ἀνθρωποι, τὸ μὲν φθαρτὸν ἐνδύσασθ αὐτὸ ἀφθαρσίαν. Quorum quidem haec eſt ſententia: *Anima huc ad generationem deſcendens, primum induit corpus illud, quod ei aptum eſt, quamdiu degit in utero: poſtea tale corpus accipit, quale neceſſarium ipſi eſt ad vitam hic degendam. Rurſus quum duplex ea hic corpus habeat, quorum alterum σκῆνος a S. Paulo appellatur,* (ſubtilius vero id corpus eſt, quod jam ante habuit,) *alterum terrenum hoc eſt, cujus tabernaculum hac in vita quodammodo indiget:* —— *Scripturae oracula confirmant, terrenum tabernaculi hujus domicilium* 1105
corruptum aut diſſolutum iri, ipſum vero tabernaculum alio domicilio manibus haud facto, ſed aeterno in coelis, ſuperamictum iri. Iidem ſancti homines ſignificant, corruptionem accepturam eſſe incorruptionem, & id quod mortale eſt, (*d*) *immortalitatem.* Perſpicuum quo angeli, ex ſententia ejus, utuntur. Vult autem illud ex materia rariſſima & tenuiſſima conſtare, nec omnibus, quibus noſtra corpora, ſed illis tantum membris conſtare, quae *ad perfectam ſtaturam requiruntur.* Sigillatim ventrem, ſtomachum, membra generationi inſervientia illis adimit. Forte eadem viro doctiſſimo eſt de corporibus beatorum hominum, qui ex mortuis reſurgent, ſententia: Mihi quidem non nimis obſcure hoc prodere videtur. Refellit deinde §. 18. *p.* 41. ea, quae ſententiae ſuae putat opponi poſſe. Poſtremo §. 19. *p.* 46. idoneam eſſe hanc opinionem ſuam ad multas difficultates tollendas, majoremque lucem pluribus veritatibus affundendam, diſputat. Perſequutus eſt haec omnia *Steph. Vitus:* Ego plus mihi jam temporis, quam ſatis eſt, in argumento poſuiſſe videor, quod ampliſſimam quidem hominibus curioſis & ſagacibus diſputandi materiam praebere, ſed ad verae religionis, pietatisque & ſanctimoniae incrementum parum conferre videtur.

(*d*) *Immortalitatem*] Rectiſſime locum hunc *Origenis*, quem obſcure prorſus *Sigismundus Gelenius*, ut multos alios vertit, vir doctiſſimus declaravit, nec male ſanavit & emendavit. In exemplo edito verba Graeca, quibus hic medicinam in primis attulit, hoc modo leguntur: ἵνα καὶ ἐν τοῖς τοῦ σκήνους ἰσχύσῃ, εἰκίας ἀναγκαίας πᾶ τῷ σπέρμ. Valde haec perturbata ſunt & caligine oppleta. Primum evidens eſt, vocabulum ἰσχύσῃ male cum nomine σκήνους conjungi, & ad εἰκίας, quod ſequitur, potius referri debere. Nam in proxime conſequentibus *Origenes* ἰσχύσω εἰκίαν iterum commemorat, eamque ab eo, quod σκῆνος vocant, diſtinguit. Itaque recte vir eruditus virgulam delevit, quae vocabula ἰσχύσῃ & εἰκίας ſegregat. Patet deinde, duarum rerum diſtinctarum *Origenem* his in verbis meminiſſe, primum *terreni domicilii*, deinde *tabernaculi*. Hinc recte voculam τοῦ inter nomina σκήνους & ἰσχύσῃ collocavit, quo de binis diverſis rebus ſermonem eſſe, manifeſtum foret. Exſtat in codice Graeco haec particula; ſed loco parum opportuno, poſt nomen ſcilicet σκήνους ante vocabulum καταλυθῆ poſita eſt; unde in hunc, qui convenientior ei, recte translata eſt. Neſcio an hanc emendationem & expoſitionem *Cudworthi* legerit *Elias Bouhierius*, interpres Gallicus: at is tamen eodem modo in *Notis & conjecturis ad Textum Origen. p.* 401. verſioni tuae ſubjectis, hunc locum corrigit & in ipſa verſione ſenſum ejus, qui hic exhibetur, exprimit. Sed non aeque id probo, quod doctiſſimus *Cudworthus* in ipſo dicti hujus exordio vocabulum ἀπεξδύσασθαι extruſit, & in ejus locum verbum ἐνδύσασθαι ſubſtituit. Praeivit ei jam certo modo *Gelenius*, qui locum hunc, nec verbis, nec ſententiis convenienter, ita reddidit: *Anima naſcitura corpus accepit idoneum inhabitandae vitae.* Ego vero hac emendatione non putem opus eſſe, neque cauſſae video aliquid, cur locus non ita verti queat: *Exuit anima, quum in generationem venit, aut, quum ex utero matris in lucem prodit, corpus illud, quod idoneum & utile ipſi fuerat, dum in ſinu matris verſaretur, & aliud ſumit, quale nova vita, quam inter homines inchoat, poſtulat.* Non dubito, quin forma haec loquendi: εἰς γένεσιν ἔρχεσθ, quae in ſcholis Platonicorum valde uſitata eſt, doctiſſimum virum adduxerit, ut emendationem, quam dixi, tentaret. Opinatus ſcilicet eſt, hanc loquutionem ſemper apud Platonicos ſignificare deſcenſum animae in matris uterum: quo quidem ſenſu ſi hic exſtaret, vox ἀπεξδύσασθαι omnino eſſet tollenda. Qualis enim haec foret ſententia: *Anima in uterum matris deſcendens exuit corpus, quod ipſi neceſſarium eſt in utero matris?* Sed non recordatus eſt vir cetero quin rerum Platonicarum in primis gnarus, formulam illam, tametſi eo ſaepe ſenſu adhibeatur, quo ipſe ab *Origene* eam eſſe adhibitam cenſuit, non raro tamen apud praecipuos Platonicorum magiſtros idem ſignificare, quod: *Naſci, vitam inter homines inchoare, ex utero matris in lucem eli.*

(*e*) *Pla-*

cuum eſt ex hocce dicto, viſum fuiſſe *Origeni*, σκῆνος illud ſeu *tabernaculum*, cujus *Paulus* meminit 2. *Cor.* V. 1. exile illud corpus eſſe, quod, antequam in hanc lucem ederetur, geſſit anima, nec poſt corporis obitum deponet, quodque poſtremo in bonis & piis viris immortalitatem induet aut conſequetur, tametſi ipſum haud moriatur. Credo ego, mentem ejus declarari aptius & luculentius haud
1106 poſſe, quam ſi *excerpta ex Methodio*, quae apud (*e*) *Photium* exſtant, cum his verbis ejus contendantur, tametſi ne haec quidem omni videantur eſſe vitio vacua. *Methodius*, ut ego quidem arbitror, primum quid ſenſerit *Origenes* cum ſectatoribus, his verbis exponit: Ἕτερον τὸ σκῆνος, καὶ ἕτερον σκήνους ἡ οἰκία· καὶ ἕτερον ἡμεῖς ὧν ἐσμὲν τὸ σκῆνος. *Aliud eſt tabernaculum, aliud eſt tabernaculi domus, & aliud nos, quorum eſt tabernaculum.* Hoc vero deinceps latius ita perſequitur & explanat: (*) Τῆς ζωῆς καταλυθείσης τὰ οἰκυμένα ἢ περὶ τὴν ἀναστάσεως ἔχουσιν οἴκησιν αἱ ψυχαὶ παρὰ τῷ Θεῷ, ἕως ἂν ἀναπαινοποιηθείσαν ἡμῖν ἄπληστον ἀναλάβωμεν ἢ οἰκίαν· ὅθεν καὶ στενάζομεν μὴ θέλοντες τὸ σῶμα ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ ἢ λοιπὴν ἐπενδύσασθαι ζωήν. Τὸ γὰρ οἰκητήριον τὸ ἐξ οὐρανοῦ, ὃ ἐπενδύσασθαι ἐπιθυμοῦμεν, ἡ ἀθανασία ἐστίν. *Brevi hac vita ſoluta, animae ante reſurrectionem habitationem apud Deum habebunt, donec inſtauratam & numquam caſuram recipiamus domum. Unde & ingemiſcimus, nolentes corpus hoc exuere, ſed ſuper ipſum reliquam vitam induere. Illud enim domicilium coeleſte, quod ſuperinduere cupimus, eſt* (*f*) *immortalitas.* (*g*) *Origenes* porro, quo probet, animam corpore ſolutam non eſſe prorſus nudam & inanem, Chriſti de homine opulento & paupere Lazaro narrationem ad hanc ſententiam trahit: ἀλλὰ καὶ ὁ πολαζόμενος πλούσιος, καὶ ὁ ἐν κόλποις Ἀβραὰμ πάνυ ἀναπαυόμενος πρὸ τῆς παρουσίας ἢ σωτῆρος καὶ πρὸ τῆς συντελείας ἢ αἰῶνος καὶ λέγει τοῦτο πρὸ τῆς ἀναστάσεως, διδάσκουσιν ὅτι καὶ νῦν ἐν τῇ ἀπαλλαγῇ σώματι χρῆται ἡ ψυχή. *Sed & dives punitus & pauper in ſinu Abrahae requieſcens ante Servatoris adventum & ante conſummationem ſaeculi & propterea ante reſurrectionem docent, etiam nunc poſt exceſſum e vita animam corpore uti.* Neque hoc ipſum confirmare dubitat exemplo *Samuelis*, cujus animam poſt mortem apparuiſſe opinatur: Ἀλλὰ καὶ ὁ Σαμουὴλ φαινόμενος, ὡς δῆλον ἐστὶν ὀφθεὶς ὤν, πεπίστωται ὅτι σῶμα περίκειται. *Samuel apparens, ut manifeſtum eſt, ſpectabilis probat ſe corpore indutum fuiſſe.* Quibus expoſitis haec ſubjicit apud *Photium*: τὸ δὲ ψυχῆς ἅμα τῇ ἀπαλλαγῇ σχῆμα, ὁμοειδὲς τῷ παχεῖ καὶ γηίνῳ σώματι, κ. τ. λ. *figuram illam ſeu formam animae ſtatim ab ejus exceſſu ſimilem videri*

(*) Clare Origenes *Lib. V. adv. Celſum*, p. 244. Διαφορὰ, inquit, ἐστιν οἰκίας, ἣν δεῖ λύεσθαι τὸ σκῆνος, καταλυομένης καὶ σκήνους, ἐν ᾧ οἱ δίκαιοι στενάζουσι βαρούμενοι, μὴ ἀπεκδύσασθαι ἀλλὰ τὸ σκήνος ἐπενδύσασθαι. *Diſcrimen eſt inter domicilium terrenum, quod diſſolvi debet, in quo tabernaculum eſt, & ipſum tabernaculum, in quo juſti ſpirant gravati, nec cupiunt eo exui, ſed ſuperindui.*

(*e*) *Photium*] *Bibliothecae Cod.* CCXXIV. *p.* 919.

(*f*) *Immortalitas*] Vix mihi perſuadeo, hiſce verbis ſuperiora illuſtrari & explicari. Etenim animae in illis haud dicuntur corpore quodam amiſtae apud Deum vivere, ſed habitationem tantum traduntur apud Deum habere: Quod quidem nemo negat eorum, qui animos corpore hoc terreno ſolutos nulli alii corpori ſociatos eſſe cenſent.

(*g*) *Origenes*] Apud *Photium Biblioth. Cod.* CCXXIV. *p.* 930.

(*h*) *Auferat*] Eſt omnino, ut dicit vir doctiſſimus, *Origenem* verba *S. Pauli* 2. *Cor.* V. 1. ita expoſuiſſe, ut ἐπίγειον οἰκίαν ab eo, quod σκῆνος eodem in loco vocatur, diſtinguere, hocque corpus animae aethereum, illud vero ſolidum & mortale, quod hic gerimus, corpus ſignificare, adſeveraret; ac ſi vir ſanctus haec dicere voluiſſet: *Novimus, quum terrenum domicilium ſeu corpus hoc ex terra conflatum, quo* σκῆνος *ſeu tabernaculum animi aut veliculum concluſum eſt, diſſolvetur, fore, ut aliud accipiamus coeleſte corpus.* Sed ita haec expoſitio a divini viri verbis abhorret, tamque in ſe coacta eſt &, ſi hoc uti licet vocabulo, illiberalis, aliquem ut exſtitiſſe vehementer deniirer, cui ea ſeſe probare potuerit. Contendamus tantum

Digitized by Google

videri craſſo corpori ac terreno. Si quando quis ex mortuis narratur apparuiſſe, videtur in ſimili forma, quam in carne habuit. Apertum ex his eſt, verum illud eſſe, quod antea jam monuimus, viſum fuiſſe *Origeni*, *S. Paulum* voce σῶμα deſignaſſe, non hoc noſtrum grave ac concretum corpus, ſed certum quoddam medii generis inter hoc & coeleſte corpus, quod anima corpore tenero ſoluta hinc ſecum (*b*) auferat. Haec vero doctiſſimi hominis ſententia numquam ab antiquis doctoribus, quos inter tamen acerrimi ejus adverſarii fuerunt, inter ejus errores numerata eſt. Neque *Methodius martyr*, quo vix alius majori flagravit *Origenis* odio, dum hujus meminit apud *Photium* dogmatis, aliud in ejus auctore reprehendere videtur, quam quod, *Platonis* inſtituto & exemplo, animam ipſam corpore vacare ſtatuat. E contrario *Methodius* non animam corpori cuidam junctam eſſe poſt mortem, ſed totam corpus eſſe, adſeverat: ὁ Θεὸς μόνος ἄδετος ἀσώματος ὤν, καὶ ἡ ψυχὴ δοτὴ ἢ δημιουργῶ καὶ πατρὶ τῶν ὅλων σώματος τοιοῦ ὑπαρχούσης, εἰς λόγῳ ζωηρᾶς μᾶλλον ἀμαυρώτερον πάντων λαβόντος ἢ ἀμαυρότητος· ἔστιν δὲ ὅτε τῇ ἁφῇ καὶ γλαίσσῃ, καὶ δάκλυλον, καὶ τὰ ἄλλα μέλη ἰσχύειν ἔχειν· οὐχ ὡς σώματος ἴδιον συνυπαρχοῦσι αὐτοῖς εἶναι, ἀλλ' ἐπ αὐτῇ φύσει αἱ ψυχαὶ πάντες διαγορευθέντος παραλήψεσθαι πάντων καὶ τὴν ἰδίαν ὑπαρξιν. *Solus Deus natura ingenita & incorporea.* (*) *Animae vero ab eo, qui rerum omnium parens eſt, corpora conditae ſunt rationalia in membra ratione percipienda exornatae hanc figuram acceperunt, qualem noſtrum hoc corpus habet. Unde apud inferos, ut in* 1197
Lazaro & divite videre eſt, linguam & digitum & alia membra habere dicuntur, non ac ſi alienum quoddam corpus cum illis exſiſtat informe & viſum fugiens, ſed quod ipſae animae ab omni tegumento nudatae per ſe natura ſua ſecundum ſubſtantiam tales ſint. Rebus igitur omnibus circumſpectis & expenſis, equidem ſic ſtatuo: Si alteram oporteat eligere harum ſententiarum, aut eorum, qui ipſam animam pro corporea natura habent, aut eorum, qui cum corpore quodam poſt diſceſſum ex hac vita eam conjunctam eſſe volunt, nulli obſcurum eſſe poterit, poſteriorem, quae *Origeni* verior viſa fuit, ſuperiori alteri multum praeſtare, ſive haec ad *Tertulliani* accommodetur mentem, qui omnia, quae ſubſiſtunt, ne ipſo quidem Deo excepto, corporata eſſe voluit, ſive ad *Methodii* refingatur arbitrium, quem exiſtimaſſe vidimus, unum Deum corpore nullo impediri, quae vero condita ſunt univerſa, nil eſſe, quam corpora.

§. XL.

tantum ea, quae *membro quarto* leguntur, cum *membro primo*, & omnis confeſtim ejus probabilitas diſparebit. Ait ſanctus homo *vſ.* 4. nos, dum *in τῷ σκήνει, in tabernaculo ſumus*, oneratos gemere, nolleque illo tabernaculo exui, ſed potius ſuperindui coeleſti, quod promiſſum nobis eſt, corpore. Ex his liquet verbis id, quod *Paulus* σῶμα vocat, oneri nobis eſſe potius, quam ſolatio, nec poſſe non aliquando exui & amitti. Haec quomodo accipi poſſunt de tali corpore animae, quale ſibi *Origenes* cum Platonicis effinxit, quod ex coelo animae ſecum in hanc terram afferunt & corporibus terrenis liberatae rurſus inde tollunt ſecum & auferunt? Hoccine corpus gemitus exprimere & moleſtias creare poteſt animae? Num animi apud Deum in coelo hoc vehiculo ſeu corpore amicti onerati poſſunt videri & pondere quaſi quodam preſſi? Num denique illud vehiculum amitti poteſt, ſic ut anima eo cincta non *exui*, ſed *ſuperindui* deſideret? Veriſſima haec ſunt omnia, ſi nomine σῶμα, quod & omni caret dubio, miſerum hoc & fragile corpus noſtrum intelligi judicemus: At ne veri quidem habent ſpeciem, ſi vocabulo hoc neſcio quod medium & aetherium animae corpus deſignari, arbitremur. Ita ſumma ſaepe ingenia, quum opinionis cujusdam amore calent, in ſententias & interpretationes ſacrorum librorum incidunt, quas ab iis vix expectaveris, qui vel mediocri valent rerum intelligentia. Quod a *Samuelis* exemplo ducit *Origenes* argumentum, id totum praetermitto. Conſtat enim inter omnes, magnam eſſe inter interpretes de natura viſi hujus diſſenſionem, & alio jam loco, mihi quid videatur, expoſui.

(*) [Ita & *Archelaus* ſolum Deum vult eſſe inviſibilem. *Acta diſp. cum Manetep.* 54. 55. Ed. *Zaccagn.*]

§. XL. Sed, quod antea jam planum fecimus, non ſolus ſententiae hujus patronus *Origenes* relinquitur. Antequam enim is aliquo inter doctores loco eſſet, *Irenaeus* idem, quod ille, docuit, animasque poſt mortem *certis corporibus adaptatas eſſe*, (credo Graecam vocem ἁρμοσθείσας) ab interprete Latino ſic eſſe redditam,) *& ejusdem quidem, cujus haec nostra terrena*, (i) *characteris*. Poſt *Origenem Philoponus*, philoſophus Chriſtianus, ad eamdem ſeſe inclinavit ſententiam. His *Joannem* fere putem (k) *Theſſalonicenſem* addendum eſſe, qui in *Dialogo*, quem in ſeptimo lectum concilio accepimus, ſimilem tenuiſſe videtur opinionem, quum animas ſcriberet, tam bonorum, quam malorum geniorum, ὀφθῆναι πολλάκις ἐν αἰσθητοῖς πλείοσι, τῷ εἴδει τῶν ἰδίων σωμάτων, *viſos eſſe a plurimis crebro ſenſibiliter in ſpecie propriorum corporum ſuorum.* At *Pſellum* nil prorſus de opinionis hujus veritate dubitaſſe, certum eſt. Etenim quum de daemonibus diſſerit, eosque hominum animis pravas cogitationes, in phantaſiam eorum ſeſe inſinuando, inſtillare docet, hoc modo loquitur: (*) ὁ λέγων, πίθηκον μὲν ὦν, ἰσχυροτέρας δεῖται φωνῆς, ἀγχοῦ ἢ γοῦν μόλις· εἰς τὸ ἔσω δὲ ἀκοὴν ἔτι ψιθυρίζων ὑποφωνεῖ· καὶ εἰ ἐστὶν αὐτῷ συνεζόσα σωδυμάλη τις ψυχῆς, ἀδεὴς ἂν ἰδεῖν ἦθος, εἰ δ' ἦν ὁ τῷ βάλησιν λόγος ἀψόφῳ κελεύθῳ πρὸς τὸ διχόμηνον ἰζανόμενος, ὅ φασι καὶ ταῖς ψυχαῖς ἔξοδον τοῦ σωμάτων εἶναι· καὶ γὰρ καὶ πῶτας ἀπλήκτους ὁμιλεῖν ἀλλήλαις. *Qui loquitur, ſi ſit eminus, ei* (ſi quidem exaudiri
1108 velit,) *elatiore vociferatione opus eſt, at qui prope adſtat in audientis aurem ſenſim quae vult inſuſurrat. Quod ſi animae quoque ſpiritum*, (id eſt, ſubtile corpus ejus,) *ſubire poſſet, nullo ei ſuſurro eſſet opus, at ſermo quicumque tandem adlubeſceret, tacita quadam via, ſine ullo ſtrepitu ad locum ſibi deſtinatum perveniret: Quod animis etiam egreſſis a corporibus ineſſe ajunt, ſiquidem & ipſi inter ſe extra ſtrepitum colloquuntur.* His quid luculentius? *Pſellus* animas corporibus his egreſſas πνεῦμα quoddam ſeu ſubtile corpus adjunctum ſibi habere, aſſumit, cujus motu atque agitatione varia, tacentes licet, cogitata ſua patefacere poſſint (l) aliis. *Auguſtinus* vero tametſi *Libro duodecimo de Geneſi ad litteram* (†) non accedat illis, qui animos corpore hoc terreno nudatos aliud comitari corpus adſeverant, multo minus cum his facere velit, qui animam ipſam eſſe corporatam affirmant, liberum tamen cuivis, utrum alteram harum ſententiarum probare velit, an rejicere, relinquit. *Si autem*, inquit, *quaeritur, cum anima de corpore exierit, utrum ad aliqua loca corporalia feratur, an ad incorporalia corporalibus ſimilia, an vero nec ad ipſa, ſed ad illud, quod & corporibus & ſimili-*

(*) p. 94. (p. 72.) (†) De Geneſi ad litter. c. 32. (p. 239. T. III. Opp.)

(i) *Characteris*] Oſtendimus ſupra *ad §. 27.* in *Irenaeo* falli virum doctiſſimum. *Philoponi* loci ſupra exſtant deſcripti.

(k) *Theſſalonicenſem*] Vid. *Concilior. Joan. Harduini Tom.* IV. *p.* 293. 294. Male iterum *Joannes* hic inter eos numeratur, qui mentes hominum & angelos binis conſtare partibus exiſtimarunt, anima & corpore. In illis potius fuit, qui tam animos hominum, quam angelos, totos eſſe duxerunt corporeos: Idque ex his ejus verbis apertum eſt: Καὶ δὲ τὰ ὑπὸς ἀσωμάτους καλουμένας τὰς ἀγγέλους, ἢ ψυχὰς, ὡς μὴ ὄντας ἐκ τῆς συμπλοκῆς τῶν ὅλων τεσσάρων στοιχείων καὶ ταῦτα σώματα παχέα καὶ ἀντίτυπα, εἶναι ἡμῖν πιθανώτερον. *Porro ſicubi reperis incorporeos vocari angelos aut animas, tanquam non exſiſtentes de commixtione materialium quatuor elementorum, ſic eas noveris appellatos cum non ſint & ipſa corpora craſſa & ſimilia his, quibus nos circumdamur.* Non dicit, eos corporibus eſſe veſtitos & praeditos, ſed eſſe corpora, quamvis haud talia, qualia ſunt haec noſtra, quae aliquando diffluent. Et hanc ipſam ſententiam in praecedentibus totius confirmat eſſe *catholicae eccleſiae:* in quo quidem concilium nihil quod reprehenderet, invenit.

(l) *Aliis*] Sapientiorem, niſi me plane fallit ratio, *Pſellum* facit vir doctiſſimus, quam reapſe fuit. Is, quod totus, unde haec verba ſumta ſunt, *dialogus* declarare videtur, non eo usque cniſus eſt ingenio, ut animam ſimplicem eſſe naturam

Digitized by Google

ſimilitudinibus corporum eſt excellentius, cito quidem reſponderim, ad corporalia loca eam vel non ferri niſi cum aliquo corpore, vel non localiter ferri. Jam utrum habeat aliquod corpus, cum de hoc corpore exierit, oſtendat qui poteſt: Ego autem non puto. Spiritalem enim arbitror eſſe, non corporalem, ad ſpiritalia vero pro meritis fertur, aut ad loca poenalia ſimilia corporibus: Qualia ſaepe demonſtrata ſunt iis, qui rapti ſunt a corporis ſenſibus & mortuis ſimiles jacuerunt. Hic *Auguſtinus* ipſe poenas, quas animi, qui corpore deceſſerunt, antequam reviviſcant corpora, ſuſtinent, imaginandi tantum facultatem afflicturas eſſe, cenſere videtur. At ſi quod (*m*) *Ariſtoteles* praecepit, verum eſt, *phantaſiam* ſeu imaginandi vim nil eſſe, quam ſenſum debiliorem, id eſt, rem ex animae corporisque conjunctione naſcentem, equidem haud intelligo, quemadmodum imaginandi facultas in mentibus corpore deſtitutis poena poſſit affici, aut qua ratione in ejusmodi animis ulla queat eſſe imaginandi facultas. Sed obſervatu tamen dignum eſt, quam hoc loco potiſſimum oppugnat *Auguſtinus* ſententiam, eorum eſſe, qui cum *Tertulliano*, *Methodio*, & aliis mera eſſe animos corpora contendunt. Illorum verò, qui corpus tribuunt animis poſt fata, opinionem his tantum verbis perſtringit: *oſtendat, qui poteſt*: Quum concedat tamen, animam corpore vacantem nec poſſe *localiter ferri* poſt mortem, nec in loco eſſe ullo. Ceterum hic ipſe *Auguſtinus* non modo alias diſſentire ſe cum illis ſignificat, qui inferorum ignem non eſſe verum & corporeum, ſed figuratum tantum contenderent, verum etiam alicubi, ſe non multum repugnaturum confirmat, ſi qui putent, animos hominum, illo intervallo, quod inter obitum corporis & novam ejus animationem intereſt, certo quodam igne, ad ſordes eorum conſumendas comparato & facto exuri & purgari: (*) *Poſt iſtius ſane corporis mortem, donec ad illum veniatur, qui poſt reſurrectionem corporum futurus eſt damnationis & remunerationis ultimus dies, ſi hoc temporis intervallo ſpiritus defunctorum ejusmodi ignem dicuntur perpeti, quem non ſentiant illi, qui non habuerint tales mores & amores in hujus corporis vita, ut eorum ligna & foenum & ſtipula conſumantur: alii vero ſentiunt, qui ejusmodi ſecum aedificia portaverunt —— non redarguo, quia forſitan verum eſt.* Ne quem fugiat, qualis iſta ſit, quam non ſibi diſplicere ait hic *Auguſtinus*, ſententia, *Origenis* eam verbis *ex libro quinto contra Celſum* exponam. Et fallor ego, aut hunc ipſum locum in animo habuit, quum haec in litteras referret (*n*) *Auguſtinus*: (†) *ὑ συνιδὼν ὅτι ὥσπερ Ἕλλησιν οὐκ ἔδοξε, τὸ πῦρ καθάρσιον ἐπάγει τῷ κόσμῳ. Εἰκὸς δ' ὅτι κ̓ ἐκάστῳ* [illegible] *δεῖ-*

(*) De civit. Dei, Libr. XXI. c. 26. (§. 4. p. 490. Tom. VII. Opp.)
(†) Contra Celſum Libr. V. p. 240.

turam ſtatueret, corpore quodam circumdatam ſubtiliori, ſed totam eam corporatam eſſe credidit, & ex tenuiſſima materia conditam. Hic certe locus numquam me inducet, ut ab hac diſcedam ſententia, quae philoſophiae ejus vehementer agreſti & craſſiori conſentanea eſt. Tribuit in hoc πνεῦμα quoddam animae: ſed hoc nomine corpus quoddam ſubtile haud intelligit, quod Platonici nonnumquam ſolent. Quodnam hoc ejus πνεῦμα ſit, id ex antecedentibus liquet, ubi de daemonibus ait, eos τῷ εἰ ἡμᾶς φαντασικῷ ΠΝΕΥΜΑΤΙ συνέχεσθαι, *phantaſticum ſeu imaginativum, quo praediti ſumus, ſpiritum ſubire.* De hoc πνεύματι loquitur *Pſellus*, quum poſtea addit, eum, qui *ipſum animae ſpiritum ſubire poſſet, tacita quadam via cogitationes ſuas menti inſtillaturum eſſe.* Quorum quidem verborum haec eſt ſententia: Si quis ipſam alterius imaginationem ſpiritu ſuo contingere & ad eam proxime accedere veluti poſſet, is etiam ſine ſermone alteri cogitata ſua patefacere poſſet. Quibus dictis credi vulgo, ſubjicit, ſpiritus a corpore ſegregatos facultate illa praeditos eſſe, ſeſe hoc modo afficiendi & imaginationem aliorum ſpirituum, nulla re alia interveniente, concitandi. De corpore igitur animorum nihil hoc in loco exſtat.

(*m*) *Ariſtoteles*] *De anima Libr.* III. *Cap.* 9. *p.* 53. *ſq. Tom.* II. *Opp.*

(*n*) *Auguſtinus*] Non idem ego, quod hic vir

διαμένειν τὰ ἀεὶ ἐν πυρὶ εἶναι καὶ οἷον μὲν καὶ ὑ καταναλίσκεσθαι τὰς μὴ ἔχειν ὕλην διαμένειν ἀναλύεσθαι ὑπ' ἐκείνου τὸ πῦρ· καίεσθαι δὲ καὶ καταναλίσκεσθαι τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ τῇ πεφέξιν καὶ λόγων καὶ νοημάτων τροπικῶς λεγομένην οἰκοδομῇ ξύλα, χόρτον, ἢ καλάμην οἰκοδομήσαντας. *Non intelligit Celſus Graecorum aliquot (fortaſſe ſicut ab antiquiſſima Judaeorum gente acceperant,) opinari, eum ignem eſſe mundi luſtratorium & forte ſingulorum etiam hominum, quotquot opus habent ignis hujus vel poena, vel remedio: urentis & non exurentis eos, qui non habent materiam, cui ab illo igne conſumi opus ſit: urentis item & exurentis eos, qui in actionum, ſermonum, cogitationumque figurate dicto aedificio ligna, foenumque aedificarunt & ſtipulam.* Jam quum nec ignis percipere flammam, neque aliud quid ſentire queant ac perpeti animi, niſi cum corpore quodam copulati ſint, ſuſpicor ego, *Auguſtinum*, quum haec ſcriberet, non nimis ab eorum abhorruiſſe judicio, quibus placet animas diſcedentes corpus quoddam hinc ſecum (*o*) auferre.

§. XLI. Hactenus quibus illi rationibus, qui naturas olim corpore vacuas negarunt extenſas eſſe, hominum tam prorſus impiorum, quam ceterorum, qui corporibus omnia contineri cenſebant, impetus & tela repreſſerint, copioſe ac perſpicue declaravimus. Sigillatim vero quemadmodum huic turbae reſponderint, oſtendimus, quum amentiae atque abſurditatis plenum eſſe clamaret, ſtatuere, finitas conditasque mentes nec mobiles, nec loco circumſcriptas eſſe. Decretum nimirum eſſe vidimus ab illis, animos nunquam ita nudos relinqui, ut omni plane corpore careant. Corpora vero quoniam in loco verſentur, ea de cauſa fieri, ut & animi, qui cum illis ſociati ſunt, modo hic, modo illic degant, quod quidem *Origenes* hoc dicto expreſſit: (*) Ἡ ψυχὴ ἡμῶν δεῖται σώματος ἁγίου διὰ τὰς τοπικὰς μεταβάσεις, *anima noſtra corporis indiget, propter locales migrationes.* Proximum eſt, ut quibus ſeſe rationibus & argumentis commotos ſenſerint hi priſci ſapientes, oſtendam, ut rem ab omni ſenſu cogitationeque humana tantopere disjunctam, communibusque fere notionibus repugnantem defenderent, eſſe naturas in ſe ipſis nec extenſas, nec locis diſtantes, nec dividuas, aut omni magnitudine atque partibus deſtitutas: in qua ego disputatione unice quid ſenſerint veteres, quibus opinio haec vera viſa fuit, pro virili parte declarabo, nec eorum praetermittam aliquid, quae cauſſam ejus familiae contra religionis contemtores & eos, qui ad materiam cuncta referunt, fulcire poſſe intellexero. Ipſe vero interea me ab omni aſſen-

(*) Contra Celſum Libr. V. p. 244.

vir doctiſſimus, ſentio, qui duas inter ſe confundit hic ſententias, vehementer remotas & diverſas. *Origenes*, cujus hic profert locum, de igne loquitur, qui mundum hunc & quidquid in eo eſt extremo rerum omnium die combuſturus eſt, aitque hunc ignem, ex quorumdam ſententia, hominibus nondum ſatis ſanatis & a vitiis ſuis purgatis ſimul luſtrationis loco futurum eſſe, quo toti puri coeleſte ingredi queant domicilium. Plerisque nimirum antiquorum Chriſtiani coetus doctorum perſuaſum fuit, homines omnes ultimo orbis terrarum die, eo ipſe igne, qui humanis rebus exitium afferet, examinatum, probos autem eodem igne purgatum & omni macula ex priſtinis vitiis reſidua liberatum iri: quod quidem multis eorum teſtimoniis viri longe doctiſſimi dudum planum fecerunt. Vid. *Joh. Dallaeus de vero uſu patrum Lib.* II. *Cap.* 4. *p.* 292. & alii. Hanc ſententiam *Origenes* hiſce verbis exprimit. Lege, qui multis & erudite de hoc ejus dogmate diſſerit, *Petr. Dan. Huetium* in *Origenianis Lib.* II. *Quaeſt.* XI. *p.* 139. *ſ.* Neque prorſus is fallitur, quod hanc opinionem ex Graecis & Judaeis quibusdam ante natum Servatorem placuiſſe perhibet: nam Platonicos & Judaeos non prorſus ab ea fuiſſe alienos, poſt alios non ita pridem vir longe doctiſſi-

Digitized by Google

assensu firme sustinebo, omnibusque ratione & judicio valentibus potestatem libere judicandi faciam, utrum huic accedere velint sententiae, an vero eorum eligere, de qua paullo post dicemus, opinionem, quibus res corpore vacuae extensae quodammodo videntur (*p*) esse.

§. XLII. Principio hoc neminem nescire decet causae hujus cognoscendae cupidum, & eos, qui naturas esse corpore vacuas statuunt, & eos, qui hoc negant, inter se consentire, unum tantum extensionis esse genus. Quare & hoc inter utrosque conveniet, quaecumque magnitudine partibusque sunt praedita, aut partes habent extra partes, ea non modo mente & cogitatione, sed etiam ipsa re & physice divelli ac discerpi posse, resistendi item virtute gaudere, nec penetrari posse, propterea que uno eodemque in loco una cum alio corpore simul consistere nullo modo posse. His datis, id consequatur necesse est, omnia illa argumenta, quibus probatur, esse praeter corpora naturas quasdam alias, hoc etiam, ex mente scilicet veterum tam eorum, qui spiritus esse puros volunt, quam qui negant, extra controversiam ponere, esse aliquid non extensum. Etenim utrumque genus, corpus id esse, quodcumque diffusum & extensum est, largitur. Sed, omissis his, ea hic praecipue eorum argumenta producemus, quae directo postulant, ut esse aliquid corpore secretum, nec extensum, credamus: Deique non extensi notionem haud esse disparatam & secum ipsa pugnantem, demonstrant, quoniam nimirum in nobis ipsis aliquid inest non extensi. *Simplicium* jam ita ratiocinari audivimus: quidquid totum sese movere & contemplari valet, id nec extensum esse, nec partibus inter se distantibus praeditum esse potest. Verum hanc nunc quidem argumentationem praetermittere, primumque *Plotinum* in aciem educere placet, qui hoc modo disputat: (*) τί πότερα φήσουσιν, εἰ ἡ ψυχὴ σῶμα εἶναι λέγοιτο, πρῶτον μὲν πᾶσά ἑκάστου μέρους τοῦ ψυχῆς τοῦ ἐν τῷ αὐτοῦ σώματι, πότερον ἔκαστον ψυχὴ, οἷον ἐν ποδὶ ἡ ὅλη; καὶ πάλιν ἕκαστον μέρους τὸ μέρος, οἷον ἄκρα τὸ μεγίστῳ συνεκπλήρου τῇ οὐσίᾳ αὐτῆς καίτοι εἴπερ γε πᾶν τινος ὅλου· ἀλλὰ καὶ ὅλον πολλαχῇ, ὅπερ σώματι παρῆται αἰσθητόν, ἐν πλείοσι τὸ αὐτὸ ὅλον εἶναι καὶ τὸ μέρος ὅπερ τὸ ὅλον ὑπαρέχειν· εἰ δὲ ἕκαστον τῶν μερῶν, ἐκ ψυχῆς φήσουσιν, ἐξ ἀψύχων ψυχὴ αὐτοῖς ὑπαρξεῖ. *Quid ergo dicent, qui animam corpus esse putant? Numquid quamlibet animae partem in eodem viventis corpore* (verbi causa, eam quae est in pede, quae in manu, quae in cerebro) *esse animam perinde atque tota est fatebuntur? Ac rursus partis uniuscujusque partem? Quod si id fateantur, planum erit, magnidoctissimus, *Jac. Elsnerus* ostendit *Observat. in Novum Test. Tom.* II. *p.* 79. *f.* Cum hoc dogmate nihil fere commune habet illud, quod *Augustinus* non prorsus sese rejicere velle, tradit: cui quidem qui favent dogmati, illi propius ab igne, quem *purgatorium* vulgo vocant, absunt & animas statim post excessum e corpore certo quodam igne ad ultimum usque hujus orbis diem & excruciari, & simul sanari adseverant.

(*a*) *Auferre*] Dicamus potius, quod res est: *Augustinus*, ut multis aliis in rebus, ita in praeceptis de animae & angelorum natura, de suppliciis inferorum & cognatis hisce dogmatibus parum sibi constat, incertusque, quam sequi viam conveniat, modo ad hanc, modo ad aliam propendet sententiam; neque etiam semper quid ex re quaque consequatur, quam probat, secum considerat.

(*p*) *Esse*] Prudenter id quidem. Nam ut hodie, ita tum temporis magni nominis philosophi tam inter Britannos, quam alios populos, hac de re inter se dimicabant. [Extensionem Dei defendit *Clarke Existence de Dieu p.* 247. 248. Vid. & *Beausobre Hist. du Manich. p.* 484.

(*) p. 460. (Ennead. IV. Lib. VII. de animi immortalitate, cap. V.)

magnitudinem nihil utique ad essentiam animae conferre: quae tamen conferre oportet aliquid, si anima quantum est aliquid. Ita vero totum ipsius animae ubique erit: quod quidem corpori convenire non potest, scilicet ut queat idem totum simul in pluribus esse, atque pars idem penitus esse valeat, quod & totum. Sin autem negent partium quamlibet esse animam, certe ex rebus inanimatis anima componeretur. Hoc ipsum argumentum alio
5 rursus loco his verbis (*q*) exponit: (*) Εἰ ὃ ἕκαστον ζωὴν ἔχει, ἡ ἓν ἀρκεῖ. Εἰ δ' μηδενὶς αὐτῶν ζωὴν ἔχοντος ἡ σύνοδος ποιήσει ζωὴν, ἄτοπον, μᾶλλον δ' ἀδύνατον συμφήσειν σωμάτων ζωὴν ἐγκύρσεσθαι, ἡ νῦν γ' ἀρκεῖ τὸ ἀνόητον. *Si unaquaeque pars* (animae hujus extensae) *vitam habet, una jam sufficit. Si quis autem dixerit, nullam earum habere vitam, sed congressum tantum omnium vitam constituisse, absurda loquetur. Omnino enim fieri nequit, ut confluentia corporum vitam faciat, & quae intelligentia carent, si conjungantur, intelligentiam faciant.* Summam disputatio ejus tota hanc habet: Necesse est, aut quamlibet animi extensi partem esse animum, & mentis ejusmodi quamlibet partem mentem esse, aut non esse. Si nulla pars animi extensi ipse animus est, aut propria sibi vita menteque valet, certum erit omnino, neque totum, quod ex omnibus his constat partibus, vitae mentisque particeps esse. Nec enim ex nihilo fieri potest aliquid. Physicos quidem si consulamus, qui atomis totam rerum universitatem contineri arbitrantur, corporeae qualitates & formae ex varia corpusculorum & particularum compositione & textura nascuntur, nec ullum corpusculum per se formae aliquid & qualitatis possidet:

(*r*) —— *Ne ex albis alba rearis*
Aut ea, quae nigrant, nigro de semine nata.

Sed haec ratio tota dissimilis est hujus sententiae. Namque formae ac qualitates non sunt naturae reapse a magnitudine, figura, situ, ac motu particularum diversae, sed coagmentationes tantum particularum sensus nostros varie afficientes.
1111 Vita vero & ratio, mens & animus res sunt ipsa natura sua sejunctae a magnitudine, figura, situ, & motu partium, neque animi tantum notiones & commenta, aut rerum syllabae, verum res simplices, nec compositae. Sin autem singulae animi extensi partes ipsaemet sunt animi, partesque mentis exporrectae ipsaemet similiter sunt mentes, tum constituendum erit, si unam demas partem, reliquas omnes supervacaneas esse, aut, si hoc nolis, quamlibet animi talis partem idem esse, quod totum, nec ab eo differre. Sed ineptum est, existimare, rei alicujus extensae partem totam simul rem esse, nec a tota re differre. Ergo relinquitur, animum non posse extensum esse, aut ex partibus constare.

§. XLIII. Idem deinde philosophus ipsam animam humanam nec extensam, nec dividuam esse, ex virtutibus ejus & actibus tam illis, ad quos ope sensuum indiget, quam iis, qui intelligentia & mente sola perficiuntur, apparere disputat. Et de illis quidem animi virtutibus, quae sensuum perceptionem sequuntur, ita disse-

(*) (Enn. IV. Lib. VII. c. 2. (p. 457.)

(*q*) *Exponit*] Invertit hic nonnihil vir doctissimus ordinem verborum *Plotini*. Namque verba, quae hic in principio collocata sunt: ἡ δὲ —— ἀρκεῖ apud *Plotinum* post vocabulum ἄτοπον interjecta sunt. In utroque *Plotini* loco versionem *Ficini*, quae dura saepenumero & obscura est, non-

Digitized by Google

differit: (*) εἴπ μέλλ αἰσθάνιοθαί πν@, ἓν αὸπὲ δεῖ εἶναι, καὶ τῷ αὐτῷ πάντὰ ἀνπλαμβάνεσθαι· καὶ εἰ ἀλλ' πολλῶν αἰσθητηρίων πλείω τὰ εἰσιόντα, ἡ πολλαὶ αἰσθ ἓν πάσχει, καὶ δι' ἐνὸς πολλὰ εἶν αἰσθάνεσθαι· ἡ μὲν ἄλλο μὲν ῥὶς ἄλλο ἢ ὀφθαλμῶν, ἀλλὰ ταυτὸν ὁμῶ πάντων· καὶ εἰ τὸ μὲν δι' ὁμμάτων τὸ ἢ δι' ἀκοῆς, ἓν π δεῖ εἶναι εἰς ὃ ἄμφω· ἡ πῶς ἂν εἴποι ὅτι ἕτερα ταῦτα, μὴ εἰς τὸ αὐτὸ ὁμῶ ἃ αἰσθήσεων ἐλθόντων. *Si quidem ſentire quidquam in nobis debet, unum id eſſe oportet, & uno quodam eodemque* (individuo) *omnia percipere: Et hoc fieri debet, ſive per plura ſenſuum inſtrumenta ingrediantur plura, ut quum multae in re una ſunt qualitates, ſive etiam quum per unum videtur varium aliquid, ceu vultus* (hominis.) *Non enim aliud quidem videt nares, aliud autem oculos, ſed idem cuncta ſimul percipit. At ſi aliud per oculos penetret, aliud per auditum, unum tamen oportet eſſe* (& individuum) *ad quod perveniunt utraque, alioquin non poſſet animus horum inter ſe differentiam judicare, niſi intentiones ſenſuum ſenſibiliumque in unum aeque conſluerent.* Ex his efficit *Plotinus* unum illud, quod percipit in nobis omnia, *quaſi centrum eſſe in circulo, ſenſus vero ſingulos undique non aliter ad hoc ipſum, quam lineas a circumferentia ad centrum usque protendi atque vim illam, quae cuncta comprehendit, revera unum aliquid eſſe*, id eſt, nec extenſum, nec dividuum. Hanc poſtea rationem aliquanto diſtinctius hac ratione explicat: *Si vis illa, quae ſentit & percipit in nobis, extenſa eſſet, partesque haberet extra partes, unum ex his tribus affirmandum nobis eſſet: aut quamlibet naturae hujus extenſae partem objectae rei partem tantum percipere, aut ſingulas ejus partes totam rem objectam comprehendere, aut denique omnes ad unum quoddam punctum confluere, quod ſolum & ſingulas objectae rei partes & totum ſimul percipiat, reliqua vero omnia nihil eſſe, quam lineas ad hoc unum punctum tendentes.* Harum trium rerum quod primum eſt ita perſequitur: μεγέθ ὄπ τόπῳ, συμμεέζοιτο ἄν, ἅπ ἄλλο ἄλλ μέρ@, καὶ μηδέτερ ἡμῶν ἄλλ ἢ αἰσθητὸ ἀντίληψιν ἔχειν· (s) ὥσπερ ἂν εἰ ἐγὼ μὲν ἄλλ, σὺ ἢ ἄλλ αἴσθοιο. *Si anima magnitudo eſt, una cum re ſenſibili dividetur. Itaque pars alia ſentiet aliam, nihilque in nobis ſentiendam rem totam percipiet: haud ſecus ac ſi ego rem hanc ſentirem, tu illam.* Atqui ipſo interiori ſenſu noſtro, quod in nobis partes, quodque totum percipit, id unum eſſe idemque, certi reddimur. De altero haec habet: εἰ ἢ ὁπῶν πάντὰ αἰσθήσοιτ), εἰς ἄπειρ@ διαιρεῖσθαι ἢ μεγέθ@ς πφυκότ@, ἀπείρ@ς καὶ αἰσθήσεις καθ' ἕκασ@ αἰσθητὸν συμβήσοιτ) γίγνεσθαι ἑκάσῳ ἴσ@ ἢ αὐτὸ ἀπείρ@ς ἐν τῷ ἡμετέρᾳ ἡμῶν εἰκόν@ς. *Sin autem quodlibet totum ſentiat, quum magnitudo dividi queat in infinitum, nimirum innumerabiles quoque ſenſus circa unumquodque ſenſibile in unoquoque contingent, quaſi innumerabiles in principali noſtro rei ejusdem ſint imagines.* Nemo vero eſt, cui non intime perſuaſum ſit, nos unam tantum rem extra nos poſitam uno eodemque tempore ſentire ac percipere. Supereſt tertium ac poſtremum: Illud, quod in unoquoque ſentit, id unum tantum, ſimplexque punctum eſt ſive mathematicum ſive phyſicum. Hic primum exploratum eſt, punctum mathematicum, quod nec longum, nec latum, nec denique profundum eſt, non eſſe corpus aut naturam ſibi conſtantem, ſed notionem tantum animi noſtri, aut modum in nobis concipiendi. Punctum deinde ſeu *minimum* phyſicum, aut corpus ita tenue ac exile, ut nullum eo fieri queat ſubtilius & magis minutum, nullum prorſus

(*) (L. c. cap. VI. (p. 461.)

nonnihil emendavi & illuſtravi. Idem in ſequentibus feci locis.

(r) *Ne ex albis*] *Lucretius de rerum natura Lib.* II. *vſ.* 730. 732. *p.* 390.

(s) Ὥσπερ] Haec verba non cum antecedentibus

1112 prorſus hic locum invenire poteſt, quum, *Plotini* ex ſententia, materia infinite ſecari queat. Quod ſi tamen eſſet ejusmodi minimum phyſicum aut corpus minutiſſimum, nihil id *Plotini* ſententiae derogaret. Namque, ut ipſe obſervat, fieri nequit, ut in ejusmodi puncto omnes & inter ſe diverſae totius cujusdam rei aſpectabilis partes, ut oculi, os, naſus, & reliqua vultus humani membra, aut domus cujusdam partes variae exhibeantur & repraeſententur: nec ulla credibile eſt ratione, tam exiguam atomum aut corpuſculum omnes efficere motiones animales poſſe. Hoc etiam (*s*) *Ariſtoteles* argumento inter alia demonſtrari poſſe cenſuit, eſſe naturas corpore diſcluſas, nec tamen extenſas: *πῶς τῷ ἀμερεῖ τὸ μεγεθος*; *Si anima eſſet individua, ut punctum, quomodo illud, quod divisuum eſt, percipere poſſet?* id eſt, quomodo omnium diſtinctarum diffuſae cujusdam naturae partium conſequi notitiam & totius deſcriptionem una mente ac cogitatione complecti poſſet? Contrahamus breviter totius argumentationis ſummam: Si anima natura eſt extenſa, aut oportet eam phyſicum eſſe minimum ſive punctum, id eſt, extenſum tam ſubtile & anguſtum, ut fingi nihil cogitando queat tenuius, ſi quidem ſunt ejusmodi minima, neque materiam infinite partiri licet; aut vero ex pluribus ejusmodi punctis phyſicis aptis inter ſe ac connexis conſtatam eſſe. Superius illud, id quod jam oſtendimus, rationi plane repugnat. Tam minutum enim corpuſculum, tam exile & anguſtum punctum quis ſibi ſanae mentis perſuadeat, tantam, tamque immenſam rerum varietatem diſtincte percipere poſſe? Quibus addi debet, illis, qui ſingulas animas tot eſſe minima phyſica fortaſſis exiſtimant, hoc ſimul eſſe probandum, materiam ſeu illam naturam, quae extenſa eſt, ita in ſemetipſa eſſe variam & diverſam, alia ut ejus puncta naturaliter vita. ſenſu, ac intelligentia careant, alia vero ſenſu atque ratione valeant: quo quidem neſcio an aliquid cogitari queat abſurdius. At ſi quis tamen tam abſonam ſententiam non recuſaret adſciſcere, is tamen numquam ſemet expediret, ſi quid cauſſae eſſet quaereretur, cur una tantum ejusmodi atomus rationis & ſenſus particeps, non vero plures, in quolibet eſſent homine, eaque a teneris ad ultimam usque ſenectutem in eodem conſtanter ſtatu perſeveraret, reliquis interea materiae particulis in auras abeuntibus & perpetua corporis exſpiratione aufugientibus? Sin autem animi naturae ſunt extenſae, ex multis ejusmodi punctis phyſicis concretae, quorum quodlibet, dum ſentitur & percipitur aliquid, operam ſuam confert, tum neceſſe eſt, ut aut quodlibet horum punctorum punctum tantum ſive partem unam objectae rei ſentiat ac percipiat, aut vero totam rem cognoſcat. Finge, quamlibet animi particulam punctum tantum rei praeſentis percipere; igitur nihil erit in nobis, quod rem univerſam comprehendat, partesque comparet ac contendat cum partibus. Fac, ſingula extenſae mentis puncta totam ſimul rem, cujus variae ſunt partes, cognoſcere ac percipere; igitur quotquot animus punctis conſtat, toties rem unam eamdemque totam percipiemus, dum ſentimus, id eſt, infinitae unius rei perceptiones ſimul exorientur in nobis. Taceo, ſive hoc, ſive illud amplectaris, id tamen certum inde fore, neminem hominum, dum ſentit, ſolum & unum percipere, ſed in ſingulis hominibus innumerabiles eſſe perſonas concipientes ac ſentientes. Plures vero vix licet excogitare modos, praeter tres illos, quos modo recenſui, hanc rem enodandi. Niſi forte quis conſtituere audeat, univerſam animam

nibus, uti hic, apud *Plotinum* juncta ſunt, ſed intervallo quodam ea, quae hic leguntur, praecedunt.

(*s*) *Ari-*

Digitized by Google

animam extenſam cum totam rem in ſenſus incurrentem, tum omnes ſingulasque ejus partes ſimul videre ac percipere, nec tamen interea ullam animi partem per ſe aliquid ſentire ac comprehendere: Totum enim rei alicujus extenſae nihil eſſe aliud, quam omnes ejus partes conjuncte ſumtas: quarum quidem partium ſi nulla eſſet vitae, ſenſus, & perceptionis compos, nihil harum quoque rerum in toto nulla ratione eſſe poſſet. Sed, ut verum fatear, affirmare, univerſam animam percipere omnia, partes vero ejus nihil ſentire, id vero eſt concedere, animum non extenſum eſſe, ſed individuum. Quod ſi dederis, id, quod voluit *Plotinus*, omnino obtinuit.

§. XLIV. Progredior ad ea, quae de interiori ſenſu ad ſententiam ſuam ſtabiliendam in medium profert idem philoſophus. Igitur συμπάθειαν quamdam & ὁμοπάθειαν in omnibus eſſe animalibus obſervat: Rem ſcilicet eſſe unam eamdemque, quae in extremis corporis maximeque disjunctis partibus, ut in planta pedis & in vertice capitis, dolorem ac moleſtiam ſentiat, unamque partem incitet ac commoveat, ut alteri laboranti & cum ſenſu moleſto conflictanti ſuccurrat. Non unam vero, addit, rationem obſtare, quominus credi queat, id quando fit, tum omnia ad unum punctum phyſicum, tamquam ad centrum quoddam transferri: (*) Εἰ
πανῦ χ᾽ ἀλγήσειν ἐχ οἷον τι ἡ αἴσθησιν ἓ τοιῦτο γίγνεσθαι, μὴ ἓ σώματος ἔγκυκ ἔντος, ἄλλα 1113
παθόντος, ἄλλο χρῶσιν ἴσχειν (πάντες γὰ μεγέθες τὸ μὲν ἄλλο, τὸ ἓ ἄλλο ἐστ) δεῖ τοῦτον τίθεσθαι τὸ αἰσθανόμενον, οἷον πανταχῦ αὐτὸ ἑαυτῷ τὸ αὐτὸ εἶναι· τοῦτο ἓ ἄλλο πεφύκεν ἢ ὅλον ἢ σώματι τοῦτο εἶναι. *Si ergo ſenſus paſſionis ejuſmodi per ſucceſſionem fieri nequit, & corpus, quum moles tantum ſit ſeu extenſio, non id habet, ut alio in eo patiente, aliud id perſentiat: (in omni enim magnitudine hoc quidem aliud eſt, illud rurſus eſt aliud;) nimirum oportet id, quod ſentit, eſſe tale, ut ipſum ubique ſibimetipſi ſit idem. Id autem aſſequi, ad aliud quiddam in ordine rerum pertinet potius, quam ad corpus.* Rationibus omnibus ſubductis, concludit, cum in homine, tum in animantibus eſſe rem aliquam unam & individuo eamdem, quae totum corpus comprehendat & arceat, tam partes omnes, quam totum rerum omnium aſpectabilium percipiat, beneficioque diverſorum ſenſuum cuncta ad ſe deducat: quae omnibus remotioribus partibus corporis conjuncta ſit, quaenam illis accidant, ſentiat, denique in omnibus unice verſetur & agat. Haec illud eſt, quod proprie vocatur: *Ego ipſe:* quo nomine moles extenſa corporis indigna eſt, quae non una eſt, ſed ex pluribus rebus compoſita. Illa demum ſic appellari debet natura, quae ſimplex, una, individua, non extenſa, ad quam lineae omnes veluti referuntur & in qua conveniunt: Quae nec tamen ut punctum mathematicum aut minimum phyſicum conſiderari debet, verum ut una, vivens, per ſe ſubſiſtens, virtute agendi valens, intima denique natura, quae omnia continet, arcet, & inter ſe connectit.

§. XLV. Poſtremo hic ipſe philoſophus, quo teſtatum faciat, humanam mentem nec extenſam eſſe, nec magnitudine praeditam, verum individuam, illas ejus virtutes conſiderare jubet, quae a ratione proficiſcuntur: (†) νοητῶν νοήσεις & ἀμεγέθων ἀντιλήψεις, *intelligentiam rerum, quae ſoli patent intelligentiae & comprehenſiones rerum,*

(*) p. 462. (†) p. 463.

(t) *Ariſtoteles*] *De anima Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 10. *Tom.* II. *Opp.*

Digitized by Google

rerum, quae magnitudine carent. Πῶς γὰρ μέγεθος ὂν, τὸ μὴ μέγεθος τοίσι, ἢ τῷ μεγάλῳ τὸ μὴ μεγαλεῖον. *Si intelligentia magnitudo eſt, quonam pacto intelliget, quod eſt a magnitudine liberum, & cum natura dividua individuum comprehendet?* Conſtat inter omnes, eſſe in omnibus multarum rerum ſpecies & formas, quae ἀφάντασιαι ſunt ſeu imaginando informari nequeunt, ideoque nec longitudinis aliquid, nec latitudinis, nec craſſitudinis habent: quales ſunt notiones virtutum & vitiorum: ἀμεγέθεις γὰρ οἷόν τε καλὸν, ἢ τὸ δίκαιον, ἢ τούτων ἕξεις· ὥστε ἢ ἀφεστῶτα τῷ ἀμερεῖ αὐτῆς ὑπολήψει ἢ ἐν ἀμερεῖ κεῖσθαι. *Ab omni magnitudine exemptum eſt ipſum pulcrum, ipſumque juſtum, ſimiliterque horum intelligentia. Quapropter accidentia nobis impartibili quodam animi apprehendentur, atque in hoc ipſo impartibili ſita manebunt.* Sunt praeterea in animis noſtris non modo notiones latitudinis ab omni craſſitudine abſtractae, longitudinisque ſeu lineae, nec latitudine, nec craſſitudine praeditae & idcirco individuae, verum etiam puncti mathematici, quod omni prorſus longitudine, latitudine, & craſſitudine caret, nec ullo propterea modo ſecari & dividi poteſt. Fingimus item nobis animo formas potentiarum & virtutum, nunc creſcentium, nunc diminutarum, in quibus nihil aliquis extenſionis vel magnitudinis umquam invenerit. Ad ſummam, omnes rerum eſſentiae abſtractae a rebus ipſis, ſeu ἀσύνθετα, ut philoſophus loquitur, quae primum noſtrae intelligentiae objiciuntur, dividi nequeunt. Εἰ δ' ἐν ὕλῃ εἰδῶν τὰς νοήσεις φήσουσιν εἶναι, ἀλλὰ χωριζομένων γε γίγνονται ἔνια τοιούτων, ἢ γὰρ μὴ σαρκῶν, κ. τ. λ. *Si autem intelligentias dixerint verſari circa formas materiae adhaerentes, fatebuntur tamen eas tum duntaxat intelligi, quando a corporibus ſegregantur, intellectu ſcilicet ſegregante. Nec enim cum his carnibus ipſe homo —— eo ipſo quo a mente ſegregantur gradu conſiſtunt.* Quin etiam, quod majus aliquid eſt, animus noſter res extenſas nec extenſe nec dividuo percipit. Una oculi noſtri pupilla coeli, quod nos cingit, totius ambitum intra ſe recipit & complectitur: animus vero noſter omnes arctius etiam diſtantias contrahit in ſe ac ſine ulla diſtantia conſiderat. Etenim ſi ſpatium mille vel decem mille paſſuum, aut ſemidiametrorum terrae animo tecum expendas & percurras, non plus cogitatio haec loci in animo tuo occupat, nec animum magis dilatat, quam ſi de pede, de uncia, aut de puncto etiam mathematico deliberes. Quod ſi vero illa, quae in nobis ſentit atque percipit, natura magnitudinis eſſet particeps, haud ea cuivis rei, quam ſentimus, aeque eſſet apta & accommodata (ἴσως παντὶ αἰσθητῷ) nec ſimili plane modo rerum majorum & minorum notiones animo informaret, minime vero omnium res omni omnino magnitudine vacantes cogitando ſibi effingeret. Et in hac concluſione tantum ipſe *Ariſtoteles* putavit eſſe roboris poſitum, ut alteram inde duceret

1114 argumentationis ſuae partem, qua mentes convincere volebat & animos individuos eſſe, & nulla ratione exporrectos: Πῶς γάρ, (v) inquit, γνώσεται τὸ ἀμερὲς μεγέθους; *Quomodo id, quod individuum eſt, per id agnoſcet & percipiet, quod dividuum eſt?* In antecedentibus ſcilicet hanc quaeſtionem propoſuerat philoſophus: Quemadmodum id, quod unius inſtar puncti ſeſe habet atque individua eſt parvitas, res comprehendere poſſit dividuas & longe lateque extenſas? Cenſet igitur *Ariſtoteles*, id, quod percipit, ratiocinatur, ac intelligit, neque dividuum eſſe, ut *quantitas* quaedam *continua* eſt, nec tamen ita individuum, ut punctum vel phyſicum, vel mathematicum, aut res abſolute parva, verum ut natura, nec diſtans, nec

(v) *Inquit*] *Lib. I. de anima Cap. 3. p. 10. Tom. II. Opp.*

(x) *Ar-*

nec loco quodam aliter concluſa, quam reſpectu corporis, cum quo ſociata eſt, quodve, quocumque demum illud in loco verſetur, animat, continet, & agitat.

§. XLVI. Praeter haec, valde ego probabile arbitror, veteres philoſophos, qui naturis corpore vacuis omnem derogarunt extenſionem, hoc etiam argumento ſententiam ſuam contra omnes ſecus ſentientium machinationes communiviſſe. Animi noſtri extenſionis ſine cogitatione, & viciſſim cogitationis ſine extenſione ſibi notionem formant. Hinc effici videtur, haec bina res eſſe reapſe diſtinctas, nulloque naturali vinculo inter ſe junctas. Etenim nulla nobis data eſt norma & regula, ſi ab animi noſtri ſenſu & notionibus diſcedamus, cujus ductu & auxilio, quaenam res vere ſecerni ac diſtingui queant, quaenam nequeant, dijudicare queamus. Adde his, cogitationem extenſam concipere & informare, in noſtra haud eſſe poteſtate poſitum. Quis, obſecro, menti ſuae imperare poteſt, ut cogitationem ita longam, latam, craſſam concipiat, cubitis ut eam, arundine, & aliis menſuris dimetiri liceat? Quis, quaeſo, ullius cogitationis, nedum earum cogitationum, quae res contemplantur individuas, dimidiam, tertiam, vigeſimam partem ſejungere animo & ſeparatim expendere valeat? Quis denique umquam figuratam, rotundam aut quadratam cogitationem meditando conſequetur, aut ſphaerae, cubi, cylindri, aliusque generis figura animi ſui ſenſa determinata eſſe opinabitur? Si vero, quod extenſione vacat, nihilum eſt, aut nihil prorſus erunt cogitationes noſtrae, aut vero extenſae, longitudinis, latitudinis, craſſitudinis certae participes, dividuae, menſuris ſubjectae, denique, ſi quidem finitae ſunt, figuris concluſae. Igitur quidquid animus noſter veritatum continet, quae nihil ſunt, quam cogitationes ex variis decretis rationis compoſitae, id omne longum, latum, craſſum, certaque figura quadam praeditum ſit, neceſſe eſt. Nec aliter de voluntatis noſtrae affectionibus, appetitionibus, & commotionibus, de ſpe ac metu, de amore & odio, de triſtitia & gaudio, pronuntiare fas erit. Quid multis? Univerſa, quae ad naturas pertinent rationis compotes ſive animos & mentes, cognitio & ignorantia, ſapientia & ſtultitia, virtus & vitium, juſtitia & injuſtitia, verbo, omnia aut pro nihilo habenda erunt, aut inter res longas, latas, & profundas, quae menſuram & arundinem admittunt, denique figuratas, ſi finitae ſunt, ut in homine, numerari debebunt. Iſtuc vero qui perabſurdum cenſent cogitatu, hasque mentium & animarum facultates ac virtutes, tametſi reapſe ſunt & aeque vere, atque corporis affectiones & partes exiſtunt, extenſas tamen haud eſſe putant, his quod relinquatur aliud, haud video, quam ut ipſas pariter mentes & animas omni carere extenſione concludant. Hinc illud natum eſt *Plotini* de anima praeceptum: Νῦς ἑ Διχοῦς ἀφ' ἑαυτοῦ. *Mens non diſtat a ſeipſa.* Namque ſi diſtaret a ſe ipſa, non una foret, quemadmodum eſt, ſed varia, quoniam quaelibet naturae diſtantis & extenſae pars, quae animo concipi poteſt, res eſt per ſe ſubſiſtens. Nec aliter de animo humano fas eſt praecipere. Quamvis hic disjunctas inter ſe corporis illius, quod animat, partes tangat & verſet, ipſe tamen nihilominus nec diſſipatus, nec diviſus, nec multiplex, nec denique infinite eſt dividuus. Quorum quidem ſi eſſet aliquid, non una eſſet ſimplexque natura, verum naturarum per ſe ſubſiſtentium concretio & acervus quidam. Animam aeque certum eſt dividi non poſſe, atque vitam: de qua philoſophus noſter, cujus paullo ante meminimus: ἄρα γε ἢ ζωὴν μεριτὴν; ἀλλ' εἰ τὸ πᾶν ἦν ζωή, τὸ μέρος ζωὴ οὐκ ἂν εἴη.

Digitized by Google

Num vitam dividis? Totum vero ejus vita tantum eſt: ergo dimidia ejus pars vita eſſe haud poterit. Ad extremum, ſi mens, ſi animus, ſi facultates & virtutes mentis, vita & cogitatio, intelligentia & ſapientia, ceteraque, revera diſtant, extenſae ſunt, partesque habent extra partes, quae tandem cauſſa fingi poterit & ratio, cur illae non, quemadmodum ratione & cogitatione, ita etiam reapſe atque phyſice ſecari, & in partes ſuas queant diſtribui? Quod enim *Plotinus* praecipit, παντὸς μεγέθους τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δ' ἄλλο. *In omni magnitudine ſeu extenſione, hoc quidem unum eſt, illud alterum*, id ratum omnino atque certum eſt. Nullus ſaltim eorum, quibus divinam eſſe placet naturam, negaverit, ſupremi Numinis potentia cogitationem una cum animo, in quo ea reſidet, in varias ſecari partes poſſe, ſecretasque partes longis intervallis inter ſe disjungi. Neque enim haec res in diſparatorum eſt genere. Quidquid vero apte a nobis intelligi ac animo concipi poteſt, id infinitae potentiae vires haud ſuperat. Harum vero partium ita ſeparatarum nulla per ſe ſola mens eſſet, animus, vita, & cogitatio, verum omnes conjunctim tantum unam mentem, animam, vitam, & cogitationem ſuis abſolutam numeris efficerent.

§. XLVII. Circumſpectis igitur rebus omnibus, ſubductisque rationibus, hanc veterum fuiſſe philoſophorum, qui naturas profetli ſunt corpore vacuas, ſententiam, conſtituo. Omnis rerum univerſitas binis continetur naturis, toto genere diſcrepantibus. Alteram ejus partem occupant ὄγκοι, *moles, pondera, tumores*, in quibus nil eſt praeter unam ſuſtinendi ac perpetiendi facultatem: Alteram δυνάμεις efficiunt, *virtutes & potentiae per ſe vi agendi pollentes*, ſeu φύσις ἐνεργείᾳ, *natura efficiens*. Superiores naturae nil ſunt, niſi magnitudo ſeu extenſio: quae extenſio non hic, tamquam animi quaedam abſtracta notio conſideratur, verum ut res extra nos vere exiſtens. Nec enim, quum materiam *rem* dicimus *extenſam*, his verbis ſignificare volumus, diſtinctum aliquid eſſe *rem*, & aliud rurſus *extenſionem*; verum hoc indicamus, eam eſſe *extenſionem* ſeu *diſtantiam* re vera exiſtentem, aut ipſam rem extenſam extra animum noſtrum verſantem, non autem ejus formam & notionem. Haec igitur natura, in ſe ſpectata, nihil eſt, quam *aliud extra aliud*, ideoque varium omnino, multiplex, disjunctum, atque dividuum aliquid. Nihil, quod extenſum eſt, modo tale ſit, ut ſentiri queat & magnitudinis nonnihil habeat, ſimplex & unum proprie ac vere eſt, ſed acervus tot ex naturis conſtans, quot in partes dividi poteſt. Praeterea, quum una multitudinis hujus pars ſemper extra aliam exſtet, id ſingularum particularum naturae proprium eſt, ut vim reſiſtendi habeant, aut omnibus aliis extenſis naturis obſiſtant, ne ſemetipſas penetrent aut in eodem, quo illae, ſpatio locoque ſimul exſiſtant & verſentur. Adde unius cubiti diſtantiam aut unius ulnae longitudinem, latitudinem, & altitudinem alteri ejusdem generis, & altero eam tanto majorem efficies, eo quod, quin una extenſio extra alteram conſiſtat, nullo fieri modo poteſt. Altera magnitudo numquam conſumet ac imbibet alteram, neque dimenſiones umquam videbis a dimenſionibus penetrari. His accedit, magnitudinem ſeu extenſionem per ſe nihil eſſe, quam rem externam, in qua nihil ineſt aut virtutis aut efficientiae. Omnis ejus virtus in eo primum eſt, quod res alias extenſas repellere valet, ne ſuam ingrediantur & occupent naturam: quamquam hoc ipſum non tam phyſica quadam efficientia, quam neceſſitate logica efficit, quum ipſius extenſionis hoc pro-

Digitized by Google

proprium ſit, alia non ferre corpora. Deinde & hoc naturae extenſae datum eſt, quod moveri poteſt de loco in locum: in quo ipſo rurſus unice patitur; etenim nullum corpus aut extenſa res tantum in ſe valet, ut ſemetipſam movere aut agitare queat.

§. XLVIII. His concluſis & conſtitutis, perſpicuum eſt, ſi nulla eſſet in orbe hoc terrarum, praeter magnitudinem & extenſionem, natura, nullam quoque in eo motionem, nullam actionem, nullam vitam, cogitationem, conſcientiam, nullam denique intelligentiam, appetitionem & voluntatem fore: quibus tamen rebus maximam partem hujus univerſitatis contineri, nemo neſcit. Cuncta vitae omnis & ſenſus inania jacerent, nec ulla natura invadere aliam aut in eodem, quo illa, ſpatio ſimul exſtare poſſet. Quocirca veritas ipſa nos & ratio monent, ut aliud eſſe genus naturarum, extenſionis illius & magnitudinis plane diſſimile, decernamus, quod per ſe vitae, cogitationis, & efficientiae particeps ſit. Namque has virtutes primo in proprietatibus extenſionis aut illis rebus, quae magnitudini poſſunt accidere, haud numerari poſſe, id vel inde liquet, quod cogitationem ſine extenſione, ac viciſſim extenſionem ſine cogitatione meditando effingere queamus. Modum vero rei cujusdam ſine illa re, cui tamquam modus ineſt, concipere, rationi repugnat. Equidem, quoties mecum cogito, multo plus veritatis ſine controverſia vitam & cogitationem habere, quam meram extenſionem & magnitudinem, utpote quae propius ceteris rebus abeſt a nihilo, rerumque omnium eſt ultima, non poſſum aliter, quin eos mirifice ab ingenio ſuo deludi putem, qui facile a ſe impetrant, ut hanc extenſionem ſeu magnitudinem ſolam eſſe naturam illam, quae per ſe ſubſiſtat, reliqua vero omnia ex ea generari & in eam, quum intereunt, reverti credant. Quamvis enim vita illa ſecun- 1116
daria & aliunde delibata, ut a philoſophis vocatur, qua corpora diriguntur animalium, adeſſe poſſit & abeſſe ſine naturae ejus, in qua ineſt, pernicie, nec per ſe conſiſtat; haud tamen video, cur primaria illa vita aut omnis vitae fons non eodem jure pro natura per ſe ſubſiſtente haberi debeat, quo magnitudo & extenſio. Aeque deinde a ratione remotum eſt, ſuſpicari, extenſionem & vitam ſeu cogitationem duas eſſe unius ejusdemque naturae, membratim & minutatim conſideratae, imperfectas notiones. Quibus hoc videtur, illis aut omnem rem extenſam, id quod philoſophis placet, qui vitam attribuunt materiae, ſine vita & cogitatione numquam eſſe, aut ſaltim vitam omnem & cogitationem extenſam eſſe, exiſtimandum eſt. Cui quidem ſententiae conſequens & conſentaneum eſt, ut mentes omnes & animi, ne ipſo quidem ſupremo Numine excepto, pro vita & cogitatione extenſa, aut vero pro vivente & cogitante extenſione habeantur. Nec enim, his ſi fidem habeas, aliquid non extenſi in tota rerum invenias univerſitate: quidquid conſiſtit & revera eſt, id extenſum illis ducitur: quidquid autem extenſione vacat, id *ipſo facto* nihilum & nullum eſt. Verum hos idem illud refellit, quod jam antea inculcavimus, nec vitam, nec mentem, nec cogitationem, nec ullam rem aliam, quae a naturis proficiſcitur cogitantibus, ſapientiam, ſtultitiam, virtutem, vitium, ut rem intelligi poſſe a nobis longam, latam, altam, craſſam, aut menſurae ſubjectam. Quod quum certum ſit & exploratum, abunde ſimul conſtat, vitam & extenſionem non complicata eſſe poſſe & inter ſe miſta: ex quo conſequitur, eas non eſſe duas unius ejusdemque naturae

Digitized by Google

turae imperfectas notiones, verum duas naturas prorsus inter se discrepantes ac toto genere diversas. Mentes atque vitae res sunt ita in se confertae ac compactae, ita ipsa natura sua simplices & uniformes, ut nullo modo in re prorsus extra semetipsam diffusa, distante, in partes innumerabiles scissa collocari, aut per eam totam, quatenus extensio ejus patet, diffundi queant. Nec tam acuto quisquam mortalium est ingenio, ut quemadmodum tot, tamque variae magnitudinis cujusdam extensae partes conjunctis studiis & sociatis operis ad unam eamdemque simplicem & individuam cogitationem producendam concurrare, aut qua ratione totus ille rerum acervus aut fasciculus una possit esse natura cogitans, consequi ac comprehendere valeat. Natura cogitans uniusmodi est, simplexque prorsus natura, non vero agmen quoddam naturarum per se constantium. Contra nullum corpus, nulla res extensa una est, sed ex variis coagmentata est rebus, quarum vel minima & ultima per se vere ac reapse consistit & permanet.

§. XLIX. Quodsi jam cogitationis ipsius naturam curatius scrutemur, & in quo ea sit actionum genere, exquiramus, multo etiam plus huic rei lucis & roboris accedet. Res extensa quidquid suscipit & agit, id ad unum omne refertur motum: Mutat enim distantiam tantum aut ex uno loco in alium transfertur locum. Quod quidem totum externum est, neque praeter extremitatem rei aliquid attingit. Verum longe alia cogitationis, intelligentiae, imaginationis, & voluntatis indoles est ac ratio. Quae quidem res non solo motu absolvuntur, aut partium junctarum inter se, locumque ac intervalla mutantium adscensu vel descensu, sed interiori quadam virtute ac efficientia, id est, tali, quae intra ipsam ejus, quod cogitat, naturam aut in intimis ejus recessibus recondita latet, sine controversia perficiuntur. Duplex igitur quum sit in rerum natura efficientia, duplicis quoque generis naturas esse per se subsistentes, perspicuum esse debet. Aliae nimirum cuncta perficiunt exteriori quadam vi, nec inclusum tenent aliquid intra se & abditum: Aliae vero interiori virtute quadam gaudent, cujus ope per se, intra se, in se, quod volunt, efficiunt, ita ut actiones earum intra ipsos naturae suae fines committantur. Naturam enim illam, quae cogitat, rem esse naturaliter interiori quodam profundo, ut sic loquar, praeditam, id vero extra omnem positum est controversiam. Hae igitur rationis & consilii compotes naturae in ea sui parte interiore, in qua sic agunt, laborant, ac meditantur, aliquid alti, lati, & longi habere nequeunt: quod si haberent, externa tantum quaedam res illa esset natura, in qua hae proprietates essent. Quamobrem, si, quod multis placet, verum esset, nullam esse naturam cogitantem, nullam mentem, nullum animum, qui ab omni extensione ac magnitudine remotus sit, haec tamen magnitudo vel extensio partem tantum naturae illius externam constitueret. At praeter hanc insit oportet in ea pars quaedam alia intestina, omnis extensionis expers, nec inflata ulla ratione ac tumida, nec locis aut partibus distans, nec denique multiplex & dividua. Qualis quidem res nullo prorsus modo parte sui quadam in hac exsistere potest extensionis illius portione, alia vero parte in alia, quasi alterum dimidium
1117 mentis seu cogitationis in uno esset extensionis dimidio, alterum in altero. Necesse contra est omnino, totam mentem individuam & in toto illo extenso, & in singulis ejus partibus esse. Quod si enim vel vicesima quaelibet, vel centesima pars extensi hujus non absolutam & perfectam contineret vitam mentemque, sed ejus tantum

Digitized by Google

tantum vitae partem viceſimam vel centeſimam, nulla plane pars ejus veram haberet vel vitam, vel mentem, nec idcirco in tota re ulla vera eſſet vita & ratio. Taceo, neminem intelligendo umquam conſequuturum eſſe, qui fiat, ut tota illa moles extenſa res una ſit, unam perſonam conſtituat, unum hominem efficiat, niſi naturam unam omnis diviſionis prorſus neſciam univerſae rei praeſidere, cunctas ejus partes arcere ac complecti, denique ſemetipſam per totum diffundere, decernat. His vero, quae diximus, effectis, nulli amplius obſcurum erit, quare totum hoc, quod ſimul in re tota & in ſingulis ejus eſt partibus, quidquid etiam tentent ac agant homines, ſemper nutui ac voluntati eorum, ſpiritus inſtar, obſequatur, nec umquam eos deſtituat. Jam vero unam eamdemque naturam & extenſam ſimul eſſe, & non extenſam, abſurdum plane dictu eſt. Quare id unum relinquitur, ut eos, qui mentes non verentur rationis participes extenſas opinari, quibus partes extra partes ſint, temere ac imprudenter duas naturas toto genere diverſas, extenſam & non extenſam, corpoream & corpore vacuam confundere inter ſe atque miſcere, putemus. Haec licet ita ſint, hoc tamen diffiteri nolim, eos, qui hac ſunt opinione imbuti, non omnem prorſus veritatem praeteriiſſe, verum aliqua ex parte ad eam acceſſiſſe: namque omnes naturas finitas, quae corpore vacant, naturali tamen vinculo corporibus alligatas eſſe, certum eſt, ſic ut binis haec animalia ex partibus conſtent & coagmentata ſint, altera externa, quae extenſa eſt, altera interiori, a qua omnis extenſio abeſt. Utraque harum naturarum revera diſcrepat ab altera; at utraeque tamen junctae ſunt ac ſociatae, communem ut una vivant vitam.

§. L. Colligamus totius diſputationis ſummam. Duo ſunt in hac univerſitate naturarum genera. Aliae extenſae ſunt & magnitudinis compotes. Hae extra mentem reapſe exiſtunt, nec uniusmodi ſunt ac ſimplices, verum infinite ſecari poſſunt ac dividi, nihil intus habent abditum & reconditum, ſed totae ſunt externae & ſenſibus patent; poſtremo nil agere queunt & efficere, ſed ab aliis corporibus impulſae moventur & locum relinquunt, quem occupaverant. Aliae vero vita & mente abſolvuntur unice. Hae per ſe ſuaque vi agunt cogitantque, totaeque ſunt interiores & abditae; dum vero agunt, non loco moventur, ſed intra ipſam ejus, qui cogitat, naturam aut in intimis ejus latebris virtutem ſuam exercent & edunt. Quam ob cauſſam & id, quod cogitat, tametſi extenſum haud ſit, interiorem tamen aliquem receſſum, τὸ βάθος, *profundum* quoddam naturale habeat, neceſſe eſt. Atque hoc res ejus eſt naturae ac indolis, ut tam totam, ſive major, ſive minor ea ſit, corporis ſeu materiae molem, quam ſingulas ejusmodi molis partes tota verſare ac agitare, eam penetrare, uno denique in loco cum ea exiſtere queat. Quae quum ita ſint, manifeſto peccant, qui naturam hanc ut punctum quoddam vel mathematicum, vel phyſicum, ut abſolutam quamdam parvitatem, aut ut minimum eorum, quae extenſa ſunt, ſpectant. Etenim non modo partem quamdam interiorem, τὸ βάθος, profundum aliquod, in quo ſibi meditatur & operatur, habet, ſed etiam certa quadam amplitudine poteſtatis extra ſe agendi, virtuteque corpora incitandi ac propulſandi valet. Quod quum expenderet ſecum *Plotinus* loco ſupra laudato, rem affirmavit corpore vacantem, nec extenſam, corpore omni craſſiorem eſſe. Corpus enim quum aliter exiſtere nequeat, quam ita, ut ſingula ejus puncta in tot punctis ſpatii ſint,

haec

haec ſimplex individuaque natura & totum ſimul extenſum comprehendere & arcere, & ſimul in qualibet ejus parte tota praeſto adeſſe poteſt. His poſtremo adjici debet, omnes naturas corpore vacantes, quae finitae ſunt, numquam a corpore quodam ſejunctas vivere. In unaquaque natura creata, quae ratione praedita eſt, corpus & animus unum conſtituit abſolutum perfectumque animal, quod parte ſui quadam corporeum eſt, parte alia corporis expers vivit. Altera ejus pars interior prorſus eſt, nec extenſa, altera vero & externa & extenſa. Et hujus quidem interventu & auxilio fit, ut illa modo in hoc, modo in alio ſit ſpatio, locumque deſerere & diſtantiam mutare valeat.

§. LI. Atque haec ſunt, quae ex mente ac ſententia veterum philoſophorum, qui negarunt naturas corpore vacuas extenſas eſſe, diſſerenda nobis eſſe duximus; partim quo vanitatem & imbecillitatem argumenti, quod praemiſimus,
1118 impiae cohortis contra naturas corpore abſtractas oſtenderemus, partim quo genus hoc philoſophorum ſapientius eſſe doceremus, quam illi putant, quibus omnis inſipiens videtur religio. Si quam vim his rationibus tribuam, quas fideliter retuli, quaerat aliquis, hoc quidem primum fidenter confirmo, id per eas confici & extra omnem collocari controverſiam, eſſe alias, praeter corpora, naturas: Addo, iisdem homines, qui religiones omnes aſpernantur, eo adduci poſſe, ut naturas illas aut non eſſe fateantur extenſas, aut a fundamentis diſciplinae, quam profitentur, deſciſcant. Etenim ſolet genus hoc, omne, quod extenſum eſt, corpus etiam eſſe, putare. Utrum vero haec argumenta tanto valeant robore, ut cauſſam eorum, quibus videtur οὐσία eſſe, ἀμεγεθὴς, ἀδιάστατος, ἀμερὴς, & ἀδιαίρετος, *ſubſtantia magnitudine vacans*, *non diſtans*, *partibus deſtituta*, *individua denique*, extra omne diſcrimen ponant, nec ne, id mihi haud dijudicandum ſumo, verum aliorum ſagacitati conſiderandum relinquo. Hoc quidem certum eſt, eos, quibus haec ſententia diſplicet, homines a Deo & religione averſos, illis primo ſtatuendum eſſe, quamlibet cogitationem, & quidquid praeterea pertinet ad animum, cognitionem, exempli cauſſa, & virtutem non modo mente ac ratione, aut mathematicorum more dividi poſſe, ſic ut dimidiam, tertiam vel quartam cogitationis partem concipere animo liceat, ſed etiam, non ſecus ac animum, in quo haec reſident, phyſice ſegregari, ſecari, & diſcerpi poſſe. Neque minus perſpicuum eſt, eosdem omnem interiorem efficientiam tollere atque negare oportere, eſſe aliud actionis genus, praeter id, quod extremitate rerum perficitur, aut praeter motionem & mutationem loci: cui conveniens eſt opinioni, omnem cogitationem nihil eſſe, quam motionem aut translationem. Poſtremo & hoc apertum eſt, defendendum illis eſſe, duae ſi naturae ſint ſociandae, id binis tantum fieri modis poſſe, ut vel altera juxta alteram collocetur, vel altera poros alterius ingrediatur, ut aqua retis, ejusque intervalla patentia repleat.

§. LII. Ergo prima jam expoſita eſt ratio, qua quod ſupra propoſuimus impii generis argumentum adverſus naturas corpore vacuas infirmari ac everti ſolet. Quamvis

(x) *Autumant*] Supra jam aliquot locis diximus, non paucos & veteris & recentioris memoriae theologos & philoſophos huic ſententiae deditos eſſe.

(y) *Queat*] Ego vero metuo, ne utrique mediam hanc opinionem tam eſſe obſcuram conquerantur, intelligi ut nullo modo ab illis queat, qui notionum potius vocabulis ſubjectarum, quam nominum & vocabulorum ipſorum rationem ſibi habendam eſſe ducunt. Neſcio, num tantum mihi ſit

Digitized by Google

Quamvis omne illud, quod extenſum eſt, corporeum ſit, non tamen omnia extenſa ſunt, verum animus, ratio, & cogitatio nec diſtenduntur, nec diſtant, nec denique partitionem ſubire queunt. Verum, id quod antea jam indicavimus, non deſunt viri graves & eximii inter eos, qui naturas diſputant eſſe corpore ſecretas, qui, quoniam verentur, ne, ſi Deus atque animi omni prorſus extenſione priventur, in nihilum illi prorſus abeant, multo aliter divinae rationis adverſarios hac in cauſſa comprimendos eſſe judicant. Hi igitur verum illud fatentur eſſe, quod divinitatis hoſtes ſibi dari poſtulant, quidquid exſiſtit, id extenſum eſſe: verum alterum illud, quod iidem pro certo & minime dubio habent, rejiciunt, omne quod extenſum eſt, id corporatum eſſe. Aliud enim affirmant extenſionis eſſe genus, quod a corporea extenſione toto genere differat: Corporum quidem extenſio penetrari ſeſe non patitur, nec ulla ejus pars alteram intrare partem valet; eadem, quia partibus conſtat, quae natura ſeparari & ſegregari poſſunt, non cogitatione tantum, verum etiam reapſe dividi ac ſecari poteſt. At aliam eſſe rationem hi viri eruditi confirmant extenſionis illarum rerum, quibus nihil adhaereſcit corporei: eam enim & penetrari poſſe & ita eſſe individuam, ut nulla ejus pars a finitimis ſibi & contiguis partibus aut a toto avelli queat: In hoc ajunt extenſionis genere vitam eſſe, cogitationem, & intelligentiam: Deum quidem infinite hoc modo extenſum eſſe, reliquas autem mentes creatas finite; quarum idcirco extenſionem nunc contrahi, nunc viciſſim dilatari poſſe (*x*) autumant. Noſtrum hoc in loco haud flagitat officium, ut cum illis confligamus, qui Deum eſſe fatentur, ſed ut eos ad ſanitatem revocemus, quibus odio Deus eſt. Itaque utrique huic generi, quod naturas eſſe ducit corpore liberas, hanc controverſiam placide ac ſapienter diſceptandam trademus. In qua quidem diſputatione tanto illos aequius, moderatius, & amicius utrinque verſari oportebit, quanto veri videtur eſſe ſimilius, fataliter quodammodo nonnullos ut aut illam, aut hanc amplecterentur & foverent ſententiam impulſos & incitatos eſſe. Ego interea, tametſi neutri derogatum aliquid velim ſententiae, hoc tamen non poſſum, quin confitear, poſteriorem opinionem multum habere momenti ac utilitatis ad nonnullos in officio erga Deum continendos, qui tam anguſtis & aegrotantibus ſunt animis, ut nec divinam naturam, nec ullam rem aliam non extenſam informare cogitatione ullo 111
modo valeant. Quamquam nec deerunt fortaſſis, qui mediam inter hos diſſentientes viam praeferent, & utrosque ſic componere nitentur, ut Deum quidem prorſus non eſſe extenſum, verum ubique totum praeſentem ſtatuant, finitas vero mentes exiſtiment, tametſi parte ſui interiori non ſint diſtentae, quatenus nimirum vita ſunt & ratio, ſemetipſas tamen in certam quamdam extenſionis externae amplitudinem diffundere, per quam ita certo cuidam ſpatio alligatae ſint, ut ſimul totae in ſingulis ejus partibus adſint. Hanc autem extenſionem externam non ferent in corporibus numerari, partim quod penetrari, contrahi & dilatari, partim quod nulla ejus pars a reliquis, corporeae cujusdam rei inſultu ac incurſione, ſeparari & ſecerni (*y*) queat. Duae itaque jam patent viae, quibus hominum religioni

ſit ingenii & perſpicientiae, quantum ſatis eſt, ad res tam ſpinoſas & abſtruſas rite dijudicandas: hoc vero libere confirmo, arduum mihi prorſus intellectu eſſe, quidnam ſibi velit vir doctiſſimus, quum naturas in ſe nec extenſas, nec ullo modo corporeas, *in certam quamdam extenſionis externae amplitudinem* (accurate verba Anglica reddidi) ſeſe *diffundere* poſſe dicit. Verba video & lego ſatis magnifica & ſplendida: ſententiam vero, quae ſubeſt illis, fruſtra quaero. Equidem quod illa

animi denotante, naturam faciant per ſe ſubſiſtentem aut mentem, toti terrarum orbi praeſidentem & leges (z) ferentem.

§. LIV. Haec illi, quibus Deus jocus & ludus eſt. Nos ad ea primum univerſe reſpondemus, cuncta haec, quae tam confidenter diſputant, temere & otioſe conficta & excogitata eſſe. Nec enim fides eorum ac ſententia, qui Deum & naturas eſſe credunt corpore vacantes, lubricis his fundamentis & rationibus, quas ipſis ludens dictitavit ingenium, nititur. Quod ad illud ſigillatim attinet, quo vix aliquid cogitari poteſt amentius & impudentius, quod Deum fabulam eſſe adſeverant, quam hominis ingenium formidine ac pavore conturbatum produxerit, ſummumque Numen terrorum omnium Regem atque magiſtrum ſtatuunt, id abunde jam confecimus, quum primum ſceleratae, quae Deum oppugnat, familiae argumentum disjiceremus. Iſto enim in loco idoneis & validiſſimis convicimus rationibus, non eſſe modo in hominum animis anticipatam quamdam ſupremi Numinis notionem, verum etiam, quo quis majori praeditus eſt ratione ac judicio, eo ipſi meliorem ac certiorem videri debere diſciplinam eorum, qui Deum reverentur. Nullum certe eſt mathematicorum praeceptum, cui clariorem conciliare lucem ac perſpicuitatem liceat, quam eorum ſententiae, qui Deum eſſe credunt, modo animum aliquis integrum, nec vel temere fumtis opinionibus inquinatum, vel libidinum & vitiorum amore, quibus acies obtunditur ingenii, excoecatum ſecum afferat. Planum ſimiliter ac teſtatum ſupra fecimus, falli eos magnopere, qui ſentiant, quae de reliquis feruntur praeter Deum ſpiritibus ac geniis, ea, non ſecus ac lemures, quos ſibi pueri fingunt, ex metu rationem pervertente profecta eſſe, ſed vera illis viſa, quibus omnium aetatum referta eſt Hiſtoria, occaſionem dediſſe. Quae viſa ſi defuiſſent, nec cuiquam contigiſſent hominum, tam conſtanter ac univerſe haud fuiſſet haec doctrina inter homines ſervata & cuſtodita. Neque rationem ullo modo huic adverſari ſententiae, declaravimus. Quemadmodum enim terrena ſunt animalia, ſic quominus etiam aërii & aetherii generis ſint animantia, nihil obſtat. Inſanus vero & nil niſi terrena ſapiens, quo humanae mentes laborant, ſtupor, is efficit unice, ut tam propenſi ſimus ac proclives plerique ad credendum, nullas eſſe in mundo naturas intelligentiae participes, quae vincant hominem, ea vero, quae praeter nos in orbe terrarum ſunt, vitae prorſus omnis inania eſſe, denique ſi excipias, quae tangi poſſunt ac videri, naturas, nihil usquam vere exſiſtere. Non profecto Deus commentum quoddam eſt aut ſomnium aegrotantis animi, ſed multo plus, quam cetera omnia, natura ejus veritatis habet: utpote, qua demta & ſublata, quae reſtant univerſa nugae & ludus erunt, quoniam illa ſola per ſe & neceſſario exſiſtit. Igitur qui Deum eſſe negant, aut homines ſint neceſſe eſt obtuſi judicii ac

& dirimendam committo. Utraque pars difficultatibus premitur, quibus ſolvendis & explicandis nemo mortalium par eſt. At propiores tamen ſibimetipſis, quam putant, mihi videntur eſſe multi eorum, qui de hiſce rebus acriter inter ſe contendunt. Namque plurimi eorum, qui Deum & animos extenſionis eſſe ſtatuunt participes, quum poſtea ad hujus ſententiae illuſtrationem & extenſionis, quam ſpiritibus tribuunt, declarationem pergunt, tot opinionem ſuam ſepimentis vallant, totque diſtinctionibus muniunt, ut ab ea parte, cum qua diſſentire volunt, parum abeſſe videantur.

(z) *Ferentem*] *Hobbeſium* haec omnia feriunt, qui non multum alienus videtur eſſe, quod alias jam monui, ab hac ſententia, ex nominibus & vocabulis abſtractis, itemque ex formis & notionibus rerum doctrinam de geniis & ſpiritibus omni

Digitized by Google

ac ingenii, aut vero ſingulare ac mirabile fanaticorum genus, quod ſimul odio religionem habet.

§. LV. His igitur miſſis, de quibus jam expoſuimus, id nunc in primis ut apertum fiat, elaborabimus, neque notionum a rebus abſtractarum vocabula & nomina, quae homines perridicule pro rebus & naturis vere exiſtentibus habuerint, neque Scholaſticorum doctorum, quas aeternas eſſe diſputarunt, *eſſentias* fraudi fuiſſe mortalibus, ut naturas eſſe ſimplices & omni concretione liberas, Deum item corporis omnis neſcium eſſe, crederent. A poſteriori exordiar. Nulli umquam eorum, qui Scholaſtici nominantur doctores, in mentem venit, eſſe hominem quemdam aut equum *univerſalem*, per ſe ſolum exiſtentem, atque ab omnibus viris equisque diſtinctum. Neque quisquam eorum tam inſicetus & lepidus fuit, ut metaphyſicas hominum fato defunctorum eſſentias in orbe remanere, corporibusque veſtitas aëriis inter ſepulcra umbrarum vagari modo duceret. Fieri enim ullo modo nequit, ut vera rei cujusdam eſſentia ſegregetur ab ipſa re, aut aeterna ſit, ſi res ipſa aeternitate careat. Quod ſi hi Scholaſtici philoſophi rerum eſſentias pro naturis habuiſſent corpore ſecretis, non potuiſſent, quin res omnes, ne ipſis quidem corporibus exceptis, mentes eſſe naturasque corpore vacuas cenſerent, nec non ea, quae rebus accidunt, quoniam & his ſuae ſunt eſſentiae, in rebus per ſe ſubſiſtentibus haberent. Sed quid verbis opus? Quae Scholaſticis *eſſentiae* vocantur, aeternaeque dicuntur eſſe, nihil ſunt, quam *eſſentiae* rerum, quas mens noſtra ſibi fingit & ratio, aut naturae rerum, quatenus a nobis intelliguntur & animo comprehenduntur. Quo ſi ſenſu vox haec accipiatur, non erit, opinor, ſapiens quisquam, qui eſſentias rerum, ſphaerae, exempli cauſſa, aut trianguli, aeternas eſſe, nec umquam conditas & factas neget: quales niſi eſſent, nec aeternae eſſent, quae ad illas pertinent, veritates. Vis omnis & ſententia nimirum praecepti hujus: *Eſſentiae rerum ſunt aeternae*, haec eſt: *Cognitio ſeu ſcientia aeterna eſt*. Eſt aeterna quaedam & infinita mens, quae naturas, notionesque rerum omnium, ſive reapſe exiſtant, ſive ex eo tantum ſint genere, quod fieri & eſſe poteſt, totas complectitur & perſpicit, quomodo unaquaeque res neceſſario ſeſe ad reliquas habeat, intelligit, cunctas denique immutabiles, quae pertinent ad eas, veritates callet & cognoſcit. Quocirca tametſi aeternae hae eſſentiae nec mentes ſint, nec naturae corporis expertes, ſed animi tantum notiones, formae, ac νοήματα, nemo tamen de veritate earum certus eſſe poteſt, quam in dubium vocari a nemine poſſe, antea oſtendimus, quin ſimul profiteatur, eſſe unam mentem aeternam perfectiſſimamque, Deum corpore omni vacantem, qui & ſemetipſum, omnemque poteſtatis ſuae amplitudinem comprehendat, quid fieri poſſit vel non poſſit ſentiat, rerum omnium naturas perſpectas habeat, denique exemplar totius mundi contineat, quod quum eum conderet, ob oculos veluti poſitum habuit & (*a*) ſequutus eſt.

§. LVI. Verum inſtant, qui religionem inſectantur & Deum, Scholaſticos doctores

corpore vacuis, magnam partem naram eſſe. Sed nusquam tamen philoſophus hic opinionem hanc ad divinae naturae oppugnationem transfert; nec, ſi viveret, omnia quae hic ipſi crimini dantur, conſectaria pro ſuis haberi vellet. Occultas homo hic religioni omni & pietati ſtruebat inſidias, ſacro-

doctores & Metaphyſicos ideo unice decernere, vitam & cogitationem nec corporis eſſe actionem, nec in rebus illis eſſe, quae ad corpus pertinent, verum per ſe ſubſiſtere, eaque de cauſſa exſtincto homine inter monumenta mortuorum volitare poſſe, quia vitam & cogitationem ratione ac meditatione a corpore ſeparare ac ſeorſum conſiderare nobis licet. Hoc ipſum vero ſatis oſtendere, rerum corpore ſecretarum vocabula & nomina tam imprudenter uſurpari ab hoc genere, ut ex illis naturas faciant ſimplices corporisque inopes. Ad haec nos ita. Si philoſophis his univerſe propoſitum fuiſſet, nomina & vocabula proprietatum, quas ratione ſejungere poſſumus a corporibus, in naturas convertere corporis inanes, omnes illi haud dubie corporum affectiones & qualitates, frigus & calorem, nigrorem & candorem, inter naturas retuliſſent corpore carentes. Quis vero umquam ejusmodi quid hoc genus fuiſſe auſum, vel ſando accepit? Verum cum his corporum affectionibus ſenſum interiorem ſeu cogitationem non decet componere, licet ea quoque in rebus ſit illis, quae a corpore ſecretae ſunt. Etenim haec non eſt corporis, aut alius cujusdam rei qualitas, quod in hac argumentatione temere aſſumit impiorum hominum familia, quo rebus ſuis ſerviat, verum alius cujusdam naturae, cui nihil cum corpore commune eſt, naturalis proprietas. Quemadmodum extenſio ſeu magnitudo non ex illis rebus eſt, quae corpori accidunt, verum ipſam corporis naturam & *eſſentiam* conſtituit.

§. LVII. Satis adhuc copioſe adverſus ea dimicavimus, quae in impii generis argumentis ornatu atque dignitate praeſtare ceteris videntur. Nunc e re noſtra & religionis erit, ut, qua fieri poterit brevitate, quae minoris momenti ſuperſunt 1182
rationes, ſummatim perſequamur & refellamus. Quae ſequuntur quatuor argumenta divinitatis hoſtium, quintum, ſextum, ſeptimum, & octavum, ad Deum corporeum de medio tollendum unice comparata ſunt. Sumunt ſibi hoc in illis, qui his rationibus utuntur, corporibus hanc rerum univerſitatem contineri & abſolvi. Quo concluſo, hoc deinde conficiunt, nullum eſſe Deum, ſeu nullam mentem aeternam, quae hunc orbem & fabricata primum ſit & perpetuo procuret & adminiſtret. Haec omnia contemnere poſſunt ſilentioque praetermittere germani divinitatis adſertores ac vindices, qui Deum ſtatuunt corpore omni vacare. Ad hos enim unice haec cauſſa pertinet, qui aut Stoicorum probant diſciplinam, aut alio modo, tametſi Deum affirment eſſe, corporum omnia eſſe plena tuentur. At nihilo tamen minus ſcita Atheorum, quae quinto ſextoque argumento urgentur, quo praeter corpora nihil eſſe doceant, eatenus expendere ſtatuimus, ut ex ſumma eorum infirmitate & incredibili amentia fieri non poſſe concludamus, quin natura ſit quaedam a corpore disjuncta. Quo confecto & dato, conſequetur alterum hoc, quod volumus, Deum eſſe.

§. LVIII. Binae offerunt ſeſe nobis hic hominum religioni & Deo adverſantium ſententiae, quae hoc unice nituntur praecepto: Conſtat rerum natura corporibus. Altera qualitates generari ac corrumpi autumat, quod impietatis genus Graeco

ſacrorumque antiſtites, omniaque eorum & acta & inſtituta & clam & aperte laceſſebat: hinc fieri non poterat, quin hi mala quaevis de eo ſuſpicarentur, ſententiisque ejus plus impietatis & veneni putarent ineſſe, quam verba, quibus eas explicabat, prae ſe ferrent.

(a) *Sequutus eſt*] Copioſius & eruditius de *eſſentiis*, quae vocantur, earumque ſtabilitate & acci-

Digitized by Google

Graeco vocabulo, *Hylopathicum* nominare licebit. Altera atomorum omni qualitate deſtitutarum regno ad religionem funditus ex hominum animis evellendam abutitur. Superior antiquitate praeſtat multum huic, nec immerito prima veluti forma aut ἀναγεγραμμένη ſtultae illius, quae Deum ferre recuſat, ſapientiae dicitur. Auctor enim (*b*) *Ariſtoteles* nobis eſt, illos, qui principes Deum adorti ſunt, docuiſſe, corpus ſeu materiam, id eſt, extenſam magnitudinem unam eſſe illam aeternam naturam, unde reliqua univerſa prodierint, & ad quam viciſſim revertantur & redeant. Quidquid igitur in orbe terrarum eſt, id, ſi cum his conſentire velis, credendum tibi eſt, nihil eſſe, niſi qualitates, affectiones, & proprietates unius materiae, quae generentur & rurſus corrumpantur, aut ex nihilo educantur & ad nihilum redigantur iterum. Ex quo quidem hoc neceſſario conſequitur, non eſſe vitam ullam aut intelligentiam aeternam, nec aliunde genitam; naturamque illam, quam mentem dicimus, nec Deum eſſe, nec genitorem naturae rerum, verum rem genitam & conditam.

§. LIX. Nos hoc genus philoſophiae Deo inimicae, quod omnia, quibus haec univerſitas abſolvitur, aut ad materiam ipſam, aut ad qualitates & affectiones materiae refert, quas & gigni & corrumpi putat, *Anaximandrinum* ſupra nominavimus. Nec tamen ego negem propterea, disjunctos fortaſſis inter ſe quodammodo ſententiis fuiſſe hujus ordinis philoſophos: nec, quod *Simplicius* & alii ſcriptum reliquerunt, ignoro, *Anaximandrum* materiae adjunxiſſe qualitates ſempiternas, nec umquam factas, aut, qualem poſtea *Anaxagoras* confinxit, *homoiomeriam* credidiſſe: Fateor potius, hanc mihi ſententiam haud improbabilem videri. At diſſenſit tamen nonnihil ab *Anaxagora Anaximander*. Nam mentem aliquam aut vitam non factam aeternamque omnino eſſe negavit, contra quidquid usquam vitae ac rationis exſtat, omnes animos, omnesque mentes natas eſſe cenſuit atque ex fortuita ſimilium corpuſculorum concurſione, aut qualitatum diverſarum, frigidi & calidi, dulcis & amari, ſimiliumque, temperatione exſtitiſſe: a quibus praeceptis alienus plane fuit *Anaxagoras*. At nihilo tamen minus, quum haec ita non ſint explorata, nihil ut de illis dubitationis reſtet, atque inter omnes hos veteres divinae rationis contemtores convenerit, vitam & intelligentiam aut ad primarias, aut ad ſecundarias corporum qualitates pertinere, gignique ac rurſus interire, haud mihi neceſſarium vel opportunum viſum fuit, plura philoſophorum in Deum injurioſorum genera conſtituere, verum ſatius eſſe putavi, ad unum has ſententias genus referre, idque promiſcue *Atheismum Hylopathicum* aut *Anaximandrinum* appellare.

1123 §. LX. Sequitur alterum impiae philoſophiae genus, quod in ſexti argumenti expoſitione adumbravimus. Id pariter aſſumit, totam hanc univerſitatem materia unice conſtare, ejusque ſemina & initia vita & ratione carere: qualitates omnes, quas vulgus ineſſe cenſet corporibus, rejicit, resque omnes, ſi materiam excipias, ipſam quoque vitam & rationem, ex variis magnitudinum, figurarum, ſituum, ac motuum coagmentationibus, aut ex diverſis atomorum, qualitatibus prorſus

aeternitate *Cudworthus* in ſubjecto huic volumini libro: *De aeternis juſti & honeſti notionibus* agit *Lib.* IV. *Cap.* 3. 4. 5.

(*b*) *Ariſtoteles*] *Metaphyſ. Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 264. *Tom.* IV. *Opp.* Verum tum ad hoc, quam ad ſequens membrum ea conſuli debent, quae

prorsus orbarum, texturis provenire. Vitam ergo hi & intelligentiam non esse censent rem simplicem & inter rerum principia collocandam, verum compositam & aliunde natam, seu ex motu & materia unice genitam. Ex quo efficitur, eam pro Deo principeque terrarum orbis causa nullo modo haberi posse. Hoc illud est impietatis genus, quod *Democriticum* appellavimus, quoniam *Leucippus* & *Democritus* primi auctores ejus sunt. Quamvis enim diu ante hos philosophi exstiterint, qui corpuscula qualitatibus omnibus destituta corporum omnium censuerunt esse principia, praeter tamen corpus aliam illi quoque naturam putarunt esse corporis expertem. Hi vero, (c) *Laërtio* auctore, principes in eam ingressi sunt sententiam ψυχὰς τ̃ ὅλων ἀπέφηνε, *corpuscula vita vacua*, quarumcumque rerum, ipsius etiam vitae, rationis, & animi semina & elementa esse.

§. LXI. Certe si quis haec duo secum statuit; Primum: Quidquid est, id corpus esse, Alterum: Corporum omnium initia & semina vita omni & intelligentia carere, is non potest non hoc tertium probare: Nullus est Deus corporeus. Hinc Stoici, qui corporibus hanc rerum universitatem adseverabant contineri & acriter nihilo minus pugnabant, esse Deum aut aeternam mentem, quae hanc rerum naturam machinata sit, id ferre nullo modo poterant, quod *Democriti* sectatores sibi dari volebant, semina & principia corporum nec vitae aliquid, nec rationis habere. E contrario ignem quemdam aeternum, ex nulla re natum & intelligentiae simul mentisque compotem comminiscebantur, quem hanc rerum universitatem condidisse ac construxisse ducebant. Quamquam hoc si concedatur huic generi, quod sibi postulant dari, esse corpus quoddam aeternum & vivens & sapiens, numquam tamen id amolientur a se, quod *Origenem* saepenumero illis objecisse legimus, fieri posse, ut hic Deus corporatus intereat aliquando & dissolvatur: (*) ὁ Θεὸς τοῖς Στωϊκοῖς ἐστι σῶμα, οὐκ ἀϊδιωτέρως λέγων αὐτὸν τιθέντ̃, καὶ δι ὅλων ἀλλοιωτὸν καὶ μεταβλητὸν καὶ ἀπαξαπλῶς δυνάμενον φθαρῆναι, πλὴν τὸ μηδὲν εἶναι τὸ φθεῖρον αὐτόν. *Deus Stoicis corporeus est & mutabilis, omniumque mutationum capax, nihil ut eum corrumpi vetet, si corruptorem habeat & hoc uno nomine sit felix, quod eo careat.* Quocirca non male illi hactenus agunt, qui *sextum* Atheorum *argumentum* urgent, quod Deum corporeum, quoniam dividuus est, statuunt per se naturaque sua non posse a corruptione tutum esse, nec, nisi fortuito & casu, immortalem esse. Quod si enim alia quaedam extra hunc orbem materia esset, quae invadere & ferire Stoicorum Deum posset, aut in eum incurrere partesque ejus disjungere, simplicitas & vita ejus, brevi spatio dissiparetur & interiret. Et hac cogitatione inductus fuit *Origenes*, ut de Stoicorum Deo ita differeret alio loco: (†) ὁ τ̃ Στοϊκῶν Θεὸς, ὅτε σῶμα τυγχάνων, ὅτε μὲν ἐγκυκλίου ἔχει τ̃ ὅλην οὐσίαν, ὅταν ἡ ἐκπύρωσις ᾖ· ὅτε δ τ̃ ὅλης μέρος γίνεται αὐτῆς, ὅταν ἡ διακόσμησις· οὐδὲ γὰρ δεδύνηται ἐπὶ τοσοῦτον τ̃ φύσιν ὁ θεὸς ἐνοῆσαι, ὡς πάντη ἀφθάρτως καὶ ἁπλῶς καὶ ἀσυνθέτως, καὶ ἀδιαιρέτως. *Stoicorum Deus, utpote corpus, interdum mens est, quae totam possidet substantiam, quum nimirum conflagratio contingit: interdum vero ex parte ipsius substantiae generatur, quum mundus instruitur. Isti enim homines non potuerunt quidem clare Dei naturam intelligere, nec perspicere, eum esse omnino incorruptibilem, simplicem nec compositum, nec partibilem.* Haec

(*) Lib. I. contra Celsum p. 17. (†) p. 265.

quae supra copiosius *ad Cap.* 3. de his rebus disputata & a nobis monita sunt.

(c) *Laërtio*] *Lib.* IX. *Segm.* 44. *p.* 573.

(c) *Deus*]

Haec licet ita ſint, haud tamen Stoicos inter divinitatis hoſtes numerare decet. Multo certe meliores & praeſtantiores ſunt illis, qui Deum plane tollunt, atque inter illos idcirco referri debent, qui Deum quidem profitentur, at non talem, qualem profiteri (*d*) decet.

3124 §. LXII. His explicatis, binas haſce diſciplinas, quae concordi animo Deum ideo credendum eſſe negant, quia nihil in rerum natura ſit, praeter corpora, tametſi alioquin diſſentiant, ſimulque corporum ſemina & principia omni vita vacare tuentur, ab omni veritate ac ratione prorſus eſſe remotas & averſas demonſtrare conveniet. Non hic illud iterum tangam, quod (*e*) *Ariſtoteles* jam in earum auctores & defenſores torſit, neutros agentem quamdam & efficientem naturam huic univerſitati praeficere. Nam id ſatis eſt ad inſipientiam utriusque familiae oſtendendam, quod vitam & intelligentiam, quae res tamen vere exiſtentes ſunt, ex materia vitae ſenſusque inope procreatam eſſe, ſeu, quod idem eſt, aliquid ex nihilo natum eſſe adſeverant. Atque hac quidem in re illi, qui ex atomis contra Deum diſputant, alteris haud paullo ſunt ineptiores. Nam quum nihil ſibi rei velint eſſe cum corporum qualitatibus, hanc unam propter cauſſam, quod ex nihilo nihil fiat, ipſi tamen deinde praeceptorum ſuorum immemores, vitam, ſenſum, & intelligentiam, quas vere exiſtere nemo ſanus negat, ex magnitudine, figura, ſitu, & motu, id eſt, ex nihilo educunt. Igitur utraque haec diſciplina prorſus eſt abſurda & ſtolida, nec unde vita & intelligentia prodierint, explicare poteſt, quum utraque materiam profiteatur per ſe nec vitae, nec rationis eſſe participem. Quod quidem valido eſt argumento, fieri haud poſſe aliter, quin alia quaedam praeter materiam res ſit per ſe & naturaliter vita & intelligentia praedita. (*f*) οὐ γὰρ πάντως χρὴ ἐπικτῶ ζωῇ. *Nec enim fieri poteſt, ut omnia vita tantum adventitia, peregrina, & aliunde accepta fruantur.* Verum ſit omnino neceſſe eſt aliquid in hac rerum natura, quod naturaliter vitam habeat nec aliunde traditam acceperit. Omnem ſtatuere, qua natura rerum animatur, vitam generari ac corrumpi rurſus, ex nihilo naſci & ad nihilum denuo reverti, nil aut parum certe abeſt ab inſania. Sit oportet vita quaedam per ſe ſubſiſtens, & nullius alienae opis indigens: quod quidem argumentum is non ita pridem erudite & accurate perſequutus eſt, cujus *de vita naturae* commentarius exſtat. Nec ſufficit, vitae huic per ſe manenti ac ſubſiſtenti immortalitatem tribuere, ſic ut extingui nequeat: addendum quoque eſt, eam eſſe aeternam, nec genitam. Et ex hac vita omnes reliquae mentes & animi, quorum nullus gigni potuit ex materia, tamquam ex aeterno rationis omnis & ſapientiae fonte, manarunt & profecti ſunt.

§. LXIII. Non hoc fugit illam Atheorum familiam, quae materiae vitam ineſſe praedicat, non poſſe non vitam eſſe quamdam ſibi conſtantem, aeternam, initiique omnis neſciam. Quapropter quum & hoc verum eſſe vellet, nullam eſſe, ſi diſcedas a materia, rem per ſe ſubſiſtentem, hanc ſibi judicavit neceſſitatem imponi,

(*d*) *Decet*] Recordor hac de re jam alias a me dictum eſſe. Quae *Origenes* objicit Stoicis, magnam habent ſpeciem, & ex primis diſciplinae, quam illi probabant, initiis videntur conſequi. Sed habuiſſent tamen, meo judicio, ſectae hujus alumni, quos inter multos fuiſſe conſtat homines acutos & ingenio valentes, quo repellerent *Origenem* eo praeſertim tempore, quo materiam multi in

Digitized by Google

imponi, materiae ut ſtatueret per ſe vitam & intelligentiam ineſſe, non animalem quidem & cum ſenſu conjunctam, ſed naturalem tantum. Hanc autem materiae vitam varie diſpoſitam & affectam, in ſuosque ductus diſtributam, reliquam omnem vitam animalem, non eam tantum, qua bruta valent animantia, verum etiam quam homines habent, cui ratio copulata eſt, gignere ac producere autumabant. Sed haec tamen iterum familia id factum eſſe ac fieri praecipit, a quo omnis ſana abhorret ratio. Etenim vitam omnem ſcientiae, rationis, & intelligentiae participem ex vita ſenſus, rationis, & intelligentiae omnis experte, aut ex varia vitae hujus temperatione ac diſpoſitione, partiumque textura natam eſſe & naſci conſtituere, quid hoc, quaeſo, aliud eſt, quam affirmare, ex nihilo fieri poſſe aliquid? Praeterea ſimulatque in lucem prodiit & notior facta eſt haec ratio, valide ab illis repreſſa eſt, qui corpuſculis naturam rerum dimetiuntur: quorum impetum haud ſuſtinere potuit. Sic nimirum hi philoſophi contra eos pugnabant, qui vitam tribuebant materiae. Si materia omnis in ſe ſpectata vitam, ſenſum, & intelligentiam poſſidet, confitendum vobis erit, quamlibet ejus vel minimam particulam naturam eſſe diſtinctam & ſua vi percipientem. Hoc autem ſi dabitis, tales ex his particulis homines aut tales beſtias componi & coagmentari nullo modo potuiſſe, quales hodie terrarum orbem incolunt, ſimul concedendum erit. Scilicet qui hodie vivunt homines & animantia, illa ſine controverſia una tantum vita & intelligentia, una mente & animo, una natura percipiente & cogitante inſtructa ſunt ac praedita. Atqui veſtra ſi vera & certa foret opinio, quodlibet animal, ſingulique homines acervus quidam eſſent rerum innumerabilium percipientium & 1125
cogitantium, & innumerabili rationum & intelligentiarum multitudine conſtarent. Forte hinc ut ſe expediant opinionis hujus patroni, innumerabiles dicent has materiae particulas ſocietate quadam & neceſſitudinis vinculo contineri: verum ita verſuram tantum facient & in eodem haerebunt luto. Namque haec erit eorum ſententia: quemlibet hominem & unumquodque animal multitudinem eſſe quamdam ſeu rempublicam perſonarum & naturarum percipientium, quae certa lege ſociatae ſint inter ſe: quo quidem neſcio, an fingi queat aliquid ineptius & puerilius. Quae quum reputo, vix mihi perſuaſerim, tam inſanos fore opinionis hujus defenſores, ut non ſatius ducant, huic errori ſuo de vita materiae renuntiare, quam in re tam ridicula & ab omni ratione averſa praeſidium ei ac firmamentum conſtituere. Id quidem fieri poſſe certum eſt, ut multi homines, naturaeque voluntate praeditae ſuam uni homini voluntatem mancipent, omnesque propterea unam concordemque voluntatem conſilio & arte quadam conſequantur. At hoc fieri quoque poſſe nemo ſanus dixerit, ut hi omnes quoque ſenſui ſuo ac intelligentiae renuntient, unamque ſibi vitam, unam rationem, unum denique ſenſum ſtudio ac induſtria comparent. Multo vero minus id aliquis expectaverit ab atomis ſenſu vacuis aut materiae particulis, quae ab omni putantur relictae eſſe vita, conſcientia, & virtute animali. Mitto nunc reliqua argumenta, antea jam in medium prolata, quibus, ut opinor, abunde confecimus, nil eſſe eorum errore turpius ac deformius, qui vitam in materia, ſive per ſe ac primario,

in eam, quae diſſolvi & quae non diſſolvi poteſt, diſtribuebant.

(e) *Ariſtoteles*] *Metaphyſ. Lib.* I. *Cap.* 3. *p.* 265. *Tom.* IV. *Opp.* & alias. Quae hic traduntur, ea ſupra jam nonnullis in locis cum expoſita, tum illuſtrata ſunt.

(f) *Οἱ φ*] Scio, *Platini* hanc vocem eſſe, ſed quonam ea loco extet librorum philoſophi

mario, sive secundario, inesse praedicant. Alio loco plures his adjicere rationes licebit.

§. LXIV. Duo igitur haec quum omni dubitatione careant: Primum: Materiam in se spectatam vitae ac rationis haud esse compotem: Alterum: Vitam & intelligentiam ex insipienti mortuaque materia haud gigni posse, hoc quidem unum relinquitur, ut praeter corpus & materiam aliam quamdam in hac universitate naturam esse, pro explorato & certissimo habeamus. Saltim qui *Anaximandri* ac *Democriti*, quo Deum de medio tollant, vestigia legunt, quum corporum prima semina & initia fateantur vita omni & ratione destituta esse, aut aliam largiri nobis debent naturam esse, praeter materiam, aut vero scitum illud rationis, quo tota eorum disciplina nixa stat, repudiare: *Ex nihilo nihil fit.* Sic alteram quoque propositi mei partem absolvi, atque ex ipsis illis de natura corporea praeceptis, quae quinto sextoque inter argumenta Atheorum loco exhibuimus, hoc cogi contra Dei oppugnatores posse demonstravimus, esse naturam corpore vacuam.

§. LXV. Restat tertium, quod exequi nobiscum constituimus. Ostendemus nimirum, quum naturam esse corpore vacantem controversia careat, idcirco quae sequuntur duo impii generis argumenta, in quibus hoc assumitur, corporibus rerum naturam absolvi, nihil omnino efficientiae habere, & ab omni parte vana esse ac futilia. Horum argumentorum primum, cui septimum assignavimus locum, hoc unice probare studet, non esse talem mundi animam, quae procreata sit & generata ex materia. Itaque non eos proprie ferit, qui Deum profitentur, verum genus quoddam Atheorum refellit, cujus jam aliquoties mentionem fecimus, quod a summi professione Numinis non nimis longe distat. Sunt nimirum nonnulli, qui omnia primum ex materia sensu vacua, seu ex nocte ac chao prodiisse, ponunt, postea gradatim in prima rerum omnium generatione rem esse gestam, ac a rebus humilioribus ad graviora & excellentiora naturam adscendisse tradunt. Primum corpora inanimata, initiaque rerum seu elementa prodiisse autumant: sequutas esse aves ceteraque bruta animantia. Vidimus jam supra, quod *Aristophanes* hac de re memoriae prodiderit: cui *Lucretius* (*g*) non repugnat, ita canens:

Principio genus alituum, variaeque volucres,
Tum hominem fuisse procreatum opinantur, postremo Deos censent genitos. Nec
enim stellas tantum, quibus animos attribuunt, verum etiam ipsum Jovem sive
mundi animum, non secus ac reliqua, ex nocte ac chao ista ratione esse genera-
tum perhibent. Equidem non sum nescius, qui vere olim inter gentes antiquas
1126 *Deum professi sunt, mundo tamen animum adscripsisse, eosque idcirco, qui mun-*
dum mente carere putarunt, inter pessimi generis Atheos olim numeratos esse.
Verum & hoc sciendum, eos, qui mundum dicunt esse animatum, si latiori sensu
haec vox accipiatur, hoc unum significare, non omnia, quae nos cingunt, vitae
esse inania, sed naturam esse quamdam aeternam, viventem, sentientem, & sapien-
tem,

hujus, nec vacat nunc exquirere, nec multum expedit;

(*g*) *Lucr.*

Digitized by Google

tem, a qua haec rerum universitas & condita primum sit, & perpetuo gubernetur. Quod si velint unice, qui mundi animam non inculcare nobis desinunt, quotquot Deo ac religioni consultum cupiunt, in eorum sententiam concedere debent. Atqui aliud plerisque in animo fuit, qui Deum olim esse non negabant, at simul tamen mundum animatum esse tuebantur. Mundum enim vere proprieque ducebant animal, propterea que Deum esse, similiter atque cetera animantia, ex anima corporeque compositum. Mundi autem hanc animam alii quidem eorum summum esse maximumque Deum opinabantur, alii eam secundum Deorum principem collocabant, mentemque omni corpore secretam hac anima superiorem esse credebant. Cum his vero nihil nobis commune volumus esse. Deum enim esse mundi animam & mundum animal esse sive Deum, plane ac constanter abnuimus & negamus. Septimum vero hoc argumentum, quod nunc expendimus, non ad eos pertinet, qui sic mundo animam ineſſe censent, ut olim illi, qui inter gentes verae religionis nescias Deum professi sunt. Hanc enim opinionem satis esse jam eversam & exstinctam arbitrantur, qui hoc argumento pugnant. Verum ad eos unice valere debet haec ratio confutandos, qui talem mundo tribuunt animam, qualem illi censent esse, qui mundum eo, quo diximus, modo genitum esse credunt & Deum simul tollunt. Anima uno verbo mundi, quam oppugnant, non est aeterna ac numquam genita, verum noctis & chaos filia, ex varia materiae dispositione, atomorumque textura generata. Scilicet postquam victoriam, quod putant, de illis constituerunt, qui vere proprieque Deum esse statuunt, etiam omnes supremi Numinis umbras sibi persequendas & quidquid vel speciem Dei habet, delendum esse ducunt, quo omnem plane hominum animis metum eximant, ac si sub naturam quamdam nobiliorem & majorem subjecti essent. Quae quum ita sint, evidens est, nihil esse, quod cogat nos, ut huic argumento bellum inferamus, quod supremi Numinis causam haud attingit. Sed quoniam tamen hoc omnes generatim, quibus Deus invisus est, tuentur, nullam esse, quae toti rerum naturae praesideat, rationem vel vitam, placet breviter in fundamentorum inquirere firmitatem, quibus haec ratio nititur: quo facto, statim ejus apparebit futilitas & amentia. Princeps horum fundamentorum est: Nullam esse in orbe terrarum naturam, si corpora demas. Alterum: Semina & initia corporum vitae omnis & rationis esse nescia. Postremum: Vitam & intelligentiam in corporum esse affectionibus, nec aliunde, quam ex tali compositione seu textura atomorum nasci, ex quali caro mollis, sanguis, ac cerebrum nascitur in corporibus figuratis & humana forma praeditis. Quibus omnibus sumtis, sic rationem concludere non verentur: Quum haec rerum universitas nec forma sit humana, nec certa ratione figurata, nec denique sanguine ac cerebro praedita, idcirco vitam in ea nullam & intelligentiam esse posse. Verum primo falsum est, corporibus totam rerum naturam absolvi: neque deinde probare ullo modo licet, vitam & intelligentiam ex illis esse proprietatibus, quas materia vitae sensusque inops producere potens est: denique vanum est & a vero remotum, quod sanguinem & cerebrum naturam esse illam, quae cogitat in nobis, putant: nam mens quaedam concretione omni libera, corporique terreno, suisque membris, venis, & arteriis instructo sociata, quae tum demum, quando corpus adipiscetur purum, spirituale, ac coeleste,

(g) *Lucretius*] *De rerum natura Lib.* V. *vs.* 797. *p.* 333.

Digitized by Google

coeleſte, multo acrius, ſapientius, & accuratius intelliget ac commentabitur, omnis cogitationis fons & origo eſt. His addendum, eſſe quoque in hac univerſitate aliud genus animalium ratione praeditorum, quod, tametſi non ſecus, atque nos, anima conſtet ac corpore, tamen nec ſanguinem habet, nec carnem, nec cerebrum, nec membra denique ita, uti noſtra, diſpoſita & (*b*) temperata. Omnium vero mentium & animorum perfectiſſimus is eſt, qui omni caret corpore, ſibique conſtans & ſufficiens nullius materiae ſocietatem appetit & deſiderat. Quae quum ita ſint omnia, vocem hanc nuperi cujusdam (*i*) auctoris: *Nos vermiculi, quemadmodum Deus ſine cerebro cogitet, non intelligimus*, vocem eſſe pronunciamus beſtiae, atque vermiculorum potius, ferarumque belluarum, quam philoſophiam hominum ratione utentium.

4127 §. LXVI. Venio ad octavum argumentum: cujus quidem haec ſumma eſt: Qui Deum profitentur, hi omnes eſſe eum ſtatuunt naturam viventem, perfectiſſima ratione beatam, immortalem denique, nec corruptioni ullo modo obnoxiam. At eſſe naturam ejusmodi viventem ac perennem, rationi refragatur. Igitur & illi deſipiunt, qui naturam eſſe volunt ex omni parte beatam. Omnes enim, quae vivunt, naturae concretae ſunt ex individuis corpuſculis: quare, ſicuti generatae ſunt, ita etiam interitum viciſſim & corruptionem expectant. Vita nimirum non eſt natura quaedam per ſe conſiſtens, nec aliunde nata, verum affectio tantum ex corpuſculis certa lege ſociatis & inter ſe junctis nata, quae, disjunctis membris aut textura particularum diſtracta & diſſoluta, in nihilum denuo recidit. Quocirca quum nullam eſſe vitam, quae interire nequeat, exploratum ſit, conſequens huic eſt, ut ſummam, de qua loquuntur religionum amici, felicitatem in vocabulis numeremus, quibus nulla eſt ſubjecta notio, nec fabulis Mileſiis meliorem exiſtimemus. Bene ſeſe habet, quod hic primum ipſi fatentur religionum adverſarii, nulli ullam eſſe felicitatem ſperandam, qui ſe ſcitis ac praeceptis Atheorum addixerit, eo quod nihil ſit omnino, cur aliquis ſibi immortalitatem & vitam aliquam aeternam ſpondeat, quum omnis vita ex praeceptis hiſce ex nihilo oriatur & in nihilum deinde revertatur. Ad ipſum vero quod argumentum attinet, totum illud commento illo nititur, quod jam ante ex inſtituto confecimus: Corpora & materiam totam rerum naturam continere, neque vitae aliquid & rationis primis corporum initiis natura eſſe inſitum. Certum eſt e contrario, vitam ex rerum mortuarum & ſenſus inanium compoſitione & ſocietate naſci nullo modo poſſe. Ex quo intelligi debet, vitam rem eſſe primariam, nec aliunde derivatam. Illa quidem vita, quae in animantium viget corporibus, res eſt, quae adeſſe poteſt & abeſſe, generari & corrumpi. Etenim corpus illud, quod hodie viventi animo copulatum eſt, cras ab eo ſeparari, cadaverque fieri poteſt mortuum. Verum haec quoque vita non vere proprieque hoc nomine appellatur, nec eſt aliquid, quam ipſa animalium natura, quam animus vitae particeps verſat & agitat. Longe ſecus ſeſe habet vita illa primaria, unde reliqua omnis vita eſt nata: nam haec per ſe ſubſiſtit, nec ullus umquam animus humanus in cadaver converti poteſt. Quidquid naturaliter vitam habet ac poſſidet, id non poteſt non aeter-

(*b*) *Temperata*] Angelos intelligit, quos antea corporatos eſſe, ſeu ex corpore & anima conſtare, multis rationibus docere ſtuduit.

(*i*) *Auctoris*] *Hobbeſii.* Lege quae ſupra monuimus ad *Cap. 5. Sect. 1. §. 26. p. 785.*

Digitized by Google

aeternum eſſe ac immortale; nam fieri nequit, ut ulla natura per ſe ſubſiſtens per ſe pereat atque in nihilum occidat. Praeter haec neceſſe eſt, vitam eſſe quamdam non modo ſibi conſtantem, ſed etiam aeternam, initiique omnis neſciam, quae neceſſario exſiſtat, nec ulla vi aliena labefactari aut exſtingui queat: Qualis quidem vita de futura felicitate ſua non poteſt non certiſſima eſſe. Haec autem vita Deus eſt corpore vacans. Atque haec ad octavum impii generis argumentum breviter reſpondiſſe ſufficiat.

Digitized by Google

SECTIO QUARTA.

ARGUMENTUM.

1128 §. I. *Athei Epicurei probare porro ſtudent, nullum eſſe Deum, ex motu & ex cogitatione: ad quod inſtitutum argumentum nonum, decimum, & undecimum referri debent. A motu ſic argumentantur: Conſtans eſt hoc rationis praeceptum: Nihil ſemetipſum movere poteſt, quidquid autem movetur, id pulſu cietur externo. Ergo nulla eſt prima motus cauſſa, aut motor primus ipſe immobilis. Sed una res alteram ex omni aeternitate infinite movet, quia nihil, niſi ipſum concitetur, rem aliam ciere ac commovere poteſt.* §. II. *Reſponſio ad hoc argumentum: Scite hujus: Nihil ſemetipſum movere poteſt, non haec eſt ſententia: Nullam rem ſuapte vi agere poſſe, quod Athei ſibi perſuadent, qui pro conceſſo ſumunt, res omnes eſſe corpora, & omnem actionem motum eſſe extrinſecus concitatum: ſed hoc tantum ſibi vult praeceptum hoc: Nullum corpus quieſcens loco ſemetipſum movere poſſe. Temere ac falſo Athei & Carteſiani quidam ſciſcunt: Si modo ſemel motus impreſſus ſit materiae, eam ad infinitum tempus commotum iri. Vere autem praecepit Ariſtoteles: Eos, qui cauſſas motus infinitas eſſe volunt & primum motorem eſſe negant, idem dicere, ac ſi dicerent, nullam omnino motus eſſe cauſſam, aut omnem motum ex nihilo gigni. Nullus omnino motus eſſe poſſet, ſi nihil eſſet vi movendi ſeſe inſita praeditum.* §. III. *Ex hoc ergo praecepto: Nullum corpus ſemetipſum ciere poteſt, ſine controverſia conſequitur, eſſe aliam praeter corpus in mundo naturam, in qua facultas ineſt corpora concitandi.* §. IV. *Ex eodem praecepto fluit: Aliud eſſe actionis genus a motu diverſum, quod non ſit ἐπερειγασία, ſed αὐτεργασία. Actio quae motum efficit localem, non ipſa poteſt eſſe localis motio. Omnis motus localis primum a cogitatione producitur. Ita nonum Atheorum argumentum a motu ſumtum prorſus confutatum & probatum eſt, eſſe naturam cogitantem omnis motus externi & corporei cauſſam.* § V. *Verum pergunt Athei ac probare conantur: Cogitationem nihil eſſe, quam perpeſſionem in eo, qui cogitat, actionemque rei cujusdam externae in ejus animum: Nihil enim naſci ex ſemetipſo, nec cogitationem ideo ex ſe ſine cauſſa gigni poſſe: Naturas igitur cogitantes nil eſſe, quam machinas, & cogitationem motum localem. Ex quo conſequi dicunt, nullam eſſe naturam intelligentem perfecte beatam & principem rerum cauſſam, quum cogitatio & intelligentia ex re ſemper alia pendeat.* §. VI. *Ad haec reſpondetur: Verum eſſe, nullam rem ſubſiſtentem ex ſemetipſa naſci, nullamque actionem ſuimetipſius eſſe cauſſam: falſum vero, nullam actionem ab eo, qui agit, initium ſumere, aut nihil agere poſſe, niſi a re alia ad agendum incitetur. Athei hic pro conceſſo ſumunt, quod probandum ipſis eſt, & principium ideo petunt. Si nihil ſuapte vi poſſet agere, omnis motio & actio in rerum natura ex nihilo prodiret ac ſine cauſſa naſceretur.* §. VII. *Verum quoque eſt, humanas cogitationes ſaepenumero a viſis objectis excitari, & viſorum non minus, quam cogitationum ſeries & nexus ex cauſſis non raro mechanicis pendere. Falſum vero, omnes cogitationes extrinſecus obtrudi nobis, nullamque, niſi ſenſus accedat, mutationem cogitationum exiſtere*

Digitized by Google

ſiſtere poſſe. Humana mens principium eſt actionum, ideoque etiam cogitationum, fons quidam cogitationum numquam arefcens. Eſt vero perfecta quaedam mens, quae uno actu omnem veritatem comprehendit, & rebus omnibus in ſenſus cadentibus prior eſt. §. VIII. *Inopinate & ſtulte prorſus Athei ſentiunt, quum cogitationem nihil eſſe, niſi motum, & naturas cogitantes nihil, quam machinas eſſe, decernunt. Corriguntur & emendantur hic quaedam, quae ſupra dicta ſunt. Non modo recentior quidam auctor, ſed etiam veteres Athei, qui corpuſculis freti philoſophati ſunt, cogitationem nihil eſſe, quam motum localem, ſtatuerunt. Metuunt hi homines, ne, ſi actionem aliquam, praeter motum, eſſe poſſe concedant, fateri etiam cogantur, eſſe alias praeter corpora, naturas. Qui cogitationem nil niſi motum localem, & homines nihil, quam machinas eſſe putant, indigni ſunt, quibuscum diſputetur.* §. IX. *Qui affirmant, nullam naturam intelligentem felicem, aut Deum eſſe poſſe, illi idem faciunt, ac ſi ſtatuerent: Materiam ſenſu vacuam rerum omnium eſſe perfectiſſimam, & cogitationem rem eſſe fictam & commentitiam.* §. X. *Aliud Atheorum argumentum a natura cognitionis & intelligentiae ſumtum. Mundus, ajunt, non potuit a natura intelligente condi: nec enim fuit intelligentia, antequam res eſſent, quae intelligi poſſunt. Nullae ſunt res praeter eas, quae ſenſus feriunt, a quibus cognitio naſcitur. Omnis ergo mens res eſt creata, nulla vero conditor ipſa.* §. XI. *Huic argumento ſupra jam ſolide reſponſum eſt, quum doceremus, corpora ſingula non eſſe unice res illas, in quarum contemplatione mens verſatur, ſed eam ſpecies aeternas habere inſitas, cognitionemque mundi eſſe fabricatorem & architectum.* §. XII. *Athei quemadmodum motus, ita & cogitationis nullas afferre cauſſas probabiles poſſunt. Varii eorum in hoc argumento errores. Primum concedere debent, omnem vitam & intelligentiam gigni ac corrumpi poſſe, nullamque mentem vel vitam ſubſiſtere. Hoc commentum jam ſupra confutatum dedimus.* §. XIII. *Deinde tuendum ipſis eſt, vitam & mentem non eſſe naturas ſimplices &* primitivas, *ſed compoſitas veluti rerum ſyllabas, quae mori & corrumpi queant. Huic reſpondemus, vitam & intelligentiam facultates eſſe agentes, neque ideo ex inerti materia naſci, nec ullam materiae mortuae ac ſenſu vacuae compoſitionem has res parere poſſe. Neceſſe quidem non eſt, eſſe aeternum aliquod rubrum vel viride, quoniam hi colores ex aliis rebus nec rubris, nec nigris, naſci poſſunt: nec opus eſt, ut aeternam putemus motionem eſſe, quia motio a re & natura ex* 1129
ſemetipſa agente proficiſci potuit: nec denique ratio exigit, ut ullam materiam aeternam, nec factam, eſſe putemus; nam ſi nulla fuit materia ejusmodi, creari tamen ea potuit a natura perfectiſſima, corporisque omnis neſcia: At vitam mentemque aeternam, nec ab aliquo factam ſemper exſtitiſſe, neceſſe omnino eſt: nam ſi talis aliquo tempore mens non fuiſſet, numquam eſſe & exſiſtere potuiſſet. §. XIV. *Sequitur Atheorum aliud argumentum: Negant illi, in cogitatione proprie virtutis eſſe aliquid, voluntque, nullam rem ſecus agere poſſe, quam a re quadam alia jubetur agere. Hoc vero eſt ſtatuere, omnem actionem ex nihilo aut ſine cauſſa natam eſſe.* §. XV. *Aliud amentiae Atheorum genus, quod jam ante memoravimus: Cogitationem nihil eſſe, quam motum localem, naturasque cogitantes eſſe machinas. Hanc qui fovent ſententiam, aeque ſapienter faciunt, ac ſi numerum eſſe figuram dicerent.* §. XVI. *Succedit aliud Atheorum illorum, qui Epicuro & Democrito adhaereſcunt, portentum: Cogitationem mentis, non ſecus atque ſenſum, perpeſſiones eſſe in cogitante, actionesque corporum extra cogitantem poſitorum. Quidam eorum cogitationes ex certis quibusdam imaginibus, illis, quae ſenſus feriunt, ſubtilioribus, naſci perhibent: alii vero eas reliquias eſſe volunt priſtinarum commotionum in ſenſibus exſtitarum. His reſpondemus: Ne ſenſum quidem meram eſſe perpeſſionem corpoream, ſed perceptionem perpeſſionis: multo minus cogitationes mentis tales eſſe, omnium minime actus volendi.*

§. XVII.

§. XVII. *At huic tamen opinioni convenienter hi Atbei praecipiunt, omnem cognitionem & intelligentiam reapſe non differre a ſenſu. Ex quo quidem duo conſequuntur abſurda: Primum: Errorem prorſus in mundo nullum eſſe, quoniam omnis perpeſſio vera eſt perpeſſio, & omnis ſenſus verus ſenſus. Hoc abſurdum Protagoras amplexus eſt. Epicurus quidem conatus eſt illud effugere, ſed fruſtra; nam ſua, dum id probare ſtudet, ipſemet fundamenta diruit.* §. XVIII. *Alterum abſurdum, quod premit hanc ſententiam, hoc eſt: Nihil abſolute vel verum eſſe, vel falſum, ſed omnem cognitionem privatam eſſe ac relativam, nihilque, quam opinionem. Hoc plane fatetur Protagoras, nonnumquam etiam Democritus. Qui propterea corpuſcularis philoſophiae parum periti fuere, quippe quae docet, eſſe nobiliorem aliquam rationis & intelligentiae facultatem, quae de ſenſu judicet, ejusque fallacias detegat.* §. XIX. *Alius Atheorum error eſt, quod putant, ſingula tantum corpora a mente non modo, ſed etiam ſenſu concipi & percipi poſſe. Ariſtoteles ſententiam hanc Protagorae ac Democrito tribuit: Nos vero ſupra eam jam confutavimus.* §. XX. *Hanc opinionem quo melius defenderet ſcriptor quidam novellus, Atheis addictus, addidit ei, tamquam inventum ſuum: univerſalia nihil eſſe, quam nomina, quibus ſingularia corpora varii generis deſignentur: Axiomata ſeu propoſitiones eſſe vel additionem vel detractionem nominum: ratiocinari denique nihil eſſe, quam ea, quae ex biſce conſequuntur, colligere: Ex quo poſtea conficit, ſi a ſenſuum abeamus perceptionibus, nos nullam plane rem intelligere, ſed ſcire tantum, quibus nominibus res appellentur. Haec ſi vera ſunt, id etiam dubio carebit, veritates Geometricas non eſſe easdem, ſi Graece, aut ſi Latine efferantur.* §. XXI. *Atbei ope & auxilio horum praeceptorum cognitioni & ſcientiae dignitatem ſuam detrabere ſtudent, quippe in qua majorem haud eſſe perfectionem volunt, quam in materia vitae & ſenſus experte. Sic Atbei apud Platonem ſcientiam dicunt rem eſſe ludicram, futilem, ac umbratilem, meramque corporum imaginem. Scilicet hoc modo ſcalas rerum & naturarum tollere nituntur.* §. XXII. *Omnia vero ſententiae hujus fundamenta ſupra jam ſunt confutata, ſigillatim id, quod Atheis maximopere favet, nihil eſſe in intellectu, quod antea non fuerit in ſenſu. Boëthii laus. Juſtum & injuſtum verius exiſtunt, quam durum & molle. Sunt omnino gradus quidam rerum: ideoque certum eſt, ordinem rerum non adſcendere a rebus inferioribus ad meliora, ſed deſcendere potius a majori perfectione ad minorem. Gradus harum ſcalarum non ſunt infiniti: ultimus eſt materia inanimata: princeps, natura perfecta & infinite potens, quae omnia comprehendit, quae fieri poſſant. Mens ipſa natura ſua dominus eſt omnium, & ſupremus coeli terraeque Rex.* §. XXIII. *Ratio, propter quam dogma hoc tantopere urgemus, haec eſt, quod Atbei non modo naturam cogitationis ſine Deo explicare ſeſe poſſe, gloriantur, ſed etiam inde demonſtrare volunt, fieri nullo modo poſſe, ut Deus ſit. Plato omnem controverſiam inter Dei defenſores & hoſtes hac una quaeſtione contineri ſtatuit: Utrum anima & mens materia ſenſu vacua juniores ſint & ex ea genitae, an vero res per ſe ſubſiſtentes & naturae ordine priores? Recentiores ſcriptores hoc non ſatis obſervant. Ex Platonis igitur ſententia Atbei haud aliter confutari poſſunt, quam probando, animam non eſſe juniorem inanimata materia, nec ex ea procreatam. Evidens eſt, Platonem vocabulo anima intelligere non modo mundi animam, ſed univerſum naturarum, quae animae vocantur, ordinem, ſtatuereque, nullam ex materia vitam gigni poſſe.* §. XXIV. *Illi ex Chriſtianis, qui animos rationis compotes ex materia ſenſu vacua generatos eſſe tradunt, cauſſam Dei & religionis produnt.* §. XXV. *Nec multo meliores ſunt illi, qui, tametſi animas ſentientes generari tantum adſeverant, animos tamen ratione praeditos naturas eſſe putant puras & nudas, quae nihil contineant, praeter id, quod ſenſus illis committit, cognitionemque ideo natura ſua ſenſu & rebus in ſenſus incurrentibus poſteriorem eſſe ſtatuunt. Nam bi pariter Atheorum cauſ-*

ſam

Digitized by Google

ſam valde juvant. §. XXVI. *Si ulla vita & cogitatio generari poteſt ex materia vita & ſenſu vacua, nihil adferri cauſſae poteſt, cur non omnis inde vita generari queat. Vita non eſt partim accidentalis, partim ſubſtantialis, ſed aut omnis vita, cui conſcientia adjuncta eſt, accidentalis eſt, corrumpique non minus, quam generari poteſt, aut vero nulla. Doctrina de qualitatibus, quae naſci & rurſus interire queunt, pariter Atheis favet. Illi quidem Athei, qui atomis abutuntur, omnes explodunt qualitates, eo quod ex nihilo fieri nihil queat: at poſtea ſibimetipſis refragantur, vitamque & intelligentiam in qualitatibus materiae numerant, ſeu ex nihilo naſci tradunt.* §. XXVII. *Quum ſcalae quaedam rerum in natura ſint, ordinem is naturae prorſus invertit, & viam ad Atheismum ſternit, qui excellentius rerum genus ex inferiori, verbi cauſſa, vitam &* 1139 *cogitationem ex materia & magnitudine naſci perbibet. Quare hoc omnibus nos viribus contra Atheos tueri decet: Animas ex materia nullo modo gigni poſſe.* §. XXVIII. *Qui animas ſentientes negant naturas eſſe per ſe ſubſiſtentes, illi hoc potiſſimum utuntur argumento: Si per ſe ſubſiſtunt bi animi, neceſſe eſt, ut poſt obitum corporis permaneant. At hoc abſurdum, ergo & illud. Carteſius hanc propter cauſſam beſtias in machinas convertit. At quod clare & luculenter demonſtratum eſt, id repudiari non debet ideo, quia nobis conſectaria quaedam admirabilia inde videntur naſci.* §. XXIX. *Pythagoraei docebant, animos omnes a Deo non tum primum condi, quum animalia naſcuntur, ſed diu ante fuiſſe conditos, quum hic orbis produceretur:. Veſtitos addebant eos eſſe primum corporibus levibus & ſubtilibus, ſeu vehiculis aëriis & aetheriis, in quibus ſubſiſtant, tam antequam in corpora veniant, quam poſt exceſſum e corpore. Ita & Boëthius atque Proclus. Ammonius daemones mortales & rationis neſcios, animos brutorum animantium corporibus concluſos eſſe ſtatuit. A prima usque rerum omnium creatione ad hoc tempus nihil novi, quod vere ſubſiſtat, conditum aut deſtructum eſt, nullaque idcirco vita. Macrobius hoc ut magni ponderis dogma vult obſervari.* §. XXX. *Pythagoraei hanc ſententiam ex ſacris litteris adſtruere quodammodo conantur.* §. XXXI. *Si quis tamen haec aëria animarum vehicula rejiciat, nihilque illis, quam terrena haecce corpora, concedat, haud tamen illae poſt obitum corporis in nihilum recident, ſed ſine ullo dubio in ſtatu quodam & ſenſus, & actionis omnis experte permanere debent, dum aliis iterum terrenis corporibus jungantur. Sunt ergo illae certo quodam ſenſu mortales, alio vero immortales. Bombyces, qui moriuntur & alia forma in vitam redeunt, a Chriſtianis Theologis tamquam reſurrectionis imago proponuntur.* §. XXXII. *Sed non abſolute neceſſarium eſt, ut beſtiarum animi, tametſi naturae ſint per ſe ſubſiſtentes, poſt obitum corporis ſupereſſe credantur: Nam quod Deus fecit & condidit, id viciſſim ad nihilum redigere poteſt. Ex natura & ratione demonſtrare tantum licet, animam ratione praeditam naturam eſſe per ſe conſtantem, quae per ſe ad nihilum redire nequeat: inde vero haud licet conficere, eam nullo modo ad nihilum redigi poſſe. Hac enim de re unice ex fiducia in divina bonitate certi reddimur. Porphyrius beſtiarum animos ad vitam hujus univerſitatis redire ſciſcit. Summa totius reſponſionis ad argumentationem a beſtiarum animis ſumtam colligitur.* §. XXXIII. *Veteres Ethnicorum Theologos docuiſſe, nullam vitam, nullamque animam ex materia vitae & ſenſus neſcia procreari, verum omnes, non ſecus ac materiam, a Deo produci, ex Virgilio probatur: cui multae addi poſſent aliae auctoritates.* §. XXXIV. *Ipſi Athei illi, qui vitam ineſſe volunt in materia, ita certi ſunt de hac ſententia, fieri nullo modo poſſe, quin vita quaedam ſit principalis, nec creata, unde omnium animalium vitae ac mentes deriventur, ut hanc vitam attribuant materiae, concludantque, tametſi modi vitae, qui ſunt in hominibus & animalibus, generentur & corrumpantur, vitam tamen primariam, ex qua naſcuntur omnes, perpetuo exſiſtere, nec corrumpi ullo modo poſſe. Idem eſſe cognitio-*

Digitized by Goog

nem aliquam ante ſenſum & res ſenſu perceptas concedant. §. XXXV. *Hi homines rurſus confutantur. Abſurdum dictu eſt, eſſe cognitionem & intelligentiam ſine conſcientia: nec minus ineptum eſt, ſtatuere, vitam quidem principalem, ex qua homines & animalia vitam accipiunt, extingui haud poſſe, at animos tamen ſeu modos hujus vitae ad nihilum redigi. Nulla figuratio producere valet conſcientiam. Neque ullo modo Athei hi oſtendere poſſunt, unde notiones oriantur illae, quas in materia volunt eſſe.* §. XXXVI. *Concluditur hinc, Atheos initia mentis & intelligentiae, niſi Deum eſſe ſtatuant, demonſtrare nullo modo poſſe, & ex biſce rebus valide oſtendi, eſſe Deum.*

§. I. Verum novis armis inſtructi jam in medium prodeunt *Democriti* in religionum oppugnatione ſocii, triaque in aciem educunt argumenta, quo motum ipſum & cogitationem argumento eſſe probent, qui Deum eſſe credunt, in magno errore verſari. Principio, tametſi divinae naturae defenſores in ipſo motu praeſidium quaerunt ad cauſſam ſuam communiendam, nec motum eſſe poſſe judicant ſine cauſſa motum efficiente, adverſarii tamen eorum, qui Deum eſſe nolunt, ex natura motionum ſeſe perſpicue demonſtraturos promittunt, vana eſſe ac falſa, quae de natura motum ciente vulgo ferantur. Videamus, ut argumentationem adornent & inſtruant. Nemo unus eſt, quin hoc rationis decretum certum atque ratum eſſe fateatur: Quidquid movetur, id a re quadam alia motum accepit. Aut: Nulla res ipſa motus ſui cauſſa eſſe poteſt efficiens. Huic omnino conſequens ac conveniens eſt, ut nullam eſſe naturam aeternam immobilem credamus, verum e contrario aeternum eſſe motum & rem unam ab altera, ſine ulla cauſſa, unde omnis primum natus ſit motus, ab infinito tempore agitari & impelli, ſtatuamus. Quemadmodum enim nihil ſemetipſum movere poteſt: ita etiam nihil, niſi quod antea ipſum a re quadam alia impulſum ſit, rem ſibi finitimam incitare & propellere (*a*) valet.

1131 §. II. Argumento expoſito, nunc reſpondeamus oportebit. *Ariſtoteles* ceteriique philoſophi, quibus hoc ſcitum frequentiſſimum in ore fuit: Quidquid movetur, id non ſeipſum ciet, ſed ab alio impellitur, latius illud patere noluerunt, quam iſtud motus genus, quod *locale* dicitur, patet, hancque ei attribuerunt unice ſententiam: Nullum corpus, quod locum mutat, ſibi motus iſtius cauſſa eſt, ve-

(*a*) *Valet*] Conferri debent hic ea, quae ſupra *Cap.* 2. §. 13. *p.* 65. dicta & a nobis monita ſunt. Hoc ceterum argumentum ſi tam eſſet firmum & validum, quam imbecille & vanum eſt, haud tamen probaret, nullum omnino Deum eſſe poſſe, ſed eos tantum feriret, qui Deum talem eſſe ſtatuunt, qualem nos recta ratio & ſacrae litterae jubent credere. Primum eos hoc argumentum loco ſuo haud deturbat, qui mundum eſſe volunt aeternum, & Deum ſimul eſſe fatentur a materia ſemotum: in qua ſententia, non infimi quondam ordinis philoſophos fuiſſe, conſtat. Deinde nec illis haec ratio nocet, qui, temere licet ac imprudenter, Deum eſſe ſtatuunt corporeum: in quorum numero multi fuerunt ex antiquis Chriſtianorum doctoribus. Denique, ne quid nunc de aliis dicam, in eos nihil poteſt, qui Deum ſpiritum quemdam eſſe volunt tenuiſſimum per univerſam rerum naturam fuſum & intentum.

(*b*) *Ariſtotelis*] *Phyſicar. Auſcult. Lib.* VIII. *Cap.* 5. *p.* 537. *Tom.* I. *Opp.* Quod vero pace magni dixerim viri, *Ariſtotelis* ego de motus initio & cauſſis praecepta non auſim ad Atheos refellendos adhibere. Plus enim hanc mihi turbam juvare, quam refellere ac comprimere videntur, & a Chriſtianorum philoſophorum de motus origine ſententia plane recedunt. Magnifice, fateor, & ſplendide *Ariſtoteles Libro ultimo Metaphyſicorum & Libro* VIII. *Phyſicar. Auſcult.* de principe motus cauſſa, ipſa motus omnis externi neſcia, loquitur:

Digitized by Google

verum aliena impulſione cietur. Atqui hoc ſi ſenſu praeceptum iſtud capiatur, inde nullo id modo elici poterit, quod *Democriti* hi ſectatores volunt: *Nihil moveri niſi a moto*, quod rurſus ab alio quodam commoveatur, aut: Unum corpus impelli neceſſario ab alio corpore, id viciſſim ab alio, ſine ullo fine ac termino, nec primam quamdam cauſſam, eamque ſtabilem & immobilem, omni motioni praeeſſe. Nil enim repugnat, quo minus motio, id quod ſine controverſia quoque fit, a re quadam alia procedat, nec corpore praedita, nec mobili. Omitto, genus hoc temere ac ſine ulla ratione ſibi perſuadere, ſi modo unus hunc orbem pulſus, non plures, commoverit, tum fore, ut iſta ſemper progrediatur motio, nec umquam ceſſet, corpore corpus ad omnem aeternitatem protrudente. Scio, hanc ſententiam partem diſciplinae conſtituere, quam *Carteſius* noſtra memoria invenit: quem docuiſſe certum eſt: Naturae lege ſic comparatum eſſe, ut corpus commotum tamdiu quem accepit motum ſervet, non ſecus ac corpus quieſcens in ſtatu manet quietis, dum motionem ſuam cum altero communicet corpore & ad illud veluti transferat. Verum diſtat tamen haec *Carteſii* philoſophia ab illa, quam diximus, quoniam non modo una impulſione totum orbem terrarum concitatum eſſe, ſed etiam eamdem motus quantitatem conſtanter in orbe conſervari, tradit. Sed mittamus haec: quae cum praeter modum ſunt ſubtilia, tum ne ab omnibus quidem *Carteſii* aſſectatoribus ſic, uti decet, intelliguntur. Nos id unum ponimus: Fieri nullo modo poſſe, ut corpus unum ſine fine commoveatur ab alio, nec ulla tamen praecedat cauſſa, quae vim cohibeat intra ſe agendi & efficiendi. Quod ut ſtatuam, non ſola me (*b*) *Ariſtotelis* inducit auctoritas, cujus hoc eſt pronuntiatum: ἔτι δύναλον εἶναι ἡ ἀρχὴ τῶ κινήσεως εἶναι εἰς ἄπειρον, κ. τ. λ. *Fieri nullo modo poteſt, ut id, quod movet, ipſumque ab alio movetur, in infinitum abeat.* Verum, quam praecepto huic addit, ratio: Εἴπερ μηδὲν ἐν τὸ πρῶτον, ὅλως οὐκ ἂν εἴη. *Si nihil primum eſt*, (a quo motus omnis proficiſcitur) *nulla poteſt omnino motus eſſe cauſſa.* Quod ſi enim omnis, quo hunc orbem agitari videmus, motus a re quadam alia oriretur, nec ulla eſſet prima motionis cauſſa facultate agendi inſtructa, motus iſte *perpeſſio* eſſet, ut philoſophi dicunt, ſine cauſſa efficiente, 1132
aut ſine actione. Quod quidem qui ſtatuit, eum dicere oportet, motum ex nihilo proveniſſe, aut ſui ipſius cauſſam exſtitiſſe, aut ſine omni cauſſa natum eſſe. Verum omnis impiae factionis in hoc unice eſt error, quod ea pro conceſſo ſumit ac concluſo, nullam eſſe naturam in orbe, ſi recedas a corpore, nec ullam aliam actio-

quitur: & ſunt, qui his ejus verbis commoti, hominem dignam Chriſtiano ſententiam foviſſe, concendunt: ſed ſi probe circumſpicias & perpendas omnia, id quod altera dat & concedit manu, altera tollit & recipit. Motum ſtatuit initium habere: at minime ratione temporis: nam multis conficere rationibus ſtudet *Lib.* VIII. *Phyſic. Cap.* 1. 2. p. 576. *f.* motum aeternum eſſe ac principio carere: ergo ratione tantum cauſſae. Hoc vero quid eſt, quam ludere ac multa conando nihil dicere? Equidem in diſparatis & inter ſe pugnantibus enuntiatis hoc ſcitum poſuerim: Motus materiae eſt aeternus ratione temporis, at ex cauſſa tamen quadam naſcitur. Nam ſi motus materiae aeternus eſt, & initium nullum umquam habuit, cauſſam quoque nullam habet: Cauſſam vero ſi habet, meo quidem judicio, immerito perennis & aeternus dicitur eſſe. Non invideo illis, qui motum aeternum, adjuncta aeterna cauſſa, rem ſibi praedicant comprehenſu eſſe facilem: meum vero anguſtius eſſe libere confiteor ingenium, quam ut haec complecti valeat; putemque *Ariſtotelem*, quum aeternitatem tuetur motus, cauſſam ejus tollere, quum cauſſam & initium ejus defendit, aeternitatem ejus reapſe negare. Idem de Platonicis dixerim adoleſcentioribus, qui *Ariſtotelis* veſtigia premunt, mundumque aeternum eſſe, & ſimul tamen a Deo conditum conſtituunt.

actionem, quam motum externum ſeu loci mutationem. Ex quo quidem evenit, ut praeceptum hoc: Nullum corpus ſemetipſum movere poteſt, ejusdem eſſe ſententiae atque virtutis judicet, cujus hoc: Nihil per ſe agere ac efficere poteſt aliquid.

§. III. Planum igitur jam fecimus, non uno vitio hanc hominum a Deo alienorum argumentationem adverſus Deum, quam a motu petunt, laborare. Primum, nulla eſt connexi hujus vis: Nullum corpus ſemetipſum movere poteſt: Ergo nulla eſt cauſſa princeps immobilis, unde omnis naſcitur motus. Deinde id ſibi ſumunt, quod in controverſia poſitum eſt, nihil eſſe in orbe, praeter corpus & materiam. Denique rationi omni adverſantur, ſibique ipſis repugnant, quum actionem & motionem in orbe fatentur eſſe, & omnem tamen cauſſam virtute movendi & agendi per ſe inſtructam ex eo tollunt. Quare tota haecce demonſtratio pro nihilo habenda eſt, idque potius ex motu concludi debet, eſſe primam cauſſam univerſa moventem, nec tamen ipſam mobilem. His addimus, ipſum illud praeceptum, cujus in primis haberi rationem volunt Athei, qui *Democritum* probant: *Nullum corpus ſemetipſum ciere poteſt*, incredibilem habere virtutem ad demonſtrandum, praeter corpus aliam eſſe naturam a corpore ſegregatam, quae & ipſa vim habeat movendi & agendi, & coelis totique naturae rerum omnem motum impertiverit. Subducamus, quaeſo, rationem. Nullum corpus ex omni aeternitate aptum fuit ad ſemetipſum movendum ac impellendum. At nihilo tamen minus eſſe in hoc orbe neceſſe eſt cauſſam quamdam motum efficientem ac parientem. Sui enim ipſius cauſſam fuiſſe motum, ſtatuere, hominis eſt amentis, nec ſui compotis. Quare certum hoc & ratum ſit oportet, eſſe praeter corpus aliam naturam quamdam, quae vi motum in materia ciendi praedita, omnem princeps motum in naturam introduxerit, ipſa interea ſtabili manente ac immobili.

§ IV. Iisdem, quas expoſuimus, rationibus intelligi debet, aliud eſſe genus actionis, a mutatione loci ſive motu diverſum, quod non ἐπιχειρεῖν ſit, verum αὐτοκινεῖν. Motus corporum ἐπιχειρεῖν eſt ſine controverſia: nec enim ipſa corporis moti natura motum illum gignit, verum cauſſa quaedam externa & adventitia corpus incitat & impellit. Ergo illa actio, quae motum primo efficit, non ipſa poteſt eſſe commotio quaedam; Verum αὐτοκινεῖν, facultas inſita movendi eſt, quae non ab alia quadam proficiſcitur agente cauſſa, verum in ipſa natura, quae agit, exiſtit & oritur. Atque hoc actionis genus vocari ſolet cogitatio. Omnis, qui naturam rerum verſat, motus, natus primum eſt ex natura quadam cogitante, in quam nulla res alia externa vim ſuam exercet, quae non loco moveatur, ſed rationem tantum & animum agitat. Hanc tu immobilem illum coelorum omnium aut vorticum motorem eſſe puta. Quae quum ita ſint, naturali ordine cogitationem antecedere motioni, & naturam corporis neſciam corporea omni natura priorem eſſe, ſuperiorem vero illam ipſa naturae lege poſteriori huic dominari & leges ferre, tenendum eſt. Ita nonum etiam nefariae cohortis, quae adverſus Deum militat, argumentum omni robore ſuo nudavimus. Nil eos motus juvat, qui Deo obedire recuſant: contra ipſa generis hujus, quod *Democritum* ſequitur, praecepta id flagitant a nobis, ut naturam eſſe credamus corpore vicantem.

Digitized by Google

cantem & cogitantem, quae primum vortices omnes commoverit, id eſt, Deum corpore prorſus ſecretum & liberum.

§. V. Verum nondum cauſſam ſuam deſerunt, contra quos hic decertamus, Athei *Democritum* ſequentes. Pergunt e contrario contendere, nihil eſſe poſſe, quod inſitam vim habeat agendi ac movendi, neque naturam cogitantem primam eſſe rerum cauſſam, ullo modo credibile videri. Novam diſputationem hanc ab hoc ſcito rationis inchoant: Nihil a ſe ipſo oritur, verum ab actione naturae cujusdam externae principium ducit. Ex hoc putant effici, ipſam cogitationem motum eſſe aliunde natum, aut actionem rei cujusdam adventitiae, cujus impul- 1133
ſionem patiatur tantum & ferat is, qui cogitat. Cogitationem enim ex ſe ipſa, nulla cauſſa antegreſſa, naſci, abſurdum eſſe dictu ajunt: Igitur nihil eſſe eam, praeter motum quemdam certa lege atque ratione temperatum, omnes vero naturas viventes & intelligentes nil niſi machinas a rebus externis concitatas. Quibus omnibus poſitis, ſic demum rationem concludunt: Ergo primam rerum cauſſam naturam eſſe intelligentem, rationi repugnat. Addunt, ex iisdem initiis conſequi, nullam naturam intelligentem in ſe abſolute beatam eſſe poſſe, quod de Deo tamen praedicant, qui ejus cauſſam tuentur. Quidquid enim ex re quadam externa ſuſpenſum eſt & ex alterius motu pendet, id perfectae felicitatis compos haud eſſe poſſe. Vides decimum eorum argumentum, qui divinam rationem ferre nolunt.

§. VI. Hic illud primum expendemus ſcitum, quo tamquam fundamento haec omnis Atheorum, qui *Democrito* adſentiuntur, demonſtratio, qua conficere volunt, nullam eſſe cuiquam rei vim agendi & movendi inſitam, nititur: *Nihil a ſemetipſo capit initium, ſed alius externae rei actioni ortum ſemper ſuum acceptum refert:* Hoc praeceptum, ſi de rebus unice accipiatur vere ſubſiſtentibus, nemini ſapienti dubium & incertum videri poteſt. Etenim vis ejus haec eſt: *Nulla res vere ſubſiſtens, quae aliquando non fuit, ſemetipſam creare poteſt ac producere, verum neceſſario ab alterius rei actione initium ſumere debet.* Verum hac ratione explicatum hoc ſcitum nihil omnino adverſus eos valebit, qui Deum profitentur. Similiter & hoc certum atque cognitum eſt: Nullam actionem, ne cogitationem quidem, a ſemetipſa incipere, aut ſemetipſam creare, verum ſemper a natura quadam alia, eaque facultate agendi praedita, gigni. Sed neque hoc utilitatis aliquid religionum adverſariis adferet. Quapropter ſi hoc aliquid enuntiato contra religionem efficere cupiant, ita eos illud interpretari decet: Nullam actionem initium ducere ab illa re, in qua exſiſtit & oritur, ſed ſemper ab actione rei cujusdam externae & adventitiae procedere: Aut: Nihil agere ac movere poſſe aliter, quam quatenus a re quadam alia commoveatur & agitetur. Hoc vero illud eſt, quod Dialectici vocant, principium petere, idque pro confecto ac concluſo ſumere, quod in diſceptatione poſitum eſt: Nihil vim habet agendi inſitam: Quoniam nihil per ſe agere ac movere poteſt. E contrario quid, quaeſo, certius atque evidentius, ſi naturas tollas vim agendi & movendi continentes, omnem ſimul ex natura rerum actionem & motionem tolli? Excipe enim ejusmodi naturam ex hac univerſitate, quid, obſecro, motus & actio erit? Nihil, niſi perpetuo ex nihilo orta & ſine cauſſa nata.

§. VII. Scio, aliud in promtu eſſe ſupremi Numinis contemtoribus, quo hoc ſuum decretum fulciant. Nulla cogitatio proficiſcitur ab eo, qui cogitat, verum ſemper ab impulſione rei cujusdam adventitiae naſcitur. Negant enim, ulla ratione intelligi poſſe, cur haec potius, quam alia, hoc momento in nobis exſiſtat cogitatio, ſi nulla ejus rei cauſſa foret extra illum, qui cogitat, poſita. Hic primum faciles largimur, cogitationes noſtras tum in nobis exoriri plerumque, quum res, quae ſub ſenſus cadunt, in eos incurrunt: Fatemur quoque, colligationes cogitationum & viſorum, quae a ſenſuum viſis diſtinctae ſunt, naturalibus ſaepenumero & corporeis in cerebro cauſſis, ſive vigilemus ſive dormiamus, attribuendas eſſe. Omnes autem cogitationes, id quod hi *Democriti* ſectatores, quos oppugnamus, volunt, obtrudi nobis extrinſecus & aliunde inſinuari, nec umquam, niſi ſenſus aliter afficiantur, cogitationum fieri mutationem aut tranſitum, id vero prorſus rejicimus & falſum eſſe, pronuntiamus. Etenim, ſi nullum nobis eſſet in cogitationes noſtras imperium, ſi cunctae ratiocinationes, non ſecus atque pilae, animis noſtris injicerentur, aut ſi omnes, miſſilium inſtar ignitorum, ad nos perferrentur, quis, quaeſo, mortalium vitae quemdam curſum conſtanter ſervare, animique ſui propoſitum tueri poſſet? Veriſſimum eſt, quod (*c*) *Ariſtoteles* 1134 ſcriptum reliquit, praeceptum, & alias uberius confirmabitur, hominem omnemque naturam ratione praeditam ἀρχὴ πράξεων, *principium actionum* ſuarum certo quodam ſenſu eſſe, at Deo tamen ſubjectum. Illud vero haud affirmare liceret, ſi ſuarum *cogitationum* haud eſſet homo *principium*, illisque dominaretur, verum omnes cogitationes, quemadmodum horologia, ex cauſſarum externarum motu & impulſione penderent. Animus noſter rationis particeps perennis eſt per ſe, nec umquam quieſcens cogitationum fons: ſemper ille appetit, ſemper deſiderat; idque deſiderium, iſta interior commotio, aeque nobis eſt naturalis, atque vita noſtra, quae ſemper & continuo naſcitur & exoritur in nobis, neque deſinit novam ſemper vitam protrudere, ac nobis impertiri. Eſt & praeter haec inſita nobis facultas quaedam colligendi animum, & virtus cogitationes noſtras non modo certis rebus alligandi, verum etiam in certum ordinem, ut res poſtulat, cogendi. Illa vero mens, id quod etiam divinitatis hoſtes celare nolumus, quae omnium perfectiſſima eſt, ſive Deus, non ejus naturae eſt, ut, quod apud (*d*) *Ariſtotelem* eſt, *nunc quidem intelligat*, *nunc vero non intelligat* (ὅτε μὲν νοεῖ, ὅτε δὲ ἀ νοεῖ) verum cum nullius rei eſt ignara, tum numquam rationem ſubducit aut commentatur: cognoſcit enim omnia ſimul, quae cognoſci poſſunt: rerum omnium cognationes & diſcrepantias uno adſpectu complectitur & intelligit: nihil denique inter ejus naturam & ipſam efficientiam intereſt. Haec ſi modum ingenii ſui, quod non nimis ſanum & validum eſt, excedere conquerantur inimici ſupremi Numinis, non eſt, quod cum iis magnopere pugnemus. Hominibus enim quid facias, qui ex ſe ſuaque perfectione, quae ſunt & fiunt, metiri ſolent omnia?

§. VIII. Quod ad ipſum vero portentoſum hujus generis dogma attinet, quod cogitationem nil eſſe tradit, praeter motum certa lege temperatum, vix credibile videtur,

(*c*) *Ariſtoteles*] Vide *Libr.* III. *ad Nicomach. Cap.* 3. *p.* 37. *Tom.* III. & *Magnor. Moral. Lib.* I. *Cap.* 9. & *Cap.* 12. *p.* 202. 204. ἔκειτο δὲ, inquit, ὅτι ἡ ἀπόφασις τῆ πράξει ἐστὶ γνωριστική. *Manifeſtum igitur, hominem actionum ſuarum eſſe progenitorem.* Et paullo poſt: ἀρχὴ δὲ ὁτι πράξεως ἡ σπουδαίας ἡ φαύλης, προαίρεσις καὶ βούλησις, καὶ τὸ ἕνεκά τινος λόγου πᾶν. *Actionis tam bonae, quam malae prin-*

videtur, tanta quemquam fuiſſe inſania, ut ſimile quid ſibi perſuaderet. Crederem ego, qui ſic Atheos ſentire tradunt, injurioſos in exiſtimationem & famam eorum eſſe, niſi veterum, quae reſtant, monumenta aliter me ſentire juberent. Namque ex his conſtat, veteres quidem philoſophos, qui corpuſculis delectati, at ſimul Deum profeſſi ſunt, non ſpernendis adductos eſſe rationibus, ut omnem actionem corpoream, omnem generationem, amplificationem, mutationem nihil eſſe docerent, quam motum aut loci mutationem: nec enim ullum aliud motus genus in corporibus intelligi poteſt: Verum qui hanc diſciplinam ad Deum ex rerum natura proſcribendum retulerunt, *Leucippus* & *Democritus*, hoc minime contentos multo longius progreſſos eſſe, ipſamque cogitationem motum eſſe de loco in locum decreviſſe. Et quid veteres appellamus ſcriptores? Exſtitit hac aetate noſtra impietatis quidam erga Deum (*e*) patronus, ingenio reliquis multum praeſtare cupiens, qui publice non dubitaret profiteri: *Mentem nihil eſſe, quam motum localem in organicis humani corporis partibus.* Olim quidem genus hoc non leviter id conturbavit, quod conſcii nobis ſumus cogitationum noſtrarum: nec enim conſtituere facile poterant, quonam hanc referrent conſcientiam, aut reliquis ſententiis ſuis conciliarent. Verum recentiori aevo hanc plane dimiſerunt deliberationem, rati, ſatis ſeſe honorifice nodum hunc diſſoluturos eſſe, ſi conſcientiam hanc commentum eſſe quoddam vel viſum animi, ipſam vero cogitationem nil niſi motum eſſe dicerent: quaſi vero tantum non eſſet veritatis in imaginatione & conſcientia hac, quantum in motu eſt vel mutatione loci. Quid cauſſae fuerit, ut ad hanc opinionem amplectendam tam proclives eſſent hi homines, perſpicuum eſt. Veriti nimirum ſunt, ne, ſi hoc darent, aliud eſſe actionum genus a motu diverſum, illud etiam concedere cogerentur, eſſe alias, praeter corpora, naturas vere ſubſiſtentes. *Carteſium* novimus ſtatuiſſe, animantia rationis inania machinas eſſe tantum. Sed idem tamen omnem illis derogavit cogitandi facultatem, nec plus idcirco verae in illis atque animalis vitae eſſe cenſuit, quam eſt in machinis humano conſilio comparatis, in aquila lignea, verbi cauſſa, ſimilibusque. Quamquam & hoc, nec ſine juſta cauſſa, ſatis mirabile ac inopinatum viſum fuit plerisque. At ipſam cogitationem pro motu habere, hominesque machinis haud meliores arbitrari, id vero tam ineptum atque monſtroſum eſt, ut nulli placere queat, niſi aut homini prorſus inſano & ab omni ratione relicto, aut Atheo cum ratione inſanienti, at ſuperſtitioſo ſimul & fanatico. Cum his igitur ſi ratione 1135
velis certare, aeque ſapienter facias, ac ſi cum machina diſputationem inſtituas.

§. IX. Addit poſtremo Atheus, quem oppugnamus, nullam naturam rationis & intelligentiae participem perfecte beatam, nec ideo Deum etiam eſſe poſſe: nam, quae ratione utuntur, naturas omnes ex re alia extra ſe poſita pendere. Igitur ſi omnia expendas, id ſibi volunt, qui cum his faciunt, nullam eſſe omnino in orbe terrarum felicitatem. Certum ſcilicet eſt, neminem, qui ratione caret & ſenſu, beatum eſſe poſſe: Nec enim ſine his frui poteſt ſemetipſo aliquis. Nulla vero etiam, ſi huic aurem praebeas familiae, natura rationis particeps beata poteſt

principium eſt conſilium & voluntas, & quidquid ad rationem tendit.

(*d*) *Ariſtotelem*] De *Ariſtotelis* loco, quo haec pauca verba, quae illuſtrationis tantum cauſſa vir doctiſſimus adfert, continentur, ſupra iam dixi aliquid.

(*e*) *Patronus*] *Hobbeſium* intelligi, vix ut moneam, neceſſe eſt. Locos, quibus hanc tuetur ſententiam, jam ad *Cap.* 2. laudavi.

(*f*) *Cyre-*

poteſt eſſe. Quid igitur reſtat, quam ut (*f*) Cyrenaicis nos adjungamus, quos decreviſſe accepimus, *Εὐαιμονίαν ἀνύπαρκτον*, *felicitatem commentum eſſe humani ingenii*, rem, quae nusquam in rerum natura exſiſtat. Jam ſibi convenienter & conſtanter docent religionum irriſores. Deum atque religionem, id quod deinceps apparebit, in orbem ideo introductam eſſe tradunt, quod ſuis commodis atque ſaluti omnium id conſentaneum fore, nonnulli ducerent: Et nihilo tamen minus tantum abeſſe profitentur, ut diſciplina ſua felicitatis aliquid homini ſpondeat, ut potius omnem felicitatis impetrandae ſpem prorſus praecidat. Ad extremum hoc quoque animadvertere velim, in hac argumentatione aliud ex obſcuris profani generis myſteriis reconditum latere: Nempe hoc: Nullos eſſe in natura rerum gradus: nihil praeſtabilius & excellentius eſſe altero: totam hanc univerſitatem unam eſſe eamdemque materiam vita omni ſenſuque orbam, licet non uno modo temperatam: ipſam intelligentiam in ſe ſpectatam vitium eſſe potius, quam ornamentum & perfectionem: rem enim eſſe vanam, commentitiam, ac plane umbratilem. Igitur ſi his nihil ſcitis ad veritatem deeſſet, id quod omnium eſt abſolutiſſimum in orbe terrarum, natura eſſet ſolida, gravis, ſenſus omnis & vitae, in ſe ſi conſideretur, expers: qua de re poſtea copioſius. Ita & decimi, quo ſe jactat gens impia, argumenti futilitatem & imbecillitatem declaravimus.

§. X. Sequitur, ut videamus, quanam haec turba ratione ipſam intelligentiae ac cognitionis naturam ad Deum & religionem oppugnandam adhibeat. Ipſos igitur rurſus *Epicuri* aut *Democriti* amicos ratiocinantes inducemus. Si mundus a Deo, ſeu mente quadam & intelligentia aeterna conditus eſt, quae exemplar ejus, antequam efficeretur, intra ſe cohibuit, neceſſe omnino eſt, ut vera cognitio jam exſtiterit, antequam ulla res exſiſteret, tam naturae, quam temporis ordine. Atqui planum eſt ac evidens, res, quae cognoſcuntur & intelligi poſſunt, ante fuiſſe naturae ordine, quam ulla eſſet ſcientia & cognitio. Quid enim ſcientia eſt, quam rerum extra nos poſitarum imago & perpeſſio ab illis orta in animo? Jam praeter corpora ſeu res, quae ſenſibus patent ac ſubjiciuntur, nullae ſunt in orbe terrarum aliae. Quibus concluſis, conſequens eſt, ut mentem & intelligentiam poſtremum fere inter res hujus orbis locum tenere, ac omnino factam & creatam eſſe ſtatuamus, aut mundum fuiſſe, priusquam ulla mens aut cognitio eſſet, non vero mentem ante orbem exſtitiſſe, eumque effeciſſe putemus. Vides undecimum, quo cauſſam ſuam firmant homines a Deo alieni, argumentum.

§. XI. Verum huic argumento, quo ſe obtenturos eſſe ſperant, ut omnis ratio, cognitio & ſcientia mundo junior & recentior atque ex rebus, quae in ſen-
1136 ſus incurrunt, generata judicetur, ſupra jam vim omnem ac nocendi potentiam ademimus. Etenim fuſe copioſeque demonſtravimus, mentem noſtram non in contemplandis ſingulis corporibus unice occupatam eſſe, verum inſitas & innatas habere notiones ſuas, easque aeternas, principioque carentes. Vidimus, mentem non eſſe umbratilem imaginem quamdam rerum in ſenſus cadentium, neque etiam expreſſum

(*f*) *Cyrenaicis*] Quod de Cyrenaicis hic perhibet vir doctiſſimus, neſcio unde traditum acceperit: at ſcio, non ſimpliciter illud verum eſſe. Non ſuſtulit omnem ἡδυπαθείαν & felicitatem, quae Cyrenaica dicitur, philoſophorum familia, ſed in corporis eam voluptatibus poſuit. *Diogenes Laërtius* de *vit. philoſ. Lib.* II. §. 37. *p.* 131. ἡδυπαθείαν δὲ καὶ αὐτὸς ἔλεγε τὸ ἐν τῇ μερικῶν ἡδονῶν ὑπερβολῇ,

expreſſum rerum illarum ſimulacrum, ſed unicum earum exemplar: principem vero mentem ejus eſſe naturae, ut nihil ea fieri queat perfectius; eam cum ſe ipſam, tum omnem potentiae ſuae amplitudinem aut quae fieri poſſunt univerſa comprehendere. Quibus probatis, intelligi omnino debet, cognitionem omnibus, quae ſenſibus parent, rebus antiquiorem, mentemque non mundi opus, ſed mundi architectum & fabricatorem eſſe. Igitur rogatos volumus eos, qui argumenti hujus confutationem quaerunt, ut ea, quae p. 719. & ſequentibus a nobis diſputata ſunt, conſulant; quo loco, mentem eſſe mundo priorem aut Deum eſſe, ex ipſa cognitionis & ſcientiae natura probavimus.

§. XII. Unum, quod his addam, tamen habeo. Quemadmodum qui Deum eſſe negant, motus cauſſas & naturam explicare nequeunt, ita nec cogitationis, ſcientiae, & vitae rationes adferre valent ullo modo probabiles. Id quo fiat apertius, brevem exhibebimus vitiorum & ineptiarum indicem, in quas incurrunt neceſſario, qui, neglecto Deo, cogitationis & vitae naturam indagant. Primum hoc ſibi ſumunt: materiam omni ſenſu vacuam unam eſſe naturam illam, quae vere ſubſiſtat, reliqua vero univerſa varias ejusdem materiae temperationes & modos eſſe; ex quo efficiunt, vitam & mentem in illis eſſe rebus, quae accidunt materiae, generari eas non minus, quam corrumpi poſſe, ex nihilo produci & ad nihilum viciſſim reverti, denique nullam eſſe, quae vere ſit ac ſubſiſtat, in hac univerſitate mentem vel vitam. Hunc omnem apparatum jam antea disjecimus, quum oſtenderemus, non poſſe non vitam eſſe quamdam per ſe ac ſua vi ſubſiſtentem, humanosque animos naturas eſſe ſua virtute viventes, nec materiae modos & temperationes: cui quidem conſentaneum eſt, ut natura eos perennes ac immortales eſſe credamus. Etenim nulla natura per ſe ſubſiſtens in nihilum occidere umquam poteſt.

§. XIII. Deinde eum illi, qui *Democritum* ſequuntur, tum alii Athei vitam decernunt & mentem non eſſe naturas ſimplices & primarias, verum compoſitas & ſecundarias. Namque naſci perhibent eas vel ex certis materiae concretionibus & coagmentationibus, vel ex qualitatum diverſarum temperatione ac confuſione, vel denique ex magnitudinis, figurae, ſitus, atque motus varia diſpoſitione. Quod ſi ita eſſet, ex illis generarentur animi & vitae rebus, in quibus nihil ineſt ſenſus & animi. Sicut enim caro non ex carneis particulis, neque oſſa ex oſſeis gignuntur, tametſi olim *Anaxagoras* id ſomniaverit: ita nil repugnare judicat haec familia, ne vitam ex initiis vita vacantibus, & mentem ex principiis mente deſtitutis profectam eſſe, credamus. Ad hanc rem quodammodo illuſtrandam a ſyllabis ſimilitudinem ſumunt, quae, quamvis voce pronuntiari & efferri queant, tamen partim ex litteris mutis, quas nemini voce licet efferre, partim ex ſemimutis conſiſtunt. His concluſis, homines, quibuscum nobis hic certamen eſt, falli eos omnino contendunt, qui vitam aut mentem ullam aeternam & initii neſciam, aut animum quemdam immortalem & corruptionis expertem eſſe, dicant:

ταρκες, ἀλλ' ἀναμφιλόγως) καὶ αἱ παρ' ἐκείνοις ἀρεταὶ αἱ μάλιστα. *Beata vita ſeu felicitas videtur Cyrenaicis conſtare ex voluptatum particularium conventu, quibus & praeteritae commumerantur & futurae.* Sextus Empir. Lib. VII. *adverſus Mathematicos* §. 2. p. 372. ſpernere ait Cyrenaicos rerum naturalium ſtudium & artem ratiocinandi, ὡς οὐδὲν πρὸς τὸ εὐδαιμονικὸν βίον συνεργοῦντα, *quoniam ad beatam vitam nihil*

Digitized by Google

cant: Solutis enim materiae, unde oriuntur & naſcuntur, compagibus & commiſſuris, ipſas vitas & animas non poſſe non interire, conſtituunt. Quapropter & veri ſimile judicant, fuiſſe tempus quoddam, quo nulla plane in hoc orbe vita, nullus ſenſus, nulla anima exſtiterit, fierique poſſe addunt, ut omnis aliquando rurſus, qua nunc orbem animatum videmus eſſe, vita inde auferatur & evaneſcat. Ex his omnibus hanc ad extremum concluſionem eliciunt: Mentem & intelligentiam non eſſe Deum aut efficientem univerſitatis hujus cauſſam: mentem enim omnem rem eſſe factam & genitam, quae ut nata ſit, ita etiam mori ac interire queat, ſeu, ut *Platonis* (*g*) utar verbis, θνητὸν ἐκ θνητῶν, *mortale aliquid ex mortalibus* natum: Decernunt item, hominum animos, ubi corpore exceſſerint, nec ſeparatim permanere, nec aëriis veſtitos corporibus hinc & inde commeare poſſe: quod qui opinantur, eos aeque dicunt ridiculos eſſe, atque illum, qui formam domus cujusdam aut arboris, domo ipſa vel arbore everſa ac
¶137 exciſa, ſeparatim exſiſtere ac in alio quodam corpore adparere poſſe confirmaret. Verum omnem hanc profani generis veſanam ſapientiam funditus ſupra jam ſuſtulimus ac diſſipavimus. Vitam enim & intelligentiam docuimus virtutes & perfectiones eſſe efficientes & agentes: fieri vero nulla ratione poſſe, ut vis ejusmodi agens ex materia vitae ſenſusque omnis inani, quae patibilem tantum naturam habet, quomodocumque etiam temperetur & miſceatur, generetur. Ex nihilo enim nihil fieri poſſe. Quod vero vitam atque rationem propterea ex rebus inanimis & ſenſu vacuis gigni poſſe ac componi putant, quoniam nec caro ex particulis carneis, nec os ex oſſeis corpuſculis, nec rubrae res ex rubris, virides ex viridibus naſcuntur particulis, id quidem ab hac ratione totum alienum eſt. Nec enim vita & animus ſyllabae ſunt ſeu complexiones rerum, quae conjungi ac disjungi poſſunt, ut res illae, quas in exemplum proponunt: neque etiam vel qualitates, frigidi, calidi, dulcis, amari, aliaeque, vel magnitudines, figurae, ſitus, motusque, compoſitae licet & copulatae ſint, litterarum inſtar, diſſociari, rurſusque conjungi poſſunt, verum res ſunt plane ſimplices, nec aliunde natae. Atque his nixi fulcris & principiis, non poſſe non vitam ac mentem eſſe aeternam, neque genitam antea demonſtravimus. Non eſt quidem neceſſarium, ut aeternus quidam rubor aut perennis quaedam viriditas eſſe credatur. Rubrum enim atque viride ad corporeas, quae vocantur, qualitates pertinent, quae nihil ſunt, quam variae unius materiae texturae aut magnitudinum, figurarum, ſituum, atque motuum diverſae compoſitiones, quibus ſenſus noſtri varia ratione adficiuntur: quam propter cauſſam ex rebus oriri poſſunt, nec rubris, nec viridibus. Similiter nihil eſt, quod cogat nos, ut aeternam eſſe quamdam motionem arbitremur. Etenim ſi vel tempore quodam nullus omnino fuiſſet in orbe terrarum motus, verum omnia quieviſſent corpora, cauſſa tamen quaedam inſita efficiendi ac agendi virtute praedita motum ciere ac producere potuiſſet. Poſtremo materiam aut corpus quoddam aeternum, nec aliunde natum ſtatuere, nulla poſcit a nobis neceſſitas. Nullum enim ſi aliquo tempore corpus fuit, naturam tamen infinite potentem, perfectiſſimam, & aeternam procreare illud potuiſſe, intelligimus. At vitam eſſe aliquam & mentem aeternam, principiique omnis neſciam, ut exiſtimemus, ratio & veritas omnino exigit. Quod ſi enim tempore quodam nec vita fuiſſet, nec intelligentia, nullo

nihil adjumenti adferrent: Ergo & conceſſerunt, eſſe vitam aliquam beatam, & eam a ſapiente viro quaerendam eſſe, putarunt. Sed vocabulum εὐδαιμονία forte hic arctiori ſenſu de felicitate animi accepit

nullo hae virtutes modo ex materia ſenſus omnis & vitae inani produci ac generari potuiſſent. Formam domus a materia ejus ſegregatam & ſejunctam exſiſtere non poſſe, quis aegre ſapiens conceſſerit? Res enim ea eſt caſu ex hac vel illa lapidum, calcis, & ligni compage conſtructa & nata. Verum animis humanis nihil ſimile eſt cum ejusmodi materiae compoſitae formis; ſed naturae ſunt illi per ſe ſubſiſtentes & agendi virtute inſtructae, quae propterea ſegregatae a corporibus ſuis vivere, aliaque corpora diverſis legibus contexta & conſtructa animare queunt. Scio, non deeſſe philoſophos, qui, etiamſi Deo ac religionibus faveant, facile tamen adducuntur, ut vitam, ſenſum, cogitationem, & conſcientiam, quae in brutis ſunt animantibus, ex materia generari credant a vita, ſenſu, & cogitandi facultate prorſus relicta. Tantum apud eos praecepta quaedam male intellecta, formaeque philoſophandi non nimis apertae ac ſimplices poſſunt. Verum hac qui ſunt imbuti ſententia, eos certum eſt aliis ad ſummam erga Deum impietatem duces & auctores eſſe. Si quae enim vita, ſi quae cogitatio, ſi quod conſcientiae genus e materia proficiſci & oriri poteſt orba prorſus liſce rebus & nuda, nullius umquam philoſophi auctoritas & acumen nobis obſiſtent, ne omnem ex eodem fonte vitam & mentem prodire potuiſſe, conſtituamus.

§. XIV. Verum pergunt, qui *Democrito*, ut Deum tollerent, ſeſe adjunxerunt, nec verentur affirmare, nihil eſſe in rerum natura poteſtate movendi & agendi per ſe inſtructum, ſed quidquid agat & moveatur, id a re quadam alia incitari ac impelli, virtutemque agendi & efficiendi, qua pollet, accipere. Hanc rem rurſus aliunde moveri, & hoc modo ſine ullo fine motum in hac univerſitate produci ac cieri. Cui quidem opinioni conveniens eſt, nihil eſſe princeps ac primum in cauſſarum ordine, ſed ex infinito tempore cuncta derivata eſſe, quae cernimus. Verum hanc cauſſarum infinitam ſeriem & ordinem ſupra jam ab omni ratione repudiari, neque ſanae mentis cuiquam placere poſſe, docuimus. Nam qui ſic praecipiunt, uti diximus, illi hoc nobis proprie inculcatum volunt, nihil eſſe ejus generis in hoc orbe, quod vitam dicimus, verum univerſam naturam rerum mole quadam conſtare materiae nec vita, nec ſenſu praeditae: quo quid cogitari poteſt amentius?

§. XV. Quamquam multo etiam mirabilius aliquid & flagitioſius tuentur diſci- 1138
plinae hujus alumni: Omnem omnino actionem & idcirco ipſam cogitationem, ſenſum, & conſcientiam reapſe nihil eſſe aliud, quam motum, locique mutationem. Ex quo conſequitur, cum animalia ratione vacantia, tum ipſos homines nil eſſe, quam machinas. In quo hominum, in primis vel amentiam, vel impudentiam animadvertere licet. Tam hoc enim belle & ſapienter dicitur, ac ſi quis triangulum eſſe quadratum, aut ſphaeram eſſe cubum, aut numerum eſſe figuram, aut horum ſimile aliquid decerneret. Qui omnem opinantur actionem & cogitationem motum eſſe certa lege temperatum, hi, ſi quid loquantur conſiderent accuratius, negare ſeſe reapſe ſentient, ullam eſſe in nobis cogitationem.

§. XVI. Omnium porro, qui a *Democriti* & *Epicuri* contra Deum ſtant partibus, concors & conſentiens haec eſt opinio, non omnia modo viſa, ſed etiam omnes animi

cepit vir eruditus: quod ſi fecit, recte dixit, Cyrenaicos nullam paſſos eſſe felicitatem eſſe.

(g) *Platonis*] *De legibus Libr.* X. p. 666.

mi cogitationes in cogitante a corporibus extra eum positis excitari, nec agere ullum hominem, quum cogitare incipit, aliquid, sed ferre tantum & pati. Sed non omnes tamen, qui sic sentiunt, eodem modo sententiam hanc explicant & declarant. Primum qui *Democritum* in primis sequuntur, sensum statuunt oriri ex crassioribus quibusdam vaporibus, de summis corporibus perpetuo manantibus atque in nervos sese nostros insinuantibus: reliquas vero universas hominum cogitationes, sive vigilantibus, sive somniantibus occurrant, aliud quoddam genus imaginum vel simulacrorum multo tenuioris texturae de corporibus procedentium excitare, judicant. Haec simulacra ad cerebrum deferri ajunt non per apertos illos nervorum ductus, sed per rara quaevis corporum penetrare, animique intus naturam ciere. Nihil sentire nos, nisi crassiores illae effigies de corporibus fluentes nervos nostros pellant, seque ipsas nobis obtrudant: nihil item umquam cogitari a nobis, praeter id, quod subtiliora corporum simulacra, tenuesque rerum exuviae, quas ubique vagari dicunt, in cerebro vel animo signaverint & impresserint. (*b*) Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν νόησιν εἴδωλα ἐμπίπτοντα μηδενὶ μηδὲν προσβάλλειν μηδὲ ποιεῖν ἕτερον ἕτερόν τι παθόντος εἰδώλου. *Leucippus & Democritus sensum & intelligentiam munus suum obire dicunt, visis sive imaginibus foris allatis. His non accedentibus, neutrum istorum quidquam moliri.* Pari plane ratione *Laërtius* (*i*) veterum horum philosophorum sententiam exponit de simulacris, quae de corporum illi extremitate manare, unicasque causas dicebant esse τῆς ψυχῆς πνημάτων καὶ βουλημάτων ἑκάστων καὶ ἡδῶν καὶ παθῶν, *omnium, quae in anima existunt, motuum & voluntatum, omniumque actionum & perpessionum.* Sicut igitur, his si fidem habeamus, nullus in nobis rei cujusquam sensus oriri, nulla in animo notio informari potest, nisi haec a summis corporibus ad mentem nostram manent, eamque in nobis excitent, simulacra: ita nec velle, nec appetere aliquid, neque commoveri denique possumus, nisi causis externis corporeisque impulsi ac incitati. Hac freus unice ratione *Democritus*, fato fieri omnia contendebat, omnemque tollebat humanarum actionum libertatem. Libertatis enim si nobis reliquisset aliquid aut id defendisset, quod τὸ ἐφ' ἡμῖν veteres vocare solent philosophi & fato opponunt, non potuisset, quin humanis simul mentibus facultatem quamdam per se ac insita virtute sua agendi tribueret & casu non pauca contingere concederet. Itaque non secus ac reliquas omnes cogitationes, quidquid vel volumus, vel desideramus, id a fluentibus illis corporum imaginibus & in mentem eorum, qui volunt & appetunt, incurrentibus necessario produci ac effici statuebat. Visum quidem aliquando fuit *Epicuro* pro voluntatis libertate propugnare, *Democrito*que hac in re adversari: sed sui postea immemor eumdem, quem ille, philosophandi cursum secure tenet:

(*) *Nunc age quae moveant animum res, accipe paucis*
Quae veniunt, veniant in mentem, percipe paucis.
Principio hoc dico, rerum simulacra vagari &c.

Sed

(*) Lucret. Lib. IV. p. 358. 366. (vs. 726. p. 719. pro *paucis* lege versu primo *unde*.)

(*b*) Λεύκιππος] Haec *Plutarchi* verba sunt de *placitis philos. Lib.* IV. *Cap.* 8. *p.* 899. *Tom.* II. *Opp.* De simulacris seu idolis, quae cum *Democrito* communia *Leucippus* habuit, supra jam satis copiose diserui.

(*i*) *Laërtius*] Memoria fefellit virum doctissimum.

Digitized by Google

Sed fuerunt inter veteres corpuſculorum patronos, qui hoc ſibi variis de cauſſis 1139
non paſſi ſunt perſuaderi, quod ſentire ac percipere poſſumus, id eo, quo diximus modo, unice a corporeis hiſce ſimulacris aut corporum exuviis perpetuo fluentibus repetendum eſſe. Contra rem totam ita explicabant: Imagines de corporibus fluentes aërem ſive aetherem, qui lux ceteroquin adpellatur, interque ſenſus & corpora medius eſt interjectus, tendere; inde nervum ab illis opticum premi, aque hoc modo rem diſtantem tangi ac ſentiri ὡσὶν διὰ βακτηρίας, *tamquam per* (*k*) *baculum*. Et haec quidem ſententia, ſi ad partem ſenſus corpoream unice referatur, ut verum fatear, & ingenioſior eſt ſuperiori & rationi magis conſentanea. Verum illi, qui atomis olim ad Deum de medio tollendum abutebantur, uti ſenſum omnem tum naſci praecipiebant, quum corpora nos externa premunt & adficiunt, ita rerum informationem in animo & omnem mentis cogitationem nil eſſe cenſebant, praeter reliquias motionum illarum a corporibus in ſenſibus excitatarum: has enim motiones in cerebro conſervari dicebant, ſenſim vero & pedetentim liqueſcere, diminui, & leniri, nec diſſimiles eſſe tremulis illis tintinnabuli ſonis, qui pulſionem ejus conſequuntur, aut fluctuum agitationibus, quas, vento jam ſedato, in mari ſupereſſe conſpicias. Cum his ergo ſi ſentire velis, omnem tibi ſtatuendum eſt ſcientiam & cogitationem nil eſſe, quam ſenſum decreſcentem & labefactatum, voluntatis autem motus omnes neceſſaria quadam lege a corporibus externis in nos incurrentibus produci. Nullum quidem dubium eſt, corpora eorum, qui ſentiunt, antea ſemper, quam ſentiant, a re quadam externa urgeri & premi: verum cave tibi perſuadeas, ſenſum id ipſum eſſe, quod tum corpus patitur. Senſus perceptio eſt illius rei, quae tum corpori accidit. Multo minus, ſalva veritate, dicere licet, animi cogitationem corporum extra nos poſitorum effectum eſſe, nihilque, dum oriuntur illae, cogitantem agere, ſed perferre tantum & pati: omnium minime voluntatis actiones inter ea poſſunt referri, quae a corporibus in nobis excitantur. Eſt profecto in nobis aliquid τὸ ἐφ' ἡμῖν, ſeu *quod in noſtra ſitum eſt poteſtate*, eſt facultas quaedam nobis agendi inſita, propter quam actionum noſtrarum cauſſae & principia dici ac vel laudem vel reprehenſionem mereri poſſumus.

§. XVII. Nihilo tamen minus, qui *Democritum* & *Epicurum* probant, cognitionem & ſcientiam reapſe contendunt idem eſſe, quod ſenſum. Sed nonnihil tamen inter haec duo diſcriminis ponunt: de quo quidem diſcrimine non omnium una eſt & eadem opinio. Aliqui hujus generis id, quod nos vulgo ſenſum nominamus, primariam eſſe cognitionem ſeu fontem ſcientiae, ſcientiam vero cognitionem ſecundariam aut ſenſum fractum & langueſcentem opinantur. Aliqui vero ſenſum a craſſioribus illis corporum exuviis & imaginibus, in nervos ſeſe inſinuantibus, gigni perhibent: cognitionem vero & intelligentiam a tenuioribus & ſubtilioribus rerum ſimulacris oriri, quae anguſtiora corporum foramina penetrent. Sive his, ſive illis adſentiaris, id ſemper certum habeas neceſſe eſt, cognitionem & intelligentiam imbecilliorem & infirmiorem eſſe ſenſum. At non unum

corum

ſimum. De *Leucippo* nihil huiusmodi memoriae prodidit *Laërtius*. At verum eſt, *Democrito* hanc ab eo ſententiam tribui *Lib.* IX. *Segm.* 44. *p.* 573. Quae ſequuntur Graeca verba, neſcio, utrum ipſius *Cudworthi* ſint, qui ſaepius Graecis vocabulis ſententiam ſuam explicare ſolet, an vero veteris cujusdam ſcriptoris Graeci.

(*k*) *Baculum*] Vide *Plutarchum de placitis philoſ.*

eorum ſententiam, qui ad ſenſum omnes animi motus & cogitationes unice referunt, negantque agere nos aliquid, dum cogitamus, ſed pati tantum, portentum conſequitur. Principio cum hac opinione id, quo nihil fieri abſurdius poteſt, ſuſcipias neceſſe eſt, numquam nos errare, numquam falli, aut a recta ratione deſciſcere poſſe. Vacat enim controverſia omnem perpeſſionem veram eſſe perpeſſionem, omniaque, quae ſentimus & percipimus, vere a nobis percipi ac ſentiri. Quapropter, tametſi ſenſum ſenſu, perpeſſionemque perpeſſione vel infirmiorem vel vehementiorem eſſe, nil impedit, id fieri tamen nullo modo poteſt, ut ſenſus quidam aut perpeſſio falſa ſit, in qua quippe ipſa natura veritatis ſita eſt. Non id praeteribat *Protagoram*, unum de philoſophis illis, quos corpuſculis accepimus abuſos fuiſſe, ut religioni & pietati erga Deum nocerent: qui quum hoc ſemel poſuiſſet, notitiam & cognitionem non differre a ſenſu, non poterat, quin hoc etiam, tamquam legitimum ejus conſectarium, agnoſceret, ac ſuum fa-
1140 ceret: *πᾶσα δόξα ἀληθής. Quaelibet opinio* (*l*) *vera eſt.* Nec enim, hujus ex ſententia, ſcientia & opinio aliud quid eſt, quam viſum quoddam aut perpeſſio animi. Atqui omne viſum, omnisque perpeſſio vera eſt, neque integrum cuique eſt ullo modo, ut id, quod non eſt, ſentiat, aut aliter, quam ſuffert & patitur, cogitet. *Epicurus* vero, quum perſpiceret, quantum cum hac doctrina incommodi conjunctum eſſet, in eo vehementer elaboravit, ut oſtenderet, ſcitis ſuis convenienter conſtanterque dici, homines errare, falli & decipi poſſe. Igitur omnem quidem confitebatur cognitionem eſſe ſenſum: nec omnem ſenſum negabat verum eſſe: ſed nihilo tamen minus errorem adjiciebat naſci poſſe *ex animi opinatu*, viſis & perpeſſionibus ſenſuum de ſuo interdum aliquid (*m*) addentis. In hoc autem turpiter ſecum ipſo pugnat hic philoſophus. Quod ſi enim animo noſtro licet, dum

toſ. Lib. IV. *Cap.* 15. *p.* 911. *Tom.* II. *Opp.* & *Diogenem Laërtium de vit. Philoſoph. Lib.* VII. *Segm.* 157. *p.* 466.

(*l*) *Vera eſt*] Lege *Platonem* in *Theaeteto p.* 118. & *Diogenem Laërtium Lib.* IX. *Segm.* 51. *p.* 576. ubi haec *Protagorae* ſententia tribuitur. Recentiores Dei & religionis omnis inimici, quemadmodum ſententiam hanc defendant & ad inſtituta ſua accommodent, qui cognoſcere cupit, is adeat *Comitis Boulainvillierii Expoſitionem & interpretationem doctrinae Spinozae*, aut, ut falſo in edito libro inſcribitur: *Refutation des erreurs de Spinoza Sect.* I. *p.* 90. *ſ. Bruxell.* 1730. 12. Lecto libro hoc, equidem admiratus ſum ingenium & facultatem auctoris explicandi & exornandi ea, quae perſpicue exponi, multo minus illuſtrari & exornari vix poſſe videntur: at ſimul incredibilem ejus audaciam & temeritatem, animumque plane corruptum deteſtatus ſum. Quamvis enim in *praefatione* ideo tantum doctrinam ſeſe *Spinozae* apertius, quam ab ipſo ejus inventore factum eſt, expoſuiſſe & melius digeſſiſſe videri velit, ut aptius & commodius confutari queat ab aliis: aegre tamen ab animo meo, immo nullo modo, impetro, ut bene de homine ſentiam, qui omnem ingenii ſui & eloquentiae vim adhibuit & effudit, ut diſciplinam, quam ipſe abſurdam vocat, expoliret, illuſtraret, & ſcite ac eleganter diſponeret. Sed hic tamen ejus conatus religionem omnem evertendi, apud viros ſapientes & rerum intelligentes nihil prorſus efficiet. Dum ineditus erat hic Comitis, quem dixi, liber & inter eos manu exaratus circumferebatur, qui libris pietati in Deum noxiis delectantur, quo ſecurius libidinibus ſuis & vitiis obſequi poſſint, nihil eo ſaepius audivi ſubtilius, nihil perniciоſius, nihil ad ipſa religionis fundamenta convellenda validius fieri poſſe. Quae quum ex parte ſaltim vera eſſe crederem, optavi, ne is umquam publicus fieret, quod uſu & experientia cognovi, aegrotantes jam & a religione nonnihil alienatos animos, vel minima quadam veri ſpecie prorſus corrumpi & depravari poſſe. Verum concidit haec opinio & ſimul omnis metus meus, poſtquam librum ipſe evolvi & accurate legi. Nihil eo levius & imbecillius: magni hiatus: nulla infinitarum rerum, quarum tamen rationem oportet eum reddere, cui Deus & religio, cultusque Dei diſplicet, explicatio: nihil ſimplex, apertum, & probabile, quod in hominum ſeſe ſapientum animos inſinuare ſuapte virtute queat. Fabulam mihi viſus ſum legere, nec ingenioſe inventam, nec ſcite diſpoſitam, nec aptam inter ſe & connexam. Vi-

Digitized by Google

dum opinatur & judicat, de ſuo aliquid ei, quod ab aliis rebus accipit, adjicere, quis mentem naturam eſſe dixerit, quae tantum perpeti, nil autem facere queat? Inſit, ſi hoc ita ſeſe habet, in mentibus noſtris oportet vis quaedam agendi per ſe: qua virtute ſemel admiſſa, conſequens eſt, animum credere nil corpori admiſtum habere. Nec enim corpus aliter poteſt agere, quam patitur, aut a re alia externa incitatur & impellitur. Quare ſic rationem, ſi ſapimus, concludemus: Quum errores, falſaque judicia hominibus inſidiari certum ſit, illi, qui omnes cogitationes in perpeſſionibus numerant, repudiari omnino debent. E contrario audiendi ſunt ceteri, qui animis virtutem quamdam effectricem natura eſſe 1141
inſitam, praedicant, qua ad rebus non ſatis explorate perceptis adſentiendum apti ac idonei reddantur, ex quo error deinde naſcitur.

§. XVIII. Sed & aliud eorum ſententiam, qui ſenſum non diſcrepare putant a cognitione, conſectarium deformat, ſuperiori non minus inficetum & ineptum; hoc nimirum: Nihil ſimpliciter & abſolute vel verum eſſe, vel falſum, ſed omnem cognitionem uniuscujusque ſenſui & phantaſiae accommodatam, totamque imaginariam eſſe, aut, quod idem eſt, opinione unice conſtare. Etenim ſenſus quid eſt aliud, quam res quaedam privata, imaginaria, ejusque, qui ſentit, ingenio atque captui conveniens? Et *Protagoras* quidem, qua erat ingenii libertate & ingenuitate, hoc minime recuſabat conſectarium, verum aperte fatebatur in ſcientia, quoniam nihil eſſet ea, quam ſenſus, nullam ſtabilitatem & conſtantiam reperiri: quidquid verum eſſet, id non aliter eſſe verum, quam τούτῳ καὶ τοῦτῳ, *huic vel illi qui cognoſcat & cogitet.* Quemlibet hominem τὸ ἑαυτοῦ μόνον δοξάζειν, *ſua tantum opinari:* πάντων χρημάτων μέτρον eſſe ἄνθρωπον: *Quemvis hominem menſuram eſſe ſibi rerum atque*

Viſus eſt mihi eſſe aliquid *Spinoza*, quoties *Ethicam* ejus inſpexi: nam Geometrarum leges, quibus hunc alligavit librum, non modicam vitiorum ejus partem occultant. At ingenioſo ejus interprete lecto, qui omnem videri vult caliginem a magiſtri ſui praeceptis abſterſiſſe, ita mihi ſordere coepit, ut incredibile dictu ſit. Ita ſaepe res, quae magnae multis, arduae, ac ſubtiles videntur, ſtatim omnem amittunt dignitatem, ſimulatque populari oratione explicantur. Addam his unum, quod mihi non inutile videtur eſſe cognitu. Conqueruntur, qui *Spinozae* placitis favent, adverſarios ejus, in primis vero *Petr. Baylium*, quem cum hoc homine *Dictionario*, *voce Spinoza* congreſſum eſſe conſtat, mentem & ſententiam ejus aut ſtudioſe pervertiſſe, aut parum dextre cepiſſe & intellexiſſe. Novus *Spinozae* interpres, quem dixi, hanc in *praefatione* ſua querimoniam repetit: ſed is ipſe tamen libello ſuo omnes, qui harum rerum aliquid intelligunt, edocebit, belle ſatis plerosque Athei illius hoſtes myſteria ejus perſpexiſſe. Omnia, quae ſigillatim *Baylius* diſciplinae Spinozianae exprobravit, abſurda & portentoſa conſectaria, tam concinne fluunt ex ea, quemadmodum exponitur a *Boulainvillierio*, nihil ut concinnius inde manare queat. Moleſte, niſi fallor, tulerunt amici *Spinozae*, flagitia ejus & ſententias mirabiliter foedas tam luculenter & perſpicue expoſitas & declaratas eſſe: itaque quo famae ſuccurrerent hominis, inſcitiae ſibi arguendos eſſe duxerunt, qui velum ipſi detraxerant. Video, loco non ſatis opportuno haec a me diſputari ac moneri: ſed nec tamen alienum prorſus videbitur, in libro, quo Atheorum amentia ex inſtituto explanatur, ejus paucis perſtringi deformitatem, quem in oculis ferre ſolent hodie, quibus Deus una cum cultu ejus odio eſt. Doleo, magnum & perſpicax *Boulainvillierii* ingenium, quod multo utiliora & graviora moliri potuiſſet, in nugis difficilibus explicandis, ampliſicandis, & adornandis tantum operae ac ſtudii conſumſiſſe.

(m) *Addentis*] *Lucretius de rerum natura Lib.* IV. *p.* 464. *ſ. p.* 74. 75. *Tom.* II.

Caetera de genere hoc mirando multa videmus,
Quae violare fidem quaſi ſenſibus omnia quaerunt,
Nequidquam: quoniam pars horum maxima fallit
Propter opinatus animi, quos addimus ipſi,
Pro viſis ut ſint, quae non ſunt ſenſibus viſa.
Nam nihil egregius, quam res jecernere apertas
A dubiis, animus quas ab ſe protinus addit.

(n) *Eſſe*

Digitized by Google

atque veritatis: Poſtremo τὸ φαινόμενον ἑκάστῳ τούτῳ καὶ εἶναι ὑπάρχειν: *Quidquid videatur alicui, id verum eſſe illi, cui verum videatur* (*n*) *eſſe*. Ipſe, multo licet *Protagora* prudentior eſſet, *Democritus*, non potuit tamen, quin nonnumquam incautus & imprudens ſignificaret, ſi convenienter illi, quod ſuum fecerat, dogmati: *Intelligentiam eſſe rem imaginariam, & ſcientiam nihil, quam opinionem*, praecipere vellet, hoc ſibi, quod diximus, ſcitum probandum eſſe. Quid enim haec ſibi volunt aliud ejus (*o*) verba? χρὴ ἄνθρωπον τῇδε τῷ κανόνι, ὅτι αὐτὸς ἀπῄλακται. *Oportet hominem hac regula ſcire, ſeſe a veritate multum abeſſe.* Quid illa? αὐτὴ (vel ἐπῇ) οὐδὲν ἴσμεν ἐπὶ ἑνὸς, ἀλλ' ὑπήνεμιη ἑκάστοισιν ἡ δόξις. *Nos abſolute nihil novimus, ſed eſt ſingulis opinio, prouti res quemque affecerit.* Quapropter etiam cognitionem & ſcientiam hominum pro diverſa corporum temperatura, rerumque externarum ſitu & habitu differre, non veritus eſt (*p*) adfirmare. Neque haec res *Ariſtotelis* fugere perſpicacitatem potuit: qui, quum erudite ac ingenioſe obſervaſſet, bina haecce decreta: Omnis opinio vera eſt, nullusque error aut pravum judicium hominem umquam invadit: Et: Nihil abſolute verum eſt, ſed quae vera dicuntur, certis tantum vera ſunt hominibus, reapſe non diverſa eſſe, ſed unum idemque prorſus ſignificare, haud ſeſe peccaturum ratus eſt, ſi utramque hanc *Democrito* ſententiam attribueret. Dabo ipſa ejus (*q*) verba: Οὐδὲν εἶναι ἀληθὲς. ὅλως δὲ λέγει τὸ ὑπολαμβάνειν φρόνησιν μὲν ἢ αἴσθησιν, τὸ φαινόμενον δὲ ἢ αἴσθησιν ἐξ ἀνάγκης ἀληθὲς εἶναι. *Democritus nihil eſſe verum ſtatuit. Et quia prudentiam ſeu rationem nihil eſſe, quam ſenſum, putant*, (qui cum eo faciunt) *id, quod ſecundum ſenſum verum videtur eſſe, neceſſario verum* (non abſolute, ſed comparate) *concludunt eſſe*, (illi cui ita videtur.) In tam inſignem homines, qui corpusculis ſuis Deum obruere nituntur, amentiam incidant, neceſſe eſt, ſi cogitationis, mentis, & intelligentiae ex ſcitis ſuis naturam explicare tentent. Quamquam nihil certius eſt, quam omnes hos, qui iſti
1142 ſeſe adjunxerunt familiae, ne ipſo quidem *Democrito* excepto, iſtud phyſices genus, quod in corpusculis rerum quaerit initia, tametſi ejus in primis videri vellent periti, parum accurate & circumſpecte tractaſſe, neque rationem ejus & indolem recte perſpexiſſe. Hujus enim qui gnarus eſt diſciplinae, is duo haec aeque perſpicue atque aperte ab ea praecipi & tradi animadvertet; Primum: Omnem ſenſum rem eſſe imaginariam, ejusque, qui ſentit, ſtatui & naturae accommodatam: Alterum: Eſſe tamen nobiliorem aliquam in homine facultatem, rationem nimirum & intelligentiam, quae ſenſuum diſpellat ludibria, in ipſamque rerum veritatem penetret, aut ejus nota ſit & regula.

§. XIX.

(*n*) *Eſſe*] Omnes hae formulae ex *Platonis* ſumtae ſunt *Theaeteto p.* 116. 119 122. 126. 129. in quo Dialogo *Protagorae* ſententiae & late declarantur & a *Socrate* ingenioſe refelluntur. Ex eodem libello multa depromſit eorum vir doctiſſimus, quae hic illi generi opponit, quod ſcientiam omnem ex ſenſu naſci unice, aut nil niſi ſenſum eſſe, ſtatuit.

(*o*) *Verba*] Haec & quae proxime conſequuntur *Democriti* verba ex *Libro* ejus *de ideis* ſervavit *Sextus Empiricus Lib.* VII. *adverſ. Mathematicos ſeu* I. *adv. Logicos* §. 137. *p.* 399. 400. Exſtant eodem loco alia quaedam *Democriti* effata, quibus eadem ſententia clarius etiam, quam in his locis, exprimitur.

(*p*) *Adfirmare*] Non dubito, quin hoc ejus ſcitum intelligat, quod apud eumdem *Sextum l. c. p.* 399. extat: ἡμεῖς δὲ τῷ μὲν ὄντι, οὐδὲν ἀτρεκὲς γινώσκομεν, μεταπίπτει δὲ κατά τε σώματος διάθεσιν καὶ τῶν ἐπιῤῥεόντων καὶ τῶν ἀντιτυπιζόντων. *Nos autem re ipſa quidem nihil veri intelligimus: ſed quod nobis ſe obiicit ex affectione corporis & eorum quae ingrediuntur & ex adverſo obſiſtunt.*

(*q*) *Verba*] *Ariſtotelis Metaphyſicor. Lib.* IV. *Cap.* 5. *p.* 312. *Tom.* IV. *Opp.* Omiſit tamen hic quaedam in verbis *Ariſtotelis* vir doctiſſimus, quae

§. XIX. Sed pergamus in refellendis eorum, qui a *Democrito* & *Epicuro* Deum oppugnare didicerunt, ineptiis. Nihil, illi ajunt, mentem nostram percipere, nihil cogitando consequi, quam singula, quae extra nos versantur & in sensus incurrunt, corpora: Cognitionem igitur, scientiamque nihil esse, quam corporum horum imaginem, aut adumbratum simulacrum: Ex quo efficiunt, antequam ulla exsisteret scientia & cognitio, haec corpora, unde omnis proficiscitur scientia, jam exstitisse. Atque hoc concluso, id etiam apertum esse, simul credunt, mundum ex corporibus constantem, resque sensibus nostris subjectas & expositas nullo modo a mente quadam & intelligentia fingi ac creari potuisse, eo quod mens mundo sit ipsa natura sua recentior, resque a mundo facta & producta. (r) *Aristoteles* & *Democritum* & *Protagoram* sic censuisse atque docuisse perhibet: Ὑπολαμβάνειν τὰ ὄντα μόνα εἶναι τὰ αἰσθητά. *Entia vero sola arbitrati sunt, sensibilia esse; ex quo factum est, ut cognitionem sciscerent esse sensum, ideoque rem tantum imaginariam.* Verum huic jam antea commento occurrimus. Planum enim a nobis factum est, desipere eos, qui mentem & intelligentiam nil esse statuunt, quam imaginem & simulacrum rerum corporearum a sentiendi facultate formatum: Ostendimus etiam, mentem natura sua non aliunde derivatam esse, verum ceterarum rerum omnium exemplar esse & architectum: Docuimus, mentem mundo, rebusque omnibus, quae sensus implent & adficiunt, antiquiorem esse, neque extra se quaerere, quae contempletur ac meditetur, verum intus inclusas gerere rerum omnium species & simulacra: Illam enim, quae princeps est omnium, mentem, naturam esse omni ex parte absolutam & perfectam, nec modo semetipsam comprehendere atque intelligere, verum etiam omnem infinitae, qua valet, potentiae vim & amplitudinem, ac quae fieri possunt, universa cognoscere, optimum denique totius naturae rerum exemplar & complecti animo & ad ejus normam cuncta fingere ac fabricari.

§. XX. Sed quia certum est & exploratum, non in rebus singulis considerandis mentem nostram unice occupari, sed in universalibus etiam expendendis versari, hoc simul promtum videtur esse ac propositum, res in sensus incurrentes non esse solas illas, quibus natura rerum constat. Inde igitur ut se expedirent (s) recentiora quaedam ingenia, quibus impietatem erga Deum alere ac fovere visum fuit, novam excogitarunt vim & rationem, quae semel temere posuerant defendendi. Scilicet quae vocantur *universalia*, statuunt vocabula tantum esse quae ad rem institutam ipsi haud visa sunt conducere.

(r) *Aristoteles*] *Metaphysicor. Lib.* IV. *Cap.* 5. *p.* 313. *Tom.* IV. *Opp.* Sed non omnia, quae hic Latine a *Cudworthо* tamquam verba recitantur *Aristotelis*, apud eum extant, sed ea tantum, quae Graecis verbis hic descriptis respondent.

(s) *Recentiora ingenia*] Unum intelligit in primis *Hobbesium*, qui *Logices Part.* I. *Cap.* 2. *p.* 10. *Est ergo*, inquit, *nomen universale, non rei alicujus existentis in rerum natura, neque ideae sive phantasmatis alicujus in animo formati, sed alicujus semper vocis sive nominis nomen.* —— *Ideoque non est opus ad vim universalis intelligendam alia facultate, quam imaginativa, qua recordamur voces ejusmodi modo unam rem, modo aliam in animo excitasse.* Idem *Cap.* 3. §. 2. *p.* 17. Propositionem ita definit: *Propositio est oratio constans ex duobus nominibus copulatis, qua significat is, qui loquitur, concipere se, nomen posterius ejusdem rei nomen esse, cujus est nomen prius.* De ratiocinatione idem *Cap.* 1. *p.* 2. *Ratiocinari igitur idem est, quod addere & subtrahere, vel si quis adjungat his multiplicare & dividere, non abnuam, cum multiplicatio idem fit, quod aequalium additio, divisio, quod aequalium quoties fieri potest subtractio. Recidit itaque ratiocinatio omnis ad duas operationes*

eſſe ac nomina, quibus ſingula adpellentur corpora. Itaque in omnibus pronun-
§143 tiatis & decretis, in omnibus, quibus vel adfirmatur vel negatur aliquid, propoſitionibus, quarum, ut vocant, praedicatum ſaltim univerſale ſit, nomina tantum corporum ſingulorum vel addi ceteris, vel demi, vel affirmari, vel negari. Quibus convenienter ratiocinationem & ſyllogismum concludunt nihil eſſe, quam collectionem & computationem conſectariorum, quae ex hiſce vocabulis & nominibus derivare licet. Quin etiam tanta hujus generis impudentia eſt ac vecordia, ut praeter ea, quae ſenſuum ad nos perferuntur beneficio, nullius rei aliquid percipere nos tradant, niſi nomen & vocabulum, quo ea nominetur. Neſcio vero, an ulla major & exquiſitior ſtultitia ac amentia vel fingi & cogitari queat. Quod ſi Geometria nihil eſſet, niſi cognitio vocabulorum, quibus ſingula denominari ſolent corpora, nec ipſa ſcientiae digna eſſet nomine: primum decreta ejus, Graeco primum, poſtea Latino ſermone expreſſa haud eadem, ſed diverſa forent: deinde Geometras tot tantisque temporum locorumque intervallis diſſociatos, eadem corpora ſingularia poſita ante oculos habuiſſe, ſtatuendum eſſet, de quibus nomina iſta univerſalia vel negaverint, vel adfirmaverint.

§. XXI. Ad extremum illi, qui, duce *Anaximandro* & *Epicuro*, Dei omnem cognitionem & reverentiam ex animis evellere mortalium cupiunt, principiis hiſce ac praeceptis, quae memoravimus, freti, dignitatem & praeſtantiam cognitionis & ſcientiae diminuere quovis modo tentant & nituntur. Nihilo plus enim praedicant veritatis, nobilitatis, aut perfectionis ineſſe in ſcientia, quam in materia ineſt vita omni ſenſuque deſtituta. Scientiam univerſam ab impulſu exoriri corporum ſingulorum extra nos poſitorum: hisque idcirco corporibus & aetate poſteriorem, & dignitate inferiorem eſſe. Res nimirum, quae in ſenſus incurrunt, motus quosdam in cerebro ciere, & tumultum aliquem in eo excitare: id ſcientiam a nobis vocari & cognitionem; ex quo evidens ſit, eam ex rebus aliis externis ipſa natura ſua pendere. Quum omnium loquuntur optime, ſcientiam tenuem atque vanam rerum ſenſibus ſubjectarum imaginem eſſe, aut potius imaginem & ſimulacrum illarum imaginum, quae in ſenſibus exſiſtunt, adfirmant, rem prorſus futilem, incertam, & imaginariam. Et his pro certis & conceſſis ſumtis, non eſſe talem concludunt ſcientiam & intelligentiam, ut in principem rerum omnium cauſſam & auctorem cadere poſſit: quam cauſſam rerum propterea nihil eſſe conſtituunt, quam materiam ſolidam gravemque, omni vita ſenſuque vacuam. Hac nihil eſſe decernunt perfectius, nihil excellentius, nihil divinius: hanc enim unam conſtare ſibi, hanc per ſe exſiſtere, hanc unam nulli rei alii ſubjectam eſſe. Vitam autem & intelligentiam, mentem & rationem negant eſſe res ſimplices, ortusque omnis neſcias, ſed ſecundarias tantum volunt eſſe ac nativas: ſyllabas atque coagmentationes rerum ex variis magnitudinum, ſituum, figu-

nes animi, additionem & ſubtractionem. Interjectis quibusdam aliis: *Rem autem*, ait, *quamcunque addimus vel adimimus, id eſt, in rationes referimus, eam dicimus conſiderare, Graece* λογίζεσθαι, *ſicut ipſum computare ſive ratiocinari* συλλογίζεσθαι *nominant.*

(*t*) *Solent*] *Hobbeſii* magnam partem opiniones & ſententiae ſunt, quae hic enumerantur & exponuntur: de quibus quidem *ad Cap.* 2. hujus voluminis jam diximus. Sed interponuntur quaedam a viro doctiſſimo, quae vix ac ne vix quidem apud eum reperias.

(*v*) *Statuunt*] Ita quidem vir doctiſſimus ſententiam horum philoſophorum, quorum *Plato* re-

Digitized by Google

figurarum, motuumque compoſitionibus, aut ex diverſa qualitatum temperatione natas: texturas denique corpuſculorum vel ſimilium, vel diſſimilium. Ita quum ſentiant, non poſſunt, quin has res etiam materia ſenſus experte motuque, quatuor item, ex quibus omnia conſtant, inanimatis rerum principiis, aqua, coelo, terra, & igne, recentiores & juniores eſſe cenſeant: rerum nempe principia & elementa naturam caſumque primum omnium reapſe produxiſſe & effeciſſe, nil dubitant. Ex his omnibus poſtremo conficiunt, effectus harum rerum & quae ad eas pertinent, univerſa, ſi cum hiſce contendantur naturae rebus, quas firmas illi eſſe unice ſtabilesque opinantur, vana eſſe ac ludicra, umbrarumque modo vagari: tantum inter haec & illa intereſſe diſcriminis, quantum inter regiones, quae in tabulis cernuntur pictae, & inter excelſos montes, profundas valles, fluviorum curſus, praealtas turres, umbroſa arborum cacumina, ſylvarum denique receſſus, quae oculis reapſe adſpiciuntur & conſiderantur. Hinc etiam, quo majorem hiſce naturis & virtutibus dedecus & infamiam concitent, notionum & artificioſarum rerum vocabulis eas deſignare (*t*) ſolent. Hoc vero jam antiquis philoſophis, qui Deum ferre noluerunt, in more fuiſſe poſitum, locuples nobis auctor *Plato* eſt: (*) Φασὶ τὰ μὲν μέγιστα καὶ κάλλιστα ἀπεργάζεσθαι φύσιν καὶ τύχην, τὰ δὲ σμικρότερα τέχνην· ἣν δὴ καθ' ἑκάστην φύσιν λαμβάνοντας, ἢ τὸν μεγάλων καὶ πρώτων γένεσιν ἔργων, πλάττειν καὶ τεκταίνεσθαι πάντα τὰ σμικρότερα, ἃ δὴ τέχνας προσαγορεύομεν *Maxima dicunt atque pulcherrima natura* (ſenſu vacua) *& arte fieri, minora vero arte* (mente ac intelligentia). *Artem vero dicunt, accepta a natura magnorum primorumque operum generatione, fingere fabricarique minora omnia, quae artificioſa ab omnibus adpellantur.* Poſtea idem familiae hujus ſententiam luculentius his verbis declarat: (†) πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα, Φύσει πάντα εἶναι καὶ τύχῃ φασί. Τέχνῃ δὲ ὕδη τούτων· καὶ τὸ μὴ πάντα ἂν σώματα, γῆς τε καὶ ἡλίου καὶ σελήνης, ἄστρων τε πέρι, ἀφὴ τούτων γεγενῆσθαι, παντελῶς ἔνδοξον ἀψύχων —— ἃ δὴ φασὶν (Φασὶν) οὐδὲ ἀφ' ἑνὸς τινὸς θεῶν, οὐδὲ ἀφὴ τέχνης. *Ignem, aquam, terram, aërem* (res eſſe) *dicunt* (totius rerum naturae ſolidiſſimas & certiſſimas) *nec arte* (mente ac intelligentia) *ſed natura* (ſenſus experte atque caſu) *factas: Corpora etiam quae poſt haec ſunt rerum terrenarum, ſolis, lunae, ſtellarum omnium ex iſtis* (elementis) *anima prorſus carentibus facta fuiſſe, —— non per intellectum, neque per Deum aliquem, neque per artem, ſed natura, ut diximus, atque fortuna.* Fortuitam nimirum atomorum ſimilium inter ſe ac diſſimilium concurſionem hanc primum coeli terraeque molem, quam videmus, effeciſſe (*u*) ſtatuunt. Τέχνην δ' ὕστερον ἐκ τούτων ὑστέρων γεγενῆσθαι, μετὰ θνητὰ ἐκ θνητῶν, ὕστερα γεγονότα παιδιὰς παῖς ἀληθείας τ' ἐχόντως μετέχοντας, οἷα εἰκὸς ἅπτα ξυμπᾶν ἑαυτῶν, οὐκ ἀ γεωφανῆ καὶ τὰ ἐξῆς *Artem poſtea dicunt*, (ſeu mentem & intelligentiam) *poſtremam ex his* (corporibus ſeu elementis ſenſu vacuis & inanimatis) *generatam eſſe*, (ita ut cum certis quibusdam tenuioribus naturae rerum particulis, ſingularibusque concretionibus materiae, quae animalia vocantur, jungeretur) *mortalem ex rebus*

(*) De legib. Lib. X. p. 889. (p. 665. 666.)
(†) Graeca hic addidi, quae deſiderabantur in Anglico exemplo.

1144

ſert dogmata, interpretatur: recte vero num id fiat, equidem valde dubito. Etenim nihil apud *Platonem*, ex quo effici ſine controverſia queat, ſcriptum legitur, genus hoc cum *Democrito* & *Epicuro* ex atomorum concurſione cuncta eſſe genita, exiſtimaſſe. Non ita luculenter & aperte *Plato* diſciplinam hujus familiae expoſuit, certe nobis ut conſtituere liceat, quomodo naturam rerum

rebus mortalibus: Et hanc artem poſteriores rurſus quasdam res (ludicras) *genuiſſe: non penitus veritatis participes, ſed ſimulacra quaedam* (imitationes, adumbrationes) *ſibimetipſis cognata, qualia pictura ceteraeque artes generant.* (x) *Quod ad boni malique diſcrimen, honeſta & inhoneſta attinet, ea eſſe judicant inventa eorum, qui civitatis condiderunt, res leves & umbratiles, ſi cum bonis & malis naturalibus comparentur, deque his pro ſenſus & appetitus diſſimilitudine varia eſſe hominum judicia* Τὰ γὰρ καλὰ φύσει μὲν ἄλλα νόμῳ ἢ ἄλλοις, τὸ δ' δίκαιον οὐδὲ τὸ ἀδίκον φύσει. *Nam quae bona & honeſta ſunt natura, ea differre ab illis, quae lege ſunt talia: juſtum vero & injuſtum natura nihil eſſe.* Omnia vero haec eo diſputantur ab hoc genere propoſito, ut quas rerum ſcalas ſeu gradus Metaphyſici, qui Deum eſſe profitentur, in natura conſtituunt, tollant & evertant, nullamque rem altera perfectiorem & meliorem eſſe, ſed vitam & ſenſum aeque praeſtantem eſſe ac materiam inanimatam, rationem item & mentem ſenſu haud excellentiorem & meliorem eſſe, demonſtrent. Nam cum his ſi ſentirent philoſophis, non poſſent fere, quin faterentur, naturae ordinem a rebus excellentioribus ac perfectioribus exordium ſumere & ad res viliores inferioresque gradatim deſcendere. Quo conceſſo, nihil relictum ſibi haberent, quam ut eſſe omnino Deum, adverſariis largirentur. Igitur nulli plane parcunt labori atque diligentiae, quo hos naturae gradus ſive ſcalas rumpant prorſus & conficiant. Quod ut conſequantur & obtineant, ſic etiam rationem inire ſolent: Si natura rerum gradatim adſcenderet ac deſcenderet, ſequeretur, iſta animalia, quibus nihil alioquin contemptius, nihil tenuius, nihil abjectius eſt, modo ſolem adſpicere queant, ipſo ſole, quem intuentur, nobiliora & praeſtantiora eſſe: quo vix aliquid fieri poſſe ineptius ac abſurdius autumant. Placet id, quod volunt, alia ſimilitudine, quam (y) *Cotta* adhibet, efferre: *Idcirco exiſtimes formicam anteponendam eſſe huic pulcherrimae urbi* (Romae) *quod in urbe ſenſus ſit nullus, in formica non modo ſenſus, ſed etiam mens, ratio & memoria*, id eſt, certa quaedam ſagacitas ſenſu ſuperior & melior. Negant igitur omnino, gradibus ejusmodi naturam rerum, in ſe ſpectatam, diſtare: negant, rem re perfectiorem ac meliorem eſſe: omnia contra, quae hanc univerſitatem conficiunt, unius plane ejusdemque ſtatuunt naturae ac generis eſſe, cuncta eadem & uniformi conſtare materia, quamquam multis modis temperata, caſuumque varietate, quibus natura rerum patet, in formas innumerabiles converſa: unum ex his rerum genus facultate valere ſentiendi ac cogitandi, idque vulgo genus animalium vocari: hoc quidem genus lepida ſatis atque faceta eſſe indole, nugis delectari ac crepundiis, nec inepto ad luſus & recreationem ingenio eſſe: nec propterea tamen, quod ſentiat & artificioſius rebus ceteris contextum ſit, meliori atque nobiliori eſſe numero ac gradu, quam materiam ſenſus omnis inopem: fore etiam, ut omnes hujus generis naturae, quae animalia dicantur, in alias tranſeant rerum formas, omni ſenſu & anima deſtitutas. Hactenus de impii generis ſententia, quod cum Deo nil dimicare veretur.

§. XXII.

rum ex informi materia generatam eſſe; putaverint. Quae *Cudworthus* ceterum explicationis cauſſa in verſione verborum *Platonis* interjecit, ea ſegreganda mihi eſſe duxi ab illis, quae ipſius *Platonis* ſunt.

(x) *Quod ad boni*] In ſequentibus *Cudworthus* non ipſa recitat *Platonis* verba, ſed mentem *Platonis* ſuis verbis exprimit.

(y) *Cotta*] Apud *Ciceronem de natura Deorum Lib.* III. *Cap.* 9. *p.* 3061. *Tom.* IX.

(z) *Anaxagoras*] Apud *Ariſtotelem de anima Lib.* III. *Cap.* 5. *p.* 48. *Tom.* II. *Opp.*

(a) *Quae*

d by Google

§. XXII. Cum his autem hominum Deo inimicorum rationibus, aut potius ineptiis, hoc loco confligere, quum id ſaepius jam factum ſit, haud erit neceſſarium. Cognitionem & intelligentiam pro perpeſſione habere, a rebus cognitis & extra cognoſcentem poſitis orta, inſcitum prorſus eſt ac ſtolidum. Noſſe enim ac intelligere eſt, quod olim (z) *Anaxagoras* dixit, κρατεῖν, rei cognitae *imperare*, eamque ſubigere; nec idcirco ſapiunt, qui hoc nihil eſſe dicunt, quam perferre ac perpeti, aut rei cognitae vim ſuſtinere, quod quidem eſt κρατεῖσθαι, *ſubigi* ab ea & ſub poteſtatem mitti. Qui praecepta, quibus diſciplinae atque ſcientiae nituntur, *univerſalia* cognoſcunt & intelligunt, eos quis, quaeſo, ſapiens & ſanus dixerit ab impulſione rerum extra ſe poſitarum cognitionem illam accepiſſe traditam? Quis non potius judicet, ejus, qui cognoſcit & intelligit, vim agendi, innatumque animi vigorem iſtam comparaſſe ipſi notitiam? Hinc *Severinus Boëthius*, (*) *Videsne*, inquit, *ut in cognoſcendo, cuncta ſua potius facultate, quam eorum, quae cognoſcuntur, utantur? Neque id injuria. Nam cum omne judicium judicantis actus exſiſtat, neceſſe eſt, ut ſuam quisque operam, non ex aliena, ſed ex propria poteſtate perficiat.* Ne ipſum quidem ſenſum nil niſi perpeſſionem eſſe aut motum a corporibus extra ſentientem poſitis acceptum, ratio patitur nos decernere. Namque hoc ſi ita eſſet, ſpeculum aliaeque res vita vacantes videndi facultatem haberent. Verum ſenſus eſt perceptio impetus, quem in corpus ejus, qui ſentit, externa faciunt corpora, idcircoque aliquid ei virtutis illius agendi adjunctum eſt, quae animo natura inſita eſt. Intelligentiam vero, rerumque a corporibus ſecretarum cognitionem, aut ſenſum adpellare principem & primarium, aut vero fractas & debilitatas motuum a ſenſibus profectorum reliquias, neſcio, an hominis ſit ſibi relicti. Eſt profecto intelligentia longe aliud perceptionis genus, quam ſenſus, eoque multo interius: nil patimur, dum intelligimus, nil ſuſtinemus a ſenſu natum, ſed libere agimus: notiones animi ab illis ſimulacris, quae ſenſus & imaginandi virtus pariunt, quas genus quoddam cogitationum valde perturbatum & confuſum non male dixeris, prorſus diſtinctae ſunt. Conſtat quidem, ſenſibus nihil objici aliud, quam corpora ſingula extra ſentientem poſita. Verum inde nullo modo efficias, has res, quae ſentiuntur unice, ſolas etiam illas eſſe, quae exſtant & cogitando expendi poſſunt. Etenim mens ipſa notiones alias & ſpecies, quas intelligere & meditando perſequi licet, ſinu ſuo arcet & complectitur. Eorum autem diſciplina, qui in mentem & intelligentiam aliquid venire poſſe homini negant, niſi quod in ſenſu antea fuerit corporeo, & a pulſu quodammodo materiae proficiſcatur, cum lucem deſiderat majorem, tum recta via ad ſummam adverſus Deum impietatem ducit: quam *Boëthii* propterea Muſa philoſophiae pari elegantia & ſoliditate his verſibus debellavit: (†)

(a) *Quondam Porticus attulit,*
Qui ſenſus & imagines
Credant mentibus imprimi:
Mos eſt aequore paginae

Pres-

(*) De conſol. Phil. Lib. IV. Proſ. 4. (potius Lib. V. p. 132.)
(†) Boëthii Conſol. Lib. V. Metr. 4. (p. 132.)

(a) *Quondam*] Juvabit ad h. l. *Boëthii* conſolatae *Rimat. Vallinum in Adnotat. p.* 92. De hac eterum argumento, quod paucis tantum hic attingit vir doctiſſimus, copioſius multo egit in ſubjecto huic volumini libello *de aeternis juſti & honeſti notionibus Lib.* IV. *Cap.* 2. 3. 4.

1146

Pressas figere litteras.
Nihil motibus explicat,
Notis subdita corporum
Rerum reddit imagines,
Cernens omnia notio?
Aut quae cognita dividit?
Alternumque legens iter
Obscuros nimium senes,
E corporibus extimis
Ut quondam celeri stylo
Quae nullas habeat notas
Sed mens si propriis vigens
Sed tantum patiens jacet
Cassasque in speculi vicem
Unde haec sic animis viget
Quae vis singula prospicit?
Quae divisa recolligit?
Nunc summis caput inserit,
Nunc decidit in infima,
Veris falsa redarguit?
Longe caussa potentior,
Impressas patitur notas,
Et vires animi movens
Cum vel lux oculos ferit,
Tum mentis vigor excitus,
Ad motus similes vocans
Tum sese referens sibi
Haec est efficiens magis
Quam quae materiae modo
Praecedit tamen excitans
Vivo in corpore passio:
Vel vox auribus instrepit,
Quas intus species tenet,
Notis adplicat exteris.

Nullum certe dubium est, quin τὸ νοητὸν seu res, quae potest intelligi, naturae ordine prior sit perceptione ejus ac intellectione. Nec id fugiebat antiquos *Platonis* & *Pythagorae* sectatores: qui hac de caussa νοῦν seu mentem & intelligentiam summum & principem in natura rerum gradum tenere, negabant; sed aliam quamdam *hypostasin* divinam naturali eam ordine anteire, tamquam ejus νοητὸν aut *intelligibile*, dictitabant: quam quidem τὸ ἓν & τ' ἀγαθὸν, *unum* & *bonum*, adpellare solebant. Sed quemadmodum tria ista, quae Pythagoraei & Platonici rebus omnibus praeposuerunt, principia unum conficiunt tantum τὸ θεῖον, seu unam divinitatem: nec propterea primum eorum, quod altero illo prius & superius est, cui nomen νοῦς, *mens* & *intelligentia*, proprie impositum, sui ipsius nescium ac ignarum haberi potest: ita princeps mens seu intelligentia nihil est, quam intelligentia naturae perfectissimae, infinitaque bonitate, foecunditate, ac potentia praeditae, quae res omnes efficienter continet, seque ipsam, suaeque bonitatis, foecunditatis, virtutis, ac potentiae amplitudinem cognoscit, id est, omnia, quae fieri possunt, universas veritates, rerumque tam cognationes, quam discrepantias intelligit: quae quidem mens ante sensum, resque omnes, quas sensus attingunt, exstitit. Prima scilicet rerum omnium caussa, unde profecta sunt universa, natura est infinite potens & sapiens, quae nullius rei ad semetipsam comprehendendam & intelligendam interventu & auxilio indiget. Ceterum esse aliam quamdam in hac universitate, praeter corpus & materiam, naturam, neque ulla ratione principatum rerum materiae tribui posse, id ex eo etiam intelligere licet, quod nullus in natura rerum motus foret, hoc nisi verum esset. Nullum enim corpus motus sui caussam per se esse posse, controversia plane vacat. Sit oportet in natura rerum aliquid insita quadam agendi virtute valens, quod cum propria vi sua agere, tum haud secus materiam adficere ac ciere queat, ac si naturale imperium in eam teneret. Cogitatio enim naturae ordine antecedit motum seu loci mutationem. Vitam & intelligentiam, mentem & animam coagmentationes aut syllabas rerum, res nimirum secundarias & aliunde natas dicere, quae ex rebus idcirco vita, sensu, &

Digitized by Google

& ratione vacuis exſiſtere queant, nullius eſt, niſi hominis ratione abutentis. Nec meliori haberi debent numero, qui ad qualitates, adfectiones, & temperationes materiae iſtas virtutes referunt. Etenim non ſimplices modo ſunt naturae, primariae, omnisque compoſitionis expertes, ſed etiam res per ſe ſubſiſtentes, ſibique conſtantes. Quocirca ſicut materia ex nulla re alia generari poteſt: ita nullo fieri modo poteſt, ut mentes & vitae gignantur ex materia. Utraque & mens & materia certo ſenſu rerum ſunt principia, quae nec generari poſſunt, nec interitum & corruptionem formidant, quamquam & materia & animi univerſi, qui a ſumma perfectione remoti ſunt, primum ab una mentis, ſapientiae, infinitaeque perfectionis atque potentiae compote natura conditi ſint. Praeterea quis tam ab omni ratione ac veritate abeſt, ut mentem ac intelligentiam negare audeat perfectius aliquid atque ſtabilius eſſe, quam materiam ſenſu vacuam & extenſionem vitae prorſus neſciam, aut nihil eſſe conſtantius, nihil abſolutius, quam materiam, nil vereatur tueri? Ex quo quidem conſequitur, non minus, ſed plus veritatis, firmitatis, & ſtabilitatis in illis eſſe rebus, quae ad mentes & animos, ad naturas rationis & intelligentiae participes in ſe ſpectatas, pertinent, quam in rebus, quae ad corpora referuntur inanima. His autem perfectis & concluſis, quemlibet fateri convenit ſapientem, naturale diſcrimen juſti & injuſti, honeſti ac inhoneſti, multo certius ac verius in natura rerum exiſtere, quam differentias duri atque mollis, frigidi & calidi, ſuavis & amari. Tantum eſſe in oſtrea, quin etiam in terrae tumulo aut glaciei parte, in libo, in pane, aut, ſi quid his eſt vilius, perfectionis, quantum in homine, qui nil dubitat contendere, eum ego vix eſſe credam hominem aut aliqua humanae rationis parte praeditum. Quidquid ſcilicet agunt, qui religioni comparant inſidias, huc tandem eos devenire oportebit, ut fateantur, gradibus diſtare naturam rerum, nec aequabilem omnium eſſe praeſtantiam: vitam, ſenſum, cogitationem multum anteferendam eſſe materiae ſenſu, vita, & cogitatione vacanti: viciſſim rationem & intelligentiam ſenſum multis mo- 1147
dis anteire ac vincere. Quare ſi ſol nihil eſt, quam acervus quidam particularum ignearum, aut corpus ex ſubtiliori materia conflatum & agitatum, verum animae tamen neſcium, nullum eſt dubium, vel minutiſſima & contemtiſſima animalia, quae ſolem adſpicere poſſunt & ſenſu gaudent, ſuique conſcientia, toto illo globo igneo meliora, perfectiora, & nobiliora eſſe. Nec qui dixerit, omnem magnificentiſſimi palatii aut urbis ſplendidiſſimae materiam, calcem, ſaxa, ligna, inferiorem eſſe animali, quod eam intueri & cognoſcere valet, aliter, quam ratio jubet, ſentire putandus eſt. At hoc tamen non impedit, quo minus aliis de cauſſis ſol multo majorem in rerum natura locum obtinere, multoque plus rebus omnibus utilitatis adferre dicatur, quam ullum ex omni animalium genere, quoniam luminis & caloris ſui virtute atque magnitudine totum huncce orbem complet, plantarumque in primis & animalium vitam & ſalutem unice conſervat & tuetur. Hoc itaque quum minime dubium ſit, certis gradibus naturam rerum diſtingui, illud etiam pro explorato haberi debet, eam a ſummo ad imum, a ſublimioribus virtutibus ad minores ac leviores deſcendere. Minor enim quaedam cauſſa & virtus ut majorem ſe atque excellentiorem rem & virtutem gignat, id rationi aeque repugnat, atque hoc, ex nihilo fieri poſſe aliquid. Neque gradus hoſce naturae, vel adſcendendo, vel deſcendendo, infinitos eſſe, putandum eſt. Sed quemadmodum infimum in natura rerum locum materia rudis, bruta, ſenſus expers, vita-

que

que non minus, quam intelligentia vacans, occupat: ita ſummum gradum atque faſtigium natura obtinet abſolutiſſima & infinite potens, quae cum ſe ipſam, tum, quae fieri poſſunt, univerſa conſequitur & comprehendit. Totius naturae rerum caput & initium a mente perfectiſſima ducitur: hinc gradatim & pedetentim deſcenditur, dum materiam poſtremum attingamus ſenſus omnis neſciam. Νῦς πάντων περιεκτικός, *mens rerum omnium eſt vetuſtiſſima*, rerum omnium initiis & elementis, totoque orbe corporeo aetate major & ſuperior. Haec veterum Dei profeſſorum concors & conſtans fuit ſententia. Iidem mentem κύριον καὶ φύσιν rerum omnium *naturalem* eſſe dixerunt *dominum*, principatum natura in univerſa tenere, cunctaque ſuo moderari arbitrio. Non ignotum eſt illud *Anaxagorae* dictum: Νῦς βασιλεὺς ἀέρος καὶ αἰθέρος. *Mens Rex ſummus eſt coeli* (*b*) *terraeque.*

§. XXIII. Magnis itaque, niſi me fallunt omnia, rationibus convicimus, iſtos Dei adverſarios, qui, *Anaximandri* & *Epicuri* auctoritate & praeceptis freti, rerum omnium origines a materia vitae omnis ſenſusque inani repetunt, nullo modo aut motus, aut mentis, rationis & cogitationis naturam & indolem explicare poſſe. Qua in re demonſtranda partim ideo tam longus atque copioſus fui, quod turba haec, Deo ſeſe haud indigere, gloriatur ad cogitationis naturam aperiendam & demonſtrandam, idque argumentum, quod a rationis & mentis uſu ad Deum probandum ſumimus, hoc modo ſubvertere ſtudet; partim propterea, quod ex ipſa cogitationis, mentis, & intelligentiae natura perſpicuum ſeſe facturam clamat, fieri nullo modo poſſe, ut Deus ſit aliquis. Certe ſi cognitio in ſe nihil eſt, quam ſenſus, a corporibus extra nos conſtitutis in nobis excitatus: ſi vita & intelligentia, mens & animus juniores ſunt corpore, atque e materia ſenſu vacua prodiere, quid ſupereſt, quam ut mentem naturamque intelligentem nullo modo Deum eſſe poſſe, nec idcirco rerum omnium architectum & conditorem concludamus? Dudum eſt, quod *Plato* jam animadvertit, id quod recentiores ſcriptores aut plane praetermiſiſſe, aut leviter tetigiſſe video, hoc unum inter Dei profeſſores & adverſarios in certamen & diſceptationem vocari: Utrum vita & intelligentia, mens & animus corpore ſint juniores, atque materiae ſenſus expertis temperatione quadam efficiantur, an vero praecedant naturae ordine corpora, resque ſint per ſe ſubſiſtentes? Non multo enim poſt illa, quae paullo ante protulimus, ita rationem concludit: (*) Κινδυνεύει ὁ λέγων ταῦτα, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα, πρῶτα γιγνόμενα τῶν πάντων εἶναι καὶ μάλιστα φύσιν ταῦτα αὐτὰ, ψυχὴν δὲ ἐκ τούτων ὕστερον· ἔοικε δὲ καὶ κινδυνεύειν, ἀλλὰ ὄντως σημαίνειν ταῦτα ἡμῖν τῷ λόγῳ. Ἆρ' οὖν οὐκ ἄν εἴη πηγή τινα ἀνευρηκὼς δόξης ἀνοήτου ἀνθρώπων ὑπὸ τῶν περὶ φύσεως ἐφηψαμένων ζητημάτων; 1148 *Nonne qui haec dicit, ignem, terram, aquam & aërem prima omnium putare videtur? Atque haec eadem naturam vocare & ex his poſtea animam eſſe factam arbitrari? Immo non videtur ſolum, ſed iſta nobis oratione ſua vere ſignificat. Num igitur, per Jovem, fontem quaſi & principium invenimus ſtultae opinionis illorum, qui quaeſtiones olim phyſicas attigerunt* (ſeu veterum phyſicorum) quod hoc eſt, mentem & animam rebus

(*) Plato Lib. X. de legib. (p. 666.)

(*b*) *Terraeque*] Vide, quae *Aegidius Menagius* collegit veterum dicta ad *Diogenem Laërtium p.* 72. Adde hunc *Platonis* ex *Cratylo p.* 269. locum: Ἀναξαγόρας λέγει νῦν μιγνύμενον ἅπασι τοῖς πράγμασι διὰ πάντων ἰέναι. *Anaxagoras mentem ſtatuit dominem ſuapte natura, nec alicui mixtam exornare omnia, per omnia penetrantem.*

(*c*) *Quod*

Digitized by Google

rebus, corporeis inanimatis juniorem esse. Quare quum ad disciplinam eorum confutandam accedit, qui Deum tum cupiebant sublatum, in hoc uno totus est, ut animum probet corpore sensu vacuo aut materia inanimata haud esse recentiorem, nec ex materia generatum: (*) ὁ πρῶτον γενέσεως καὶ φθορᾶς αἴτιον ἁπάντων, τοῦτο μὲ πρῶτον, ἀλλὰ ὕστερον ἀπεφήναντο εἶναι γεγονὸς, οἱ δὲ τῶν ἀσυβῶν ψυχὴν ἀπεραπόμβοι λόγοι· ὁ δ ὕστερον πρεσβύτερον· ὅθεν ἠμαρτήκασι περὶ θεῶν τὸ ὄντως ὁσίας ψυχῆς ἠγνοηκέναι κινδυνεύουσι μὲν ὀλίγα ξυμπαντες, εἶον τι ἐν πυχαίᾳ καὶ δύναμιν ἡν ἔχει· τὸ τε ἄλλων αὐτῆς περὶ καὶ δὴ καὶ γενέσεως, ὡς ἐκ πρώτης ἐστὶ, σωμάτων ἁπάντων γενεσίᾳ καὶ μεταβολῆς πάσης ἄρχει. *Quod generationis, corruptionisque omnium prima causſa est, non primum, sed posterius factum esse, Atheorum disciplina tradit. Quod vero posterius factum est, id prius fuisse volunt. Et hinc factum est, quod veram Deorum naturam ignorarunt. Qualis enim haec anima sit & quam vim habeat, omnes ignorare videntur, tum quoad alia, tum quoad ejus generationem, quod ante omnia corpora nata sit, & transmutationis, decorisque corporum ipsa sit maxime omnium princeps.* (c) *Quod si vero anima corpore antiquior est naturaliter, nullum est dubium, quin etiam illa, quae ad animam pertinent, rebus antiquiora sint ad corpora pertinentibus. Itaque mens & intelligentia, ars, cura, lex & opinio duris & mollibus, gravibus atque levibus priora sunt: quae vero natura sunt & natura ipsa, quam Athei male sic appellant, (motus corporum inanimatorum) posterius sunt arte & mente, atque ab ea gubernantur.* Esse vero animum priorem corpore naturae ordine, id philosophus hic ex motu ejus unice demonstrare studet. Fieri scilicet nulla ratione posse, primum ponit, ut unum corpus alterum sine fine moveat, nulla causſa motum efficiente adjuncta: ex quo deinde concludit, non posse non naturam esse aliquam motu proprio vigentem atque potestate semetipsam mutandi praeditam, unde postea omnis corporum motus vicissitudinesque oriantur. Quibus confectis, hanc esse veram praecipit animae definitionem: Animus est natura motu proprio & facultate statum suum mutandi gaudens: in qua facultate vitae etiam natura & ratio consistit. Tum antecedenti fretus demonstratione hac, (†) ἱκανώτατα, inquit, δέδεικται ψυχὴ τῶν πάντων πρεσβυτάτη γενομένη τε ἀρχὴ κινήσεως. *Sufficientissime monstratum est, animam rebus omnibus antiquiorem esse; quoniam motus omnis* (in mundo corporeo, & simul generationis) *causſa & principium est.* Finem disputationi his verbis facit: (§) Ὀρθῶς ἄρα εἰρήκαμεν ἂν ἤμελλον ψυχῇ μὲν πρεσβύτερα γεγονέναι σώματος ἡμῖν, σῶμα δὲ δεύτερόν τε καὶ ὕστερον ψυχῆς ἀρχόμενον ἀρχόμενον. *Recte igitur & proprie vereque & absolute diximus, prius corpore animam factam esse, corpus vero posterius atque secundo, quoniam anima res illa est, quae gubernat & dominatur, corpus vero id, quod ab anima gubernatur.* (d) *Ex quo quidem consequitur, res ad animam pertinentes antiquiores etiam rebus esse ad corpus pertinentibus: & cogitationem idcirco, intelligentiam, voluntatem & adpetitum longitudine, latitudine, profunditate priora esse.* Perspicuum vero est ex universa philosophi oratione, non mundi tantum animum seu tertiam divinitatis, quam profitebatur, personam, unde motum omnem, quo coeli, una cum tota natura rerum corporea, cientur, profectum esse putabat, a *Platone* hic designari, verum omnes etiam reliquos animos

(*) p. 667. (†) p. 668. (§) p. 669.

(c) *Quod si vero*] Quae sequuntur, tamquam a *Platone* profecta, mentem potius ejus & sententiam declarant, quam verba exprimunt.

(d) *Ex quo*] Sententiam hic legis iterum, non ipsa *Platonis* verba.

mos vitasque, seu totum illum naturarum, quae animae vocantur, ordinem. Omnes quippe animos ducebat ante rerum hanc universitatem factos esse ac conditos, aut saltim, naturae lege, seniores eos esse, quod meliores corpore & excellentiores essent; illud enim, quod movet, praestantius sit eo, quod movetur, necesse est. Cui consentaneum erat dogmati, ut nullam animam, nullam vitam, nullam mentem ex materia procreatam esse sensu vacua, decerneret.

§. XXIV. Quae quum ita sint, non possum, quin vehementer mihi displicere eorum rationes profitear, qui recentioribus temporibus inter Christianos Deique
1149 professores omnes animos, nec eos tantum, quibus bruta praedita sunt animantia, sed etiam mentes rationis participes, quae hominibus insunt, ex materia generant & educunt. Primo enim, qui sic sentiunt, argumenti illius, quod ab animorum sumitur natura ad probandum esse Deum, vim & potentiam prorsus tollunt & evertunt. Deinde si vita, si ratio, si mens & animus ex materia generatur, quid reliqui nobis est, quo materiam rerum omnium non esse posse causſam & principium probemus? Postremo factio illa, quae Deum esse negat, hanc commode doctrinam adhibere potest, quo doceat, fieri nullo modo posse, ut Deus quidam sit. Fac, vitam & intelligentiam ipsa natura sua nativam esse & gigni posse ex materia, id etiam suscipiendum tibi erit, non per se constare has res, sed affectiones tantum aliarum esse rerum. Hoc vero dato, illud etiam largiri oportebit, mentem, quoniam ne subsistere quidem per se potest, Deum aut principem rerum omnium causſam dici nullo modo posse. Praeterea si generatur animus & ex nihilo prodit, idem natura quoque corruptioni vicinus est ac ad nihilum aliquando reverti debet. Deum autem alium, quam nec genitum, nec corruptioni obnoxium sibi fingere, nullius est, nisi deliri ac amentis hominis. Quocirca si huic, quam oppugnamus, disciplinae tribuendum esset aliquid, haud alium nobis profiteri Deum fas esset, quam talem mundi animum aut Jovem, qualem sistunt nobis illi religionum adversarii, qui Deorum generationem quamdam credunt, naturam scilicet ex nocte, chao, & nihilo procreatam, quam in easdem vicissim, unde olim prodiit, tenebras & caliginosam voraginem immergi conveniat. Quid multa? Si praeter materiam nihil usquam exstat non genitum, nihil, quod corrumpi & depravari nequeat, si ex hac, tamquam perenni fonte, cum reliqua omnia, tum vita in primis & intelligentia nascuntur, nihil nobis relinquitur, quam

(e) *Posse*] Inclementius mihi paullo, quam res postulat, de illis sentire videtur hic, qui animam statuunt naturam esse per se & natura sua notionibus omnibus vacuam, at facultate tamen praeditam ex rerum externarum contemplatione notiones sibi certas, stabiles, & perennes comparandi. Nolim ego cum hoc philosophorum genere facere: at moleste tamen fero, quum in illis multi sint viri graves, & bene erga Deum & religionem affecti, propensionis eos ad summam adversus Deum impietatem, omnisque religionis despicientiam postulari. Mihi quidem, nisi me ratio forte fallit, nihil obstare videtur, quo minus aliquis sententiam hanc tueri & animam tamen naturam esse per se constantem, a corpore secretam, immortalem denique defendere queat. At, inquit vir doctissimus,

(I.) Qui sic sentiunt, scientiam dicunt sensu esse juniorem. Est, ut dicit: scientiam hominum, non item Dei & mentium a corpore semotarum, sensu posteriorem esse affirmant. Haec mihi vero sententia non tam capitalis videtur esse, ut nemo eam probare queat, nisi Deum simul & animae immortalitatem tollere velit. Equidem illum amentem dicerem, qui sic rationem institueret: Notiones animae sunt adventitiae & a sensu proficiscuntur: Ergo anima natura est corporea & a corpore suo non sejuncta: Ergo Deus est nullus.

(II.) Consequutionis lege fluere ex hoc dogmate putat: animam nihil esse, praeterquam certam mate-

Digitized by Google

quam ut hanc unum eſſe illud, verumque Numen exiſtimemus, quo haec continetur univerſitas.

§. XXV. Ab his non multum diſcrepant philoſophi alii nonnulli, qui, tametſi non mentes rationis compotes, ſed animos tantum ſentientes, in hominibus aeque, ac in belluis, generari ſtatuunt, non deſinunt tamen contendere, animum humanum *raſae* ſimilem eſſe *tabulae*, in quo nihil inſcriptum ſit, praeter id, quod a ſenſibus imprimitur: ex quo efficitur, cognitionem ac intelligentiam, eo quod a ſenſibus oriatur unice, perpeſſionem eſſe tantum a corporibus, quae extra nos verſantur, in ſenſus incurrentibus profectam. Hoc enim genus primo ſcientiam & intelligentiam ſenſu ducit eſſe recentiorem, remque ab illis naturis, quae ſenſibus patent, productam. Mentem deinde animumque ipſum rationis participem, quippe qui efficienter in anima continetur ſentiendi virtute praedita, aeque generatum eſſe, atque animum ſentientem, neceſſaria conſequutionis lege concedunt, aut nihil eſſe, quam temperationem materiae nobiliorem & praeſtantiorem, tacite ſtatuunt. Ita fit, ut ad ejus, qui *Leviathanis* auctor eſt, diſciplinam accedant proxime, qui homines arbitratur a brutis animantibus nulla re alia differre, quam quod partes interiores eorum aliter diſpoſitae ſunt, hominesque verbis & ſermone uti queunt, quod brutis animantibus negatum eſt. Quid multis opus eſt? Quotquot ullam vitam, ullum animum, ullam cogitationem, ſenſumque inteſtinum, ullam denique movendi agendique facultatem ex materia vitae, ſenſus, motus omnis experte naſci poſſe perhibent, hi viderint, quibus argumentis probare queant, quam ipſi habent animam, non ejusdem eſſe generis & originis, ideoque mortalem & mutabilem. Etenim ſi ulla hac ratione vita & cogitatio poteſt exſiſtere, quid, quaeſo, impedit, quo minus omnes ita vitae & animi credantur nati, quippe qui ex eodem omnes genere ſunt, licet gradu differant inter ſe? Similiter abſurdum eſt, ſtatuere, vitam, aut rem quamvis aliam natura ſua ita variam & inconſtantem eſſe, ut nunc natura per ſe conſtans, nunc affectio alii rei inſita eſſe queat. Ex quo quidem neceſſe eſt intelligi, aut omnem vitam, cogitationem, & conſcientiam ad res pertinere, quae naſcuntur & intereunt, nec per ſe conſtant, aut vero nullam vitam & animam vel generari, vel corrumpi (*e*) poſſe.

§. XXVI. Sed quid multos adduxerit, video, ut vitam ſaltim ſentientem nihil 115
eſſe,

materiae temperationem. Vereor autem, ne haec conſequutio nimis, quam fas eſt, coacta ſit: neque vim hujus concluſionis perſpicio: Anima rationis particeps nihil eſt, quam temperatio materiae: Nam quaecunque ſunt in anima formae & notiones rerum, extrinſecus ad eam delatae ſunt. Nullas eſſe in ſpeculo per ſe ſpecies & ſimulacra, omnesque a corporibus externis rerum formas, quae in illo conſpiciuntur, naſci, exploratum eſt. Hinc autem quis, obſecro, effecerit, ſpeculum rem haud eſſe ipſa natura ſua a corporibus illis, quorum formae incurrunt in illud, diſtinctam & diverſam? Pari modo eos numquam mihi perſuaſerim tam eſſe nefarios & ad Atheorum ſententias proclives, qui animas ſentientes in beſtiis certam eſſe materiae temperationem conſtituunt. Sumit hic vir doctiſſimus, vitam ſenſumque a ratione & mente non niſi gradu differre: quod ſi ita eſſet, haud ejus ſpernenda foret accuſatio. Sed hoc numquam ipſi dabunt, qui ſententiam, quam ipſe rejicit, profitentur. Contendent e contrario, rationem & perceptionem, judicandi virtutem & ſenſum toto genere ac natura inter ſe diſcrepare: quo quidem certo & conſtituto, hoc etiam pateat oportet, tametſi ſenſus & vita dicatur ex certa quadam materiae conſtitutione exiſtere, inde tamen haud effici poſſe, rationem, mentem, & bene ordinatam cogitationem haud alius eſſe generis, ſed eodem modo generari. Vellem, qui de hiſce rebus inter ſe diſputant, quibus, propter animi noſtri

Digitized by Google

esse, tam facile crederent, quam materiae quamdam affectionem & qualitatem, ex qua primum oriatur & ad quam denuo redeat & revertatur, quum esse definit. Primam illis errandi occasionem dedit, quod materiam intelligerent quovis Proteo mutabiliorem esse, infinitasque sibi formas speciesque adscisscere posse. Robur deinde errori comparavit Scholasticorum de qualitatibus opinio, quas familia haec credebat ab ipso corpore variaque ejus temperationc differre, at nihilo tamen minus cum generari ex materia, tum in eam vicissim occidere. Quemadmodum, ita rationem mihi subduxisse videntur, lux & calor, frigidum & calidum, aliaeque qualitates, verae sunt materiae qualitates, sed ab ipsa tamen materia ejusque varia dispositione diversae: ita quid caussae est, cur vitam, sensum, & cogitationem non esse pariter putemus materiae qualitates, quae & oriuntur & intereunt? Verum dudum est, quod veteres philosophi, qui corpusculis delectati sunt, has omnes qualitates justis de caussis repudiarunt atque ex civitate rerum, quae vere sunt & exsistunt, proscripserunt. De quo quidem genere (*f*) *Laërtius* scriptum reliquit, ἐκβάλλειν illud τὰς ποιότητας, *ejicere illud ex philosophia sua & prorsus relegare* omnes hasce corporum *qualitates.* Scilicet quae corporibus insunt & accidunt omnia & idcirco has etiam proprietates, ignem, flammam, lucem, colorem, frigus, fervorem diversas esse censebant hi sapientes materiae extensae temperationes; magnitudinem enim partium, figuram, situm, motum, & quietem varia ratione conjungi, adfici, disponi posse: hinc vero diversa in sensibus nostris oriri visa. Et recte quidem: Omnia enim, quae vere sunt, aut per se constent necesse est, aut rebus aliis insint. Hinc quam turpiter secum ipsis dissideant & pugnent intelligere licet, *Democriti* & *Epicuri* sectatores: qui quum omnes qualitates prorsus amandasse ac rejecisse videri velint, ipsi tamen vitam & intelligentiam non verentur adfirmare, veras esse materiae qualitates, quae gignantur ex ea, atque rursus ad eam abeant & (*g*) revertantur.

1151 §. XXVII. In materia seu corpore, si recesseris a magnitudine, figura, situ, motu, & quiete, nihil deprehendas praeterea. Haec vero juncta inter sese, sociata, & composita nullo modo vitam & cogitationem producere posse ac efficere, tam certum est, quam quod certissimum esse Mathematici ducunt. Quare cogitationem non in illis esse rebus, quae accidunt materiae, sed per se necessario constare ac subsistere, omni vacat controversia. Non de illo vitae genere hic loquimur, quod parum vere atque proprie ita dicitur, vulgarique & usitato sermone corporibus hominum & animantium attribuitur. Nec enim inficiamur, conjunctionem corporis cum animo ad vivendum, rem esse, quae adesse & abesse queat

imbecillitatem, multum obscuritatis adjunctum est, rem cum re, rationem cum ratione conferrent, in semetipsos vero mutuo aequiores essent, nec, nisi gravissimis de caussis, maximorum sese flagitiorum insimularent. Sed memini, me jam aliquoties nonnihil his de rebus disserere.

(*f*) *Laërtius*] De *Epicuro Lib.* X. *Segm.* 44. p. 621. Confer hic, quae supra copiose *ad Cap.* I. observata sunt.

(*g*) *Revertantur*] (I.) Forte melius conjiciunt, qui simplicius rem instituunt, & sententiam eorum, qui sensum & vitam materiae temperationem quamdam esse perhibent, ex brutorum animantium consideratione obortam esse potissimum hominibus, arbitrantur. Scilicet plerique animam proprie sic dictam in bestiis esse negabant, quas tamen sentire, moveri, vivere cernebant. Itaque in eam ingrediebantur opinionem, materiae certa quadam temperatione ac dispositione vitam & sensum effici posse.

(II.) Quod hic ad extremum *Democriti* & *Epicuri*

Digitized by Google

queat a corpore. Qua de cauſſa etiam haec vita, qua fruuntur homines & animantia, corrumpi & extingui poteſt ita, ut nihil tamen, quod vere exſiſtit, deſtruatur & pereat. Homines enim quum moriuntur & animalia, in ſe ſpectata, tum nihil ex natura rerum perit ac interit, verum duae tantum naturae per ſe ſubſiſtentes, corpus & anima, disjunguntur & ſeparantur. Sed quum vitam ſibi dicimus conſtare, nec corrumpi poſſe, aut gigni, ſed a Deo unice & creari & ad nihilum reduci poſſe, vitam illam intelligimus, qua ipſe viget animus. Certe non deeſſe, qui ſibi perſuadeant, homines mirum eſt, eam naturam, quae corporibus animantium dominatur & imperat, quae impellit ea & incitat, quae denique ſentiendi ac percipiendi virtute valet, non aeque per ſe ſubſiſtere, ac brutam illam & inficetam materiam, quam legibus & mandatis ejus obtemperare videmus. Porro quemadmodum fieri nequit, ut animus ex ſe gignat materiam, ita nec materia, quae nihil habet aliud, quam vim perferendi ac patiendi, animum producere valet. Cui qui accedere nolunt ſententiae, eos id, quod abſurdum eſt, tueri oportet, naturam finitam & parum perfectam aliam ex nihilo procreare naturam poſſe. Omnium vero minime natura, multum a vera ſtabilitate & perfectione remota, aliam umquam naturam pariet, ſemetipſa multo meliorem ac perfectiorem. Ea eſt omnino univerſitatis hujus conſtitutio, ut alia res aliam conſtantia & perfectione ſuperet: neque ſapienti cuiquam per ipſam dicere rationem licet, res eo modo conditas eſſe, ut a deterioribus & inferioribus ad meliores & nobiliores facta ſit progreſſio, quum a rebus praeſtantioribus & excelſis ad minores & demiſſas deſcendiſſe naturam, extra omnem controverſiam ſit poſitum. Qui ergo naturam altioris numeri & ordinis ex natura generis inferioris, cogitationem, verbi cauſſa, ex magnitudine & corpore generatam eſſe ſtatuunt, hi omnem naturae ordinem penitus invertunt, quoniam ab imis ad ſumma proficiſcuntur, Deique adverſariis ad omnem nequitiam auctores fiunt. Una enim ſi res major & nobilior, contra legem naturae, ex alia deteriori & ignobiliori procreata & facta eſt, omnes eodem modo effectas & generatas eſſe, nihil prorſus obſiſtit. Quocirca hac in re cautos nos in primis & vigilantes eſſe decet, qui Deo & religioni nos addiximus, ne latius opinione ſerpat venenum eorum, qui ſacris omnibus interitum minantur. Acriter nimirum & conſtanter hunc adverſus eos tueamur locum: Nullam vitam, nullam cogitationem e corpore & materia vita ſenſuque vacua oriri & effici poſſe: Omnes vero animos naturas eſſe, ſuapte vi conſtantes & a materia plane remotas, nec propterea aut a materia generari aut in materiam rurſus occidere; ſed a Deo unice tam creari, quam ad nihilum revocari poſſe.

§. XXVIII.

curi ſectatoribus exprobrat *Cudworthus*, vitam & rationem ab illis inter materiae qualitates referri, id non ita debet accipi, ac ſi diſertis verbis ita ſtatuerent. Nam germani horum philoſophorum aſſeclae tantum abeſt, ut vitam & rationem in qualitatibus materiae numerent, ut eas potius ex atomis omni qualitate vacuis, at certa ratione inter ſe connexis & copulatis exſiſtere ſomnient. At vir eruditus lege conſequutionis cum illis pugnat, idque ſibi proprie vult, ex ſcitis horum hominum id conſequi, vitam & mentem qualitates eſſe materiae. Ita ſcilicet adoritur hoc genus, quod ex illis liquet uberius, quae ſupra diſputavit: Vita & ſenſus ex materia vita & ſenſu vacua naſci nequit. Nam ex nihilo nihil fit. Igitur nec atomi, quae vita carent & ſenſu, rationem & conſilium efficere poſſunt. Ergo, qui *Democritum* ſequuntur & ex atomis omnia facta tradunt, aut ſtatuant neceſſe eſt, rationem & ſenſum ex nihilo fieri, aut vitam, ſenſum, & mentem tamquam qualitates ineſſe materiae, doceant.

§. XXVIII. Si quid eſt, quod hanc infirmare videtur opinionem, animas non modo rationis participes, ſed etiam ſentientes tantum, naturas eſſe ſua vi manentes & ſubſiſtentes, hoc quidem eſt, quod inde conſequitur, animos illos poſt fata permanere, nec umquam extingui & interire. Duplex eſt in primis eorum
1152 genus, qui nil eſſe ducunt abſurdius, quam brutorum etiam animantium mentibus perennitatem tribuere, animosque belluarum poſt fata corporum ſuorum ſuperſtites eſſe, ſtatuere. Alii ex eorum ſunt ordine, qui vix ac ne vix quidem a ſe impetrant, ut ſuos, quibus ipſi praediti ſunt, animos immortales eſſe arbitrentur. Alii religioni quidem bene cupiunt, at hoc maxime offenduntur, quod, ſi animi ſentientes & a ratione relicti poſt fata etiam ſupereſſe credantur, inde confici videatur, illis aut ad coelum, aut ad inferos commeandum eſſe. Et *Renatus* quidem *Carteſius* tam graviter ac moleſte tulit hanc ſententiam, ut, quum prorſus perſuaſum haberet, aut brutis animantibus omnem ſenſum & cogitationem derogari debere, aut naturam quamdam a materia ſegregatam illis eſſe relinquendam, beſtias maluerit ad machinas ſenſu vacuas detrudere, quam animos ipſis concedere per ſe conſtantes. In quo quum leviorem repellere plagam vellet, graviorem aperte ſuſcepit: vix enim eſt aliquid omnium magis conſenſione firmatum, quam hoc, ſentire animalia. Nec tamen omnibus illis, qui animos ſenſu vacuos nolunt naturas eſſe vere ſubſiſtentes, negantque eſſe aliquid in beſtiis, praeter materiam, quidquam, ſi rationem audire velint, relinquitur, quam ut *Carteſii* diſciplinam amplectantur, omnique ſenſu bruta animantia ſpolient. E contrario ſi ex illis, quae a beſtiis fiunt & proficiſcuntur, conſtet, eas non eſſe horologiorum ſimiles, aut machinas vita omni & ſenſu deſtitutas, nulla popularis opinio, nullum vulgi judicium tantum apud nos valere debet, ut illi, quod ſana ratio & philoſophia clariſſime dictitant, adſentiri recuſemus, eſſe aliquid in brutis animantibus materia praeſtantius & excellentius. Non decet eos, qui veritati atque rationi ſtudent, ſi aliquid ita eſſe certum ac exploratum ſentiant, atque hoc ſcitum eſt, vitam & cogitationem e materia ſenſus & vitae neſcia, nulla ratione exſiſtere poſſe, propterea aut repudiare illud, aut mentem ab aſſenſu cohibere, quoniam

(*h*) *Neceſſe eſt*] Utrique huic argumento, quo Pythagoraeos refert vir doctiſſimus probaſſe olim, animos ante omnia exſtitiſſe corpora, facili occurritur negotio.

(I.) Indignum eſſe Deo ajunt, naturae rerum ſervire, & quamlibet attendere generationem, quo animam condere queat corpori, quod generatur, idoneam. Ego vero valde vereor, ne, quos haec delectat ratio, nimis exiliter ipſimet de Deo ſentiant. Deum ſcilicet ſibi fingunt ut hominem, certo cuidam muneri aut gubernationi praefectum, qui ſollicite circumſpicit omnia & vigilat, dum fiat aliquid & geratur, quod praeſentiam ſuam & auctoritatem delideret. Haeccine vero ſententia praepotenti Deo digna eſt? Major eſt Deus, qui una videt & cernit omnia, qui omnibus rebus adeſt, qui infinita valet potentia, quam ut vel minima opinionis hujus pars in eum cadere queat. Is, ſi gignit animos, quum corpora gignuntur, nec ſervit naturae, nec curioſe ſpeculatur & attendit, dum generatio quaedam fiat, ſed uno eodemque momento ubique terrarum & videt, quid fiat, & operatur ſine ulla moleſtia & ſollicitudine. Si quid tamen difficultatis hic foret, non illud tollitur ab iis, qui animos ante omnia cenſent corpora conditos eſſe. Fac, omnes ab orbis hujus initio exſtitiſſe animos, Deus tamen, ut viro doctiſſimo cum Platonicis loqui placet, naturae ſervire & generationem quamlibet praeſtolari debet; Eſt enim ejus, animam cum corpore generato conjungere ac ſociare. Convenit igitur reapſe inter eos, qui totum animorum chorum a Deo una olim eſſe conditum ſtatuunt, & eos, qui hodie quamlibet a Deo animam condi, novo corpore generato, arbitrantur, de eo, quod altera pars Dei majeſtatem judicat haud decere: utrique Deum generationibus ſingulis intereſſe, confitentur: illi Deum in corpus immittere animam, hi, facere ac creare perhibent. Utrumque Deo aeque facile eſſe, utrique etiam concedunt. Diſſentiunt vero inter

Digitized by Google

niam aliquid eum eo conjunctum esse vident, cui explicando haud sufficiunt, aut quoniam universa ejus consectaria ab omni accusatione & absurdi suspicione liberare nequeunt, quod quidem in hoc nobis usu venit dogmate, de bestiarum animis post fata permanentibus.

§. XXIX. *Plato* tamen veteresque *Pythagorae* discipuli, quo nodos solverent, qui hanc rem vehementer implicare videntur, sequenti ratione suos instituebant: Omnes animi, nec illi tantum, qui ratione valent, sed etiam in quibus nil nisi sentiendi vis est, naturae sunt vere subsistentes, haud tamen per se exsistunt, sed a Deo generantur & producuntur; etenim unus tantum, unde omnia manarunt, rerum fons est ac principium. Sed credendum est minime, tum quamlibet a Deo creari animam, quum corpus generatur, cui ea sociata est. Indignum enim primo divina foret majestate atque infinita potentia, naturae veluti servire atque semper attendere, dum generatio quaedam fiat: neque deinde indoli ac naturae rerum satis esset conveniens, si omnes animi quavis materiae particula, quavis atomo, quovis pulvere tantum recentiores & juniores essent. Itaque omnes ante corpora & materiam fuerint animi, (*b*) necesse est. Sed hic omnium non eadem 1153
erat sententia. Qui mundum aeternum esse pugnabant, animos etiam ex omni esse aeternitate praecipiebant: qui mundum conditum putabant esse, his animi in ipso mundi exordio videbantur esse facti. De ceteris, quae nunc enarrare pergimus, nihil inter eos erat certaminis. Animi, quorum id natura requirit, ut corpori cuidam sociati sint, quod agitent & animent, aut ut corpore, tamquam vestimento, vivant concluſi, simulatque conditi sunt, corpora tenuiora & exilia acceperunt, aut vehiculis levioribus ex aethere vel aëre conflatis alligati sunt. His illi, antequam ad haec graviora & terrena descenderent corpora, amicti vixerunt: & his corporibus, post excessum ex hac vita, solis iterum utentur. Igitur non hominum tantum, sed etiam bestiarum animi, nunc crassiori, nunc leviori ac lucidiori corpore contecti sunt. Sic ego (*i*) *Boëthium* intelligo, quem non de animis tantum ratione praeditis, sed etiam de sentientibus loqui arbitror, quum ita canit:

Tu

inter se: utrum Deo convenientius sit, animos una condere, an vero sigillatim? Hanc vero litem quis sibi mortalium dirimendam sumet? Nosne ii sumus, quibus integrum est, in ejusmodi rebus, qualis haec est, decernere, quidnam deceat divinam naturam, quidnam dedeceat? Forte respondebunt hic, qui animos exstitisse ab ipso orbis exordio volunt, animos non a Deo conjungi cum corporibus, sed sponte in corpora venire, aut lege quadam naturali cogi, ut descendant & delabantur in corpora. Ita vero fabulam nobis narrabunt Platonicam, quam non aegre ferent contemni a nobis, dum vel rationis vel patefactionis divinae auctoritate muniatur.

(II.) Ordini dicunt naturae repugnare, ut animae, quae praestantiores sunt omni materia, omnibus tamen corporibus juniores & recentiores sint. Sed viderint, quemadmodum sciti hujus veritatem extra controversiam ponant viri doctissimi: *Quidquid natura & dignitate prius est, id tempore etiam prius sit, oportet.* Melius haud dubie & excellentius fuit *Jesu Christi* Servatoris nostri corpus ceteris corporibus omnibus, & tempore tamen innumerabilibus posterius fuit. Adamus sexto die creatus a Deo fuit: citius reliqua, quae facere constituerat, omnia. Homo vero quum bestiis & reliquis rebus omnibus e materia conflatis praestantior haud dubie & nobilior sit, primo statim die condi a Deo debuisset, si divina sapientia aeque certam & ratam hanc esse regulam duceret, atque hi Platonici, quos inducit vir eruditissimus.

(*i*) *Boëthium*] *De consolatione philosophiae Lib.* III. *p.* 69. Sed malus mihi videtur interpres esse loci hujus *Boëthii* vir doctissimus, quum in eo non modo de hominum, sed etiam de bestiarum animis exstimat agi. Persuasit sibi, quod satis patet, *minores vitas*, quarum meminit *Boëthius*, bestiarum animas esse. Verum rectius longe sententiam philosophi hujus, qui ceteroquin *Platoni* praeter modum addictus fuit, assequuntur, qui

Digitized by Google

Tu cauſſis animas paribus vitasque minores
Provehis & levibus ſublimes curribus aptans
In coelum, terramque ſeris.

Leves hi *currus*, quibus *Boëthius* Deum animas vix conditas junxiſſe adſeverat, quosque eos, dum in terrenam craſſioremque feruntur materiam, comitari ſcribit, corpora ſunt tenuiſſima, aetheria vel aëria. Planius rem exprimit *Proclus in Timaeum*, qui, poſtquam de animis daemonum hominumque expoſuerat, haec verba ſubjicit: (*) *καὶ γὰρ πάσαις ψυχαῖς ἀνάγκη πρὸ τῶν θνητῶν σωμάτων, ἀϊδίοις καὶ εὐκινήτοις πως χρῆσθαι σώμασιν, ὡς κατ' ἰσότητα ἔχουσαν τὴ κινῆν. Omnes animae, antequam cum his mortalibus conjungantur corporibus, certis aeternis & facile mobilibus corporibus ſociatae ſint, neceſſe eſt; Nam naturale (eſſentiale) eſt animis, moveri.* Non ego neſcio, cum *Proclum* hunc, tum alios de nonnullis commemorare, qui Daemones eſſe ſtatuant brutos & rationis expertes, aut beſtias *aërias & daemoniacas*, ἀλόγους δαίμονας. Ipſe alicubi *Proclus* incertus & anceps videtur eſſe, quidnam de hac ſibi opinione conſtituendum ſit: (†) *εἴτε γάρ εἰσιν ἄλογοι δαίμονες, ὡς οἱ θεουργοί. Num ſint daemones ratione carentes, ut illi, qui Theurgi vocantur, adſirmant.* Omnis, quae hac

(*) Lib. V. p. 290.
(†) Lib. IV. p. 288.

qui vocabulum *animas* de angelorum & daemonum mentibus, *vitas* autem *minores* de hominum exponunt animis. Solent ſcilicet Platonici, quod ex *Proclo* & aliis intelligere licet, multum ponere diſcriminis inter animos coeleſtes, qui fragilium & terrenarum rerum amore numquam capiuntur, & inter humanos, quos deſiderium rerum invadit corporearum. Et hanc explicationem praeclare confirmant, quae conſequuntur, verba: *In coelum terramque ſeris:* Ex quibus quidem liquet, *Boëthium* & de mentibus canere, qui in coelo ſeu ſublimiori aetheris parte manent, & de animis, qui ad inferiores naturae rerum partes aut vitio ſuo, aut Dei juſſu deſcendunt. Illae vocantur ipſi *animi*, hae *vitae minores*. Oblitus ceterum fuiſſe videtur vir egregius, ſeſe de his animarum *vehiculis* ſeu tenuibus corpuſculis ſupra jam copioſe commentatum eſſe: ex quo conſtare videtur, voluminis hujus partes, aut capitis hujus ſectiones diverſis temporibus, nec continuata ſerie ab eo elucubratas fuiſſe.

(*k*) *Induti*] Vix conjicio, quid cauſſae viro doctiſſimo fuerit, ut hanc Platonicorum de daemonibus ratione carentibus liticulam hic attingeret. Meo quidem judicio, diſputatio, quam hic ſuſcepit, non poſtulabat, ut hujus rei mentio fieret. Sed copioſa infinitarum rerum, quae in ipſo fuit, ſcientia efficit ſaepe, ut a re propoſita digrediatur & erudita quidem, ſed paullum aliena, rebus neceſſariis admiſceat. Utcumque eſt, vir doctiſſimus nec *Ammonii* ſententiam aſſequutus eſt, nec quid proprie in diſceptationem venerit inter Platonicos de daemonibus ratione vacuis decertantes, luculenter declaravit. In *Ammonii* verbis ea videt, quae nemo forte unus poſt eum videre poterit: vocabulis vero ἀθάνατος & θνητὸς ſingularem & inuſitatam plane notionem ſubjecit. Ἀθάνατον enim id dici autumat, quod numquam corpus mortale ac terrenum animat, θνητὸν vero, quod in corpus mortale deſcendit. Qui vero vel *Ammonium* leviter inſpexerit, ſententiae ejus haec prorſus adverſari, continuo perſpiciet. Feſſus ego longo & moleſtiſſimo labore, haud a me impetro, ut novam hic & laborioſam inſtituam commentationem, quaeque de daemonibus, eorumque natura Platonicorum ſchola temere nimis decrevit, ampliori ex obſcuris eorum voluminibus oratione explicem: at tantum tamen, quantum ſatis eſt ad ea, quae hic dicuntur, intelligenda, non poſſum, quin, qua potero brevitate, afferam. Vetuſtiſſimi Graecorum & populorum Orientalium genios & daemones corporeos eſſe, nil dubitarunt, nec plus inter hominem & genium differentiae voluerunt intereſſe, quam inter corpus ſolidum concretumque, & ſimplex atque leve. Quod corporeum vero eſt, id diſſolvi & perire poteſt. Itaque multi, aliis licet ſecus ſentientibus, in hanc venerant ſententiam, & daemones mori poſſe, elapſisque longioribus temporum intervallis interire. Differit multis hac de opinione *Plutarchus libello de oraculorum defectu*, & *Heſiodum* inter alios obſervat ei fuiſſe deditum *p.* 415. *Tom.* II. *Opp.* ὁ δὲ Ἡσίοδος οἰηθεὶς τοῖς ἀστρικοῖς τισὶ χρόνων γενέσεσι τοὺς δαίμονας τοὺς τελευταίους. *Heſiodus vero certis temporum converſionibus mortem geniis attinge-*

re

hac de re fervebat inter Platonicos, controverſia haec una erat: Utrum daemones hi rationis expertes, immortales eſſent, nec ne? Hoc *Ammonii* nos locus docet in *Iſagogen Porphyrii*: οἱ μὲν γάρ φασιν εἶναί τι δαιμονίων ἀλόγων ψιλὸν· ἀθάνατον, οἱ δὲ φασι καὶ τὸ πᾶσιν ψιλὸν θνητὸν εἶναι. *Exiſtimant aliqui, eſſe certum quoddam genus* 1154 *daemonum ratione carentium, qui immortales tamen ſint: ſed alii hos omnes daemones, a quibus abeſt ratio, mortales eſſe cenſent.* Hic daemones ratione vacui, & immortales tamen, illi videntur eſſe, qui numquam ad corpora deſcendunt terrena: Et hos negat eſſe *Ammonius*. Quibus oppoſiti mortales, illi erunt, qui corpora etiam animant & agitant craſſiora & terrena, quibus interitus & corruptio imminet. Sententiam igitur hanc eſſe crede *Ammonii:* Nulli ſunt alii daemones bruti & a ratione relicti, quam animi beſtiarum illarum rationis neſciarum, quae inter nos verſantur: qui animi nonnumquam aëriis tantum corporibus ſunt (*k*) induti. Veterum ergo Pythagoraeorum diſciplina haec credi jubebat ab alumnis ſuis: Nullam hodie rem novam fieri, quae non fuerit antea, nullam itidem rem vere ſubſiſtentem everti, deſtrui, ac ad nihilum revocari: nullam novam materiam produci a Deo, conſtituto ſemel terrarum orbe, nec ullam novam vitam vel animam fingi: Deum, quum primum naturam rerum conderet, nihil condidiſſe, quod haud dignum

re cenſet Recitat & ibi verſus, ex quibus hoc conficitur, *Heſiodi*, nec non exempla quaedam, ut probabilem hanc faciat opinionem, Aemilianum, quem loquentem inducit, referre facit; in quibus illud, quod a magni Panis morte ſumit, alio jam a nobis loco ſub examen vocatum eſt. Non ferebant vero hanc ſententiam Platonici, qui longe ſubtilius de daemonibus philoſophabantur, utpote quos ipſius divinae naturae partes ſeu radios exiſtimabant eſſe: quamquam nec omnes hujus generis tam audaces erant, ut ex toto antiquam opinionem hanc falſam eſſe, ſtatuerent. Erat enim, id quod ſaepius jam monui, familia haec inſigni erga veteres opiniones & popularia dogmata reverentia. Itaque mediam de hac ſecta quidam ſententiam amplectebantur, id eſt, nec omnes quidem daemones mori, at nec omnes tamen immortalem vitam vivere, ſtatuebant. Atque hos, quo facilius hanc ſententiam ſtabilirent, valdè illi juvabant, qui daemonum naturam ceteris omnibus, doctis & indoctis, rectius ſeſe noſſe gloriabantur, *Theurgi:* vanum, fallax, ſuperſtitioſum, & verſutum hominum genus, quod poteſtate ſeſe armatum eſſe mentiebatur, daemones ad colloquium evocandi, & quibus vellent rebus adhibendi. Nugatores hi varia eſſe praedicabant daemonum genera, quemadmodum hominum, & quosdam ex illis prorſus eſſe brutos, ſtupidos, a ratione averſos, & libidinibus unice deditos. Exponam hoc *Plutarchi* verbis *Libro de defectu oraculorum p.* 417. *Tom.* II. *Opp.* de reliquis daemonum generibus harum rerum curioſos *Jamblichum de Myſteriis Aegyptiorum* & alios ejusdem numeri & ordinis ſcriptores conſulere jubeo: Εἰσὶ γάρ, ὡς ὁ ἀνδρόσθενες, καὶ δαιμόνων ἀρετῆς διαφοραὶ, καὶ τὸ παθητικὸν καὶ ἀλόγον, καὶ μὲν ἀνθρώπους ἔτι λείψανα, θηρίων περίττωμα, τοῖς δὲ πολὺ καὶ δυσκατάσβεστον ὕπνον. *Ut enim inter homines, ita etiam inter genios gradus ſunt & diſcrimina virtutis, & naturae perturbationibus obnoxiae, ac brutae, aliis reliquiae languidae & obſcurae, tamquam excrementum quoddam, adſunt, aliis copioſae & deletu difficiles.* Hoc ergo brutum & rationis inops daemonum genus illi ex Platonicis, quibus parum tutum videbatur, totam veterum de his naturis diſciplinam repudiare, exſtingui poſſe cenſebat & aliquando diffluere. Nam quod ratione caret atque corporis unice motibus obſequitur, id credibile judicabant corporum quoque more perire ac diſtrahi poſſe. Sed non omnes familiae hujus in hanc ſeſe ſententiam patiebantur pertrahi: ex quo lis illa naſcebatur: utrum daemones quidam, illi ſigillatim, quos Theurgi ἀλόγους & rationis expertes eſſe dicebant, mori poſſent, nec ne? *Porphyrius* in *epiſtola* notiſſima, quam ad *Anebonem* exaravit, Aegyptiorum vatem, cujus apud *Euſebium Praepar. Euangelica* & alios extant reliquiae, non obſcure placere ſibi eos ſignificat, qui daemones quosdam morti ſubjicerent: Sed his, in qua etiam *Ammonius* eſt ſententia, *Jamblichus* ſeſe opponit *de myſteriis Aegyptior. Sect.* III. *Cap.* 22. *p.* 88. *ſ.* Quidam, ut *Proclus*, in medio hanc relinquebant rem, liberumque faciebant omnibus, quemadmodum ſentire vellent. Ejusmodi quaeſtiunculas aeternis rixis & contentionibus foecundam praebere poſſunt materiam, maxime ſi ab hominibus tractentur, qui ſapientiae potius umbram & ſimulacrum, quam veram ſapientiam amant, ingeniique ſui ludificationibus ſine metu obtemperant.

dignum eſſet conſervatu, nihil quod non apte atque commode in natura rerum collocari atque adhiberi poſſet: Nec idcirco eum umquam rerum, quae ſemel fecerit, poenitere: Multa quidem generari, multa viciſſim corrumpi ac perire: verum in omni generatione & corruptione naturali res tantum, quae antea fuerint, 1155 vel componi aliter, vel ſecerni: eosdem ſemper manere animos, easdem vitas: at diverſa eſſe, quibus illae ſocientur, corpora: modo graviori mentes veſtimento veluti deprimi, modo tenuiori ac leviori ornari: nunc corpore ſpectabili indutos apparere, nunc viciſſim corpori oculos fugienti tantum copulatos eſſe: nam & aëria illis eſſe & terrena vehicula: numquam vero ullam animam prorſus nudam & omni corpore privatam relinqui. Hinc *Proclus* violatae & adulteratae *Platonis* doctrinae quosdam arguit, qui aëria vehicula animarum deſtruerent: (*) *οἱ φθείροντες τὸ ὄχημα ἀναιρεῖν πάντως κάμπτουσιν ἐξω πιῶν τὴν ψυχήν. Qui ſubtilia vehicula animarum ferre horum, illi cogimur ſaepenumero, animam omni corporeo veſtimento privare ac nudare.* Nos univerſam hancce rationem, quam ex Aegypto ſuſpicor aſportaſſe *Pythagoram*, ex *Ovidio* ſupra copioſe expoſuimus. Cui hoc tamen addi velim, non omnes, qui probarunt eam, a ſe impetrare potuiſſe, ut eorum opinionem, qui humanas mentes in corpora quoque brutorum animantium & ferarum tranſire putant, primis doctrinae hujus auctoribus placuiſſe (*l*) ducerent. Tenuit & *Virgilius* hanc ſententiam, quod ex ejus *Georgicorum Libro* IV. (*m*) manifeſtum eſt. Nec *Macrobius* eſſe aliquid magis verae rationi conſentaneum, exiſtimavit: (†) *Conſtat*, inquit, *ſecundum verae rationis aſſertionem, quam nec Cicero neſcit, nec Virgilius ignorat, dicendo:*

Nec morti eſſe locum ——

Conſtat, inquam, nihil intra vivum mundum perire, ſed eorum, quae interire videntur, ſolam mutari ſpeciem.

§. XXX. Ut haec diſciplina contra omnem opinionem & admirabilis plane videatur, in ipſis tamen ſacris litteris, quibus eam exornet ac probabilem reddat, inveniet ſine controverſia Pythagoraeus audacior. *Pauli* ſigillatim locum *Rom.* VIII. 19. quem miſere vexavit tot interpretum inanis ſagacitas, non ſine veri ſpecie favere ſibi diſputabit: *Etenim natura exſerto capite obſervans exſpectat patefactionem filiorum Dei. Nam vanitati natura rerum ſubjecta eſt, non ſua ſponte, ſed per eum, qui eam ſpei ſubmiſit, fore, ut & ipſa natura a ſervitute interitus in libertatem glorioſam filiorum Dei aſſeratur. Scimus enim, rerum naturam hactenus congemiſcere*

(*) In Timaeum p. 330.
(†) Somn. Scipion. Lib. II. cap. 12. (p. 161.)

(*l*) *Ducerent*] Conſulere hic eos juvabit, qui de migratione animorum in varia corpora ex inſtituto commentati ſunt, quorum praecipuos nominat *Jo. Alb. Fabricius in delectu argumentor. pro veritate religionis Chriſtianae* Cap. 18. p. 447.

(*m*) *Manifeſtum eſt*] *Virgilius Georgicor. Lib.* IV. *vſ.* 221.

—— —— *Deum namque ire per omnes*
Terrasque, tractusque maris, coelumque profundum:
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.
Scilicet huc reddi deinde ac reſoluta referri
Omnia: nec morti eſſe locum, ſed viva volare
Sideris in numerum atque alto ſuccedere coelo.

Digitized by Google

miſcere ac condolere. Neque vero ſolum illa, ſed & nos ipſi, qui primitias ſpiritus habemus, apud nos ipſos gemimus, adoptionem exſpectantes, liberationem corporis noſtri. Principio in his verbis perſpicuum eſt, κτίσιν ſeu *rem creatam*, de qua verba facit 1156
vir divinus, non eſſe idem, quod τέκνα ſeu *υἱοὶ θεοῦ*, *filii Dei*, verum haec bina diſtare ac differre aliqua ratione inter ſe. Quare, qui hoc dicto cauſſam ſuam fulcire ſuſcipiet Pythagoraeus, is vocem κτίσις continuo diſputabit, aut neceſſario accipiendam eſſe de rebus conditis, quae anima carent, aut de animalibus inferioris numeri & ordinis, aut de utrisque ſimul. Jam vero, tametſi lubentes largiamur, eſſe in his verbis illud figurae genus, quod *Proſopopoeiam* vocant Rhetores, haud poſſe tamen, niſi ſummam verbis adhibere vim velis, quae de κτίσει in illis exſtant, ad res creatas anima carentes ſeu materiam ſenſus neſciam referri, in aprico poſitum eſt. Materia haec quomodo, quaeſo, dici poterit ὑποπαρδοκίαν habere, aut in maxima futuri alicujus boni ſpe ac exſpectatione eſſe? Quomodo *vanitati*, ματαιότητι, & φθορᾷ ſeu *corruptioni & morti* ſubjecta eſſe? Idque οὐχ ἑκοῦσα, *non ſponte ſua*, verum invita, attamen ἐπ' ἐλπίδι, ſpe majoris aliquando felicitatis obtinendae? Quomodo συστενάζειν interea & συνωδίνειν, *graviter angi animo & excruciari*, dum a ſervitute liberetur corruptionis & in glorioſam filiorum Dei libertatem vindicetur? Corpora praeterea naturalia quum vel generantur, vel corrumpuntur, metalla & plantae quum creſcunt vel intereunt. oleum quum abit in flammam, ignis in fumum convertitur, aqua in vapores diſſolvitur, vapores nivis vel grandinis ſpeciem adſciſcunt, gramen lac fit, lac in carnem & oſſa tranſit, nulla illi rei infertur injuria, neque aliquid vere exſiſtens evertitur & deſtruitur. Ipſa materia in his omnibus converſionibus una manet eademque, ſine ulla diminutione, at formae rerum mutantur, vetusque materia novo donatur habitu. Omnis generatio, corruptio, & mutatio naturae uno abſolvitur motu: corpus autem, ſi animo careat, nihilo plus ſentit calamitatis aut moleſtiae, quum movetur, quam quum a motu quieſcit; quoniam aeque naturae corporum conveniens eſt & conſentaneum, a re alia impelli & incitari, atque per ſe quieſcere. Figurae tantum, intervalla, ſitus, & magnitudines, quum contingit eorum, quae diximus, aliquid, mutantur; & hae mutationes ſenſus noſtros variis modis adficiunt, veſtigiaque non unius generis in animis noſtris relinquunt. Si qui vero ſunt, qui hunc locum ita interpretantur: Omnes ejusmodi mutationes & converſiones rerum, omnes corporum inanimorum viciſſitudines, prorſus aliquando ceſſaturas eſſe: nunc quidem materiam miſere affligi & ingenti deſiderio quietem a perpetuo illo motu appetere: at fore tempus illud, quo ſublata omni motione, omni generatione & corruptione, materia ſenſus inops ſummam adeptura ſit tranquil-

Mihi vero non prorſus accommodati videntur eſſe hi verſus *Virgilii* ad ſententiam, quam Pythagoraeorum eſſe vult vir doctiſſimus. Etenim nihil in illis de rebus corporeis, nihil de animorum vehiculis, nihil de eorumdem per varia corpora erroribus, nihil de aliis nonnullis, quae Pythagoraeis attribuuntur hic, ſententiis. De animis unice poëta loquitur: quos quidem, tam in hominibus, quam in brutis animantibus, quosdam canit exiſtimare, ex ipſa natura divina per univerſum terrarum orbem ſuſa hauſtos eſſe, &, reſolutis corporibus, ad eamdem referri, nec idcirco interire umquam, ſed in ſumma aetheris regione aeternum vivere. *Macrobium* non ſatis caute videtur ſequutus eſſe vir doctiſſimus, quum *Virgilium* univerſum dogma, quod Pythagoraeum appellat, approbaſſe diceret. Sed *Macrobius*, Platonicis ſcitis ſine modo favens, morem etiam familiae ſuae ſervat ubique, ac in ſuam multa veterum dicta ſententiam paſſim pertrahit, in quibus ſenſus tamen ineſt longe alius.

Digitized by Google

quillitatem, hi num quid dicant, ſatis intelligant, vehementer dubito. Id enim eſt affirmare, totam univerſitatem rerum, quatenus conſtat corporibus, lapidis aliquando naturam accepturam eſſe, ipſaque ideo bonorum virorum, quae ex mortuis reſurgent, corpora, rupis inſtar aut adamantis eſſe futura. Nihilo melior & ſapientior illorum eſt opinio, qui totum hunc terrarum orbem vitro aliquando ſplendidiorem & cryſtalli inſtar pellucentem fore ſtatuunt, atque a materia mutationem hanc omnibus expeti votis cenſent. Etenim quis ſibi demum perſuadeat, novum illud coelum, novamque terram, quam exſpectamus, idcirco immutatum iri, ut melius ſit materiae, quae ſenſus inops eſt, & ut corpora animo vacua feliciora fiant, quae nullo tamen vel doloris, vel voluptatis ſenſu tanguntur? Nonne potius ea unice de cauſſa nova & meliori forma rerum naturam donatum iri, certum eſt, ut hominibus & animantibus, vivis rerum ſpectatoribus & novi orbis incolis, eorumque tam opportunitatibus, quam deliciis, conſulatur? Illa vero *Pauli* verba: *Ipſa enim creatura liberabitur a ſervitute corruptionis, & ad gloriosam filiorum Dei libertatem adſcendet*, neſcio, quibus naturis accommodari queant, ſi diſcedas ab animalibus. Etenim haec libertas filiorum Dei, quam recipient, nihil eſt, quam corporis mutatio & converſio, corpore immortali in locum mortalis & fragilis ſuccedente. Cujus felicitatis quinam participes fieri poſſunt, niſi tales unice naturae, quae corpore conſtant & animo? Nihil vero prorſus impedit, quo minus πᾶσα κτίσις, quam vocat *Paulus*, ſeu univerſa natura creata, quam deinceps exquiſito dolore laborare & angi, ait, de omnibus illis naturis, in quas ſenſus miſeriae & doloris cadit, aut, quae ducere ſuſpiria & excruciari poſſunt, accipiatur. Quae omnia quum ita ſeſe habeant, *Pythagorae*, quem induco, ſectator locum hunc unice interpretabitur de rebus animatis inferioris ordinis, quae moleſtia affici & voluptate viciſſim recreari poſſunt. Has dicet invitas plane & contra voluntatem ſuam, poſtquam homines felicitatem amiſerunt priſtinam, animaeque lapſae ſunt, in

(n) *Laborarent*] Audax, fateor, eſt, quod ipſe dicit *Cudworthus*, novus hic *S. Pauli* interpres Pythagoricus: ſed teſtatum ſuo facit exemplo, non ſemper audaces fortunam juvare. Etenim, ſi ornatum & verborum pompam huic explicationi detrahas, qua vir doctiſſimus eam commendavit, quod ſupereſt, vix ſeſe ſuſtinet, nec primum hominis recta ratione praediti impetum toleraat. Quod primum ſibi dari vult, qui hic inducitur, interpres, κτίσις & υἱοὶ τῦ Θεῦ ſeu τέκνα τῦ Θεῦ inter ſe differre, id aegre ipſi dabunt omnes. Neque eſt aliquid in hoc ſancti hominis loco, quod cogat nos, ut hoc ipſi demus: quod illi dudum planum fecerunt, qui vocabulo κτίσις homines ſanctos & regenitos deſignari autumant. *Membrum decimum nonum* commodiſſime ſic poteſt exponi: *Anxium deſiderium regenitorum diem illum exſpectat, quo apertum fiet id, quod perobſcurum eſt, dum hic manet orbis, quinam veri & germani fuerint Dei filii? Membrum vero vigeſimum primum*, quo iterum κτίσις & τέκνα τῦ Θεῦ diſtingui videntur, nihil impedit, quo minus ita declaretur: *Namque ſancti homines, qui Chriſtum vera fide amplectuntur, in eam libertatem adſcendent, quae promiſſa eſt filiis Dei, ſeu filiis, qui per fidem in Chriſtum filii Dei fiunt.* Nec neceſſe ideirco eſt, ut υἱοὶ & τέκνα τῦ Θεῦ coelites ſeu ſanctos in coelo jam collocatos eſſe, putemus: quae ſententia viris quibusdam egregiis placet. Vid. Vener. *Salem. Deylingii Obſervat. ſacrae Part.* I. *Obſerv.* XXXVII. §. 10. *p.* 156: quamquam nec cum his magnopere pugnare velim. Quod ſi Pythagoraeus noſter υἱοὺς τῦ Θεῦ cenſuit homines eſſe pios & ſanctos, quod veri videtur ſimile, ne ipſa quidem ejus, quae hic affertur, expoſitio, patitur, ut κτίσις & υἱοὶ τῦ Θεῦ diſtinguantur. Vocabulum enim κτίσις tam late poſitum hic eſſe autumat, quod mox apparebit, ut omnes omnino homines eo denotentur.

Sed ipſam jam aggrediar interpretationem. Κτίσις, niſi me prorſus fallit ratio, Pythagoraeo noſtro totus eſt animorum inferiorum ordo, quos Deus condidit, ſive illi hominum concluſi ſint corporibus, ſive in beſtiarum deliteſcant corporibus: nam angelorum clare ſatis animos excipit. Hos animos, ſi hunc audias, *Paulus* ait gravibus & terrenis corporibus oppreſſos, libertatem anxie appetere ac deſiderare: Hos idem ait aliquando libe-

in corporibus gravioribus & terrenis vanitati & corruptioni ſervire, aegritudinibus & miſeriis expoſitas eſſe, mortem denique metuere: At rationes eorum immutatum iri patefacta filiorum Dei gloria: Tum, mortalibus corporibus ſublatis, immortalia, nec interitura umquam, redditum illis iri: Animorum ita liberatorum a craſſioribus & denſioribus his corporibus, tenuiſſimisque, aëriis, & perennibus veſtitorum ſummam, glorioſiſſimo illo aevo, felicitatem & beatitudinem fore: Eum enim, qui mortem haud condidit, nec ullius rei viventis interitu & exitio delectatur, ſed, quodcumque fecit, eo fecit conſilio, ut vivat & laetetur, 1157
omnibus eorum aerumnis, omnibus moleſtiis & miſeriis modum eſſe poſiturum. Sed perget etiam Pythagoraeus noſter ratiocinando: Quumque certum ſit, per vocabulorum πᾶσα κτίσις, *omnis creatura*, amplitudinem fieri non poſſe, ut beſtiae & bruta animantia ab hoc prorſus excludantur loco, ex eo ſibi licere concludere, confirmabit, totum illum naturarum rationis expertium ordinem, quas homo nobilitate ſuperat, non prorſus ad nihilum redactum iri, quando mundus renovabitur, aliamque formam induet, nec novi orbis incolas ſolos fore homines, ſed hoc etiam rerum conditarum genus, quod diximus, certa ratione conſervatum iri. Neque vero ita putabit beſtiarum genus manſurum eſſe, ut iſtae generationum & corruptionum viciſſitudines, quae hic vigent, ad infinitum tempus durent, hisque exſtinctis animantibus, in eorum ſemper locum nova ſuccedant alia: E contrario eadem ſemper animantia aeternum eſſe victura ſtatuet. Nec enim, niſi hoc eſſet, ullum eorum a ſervitute corruptionis liberum foret. Poſtremo ipſos illos beſtiarum animos contendet, qui hic dolore atque deſiderio conficiuntur, libertatis filiorum Dei futuros eſſe participes. Alioquin enim nulla de cauſſa parturirent hic, nec pro ſemetipſis, verum pro aliis tanta futurorum exſpectatione (*n*) laborarent. Verum ſatis dixi de hac Pythagoraeorum ſententia, quae omnes omnino animos, nec ratione tantum praeditos, ſed etiam ſenſu tan- 1158
tum

liberatum, ſeu gravioribus corporibus egreſſos, ſubtilioribus corporibus inſtructum iri. Ab hoc ego homine

(I.) Requiro, ut vocabulum κτίσις usquam ab aliquo ſcriptore, vel ſacro, vel profano de univerſo animorum in his terris degentium agmine adhibitum eſſe, demonſtret. Tam enim inſolentem & novam vocabuli huius notionem ſine ullo teſte atque auctore recipere, ſana vetat ratio. Vera & certa erunt, quae volumus, omnia, ſi licitum fuerit tales nominibus poteſtates ſubjicere, quales ipſi rationibus noſtris & opinionibus convenientes eſſe ducimus. Reſpondebit forte: κτίσις pro omnibus poni, qui hunc orbem incolunt, hominibus. *Marc.* XVI. 15. At horum hominum potiorem partem eſſe animam: totum igitur hic poni & partem intelligi, cujus generis loquutiones in optimis paſſim ſcriptoribus inveniantur. Concedam, non ſine ſpecie quadam haec dici: ſed quid de animis beſtiarum fiet, quos hoc nomine, non ſecus ac hominum, indicari arbitratur, ſi hanc probemus explicationem? Non elabetur antea Pythagoraeus noſter, quam locos nobis aliquos demonſtraverit, quibus ſigillatim animalia omnia, ſive homines ſint, ſive beſtiae, κτίσις diſerte dicuntur. Illis enim, quibus hoc nomen totam rerum univerſitatem deſignat, haud contenti erimus.

(II.) Sed mittamus hanc difficultatem Grammaticam: majores in ipſa interpretatione nodi, quos numquam ſolverit, ingenioſus licet ſit homo noſter, nos morantur. Esto, omnes animas nomine κτίσις hic deſignari: Ergo omnes animi tam bonorum, quam malorum anxie exſpectant patefactionem filiorum Dei: Ergo malorum etiam mentes vanitati contra voluntatem ſuam parent, & ſpem habent eluctandi ex hoc ſervitutis ſtatu: Ergo animi omnes, ſive boni ſint, ſive mali, in glorioſam filiorum Dei libertatem adſerentur: Ergo nulla anima poenis umquam & ſuppliciis afficietur; nam omnes animi, graviori relicto corpore, coeleſtibus amicti vehiculis, aeternis perfruentur deliciis. Numquam mihi perſuaſerim, ullum Pythagoraeorum, ſi vel maxime a religione Chriſtiana abhorreat, haec abſurda conſectaria, quae disjuncta tamen eſſe ab hac expoſitione verborum *Pauli* nequeunt, approbaturum eſſe. Maxima pars animorum, quae mortalibus concluſa eſt corporibus, metuit potius, quam exſpectat diem illum,

tum valentes, naturas eſſe praecipit ſibi conſtantes, ideoque omnes etiam poſt fata vult permanere, certis quibusdam exilibus vehiculis adjunctis, in quibus, gravioribus his & terrenis corporibus ſoluti, perpetuo vivant.

§. XXXI. Sed fac, vehicula haec aëria, quibus beſtiarum animos, corporibus exſtinctis, cinctos eſſe ſtatuunt Pythagoraei, philoſophorum delirantium ſomnia & commenta eſſe: adde, nullis, niſi corporibus terrenis, eos animos ſociari umquam & adjungi: ex quo efficitur, prorſus eos nudos eſſe, ſi corporibus illis egrediantur, intra quorum ſinum hic abditi latuerunt: haud tamen intereunt animi illi, vel in nihilum occidunt, quoniam non rerum aliarum affectiones & modi ſunt, verum naturae per ſe ſubſiſtentes. Hoc autem ſi ita eſt, animos illos confitendum eſt, tametſi naturae eorum ſuperſint, in iſto tamen ſtatu omnis non modo ſenſus, verum etiam agendi facultatis, expertes fore: donec aliis poſtea viciſſim reddantur corporibus e terra conflatis. Quamvis enim animus rationis particeps ſine ullo corporis interventu intelligendi ſemper & cogitandi virtutem retineat, ſentiendi tamen virtus tamdiu tantum viget, quamdiu corporis conſuetudine utitur. Recte ſcilicet pronuntiavit *Ariſtoteles* (*o*), ſenſum complicationem eſſe corporis & animae, quemadmodum ad texendam telam tam textor, quam inſtrumenta ejus requiruntur. Quamobrem ſi beſtiarum animi naturae ſunt ſibi conſtantes, ratione licet careant & ſenſu tantum valeant, neque tamen poſt fata corpus quoddam retinent, neceſſe eſt, omnem ab illis & ſentiendi & agendi vim abeſſe, atque longum eos & diuturnum tempus ſtupidos prorſus & impotentes errare ac vagari. Atque hoc tanto minus incredibile videri nobis debet, quanto certius eſt, nulli mortalium eſſe cognitum, utrum animus ſuus, corpore vel ſomno oppreſſo, aut veterno vel apoplexia proſtrato, ſemper ſuimetipſius interiorem ſenſum & conſcientiam perpetuo retineat, nec ne, aut num animus utero matris concluſus numquam non cogitet: Quamquam ſi vel hac in re cuncta eſſent expedita, hoc tamen vix aliquis in dubium revocet, ſentientes beſtiarum illarum animas, quae, hyeme vigente, tamquam mortuae jacent & veris calore redeunte vitam recipiunt, interea ſenſu omni & agendi facultate privatas eſſe. In hanc vero ſi concedamus ſententiam, brutorum animantium mentes, & mortales certo
1159 ſenſu, & immortales alia notione dicere nobis licebit. Mortales ſunt, quoniam ad hum, quo ſanctae & piae mentes corporibus ſuis reſtituentur: nec invita, ſed lubens cupiditatibus ſuis & vanitati rerum humanarum inſervit: nec denique in libertatem filiorum Dei vindicabitur, ſed aeternas divinae juſtitiae poenas dabit. Quod ſi Pythagoraeus aliquis a Chriſto alienus tam eſſet ineptus & rerum omnium rudis, ut haec omnia pro veris habere, nihil dubitaret, ipſa tamen ab hoc homine lex rationis requireret, ne ſcriptoris Chriſtiani verbis ſententiam attribueret, religionis Chriſtianae primis fundamentis & initiis plane repugnantem & contrariam.

(III.) Plane vero lepidus eſt hic Pythagoraeus, quum ad beſtiarum animos haec etiam ſancti hominis verba ſine ulla verecundia trahit. Ut id faciat, elicit vocabulum πᾶσα. Quum nimirum *πᾶσα κτίσις Paulus* dicat in libertatem aſſertum iri, nullos excludit animos filiorum Dei gloria: Ergo & beſtiarum animi hujus ſalutis participes erunt. Feſtive certe! Sed obliviſcitur vir bonus, a ſe hic illud pro conceſſo ſumi, quod in controverſia verſatur, ſcilicet eſſe beſtiis animos: Certum eſt, ita rationem ſubducit, eſſe in beſtiis animos ratione praeditos: At de omnibus animis *Paulus* loquitur: Ergo & animis belluarum aeternam incolumitatem & ſalutem pollicetur. Concidit haec omnis argumentatio, modo neges, eſſe beſtiis animas. Gratias, ſi poſſunt, beſtiae huic Pythagoraeo agant de tam eximio invento: nam de his bene mereri ſtuduit: Apud homines, qui ratione valent, aut parum, aut vero nihil inibit gratiae. Nil cauſſae erat, cur vir magnus interpreta-

ad tempus ſaltim quoddam uſu & exercitatione vitae carent: immortales autem, quoniam ipſa earum natura inviolata manet, neque radix & fons vitae perit. Ex his etiam intelligi neceſſe eſt, fruſtra ſibi & temere nodos nectere, qui verentur, ne, ſi animi beſtiarum immortales eſſe & poſt fata permanere dicantur, confitendum quoque nobis ſit, aut coelo eos aut inferis deſtinatos eſſe. Quod vero vitam eis aliquando reſtitutum iri, corpusque aliquod e terra compositum, contendimus, id cur mirabile videri queat neſcio, quum ſimile aliquid eommingere in natura rerum quotidie videamus, quando bombyces aliique vermes moriuntur & alia deinceps forma veſtiti ad vitam redeunt. Etenim eandem animam, quae bombycem olim agitavit, in papilione poſtea quoque verſari, haud credo dubitare quemquam poſſe: certe illis ita viſum fuit divinae ſapientiae conſultis, qui bombycis exemplo & imagine dogma de corporibus hominum ad vitam revocandis illuſtrarunt.

§. XXXII. Duplicem igitur viam ingreſſos eſſe conſtat ex his, quae diſputavimus, qui animos brutorum animalium naturas eſſe volunt ſibi conſtantes, nec idcirco poſt fata exſtingui. Alii *Platonis* & *Pythagorae* probant diſciplinam, animosque hos corporibus terrenis & craſſioribus egreſſos in ſubtilibus aëriisque corporibus vivere ac ſentire decernunt. Alii vero, aëriis his animarum vehiculis repudiatis, brutis animantibus terrena tantum relinquunt corpora: quibus diſſipatis, mentes eorum ſine vi, ſine ſenſu, ſine vita, ſomno & ſilentio victas, permanere ſtatuunt. Ego vero, ut, quod res eſt, fatear, nihil, quod nos cogat, video, ut propterea beſtiarum animos ad infinitum tempus permanſuros eſſe credamus, quoniam ſibi conſtant & per ſe ſubſiſtunt. Licet enim certum ſit, nullam earum naturarum, quas divina ratio condidit, per ſe in nihilum occidere poſſe: aeque tamen hoc exploratum eſt, qui eas ex nihilo finxit, Deum, easdem quoque rurſus ad nihilum redigere poſſe. Proinde quum humanorum animorum immortalitatem ex ratione demonſtrari poſſe contendimus, nihil nobis, niſi hoc, volumus, certis confici argumentis poſſe, eos naturas eſſe ſua vi conſtantes. Quod ſi dubio vacat, illud etiam oportet concludi, nulla lege vel vi naturae eos interire vel exſtingui poſſe, non ſecus ac materiam. Sed divinae nihil idcirco potentiae derogamus: quam ingenue fatemur tam animos, quam materiam plane deſtruere & ad nihilum redigere poſſe. Quae quum ita ſint, nos, qui animos noſtros numquam credi-

pretationem tam inſanam ingenio & eloquentia ſua exornaret: niſi forte ideo praeterire eam noluit, ne quid eorum omiſſum diceretur, quae Pythagorici dogmatis aſſeclae rebus ſuis favere cenſent.

Mihi ex omnibus verborum, de quibus hic agitur, *S. Pauli* explicationibus nulla videtur eſſe melior & probabilior, quam eorum, qui nomine πνεύματα ſanctos & pios homines, aut, ſi mavis, animas eorum deſignari volunt. Quamvis enim & haec difficultates quasdam adjunctas habeat, reliquae tamen multo premuntur majoribus, & in captiones vix explicabiles patronos ſuos inducunt. Et placuit idcirco haec ſententia viris longe meritiſſimis & doctiſſimis, *Thomae Ittigio*, qui ſingulari eam diſſertatione exornavit, quae legitur in *Enneade* ejus *Exercitationum Theologicar.* p. 440. *ſ.* Ven. *Salom. Deylingio Obſervationum ſacrar. Part.* I. *Obſerv.* XXXVII *p.* 147. *Frid. Adolpho Lampio Commentario in Pſalmum* XLV. *p.* 567 - 584. & nuperrime viro de litteris praeclare merito, *Chriſtiano Stockio* in *Obſervat. Philol. ad N. T.* non ita pridem editis *p.* 1023. itemque aliis bene multis. Illuſtris eſt, meo judicio, ad hanc ſententiam firmandam *Jacobi* locus, *Cap.* I. *vſ.* 18. Βουλήθις ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων: quod omnes facile intelligent, qui diligenter eum & ſine partium ſtudio cum verbis *Pauli* contulerint.

(o) *Ariſtoteles*] *De anima Lib.* II. *Cap.* 5. *p.* 27. *Tom.* II. *Opp.*

(p) *Pul-*

credimus interituros eſſe, non hoc uno firmamento nixos eſſe oportet, quod naturae ſint per ſe ſubſiſtentes, ſed alio quoque praeſidio munitos. Omnis nempe ſpes & fiducia in divina nobis repoſita ſit, neceſſe eſt, benignitate, quam certi ſumus, rerum illarum, quas condidit, nullam deleturam eſſe, niſi vel divinis ejus perfectionibus repugnet, vel totius rerum univerſitatis ſaluti obſiſtat, eam permanere. Neutrum vero horum, id quod extra controverſiam poſitum eſt, in animos noſtros cadit: quippe qui bona malaque diſcernendi facultate ac ſimul voluntatis libertate inſtructi ſunt. Quocirca tam praemia, quam poenas promereri poſſunt, dignaeque ſunt naturae, in quibus exempla Deus edat juſtitiae ſuae. Verum animorum, quibus bruta vigent animantia, longe alia conditio eſt, quos liquet & bonorum malorumque cognitione & voluntatis libertate deſtitutos eſſe, nec idcirco vel praemiis ornari, vel poenis affici jure poſſe. Hi nulla quidem naturae vi vel lege ad nihilum revocari poſſunt: at nihil viciſſim impedit, quo minus a Deo, qui, quum animalia generarentur, eos produxit, poſtquam eos tempus quoddam vivere, ſeque ipſis frui paſſus eſt, ad nihilum rurſus redigantur & deleantur, corpora quando moriuntur & intereunt. Atque hoc ſi omnium eſt optimum, nullum omnino dubium eſt, quin ita etiam futurum ſit. Hanc ſententiam inter philoſophos *Porphyrius* (*p*) videtur amplexus eſſe, qui omnem potentiam ſeu animam rationis neſciam in vitam hujus univerſitatis redituram eſſe, id eſt, intra ipſam di-
1160 vinitatem receptum, idcircoque e rerum creatarum numero exemtum iri, ſcriptum reliquit. Nec tamen negem, alia etiam ratione ſententiam ejus exponi poſſe. Forte enim hoc docere voluit, omnes brutorum animalium mentes, in quibus vis tantum eſt ſentiendi, nihil eſſe reapſe, quam unam eamdemque mundi animam, varie ſemetipſam diſtribuentem, omnesque materiae partes, quotquot ad vim ejus recipiendam non ineptae ſunt, agitantem, his autem partibus diſſolutis, ad ſemetipſam redeuntem, virtutemque ſuam revocantem. Sed ſatis contra eos opinor eſſe dictum, qui propterea vetant credere, animos generari, mentesque, a quibus bruta reguntur animantia, naturas eſſe per ſe conſtantes, quoniam inde conſequeretur, corporibus exſtinctis eas permanere. Oſtendimus enim, nulla eos, qui beſtiarum mentes naturas eſſe ſtatuunt a corpore ſecretas, neceſſitate conſtringi, ut easdem quoque poſt fata ad infinitum tempus vivere, non umquam exſtingui putent. Planum item fecimus, ſi hoc conſtituatur, nullam Deum abolere prorſus naturam a ſe conditam, ideoque nec beſtiarum animos umquam eſſe ſublaturum, tum exiſtimandum eſſe, ſempiterno veluti ſomno ac ſilentio ſepeliri, corpore exſtincto, ac ſine ullo ſenſu ac virtute agendi reſtare hos animos, niſi forte concedere velimus, vehiculis eos aëriis, terreno corpore ſublato, conjungi.

§. XXXIII.

(*p*) *Porphyrius*] Vide *ſententias ejus ad intelligibilia ducentes P.* I. §. 22. *p.* 227. §. 24. *p.* 228. & alias. Sed perperam vir doctiſſimus hoc ejus dogma ad brutorum animalium trahit animos, de quibus longe ſecus ſenſit *Porphyrius*, atque hic ſenſiſſe conjicitur. Toto nimirum *Libro* III. de *abſtinentia a carnibus* maximopere laborat philoſophus hic, ut beſtiarum animos oſtendat, ejusdem eſſe generis, cujus hominum animos, neque ſolum ſentiendi facultate, verum etiam ratione, judicio, ac intelligentia valere: Ex quo quidem planum eſt, cum non potuiſſe non de ſtatu animarum belluinarum poſt fata idem fere ſentire, quod de animis ſenſit hominum, & utrisque immortalitatem adſcribere, tametſi hanc ſententiam aperte ſatis haud profiteatur. Omnes tam veterum, quam recentiorum Philoſophorum de beſtiarum animis ſententias diligentiſſime collegit, & erudite dijudicavit Vir clariſſimus & doctiſſimus *Georgius Henr. Ribovius*, in *Diſſertatione Hiſtorico-philoſophica de anima*

Digitized by Google

§. XXXIII. Certum igitur hoc & concluſum eſt, ex materia vita ſenſuque omni deſtituta vitam atque cogitationem nullo procreari modo poſſe. Etenim hae res quum non ſint aliarum rerum affectiones, ſed naturae per ſe conſtantes, qui hoc volunt, illi ex nihilo fingi poſſe aliquid adſeverant. Hoc vero confecto, alterum horum neceſſe eſt verum eſſe, aut omnes animos ſua vi ex infinito tempore exſiſtere, aut vero eſſe aliquam vitam mentemque ſempiternam, nec genitam, unde omnes reliquae vitae, mentesque profectae ac derivatae ſint. Veteres quidem divinae rationis & naturae profeſſores hoc firme conceptum habuiſſe animis, nullum umquam vel animum & intelligentiam, vel vitam & ſenſum, e materia ortum eſſe, ſed Deum, quem unum omnis vitae rationisque auctorem & fontem dicebant, quae ſunt generis hujus omnia produxiſſe, longe plurimis eorum dictis demonſtrare poſſem. Sed quia inſtituti mei ratio id haud exigit, ideo *Virgilii* tantum verſus aliquot, ex quibus luculenter id cognoſcitur, in medium proferam. *Sexto* is *Aeneidos* libro, poſtquam Deum animum eſſe dixerat ſeu mentem per univerſam rerum naturam fuſum & intentum, ſic pergit:

(*) *Inde hominum pecudumque genus, vitaeque volantum,*
Et quae marmoreo fert monſtra ſub aequore pontus.

In *Georgicis* haec primo ponit: (†)

— — *Deum namque ire per omnes*
Terrasque tractusque maris, coelumque profundum.

Tum ita pergit:

Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.
Scilicet huc reddi deinde & reſoluta referri
Omnia, nec morti eſſe locum.

Quidquid igitur olim ſapientum exſtitit, quod Deum eſſe nil dubitavit, id conſtanter hanc ſententiam tenuit, nullam vitam ex materia naſci poſſe, ſed a Deo creari omnes, aut ex eo, tamquam perenni & unico mentium & vitarum omnium fonte, dimanare, At recentiores quidam Dei profeſſores ab hac opinione temere defecerunt, viamque multo minus tutam ingreſſi ſunt.

§. XXXIV.

(*) vſ. 728. (†) Lib. IV. vſ. 221.

anima brutorum lectu digna & copioſa, quam *Hieron. Rorarii Libellis duobus, quod animalia bruta ſaepe ratione melius utantur, quam homines*, cum obſervationibus ſuis iterum *Helmſtadii* 1728. *in* 8. editis, ſubjecit: Et hic etiam *Cap.* 15. §. 120. 108. *p.* 642. *Porphyrii* dogma de beſtiarum animis accurate explicat. Mihi ſemper haec quaeſtio ex illis viſa eſt, quae ſatis amplam homini ingenioſo differendi & conjiciendi materiam praebere, eum vero quem nihil, niſi quae certa ſunt & minime dubia, juvant, parum delectare poſſunt. Teneamus id, quod certo novimus, animos noſtros perennes eſſe, praemiisque vel ſuppliciis, corpore diſſoluto, ſubjectum iri: de beſtiarum vero animis quid futurum ſit, aut quantum virtutis habeant, ſapienter & moderate differamus.

Digitized by Google

1161 §. XXXIV. Tanta vero dignitas & evidentia eſt diſciplinae hujus, quae vitam naturam eſſe praecipit per ſe conſtantem, quae nec generari queat, nec corrumpi, aeternamque vitam quamdam & mentem eſſe docet, unde fluxerint reliquae omnes vitae mentesque, ut ne illi quidem divinae rationis adverſarii, qui materiam in ſe vitam continere praedicant, eam aſpernari ac rejicere potuerint. Qua quidem in re multo ſapientius egerunt, quam illi ex Atheis, qui naturam rerum in corpuſcula dividi tenuiſſima, ſtatuunt. At quoniam animis eorum pernicioſa haec ſententia penitus infixa erat, nullas eſſe in hac univerſitate naturas, praeter corpora, in eam inciderunt amentiam, ut hanc principem, neque genitam vitam & intelligentiam partem eſſe judicarent materiae, omneque corpus in ſe ſpectatum vitae cujusdam, at a ſenſu animali & interiori conſcientia relictae, particeps eſſe contenderent. Hanc porro naturae vitam, quam in materia reſidere autumabant, varia ratione temperari & pro diverſa venarum, arteriarum, ceterorumque membrorum conſtitutione ac habitu variari dicebant: Et inde omnes hominum beſtiarumque animas naſci. Vitas igitur omnes tam hominum, quam animalium, in ſe conſideratas res eſſe ducebant, quae gignantur & corrumpantur, quae prodeant ex nihilo & ad nihilum viciſſim revertantur: at illam materiae vitam, quae ceterarum omnium principium ac fundamentum eſſet, & per ſe conſtare, & aeternam eſſe, nec depravari ullo modo & diminui, vel etiam interire poſſe, ſtatuebant. Igitur ne Deum fateri cogeretur familia haec, quamlibet atomum materiae ſenſu vacuae ex omni fuiſſe contendebat aeternitate, atque ſcire omnia, neque falli poſſe, ſeu quod idem eſt callere cuncta ſine ullo errore & ignorantia, cognitionemque habere ſenſu priorem, neque a rebus in ſenſus incurrentibus profectam, at animali tamen conſcientia, ſenſuque interiori deſtitutam. Et hac illi re prorſus ab illis diſſident, qui corpuſcula individua in aciem contra Deum educunt: quos quidem conſtat omnem cognitionem pro ſenſu habere aut ex ſenſu natam eſſe ducere.

§. XXXV. Verum neſcio, an quid eo fingi queat, amentius, qui non dubitat cuivis materiae particulae ſcientiam erroris neſciam adſcribere. Id vero novi, ſecum ipſis aperte pugnare, qui hanc rationem probant. Perfectam enim primo ſcientiam, ſapientiam, & intelligentiam eſſe concedunt: & hanc tamen ſuimet ipſius eſſe neſciam & interiori ſenſu vacuam praedicant: quum certum ſit, ſenſum & conſcientiam a cogitatione divelli nullo modo poſſe. Deinde vitam principem & primariam in hominibus & ceteris animantibus perire umquam poſſe negant: at animas tamen & perſonas animalium, mortis impetu, deleri atque ad nihilum plane revocari cenſent. Taceo, hanc doctrinam ad earum rerum, quae in hominibus & beſtiis fieri videmus, rationem reddendam prorſus ineptam ac inutilem eſſe. Neque enim ulla materiae temperatio aut diſpoſitio, qualiscumque demum ſit generis, in eo, quod ſuimetipſius nullam antea conſcientiam habuit, interiorem huncce ſenſum & perceptionem producere valet. Accedit ſi huic ſtare velimus ſententiae, credendum nobis eſſe, in ſingulis hominibus & animantibus non unam eſſe naturam percipientem, verum rempublicam & civitatem quamdam innumerabilium ejusmodi naturarum, quoniam vel minutiſſimum quodvis corpuſculum vi ſua percipiendi valere, perfectamque vitam & intelligentiam continere ſibi propriam, tradunt, qui eam ſequuntur. Quid hoc vero eſt, quod philo-

Digitized by Google

philoſophi hi, qui materiam extollunt, ut Deum deprimant, tametſi cuilibet materiae particulae ſcientiam attribuant omnium rerum, eidem tamen infinitam dare nolunt potentiam? Quid hoc eſt, quod abſolutam cognitionem ſine abſoluta virtute fingunt? Quid hoc, quod cognitionem ſenſu carentem, neque a rebus in ſenſus incurrentibus profectam, comminiſcuntur? Ubinam igitur res illae ſunt, in quibus cognoſcendis & contemplandis ſcientia haec occupata eſt? Unde notiones, quibus ea conſtat, arceſſuntur? Etenim quoniam ex rerum externarum & ſenſibus expoſitarum pulſu eas procreari negant, neque ab his atomis, quatenus ſemetipſas comprehendunt, proficiſci poſſunt, quid aliud relinquitur, quam ut ex nihilo eas fieri, aut multas ſaltim earum nihili perceptiones eſſe decernamus? Quidquid etiam tentemus ac conemur ingenio, ut cognitionis & intelligentiae principia & fontes indagemus, poſtremo tamen ad naturam nos oportebit adſcendere perfectiſſimam & infinita potentia valentem, quae & ſemetipſam cognoſcat, & omnem infinitae virtutis ſuae amplitudinem, quidve fieri poſſit, vel non poſſit, ſeu omne, quod intelligi poteſt, mente comprehenſum teneat. Hujus autem generis natura potentiſſima non eſſe poteſt, niſi una: Ex quo conſequitur, unam tantum eſſe mentem principem, aeternam, initiique & ortus omnis neſciam, un- 1164
de mentes, quae ſunt, reliquae univerſae manaverint. Quare tota nugatoria eſt eorum ratio, qui materiae ineſſe vitam praedicant, quo vim divinam effugiant. Simpliciſſimam enim naturam & rationem divinam turpiter lacerant, atque in materiam, omnesque ejus particulas & atomos partiuntur.

§. XXXVI. Haec ſufficere, quae diſputavimus, arbitror ad convincendum, genus hoc hoſtium Dei, glorioſum imitari militem, quum ex ipſa cogitationis ac ſcientiae natura ſeſe demonſtraturum pollicetur: nullum eſſe Deum. Tantum enim abeſſe docuimus, ut id fieri queat, ut ſine Deo cogitationis & ſcientiae rationes ne explicare quidem ulli liceat, argumentaque hinc potius naſcantur invictiſſima, ad eos coërcendos, qui Deum eſſe nolunt. Primo, ſi nec vita, nec cogitatio, nec mens, nec animus ex corpore ſeu materia procreari poteſt vitae atque rationis experte, in qua nihil eſt, niſi longum, latum, craſſum, nullus, niſi amens, dixerit, omnem vitam & intelligentiam materia juniorem eſſe ſenſu vacua, ex eaque naſci. Contra ea aut omnes vitas & animas per ſe ex omni aeternitate exſtitiſſe, affirmandum eſt; aut confitendum, eſſe unam vitam & mentem abſolutam, perfectiſſimam, ortus omnis ignaram, unde omnes vitae mentesque deſcenderint a ſumma perfectione remotae: aeternam eſſe cognitionem, ſenſu omni rebusque ſenſus pulſantibus antiquiorem: hanc denique ſapientiam ſuimetipſius veſtigia, ſigilla, & notas in materia & orbe univerſo impreſſiſſe. Equidem vehementer dubito, an hoc certius aliquid & evidentius eſſe queat, omnem, qua valemus, rationem & intelligentiam non eſſe a rerum externarum corporumque, quibus cincti ſumus, impulſione profectam, quod quidem hi ſibi perſuadere ſolent, cum quibus certamen nobis nunc eſt, divinitatis oppugnatores: hoc enim ſi obtinuerint, ſperant iſtud ſibi quoque facile datum iri, ſcientiam univerſam in ſe ſpectatam ipſa natura ſua rebus, quas ſenſus aſſequuntur, recentiorem eſſe, nec idcirco rerum omnium fabricatorem & architectum, verum rem a corporibus externis formatam & genitam. Verum manifeſtum eſt, a rebus externis, quae ſenſibus patent, haec duo tantum ad nos pervenire, motum & impulſionem;

nem: praeter res vero ſenſibus expoſitas alia quoque eſſe, in quorum animus noſter contemplatione occupetur, nec ea tantum, quae *univerſalia* dicimus, verum etiam alia, quae nec umquam in ſenſu fuerunt, nec eſſe ſua natura poſſunt. Quod ſi vero hoc dubio vacat, hominum ſcientiam & rationem non unice a rebus externis oriri ſenſus excitantibus, hoc etiam certum ſit neceſſe eſt, eam communicatam eſſe nobiſcum a mente quadam perfectiſſima, cujus nec foecunditatem, nec potentiam terminat aliquid, quae ſemetipſam & in ſe res omnes comprehendit ac cognoſcit, quam nihil denique fugit eorum, quae fieri poſſunt, nec earum aliquid veritatum, quae ex rerum natura fluunt ac indole, praeterit. Ergo princeps illud τὸ νοητὸν, primum illud, quod mens intelligit & apprehendit, natura eſt, cui nihil ad ſummam deeſt perfectionem & potentiam, rerum omnium continens naturas, nec eorum, quae fieri poſſunt, ullius ignara, cujus ope cetera deinceps ſingula cognoſcuntur. Tolle hanc naturam perfectiſſimam, ſine fine foecundam, potentia ſumma praeditam, & nullam, hac ſublata, mentem, nullam intelligentiam eſſe potuiſſe, ſenties. Omnis praeterea cognitio noſtra, omnes rerum notiones, quae mentibus inſunt imperfectis, ex nihilo factae & procreatae forent, niſi mens eſſet, quam diximus, perfectiſſima & ſemetipſam intelligens & quae fieri poſſunt omnia efficienter in ſe continens. Quae quum ita ſint omnia, ſic rurſus rationem nos oportet concludere: Cognoſcunt homines, intelligunt, ratiocinantur. Ergo Deum eſſe, nemo unus dubitare poteſt.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO QUINTA.

QUA ARGUMENTA ATHEORUM CONTRA PROVIDENTIAM, QUAESTIONES EORUM, ET RATIONES AB UTILI DUCTAE DILUUNTUR.

ARGUMENTUM.

§. I. *Primum Athei, mundum hunc vitiose constructum esse conqueruntur, aut sic ratio-* 1163
nem concludunt: Quia mundus male constructus est, ideo nullus est Deus. Secus senserunt veteres Theologi, qui Deum, quia perfectissimus est, mundum optime condidisse modo decreverunt. Ab his recentiores quidam discedunt, qui sibi persuadent, perfectionem divinae naturae non in bonitate, verum unice in potentia & voluntate arbitraria, consistere. Hos inter & Atheos quidquid disputatur, id ad hanc quaestionem unice redit: Utrum materia fortuito concitata, an vero voluntas omnipotens fortuita, rerum omnium caussa sit efficiens? In Deo, qui arbitrio voluntatis suae tantum regitur, nullam collocare licet fiduciam. Voluntate praeditum esse ad bonum haud determinata non libertas est, nec majestas, sed impotentia. Deus Celso dicitur caput naturae justae: Quam sententiam Origenes & plures antiqui Christiani probant. Plotini non dissimilis opinio. Deus non servili quodam modo constringitur ad id faciendum, quod optimum est, sed perfectio hoc est naturae ejus. Athei ostendere nullo modo possunt mundum male factum esse. §. II. *Stulte concludunt illi, qui statim illud male factum esse censent, cujus finem & caussam perspicere nequeunt. Probatur id exemplo intestini coeci, quod, quum nullius olim utilitatis esset habitum, insignem tamen nunc homini usum praestare deprehenditur.* §. III. *Ut argumentum suum firment Athei, primum exemplum a dispositione aequatoris & ecliticae sumunt. Haec vero objectio vano nititur fundamento, nempe hoc: Torridam Zonam non posse incoli: verum haec dispositio aequatoris optima est: quae quum Mechanicis caussis contraria sit, simul esse providentiam, probat.* §. IV. *Deinde Athei contra quosdam Dei professores probare studeni, non omnia hominis esse caussa facta. Stoicorum quorumdam primum hoc dogma fuit; quod postea amor, quo homines in semetipsos feruntur, pluribus commendavit. Plato quidem totum non esse propter ullam ejus partem, sed partes propter totum factas contendit: At nihilo tamen minus quae in mundo hoc inferiori sunt, hominis potissimum caussa esse facta, recte dicuntur. Athei quum nullam habeant certam boni & recti normam, utrum male, an vero bene factus sit mundus, judicare nequeunt. Naturam qui novercam esse dixerunt, ideo tantum hoc fecerunt, quod ad voluntatem sibi non fluere omnia, indigne ferrent.* §. V. *Mala generatim a natura rerum minus perfectarum semota esse nequeunt. Homines plus animi sui rationibus & opinionibus, quam rebus ipsis excruciantur. Dolor saepe voluptati finitimus est. Nec totus homo est in dolore, sed exterior tantum ejus pars. Athei mortem exstinctionem totius hominis esse arbitrantur, at germani Dei professores exterius tantum animi vestimentum in morte exui statuunt.*

Mortui vivunt Deo; & Christiana religio certos eos facit de beata post hanc & meliori vita. Resurrectio Christianorum non est spes vermium. §. VI. *Alterum Atheorum argumentum contra providentiam seu decimum tertium eorum, quibus Deum aggrediuntur, ducitur a rerum humanarum confusione; per quam fit, ut homines vitiosissimi secundis interdum rebus utantur, boni adversa cum fortuna colluctentur.* §. VII. *Haec difficultas omni certe aetate hominibus infirmioribus offensioni fuit, multosque ut crederent, induxit, ferri omnia temere ac sine Deo, alios vero, ut Deum nihil eorum, quae in orbe fiunt, curare sibi persuaderent.* §. VIII. *Qui a Deo requirunt, ut rebus omnibus, quae male fiunt, per miraculum quoddam intercedat, aut improbum quemvis fulmine statim percuti volunt, in rationem vehementer peccant. Nec desunt tamen exempla extraordinariae cujusdam Dei providentiae. Non sine magnis caussis Deus lento gradu ad criminum ultionem properat.* §. IX. *Quod homines improbi interdum non puniuntur, id tantum abest, ut providentiam divinam labefactet, ut potius certi res nos reddat, esse aliam post hanc immortalem vitam. Vita humana fabulae similis est, cujus moderator, Deus, partes omnes apte inter se connectit. Geometrica distributio praemiorum & poenarum.* §. X. *Res ipsa postulat, ut in dubio & obscuro statu quodammodo hic vivant homines, ut fides & virtus nostra exerceri queant. Si nulla fuissent monstra, nullus etiam extitisset Hercules. Hic fide vivimus, non visu.* §. XI. *Longum nimis foret, providentiam Dei ab omnibus hominum purgare injuriis: itaque ad alios ablegantur lectores. Quaedam tamen animadversiones proponentur, non tam ad Atheos confutandos, quam eos in viam ex Christianis revocandos, qui de divina dubitant bonitate.* §. XII. *Primum qui rite de Dei operibus judicare volunt, eos non decet quasdam mundi partes seperatim considerare, sed totius semper rationem habere. Si omnia modo facta essent optimo, propter inopiam varietatis, nulla fuisset harmonia. Plotini elegans hac de re locus.* §. XIII. *Opera deinde Dei non tam angustis concludi debent finibus, ut vulgus solet, quod nubibus totam rerum universitatem terminat. Mundus quidem nec ratione temporis, nec ratione magnitudinis infinitus esse potest: at nihilo tamen minus, quemadmodum sol omni cogitatione & opinione nostra major est, ita mundus etiam multo esse amplior potest, quam nos cogitamus. Probatur*
1164 *id ex observationibus Astronomorum.* §. XIV. *Nemo, tertio, de viis divinae providentiae recte potest judicare, nisi futura, praesentia, & praeterita, inter se comparet. Platonici multis difficultatibus per doctrinam de statu quodam animarum, ante quam in corpora mitterentur, occurrebant. Plerique Christiani, ut caussas reddant pravitatis & malitiae hominum,* praeexistentiae *cujusdam* imputativae *genus probant.* §. XV. *Tertium Atheorum argumentum contra providentiam, quod decimum quartum in toto agmine locum occupat: Fieri nullo modo potest ut una natura omnia componat & ordinet: quod si fieri tamen hoc posset, illa natura non esset beata, sed infelix & misera. Natura praeterea infinite potens & beata aliorum non valde curaret felicitatem. Nam benevolentia ex imbecillitate tantum nascitur.* §. XVI. *Responsio ad illud argumentum. Qui ex finita virtute sua Dei metiantur potentiam & virtutem, inepti plane sunt. Nullus esset Deus, si nihil esset, praeter id, quod a nobis comprehendi potest. Res conditae radii sunt Dei. Homines varia negotia variis in locis sine ulla distractione curare possunt. Et in mente nostra innumerabiles rationes conjunctim latent reconditae, nec tamen ideo animi nostri disturbantur & excruciantur.* §. XVII. *Neque tamen necesse est, ut Deum ipsum facere omnia existimemus. Habet ille voluntatis suae administros, naturam genitricem artis participem, instinctus in animalibus, & innumerabiles genios rebus humanis praesidentes, quorum tamen omnium actiones Deus gubernat, nonnumquam etiam vel adjuvat, vel impedit.*

§. XVIII.

Digitized by Google

§. XVIII. *Quae quum ita ſint, non opus eſt, ut iſtis accedamus, qui Deum res magnas tantum curare, minores negligere aſſeverant. Circa animas tamen major Dei cura verſatur, quam circa res reliquas.* §. XIX. *Omnem benevolentiam ex imbecillitate proficiſci, naturamque beatam nihil ſui, vel alieni habere negotii, miſera ſunt Atheorum commenta.* §. XX. *Sequuntur Quaeſtiones Atheorum.* §. XXI. *Prima quaeſtio: Si Deus eſt perfecte beatus, quid eum commovere potuit, ut ad hunc orbem condendum accederet? Reſp. Deus ideo mundum condidit, ut haberet, quos bonitatis ſuae participes faceret.* §. XXII. *Altera Quaeſtio: Si bonitas Deum commovit, ut hunc orbem machinaretur, cur eum non citius condidit? Ambigua haec eſt quaeſtio. Primo ſic eam intelligere licet: Cur mundus non ab aeterno exſtitit? Reſpondetur, ideo, quia id fieri non potuit Deinde hunc ſenſum habere poteſt: Cur Deus tamen non citius orbem hunc machinatus eſt? Reſpondetur; Tempus una cum mundo primum exſtitit: neque ante tempus natum prius aliquid fuit, aut poſterius, citius, aut ſerius.* §. XXIII. *Tertia Quaeſtio: Quomodo Deus potuit movere materiam, maxime quum ſit corporis expers? Reſpondetur; quum ex Deo manaverint omnia & ex eo pendeant, omnia quoque ut ei pareant & obſequantur, neceſſe eſt. Quum nullum corpus ſemetipſum movere queat, is, qui princeps materiam commovit, a corpore ſemotus eſſe, eamque non machinis, ſed ſola cogitatione & voluntate movere debuit. Naturae cogitantes naturalem habent potentiam movendi materiam, quod animae noſtrae exemplo demonſtratur.* §. XXIV. *Ultima claſſis argumentorum, quibus Athei Deum oppugnant, ab utili ducta. Intereſt, ajunt, hominum, ut nulla ſit natura infinita potentia praedita. Reſpondetur primum, hominum vota non efficere poſſe, ut res quaedam tollatur.* §. XXV. *Reſpondetur ſecundo, hanc Atheorum opinionem falſa niti de Deo opinione, quem temere ſibi concipiunt, ut naturam ex mero arbitrio ſuo facientem, quum optimus ille ſit & juſtiſſimus. Nullius intereſt, nullum eſſe Deum, praeterquam eorum, qui veram ſalutem ſuam contemnunt, & peccatis nuntium mittere nolunt.* §. XXVI. *Sine Deo vivere, eſt ſine ſpe vivere. Ex Atheorum ſententia nulla usquam eſt certa & ſtabilis felicitas, nec ſpes veri certique alicujus boni impetrandi.* §. XXVII. *Deus talis eſt natura, ut, ſi non eſſet, optandum foret, ut eſſet. Qui Deum eſſe credit, is omnem credit perfectionem eſſe, omniaque ſic, uti fas eſt, gubernari & adminiſtrari. Democritus & Epicurus ſtulti fuere Sophiſtae ad homines fallendos & decipiendos nati.* §. XXVIII. *Ultimum Atheorum argumentum: Religio ſummis imperantibus & civitati noxia eſt. Fundamentum hujus argumenti in eo ponunt, quod metu omne firmetur imperium; ex quo concludunt nullum in civitate majorem eſſe metum debere metu ſummi magiſtratus.* §. XXIX. *Hoc argumentum ut refellatur, ſumma doctrinae tam civilis, quam moralis, hominum Atheorum exponitur. Primum hi homines omnem naturae humanae dignitatem & nobilitatem detrahunt, omnemque hominem ſciſcunt natura in ſtatu eſſe belli adverſus reliquos homines.* §. XXX. *Addunt, hunc ſtatum naturae, tametſi is ſit optimus, caſu tamen factum eſſe peſſimum. Itaque ut majus malum effugerent, minus homines elegiſſe, & jus ſuum ſupremo magiſtratui concredidiſſe, ſemetipſos vero omni jure naturali privaſſe.* §. XXXI. *Hanc ſi probemus Atheorum diſciplinam, nemo ſponte juſtus eſt. Non Hobbeſius primum hanc diſciplinam invenit, ſed veteres jam ante Platonem Athei eadem ratione rerum publicarum origines & initia explicarunt. Eandem poſtea de juſtitia & reliquis ſententiam Epicurus fovit.* §. XXXII. *Si nullum eſt naturae jus, fruſtra laborant Athei, ut oſtendant, eſſe jus aliquod artificioſum. Primum poſſe aliquem voluntate & verbis jus ſuum transferre in alterum, contendunt. At ſi nihil ipſa natura injuſtum eſt, nemo voluntate ſua & verbis efficere poteſt, ut ſibi aliquid injuſtum ſit. Quod voluntate fit, id voluntate*

etiam

etiam deſtrui poteſt. Ridicule Athei hi, injuſtitiam nihil eſſe ſtatuunt, quam repetitionem dati. Deinde hi Athei ex pactis & conventionibus juſtitiam ſuam derivant. Verum pacta & conventa, ſi jus naturae demas, nil niſi verba ſunt & ſoni, neque vim habent ullam obligandi. Tertio fictas quasdam & commentitias naturae leges introducunt: ſed hae nihil ſunt aliud, quam leges, quas metus dictitat. Vitium illud committunt Athei, quod circulum vocant logici: Obligationem enim legibus civilibus parendi ex pactis derivant, & obligationem pactis obediendi ex legibus naturae: rurſus vero obligationem legibus naturae parendi a lege civili repetunt. Hinc artificioſa eorum obligatio, qua membra Leviathanis ſui colligare ſtudent, nihil eſt, quam tela araneorum. §. XXXIII. Quod quum non prorſus ignoret hoc genus, ab arte confugit ad vim & potentiam, ſummosque imperantes per metum unice regnare ſtatuit. Sic eos oportet ſentire, quum omnem obligationem ex lege derivent. Si obligatio legibus civilibus obediendi, ex metu tantum poenae provenit, nemo obligatus eſt ad vitae periculum pro principe adeundum, & qui impunitatem ſibi poteſt polliceri, jure poteſt leges contemnere. Si metus tantum beneficio regnant imperantes, auctoritas eorum nihil eſt aliud, quam vis, visque rebellionem facit legitimam. Poſtremo, ſi civilis auctoritas vis tantum eſt & potentia, diu haud durare ac conſiſtere poteſt. §. XXXIV. Quae quum ita ſint, naturale quoddam vinculum ſit, oportet, quod ſupremos imperantes & cives colligat, ac inter ſe conſtringat: Neque hoc aliud quidpiam eſt, quam juſtitia naturalis. Ipſa Dei auctoritas jure nititur. Civilis auctoritas ſigillo quodam divino munita eſt, nec unice a populi voluntate proficiſcitur. Si Deus nullam condidiſſet civitatem, homines numquam eam condere potuiſſent. Totus mundus una civitas eſt Dei & naturarum ratione praeditarum. Jus ſummorum imperantium jure naturae, conſcientia hominum, & auctoritate Dei nititur: at metu nihilo tamen minus opus eſt ad quosdam compellendos, ut officiis ſuis ſatisfaciant. Nec tamen metus gladii ſolum hoc efficit, ſed metus Dei accedat neceſſe eſt. §. XXXV. Porro ut Athei probent, religionem repugnare auctoritati magiſtratuum, religionem ajunt limitibus & certis finibus conſtringere jus principum, quod ipſa natura ſua infinitum ſit. Sed infinitum illud jus principum belluina eſt licentia: verum jus & vera auctoritas naturali nititur juſtitia. Nulla eſſet auctoritas imperandi, niſi eſſet obligatio obediendi: leges non creant obligationem, ſed aſſumunt, eam jam adeſſe. Falluntur illi, qui omnem obligationem in rebus moralibus a lege & voluntate Dei repetunt; ex quo, ſi verum eſſet, ſequeretur, neminem bonum & juſtum eſſe, niſi alius rei obtinendae cauſſa. Juſtitia differt a privata utilitate. Infinitam juſtitiam qui nominat, is aeque ſapienter loquitur, ac ſi diceret, regulam aliquam & normam infinitam eſſe. Si nulla eſt infinita juſtitia, nullum etiam eſt infinitum jus, vel infinita auctoritas. Ipſa Dei voluntas juſtitia regitur. Athei dum infinitum jus ſummis imperantibus arrogant, revera omni eos jure ac auctoritate privant. §. XXXVI. Poſtremo Athei ut oſtendant, religione ſummorum imperantium jus & auctoritatem tolli, conſcientiam teſtantur, quam privatum eſſe judicium de eo, quod bonum vel malum eſt, pronuntiant. Verum non religio, ſed Atheorum diſciplina privatum ejusmodi judicium introducit, quod civili auctoritati refragatur. Nam illi privatum appetitum omnis boni & privatam utilitatem omnis juſtitiae regulam eſſe decernunt. Haec vero opinio ſeditioſis & parricidis excuſationem affert. Tametſi quilibet actionum ſuarum judex eſt, norma tamen conſcientiae non eſt privata, ſed publica. Religio & conſcientia cives obligant, ut in omnibus rebus legitimis pareant magiſtratibus, in minus vero legitimis non reſiſtant. §. XXXVII. Concluſio totius operis.

§. I.

§. I. Conſtructiſſimum perfidi generis, quod Deum tollit, exercitum penitus confecimus & fudimus: nunc imbecilliores, quae reſtant, eorum copiolas, argumenta intelligo contra providentiam ſummi Numinis, captioſas quaeſtiunculas eorum, rationes denique ab eo, quod maxime conducit, ductas, multo breviori labore diſſipabimus. Providere Deum rebus humanis, ne credant alii, fabricam primo teſtantur hujus mundi; mundum nimirum non uno queruntur laborare vitio, nec a ſapiente intelligi poſſe, apte eum & certo conſilio conditum eſſe: Verbo: Incredibile eſſe, Deum aliquem naturae rerum conſtruendae manum admoviſſe, (*a*) *quia tanta ſtat praedita culpa.* Sumunt, qui hanc urgent rationem, pro certo & conceſſo, neminem Deum ſeu perfectam mentem, a quo omnia generata eſſent reliqua, profiteri poſſe, niſi idem quae facta ſunt univerſa, recte atque ordine facta eſſe, quemadmodum aeterna dictitat lex rationis, firme conſtanterque tueatur. Certe ſic viſum fuit olim omnibus, qui rerum divinarum conſulti voluerunt videri: a quorum tamen ſententia recentiores quidam Dei profeſſores deſciſcere non dubitarunt, quibus perfectionem divinae naturae non in bonitate, ſed in potentia potiſſimum & facultate pro lubitu, quaecumque velit, agendi poſitam eſſe, placet. Quaſi vero certae cuidam regulae & juſti bonique normae convenienter agere, nullius eſſet, niſi naturarum imbecilliorum & parum validarum, aut earum, quae ſuperioris cujusdam naturae legibus ac imperio obtemperant, verbo, rerum conditarum: e contrario vero naturae infinite potentis hoc eſſet proprium, voluntate uti, nulli legi, nulli regulae vel normae alligata, nec ideo aliquid velle, quoniam bonum eſt, ſed quia ſic fortuito & caſu placuit ac probatum eſt: paucis, arbitrium ſuum & voluntatem unam omnium actionum, immo omnis bonitatis, omnis juſtitiae ac ſapientiae normam ac regulam agnoſcere. In hac tamen re doctores illi, quos nominavimus, ſummam Dei gloriam, libertatem, & majeſtatem eſſe poſitam arbitran 1166
tur. Quam propter cauſſam neque ſuum eſſe ducent, cum hac impii generis contra Dei providentiam argumentatione confligere, nec in eo multum ſibi judicabunt elaborandum eſſe, ut hanc mundi molem vitio carere oſtendant. Pari enim, quo profeſſi religionum hoſtes, facilitate, multo potuiſſe aptius & melius hunc a Deo mundum conſtrui, fatebuntur, quam conditus eſt, quem idcirco tantum bene eſſe factum, quoniam Deo viſum fuit, talem eum facere, qualis eſt, contendent. Sed hoc tamen negabunt, obſiſtere alicui debere, quo minus eſſe Deum credat, *quia Deus non tenetur ad optimum*, naturaque eſt, uti volunt, infinite potens, quae ſuo cuncta arbitratu agit, nulla rei alius ratione habita. Ita dum ex fortuita materiae motione res omnes eſſe factas & procreatas, acriter inficiantur, caſui tamen, temeritati, & fortunae in ipſa naturae principis & potentiſſimae voluntate honeſtiſſimum adſignant locum, eidemque ſummum dominatum & imperium in res omnes imprudentes & incauti committunt. Si, quid inter hominem Deo deditum & Dei contemtorem, ex hujus diſciplinae lege, interſit, quaeras, hoc unum utrumque disjungere deprehendes, quod ille materiam ſenſu vacuam & fortuito commotam, hic vero voluntatem fortuitam, nec ulla bonitatis, ſapientiae, ac juſtitiae norma temperatam, principium cauſſamque rerum

(*a*) *Quia*] *Lucretii* haec verba ſunt *de rerum natura Lib.* II. *vſ.* 183. *p.* 297.

rum omnium efficientem facit. Ego vero non multo plus verae ſpei ac fiduciae miſeris mortalibus relinqui putem, ſi voluntas ejusmodi infinite potens, at caſui parens & omni lege libera, rerum humanarum arbiter & auctor conſtituatur, quam ſi atomorum ſenſu vacantium & vehementer incitatarum motu, aut rapidi turbinis impetu, agi omnia & impelli dicantur. Quin etiam fore aliquos, nil dubito, qui longe tutius cenſebunt & optatius, imperio corpuſculorum ſenſus expertium, quae fortuna regit & caſus impellit, ſubjectum eſſe, quam voluntati, interminata quidem potentia armatae, at bonitatis, juſtitiae, ac ſapientiae experti, obedire ac parere. Nec enim illa, quoniam ſenſu vacant, nefariam peſtem quamdam aut calamitatem hominibus machinari poſſunt: quod quidem haec (*b*) poteſt. Verum haec, quam ſibi fingunt aliqui, voluntas legis omnis neſcia, nec juſtitiae, bonitatis, vel ſapientiae aliquid in ſe continens, tantum abeſt, ut altiſſimo inter perfectiones virtutesque divinas loco & gradu collocari, aut pro ſumma libertate ac majeſtate haberi debeat, ut potius ſummum imbecillitatis ac impotentiae, ſtultitiaeque & amentiae prorſus inhumanae ſignum & argumentum ſit. Quapropter qui ex veteribus Philoſophis mentem rerum eſſe omnium Dominum, ſupremumque coeli terraeque Regem dictitarunt, iidem benignam & bonam naturam toti rerum univerſitati leges rogare, atque bonum in mente & una cum mente dominari, praeceperunt. Mens enim, ſi hos audias, illa eſt natura, quae univerſa, ejus, quod bonum eſt, obtinendi cauſſa, diſponit, ordinat, & conſtituit. Si quaedam alia eſt natura, quae ſecus agat, eam ſapientes hi non eſſe νῦν, *mentem*, ſed ἄνοιαν, *dementiam*, ideoque nec Deum eſſe, judicarunt. Ita *Celſum* apud *Origenem* his verbis Dei naturam videas declarantem: (*) *οὐ γὰρ τῆς πλημμελοῦς ὀρέξεως, οὐδὲ τῆς πεπλανημένης ἀκοσμίας, ἀλλὰ τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας φύσεως θεὸς ἐστὶν ἀρχηγέτης. Non cupiditatis a ratione remotae, nec inordinati erroris, verum rectae juſtaeque naturae Deus eſt praeſes & caput.* Quo praecepto tametſi *Celſus* ad Chriſtianorum dogma, quo mortua corpora in vitam revocatum iri, jubemur credere,
3167 quod perperam tamen intellexit, debellandum abutitur, *Origenes* nihilo minus ipſam ſententiam mirifice laudat, nec modo confirmat, ſed etiam omnibus eam *Chriſti* ſectatoribus probari docet: (†) *φαμὲν οἱ κ δύναν αἰσχρὸν ὁ θεὸς, ἐπεὶ ἔστιν ὁ θεὸς*

(*) p. 240. (Lib. V.) (†) p. 246.

(*b*) *Poteſt*] Videtur hic odium in eos, qui Deum quae modo vult omnia poſſe, nec ulla bonitate ac juſtitia regi, ſtatuunt, paullo longius virum doctiſſimum abduxiſſe. Nam & corpuſcula individua, tametſi ſenſu & ratione vacant, multa hominibus mala certa ratione machinari poſſunt. Ex fortuito ſcilicet & temerario concurſu eorum, non ſecus atque voluntate Dei juſtitia & bonitate carentis, infinitae exoriri calamitates poſſunt & moleſtiae, quibus diſpellendis nulli pares ſunt mortalium. Nec idcirco inter Deum omnis bonitatis neſcium, & inter atomos hac quidem in re intereſſe videtur aliquid, quam quod is conſulto vexat & affligit mortales, hae temere tantum, caſu, & fine ullo conſilio in homines irruunt: hominibus ipſis aequale ab utrisque periculum imminet. Nihilo tamen minus non omni veritate caret id, quod ex aliorum opinione ſciſcere vir eximius videri vult: melius eſſe atomorum ratione vacuarum imperio ſubjectum eſſe, quam ſub Deo vivere, a quo omnis abeſt ſanctitas, bonitas, & juſtitia. Namque (I.) atomis certis & definitis tantum miſeriarum generibus, talibusque, quae corpus potiſſimum affligunt, homines excruciare, datum eſt. At Deus, quum infinite potens ſit, infinitis malorum modis homines torquere, corporique ſimul & animo tantum calamitatum & acrumnarum, quantum ne cogitando quidem aſſequi valent homines, creare poteſt. (II.) Quae ab atomis naſci poſſunt miſeriae vita terminantur & ſenſu hominum: vita & ſenſu corporis deficientibus, omnis deficit etiam atomorum poteſtas. At Deus aeternis poenis etiam poſt corporis obitum animas vexare ac in perpetuum enecare poteſt. Ceterum in

Digitized by Google

θεὸς δυνάμενον μὴ εἶναι θεὸν, εἰ γὰρ αἰσχρόν τι ἔργον ὁ θεὸς, οὐκ ἂν εἴη θεός. *Nos Chriſtiani* (qui corporum futuram eſſe aliquando reſurrectionem credimus, non ſecus ac vos) *confitemur, Deum non facere poſſe turpia, alioqui Deus poſſet non eſſe Deus: nam ſi turpe quid facit Deus, non eſt Deus.* Et rurſus paullo poſt: (*) οὐδὲν μὴ πρέπον ἑαυτῷ ὁ θεὸς βούλεται, ἀνωφέλητον τυγχάνειν δ εἶναι αὐτὸν θεόν. *Nihil Deus vel vult, vel poteſt, quod ſe non deceat: neque enim divina ejus natura patitur, ut ejusmodi quid velit aut faciat.* (†) Idem (*c*) *Plotino* viſum fuit, cujus verba recito: τοιοῦ τὸ θεῖον οἷόν πέφυκε, πέφυκε δὲ καὶ ἡ ἀυτοῦ οὐσία, εἰ τὸ καλὸν ἐν ταῖς ἐνεργείαις αὐτοῦ καὶ τὸ δίκαιον συνεκφέρει, εἰ γὰρ μὴ ἐνταῦθα πῶτον πῆ ἂν εἴη. *Divinitas agit, ut propria fert natura. Fert autem divina natura ſecundum ſuam duntaxat eſſentiam. Eſſentia vero ejus pulcrum juſtumque una in actionibus ſuis explicat: niſi enim ibi haec eſſent, nusquam eſſe poſſent.* Quod & alio inculcat (*d*) loco: θεὸς ἔστιν ἐχρῆν εἶναι, εἰ πλέον ἔστι σωίζει, ἀλλ' ἔδει ἔστι· τὸ δὲ ἔδει τοῦτο, ἔχει τε ὅσον ἔδει. *Deus id eſt, quod eſſe debet & expedit. Non igitur ita contigit, ſed oportuit ita. Hoc ipſum vero quod oportuit dicitur, omnium eſt, quae oporteat eſſe principium.* Male igitur tam ſibi conſulunt, quam aliis, qui nihil eſſe in Deo arbitrantur, quam appetitum & voluntatem ſumma quidem potentia, at ſumma quoque licentia praeditam: quod quidem eſt, fortunam & caſum infinite potentem rerum humanarum ſummae praeficere. Contra eos ſapienter judicare, putandum eſt, qui ſummum Numen amore & bonitate abundare, ſapienter omnia & juſte componere, virtuteque ac potentia ſimul interminata valere, ſtatuunt. Dei voluntas bonitas eſt, juſtitia, & ſapientia, (*e*) aut ipſum potius juſtum, pulcrum, aptum, decorum, voluntatis particeps: quare τὸ βέλτιστον, ſeu id quod optimum eſt, νόμος ipſi eſt ἀπαραβίαστος, lex, quam violare nequit, quoniam ipſam ejus naturam conſtituit. Deus eſt μέτρον πάντων, *menſura rerum omnium*, aut, ſi loqui ita licet, libra in neutram partem propendens, verum aequa lance coelum terramque & quae ſunt in illis univerſa, juſtiſſima proportione adhibita, ponderans, nullique rei plus vel minus, quam fas & juſtitia poſtulat, tribuens. Haud tamen ita, quod temere ſibi nonnulli perſuadent, libertas ejus tollitur. Nec enim Deus neceſſitate quadam ſervili ad id, quod praeſtantius eſt ac melius, faciendum cogitur, multo minus, id quod dictu foret abſurdum, mandato quo-

(*) p. 247. (†) Non diſſimilis exſtat ſententia p. 247. ἀλλὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς οὐδὲν οἷόν τε παράλογον ἄνευ παρ' ἑαυτὸν ἐργάσασθαι ἑτέρου ὁ θεός. *Illud vero aſſentimur, Deum neque praeter rationem, neque praeter ſe ipſum quicquam facere.*

in hanc ſententiam eorum, qui a Deo omnem ſegregant naturalem bonitatem & juſtitiam, copioſius *Cudworthus* dixit in *Libro de notionibus aeternis juſti & honeſti*, quem huic operi ſubjecimus.

(*c*) *Plotino*] *Libro de providentia Ennead.* III. *Lib.* II. *Cap.* 13. *p.* 265.

(*d*) *Alio loco*] *Libro de libertate & voluntate unius, Ennead.* VI. *Lib.* VIII. *Cap.* 9. *p.* 743. In Plotino non exſtat vocabulum θεὸς, a quo hunc locum inchoavit *Cudworthus:* At colligitur tamen ex tota oratione, de Deo ſermonem eſſe *Plotino:* Nec tamen arbitror in his verbis *Plotini* illum eſſe ſenſum, quem vir doctiſſimus in illis ſibi viſus eſt invenisse. Etenim non docet hic philoſophus, Dei voluntatem a juſtitia & bonitate ſemper gubernari, aut, quod idem eſt, Deum nihil facere poſſe, praeter ea, quae cum aeternis ſanctitatis & juſtitiae regulis congruunt, ſed hoc tantum ſibi probandum ſumit, quod *Marſilius Ficinus* in argumento capitis expreſſit: *Non contingenter evenisse, ut hoc ipſum, quod nunc omnium eſt principium, omnium ſit principium, quaſi contingere potuerit aliud & aliter affectum fore principium.* Huc ergo redit verborum, quae hic afferuntur, ſententia, Deum ipſa naturae ſuae neceſſitate talem eſſe, qualis eſt, nec vel cogitando fingere fas eſſe, alio ſeſe modo Deum habere potuiſſe.

(*e*) *Aut ipſum*] Anglice: *Decorousneſſ, Fitneſſ, and Ought it ſelf willing.*

Digitized by Google

quodam & imperio naturae ſuperioris, injuſſu ſuo, impellitur, verum a propria naturae ſuae perfectione ducitur; a qua, ſi deſciſcere poſſet, naturam ipſe ſuam exuere, facereque poſſet, ut non amplius Deus eſſet. Ex his liquet, probari a nobis illud, quod gens Deo inimica, in hac argumentatione, quam memoravimus, aſſumit: Si Deus eſt, neceſſe eſt omnia pulcre, belle & apte, eaque ratione, qua fas eſt, facta eſſe: Sin vero vitio laborant & deformitate, quae facta eſſe conſpicimus, Deum eſſe nullum oportet. Verum nemo unus eorum, qui Deum eſſe nolunt, hoc umquam conſequetur ingenio, ut aut totam rerum naturam aptius & elegantius potuiſſe conſtrui probet, aut ullam ejus partem inepte conditam eſſe doceat.

§. II. Multa quidem, fateor, in hac rerum univerſitate ſunt, quorum vim & rationem nullius capit hominis intelligentia. Sed id mirum nulli videri debet, quoniam is auctor & architectus eſt naturae, cujus ſapientia noſtram infinitis modis vincit & ſuperat, quum noſtra e contrario experientia & ratiocinatio lento admodum gradu progrediantur in divinis conſiliis explorandis & indagandis. Certum eſt, exempli cauſſa, fieri nullo modo poſſe, ut conſtitutio & ſtructura corporum animalium recte explicetur, niſi ſanguinis circulationem, vaſorumque tam lacteorum
1168 quam lymphaticorum cognitionem in auxilium vocemus. At harum rerum quis ignorat notitiam non ita pridem in lucem demum prolatam eſſe? Itaque deſipientis eſt, id continuo exclamare ſine arte & conſilio comparatum eſſe, cujus non ſtatim natura & ratio patet, aut cujus uſum non confeſtim meditando aſſequimur. Exèmplo, quae dixi, confirmabo. *Inteſtinum* illud, quod *coecum* in hominibus & animalibus vocant, primo adſpectu vilis videtur eſſe lacinia, quam caſu natura formavit, aut inutilis, qua facile carere corpora noſtra poſſent, appendix. Neque memini, quemquam eorum, qui vel naturae myſteria ſcrutati ſunt, vel interiores corporum receſſus proſecando aperuerunt, rationem ejus aut fructum, quem affert animalibus, demonſtrare. At quum oſtium ejus valva firmatum ſit, haec duo cum mirabilem naturae ſolertiam demonſtrant, tum animalibus non levem inde utilitatem provenire oſtendunt, quia prohibent, ne faeces ad ventriculum revolvantur & (*f*) adſcendant.

§. III. Sed videamus, quaenam afferant, qui Deo inſidiantur, quo naturam rerum

(*f*) *Adſcendant*] Non ſatis clare mentem & ſententiam ſuam hic explicat vir doctiſſimus, ſed breviter ac praeciſe loquitur. Videtur autem hoc ſibi velle, ex oſtio & valva inteſtini, quod *coecum* vocant, ſummam ejus utilitatem intelligi. Nam ex oſtio patere, comparatum eſſe hoc inteſtinum ad recipiendam, quae juſto copioſius nonnumquam ex ſtomacho delabitur, materiam; valvam autem impedire, ne, quam inteſtinum hoc recepit, materia ad ſtomachum, unde exiit, regrediatur. De re ipſa viderint illi, qui humanorum corporum rationes & ſtructuram explorare ſuum ducunt.

(*g*) *Haberet*] Sic olim *Lucretius de natur. rerum Lib.* V. ℣. 201. *p.* 251.

Principio quantum coeli tegit impetus ingens
Inde avidam partem, montes ſylvaeque ferarum
Poſſedere — — — —
Inde duas porro prope partes fervidus ardor
Aſſiduusque geli caſus mortalibus aufert.

(*h*) *Incolas*] Eleganter hanc veterum Philoſophorum ſententiam *Cicero* expoſuit *in Somnio Scipionis Cap.* 6. *p.* 3983. *Tom.* X. *Opp. Cernis eamdem terram, quaſi quibusdam redimitam & circumdatam cingulis; e quibus duos maxime inter ſe diverſos & coeli verticibus ipſis ex utraque parte ſubnixos, obriguiſſe pruina vides: medium autem illum & maximum ſolis ardore torreri. Duo ſunt habitabiles, quorum auſtralis ille, in quo qui inſiſtunt,*

Digitized by Google

rerum non exiguis laborare vitiis doceant. Primum coeli conſtitutionem accuſant, atque aequatoris & eclipticae diſpoſitionem vituperant: quarum altera quia oblique ſecat alteram per angulum viginti trium & amplius graduum, idcirco fieri queruntur, quod terrae noſtrae longe pauciores partes ſunt habitabiles, quam eſſent alioquin, ſi res aliter ſe (*g*) haberet. Verum tota haecce ratio veterum Philoſophorum errore nititur, quos temere judicaſſe accepimus, torridam zonam, ſeu omne illud, quod inter duos ſitum eſt tropicos, tanto ſolis ardore torreri, ut nullos plane ferat (*b*) incolas. E contrario nihil ad Dei providentiam demonſtrandam plus hac ipſa re valere, neque meliorem ſitum atque diſpoſitionem excogitare quemquam poſſe, certum eſt. Qua quidem de re nemo unus dubitabit, qui modo reliquas, quas fingere licet animo, coeli conſtitutiones, earumque incommoda ſecum expenderit. Tres in primis coeli formae ab ea, quae nunc eſt, recedentes haec poſſunt cogitanti incidere. Primo axes utriusque circuli hujus paralleli eſſe, eorumque extremitates axibus reſpondere potuiſſent. Deinde ita coelum conſtitui potuiſſet, ut utrique circuli hi rectis ſeſe angulis mutuo interſecaſſent. Denique, id quod inter utramque ſuperiorem formam medium fere obtinet locum, alter alterum angulo quadraginta quinque graduum ſecare potuiſſet. Nulla vero harum eſt conſtitutionum, quae non multo plures terrarum orbis incolis & habitatoribus moleſtias & calamitates attuliſſet, ſi dierum noctiumque longitudinem, frigorisque ac caloris magnitudinem conſideres. Illud quoque magnum eſt divinae providentiae argumentum, quod eadem ſemper manet horum circulorum interſectio, quamvis leges naturae ac motus poſtulare videantur, ut illud, quod utrumque disjungit, intervallum diminuatur & decreſcat (*i*) quotidie.

§. IV. Pergit turba profana, eosque urget, qui Deum eſſe credunt, in hac 1169
eſſe ſententia, mundum &, quaecumque complent mundum, univerſa hominum unice cauſſa facta eſſe ac (*k*) condita. Magnum enim aliquid in hoc ſeſe reperiſſe ſperant ad cauſſam ſuam exornandam. Ego vero hanc nullis primum placuiſſe putem opinionem, niſi quibusdam de Stoicorum grege, a quibus longe nimis ſana ratio abfuit. At deinceps tamen alii quoque, quos nimium ſuimet ipſius ſtudium, arrogantiaque modum omnem praetergreſſa excaecavit, eamdem cupide amplexi ſunt (*l*) opinionem. In quo turpiter omnino lapſi ſunt. Nam eodem jure, ſi ratione valerent, pediculi ac pulices, corpora omnium grandiorum animan-

ſtunt, adverſa vobis urgent veſtigia, nihil ad veſtrum genus; Hic autem alter ſubjectus aquiloni, quem incolitis, cerne, quam tenui vos parte contingat. Confer. *Strabonem Geograph. Lib.* II. *p.* 87. 88. 89.

(*i*) *Quotidie*] Si quae poſt aetatem ejus a peritiſſimis Aſtronomis, maxime ex Anglorum gente, de coeli ſtatu & rationibus obſervata ſunt, videre licuiſſet *Cudworthо*, multo copioſius hanc demonſtrationem exornare ac dilatare potuiſſet. Plenius & latius hanc Atheorum exceptiunculam contra Deum repreſſit *Rich. Bentlejus*, vir ingenioſiſſimus & eruditiſſimus, in *ſtultitia Atheismi P.* I. *Serm.* VIII. §. 7. *p.* 355. *ſ. verſ. Germanicae.* Confer. *Guil. Derham Theolog. Aſtronomicae Lib.* VII. *Cap.* 2. *p.* 200. *ſ.* & alios, quorum ingentem conſtat eſſe numerum, qui ex fabrica hujus orbis eſſe ſupremum Numen, quod omnia moderatur, demonſtrarunt.

(*k*) *Condita*] Ita *Lucretius de natura rer. Lib.* II. *vſ.* 174. 175. *p.* 296.

(*l*) *Opinionem*] (I.) Etſi Stoici ceteris omnibus philoſophis laborioſiores fuerunt in hoc dogmate probando, *Hominum cauſſa, mundum hunc & omnia quae ſunt in mundo, facta eſſe*, quod vel ex paucis illis liquet locis, quos *Juſtus Lipſius* collegit *Manuductione in Phyſiolog. Stoicor. Lib.* II. *Cap.* 8. *p.* 71. *ſ.* quibus multo plures addi poſſent: principes tamen fuiſſe eos opinionis hujus auctores, haud equidem dixerim. Nam quemadmodum poſt

animantium, quin ipſorum etiam hominum, ſui cauſſa condita eſſe, contendere poſſent. Si quod res eſt, dici debet, non univerſitas haecce propter partes ſuas,
1170 verum partes univerſitatis cauſſa, univerſitas vero conditoris ipſius gratia conſtructa eſt. (*) Nec tamen is ex omni parte erraverit, qui res, quibus hic inferior orbis continetur, non unice quidem, at praecipue tamen hominum cauſſa comparatas eſſe, affirmet. Quum naturae nobis ſuperiores & excellentiores ſint, ad quas etiam haud dubie rerum, quae ſpectabiles ſunt, uſus pertinet, quantae, quaeſo, foret amentiae ſi omnem homines ſibimet unis divinam benignitatem vendicarent? Ratio poſcit e contrario, ut ne infima quidem animalia, nihilque prorſus eorum, in quibus vita ineſt & ſenſus, fructu rerum illarum, quas conditas videmus, carere credamus. Verum nulli minus, quam id genus, quod Deum tollit, utrum mundus, vel generatim ſpectatus, vel ad hominum naturam relatus, bene,

(*) Ita Plato *de legibus* p. 903. (p. 672. *Ficini*) οὐ γὰρ ἕνεκα ὅλου, ἀλλ' ὅλον μέρους ἕνεκα. (*Non totum ad partes, ſed partes ſingulae ad totum referuntur.*)

Stoicos, ſola ratiocinatione duce, multi, quibus nihil ceteroquin commune fuit cum Stoicis, in hanc ingreſſi ſunt ſententiam: ita, antequam Stoicorum gens naſceretur, fieri potuit, ut multi in eam inciderent, a reliquis ſententiis, quibus poſtea Stoici faverunt, ceteroquin valde remoti. Nec obſcura paſſim exſtant ante Stoicos hujus opinionis apud *Ariſtotelem* & alios veſtigia, quae colligere nunc neceſſe non eſt. Neque tamen Stoici abſolute dixerunt, *Mundum unius hominis cauſſa factum eſſe*, ſed Deos ſemper hominibus adjunxerunt. *Cicero Lib.* II. *de natura Deor. Cap.* 62. *p.* 3043. *Tom.* IX. *Opp.* ex mente Stoicorum: *Principio ipſe mundus* DEORUM HOMINUMQUE CAUSSA *factus eſt. Eſt enim mundus quaſi communis Deorum atque hominum domus.* (II.) Similiter arrogantiam, immoderatumque ſuimetipſius amorem omnibus imperaſſe illis, qui praeter Stoicos mundum hominum cauſſa eſſe conditum, aſſeverarunt, vix, ac ne vix quidem, ut ſtatuam, a me impetro. Sanctos enim, bonos, & de re Chriſtiana praeclare promeritos homines tam veteri, quam recentiori exſtitiſſe memoria novi, quibus haec ſententia placuit, quos tanti criminis & vitii poſtulare vereor. *Lactantius Libro de ira Dei Cap.* 13. *p.* 936. multis hoc dogma tuetur, hisque verbis diſputationem ſuam inchoat: *Si conſideret aliquis univerſum mundi adminiſtrationem, intelliget profecto, quam vera ſit ſententia Stoicorum, qui ajunt, noſtra cauſſa mundum eſſe conſtructum.* Adde *Gregorium Nyſſenum de opificio hominis Cap.* 2. *p.* 50. *Tom.* I. *Opp.* ut nunc alios praeteream. Amplexus eſt eandem opinionem *Clementinorum* auctor *Homil.* III. §. 36. *p.* 648. *Tom.* I. *Patr. Apoſtolic.* ἵνα μὴ τις τὸ πᾶν ἀκριβῶς λογισάμενος σωτῆρος, ἕνεκα δὲ ἀνθρώπου τὸν θεὸν πεποιηκότα. *Qui univerſum accurate conſideraverit, inveniet, hominum cauſſa factum fuiſſe a Deo.* Commovebat haec ſententia eosdem veteres doctores, ut, homine in peccatum prolapſo, res etiam a Deo conditas a ſtatu, in quo primum conditae fuerant, deſciviſſe, deterioresque eſſe factas, ſtatuerent. Vid. *Theophilus Antioch.. Lib.* II. *ad Autolycum* §. 27. *p.* 156. 157. Nec enim aequum illis videbatur, ut homo malus iisdem rebus uteretur, quibus uti debuiſſet homo bonus & vitii omnis expers. Sic nimirum rationem ſubducebant: Omnia, quae Deus fecit, propter hominem facta ſunt: talia igitur, quae fecit Deus, eſſe ſemper debent, qualis homo eſt, cujus cauſſa creata & comparata ſunt; nam iniquum eſt, ut malus homo rebus fruatur optimis. Quare culpa ſua quum pravus homo factus eſſet, res ipſa poſtulabat, ut tota rerum univerſitas, propter hominem nimirum condita, deterior, quam ex manibus Dei exierat, fieret. Non opus eſt, ut moneam, ex hac opinione rationes multorum incommodorum & malorum, quibus vita premitur mortalium, dare potuiſſe veteres iſtos Theologos. Vident id omnes, qui perſpicere poſſunt, quid rem conſequatur aliquam, quidve repugnet ei; nec mihi animus eſt veterum hic diſciplinam de creatione & mundi hujus rationibus explicare, tametſi pauci eam hodie intelligant. (III.) Decet autem eos, qui hanc controverſiam ubi tractandam ſumunt: Utrum Deus hominum cauſſa mundum hunc unice conſtruxerit, nec ne? cavere admodum, ne vocabulorum ambiguitate decepti, id adverſariis, a quo alieni ſunt, tribuant, & de umbra diſputent. Nam, quod neminem facile praeterit, vocabula *mundus* & *alicujus cauſſa facere aliquid*, ex eorum ſunt genere, quibus non una vulgo poteſtas ſubjicitur. Mihi quidem perſuaſum paene eſt, ſi nominum haec removeatur ambiguitas, & inter viros bonos & conſideratos res agatur, hanc controverſiam ſine longo labore terminatum iri. Forte quotquot hodie

Digitized by Google

bene, an male conditus sit, existimare possunt. Ab his enim quodnam, quaeso, judicium exspectes, quos constat nulla certa regula & norma, bonum a malo secernendi, uti, qui nec Deum, nec legem ullam profitentur, qui denique aeque semetipsos, atque id, in quo vera eorum vel salus vel miseria consistit, ignorant? Omnis haec oratio ab hominibus nonnullis atra bile laborantibus primum profecta est: qui quum fortuna uterentur adversa, molesteque ferrent, non sibi ita fluere omnia, quemadmodum cuperent, contumeliis in naturam, id est, divinam providentiam injectis, quas sibi illatas credebant, injurias ulcisci quasi voluerunt. Igitur naturam, quae materno reliqua animantia amore complexa esset, erga unos homines novercae animam gerere (*m*) dixerunt. Eleganti hanc querimoniam carmine (*n*) *Lucretius* expressit: in quo numeros quidem & suavitatem poëticam haud desideres, at philosophi gravitatem & pondus omnino requiras. Multis enim hodie, hunc mundum hominum caussa factum esse, inter Theologos tuentur, nihil sibi volunt aliud, quam id ipsum, quod hic *Cudworthus* expressit: Res, quibus mundus hic inferior continetur, praecipue hominis caussa comparatas esse. Ceterum *Petr. Baylius* jam certamen hoc inter Theologos & Philosophos componere tentavit, & utramque sententiam certo modo ferri posse, docuit *Continuation des Pensées diverses ecrites a l'occasion d'une Comete*, *Tom.* I. §. 56. *p.* 260. nec indigna lectu & meditatu sunt, quae disputavit. (IV.) Non possum, quin, oblata hac occasione, moneam, esse in antiquis Christianorum doctoribus, qui arctioribus etiam, quam Stoici, finibus hoc dogma descripserunt, & mundum unice propter *ecclesiam*, seu homines Christo Servatori deditos, esse creatum, adseverarunt. Antiquissimus e Christianis scriptor *Hermas* in *Pastore Lib.* I. *Vis.* II. §. 4. *p.* 78. *Tom.* I. *Patr. Apostol. Quae est ergo, Domine? Et dixit mihi: Ecclesia Dei est. Et dixi ad illum: Quare ergo anus est? Quoniam, inquit, omnium prior creata est, ideo anus:* ET PROPTER ILLAM MUNDUS FACTUS EST. Sequuti sunt hunc alii, quorum nomina & locos, ne justo longius a proposito discedam, omitto. Ita, fateor, hoc dogma potest explicari, ut minus habeat, quam primo aspectu videtur, offensionis: At peperit tamen secus, quam decebat, intellectum, ut mea fert opinio, perniciosum illud dogma, quod *Augustino* postea & aliis quibusdam antiquorum doctorum placuit: *Sanctos seu ecclesiam jure divino totum hunc orbem possidere, malos vero & impios bonorum, quibus utuntur, injustos, nec legitimos esse possessores.* Nam si propter *ecclesiam* & sanctos absolute ac simpliciter condita sunt omnia, necesse est, ut inde consequatur, sanctorum esse omnia, eos vero, qui extra ecclesiam sunt, nullo sibi jure, quae possident, arrogare, nec idcirco sanctos, si improbos bonis hisce exuant, legem divinam violare. Exposuit hanc sententiam *Augustini* uberius, & turpitudinem ejus simul detexit, vir magnus & exquisitae doctrinae *Jo. Barbeyracus*, *Traité de la Morale des Pères Cap.* 16. §. 14 *s. p.* 291. *s.* Verum nec unde fluxerit ea, indicavit, nec praeter *Augustinum* alios veterum doctorum ea quoque infectos esse, docuit. Nostra aetate *Nic. Malebranchius* omnia propter homines, & ecclesiam in primis, a Deo facta esse, non veritus est defendere, *Traité de la nature & de la grace*, *P.* I. §. 3. *p.* 8. 9. *s. Tout*, inquit, *est pour les hommes, les hommes pour Jesus Christ, & Jesus Christ pour Dieu:* & *p.* 10. inter alia: *Dieu*, ait, *n'a fait le monde, que pour les predestinez, omnia propter electos.* Quonam vero modo hoc dogma voluerit intelligi, ex ipso patet operis initio *p.* 3. *Dieu ne pouvant agir que pour sa gloire, & ne la pouvant trouver, qu'en lui-même, n'a pû aussi avoir d'autre dessein dans la creation du monde, que l'etablissement de l'Eglise.*

(*m*) *Dixerunt*] Nullum est dubium, quin haec scribens vir doctissimus *Plinii* verba spectaverit, quae in *Prooemio Lib.* VII. *Hist. naturalis* effudit: *Cujus* (hominis) *caussa videtur cuncta alia genuisse natura, magna & saeva mercede contra tanta sua munera: ut non sit satis aestimare, parens melior homini, an tristior noverca fuerit. Ante omnia unum animantium cunctorum alienis velat opibus: ceteris varie tegumenta tribuit, testas, corticeS, coria, spinas, villos, setas, pilos, plumam, pennas, squamas, vellera. Truncos etiam arboresque cortice, interdum gemino, a frigoribus & calore tutata est. Hominem tantum nudum & in nuda humo natali die abjicit, ad vagitus statim & ploratum, nullumque tot animalium aliud ad larrymas & has protinus vitae principio.* Sed hanc querimoniam egregie dudum repressit e Christianis *Gregorius Nyssenus de opificio hominis Cap.* 7. *p.* 56. *Tom.* I. *Opp.* ex Stoicis *Seneca de beneficiis Lib.* II. *Cap.* 29. *p.* 389. *Tom.* I. *Opp.* ne quid nunc de recentioribus dicam, quibus idem facere placuit

(*n*) *Lucretius*] *Lib.* V. *de natura rerum vs.* 223.

Digitized by Google

enim magnisque bonis prae animantibus homines ornatos esse & instructos, is demum neget, quem nil pudet omnia negare.

§. V. Sed in malis hujus orbis in primis insolentius sese nationis illius, quae Deum esse negat, oratio jactare solet. Ex his enim confici posse sperant, aut invidiae plenum esse, quem profitemur, Deum, aut vero infirmum & (o) imbecillem. Verum huic loco jam supra occurrimus, quum mala doceremus non
1171 posse non cum rerum minus perfectarum natura conjuncta esse, aliisque ex causis fluere: Dei autem inde apparere sapientiam & consilium, quod haec mala benignitate sua temperet, neque secus, atque discordes in arte Musica sonos, ad concentum hujus universitatis efficiendum, hominumque singulorum commoda promovenda adhibeat. Taceo magnam malorum, quibuscum mortales conflictantur, partem non in rebus ipsis esse positam, verum in hominum tantum opinione & judicio; quapropter non inepte (p) philosophus pronuntiavit: Τα πράγματα τὰς ἀνθρώπους οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα: *Non res ipsae conturbant homines, sed opiniones eorum de rebus.* Quare nostra quum in potestate situm sit, malis hisce levari & liberari, quid est, cur cum Deo litigemus, ejusque providentiam reprehendamus? Dolor saepenumero voluptati finitimus est: quod in illa (q) *Socrates* fabula docuit, qua Deum narrat, quum, quod voluisset, contrarias & repugnantes doloris & voluptatis naturas sociare non posset, utramque indissolubili colligasse vinculo. Neque viris bonis & sapientibus ignotum, dolorem non esse malum totius hominis, sed ejus tantum partis, in quam ille cadit: quod idem praecepit (r) olim *Socrates:* τὸ ἀλγοῦν ἐν τῷ σκέλει μένει. *Dolor in crure tantum manet.* Is ipse vero dolor multum saepenumero prodest, ad majora animi mala, quibus omnis nostra salus & felicitas continetur, propulsanda. Qui Deum esse negant, nec idcirco *malum* quoddam *culpae* volunt esse, his extremum summumque omnium malorum mors esse videtur; quam quidem perversissima eorum disci-

vf. 223. p. 254. Ipsos versus supra *Cap.* 2. §. 16. p. 87. descriptos vide.

(o) *Imbecillem*] Confer cum his *Cap.* 2. §. 17. p. 87. 88. ubi ipsa est exposita, quae in verbis hisce latet, argumentatio.

(p) *Philosophus*] *Epictetus* nimirum in *Enchiridio Cap.* 5. p. 10. Confer. *M. Antoninum Lib.* IV. *ad se ipsum* §. 3. p. 97. & *Lib.* V. §. 19. p. 159. Solent omnes Stoici in hoc dogmate inculcando multum ponere solertiae: nec aliter Christiani faciunt scriptores. Lege prae ceteris *Petr. Molinaeum de la paix de l'ame. Lib.* II. *toto* p. 167. *Tom.* I. *ed. novae Genev.*

(q) *Socrates*] Apud *Platonem* in *Phaedone* p. 376. Haud tamen narrat ibi *Socrates* fabulam, quod innuere videtur vir doctissimus, sed Aesopum tantum ait, si hoc animadvertisset, fabula illud quadam comprehensurum fuisse.

(r) *Olim Socrates*] Ex memoria hic commentatus videtur esse vir doctissimus: nec enim haec iisdem verbis efferuntur a *Socrate*, nec eo dicuntur consilio, ut contra dolorem inde aliquid praesidii petatur. Non philosophatur *Socrates*, sed tantum quid sibi evenerit, solutis compedibus, narrat. En ipsa ejus verba ex *Phaedone Platonis* p. 376. Postquam dixerat, voluptatem cognatam esse dolori, sic pergit: ἅπερ ἐν ᾧ αὐτῷ μοι ἔπεσεν, ἐπειδὴ ἐκ τῶν δεσμῶν ἦν ἐν τῷ σκέλει τὸ ἀλγεῖν, ἐπιέναι δὴ φαίνεται ἡδονὰς τὰς ἐξῆς. *Quod quidem & mihi contigit in praesentia. Siquidem modo crus propter vincula officiebatur dolore, sed huic succedere voluptas jam videtur.*

(s) *Viderentur*] In hoc ego dogmate Platonico & Pythagoraeo nihil singulare & mirabile video. Namque generis hujus plerique bestiarum & hominum animos eodem habebant loco, perpetuoque quodam errore ex hominibus in corpora bestiarum & ex bestiis vicissim in homines ferri animos arbitrabantur. Quocirca hominum animis quum corpus quoddam tribuerent, de bestiarum ut animis idem sentirent res ipsa flagitabat.

(t) *Probatam esse*] Nullus alius si apud *Aristotelem* exstat locus, quo probetur, visum ipsi fuisse, animos interire nullo modo posse, quam hic, actum certe est. Lege, quae nos supra *Cap.* 1. p. 66. disputavimus ad hanc quaestionem expedien-

Digitized by Google

disciplina omnis vitae interitum & exitium esse pronuntiat; illi vero, qui talem profitentur Deum, qualem deeet profiteri, quoniam omnes animos naturas per se subsistentes esse certi sunt, nullam vitam per se, non secus atque materiam, perire ac in nihilum abire posse, nisi forte divina vis exstinctam prorsus eam esse velit, contendunt. Qui *Pythagoram* olim ac *Platonem* probarunt, longius etiam progressi sunt, & tanta fuerunt erga ipsos bestiarum animos benevolentia & voluntate, ut certa illis corpora tenuiora ac subtiliora adsignarent, quae post fata agitarent, ne, deleto corpore graviore, prorsus omni sensu & actione privari (*s*) viderentur. Nec alios mihi principes & auctores videtur habuisse *Aristoteles* dogmatis illius, quod *secundo de generatione animalium Libro Cap.* 3. proponit: Quo loco, postquam animam sentientem divelli nullo modo a corpore posse praeceperat, ita pergit: (*) *πάσης ἓν ψυχῆς δύναμις ἴσως σώματός ἐστι κινουμένου καὶ θειοτέρα τῶν καλουμένων στοιχείων· ὰς δ' ἀλλήλαις μετέστιν αἱ ψυχαὶ καὶ ἀπορίας ἄλλαι· ὅτω καὶ ἡ ταύτη φύσις.* *Omnis ergo animae sive virtus, sive potentia corpus aliud participare videtur, idque magis divinum quam ea, quae elementa vocantur. Verum prout nobilitate ignobilitateve animae inter se differunt, ita & natura ejus corporis differt.* Paullo post tenue corpus hoc πνεῦμα vocat seu *spiritum*, idque *ἀνάλογον τῷ τοῦ ἄστρου στοιχείῳ*, *proportione respondens elemento stellarum.* Scio *Galenum*, *S. Augustinum*, & alios putare, *Aristotelem* in eo hic a *Pythagora* desciscere, quod animam illam sentiendi virtute praeditam, reapse nihil esse adseveret, quam illud ipsum exile, stellarumque simile corpus, non vero diversam quamdam naturam, quae, tamquam vehiculo, corpore illo utatur. At patet tamen, diserte eum hoc loco affirmare, mentem seu animam rationis compotem re vera differre a corpore, ante corpus exstitisse, & in illud postea immitti: ex quo veri videtur simillimum, perennitatem etiam & immortalitatem animorum corporibus sejunctorum ab eo (*t*) probatam esse. Sed quidquid demum *Aristoteles* senserit, cujus auctoritate causa 1172
haec minime continetur, certum est, animo humano & ratione praedito mori nihil

(*) p. 618. T. II. Opp.

diendam: Utrum immortalitatem animis dederit, nec ne, Peripateticorum Princeps? Magna laborat obscuritate locus hic, quem *Cudworthus* dogma Platonicorum & Pythagoraeorum de corpore animae semper adhaerescente continere autumat, nec idcirco ab omnibus eodem potuit modo exponi. Primum fatetur *Aristoteles* τὸν νοῦν *mentem extrinsecus* ad corpus accedere, solamque divinam esse. Ex hoc concludit, δύναμιν seu *vim* ψυχῆς *animae*, corporis alicujus participem esse: sed animas addit inter se differre. Verba hic recitantur a *Cudworthо*. Pergit & in semine *principium* esse quoddam *vitale*, ζωτικὴν ἀρχήν, asseverat, quod nec ignis sit, nec aliud quoddam ei simile, sed πνεῦμα, *spiritus*. In hoc πνεύματι seu spiritu vero esse aliam naturam, stellis cognatam: ἡ δὲ ἐν τῷ σπέρματι φύσις, ἀνάλογον ὖσα τῷ τοῦ ἄστρου στοιχείῳ. Nihil in his est apertum & planum: omnia contra obscura, confusa, & inter se temere mista videntur esse. Quatuor philosophus res nominat, νοῦν, *mentem*, ψυχήν, *animam*, πνεῦμα, *spiritum*, φύσιν denique seu *naturam*, in spiritu residentem. Sed nec quibus modis hae quatuor res inter se differant, nec qua sint natura & indole, perspicue tradit, contra, more suo, non secus, ac si omnes Pythiam cognatione attingerent & divinare possent, disserit. Igitur amplissimum illis pugnandi campum aperuit, qui e re esse sua duxerunt, sententias & dogmata hominis, qui noluit interdum intelligi, explorare. Variis vero rationibus tametsi dissideant inter se, qui hunc locum *Aristotelis* enucleare, & sententiam simul ejus de anima explicare conati sunt; duae tamen sunt principales interpretum sententiae. Quidam corpus, quod hic ab *Aristotele* tribuitur animae, differre ab ipsa anima seu mente opinantur: His *Cudworthus* favet, nec non *Galenus* & alii, qui hoc corpus ipsam esse animam sentientem sibi persuadent. Alii vero id, quod hic corpus dicit *Aristoteles* & naturam elementis omnibus diviniorem, animam ipsam rationis participem constituere, arbitrantur. Mihi quidem posterior verior esse videtur opinio: ne-

Digitized by Google

1173 hil eſſe, quam terreno corpore, tamquam veſtimento, exui & ad ſedem migrare turbis omnibus, calamitatibus, & miſeriis vacuam: Manet itaque poſt mortem ſemper

que dubito univerſis, qui ſine partium ſtudio *Ariſtotelem* inſpecturi ſunt, veriorem eam viſum iri. Experiar, num id planum facere queam: nec enim omni fructu haec opera carebit, ſed quae ſupra p. 66. diſputavimus, confirmabit. Liquet primum, νοῦς & ψυχὴ ab *Ariſtotele* hoc in loco diſtingui. Νοῦς ſtatuit extrinſecus in corpus venire hominis: ψυχὴ vero ex ipſo educit ſemine, in quo θερμὸν aliquid & ζωτικὴν ἀρχὴν *principium vitale*, id eſt, originem & initium vitae ſeu animae reſidere, ſcifcit. Νοῦς haud dubie eſt anima illa, quae ratiocinatur & cogitat: ψυχὴ vero vita corporis, ſeu anima illa, quae vi ſentiendi & corpus animandi valet. *Mentem* ſeu νοῦν poſtquam dixerat extrinſecus ad hominem accedere, ita ex hoc dogmate concludit: πᾶσαν μὲν οὖν ψυχὴν, κ. τ. λ. Interpres male reddidit: *ſed enim omnis virtus animae*. Verti debent ita haec verba, ut *Ariſtotelem* appareat ex ſuperioribus efficere aliquid, & cogere. De ψυχῇ loquitur philoſophus, non de νῷ ſeu *mente*; Et ex eo, quod poſuerat, mentem extrinſecus in corpus venire, probat *animam*, ſentientem nimirum & vitam, aliud corpus quoddam ſibi adjunctum habere, omnibus elementis divinius & melius. Hoc ipſum argumento jam eſt, iſtud corpus, quod ψυχῇ ſeu animae ſentienti adjunctum eſſe ait, ipſam eſſe mentem ſeu νοῦν, quam ex corpore, reliquis rerum initiis praeſtantiori & meliori, conſtare perhibet. Clarius autem ex conſequentibus idem intelligitur. Tradit nimirum porro *Ariſtoteles*, illud corpus ſeu νοῦν ex corpore coeleſti conſtantem non eſſe in omnibus hominibus eamdem: idque vitae uſus ſatis confirmat. Nec enim omnes mortales aequali gaudent virtute ratiocinandi & perſpiciendi. Rationem hujus differentiae ſitam eſſe ait in ψυχῇ ſeu *anima ſentiente*: hanc in aliis meliorem, in aliis deteriorem eſſe; ex eoque evenire, ut νοῦς etiam, quam φύσιν hic & deinceps appellat, quia ex ſinguiari quadam natura conſtat, diſpari ſeſe modo habeat in hominibus. Jam unde *animae* hoc diſcrimen naſcatur, declarandum erat. Pergit ergo philoſophus, & ideo differre animas adjicit, quamquam obſcurius, quod in ſemine vis earum lateat: quod quidem ſemen nemo neſcit pro diverſo corporum habitu & conſtitutione varium, hic praeſtantius, illic ignobilius eſſe. In ſemine ait, vis quaedam eſt genitrix, ζωτικὴ ἀρχὴ, θερμὸν quoddam, ex quo naſcitur anima ſentiens ſeu ψυχὴ, nec tamen tale calidum hoc eſt, quale id, quod in igne deprehendimus, ſed ſingularis naturae: Ad quam naturam declarandam quum nullum aptius inveniret vocabulum *Ariſtoteles*, πνεῦμα illud, ſeu *ſpiritum* vocat. Hinc πνεῦμα, pergit, φύσις illa ſeu νοῦς, mens nimirum ex φύσει illa coeleſti conſtans, ſociata eſt, ſeu mens rationis particeps in ψυχῇ, quae ex ſemine oritur, ſeu anima ſentiente, reſidet & domicilium veluti ſuum habet: Ex eoque provenit, quod mentes rationis compotes varii ſunt generis, quum πνεῦμα illud ſeu *ſpiritus*, quo cinctae ſunt, valde pro hominum ſtatu & rationibus differat. Νοῦς igitur, φύσις, & πνεῦμα ἀνάλογον τῷ τοῦ ἄστρου σώματι, verba ſunt apud *Ariſtotelem* rem unam eamdemque ſignificantia, animam nimirum ratione praeditam; viciſſim ψυχὴ, θερμὸν, & πνεῦμα nomina ſunt ejusdem poteſtatis, ſaltim ad rem unam eamdemque declarandam valent, animam nempe ſentientem ſeu vitam. Quae quum ita ſeſe habeant, quam valida ſint & firma, quae ſupra ad *Cap.* 1. *p.* 66. monui, manifeſtum eſt, animam *Ariſtotelis* ratione praeditam nihil eſſe, quam partem coeleſtis & aethereae cujusdam naturae, per totam rerum univerſitatem fuſae, quae ſemine uniuscujusque hominis excipitur & diſſoluto corpore ad ſuum redit principium. Neque veterum illi, qui accurate inſpexerunt Stagiritae dogmata, aliter in univerſum haec ejus verba & ſententiam interpretati eſſe videntur, quum animam *Ariſtotelis* diſerte tradant *quintum* eſſe *elementum*, aut corpus ex coeleſti illa natura, quam quatuor addit elementis, conſtans. *Cicero Tuſculanar. Diſput. Lib.* I. *Cap.* 10. *p.* 2573. *Tom.* VIII. *Opp.* *Ariſtoteles longe omnibus praeſtat & ingenio & diligentia, cum quatuor nota illa genera principiorum eſſet complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quamdam naturam cenſet eſſe, e qua ſit mens. Cogitare enim & providere —— in horum quatuor generum nullo ineſſe putat. Quintum genus adhibet, vacans nomine.* *Auguſtinus de civitate Dei Lib.* XXII. *Cap.* 11. §. 2. *p.* 509. *Tom.* VII. *Opp.* *Ariſtoteles* QUINTUM CORPUS *animam dixit eſſe & Plato nullum. Si quintum eſſet, certe ſuperius eſſet ceteris: cum vero nullum eſt, multo magis ſuperat omnia.* Sed ut omni eos levem moletia & labore, quorum intereſt, ſententias & dogmata *Ariſtotelis* habere cognita, ipſum *Ariſtotelis* locum, in quo enodando tot deſudarunt interpretes, huc totum transferam & liberiori oratione ſententiam ejus declarabo. Ita fiet, ut omnes plane intelligant, nullam vim verbis ejus a nobis allatam eſſe, ſed concinne omnia inter ſe apta & connexa eſſe, ſi noſtra valeat interpretatio: λοιπὸν δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον· οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια· πῶσαν μὲν οὖν ψυχὴν δύναμιν, ἐν ᾗ φύσει τοῦτο ὑπάρχει πεπονθέναι, καὶ θερμὸν εἶναι πνεῦμα τὸ καλούμενον στοιχεῖον, ὃ δὴ λέγομεν τιμιώτερα εἶναι ψυχῆς καὶ ἀθανατώτερα εἶναι, ἔστω καὶ τὰ τοιαῦτα διαφορὰ φύσεως·

per animus, Deoque vivit continuo, ſive corpus habeat, ſive extra corpus verſetur. (v) *Plato* quidem numquam ſine corpore vult animum eſſe, quod vel ex his 1174
ejus

φύσις· πάντων μὲν οὖν τὸ τῷ σπέρματι ἐνυπάρχει, ἔστι καὶ γόνιμα εἶναι τὰ σπέρματα, τὸ καλούμενον διερμὸν· τοῦτο δὲ ἐστὶ πῦρ, οὐδὲ τοιαύτην δύναμίν ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἐμπεπλεγμένον ἐν τῷ σπέρματι, ᾧ ἐν τῷ ἀφρῷδει πνεῦμα, ᾧ ἐν τῷ σπέρματι φύσις, ἀναλόγως ἐστὶ τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ. Videamus, num haec ita verba reddere queamus, ut ſententiam eorum omnes capiant: *Quae quum ita ſint, reliquum eſt, ut ſtatuamus, animam illam, quae rationis eſt particeps, non ex quatuor elementis, ex quibus humanum corpus conſtat, produci & in ipſo naſci corpore, verum aliunde ad corpus humanum advenire ac in illud immitti, & idcirco ad divinam naturam propius accedere, quam initia rerum ſeu elementa, & ipſum hominis, quod concretum ex illis eſt, corpus. Omnis enim, qua valet hic animus, facultas non indiget auxilii corporis, ut ſeſe exſerat: Cogitat, providet, ratiocinatur, deliberat, decernit animus infita virtute ſua, nec opem poſcit corporis alicujus, ut has actiones edat. Quapropter nullum eſt dubium, quin altera illa anima noſtra, in qua virtus ineſt vitalis & ſentiens, non modo craſſo illi corpori noſtro, quod ex elementis conſtat, ſed etiam alii multo meliori & ſubtiliori corpori ſociata & conjuncta ſit, illi nempe, ex quo animus decerptus eſt rationis particeps, quod omnia ſuperat elementa & divinae magis naturae cognatum eſt, quam ulla res alia. Non eodem vero modo in omnibus hominibus mens rationis particeps ſeſe habet, ſed in his clarius & acutius cernit, in illis magis impeditur & conſtringitur, ne vim ſuam exerceat. Hic diverſus animorum ratione praeditorum ſtatus naſcitur a diverſa indole & natura animae, quam adjunctam ſibi habent, ſentientis, quae quidem in his eſt nobilior, alacrior & melior, in illis deterior & ignobilior, & animam idcirco rationis compotem non poteſt non varie officere. Jam ſi quis quaerat, quid cauſſae ſit, quod ſentientes animae tam varii ſunt generis & indolis: reſpondeo, id propterea fieri, quod animae ſentientes ex ſemine prodeunt, & per ſemen in hominem, qui generatur, transfunduntur: quod ſemen neminem fugit varium eſſe, nec in omnibus ejusdem praeſtantiae. Eſt nimirum in omni ſemine vis quaedam inſita animandi, vitamque creandi: quam quidem, ſi quis velit, calorem vocare poterit. Ignis enim naturae magis, quam reliquis rebus omnibus, finitima & affinis eſt. Neque tamen exiſtimet velim aliquis, igneam hanc, quam ſemini dedimus, virtutem cum naturali noſtro igne, aut re ſimili comparari poſſe: non ea ignis eſt, ſi proprie loqui velimus, ſed igne multo ſubtilior & acrior. Putem ego, ſpiritum aptius appellari poſſe, vim illam animandi & vitam animamque ſentientem producendi, quae in ſemine ac ſpumoſo ejus corpore reſidet. Et in hoc ſpiritu, in hac vita & anima, quae ex ſemine naſcitur & in ſemine latet, antequam homo generetur, poſtea, quum homo genitus eſt, & animam ſentientem jam habet, mens habitat & verſatur, quam dixi jam antea delibatam & decerptam velut eſſe ex corpore omnibus elementis diviniori & ſtellis valde ſimili & affini.* Liquet ex hac interpretatione obſcuriſſimi loci *Ariſtotelis*, quam verbis ejus optime reſpondere, pauci, ut opinor, dubitabunt, partim quidnam philoſophus hic de utraque anima, tam ea, quae ſenſu, quam quae ratione valet, ſenſerit, partim quomodo accipienda ſint, quae hic a viro doctiſſimo monita ſunt.

(I.) Haec ſententia *Ariſtotelis* tantum abeſt, ut cum doginate Platonicorum & Pythagoraeorum de corpore coeleſti animae congruat, ut toto potius genere ab eo diſtet. Nam quod corpus hic nominat Stagirita, id ipſa eſt anima ratione valens, quam ex quinto corpore exiſtimabat naſci.

(II.) Nec anima, nec corpus animae πνεῦμα *ſpiritus* ab *Ariſtotele* hic nuncupatur: ſed hoc nomine venit ipſi vis animandi & vitam accendendi, quam in omni perhibet ſemine eſſe, cujus ſive pars, ſive effectus anima eſt ſentiens. Scio, Platonicos & Pythagoraeos corpus animae, quod ex elementis ſibi adſcivit, πνεῦμα vocare ſolere: ſed cum his nihil *Ariſtoteli* commune eſt.

(III.) Neſcio, an *Galenus* & *Auguſtinus Ariſtotelem* eo nomine reprehendant, quo cum reprehendiſſe dicuntur a viro doctiſſimo. Non potui a me impetrare, ut volumina haec magnae molis infinito labore denuo pervolverem: & feſſus eram haec ſcribens ex tot moleſtiis, quas mihi viri doctiſſimi mos ſcriptores antiquos, nullo loco indicato, laudandi pepererat. *Auguſtinum* parum abeſt, quin negem, ejusmodi aliquid ſcriptum reliquiſſe, quum non ſegniter, nec ſemel ea legerim, quae de rebus veterum philoſophorum paſſim tradidit: nec tamen decerno aliquid. Si quid tale *Galeno* & *Auguſtino* excidit, errarunt certe, nec ſententiam perſpexerunt *Ariſtotelis*.

(IV.) Nihil plane praeſidii ex hoc loco ſperare poſſunt, qui *Ariſtotelem* in defenſoribus immortalitatis animorum numerant. Dixerim potius ex hoc loco ſententiam eorum oppugnari poſſe.

(v) *Plato*] Fallitur vir doctiſſimus, quod exiſtimat, certo ex his *Platonis* verbis conſtare, putaſſe hunc philoſophum animae ex hoc corpore terreno & gravi diſcedenti corpus aliud ſubtilius adeſſe. Nam eo loco, unde haec verba decerpta ſunt, *Plato* agere tantum videtur de translatione animorum in nova corpora ſeu de μετεμψυχώσει, quam tradidiſſe notum eſt. Sententia ergo effati
hujus

Digitized by Google

ejus verbis elucet: (*) ἀεὶ ψυχὴ θνητοῦ σώματος, τότε μὲν ἄλλῳ, τότε δ' ἄλλῳ. *Anima cum corpore semper, modo cum hoc, modo cum illo, conjuncta est.* Quam ejus sententiam, id quod antea declaratum est, multi quoque doctorum Christianorum ad veritatis similitudinem propensissimam esse, judicarunt. Utcumque est, hoc sacrae litterae nos dubitare non sinunt, bonorum virorum animos, aliquando corporibus aetheriis & coelestibus indutum iri, quae, si *Aristotelis* adhibendae essent voces, dici possent ἀνάλογα τῷ τοῦ ἄστρου στοιχείῳ, *similia elemento astrorum.* Quare (x) *Celsum*, cui spes nostra de corporibus ad vitam revocandis σκωλήκων ἐλπὶς, *spes vermium*, appellata olim fuit, ne intellexisse quidem disciplinae nostrae sententiam, apertum est. Haec satis mihi videntur esse ad primum illud munimentum disjiciendum, quod Dei contemtores providentiae ejus opponunt: duodecimum vero illud locum inter argumenta hujus generis occupat, quae *capite secundo* enumeravimus.

§. VI. Sequitur nunc alterum eorum in divinam providentiam telum, quod decimo tertio inter rationes profanae gentis loco posuimus. Rerum humanarum incredibilem conqueruntur confusionem & perturbationem esse: aeque omnia evenire omnibus; innocenti & nocenti, pio & impio, religionum contemtoribus & amicis, idem imminere periculum: quin etiam non raro deteriores tam causas, quam homines multo melioribus uti fatis, quam optimos & justissimos: Non ignotum esse illud veteris (y) poëtae effatum, qui tamen Deum esse, haud dubitaverit:

Victrix causa Diis placuit, sed victa Catoni.

Homines omnibus flagitiis & sceleribus coopertos, Deique irrisores in summa rerum omnium copia & abundantia vitam securos transigere, integerrimos contra & omnis sceleris criminisque puros, qui casta Deum mente adeunt, innumerabilibus aerumnis ac miseriis excruciari. Secus fore autem putant omnia, si divina providentia mundum administraret: Tum enim futurum, ut homines Deum aspernantes & facinorosi fulmine statim percuterentur, aut aliis poenis exquisitissimis afficerentur, pii autem Deique studiosi nullis essent miseriis, doloribus, & calamitatibus obnoxii.

§. VII. Haud equidem diffiteor, numquam non ingenia non satis robusta extitisse, quae hic rerum humanarum status vehementer conturbavit, & in summam dubitationem conjecit. (z) *Non sit sat cito decretum de male factis, ideoque plenus est animus filiorum hominum cupiditate male faciendi.* Ipse divinus (a) vates aliquando

(*) De legib. X. p. 903. (p. 662.)

hujus haec est: Anima, quamdiu in hoc orbe versatur, ex uno corpore in aliud proficiscitur, nunc que meliori, nunc deteriori utitur domicilio. *Meliores mores*, subjicit statim, εἰς βελτίω τόπον, *in melliorem locum*, χείρω δὲ, εἰς τὸ χεῖρον, *deteriores autem in deteriorem locum transferuntur a Deo.*

(x) *Celsum*] Apud *Origenem adv. Celsum Lib.* V. p. 240. Recte ceterum vir egregius *Celsum* observat dogmatis nostri sententiam de corporibus vitae aliquando restituendis, ne intellexisse quidem. Assumit enim *Celsus*, credere Christianos, animae corpus putredine consumtum & a vermibus exesum aliquando redditum iri. Quo errore nixus spem Christianorum ineptissime exclamat vermibus digniorem esse, quam hominibus. Vermes

quando mirifice animo commotus fuit, quum improborum hominum, (*) *qui coelum ore ſuo impetunt, quorumve lingua terram pervadit*, felicitatem aſpiceret: neque multum aberat, quin apud ſe conſtitueret, (†) *ſeſe fruſtra purgare animum ſuum & ſine fructu manus ſuas abluere in innocentia.* Verum rediit ipſi animus, (§) *poſtquam in Dei ingreſſus erat ſacraria*: Hic enim divinam ſibi lucem exoriri, animumque egregie in ſpe ac fiducia divinae providentiae confirmari ſenſit, ſic ut laetus & hilaris exclamaret: (**) *Quis mihi in coelo, Deus, praeter te? Nec in terra quidquam eſt, quo juxta tecum delecter. Deficiente carne mea & animo meo, rupes animi* 1175
mei & portio mea Deus eſt in perpetuum. Sunt ſcilicet, quos ſecunda hominum malorum fortuna, ut Deum eſſe negent & fortunae caſusque temeritate omnia regi atque gubernari credant, adducit: (††) *Stultus ait in corde ſuo, non eſt Deus.* Sed ſunt etiam, qui, tametſi Deum eſſe nil dubitant, hac ipſa tamen re impelluntur, ut aut Deum neſcium eſſe prorſus eorum, quae gerantur inter homines, concludant, quos quidem vir ſanctus ita facit loqui: (§§) *Quomodo cognoſceret Deus fortis? Aut notitia eſſet in excelſo?* aut eumdem rerum humanarum procurationem, vel ut majeſtate ſua indignam, vel ut quieti tranquillitatique ſuae noxiam, negligere judicent. (***)

§. VIII. Congrediemur cum utrisque. Principio igitur animadverti volumus, parum eos ſapienter facere, qui in unaquaque re divinae providentiae vim & praeſentiam extraordinariam ſpectare volunt, aegreque & moleſte ferunt, quod nec improbi confeſtim ad ſupplicia rapiuntur, nec boni continuo praemiis afficiuntur. Hac enim lege ſi Deo placeret res humanas moderari, miraculis cuncta eſſent repleta, naturaeque leges atque viae numquam non interpellarentur: ex quo quidem mira prorſus ſac deformis hujus univerſitatis conſtitutio proditura eſſet. Multo dignius eſt Deo, pati, ut res humanae *αἰζέφῳ κελάδῳ*, *quiete ac placide*, ſine ulla vi & violentia decurrant, deinceps autem res in ſe dubias & impeditas explicando conſilium & ſapientiam ſuam declarare, atque in exitu demum omnium votis & deſideriis ſatisfacere. Quos nimius ſuimet ipſorum amor vexat, aut commotiones urgent animi, hos aut ratio plane deſtituit, aut ex parte tantum colluſtrat. At quae totam rerum univerſitatem gubernat, natura divina, ea nec perturbatur umquam, nec ira aut indignatione abripitur; nil ea immoderatius agit, numquam libidine quadam incitatur: contra libera ſemper eſt, omnibusque vinculis, quae vel aliorum, vel noſtri ſtudium injicere nobis ſolet, ſoluta. Neque tamen exempla omnino deſiderantur vindictae divinae ſine mora caſtigantis eos, quorum ſcelera nimis erant manifeſta, aut juſtitiae, deditos ſibi homines ex praeſentiſſimis periculis ſubito eripientis. Videt certe nonnumquam & vidit olim humana vita non paucos

(*) vſ. 9. (†) vſ. 13. (§) vſ. 17. (**) vſ. 25. (††) Pſ. XIV. 1. (§§) Pſ. LXXIII. 11.
(***) Sic apud *Platonem* aliqui inde concludunt: *εἶναι μὲ θεὸν, τὴν δὲ ἀνθρωπίνων πραγμάτων.* (*eſſe quidem Deos, at res humanas haud curare.*) *Lib. X. de legib.* (*p.* 664.)

mes enim carnibus putredine diſſolutis & conſumtis delectantur, quas horrent homines. Hinc addit: *τοῖα δ᾽ ἀνδρὸς ψυχὴ κεκτημένου ἐν σώματι σαπρῷ*; *Nam cujus hominis anima corpus jam putre deſideraret?* Ridicule profecto! Quaſi vel ultimis Chriſtianorum in mentem umquam veniſſet, animam cum carne in prima ſua initia diſſoluta conjunctum iri.

(y) *Poëtae*] *Lucani Pharſal. Lib.* I. *vſ.* 131.

(z) *Non fit*] *Salomonis* haec verba ſunt *Eccl.* VIII. 11.

(a) *Vates*] *David* aut *Aſaphus* Pſalmo LXXIII.

(b) *Euri-*

Digitized by Google

paucos casus, in quibus Deus, tamquam ex machina, (θεὸς ἀπὸ μηχανῆς) in medium processit, commotosque sedavit animos. Quin etiam non raro evenit, ut naturae cursum, secreta & plerisque obscura ratione, Deus sisteret, suisque eam cogeret inservire consiliis. Nihilo minus fatendum est, non ita semper Deum agere solere, sed divinam providentiam tardo plerumque gradu hac in vita incedere, nec nisi sero perspectum nobis fieri solere, quonam ejus tetenderint consilia. Sensit id (*b*) *Euripides* atque hoc versu expressit:

Μέλει· τὸ θεῖον ἢ βραδὺς πέφυκε φῦσαι.

Cunctatur: haec quippe est natura Numinis.

Quamquam monstri aliquid & impii haec ipsa ejus videtur alere sententia. Nec enim ignavia quadam vel negligentia differt Deus vel improborum poenas, vel piorum praemia; verum longe aliis de caussis. Nunc vim ejus insignis, quo omnes
1176 homines complectitur, benevolentia & amor remoratur; nam ad officium peccantes revocare cupit: nunc suo nos exemplo, id quod (*c*) *Plutarchus* monuit, patientiam docere studet: Fieri & potest, ut interdum cesset, quo majori cuncta ordine atque pompa veluti perficiantur: Forte aliis nonnumquam caussis, quae nos fugiunt, ducitur. Ita (*d*) *Plutarchus* rationem non veretur reddere, quare multo fuerit utilius, diu ferri *Dionysium*, tyrannum, quo nihil umquam vel crudelius, vel erga Deum iniquius exstitit, quam sine mora exstingui. Interim homines saepenumero injustos & a pietate aversos longo intervallo vel ipsos, vel in posteris suis tam exquisitis affici videmus suppliciis, ut divinae justitiae vestigia in omnium incurrant oculos. Qua quidem de re non unum veterum sapientum exstat dictum: Ita (*e*) vates:

Raro

(*b*) *Euripides*] In *Oreste vs.* 420. *p.* 258. Quaerit ibi Menelaus ex Oreste, anne Apollinem in malis & miseriis suis adjutorem haberet? Respondet Menelaus, *cunctari Apollinem: sic enim moris Diis esse.* Secretae cujusdam impietatis vero quare dictum hoc accuset *Euripidis* vir doctissimus, equidem haud video. Loquitur enim poëta ex vulgari aetatis suae sententia, qua Diis mora & cunctatio, cum in puniendo, tum in munerando, adscribebatur. Exstant certe multo plura hujus generis in antiquis auctoribus, quos nemo temere spretorum Deorum postulaverit, effata, ex quibus apparet, in ore populi & multitudinis hanc de Diis opinionem versatam fuisse. *Valerius Max. Dictor. & factor. memorabil. Lib.* I. *Cap.* 3. *Lento gradu ad vindictam sui divina procedit ira.* *Juvenalis Satyr.* XIII. *vs.* 100.

Ut sit magna, tamen certe lenta ira Deorum est.

Maxime *Plutarchus* legi debet in singulari, eoque eleganti libello: περὶ τῶν ὑπὸ τῆς θείας δίκης ὑστερουμένων, *de his, qui sero a Numine puniuntur p.* 548. *Tom.* II. *Opp.* quo ex instituto hoc argumentum persequitur &, more suo, dicta quaedam veterum & exempla, illustrandi ejus caussa, in medium affert. Veteres nimirum Epicurei divinam providentiam hoc ipso aggrediebantur argumento, quod, ipsis Deorum professoribus fatentibus, Dii vehementer in criminibus ulciscendis tardi essent. Hoc ergo genus *Plutarchus* illo in libello confutat, & iis quidem rationibus, in quibus nemo sanus & sapiens multum esse virtutis, difficeatur. Pervenit eousque ratiocinando hac in re *Plutarchus*, quo hominis, doctrinae Christianae & coelestis patefactionis luce destituti, contemplatio pervenire potest. Ad *Euripidem* ut redeam, nihil nefarium & erga Deos impium in animo eum habuisse, quum Apollinem diceret cunctatorem esse, more Diis consueto, alius ejus locus satis ostendit, quo eumdem Jovem, quem tarde suis & sero succurrere fatetur, simul religiose veneratur & colit, in *Heraclidis vs.* 869. 870. *p.* 514.

Ὦ Ζεῦ, χρόνῳ μὲ τὸν· ἀτεκμήρτῳ τινὶ,
Χάρι δ' ἡμῶν σοι τ' πεπραγμένων ἴχει.

Quos

Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit poena pede claudo.

Nec ignota ſunt, quae in ore olim populorum Diis pluribus ſervientium fuerunt, (*f*) proverbia:

Ὀψὲ θεῶν ἀλετῶν μύλαι, ἀλοῦσι δ' ἀκριβές,

Lente quidem molunt Deorum molae, at probe conterunt.

Juſtitia divina laneis primum pedibus tarde incedit, at ferrea ad extremum manu percuſſit & verberat.

§. IX. Non eſt tamen, cur hoc ſemper eventurum eſſe, ſapiens ſibi quiſquam perſuadeat. Nam & homines facinoroſos, multumque a pietate & honeſtate remotos ſine ulla magna moleſtia & calamitate hoc aevum degere, nullisque indignationis divinae notis inuri videmus. Quod quum uſu venit, ſancti & virtutis verae ſtudioſi homines, qua ſunt animi magnitudine, neque improborum invident rebus proſperis, neque ſuam deplorant conditionem, quippe quos haud praeterit id, quod veteri dicto comprehenditur: οὐδὲν κακὸν τῷ ἀγαθῷ, οὐδ' αὖ τῷ φαύλῳ ἀγαθόν. *Nihil bono malum eſt, nihil malo homini* (*g*) *bonum.* Tantum vero abeſt, ut, viſis malorum opibus & copiis, utrum Deus ſit, qui res humanas curet, nec ne, addubitare incipiant, ut potius occaſionem inde capiant, tanto firmius conſtituendi, perennes eſſe hominum animos, foreque judicium quoddam poſt fata, in quo ſua cuique poena, ſuum cuivis praemium ſine ullo partium ſtudio dictabitur: Nimirum maxime valet hic illud (*h*) *Plutarchi:* εἰ ἔστιν ὁ λόγος ὁ περὶ θεῶν καὶ μεγίστην ἅμα καὶ ἀνθρωπίνης ψυχῆς βεβαιοῦσαν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ἀπλετῳ ἀναι-

Quos verſus *Hugo Grotius* in *excerptis veter. Comicor. & Tragicor. p.* 320. ita Latine reddidit:

O Summe, quamquam reſpicis tarde tuos,
Magnas tibi agimus gratias ſuperum pater.

Videtur doctiſſimus *Cudworthus* propius ab eorum abfuiſſe ſententia, qui celeberrimum hunc Tragicum mala erga Deum & religionem voluntate fuiſſe, ſuſpicantur. Sed his mihi paene ſatisfeciſſe videtur *Joſua Barneſius*, magnum Cantabrigienſis Academiae ornamentum, *in vita Euripidis*, quam editioni ſuae *Cantabr.* 1694. *fol.* curatae, praemiſit. Si quid mihi eſt his in rebus judicii, multo eos mitius de *Euripide* & quibusdam veterum aliis exiſtimaturos eſſe crediderim, qui, ex opinionibus & loquendi modis aetatis illius, qua vixerunt, dicta eorum de Deo & religione, metientur. [Vid. *Zimmermann. de Theol. Euripidis* in *Muſ. Helvet. Tom.* IV. *p.* 1.] Sed neſcio qui fiat, quod aliqui, quos ceteroquin doctos & ingenioſos eſſe conſtat, ex noſtris opinionibus, vocabulis, & formulis veterum ſcriptorum pietatem aeſtimant. Quaſi vero eadem illis, quae nobis ſcita fuiſſent, quaeque nobis hodie cum opinionibus quibusdam conjuncta videmus eſſe conſectaria, aeque illis patuiſſent, atque nobis hodie patent.

(*c*) *Plutarchus*] *De ſera Numinis vindicta, Tom.* II. *Opp. p.* 550. Διὸ καὶ τοὺς πονηροὺς ἐν χρόνῳ καὶ σχολαίως τὸν δίκην ἐπιτίθησιν —— ἵνα ἡμῶν τὸ περὶ τὰς τιμωρίας θαρσαλέον, καὶ λόγου ἄξιον, κ. τ. λ. *Ideo Deus malis interpoſita mora ac tarde poenas infligit —— ut in vindicandis aliorum peccatis ſaevitiam & vehementiam nobis hoc ſuo exemplo eximat.*

(*d*) *Plutarchus*] *Loc. indic. p.* 557.

(*e*) *Vates*] *Horatius Odar. Lib.* III. *Od.* II. *extr.*

(*f*) *Proverbia*] Horum meminit praetereundo *Plutarchus de ſera Numinis vindicta Tom.* II. *p.* 548.

(*g*) *Bonum*] Lege *Socratem* egregie differentem apud *Platonem* in *Apologia Socratis p.* 369. & *Platonem de republica Libro* X. *p.* 518. ne quid de Stoicis dicam & aliis, qui hoc ipſum inculcarunt praeceptum.

(*h*) *Plu-*

ἀναμιτὰ ἀεὶ. *Una igitur eademque ratione & providentia Dei & animae humanae permanſio ſtabilitur: neque poteſt relinqui alterum, altero ſublato.* Qui vero propterea, quod mala atque impia facta non ſtatim poena conſequitur, vitioſe & inique
1177 res humanas adminiſtrari ſtatuunt, Deique providentiam vituperant, hi mihi ſimillimi videntur eorum eſſe, qui, dum in ſcenam prodire vident ſceleratos & facinoroſos homines, eosque in criminibus & delictis ſuis ad tempus exultare audiunt, Tragicum poëtam ſine mora convitiis petunt, totamque fabulam ut ſceleratam confeſtim rejiciunt. Qui ſpectatores ſi exitum exſpectarent Tragoediae, hos ipſos, quorum voces & aſpectum exhorreſcunt, miſerabili modo interire & dignis excipi ſuppliciis (*i*) viderent. Rerum humanarum procuratio ἀληθέστερον eſt πάμπαν, *verius carmen*, ut (*k*) *Plotinus* ait. Nos autem ſuam quisque perſonam in hoc orbis theatro ſuſtinemus, ſed ita tamen, ut de noſtris ſemper aliquid addamus fabulae. Atqui Deus totam ſapientiſſime fabulam moderatur & regit. Is, quae praecedunt acta noſtra, prudentiſſime cum ſuis, quae ſequuntur, geſtis colligat, ut nullus usquam hiatus appareat, omnia vero apte inter ſe ac concinne connexa ſint. Is etiam poſtremo in omni actu ſummam juſtitiae rationem fuiſſe habitam, poenasque ac praemia legitima ſemper proportione diſtributa eſſe, unumquemque edocebit.

§. X. Res ipſa denique poſtulat, ut interdum, ne virtuti atque fidei locus omnis & occaſio pereat, robur ſuum oſtendendi, dubius quidam, anceps, & turbulentus rerum ſtatus exoriatur. Monſtra ſi fuiſſent nulla, quae domitorem flagitaſſent, nec *Hercules* fuiſſet ullus. Pariter niſi vita hominum difficultatibus & aerumnis obſepta eſſet, niſi hoſtium varii generis inſidiae & impetus ſuſtinendi forent, niſi turbae nonnumquam, incommoda, & calamitates inciderent, virtus plane langueret, omnesque fidei divinitus nobis datae occaſiones praeciderentur, eximiam virtutem ſuam exercendi & declarandi. Hinc Deo placet, multa nonnumquam hac in vita miſcere: noſterque orbis ſcena veluti eſt, quam idcirco ſupremum Numen conſtruxit, ut quod agat in ea, ne praeſtantiſſima quidem virtus requirat. *Per fidem* ſcilicet *hic ambulamus, non per aſpectum.* (*) *Fides vero illud eſt, quo ſubſiſtunt jam, quae ſperantur, & quae demonſtrat, quae non cernuntur.* Sint licet omnia tenebris & caligine repleta, nec quonam res evaſurae ſint, ulla ratione pateat, nos tamen, qui fide hac valemus, Dei benignitatem, ſapientiam, & potentiam in dubium numquam revocamus. *Hac fide juſtus vivet.*

§. XI. Haec, quae diximus, ſufficere opinor ad ea confutanda, quae profani homines in rerum humanarum adminiſtratione offendiſſe ſibi videntur ad divinam providentiam reprehendendam & redarguendam. At latiſſime tamen locum hunc patere, non inficior: multoque plura, ſi ſpatium voluntati noſtrae reſponderet, pro divina providentia cum his, tum aliis rationibus Atheorum retundendis, dici a

(*) Hebr. XI. 1.

(*h*) *Plutarchi*] *De his qui ſero puniuntur a Deo p.* 560. *Tom.* II.

(*i*) *Viderent*] Hanc ex *Plutarcho* vir eximius comparationem ſumſit *loc. cit. p.* 554. ex quo pleraque depromſit eorum, quae hic leguntur.

(*k*) *Plotinus*] *Ennead.* III. *Lib.* II. *Cap.* 16. *p.* 267. *Opp.*

(*l*) *Vir ingenioſus*] *Henr. Morus* hic eſt, inclytus tum temporis apud Cantabrigienſes Theologus

Digitized by Google

a nobis poſſe, ſentio. Sed tempore excluſi, quae noſtrae deſunt diſputationi, ex eorum libris ſumere lectores jubemus, qui data opera divinae providentiae cauſſam egerunt, nec quidquam intermiſerunt, quo & conſtructionem & adminiſtrationem hujus orbis ab impiorum calumniis vindicarent: in quibus primas facile obtinet vir doctus & (*l*) ingenioſus, cujus *dialogi divini* non ita pridem emiſſi ſunt. Interim pauca quaedam adjiciemus illis, quae monuimus, non tam ad eos refellendos comparata, qui cum Deo nihil ſibi rei volunt eſſe, quam ad illos communiendos, qui, quum Deum eſſe fateantur, meliori tamen omnia ratione conſtitui & diſponi potuiſſe, temere nimis concludunt. Ad quem qui delati ſunt ſcopulum, opinione citius huc deveniunt, ut anguſtis divinam bonitatem, cujus tamen amplitudine Chriſtiana religio unice nititur, terminis concludant.

§. XII. Primo igitur eos, qui de Dei operibus judicium ſibi ſumunt, vehe- 1178
menter admonitos eſſe cupimus, ne quasdam tantum orbis hujus partes ob oculos ſibi ponant, atque totius univerſitatis architectum vitii ſtatim inſimulent, ſi his aliquid partibus pulchrius & melius ingenio effingi a ſe poſſe intelligant. Stolidus & amens ille foret, exempli gratia, qui hanc terram noſtram unice contemplaretur, qua nihil in tota rerum natura ſordidius atque vilius eſt, aut qui plantas propterea reprehenderet, quod ſentiendi facultate carerent, beſtias, quod ratione deſtitutae eſſent, homines, quod daemonum & geniorum non attingerent virtutes, genios, quod a divina multum abeſſent perfectione. Qua quidem ſi lege contendere fas ſit, aut hoc concedendum erit, nihil omnino a Deo condi debuiſſe, quoniam, ſi ab ipſa diſcedas divina natura, omnibus nihil fingi poteſt numeris abſolutum: aut concludendum, nullas formare Deum naturas decuiſſe, niſi tales, quae ad angelorum acceſſiſſent gloriam, nec mortis periculo tantum, ſed & omnibus, quibus hic affliguntur homines, malis caruiſſent: aut denique ſtatuendum, haud licuiſſe ſummo Numini alias producere res, quam Deorum *Epicuri* ſimiles, naturas nimirum perlucidas & perflabiles, easque in quietiſſimis locare debuiſſe ſedibus,

(*m*) *Quas neque concutiunt venti, neque nubila nimbis*
Adſpergunt, neque nix acri concreta pruina
Cana cadens violat, ſemperque innubilus aether
Integit & large diffuſo lumine ridet.

Sed ſi unum tantum rerum genus, illud nimirum, quod optimum eſt, a Deo fuiſſet conditum, nullus in hoc orbe fuiſſet rerum concentus, nulla convenientia, omni varietate ſublata. Igitur eos ante omnia, quos hanc Dei cauſſam cognoſcere juvat, totam rerum univerſitatem ſpectare decet, atque videre, anne haec, quum nemo deeſſe ei aliquid, oſtendere queat, pro praeſtantiſſima & optima

logus & Philoſophus. *Dialogi* hi *divini* exſtant ad calcem *Tomi* I. *Operum ejus philoſophicorum Londini* 1679. *fol.* editorum. Huic praeter alios, quos *Jo. Albert. Fabricius* enumeravit in *Delectu argumentorum pro veritate religionis Chriſtianae Cap.* 17. *p.* 409. jungi velim in primis praeclarum & ingenioſum *Guil. Sherlocki de providentia* libri, qui ex Anglico ſermone Gallice & Germanice verſus prodiit.

(*m*) *Quas neque*] *Lucretii* hi verſus ſunt *de rerum natura Lib.* III. *vſ.* 19. *ſ.* Non hos ipſos verſus attulit *Cudworthus*, ſed ſententiam tantum eorum, nomine *Lucretii* omiſſo, verbis Anglicis expreſſit. Mihi ſatius viſum eſt, ipſius, quem ſequu-

ma omnium, quae condi potuerint, haberi debeat: Postea partes ejus omnes sigillatim considerare oportet atque judicare, anne in suo quaelibet genere & ordine aptissime ad totius naturae perfectionem, statum, & felicitatem constituendam comparata sit. Sed totam hancce rationem tam eleganter & copiose *Plotinus* est persequutus, ut ejus verbis rectius & melius, quam meis, eam explicari posse putem. Sic ergo ille: (*) ὅλον γὰρ τὶ ἐποίησε πάσκαλον καὶ αὔταρκες καὶ φίλον αὐτῷ καὶ τοῖς μέρεσι τοῖς αὑτοῦ, τῶς τε χυείοσιν καὶ τοῖς ἐλάτοσιν ἀσκίτους συμφόρους; ὁ τοίνυν ὅλε τὸ μέρος τὸ ὅλον αἰτιώμενος, ἅπερ ἂν εἴη τὸ αἴτιος· τότε γὰρ μέρη πρὸς αὐτὸ τὸ ὅλον δεῖ σκοπεῖν εἰ σύμφωνα καὶ ἁρμόττοντα ἐκείνῳ καὶ τὸ ὅλον σκοπούμενον, μὴ πρὸς μέρη ἄτοπα μικρὰ βλέπειν τότε γὰρ ἂ ἐ κόσμον αἰτιώμενε, ἀλλὰ τινα τῶν αὐτοῦ χωρὶς λαβόντα, εἶεν τὰ, καὶ τὰ ἑξῆς. *Deus totum quiddam fecit pulchrum prorsus atque sufficiens, sibiquemet amicum: praeterea partibus suis tum majoribus, tum minoribus aeque conveniens. Quisquis igitur in partibus vituperat totum, stulte vituperat: siquidem tum partes ad ipsum totum comparando decet considerare, num consonent, accommodenturque toti: tum ipsum totum considerando ad minimas quasque particulas nequaquam decet aspicere: alioquin id non foret hominis mundum vituperantis, sed quasdam mundi partes ab aliis seorsim accipientis. Quemadmodum si quis totius animalis pilum solum, vel digitulum pedis intueatur, negligens mirum totius hominis spectaculum contemplari, & per Jovem perinde ac si quis omissis omnino ceteris animantibus, accipiat abjectissimum, vel genere quodam toto dimisso, velut humano, Thersitem adducat in medium. Quoniam vero quod factum est, mundus simul est totus, si mentis aures ad hunc convertere libeat, forsan audies ita clamantem: Me procul dubio fecit Deus, atque ego inde factus sum perfectus ex cunctis animalibus constitutus, mihi ipse sufficiens, mihi penitus satisfaciens, nullius indigus, quoniam omnia sunt in me animalia simul atque plantae, cunctorum natura generalium, Dii quam plurimi, daemonum populi, bonorum exercitus animorum, homines virtute felices. Neque enim terra sola ornata quidem est plantis omnibus & omnigenis animantibus, neque tantum usque ad mare potestas animae se diffudit: aër autem totus & aether totumque coe-*
1079 *lum anima vitaque caret: verum animae illic quoque sunt omnes bonae vitam stellis suppeditantes, revolutionique coelesti ordinatissime simul atque sempiterne. Adde & ad imitationem mentis in circuitum agitatae sapienter circa idem semper: nihil enim quaerit extrinsecus. Praeterea quaecunque in me sunt, appetunt quidem omnia bonum, singula vero pro facultate propria consequuntur. Dependet enim totum ab illo coelum, tota quin etiam anima mea. Praeterea Dii, qui in partibus meis regnant: item animalia omnia simul & plantae: denique si quid etiam esse in me videtur inanimum. Tum vero alia quidem essendi tantum participia esse videntur, alia vero vivendi, alia magis sentiendi; alia jam rationem habent, alia totam denique vitam. Non enim aequalia passim in rebus non aequalibus requirere decet: neque ut digitus videat, exigendum: sed oculo id est assignandum: digito vero aliud quiddam desiderandum. Id autem esse arbitror, ut sit digitus, propriumque officium peragat.* Interpositis aliis, ita pergit differere: ὥσπερ τυχόντος ἐ παντὸς τὸ ἐν τῷ ζώῳ ὀφθαλμὸς τυγὸ, ὅτως δ' ὁ λόγος παντὸς θεὸς εἰσελθών· ἀλλὰ τὸ μὲν θεὸς, τὸ δ' δαίμονας δλίγους φύσιν, εἶτα ἀνθρώπους, ἢ ζῶα ἀφυξίς, ἐ φθόνος, ἀλλὰ λέγω παντελίως τοιοῦτο ἔχειν· ἡμεῖς δ' ὥσπερ οἱ ἄκροι γεωμέτραι τύχης αἰτοῦν), εἰς ἐ καλὸν τὸ χρώμενος πεν-

τυχῶ,

(*) p. 256. (Lib. II. de providentia Ennead. III. Lib. II. c. 3.)

sequutus est vir doctissimus, poëtae orationem & versus exhibere.

(u) *Licet*] His de rebus supra copiosius actum est, quum de natura infiniti ex instituto disputaret vir doctissimus.

(o) *Dissere*] Qui cupidi sunt accuratioris cogni-

Digitized by Google

τυχὸν, ὁ δὲ ἄνθρωπος τὰ πανταχοῦ ἀπέδωκεν, ἑκάστῳ τόπῳ ἡ τίνι δεῖται μέμφεται, ὅτι μὴ πάντες ὦμοι ἐν αἰτῷ, καὶ τὰ ἑξῆς. *Quemadmodum artifex non omnia, quae in animali sunt, efficit oculos, ita neque ratio fecit omnia Deos: verum alia quidem esse Deos statuit, alia vero daemones, sequenti natura: post haec autem homines, animaliaque deinceps: neque id quidem invidia, sed ratione intellectualem habente varietatem. Nos autem sic affecti sumus, sicut imperiti picturae, qui pictorem damnant, quod non ubique pulcros aeque colores posuerit: pictor autem unicuique parti, quod eam decebat, attribuit. — Praeterea quisnam comoediam, tragoediamque vituperet, quod omnes in ea non sint heroës, sed interfit & servus & rusticus aliquis rudiori voce pronuntians? Poëma tamen non erit pulchrum, si quis inde tollat deteriores, quodve ex cunctis impletur.*

§. XIII. Quis deinde mortalium certus est, opera Dei, creationemque naturae rerum angustos illos terminos atque fines, quos vulgaris hominum opinio & persuasio illis constituere solet, non multum excedere ac transire? Nos plerumque homunculi nubibus divinam terminamus potentiam, aut stellas inerrantes, quas uni & solido infixas esse globo censemus, extremum illud esse vallum & moenia veluti opinamur, quibus concluſa sint, quae divina ratio produxit universa. Hac vero quid opinione incertius? Ex quo quidem intelligere licet, quanta sit illorum perversitas & insscitia, qui vel ideo mundum potuisse meliorem fieri existimant, quoniam amplior & major fingi & creari a Deo potuisset. Valeant illi ex Atheorum grege, qui mundos nobis innumerabiles, suis intervallis seu intermundiis sejunctos, narrant: valeant & *Cartesii* sectatores, qui majorem prae se ferentes modestiam, universitatem corpoream *indefinite extensam* esse praedicant, quamvis ipse magister eorum *Cartesius nullos* eam *habere fines* diserte praeceperit. Mihi enim haec animo sedet sententia, in hunc orbem corporeum neque magnitudinis, neque temporis infinitatem ullo cadere modo posse, eo quod nulla fingi possit tanta magnitudo, cui nihil addere amplius (*n*) liceat. At nihilo tamen minus, quemadmodum nemo nostrum tanta valet virtute ingenii, ut vel quartam, vel etiam centesimam partem magnitudinis, qua solem certo novimus esse praeditum, comprehendere queat animo: ita multo fieri magis potest, ut haec rerum universitas corporea infinitis modis amplior sit arctis & exiguis illis terminis, quibus nostra eam describere solet imaginatio. Qui siderum naturam & motus, coelique rationes accurate speculati sunt aetate nostra, non contemnendis veri simile reddiderunt argumentis, hanc terram, quam incolimus, esse stellam errantem, quae circum solem movetur, solem vero stellam inerrantem in medio vorticis nostri loco positum. Et haec non paucos impulit ratio, ut, praeter hunc nostrum orbem, quem biennio nautae totum obire possunt navigando, alios etiam orbes esse habitabiles, pluresque uno soles, stellis similiter vagis cinctos, existimarent. Quidquid id est, hoc tamen omni caret dubio, stellas inerrantes tam immenso a nobis sejunctos esse intervallo, ut orbis magni diameter nullam, quam percipere nobis liceat, in situ earum parallaxin efficiat. Ex quo quidem probabile fit, reliqua sidera, quae certis infixa locis sunt, aeque magnis inter se quoque spatiis (*o*) distare. Quae dum animo expendimus, tantopere naturam rerum 1180 ampli-

cognitionis rerum illarum, quae hic indicantur potius, quam explicantur, eos recentiores Astronomos adire oportet, ex Anglorum in primis gente, *Isaacum Newtonum*, *Davidem Gregorium*, & qui eorum quoque rationibus inservit, qui his non initiati sunt mysteriis, *Guil. Derhamum*, virum doctissimum, in *Theologia Astronomica*, quae ex Anglico & Gallice & Germanice versa exstat.

Digitized by Google

amplificari & augeri ſentimus, ut *flammantia* illa *mundi moenia*, quae (p) *Lucretius* commemorat, prorſus ex conſpectu noſtro aufugiant. Jam quis ſibi facile ſapiens perſuadeat, infinita haec locorum & immenſa ſpatia, deſerta plane, inculta, & habitatoribus vacua eſſe a Deo relicta, nec usquam, quae ſupremi Numinis gloriam & majeſtatem laudent ac praedicent, naturas reperiri, niſi in anguſto & exili hujus terrae noſtrae angulo? Recordor hic eorum, quae olim Servator noſter pronuntiavit: *In aedibus patris mei multa ſunt* (q) *domicilia:* item ejus, quod *Baruch*, cujus oracula publice in coetibus noſtris praelegi ſolent, cecinit, *Cap.* 3. *O Iſraël, quam magna domus Dei, quam amplus locus poſſeſſionis ejus! Magna adeo ut infinita ſit, alta adeo, ut immenſa.* Haec tamen ita non accipimus verba, quaſi de proprie ita dicta infinitate vates loqueretur: immenſum ea tantum indicant ſpatium, quod omnem hominum opinionem & captum longiſſime ſuperat.

§. XIV. Mittam hanc divinae providentiae defenſionem, modo unum dictis adjecero. Qui divinae providentiae vias omnes atque rationes cognoſcere, & quam ea juſte ac ſapienter in humanis rebus & fatis ordinandis & diſpenſandis verſetur, intelligere volunt, eos antecedentia cum conſequentibus conferre, nec
1181 praeſentia tantum & futura, verum etiam praeterita ſimul intueri decet. Hanc etiam *Plotinus* dudum inculcavit regulam his verbis: (*) *εἰ ἐπίσης ξυνελκτέον ἐπὶ λόγον,*

(*) p. 264. (Ennead. III. L. II. c. 13.)

(p) *Lucretius*] Is de *Epicuro Lib.* I. *vſ.* 73. 74. *p.* 30. *de rerum natura* ſic canit:

Ergo vivida vis animi pervicit, & extra
Proceſſit longe flammantia moenia mundi.

Haec *flammantia mundi moenia* coelum eſſe, ſtellis lucentibus & inſignibus flammis ornatum, facile intelligitur. Sententia poëtae eſt, *Epicurum*, quem unum ſequebatur in philoſophando ducem, ingenio ſeſe ultra aſpectabilem hanc rerum univerſitatem extuliſſe, atque intellexiſſe, praeter hunc orbem, quem incolimus, alios eſſe mundos innumerabiles, neque coelo, quod vulgus opinatur, univerſam rerum naturam terminari.

(q) *Domicilia*] Si, quod videtur, vir doctiſſimus, hunc ita cepit locum *Joh.* XIV. 2. ac ſi Servator noſter dicere voluiſſet, plures & forte meliores hoc noſtro mundos eſſe, equidem cum eo facere nolim, tametſi magnos quosdam homines ab hac non valde remotos eſſe ac fuiſſe ſententia, non ignorem. Munit hic Servator noſter diſcipulos ſuos adverſus triſtitiam, quam ex ejus diſceſſu, quem inſtare dixerat, animis conceperant. Ad hanc vero triſtitiam diſpellendam quid, quaeſo, conſert, non neſcire, multos eſſe mundos, & inter eos quosdam, noſtro mundo meliores & praeſtantiores? [Diſputat contra hanc interpretationem *Chriſt. Wollius Hermeneutica N. T. p.* 272.] Reliquorum interpretum de ſententia hujus dicti opiniones nec enumerare, nec refellere placet. Legantur illae apud *Frid. Adolph. Lampium Comm. in Johannem Tom.* III. *p.* 400. *ſ.* & *Jo. Chriſtoph. Wolfium* in *curis Philologicis in quatuor Euangelia & Actus Apoſt. p.* 441. In plerisque, ut verum fatear, plus mihi videtur eſſe ingenii & acuminis, quam ſimplicitatis & perſpicuitatis. Dicam vero, hac occaſione data, quid ipſemet de hoc loco ſentiam, quem obſcuriorem eſſe, nemo diffitebitur. Exiſtimo vero, ſimplicem hunc in iſtis Servatoris noſtri verbis ſenſum latere reconditum: *Parens meus Rex magnus & potentiſſimus eſt, qui vos omnes tamquam ſervos ſuos in eumdem, quem ipſe habitat locum, omnis felicitatis plenum, recipiet.* Qui ſenſus quod non omnium confeſtim incurrit in oculos, id propterea fit, quod eum Servator proverbio quodam complectitur, quod in ore fuiſſe Judaeorum & reliquorum populorum Orientalium tum temporis videtur. Regum & procerum inter veteres populos, tam ſolem orientem intuentes, quam alios, potentia & magnificentia ex aedium magnam partem, quas incolebant, pulcritudine, dignitate, & amplitudine aeſtimabatur. Hinc *Homerus*, quum Alcinoi, Phaeacum Regis, opes & magnitudinem apte vellet exponere, domus, quam incolebat, ſplendorem, praeſtantiam, & ſtructuram late ac eleganter deſcribit *Odyſſ. Lib.* VII. *vſ.* 86. *ſ.* In his autem veterum Regum domiciliis ut multae eſſent habitationes, neceſſe prorſus erat. Namque moribus ejus aetatis ita comparatum erat, ut optimates gentis, cui Rex imperabat, omnes ejus famuli

Digitized by Google

λέγω, ἃ ἐ περὶ τὸ παρὸν ἑκάστοις φυσὶ βλέπειν, ἀλλὰ περὶ τοὺς παρόδους περιόδους, καὶ εἰς τὸ μέλλον. *Spernendum praeterea non eſt, quod dici ſolet, non decere ſemper ſpectare praeſentia, ſed praeteritos quoque circuitus atque futuros.* Certum eſt, praeceptum hoc, cum a *Plotino*, tum a reliquis familiae, quam affectatus eſt, philoſophis, qui Deum profeſſi ſunt, paulo aliter, atque Chriſtianorum longe maxima pars illud capere poteſt, acceptum & intellectum eſſe. Hoc nempe philoſophorum genus omnes animos ante corpora fuiſſe, integrosque ac puros a Deo quondam eſſe conditos, ſuo vero vitio, quod libertate, qua valebant, immoderatius uterentur, nativam amiſiſſe gloriam, confirmabat. Hac enim ſeſe una ratione difficultates expedire omnes poſſe, putabant, quas corruptus atque miſer humanae naturae ſtatus in hac vita ſapientioribus offert. Quin etiam hinc ſibi viam patere judicabant explicandi, cur tanta ingeniorum & morum eſſet a teneris annis inter homines varietas, pauciſſimique paribus fatis uterentur. Omnem nempe hanc, qua homines disjunguntur, differentiam ἐκ τῶν προβεβιωμένων, *ex diverſis vitae rationibus, quas ſequuti fuiſſent, priusquam corporibus jungerentur animi*, natam eſſe, diſputabant. (*) A quibus ſententiis tametſi non abhorruerint ex antiquis Chriſtianorum doctoribus (*r*) aliqui, maxime uſitata tamen Chriſtianorum diſciplina haud eas omnes patitur probari. Plerique omnes nimirum, qui *Chriſti* hodie nomen profitentur, hoc primum concedunt, omnes homines certa ratione in primo homine,

(*) Sic *Hierocles*: ὅτι ἁμαρτάνει ὁ ἄγαθὸς τὸν γοῦν Θ', ᾧ πολλῶν μυριάσιν ἀφίλεω εἴρηται. p. 157.

muli atque miniſtri, tota denique familia in una, eademque, qua ille, ſimul domo commorarentur. Apud *Homerum* in Alcinoi, Regis, aedibus non modo filii ejus, *Odyſſ. Lib.* VII. *vſ.* 4. *ſ.* ſed etiam principes Phaeacum *vſ.* 88. *ſ.* una habitant. In perpulchra Priami domo quinquaginta erant, ut idem poëta tradit *Iliados Lib.* VI. *vſ.* 244. thalami, quos filii ejus una cum uxoribus, & totidem, quos filiae ejus cum maritis occupabant: ex quo apparet, palatium hoc non potuiſſe non eſſe ſpatioſiſſimum, multisque propterea domiciliis & conclavibus inſtructum fuiſſe. Alios veterum, ex quibus idem intelligitur, locos afferre, nec vacat, nec opus eſt. Quo igitur major & potentior Rex aliquis erat, eo plures μονὰς & habitationes in aedibus, quas incolebat, eſſe debebant, quae toti ejus familiae, & omnibus rerum adminiſtris commodas ſedes praeberent. Atque hinc, ſuſpicor, natam eſſe conſuetudinem, ut, quem vellent magnum, potentem, & ſplendidum dicere Regem, eum aedes habere dicerent ampliſſimas, & in multas habitationes diſtinctas, ſeu, quod idem erat, magnam ſervorum & famulorum copiam alere. Quare Chriſtus, quum in patris ſui domo multas eſſe habitationes dicit, hoc ſibi velle, mihi videtur: *Nolite timere: ſed ſpem omnem & fiduciam in Deo & in me ponite: Quod ſi enim hic forte multis expoſiti eritis calamitatibus, pater meus, cujus vos eſtis famuli & ſervi, Dominus eſt, qui ampliſſimam habet & ſplendidam domum, id eſt, qui ſummis valet opibus & infinita potentia & famulis ſuis ideo, quae hic amittunt, in illa domo, largiter reddet. Quemadmodum enim hujus orbis Reges eos, quorum utuntur opera & conſiliis, in magnificas aedes ſuas recipiunt, ibique commode ac honorifice collocant: ita & vos in ſempiternam illam patris mei commorationem aliquando migrabitis. Et ego jam eo abeo, ut ſedem vobis & domicilium ibi praeparem.* Non poſſum, quin praetercundo hic obſervem, Servatorem noſtrum aperte aliquot locis in ultimis ad diſcipulos ſermonibus, ad morem illum Regum Orientalium, miniſtris ſuis μονὰς ſeu ſedes in illis ipſis aedibus, quas incolebant, aſſignandi, digitum intendere. *Joh.* XII. 26. καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται. Et paullo poſt illa verba, quae hic interpretari conati ſumus *Joh.* XIV. 3. Παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτὸν· ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ καὶ ὑμεῖς ἦτε. Putem obſervationem hanc non nihil ad noſtram expoſitionem confirmandam & roborandam conducere. Locus *Baruci*, quem hic etiam *Cudworthus* teſtatur, *Cap.* 3. 24. 25. pariter de multitudine mundorum accipi nullo modo debet. Nam, quod ex conſequentibus manifeſtum eſt, loquitur tantum vates de mundo noſtro, quem incolimus.

(*r*) *Aliqui*] Praecipuos veterum Chriſtianae civitatis doctorum, qui, praeter *Origenem*, hanc approbarunt de animis ante corpora exſiſtentibus doctrinam, nominat *Petr. Daniel Huetius* in *Origenianis Lib.* II. *Quaeſt.* VI. §. 10. *p.* 97.

mine, antequam nascerentur, exstitisse, in hoc omnes castos & puros esse conditos, hoc peccante, peccasse, ideoque poenas delicti in Adamo commissi universos hodie sustinere, corruptisque animis & corporibus in hanc lucem prodire. Ita satis declarari arbitrantur, unde ista labes, quae hominum omnium naturam deformat, profecta sit: quam ob caussam quoque omnes (*) *φύσει τέκνα ὀργῆς, natura filii irae*, dicimur. Si deinde, quid sit, quaeratur, cur conditiones hominum tantopere differant, hique secundis, illi adversis & asperioribus rebus utantur, omnes Christianae religionis antistites ad divinam sese referunt providentiam: quam quidem semper ajunt, juste ac sapienter res humanas administrare, etsi minori & hebetiori nos simus ingenio, quam ut omnia ejus consilia perspicere valeamus. Ipse *Origenes* intra hos sese fines modeste continet, quum ad hancce quaestionem enodandam aggreditur. Adjiciam verba ejus ex *tertio contra Celsum* libro: (†) *πολλοῖς δὲ καὶ τῶν ἀνατροφῆς πούτους γεγόνῃ, ὡς μηδὲ φαντασίαν ἀγαθοῦ τινὸς προειλῆφθαι λαβεῖν· ἀλλ' ἀεὶ δὲ ἐκ πρώτης ἡλικίας ἤτοι ἐν παιδικοῖς τισὶν ἀηδόσιν ἀνδράσιν, ἢ διεφθαρμένοις, ἢ ἐν ἄλλῃ τινὶ κωλύσει τὴν ψυχὴν ἀναβλέψαι πεπηδαμονίᾳ· τὰς δὲ περὶ τούτων αἰτίας πάντως μὲν εἰκὸς εἶναι, ἐν τοῖς τῆς προνοίας λόγοις· οὐκέτι δὲ εὔτυχὲς εἰς ἀνθρώπους ἐκ θεωρίας. Multis talis educatio & institutio contigit, ut ne imaginari quidem sinantur boni quidpiam: sed statim a prima aetate hominibus luxu libidineque perditis aut heris suis sunt in deliciis, aut alio quopiam infortunio gravante nequeunt animi oculos attollere. Harum rerum caussas omnino verisimile est esse in providentiae rationibus, tametsi non facile cadant in cognitionem hominum.*

1182 §. XV. Tertium restat impiae cohortis in divinam providentiam argumentum, quod nunc adoriemur. Fieri nullo modo posse dictitant, ut una simplexque natura rebus omnibus & ordinandis & animadvertendis sufficiat, quae universo in terrarum orbe accidunt & geruntur. Quod si tamen fieri hoc quadam ratione posset, vitam naturae ejus aerumnosissimam & miserrimam fore, totque cum molestiis & negotiis conjunctam, ut nihil in ea verae felicitatis consistere ac commorari posset. Addunt naturam infinitae potentiae compotem, cui nihil queat resistere, nullam salutis & quietis aliarum rerum rationem esse habituram: nullius enim talem naturam opis vel auxilii indigere: omnis vero benevolentiae & amoris parentem & magistram inopiam & imbecillitatem esse. Quare naturam, cui nihil queat obsistere, sua fore felicitate ac tranquillitate contentam, rerum vero omnium reliquarum prorsus negligentem, concludunt.

§. XVI. Respondeamus ordine. Principio tametsi certum est, nostram, ceterarumque naturarum omnium, quas Deus condidit, tantam esse imbecillitatem, ut plura uno tempore vel animadvertere, vel agere nequeamus, Deum tamen, quem

(*) Eph. II. 3. (†) p. 134.

(s) *Distrahit*] Non dissimili ratione *Socrates* apud *Xenophontem* philosophatur, *de dictis & factis Socratis memorabil. Lib.* I. *p.* 575. ubi praeclare pro divina providentia & religione adversus Aristodemum aliquem verba facit: *καταμανθάνει ὅτι οὐ ὁ σὸς υἱὸς ἐμοῦ τὸ σὸν σῶμα ὅπως βούλεται μετακινήσει· οὐδὲ ἂν χρὴ οὐ τὸν ἐν σωτὶ φρονοῦντα τὰ πάντα ὅπως ἂν αὐτῷ ἥδιστα ἔχῃ τύχοις· οὐ μὰ τὸ σὸν μὲ ἔμοιγε δοκεῖ ἐπὶ πολὺ σάλπιγξ ἠχεῖν, ἢ δὲ τοῦ Διὸς ὀφθαλμὸς ἀδύνατον εἶναι ἅμα πάντα ὁρᾶν· μοῦδε τὸν σὸν μὲ ψυχὴν, οὐ περὶ τ' ἰδιωτῶν οὐ περὶ τ' ἐν Αἰγύπτῳ οὐ ἐν Σικελίᾳ δύναται φροντίζειν, τὸν δὲ τοῦ Διὸς φρόνησιν μὴ ἱκανὴν εἶναι ἅμα πάντων ἐπιμελεῖσθαι. Animadverte, mentem tuam etiam, dum inest in corpore, ex*

Digitized by Google

quem infinite perfectum eſſe, nec potentiae aliquid, vel cognitionis ac ſcientiae deſiderare novimus, ex noſtro judicare velle ingenio, ſummae levitatis & inſcitiae eſt. Suo nimirum pede & modulo, quod Deum homines metiri audent, id nihil, quam *idolum ſpecus* eſt, ut ita loquar. Certe ſi nihil eſſet in tota rerum natura, praeter id, cujus homines plenam animis notionem informare poſſunt, nec Deus eſſe ullus poſſet. Sol, quo orbis noſter illuſtratur, ſi animal eſſet, vitaque ejus tam late pateret, atque lux & radii, quos fundit, patent, haud dubie ſidus hoc ómnes materiae particulas, quas radii ejus longe lateque ſuſi attingunt, ſentiret ac videret. Atqui quotquot ſunt res a Deo conditae, illae, certo quodam ſenſu, nihil ſunt, quam radii divinitatis. Ex quo conficitur, non poſſe non Deum, quae ex ſua natura fluxerunt & manarunt omnia, videre ac percipere. Ipſi homines multa ſimul negotia, variis in locis, adminiſtrare ac ſine magna perturbatione ac moleſtia gubernare poſſunt. Et quis neſcit, quanta, quam infinita fere notionum multitudo in mente noſtra recondita ſit, quas inter nulla tamen viget contentio & diſcordia? Nec altera tamen harum notionum oppugnat alteram, nec varietas & multitudo earum animum noſtrum diſturbat ac (*s*) diſtrahit.

§. XVII. His qui nondum commoventur, ut quieſcant, illi, quo mentium ſuarum aegrotantium & laborantium ſollicitudinem ſanent, in illis, quae ſupra jam obſervavimus, reperient: Non eſſe neceſſarium, ut ipſum Deum αὐτουργὸν ἄνωθεν, omnia ſuis veluti manibus conſtruere & perficere credamus, ſed conſiliorum, operumque ſuorum inferiores miniſtros divinam habere rationem, in quos partem curarum ſuarum, quibus eam mortales obrui & opprimi opinantur, conjiciat. Primum genitricem quamdam naturam adeſſe Deo, probabile eſt, quae, ipſa licet ratione & interiori ſenſu vacet, via tamen & ratione in diſponenda univerſitatis hujus materia progrediatur, ad perfectiſſimae mentis normam & voluntatem fingat omnia, in primis animalium fabricetur corpora. In hac nos natura ſuis veluti tenebris elicienda & adverſus aliorum machinas defendenda ſuperius multum operis & diligentiae poſuimus; quod partim ideo fecimus, ne divina prorſus providentia ab omni inferioris hujus orbis gubernatione & adminiſtratione excluderetur, nec quae fiunt in hoc orbe omnia brutae materiae temere ac fortuito concitatae, nullaque ratione ac mente impulſae, opera eſſe cenſerentur: partim eam propter cauſſam, ne Deus ipſe cuncta, nulla cauſſa naturali voluntati 1183
ejus & imperio inſerviente, perficere & exſequi videretur. Tanta enim eſt humanarum mentium caligo & miſeria, ut, ſi Deum ipſum omnibus audiant naturae operibus praepoſitum eſſe, & omnem tolli libertatem judicent, & nihil Deo eſſe laborioſius & a tranquillitate remotius (*t*) arbitrentur. Hinc etiam (*v*) *Plato* eſſe faſſus

ex arbitratu ſuo corpus gubernare. Quamobrem exiſtimandum eſt, ſapientiam illam, quae eſt in hoc univerſo, ſic omnia regere, quemadmodum ipſi gratum eſt. Num tuus oculus ad multa usque ſtadia pertingere poteſt, & non poteſt Dei oculus ſimul omnia intueri? numque tuus animus tum de rebus, quae hic accidunt, tum de illis, quae in Aegypto ſunt & Sicilia, cogitare poteſt: & non poteſt Dei ſapientia ſimul omnium habere curam?

(*t*) *Arbitrentur*] His de omnibus quid ſentiam ſupra jam perſpicue ſatis expoſui, quum *de natura genitrice* ex inſtituto diſputarem.

(*v*) *Plato*] Locus hic *Platonis* in *Timaeo* legitur §. 30. p. 256. Sed nec iisdem, quibus a *Platone* perſcriptus eſt, verbis hic recitatur, nec ad naturam genitricem pertinet. Vide, quae ſupra ad *Diſſ. de natura genitrice* §. 6. *Not.* z. p. 158. monuimus.

(*x*) *Plato*]

Digitized by Google

ſaſſus eſt, ἐμφυτ@- φύσεως αἰτίας αἷς διακρινούσαις χρῆται ὁ θεὸς, *certas naturae prudentis, id eſt, arte ac ordine agentis cauſſas, quibus Deus, tamquam adminiſtris, in hujus orbis adminiſtratione utatur.* Ad hanc deinde naturam inſtinctus illi & appetitus accedunt, animalibus omnibus inſiti, quibus ea moventur & incitantur, ut res & ſibi & toti rerum naturae ſalutares appetant, etiamſi nec quid, nec quo agant conſilio, intelligant. Hi naturae motus pars veluti quaedam ſunt divini fati ſeu providentiae in ipſis naturae rebus praeſentis, quoniam divinae providentiae mandatis & voluntati parent ſemper & obediunt. Principem vero locum in illis, quae Deo gubernanti praeſto ſunt, naturae obtinent rationis & prudentiae participes, quibus, tamquam manibus & oculis, ſummum Numen utitur: daemones & angelos intelligo, quorum eſt, homines tueri & regere, res humanas procurare, opera denique naturae conſilio & arte temperare. Horum geniorum ſinguli certis praefecti ſunt muneribus, ſuasque veluti provincias obeunt. Praeclare de illis (x) *Plato:* τίνας οὖν ἀρχὰς πεφυτεύμενα ἑκάστοις, ὅτι τὸ σμικρόταλον ἀεὶ παθὸν ἢ ποιῆσαι. *His ſingulis praepoſiti ſunt principes, qui minimarum etiam actionum, paſſionumque curam habent.* Omnes autem has inferiores cauſſas divina, quae numquam ceſſat, praepotentis Dei ſapientia obſervat: haec prudentiſſime, quae fiant & agantur, animadvertit: haec denique interdum extra ordinem, vim & decretum ſuum interponit.

§. XVIII. His poſitis, nihil eſt omnino, cur quoddam genus imitemur, quod ſe Dei non melius putat conſulere poſſe quieti & tranquillitati, quam ſi providentiam ejus rerum tantum paucarum, illarum videlicet, quae ceteris magnitudine & gravitate praeſtant, adminiſtrationi praeeſſe ſtatuat. Licet enim non modo, ſed oportet etiam ſic conſtituere, omnia, maxima, minima, curae atque gubernationi ejus ſubjecta eſſe. Neque vero cuiquam majora & graviora negotia integrum eſt adminiſtrare, niſi & minorum idem aliquam rationem habeat: (y) καὶ γὰρ ἄνευ σμικρῶν τὰς μεγάλας φασὶν οἱ λιθολόγοι λίθους εὖ κεῖσθαι. *Nam lapides quoque magnos ſine parvis bene collocari negant architecti.* Certum eſt, nec imperatores, nec patres familias, nec navium gubernatores, nec machinarum fabros ſuo fungi rite poſſe officio, niſi aequa lege & majores res & minores ingenio comprehenſas habeant, ſuisque conſiliis & rationibus temperent. Μὴ τοίνυν, inquit, quem paullo ante nominavi, (z) philoſophus, τοῦτο θεῶν ἀξιώσωμέν ποτε θνητῶν δημιουργῶν φαυλότερον, οἵ τὰ σμικρὰ καὶ τῇδε κἀκεῖσε ἔχοντα, ὅσῳπερ ἂν ἐμπειρότεροι ὦσι, τόσῳ ἀκριβέστερα καὶ πλείονα μιᾷ τέχνῃ σμικρὰ καὶ μεγάλα ἀπεργάζονται. *Caveamus, ne Deum mortalibus opificibus viliorem putemus; Iſti ſane quanto peritiores ſunt, tanto arte una in propriis ipſorum operibus & parva ſimul & magna exquiſitius abſolutiusque perficiunt.* Interea ſupremum tamen & maximum divinae providentiae munus eſt, animis conſulere, naturasque rationis participes certis legibus gubernare: quam rem breviter *Plato* his verbis complexus eſt: (*) ἄλλο ἄλλο ἔχον τῷ πεπαυμένῃ λείπειν πλοῦ μεταβάντα τὸ μὲν ἄμεινον χειμάζον εἰς βελτίω τέλος, χεῖρον δὲ εἰς τὰ χείρω, κ. τ. λ. *Nihil aliud harum rerum ordinatori, tamquam talos jacienti, reſtat, quam ut quaſi tranſponendo permutet,*

(*) p. 903. (loc. cit. p. 672.)

(x) *Plato*] *Libro* X. *de legibus p.* 671.
(y) καὶ γὰρ] *Platonis* haec verba ſunt ex *Libro* X. *de legibus p.* 671. Ex quo quidem pleraque deprompta ſunt, quae hic leguntur. Nam ex inſti-

tet, meliores quidem mores in meliorem locum, in deteriorem autem, deteriores, aut, quemadmodum poſtea addit, ut res uniuscujusque ita hic regat & moderetur, *quo virtus vincat & de vitio triumphet:* Νικᾶσαν ἀρετὴν, ἐπικρατοῦσαν ἢ κακίαν. Haec, ut arbitror, ſatis habebunt virtutis ad eos roborandos, quibus tantae ſunt animi anguſtiae, ut, qui Deum rebus humanis providere ac conſulere ſtatuunt, omni eum quiete & tranquillitate ſimul privare, ſibi temere perſuadeant.

§. XIX. Reliqua quae proferunt religionum contemtores ad firmandam, quam 1184
nunc refellimus, orationem ſuam, vix, quae refutentur, digna ſunt. Omnem, ajunt, amorem in animantibus ratione praeditis ex illo proficiſci ſtudio, quo erga ſemetipſos feruntur. Quod aliis bene cupimus & eorum commodis ſtudemus, id egeſtatis noſtrae atque imbecillitatis documentum eſſe: Nullam naturam, niſi quae ſibi ab aliis metuat, in aliarum naturarum ſalute tuenda elaborare ſolere: Igitur quae infinita gaudeat potentia, nec cujusquam rei indigeat, naturam, eam nec benevolentia & amore moveri, nec cuiquam ſalutem & opem ferre. Haec vero nil niſi vana ſunt ſomnia & commenta, quae homines a Deo averſos pravo admodum ingenio, humilibus ac depreſſis animis, corruptiſſimis denique moribus eſſe, declarant. Aeque ſtolidum & iniquum eſt hoc eorum (*a*) ſcitum: Quod perfecte beatum eſt, id nec habet, quod agat, aliquid, nec moleſtiam aliis exhibet, ſed quiete ac tranquillitate ſua placide fruitur. Quibus hoc arridet placitum, eos meminiſſe decebat, nihil nobis ipſis majorem concitare moleſtiam, quam hanc ipſam, quam divinae naturae tribuunt, ἀπραξίαν, ſeu laboris omnis vacuitatem. Deo vero, qui res omnes perfectione ſuperat, tam facile eſt operari & agere, quam eſſe ac exiſtere.

§ XX. Succedunt nunc, de quibus dicendum mihi eſſe opinor, tres impiae cohortis quaeſtiones: quas omnium commodiſſime ſequenti ordine collocari poſſe, judico. Primo quaerunt: Si Deus eſt, ſeu perfecta quaedam ratio, ad cujus felicitatem & beatitudinem nihil extrinſecus accedere poteſt, quid, obſecro, tam excellentem naturam impulit, ut hunc orbem fabricaretur & conderet? Deinde: Si Deus non potuit non hanc rerum univerſitatem fabricari, cur non citius & maturius tantum opus aggreſſus eſt? Nam quod tam ſero huic fabricae manum admovit, id aut Deum repente, quum innumerabilia ante ſecula dormiviſſet, experrectum eſſe, aut ſolitudinis tam immenſo intervallo ſatietatem contraxiſſe, ſignificare videtur. Poſtremo: Quae molitio? quae ferramenta? qui vectes? quae machinae? qui miniſtri tanti muneris fuerunt? Quemadmodum parere voluntati architecti aër, ignis, aqua, terra potuerunt? Si corpore praeſertim vacat Deus, quid potuit efficere? Ejusmodi enim natura res tantum ambire & permeare, nihil vero accipere, collocare, ac complecti valet.

§. XXI. Primo igitur cauſſam a nobis ſciſcitantur, propter quam Deus hunc orbem conſtruxerit. Reſpondemus: incredibilem ejus bonitatem, qua permotus fuit,

inſtituto ibi *Plato* adverſus eos diſputat, qui magna Deum curare, minora negligere, cenſent.

(*z*) *Philoſophus*] *Plato Libro X. de legibus* p. 671.

(*a*) *Scitum*] Notum eſt in τοῖς *Epicuri δόγμασι* hoc primo fuiſſe loco poſitum: *Quod beatum eſt, id nec ipſum negotia habet, neque aliis praebet.* Vid. *Diog. Laërtius Libro X. Segm.* 139. p. 661.

fuit, ut alias quoque praeter se naturas beatas & felices esse cuperet, tanti operis ipsi incitamentum fuisse. Quod dum ponimus, minime cum illis pugnamus, qui Deum gloriae & honoris sui caussa naturam rerum fabricatum esse opinantur. Non ignoro, rationem hanc (*b*) *Platino* vehementer displicuisse: γελοῖον, ἵνα τι μάθωμεν, inquit, καὶ μεταφυόμενον ἀπὸ τῶν ἀγαλματοποιῶν τὸ ἐνταῦθα. *Absurdum dictu est, Deum mundum progenuisse, ut honoraretur, eorumque haec opinio est, qui sculptorum nostrorum affectus ad superos transferunt.* Verum is, cur ita statueret, hanc praecipue

(*b*) *Plotino*] *Libro contra Gnosticos Ennead.* II. *Lib.* IX. *Cap.* 4. *p.* 202.

(*c*) *Gloriae*] Quum hac ipsa aetate nostra quaestio, quam hoc loco vir doctissimus attingit, in controversiam denuo inter Philosophos & Theologos vocata fuerit: *Utrum Deus recte dicatur, nec ne; gloriae suae caussa hunc mundum fabricasse?* non inutile erit, paucis eam illustrare ac expedire.

(I.) Platonici plerique omnes praecipiebant olim, Deum ideo hunc orbem & incolas ejus produxisse, ut essent, quos benignitatis ac summae, qua ipse fruitur, felicitatis participes & compotes faceret. Hanc ipse *Plato* assectatoribus suis sententiam commendaverat, qui in *Timaeo* §. 14. *p.* 237. de caussa differens, quae Deum impulerit, ut hunc mundum construeret, ita loquitur: ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐκ ἔστι περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεσθαι φθόνος. *Probitate videlicet praestabat, probus autem invidet nemini. Itaque omnia sui similia genuit.* Sumsit vero hanc opinionem, ut quae de mundi creatione scisciti fere omnia, *Platonem Timaeo Locro*, veteri Pythagoraeo, cujus inspicienda velim *de anima mundi* libellum *p.* 545. *ed. Thom. Gale.* Interest tamen haud parum inter ipsius *Platonis* & juniorum ejus discipulorum in hac re sententiam, tametsi verbis utantur iisdem. Namque *Plato* Deum putabat libere accessisse ad materiam, rudem antea & informem, componendam, disponendam, & exornandam; quocirca proprie vereque statuere poterat, nativam supremi Numinis bonitatem adduxisse illud, ut hanc universitatem sibi condendam sumeret. At recentiores ejus discipuli mundum volunt ex omni aeternitate una cum Deo fuisse, & ab infinito tempore ex ipsa ejus natura necessario fluxisse ac manasse. Quare quum dicunt, Deum bonitate sua commotum terrarum orbem creasse, hoc sibi volunt unice, Deum ex omni aeternitate cum allis bonitatem suam communicasse. Neque antiquis Christiani coetus doctoribus haec displicuit sententia: *Zachar. Mitylenaeus*, philosophus Christianus, in *Dialogo de opificio mundi contra Platonicos p.* 182. ὁ οὐκ ἐξ ὧν οὐκ ἀνάγκης, ἀλλὰ μόνης ἀγαθότητος τὴν δημιουργίαν καὶ ποίησιν τῶνδε τῶν πάντων καθηγήσατο, καὶ σημαντέον καὶ ἐγκωμιαστέον, ὡς ἡ βουλὴ ἄκλητος, καὶ τὸ ὁμοούσιον Πλάτωνος τούτου καὶ μόνην αἰτίαν ἡμῖν λέγοντος τὴν τοῦ ἄλλου συγκατάθεσιν, ἣν ὁ Τίμαιος συνεβούλευε, καὶ φησὶ κ. τ. λ. *Ignoras nonnecessitatem, sed solam bonitatem opificio & effectioni hujus universi principium dedisse, huic praesse ac moderari? Et quidi sis vestrum Platonem, qui hanc & solam mundi constituendi caussam esse dicit in Timaeo.* Lege quoque, si placet, *Athenagoram*, *Libello de resurrectione Cap.* 11. *p.* 174. ubi de caussis, propter quas conditi a Deo sunt homines, verba facit, & inter alia *p.* 178. ita scribit: οὐδὲλον ὅτι κατὰ μὲν τὸ πρῶτον καὶ κυριώτερον λόγον δι' ἑαυτὸν, καὶ τὸν ἐπὶ πᾶσι τὸ δημιουργὸν διαγεγράφηκε ΑΓΑΘΟΤΗΤΑ καὶ σοφίαν ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰ ὅλα. *Satis liquet, quod intuitu primariae & universalis rationis hominem Deus creaverit, ob se ipsum, suamque & bonitatem & sapientiam, quam facile in omnibus rebus creatis perspicias.* Adde *Augustinum Confessionum Lib.* XIII. *Cap.* 2. *f. p.* 170. *Tom.* I. *Opp.* & *de Civit. Dei Lib.* XI. *Cap.* 22. *p.* 219. *Tom.* VII.

(II.) Procedente vero tempore usu sensim inter Theologos invaluit, ut Deus gloriae suae caussa mundum diceretur condidisse: quod recte explicatum & intellectum, id quod paullo post videbimus, nec offensionis habet aliquid, nec offensioni cuiquam diu satis fuit. Superiori demum, ut arbitror, saeculo visa fuit haec loquutio nonnullis monstri nonnihil alere, nostro aperte a nonnullis oppugnata & rejecta est. *Guil. Kingius*, cujus ingeniosus exstat *de origine mali* liber, *Cap.* 1. *Sect.* 3. *p.* 44. *ed. Brem.* hujus libri, *mundum dici* quidem disputat *ad gloriam Dei conditum, sed* id parum proprie & κατάχρησιν fieri, *eodem modo, quo ira, amor, vindicta, oculus & manus Deo tribuantur. Cum Scriptura*, pergit, *nos docet mundum ad gloriam Dei conditum esse: intelligendum est, quod attributa divina, scilicet potentia, bonitas & sapientia, tam clare eluceſcunt in operibus ejus, ac si nihil in animo habuisset ea condendo praeter ostentationem horum, nec potuissent ei fini aptius inservire, si ad gloriam destinata fuissent.* Ipsemet *exercitium potentiae divinae & communicationem bonitatis fines esse contendit, quorum gratia mundus fabrefactus sit:* Non inconcinna est haec communis & pervulgatae sententiae explicatio, neque tamen totum exhaurit dogmatis illius sensum, quo Deus perhibetur gloriae suae caussa hunc orbem machinatus esse: quemadmodum nec *Cudworthi* interpretatio nihil, quod desiderari queat, relinquit. At *Petrus Baylius*, ut nova-

pue habuit cauſſam, quod mundum a Deo non voluntario animi motu creatum, ſed naturali quadam neceſſitate conditum eſſe, judicaret. Neque tamen ſanus quisquam dixerit, Deum ideo unice fabricatum eſſe hanc univerſitatem, ut potentiae ac ſapientiae ſuae ſpecimen quoddam ederet, eoque ſeſe jactaret. Fecit eam, ut bonitatem ſuam cum aliis communicaret, quae vere ac proprie gloria ejus eſt, quemadmodum lux & ſplendor, qui ſolis orbem cingit, vera ſolis eſt (*c*) gloria. Verum inſtant, qui Deum cervicibus ſuis imponi nolunt: Cujus boni

novarum rerum & opinionum vehementer erat cupidus, quum libellum huncce *Kingii* & ſententias eo comprehenſas, emendandas & illuſtrandas ſibi ſumeret, hanc avide complexus eſt, conſueta Theologorum ſcita vituperandi occaſionem, & nullo plane modo Deum dici debere pugnavit, gloriae ſuae rationem in fabricando hoc orbe habuiſſe; quamquam, ſi ſacrae hoc litterae dicant, rationis vocem non eſſe audiendam, ſed divinae potius auctoritati obtemperandum, ſubjicit, *Reponſe aux queſtions d'un Provincial Tom.* II. *Chap.* 74. *p.* 71. - 84. Deum, ait, nullius omnino rei indigere, neque felicitatem ejus vel augeri poſſe, vel diminui: gloriae ſuae cauſſa vero qui ſuſcipiat aliquid, eum aut incrementum, aut conſervationem felicitatis & gloriae ſuae appetere: ipſis in hominibus gloriae cupidinem vitioſam eſſe, multo ergo magis ſupremum Numen dedecere: abſtinendum ergo omnino eſſe ab hoc dogmate, ne in Dei majeſtatem & perfectionem peccemus. Atque haec ejus opinio quum ad Dei videretur jura & gloriam inter homines firmandam facere, in eorum ſeſe animos quoque inſinuavit, qui reliquis hominis ſententiis ceteroquin haud admodum amici fuerunt. Theologi e contrario uſitato in ſcholis ſuis dogmati non interniſerunt adeſſe, commodeque non minus, quam vere, tradi aſſeverarunt, Deum gloriae ſuae cauſſa hanc univerſitatem e nihilo eduxiſſe. Sed diſpari tamen modo & rationibus hoc negotium aggreſſi ſunt; quod confeſtim patebit illi, qui ea, quae vener. *Jo. Chriſtoph. Wolfius* in *Manichaeiſmo ante Manichaeos Sect.* III. §. 11. *p.* 348. *ſ.* Vener. *Chriſt. Eberh. Weismannus Diſſ. ſecunda de providentia Dei circa malum* §. 12. *p.* 49. & clar. *Frider. Simon Loeſlerus* in *explanatione parabolae de operariis in vinea* §. 111. *p.* 284. erudite de hoc argumento in medium protulerunt, inter ſe contulerit. Mittam nunc ea, quae alii jam monuerunt, &, quid mihi videatur, breviter tantum exponam.

(III.) Nec auctoritate deſtituuntur, nec rationibus, qui Deum ad gloriam ſuam mundum ſtatuunt creaſſe. Auctoritatem, id quod ab aliis jam obſervatum eſt, ſummam *Paulus* ipſis ſuppeditat, qui *Epheſ.* I. 12. 14. & alias, homines ad ſalutem diu ante a Deo deſtinatos eſſe docet, εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ. Quidni etiam ad hujus dicti imitationem dicere liceat: mundum factum eſſe *εἰς ἔπαινον δόξης τοῦ Θεοῦ*, *ad laudem divinae gloriae*? Rationes non deeſſe illis, qui de fine creationis hac ratione loquuntur, ſtatim apparebit, modo vis & ſententia, quam doctores Chriſtiani ſuis verbis ſubjiciunt, declaretur. Quicumque Deum gloriae ſuae cauſſa mundum creaſſe ſciſcunt, non tam vani ſunt & inepti, ut Deum ſibi perſuadeant, ſtudio laudum & gloriae ferri, eoque accenſum & inflammatum hoc opus molitum eſſe. Ita quidem intellexit *Baylius* ſententiam eorum; ſed invitis id fecit omnibus ſapientibus, quorum nulli ejuſmodi aliquid in mentem venit. Exulet aeternum civitate Chriſtiana, qui tam abjecte de Deo ſentit, ut eum putet ideo agere aliquid poſſe, quo laudatorum & praeconum ſibi copiam comparet. Explicant e contrario Theologi plerique dogma, cujus res hic agitur, his verbis: *Deus gloriae ſuae cauſſa mundum fecit, id eſt, ſapientiae, bonitatis & potentiae ſuae praefaciendae cauſſa.* Vid. *Gerh. Jo. Voſſii Theſes Theolog. & Hiſt. Diſſ.* I. *de creatione p.* 12. Ex quo patet, nomine *gloriae* perfectiones eas Dei, ex quibus *gloria* ejus naſcitur, indicari, & *effectum* ideo, quod uſitatum in omnibus linguis eſt, pro *cauſſa* in hac propoſitione poni. Effectus ſimilium cognitionis divinarum virtutum neceſſarius, honos eſt & gloria ſupremi Numinis. Quicumque igitur ferre nolunt hoc praeceptum, eos oſtendere oportet, Deum non eo conſilio rerum naturam condidiſſe, ut ſummarum perfectionum ſuarum notiones in hominum animis informaret, non autem de vocabulo *gloria* inanes concitare liticulas & de verbis rixari. Sed melius fortaſſis ex illis, quae jam dicturi ſumus, intelligetur, ſenſu optimo & ſupremo Numine digno ſanctioris ſapientiae conſultos, de fine creationis hujus mundi ita, uti loqui ſolent, loqui poſſe.

(IV.) Deus homines & naturas rationis compotes eo conſilio condidit, ut eſſent, quibus bonitatis ſuae theſauros impertiret, quosve cum in hac vita, tum poſt eam beatos & felices reddere poſſet. Verae autem felicitatis neque in hac vita, neque in futura participes fieri poſſunt naturae ratione valentes, id quod facili licet negotio oſtendere, niſi auctorem & conditorem ſuum cognoſcant, & eo modo, qui perfectionibus ejus conſentaneus eſt, colant & revereantur. Tum demum civibus bene eſt, quum Regis ſui ſapientiam & gloriam intelligunt, legibusque ſapienter

1185 boni homines feciſſent jacturam, ſi numquam fuiſſent nati & facti? In promtu eſt reſponſio: Nullo frui potuiſſent bono, nulliusque felicitatis participes eſſe potuiſſent. Praeterea, ſi nullas omnino naturas condidiſſet Deus ratione praeditas, aut propter impotentiam ſterilitatemque naturae ejus id intermiſiſſet, aut quod invidioſo quodam & vitioſo ſuimetipſius amore aegrotaſſet, aut denique quod be-
1186 nignitatis ac benevolentiae parum habuiſſet: Atqui horum nihil in Deum, quem omnes, quae cogitari poſſunt, perfectiones exornant, cadit. Sed quid verbis opus eſt? Satis erit, ſi quaeſtionem propoſitam retorqueamus & viciſſim Dei contemtores interrogemus: Quidnam inde mali referemus, ſi eſſe deſinamus, & in nihilum redeamus? Cur igitur hi religionum adverſarii mortem aeque fugiunt & formidant, ac ceteri homines?

1187 §. XXII. Quaerunt deinde ex nobis: Quum Dei bonitas ejusdem ſit, cujus ipſe Deus, aeternitatis, quid, quaeſo, cauſſae eſt, quod tam ſero orbis hujus fabricationem molitus eſt? Haec quaeſtio anceps & ambigua eſt. Primo enim ſic poteſt intelligi: Quare mundus non ex omni fuit aeternitate, quemadmodum Deus, ejusque bonitas ex infinito tempore exſtitit? Deinde & hoc modo eam capere licet: Si mundum conſtat non potuiſſe ex omni aeternitate exſiſtere, quare non citius tamen, ſed tam immenſo intervallo praeterlapſo, demum factus eſt? In utraque hac quaeſtione homines impii hoc pro conceſſo ſumunt, naturam rerum coepiſſe aliquando, neque ex omni aeternitate fuiſſe. Nos non inopiam quam-

& juſte ab eo rogatis obediunt: tumque hominum ſalus & felicitas perficitur, quum & Dei, cui omnia debent, perfectiones vident, & ad ejus reverentiam & honorem illis adduci ſeſe patiuntur. Quocirca Deus, quum ſalvos & felices eſſe vellet homines, non potuit non ab illis exigere & flagitare, ut ſemet cognoſcere atque rite colere ſtuderent. Recte ergo Deus & apte dicitur homines propter gloriam ſuam condidiſſe, id eſt, ideo creaſſe, ut ſemet colerent & obſervarent. Natura enim quum amantiſſimus ſit eorum, non poteſt non velle, ut recta ſui notitia imbuantur & ſemet juſto cultu & honoribus afficiant: ex quo quidem vera ſalus mortalium conſequitur. De fine mundi a Deo conſtructi idem commode traditur. Machinatus eſt ideo Deus hunc mundum, ut homines in eo feliciter viverent, & ad meliorem poſt corporis obitum vitam ſeſe praepararent. Sine recta vero Dei cognitione nec feliciter & beate hic vivere aliquis, neque de futura felicitate ſua certus eſſe poteſt. Et Deum rurſus nemo rite cognoſcit, quin eum ſimul & animo, & ore, & factis laudet atque honoret. Decuit ergo ſupremum Numen mundum hunc eo modo conſtruere & fabricari, ut ex ejus inſpectione incolae ſtatim conditoris majeſtatem & perfectiones perſpicere valerent: quod quum fecit, mundum ſimul ad gloriam ſuam condidit, quae indiſſolubili vinculo cum notitia & cognitione ejus copulata eſt. Belle S. *Paulus* hanc explicationem & ſententiam confirmat *Rom.* I. 19. *ſ.* Deum enim, ait, gentibus perfectiones ſuas patefeciſſe: namque *vſ.* 20. ex mundi hujus aſpectabilis contemplatione δυναμιν & θειοτητα, *potentiam & deitatem*, ſeu, ut ego verbum θειοτης hic vertendum eſſe puto, *ſapientiam* ejus luculenter potuiſſe intelligi ab illis. Ex hac vero cognitione, ſtatim ſubjicit, debuiſſe laudes & celebrationem Dei fluere: verum populos officii hujus oblitos fuiſſe *vſ.* 21. διοτι γνοντες τ θεον, ουχ ως θεον εδοξασαν, η ηυχαριστησαν· αλλ' εματαιωθησαν. Juſtus ſapiensque Rex, quum videt rei publicae multum intereſſe, ut cives magnificam de ſe rebusque ſuis opinionem animis concipiant, omni ſtudio id curare debet & agere, ut hanc opinionem de ſe omnium inſtillet mentibus. Non diſſimili ratione divinam oportuit ſapientiam, quae hominum ſalutem cum ſua gloria ſemper conjunctam fore, animadvertit, ſic omnia diſponere atque comparare, ut virtus & majeſtas ſua pateret omnibus. Non ille ſui cauſſa gloriam inter homines appetit, nec laudum noſtrarum & cultus noſtri vel indiget, vel cupidus eſt, verum ſalutis noſtrae gratia, bonitate ſola & amore ductus, ita temperat omnia, ut gloria ejus non poſſit non exſiſtere. Quae quum ita ſint, tantum abeſt, ut vere pugnent inter ſe, qui vel Deum ideo hunc mundum creaſſe ſtatuunt, ut bonitatis ſuae fructus cum aliis communicaret, vel gloriam ſuam cum in fabricatione mundi ſpectaſſe pothibent, ut potius amice inter ſe conſentiant & ſeſe mutuo ſuſtentent. Dum homines Deus

&

quamdam benignitatis in divina voluntate obſtitiſſe, quo minus ab aeterno fingeretur mundus, reſpondemus, verum per ipſam ejus naturam, quae longe a perfectione diſtat, per ipſam ejus neceſſitatem ac materiae indolem, fieri nulla ratione potuiſſe, ut ex infinito tempore eſſet, decernimus. Fatcor enim valde proclivem me eſſe ad eorum ſententiam, qui, mundum ab aeterno futurum fuiſſe, ſi quidem fieri id ullo modo potuiſſet, (*d*) ſtatuunt. Atque *Philoponum* video in confutatione argumentorum, quibus *Proclus* pro aeternitate mundi pugnaverat, idem prorſus ſenſiſſe: (*) καὶ ἡμεῖς ἄρα μὴ εἶναι τὸν κόσμον ἀίδιον ὑποτιθέμεθα, ὅτι τὸ εἶναι τὸν θεὸν ἀεὶ ἀγαθὸν ἀφαιρούμεθα, ὅτι ἀσθένειαν τοῦ δημιουργικῆς αὐτοῦ κατηγορεῖμεν δυνάμεως· ἀλλὰ μὴ δύνασθαι ἀεὶ εἶναι τὸν κόσμον διὰ αἰτίαν ἣν ὁ γενόμενος φύσιν ὑποτιθέμεθα. *Nos ipſi etiam aſſumimus, quod mundus ab aeterno non exſtitit, id minime inopiae cuidam bonitatis vel potentiae in Deo adſcribendum eſſe, ſed mundum ideo non fuiſſe ab aeterno, quia non potuit ab aeterno eſſe.* Binas autem affert cauſſas in ſequentibus verbis, propter quas fieri nullo modo potuiſſe cenſet, ut aeternus eſſet hicce mundus, ὅτι τὸ ἄπειρον κατ' ἐνέργειαν ὑπόστασιν, ἢ διεξίτηλον εἶναι, ἀδύνατον ἦν· καὶ ὅτι συναίδιον εἶναι τῷ ποιητῇ τὸ γενόμενον φύσιν οὐκ ἔχει. *Primum, quia nihil reapſe infinitum eſſe, & ſimul tamen fluere ac decurrere poteſt, quemadmodum omnis praeterita mundi duratio effluxit: Deinde quia id, quod ab alio factum & conditum eſt, non poteſt aequale & coaeternum eſſe conditori ſuo.* Sacra Chriſtiana quum *Philoponus* probaverit, haud putem probabile, his eum verbis aeternam filii Dei generationem oppugnare voluiſſe, ſed hoc eum tantum conſtituere reor, nihil, quod vere ac proprie a Deo factum eſt ac

(*) p. 4. (ed. Trincavell.)

& mundum condidit, quo haberet, quibus benefaceret, ſimul gloriam ſuam ſtabilivit: dumque gloriam ſuam in mundo declaravit, hominum ſimul ſaluti conſuluit.

(V.) Ab his non multum diſtant, niſi fallor, quae *Jo. Clericus* ad hunc *Cudworthi* locum explanandum diſſeruit, *Biblioth. Choiſie Tom.* IX. p. 69. Quare verba ejus ex Gallico fideliter Latine vertam: *Accurate*, inquit, *& proprie ſi loquendum ſit, Deus ideo unice alias naturas fecit, ut naturae ſuae, quae perfectiſſima eſt, convenienter ageret: quae quidem id flagitabat. Hoc principium illud eſt, ad quod omnes Dei actiones referri debent. Quemadmodum enim nihil eum cogere poteſt, ut agat aliquid perfectionibus ſuis contrarium: ita nec obſiſtere poteſt ei aliquid, ne perfectionibus ſuis convenienter operetur. Nihilo tamen minus ſacrae litterae nonnumquam Deum dicunt ob gloriam ſuam agere & egiſſe aliquid: quod non ita capi debet, ac ſi finis ejus primarius eſſet, verum conditarum admirationem & laudes ſibi acquirere: nam hoc illud eſt, quod inter homines gloriam Dei vocant: ſed hoc ſibi volunt ſacri ſcriptores, Deum, quum finem ſuum ob oculos habet poſitum, ſeu, quod idem eſt, accommodate ad perfectiones ſuas agit, neceſſario admirationem & laudes omnium naturarum intelligentium, quae quidem recte utuntur ratione ſua, ſibi comparare. Quin etiam Deus hominibus laudes & gloriam ſuam, tamquam neceſſarium officium, imperat: non ideo, ac ſi laudibus eorum egeret, aut felicitas ejus alienis laudibus augeri poſſet, ſed quo homines id agant, quod ratio, qua inſtruxit eos, poſtulat & iſta ratione ipſimet beati ac felices evadant. Nullus enim homo, nulla gens veram conſequi poteſt felicitatem, niſi Deum illis, qui debentur ipſi, honoribus afficiat: quod quidem, ſi res ita poſceret, facile oſtendi poſſet. Igitur ob gloriam agere, & ideo agere, ut bonitatis divinae alii participes fiant, duo fines ſunt, qui nullo modo ſibi refragantur.* Qui Theologorum ſcita & dogmata vituperare volunt, eos ante omnia decet & ſententiam eorum inveſtigare, & ſermonis, quo utuntur illi, generi adſueſcere. Sed, ut hodie vivitur, nulli ſunt audaciores & vehementiores in communibus ſententiis & opinionibus vellicandis & reprehendendis, quam illi, qui ne vocabulorum quidem, quibus utimur, veras poteſtates & notiones perſpectas habent.

(*d*) *Statuunt*] Non ſatis aperte, ut opinor, ſententiam ſuam explicat vir doctiſſimus: itaque breviter, quid ſibi velit, declarabo. Sic autem ratiocinari mihi videtur: Quodcumque aeternum eſt, & omnis expers initii, id ſimul perfectiſſimum ſit, oportet. Nulla enim cogitari cauſſa poteſt, quae impediverit, quo minus id, quod ex infinito fuit tempore, non omnium perfectionum parti-

ac conditum, nihil, quod non ipse Deus sit, sine principio aut ex infinito tem-
1188 pore esse posse. Quae quum ita sint, evidens est, quae de mundi novitate garriunt Athei, prorsus vana esse ac futilia, nec quod solent in ore habere dicterium, aut e diuturno somno experrectum esse Deum, aut solitudinis fuisse pertaesum, quum ad mundum accederet condendum, salis aliquid & urbanitatis habere. Si altero sensu quaestio nostra sumatur, atque hoc modo explicetur: Si fieri non potuit, ut ab aeterno esset mundus, cur tamen non maturius, sed tam sero constructus est? totam eam esse nugatoriam & puerilem dicimus. Tempus enim una cum ipso mundo natum est, nec antequam esset tempus, citius aliquid aut serius esse potuit. Quodcumque autem natum est, & initium habuit, id diem aliquando unum fuerit natum, necesse est. Itaque fieri nulla ratione potuit, ut Deus in tempore mundum aedificaret, nec tamen is certo quodam tempore annos tantum quinque vel sex mille natus esset, aut ea semel esset, in qua nunc constitutus est, (*e*) aetate.

1189 §. XXIII. Venio ad postremam quaestionem: Quemadmodum Deus, praesertim si corpore eum carere, certum est, totius mundi materiam movere, efficereque olim potuit, ut ea sibi morem gereret? Hanc ita quaestionem retundendam esse ducimus. Principio, quum Deus rerum omnium parens & auctor sit, nec quidquam sine eo consistat, quum idem res omnes vicissim infinita potentia sua destruere ac delere queat, quas olim condidit, nullum cuiquam esse dubium

potest

ceps esset. Quod perfectissimum est, id fieri nullo modo potest, quin finibus careat omnibus & omni ex parte interminatum sit. Namque finibus certis quod describitur, id a caussa quadam majore & potentiore coarctatur, nec omni ex parte absolutum esse potest. At mundus infinitus esse nequit, ipsaque ejus natura, quo minus infinitus putari queat, resistit: nulla enim magnitudo fieri tanta potest, cui non adjici & addi queat aliquid. Ergo nec aeternus esse potest mundus. Nam si aeternus esset, infinitus quoque esset, quod naturae ejus repugnat, & simul perfectissimus, quod aperte falsum est.

(*e*) *Aetate*] Nititur haec responsio illa, quam supra defendit vir doctissimus, nosque etiam confirmavimus, doctrina, quae aeternitatem esse omnis successionis expertem, fixam, stabilem, & immobilem tradit. Certe, hoc si dederit Atheus, talem esse aeternitatem, & quaerere tamen pergat: Cur Deus non citius naturam rerum condiderit? suam manifesto prodet insciliam, neque dogma sese illud, quod diximus, recte intelligere ostendet. Etenim nullus quum sit temporum ordo in aeternitate, stultum & ineptum est, scisciari, cur hoc non potius, quam alio tempore, supremum Numen rerum universitatem construxerit? Quod, qui sibi vult explicari, is proprie rationem sibi reddi cupit; Quamobrem tempus non fuerit, antequam esset tempus? quod merito absurdum & inficetum dixeris. Eodem fere modo nostra aetate quaestionem hanc dissolvit in *Responsionibus ad Sam. Clarckium*, vir illustris, *Godofr. Guil. Leibnitius*, *Recueil de diverses Pieces sur la Philosophie, par Leibnitz, Clarck, Newton, Tom.* I. *p.* 115. Sed quum haec de aeternitate doctrina multis, quod supra testatum fecimus, tam amicis Dei, quam hostibus ejus, haud probetur, tametsi meo judicio verissima sit, nemo etiam nostrum animum suum ita cogere queat, ut omnem successionem ab aeternitatis notione removeat, non dubito, quin haud paucis haec responsio non omnem tollere difficultatem videatur. Mira est plerorumque hominum, quum de rebus agitur a sensu remotis, imbecillitas & infirmitas: & populares idcirco responsiones plus saepenumero apud animum eorum possunt, quam rationes philosophicae, firmissimae licet sint & solidissimae. Hinc *Jo. Clericus*, cui dogma illud de aeternitate successionis nescia, quod Arminianae familiae conditores repudiarunt, placere haud poterat, aliam ingressus est viam hanc quaestionem enodandi *Biblioth. Choisie Tom.* IX. *p.* 72. *s.* Existimat assumi in hac controversia posse, innumerabiles, ante hunc nostrum, mundos jam exstitisse: Contrarium certe a nullo eorum, qui adversus Deum disputant, ostendi posse: hoc autem sumto, fore, ut animi infinitatis notione veluti obruantur & quaerere desinant, quidnam Deo causae fuerit, cur non citius hanc terram nostram conderet? Mihi ne haec quidem

ratio

poteſt, quin is toti rerum naturae abſolute dominetur, & quae ſunt univerſa, ipſa naturae ſuae lege, mandatis & voluntati ejus obtemperent. Atqui nullum corpus ſemetipſum incitare & movere poteſt. Quare neceſſe eſt, eum, qui princeps materiam commovit, ab omni corpore relictum eſſe. Neque vero hic materiam loci quadam mutatione impellere potuit, quemadmodum corpus ciere aliud corpus ſolet, nec pulſu quodam, ut machinas concitari videmus; eo quod quae ita movent alia, ipſamet primum aliunde impelluntur. Quare hoc unum nobis relictum eſt, ut ſingulari quadam ratione materiam ab eo impulſam & incitatam eſſe credamus, propria nimirum & inſita movendi virtute, id eſt, cogitatione. Quocirca qui ſibi perſuadent ex grege impiorum, Deum corpore vacantem haud potuiſſe mundi materiam commovere, eo quod is nihil potuiſſet amplecti, nihil arripere, ſed permeaſſet tantum materiam, illi in ipſam graviter delinquunt rationem. Nec enim Deus ſic agitat materiam, ut machinae & corpora moventur ab aliis, verum vitali quadam vi ſolaque cogitatione. Ipſae vero mentes noſtrae, quas novimus corpora noſtra imperando ſolum & cogitando gubernare, argumento nobis ſunt minime dubio, naturas cogitantes per ſe naturali quodam in materiam imperio, potentiaque movendi eam valere. Quanto magis igitur virtutis hujus illa mens particeps erit, quae toti praeſidet rerum univerſitati, neque aliquid perfectionis deſiderat? Aut quae intra nosmet ipſos fieri quotidie videmus, repudianda plane ſunt, aut vero confitendum, aeternam illam & praepotentem naturam, multo efficacius, multo facilius, multo promtius totam molem corpoream

ratio ſatis tuta & ad omnes hominum veſanorum exceptiunculas retundendas ex omni parte apta videtur. Itaque judicaverim, ſatius fore, ſi homini litem nobis hac de re moventi, ſimpliciter reſpondeamus, hanc quaeſtionem totam eſſe inſanam & viri ſapientis, quales eſſe tamen volunt religionum contemtores, perſona plane indignam. Aut certum nimirum eſt, orbem hunc a Deo conditum eſſe, aut incertum eſt, rem ita ſeſe habere, aut denique plane hoc falſum eſt. Sive hoc, ſive iſtud, ſive illud eligat homo ejusmodi, inſaniae paucis verbis convictus erit. Si falſum eſſe putat, quod nos tuemur, mundum a Deo eſſe conditum, par eſt, ut rationibus & argumentis hanc nobis ſententiam probet, ſtultum vero & ridiculum, de cauſſis rei cujusdam, quam ipſemet falſam eſſe ducit, cum aliis pugnare. Incertum ſi eſſe cenſet orbis hujus creationem, aequum erit, ut antea de re ipſa diſputemus, quam ad rationes & cauſſas ejus delabamur. Quis enim tam excors eſt, ut prius de virtutibus rei cujusdam diſquirat, aut cur hic, non aliis illa praedita ſit proprietatibus, ſciſcitetur, quam ſciat, utrum res iſta exſtet reapſe, an vero commentitia ſit? Finge tibi hominem ſubtilem de geniorum natura quaeſtiones proponentem &, verbi cauſſa, cur omni corpore careant genii? deliberantem, qui tamen neſcire ſeſe fatetur, num genii ſint. Huicine rationi tibi parere, an vero nugas agere videbitur? At nihil ſi dubitet de orbis creatione diſputator ejusmodi & tamen, cur Deus tantum opus non maturius ſit aggreſſus, magno conatu interroget, eſt omnino, cur plus homini ſagacitatis precemur. Deum enim profiteri, id eſt, naturam infinite ſapientem, & ſimul tamen ſeſe pufillum hominculum, ex argilla & luto conflatum, cauſſas, quae infinitam ſapientiam commoverint, ut nec citius, nec ſerius hunc orbem machinaretur, ingenio inveſtigare poſſe, conſidere, animi non nimis purgati & levitate quadam laborantis manifeſtum eſt indicium. Nemo eſt, quem fugere queat, ex earum genere hanc eſſe rem, quam ſine ſingulari divina patefactione ſcire ac perſpicere nulli licet mortalium. Siluit vero Deus, neque nos conſiliorum ſuorum hoc in negotio conſcios eſſe voluit. Quidni igitur ſatis nobis eſt, noſſe, hanc totam, quam conſpicimus, rerum molem divinae potentiae opus eſſe? Quidni quae nos praetereunt forte reliqua, quaeſo, ignoramus, donec Deo viſum fuerit caliginem, quae mentes noſtras hic obſidet, diſpellere? Non inconcinna plane mihi videntur *Auguſtini* verba, quibus importunos ejusmodi percontatores coërcet *Libro de diverſis quaeſtionibus. Tom.* VI. *Opp. p. 6. Quaeſt.* XXVIII. *Qui quaerit, quare Deus voluerit mundum facere, cauſſam quaerit voluntatis Dei. Sed omnis cauſſa efficiens eſt. Omne autem efficiens majus eſt, quam id, quod efficitur. Nihil autem majus eſt voluntate Dei. Non ergo ejus cauſſa quaerenda eſt.*

(f) Cor-

ream hujus univerſitatis agitare poſſe, ſola voluntatis & cogitationis virtute, quam nosmetipſi noſtra verſare poſſumus (*f*) corpora.

§. XXIV. Reſtat ultima claſſis rationum, quas in Deum torquent, qui eum in orbe tolerare nolunt. Haec ab eo ducta eſt, quod hominum ſocietati ſalutare in primis eſt & conducibile. Primo igitur e re cum totius humani generis, tum ſingulorum hominum eſſe, pugnant, ut nullus Deus ſit, id eſt, nulla natura interminata potentia praedita, quae, quoniam nulla lege alia, quam voluntate ſua, obligatur & regitur, aeternis poſt fata poenis, quos dignos illis cenſet, afficere queat. Huic orationi primum hoc modo occurrimus. Si Deus eſt, ſi animi ſunt immortales, nullius umquam hominis ingenium & meditatio efficiet, ut haec eſſe deſinant, neque ullum contra duo haec, quae temere credunt eſſe, mala ſolatium
1190 hominibus a Deo & religione averſis ullius mortalis acumen afferet. Nam quae ſunt & exiſtunt, ea cogitationibus & votis noſtris haud cedere ſolent, verum certa & immota manent, quidquid etiam cupiamus & commentemur: verendumque eſt, ne ſero nimis cognoſcant, qui ſic affecti ſunt, quantis in erratis opiniones & deſideria eorum fuerint. Aliud eſt deſiderare aliquid & in votis habere, aliud probare & argumentis demonſtrare. Quapropter haec univerſa contra Deum ratio, quae ab eo, quod utilius eſt hominibus, ſumitur, levis & ſtolida eſt, quoniam nihil niſi votum ac inane deſiderium eſt hominum, quos divinae naturae & religionis odium de ſtatu mentis dejecit & deturbavit.

§. XXV. Deinde optatum hoc & deſiderium profanae turbae falſa quadam nititur ſupremi Numinis notione, quod ſibi fingunt naturam eſſe infinita potentia pro lubitu & arbitratu ſuo utentem: cujus quidem generis naturam non ego diffiteor optabilem & expetendam videri nemini poſſe. Sed, quod ſaepius jam inculcavimus, voluntas Dei, ipſius bonitatis, juſtitiae, ac ſapientiae voluntas eſt, quibus virtutibus infinita eſt adjuncta potentia. Voluntas divina non mera eſt voluntas, quam nulla regula vel norma gubernat, verum ipſa lex, ipſa aequitas, ipſa juſtitia, ipſum illud, quod τὸ δίκαιον vocant, illud, quod rectum & bonum eſt, volens, decernens, & agens. Neque Deum credendum eſt, ideo poenas ab hominibus repetere, quod alienis malis & incommodis delectetur, aut ex ſuppliciis mortalium voluptatis aliquid capiat. Illis enim, qui ſanabiles ſunt, nec, ut Graeci loquuntur, ἀνιάτοις, *homines, quibus nulla prodeſt curatio*, poena medicinae in loco eſt, δίκη ἰατρική, ideoque infligitur, ut in viam, omiſſis ſceleribus & flagitiis, redeant. Ex quo intelligitur, ſtudium & amorem in hos homines, ut eorum ulciſcatur facinora, Deum adducere. Quod ad eos autem attinet, quos omnis ſalutis recuperandae ſpes deſtituit, hos punire ſolet Deus, quo totius univerſitatis commodis & ſaluti conſulat. Quare vehementer falluntur, qui divinam juſtitiam

(*f*) *Corpora*] Haec omnia ſignificant, rem ipſam a nemine ſano in dubium vocari poſſe, rationem & modum vero rei mortalium omnium cogitationes & captum excedere. Et ita eſt omnino. Quidquid etiam conemur & ingenio contendamus, ut qua ratione Deus materiam ex nihilo eduxerit & commoverit, comprehendamus, ſemper tamen deſtitui nos in hac meditatione ab ingenii noſtri viribus comperiemus. Pulcre ac praeclare ab auctore noſtro dicitur: Deus ſola cogitatione materiam concitat & quorſum vult impellit atque ducit, non ſecus ac animus noſter corpus pro voluntate ſua flectit & incitat. Sed ſi pergamus ſciſcitari: Quanam quaeſo ratione id fit? Aut quodnam cogitationis & materiae vinculum eſt, ut altera movere queat alteram? humana deſerit

non

tiam exiſtimant bonitati ejus adverſari, aut poenas, quibus homines ſubjicit, cum amore ejus in concordiam non poſſe reduci. Etenim juſtitia nihil eſt, quam bonitatis quidam radius, aut ipſa bonitas certa lege temperata. Indiſſolubile eſt utriusque virtutis hujus in Deo vinculum: ſed nec bonitatem cum vitioſa lenitate, nec juſtitiam cum crudelitate fas eſt confundere: Etiam tum, quum caſtigat, bonus manet Deus, nec viciſſim juſtus eſſe deſinit, quum beneficiis recte facta compenſat & praemia diſtribuit. His explicatis, nullius hominis commoditatem aut felicitatem requirere, ut nullus ſit Deus, perſpicuum eſt: niſi forte de nonnullis ſermo ſit, quorum tanta eſt improbitas & malitia, ut ſpes nulla reſtet, fore, ut ad officium redeant. Iſtud enim genus, quod de probitate ac virtute deflectendo omnibus ſeſe veris emolumentis & vera ſalute abdicavit, hoc unum ſibi relictum videt ſolatii, ut ſe aliquando prorſus deletum ac ad nihilum redactum iri, cogitet.

§. XXVI. Sine Deo vivere, id vero eſt, ſine ulla ſpe in hoc orbe vivere. Qualem enim, quaeſo, ſpem vel fiduciam homo Deum tollens in materia ſenſus omnis & vitae neſcia reponat, aut qualem a fortuita materiae illius commotione ſalutem exſpectet? Sit licet aliquis omni bonorum genere cumulatus, ſic ut nihil eorum deſideret, quae ſummam continere felicitatem putantur, niſi idem immortalem ſeſe fore ſentiat, certusque ſit, perpetuas ſibi eſſe futuras, quibus fruitur, opportunitates, numquam, ſi ſapiat, beatum ſeſe praedicabit. At, qui Deum ferre recuſant, hi nihil ſibi perſuaſerunt immortale eſſe, ſed quae vivunt omnia ad nihilum redactum iri. Quare felicitatem & beatitudinem ἀνύπαρκτον eſſe aliquid, ſeu ſomnium & commentum hominum, quod nusquam ſit, praeterquam in animis eorum, qui, quae fieri nequeunt, appetunt, conſtituere debent. Eam ergo diſciplinam, quae omnem hominibus bene ſperandi facultatem adimit, neminemque fieri ulla ratione beatum poſſe decernit, neſcio, num ſanus aliquis exiſtimare poſſit, ſi quidem vera eſſet, viam homini ad multas opportunitates & emolumenta fore munituram.

§. XXVII. Talis eſt natura Deus, tam eximia, tam praeclara, ut, ſi eum non exiſtere, certum eſſet, nihil omnibus, ne ipſis quidem Dei contemtoribus, optabilius & magis expetendum foret, quam ut eſſet. Neque quemquam eſſe putem, qui Deum eſſe nolit, niſi illos, quorum animis tantus ſcelerum & improbitatis amor inhaeſit, ut ab omnibus deſperati ſint. Quicumque enim Deum eſſe credunt, hi omnia, quae fieri poſſunt, bona & quidquid perfectum jure dicitur, in 1191
hoc orbe verſari putant: hi quae comparata ſunt & conſtituta, optima ratione conſtituta eſſe cenſent, mundumque tam concinne conditum eſſe, tamque ſcite & ſapienter adminiſtrari arbitrantur, ut, ſi generatim & univerſe ſpectetur, nihil

nos tam cognitio, quam experientia. Veteres philoſophi, qui Deum & materiam ſimul ex omni fuiſſe aeternitate tuebantur, qualemcumque viam hoc explicandi negotium inire poterant. Namque ut de illis taceam, qui neſcio quam Dei & aeternae materiae copulationem ſomniabant, in qua multi fuerunt ſententia, plerique eorum Deum lucem eſſe aut naturam ſplendidiſſimae puriſſimaeque lucis ſimilem, opinabantur. Sol igitur quemadmodum radiis ſuis motus ciet in materia neceſſarios: ita Deum dicere poterant, ſplendore ſuo incomparabili & lumine divino, ſolis radiis longe ſubtiliori & efficaciori, ignaviam materiae viciſſe ac certam in formam eam redegiſſe. Non talis erat haec reſponſio, ut iis, qui reliquis altius ſpectant, omnino ſatisfaceret: ſed ad plerorumque tamen

Digitized by Google

hil ad perfectionem ejus accedere queat. Neque hanc eorum ſententiam id labefactat, quod peccandi facultatem mortales habent. Haec enim facultas, quoniam ex ipſa naturarum minus perfectarum & libertate praeditarum conſtitutione ac indole naſcitur, ne ipſius quidem interminatae potentiae viribus excludi potuiſſet ex hac univerſitate. Non ego negem, ſi voluiſſet, Deum, qua eſt virtute ac poteſtate, impedire potuiſſe, ne frena laxarent facultati huic naturae intelligentes, ac reapſe peccata committerent. Circumſpectis tamen rationibus omnibus, ſentient qui ſapiunt, plus ex eo fructus totam rerum univerſitatem cepiſſe, quod id minime factum, nec peccandi libertas vi ſublata ſit. Nihil igitur eſt, quod vir bonus & recti ſtudioſus a divina benignitate exſpectare nequeat: Quaecumque cadere poſſunt in humanam naturam commoda, res, quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec ullius hominis animus comprehendit, is, qui Deum eſſe ſtatuit, promittere ab eo ſibi poteſt. Infinitae nimirum ſpes eorum ſint neceſſe eſt, qui naturam infinitae bonitatis & potentiae participem res hominum curare, animosque noſtros immortales eſſe, conſtituunt: Neque eſt ulla res, quae ſpes iſtas intervertere aut labefactare valeat, ſi ab improbitate vitae diſceſſeris, ſcelerumque amore. Deum nimirum credere, vitamque ducere ab omni labe & flagitio remotam, duo ſunt, quibus nihil ne fingi quidem cogitatione poteſt ſpei, gaudii, fiduciaeque plenius. Hinc (*b*) *Linus* olim cecinit:

Ἐλπισθῆ χρὴ πάνθ' ὑπὲρ οὐκ ἐὸν ἔμμεναι ἄελπτον.
Ῥηϊδίως πιστῷ θνητῷ πέλεται, καὶ ἀνήνυστον ἐόντι.

Quae quum omnia ſic ſeſe habeant, *Democritum* & *Epicurum*, quorum laudes divinae naturae adverſarii ſemper in ore habent, peſſime humano generi conſuluiſſe, confidenter pronuntio; nec me vel magna, quam ſibi pepererunt inter homines, ſapientiae opinio, nec clamores eorum, qui non ita pridem diſciplinam eorum renovarunt, deterrent, quo minus eos cum ratione inſaniiſſe, nec philoſophorum judicia, ſed delirantium ſomnia, ad corrumpendos homines comparata, propoſuiſſe, confirmem.

§. XXVIII. Venio nunc ad poſtremum improbi generis, cum quo congreſſus ſum, locum; in quo quidem diſciplinam ſuam civitatum praefectis & magiſtratibus commendare ſtudent, nec religionem, ſummique Numinis profeſſionem commodis & opportunitatibus eorum adverſari, qui praeſunt populis, contendere verentur. Tres vero potiſſimum, quo hoc obtineant, in medium proferre ſolent rationes. Prima haec eſt: Omne imperium civile metu continetur. Cadat igitur & pereat neceſſe eſt omnis imperii civilis auctoritas & metus, ſi potentioris & excellentioris cujusdam naturae metus & reverentia populorum inſtilletur animis. Altera ratio haec eſt: Omnis dominatus ejus eſt naturae, ut dividi nullo pacto

tamen accommodata erat ingenium. At hos nobis imitari, nullo modo conceſſum eſt, qui Deum omni vacare corpore, materiamque ex nihilo feciſſe, recte putamus. Fateamur igitur, modum, quo Deus materiam concitat, pellit, commovet, tamdiu nobis ignotum & obſcurum fore, quam diu neſcimus, qua ratione infinita Dei potentia effecerit, ut quae antea non erant, repente exſiſterent & orirentur.

(*g*) *Linus*] Exſtant hi verſus apud *Iamblichum de vita Pythagorae Cap.* 28. *p.* 117. 118. qui initium eſſe tradit eos carminis Heroici, quod Pythagoraei *Lino* ſoleant adſcribere: ſibi autem probabilius videri, ipſos Pythagoraeos auctores ejus

pacto queat. Aut finibus careat neceſſe eſt civilis poteſtas, aut nulla ſit & pereat oportet. Itaque ſi divinis legibus, quas vel ratio dictat ipſa, vel ſacrae litterae tradunt, imperium quoddam circumſcribatur, actum prorſus erit de illo. Ergo ſua quo Leviathani ſeu poteſtati civili dignitas & majeſtas maneat, Deus & religio de medio tollantur. Poſtremo ſic argumentantur: Nulla civitas privata ferre poteſt judicia de eo, quod bonum & malum, quod juſtum & injuſtum eſt, ſiquidem ſalva eſſe velit ac incolumis. Omne enim corpus civile, omnisque reſpublica unus eſt homo arte factus, ex multis conſtans hominibus naturalibus ſub unum caput ſubjectis, in quo quidem una omnibus communis dominatur ratio, unum judicium, una, quae cuncta gubernat, voluntas. At quid eſt, quam religio ſuadet, conſcientia? Privatum de eo, quod juſtum vel injuſtum, bonum vel malum duci debet, judicium. Igitur haec tota deleatur ab illis, qui civi- 1198
tatis decus & ſalutem exoptant. Una nempe debet eſſe publica in civitate conſcientia, quae lege civili regatur, plura vero privata judicia ferri & tolerari (*h*) nequeunt.

§. XXIX. Primum diſputationis hujus membrum, quo facilius disjiciamus, breviter univerſam doctrinam tam moralem, quam civilem, profanae cohortis explicare, operae pretium fuerit. In hoc igitur praecipue elaborant, qui cum Deo nihil ſibi rei volunt eſſe, ut humanae naturae omnem dignitatem, omnem praeſtantiam, omnem gloriam prorſus detrahant. Hinc totius diſciplinae, quam fovent, initium ducitur: quo quid turpius & perverſius ſit, neſcio. Eſſe negant aliquid in homine, quod vel laudi, vel vitio duci debeat: nullam contra in animis noſtris volunt vel aequitatis & juſtitiae, vel amoris erga alios notionem aut notionis umbram reſidere: ſi qua voluntate aut benevolentia quadam erga alios ducantur homines, ex metu omne hoc ſtudium, ex inopia, ex ſenſu infirmitatis proficiſci: publicis ceteroquin vel commodis vel incommodis neminem mortalium tangi & affici ſolere, ſed ad ſuas omnia opportunitates, ad ſua, quae moliuntur & ſuſcipiunt, emolumenta ſingulos homines referre ſolere. Appetitus & ſtudia noſtra, libidinem dominandi, voluptatum deſiderium, lucri & honoris aviditatem, ceterasque cupiditates, quibus diſtinemur, unam eſſe omnis boni naturalis regulam & normam. Natura igitur qui juſtum & injuſtum, rectum & vitioſum diſcerni putent, eos vehementer falli & errare; cuilibet enim homini, naturae lege, *jus* eſſe *ad omnia*, quae ſuis rationibus conducere videt, aut ad quae appetitu quodam & libidine fertur: ne corpora quidem & vitas aliorum hominum invadere, natura vetitum eſſe: *ſi occidere cupis, jus habes*, id eſt, liberum tibi eſt, trucidare alium, neque peccas, ſi id facias. *Jus* enim & *lex* ſeu *juſtitia* vocabula ſunt plane ſibi contraria, & diſparatarum rerum ſigna in ſermonis illo genere, quod hi rerum publicarum architecti, qui Deum eſſe nolunt, adhibent. *Jus* quod vocant, belluina eſt libertas, nullis juſtitiae & aequitatis legibus ad-

ejus eſſe. In veteri *Jamblichi* editione, quam *Jo. Arcerius* adornavit, corrupte admodum & vitioſe hi verſus legebantur. *Cudworthus* autem hic eos emendatos & integritati ſuae reſtitutos exhibet: & eadem forma poſt *Jo. Alb. Fabricium Biblioth. Graec. Lib.* I. *Cap.* 14. *p.* 97. 98. *Ludolph. Kuſterus*, nuperus *Jamblichi* editor, exprimi eos curavit. Addam Latinam eorum verſionem:

Omnia ſunt ſperanda, nec inſperabile quicquam eſt:
Cuncta Deus peragit facile & nil impedit ipſum.

(*h*) *Nequeunt*] Cum his conferri velim ea, quae ſupra *Cap.* 2. §. 21. *p.* 92. 93. obſervata ſunt.

adſtricta, quippe quas omnino tollunt, quibus haec ratio probatur. Quare ſi vel filius non modo interimat parentes, quorum curis & laboribus ad juſtam pervenit aetatem, ſed etiam diuturno & exquiſito cruciatu enecet, dolores eorum & tormenta hilaris & laetus adſpiciat, lamentatione denique ac ejulatu eorum delectetur, non erit, cur hic metuat, ſi cum his ſentiamus, crimen aut facinus quoddam a ſe committi. Quae vulgo dicuntur ſcelera, nulla ſunt, ex horum philoſophorum ſententia. Neque enim natura ipſa vel ratio praecipit juſtitiam, verum homines tantum, legesque civiles totum illud fabricati ſunt, quod juſtum & aequum dicitur. Et hoc quidem nomine naturam praeclare meritam eſſe de genere humano, matrisque indulgentiſſimae officium impleviſſe, perhibent, quod nos omnibus vinculis ſolutos & expeditos, nulla lege, nulla obligatione, nullo officio onuſtos & impeditos in hanc lucem ediderit: quae quidem omnia verae libertatis impedimenta & frena eſſe arbitrantur. Quibus omnibus conſtitutis, naturam confitendum erit humanum genus diſſociaſſe prorſus, & aeternae diſcordiae perpetuisque bellis tradidiſſe. Quaenam enim animorum conjunctio ac ſocietas inter eos eſſe poteſt, qui ſua tantum curant commoda, neglectis alienis, nec ulla re alia, niſi libidine & appetitu ſuo, reguntur? Ergo homo homini ipſa naturae lege inimicus ſit, & ad nocendum aliis perpetuo paratus, neceſſe eſt.

§. XXX. Jactis hiſce fundamentis, genus hoc, quod ſalutem civitatis ſumma contineri putat erga Deum impietate, ad legum neceſſitatem oſtendendam & conſtituendam progreditur. Nullum quidem, ait, eſſe dubium, quin hic naturae ſtatus, in quo nulla cuiquam jura ſcripta ſunt, ſed omni lege juſtitiaque quilibet, belluarum inſtar, ſolutus & liber vivit, optimus ac praeſtantiſſimus ſtatus ſit. Sed quoniam ingens ſit humanae naturae imbecillitas, jura omnium aequalia inter ſe ſint ac paria, vota denique ac deſideria hominum conjungi & ſociari ullo modo nequeant, ideo caſu fieri, ut miſerius nihil foret, ſi hac vivere ratione hominibus concederetur. Bellum illud, quod omnes natura in omnes gerunt, jus iſtud ad omnia & libertatem quae volunt appetendi, qua gaudent natura homines, funditus delere ac evertere. Nec enim quemquam ſibi ſecuritatem ab aliorum inſidiis, multo minus beatam & tranquillam vitam polliceri poſſe. Omnes
1193 quidem, ſi dominari ac imperare poſſent, bene ſatis omnibus conſultum fore: verum hoc quum fieri nullo modo queat, perſpicuum eſſe, plerosque homines ex tali ſtatu, qui omni quidem lege eos ſolveret, at perpetuis bellis addiceret, multo plus calamitatis & miſeriae, quam ſalutis & felicitatis reportaturos eſſe. Atque id animadvertiſſe demum homines, poſtquam diuturnis praeliis, cladibus, & rixis ſeſe fatigaſſent, & mutuis fere odiis & certaminibus confeciſſent: igitur arte ac conſilio naturae vitia corrigi debere judicaſſe, minusque malum elegiſſe, quo majus & gravius evitarent, id eſt, ſponte juri ſuo, cui nulli ceteroquin fines praefixi ſunt, nuntium miſiſſe, certisque libertatem ſuam terminis, quo ſecuri ac tranquilli vitam degerent, ipſos concluſiſſe. Quin etiam longius progreſſos eſſe, &, quo ſalutem ſuam contra omnem vim aliorum munirent, ceterosque homines, ut parem vivendi rationem ſervarent, adigerent, colla ſua ſub unum miſiſſe magiſtratus cujusdam jugum, hujus voluntatem totius ſocietatis decreviſſe communem eſſe debere voluntatem: hac una, tamquam aeterna regula & norma, prava rectaque, juſta & injuſta dijudicanda eſſe, conſtituiſſe.

§. XXXI.

Digitized by Google

§. XXXI. Ex his quaenam dignitas & ratio ſit doctrinae moralis ac civilis, quam haec fovet familia, perſpicuum eſt. Primo naturam humanam omni nobilitate, dignitate, ac gloria exuunt, totque probris, quot verbis eam deſcribunt, lacerant: Deinde poteſtati quoque civili & magiſtratibus inſignem inferunt injuriam. Omnem enim juſtitiam, omnesque legum tutores ignobili & ſpurco parente, formidine nimirum & metu, natos eſſe tradunt, aut leges & magiſtratus minus eſſe malum, quod ad graviores calamitates & miſerias propulſandas neceſſario ſuſceptum ſit, criminantur: bellum enim omnium in omnes, quo nihil triſtius obtingere poteſt humano generi propter ſummam ejus imbecillitatem, ut evitarent, ideo dominos ſibimet ipſis impoſuiſſe homines. Igitur qui hanc probant diſciplinam, hi negant imperium civile &, qua magiſtratus fruuntur, potentiam res ſua natura bonas & expetendas eſſe: reſiſtunt enim haec libertati, ſi hos audias, & naturalibus deſideriis fremum injiciunt: at caſu tamen bona fieri, vel potius neceſſaria mala eſſe. Hinc ſolent nonnumquam hi ipſi, quorum ſententiam enarramus, id quod *bonum* & *juſtum* eſt, diſtinguere. *Bonum*, ajunt, *amatur per ſe*, *juſtum per accidens*. Ex quo ſine controverſia efficitur, neminem hominum motu animi voluntario ad juſtitiam diligendam ferri, & qui ejus ſtudioſi ſunt, id neceſſitate coactos & impulſos facere. Juſtum enim non per ſe & totum bonum eſt, ſed multum ex malo & miſeria admiſtum habet. Vetus autem haec eſt opinio, & ab antiquiſſimis ſupremi Numinis hoſtibus ad nos ducta. Nec enim moror nuperi cujusdam ſcriptoris imperitiam, qui civilem hanc diſciplinam, quam unice veram eſſe arbitratur, veteribus aeque fuiſſe judicat ignotam, atque circulationem ſanguinis, nec (*i*) *Libro de cive* antiquiorem eſſe, pronuntiat. Locuples mihi auctor *Plato* eſt, turbam eorum, qui ante ejus tempora Deum ratiocinando oppugnarunt, idem prorſus de juſtitiae natura & ortu cenſuiſſe, neque alia ſibi rerum publicarum & civitatum finxiſſe initia Dabo, ne quis dubitet, ipſa verba philoſophi: (*) *ἐγὼ πρῶτον ἔφην αὐτὸς τοῦτο ἄρχειν, τί τε ἂν τυγχάνῃ ἢ ὄντα γίγνεσθαι δικαιοσύνη· πεφυκέναι δὲ δὴ φασὶ τὸ μὲν ἀδικεῖν ἀγαθόν, τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι κακόν· πλέον δὲ κακῷ ὑπερβάλλειν τὸ ἀδικεῖσθαι, ἢ ἀγαθῷ τὸ ἀδικεῖν· ὥστε ἐπειδὰν ἀλλήλοις ἀδικῶσί τε καὶ ἀδικῶνται καὶ ἀμφοτέρων γεύσωνται, τοῖς μὴ δυναμένοις τὸ μὲν ἐκφεύγειν, τὸ δὲ αἱρεῖν, δοκεῖ λυσιτελεῖν ξυνιέναι ἀλλήλοις, μήτ' ἀδικεῖν, μήτ' ἀδικεῖσθαι· καὶ ἐντεῦθεν δὴ ἄρξασθαι νόμους τίθεσθαι, καὶ διομόσαι τὸ ὑπὸ τοῦ νόμου πρόσταγμα νόμιμόν τε καὶ δίκαιον. Enarrabo ego primum, quid ſit juſtitia, ex ſenſu horum philoſophorum & unde ea orta ſit & genita. Statuunt igitur, natura omnes eſſe liberos & nulla lege obligatos, ideoque illud aliis facere, quod vulgo injuſtitiam appellant & injuriam, bonum eſſe, malum vero, ab aliis accipere injuriam. Attamen plus eſſe mali in perpetiendo injurias, quam boni in faciendo & inferendo aliis injuriam. Quamobrem homines, poſtquam diu ſatis vicisſim & intuliſſent & accepiſſent injuriam, & utrumque guſtaſſent, majori eorum parti, quae propter imbecillitatem non apta ſatis & idonea fuerit ad propulſandas & effugiendas injurias aliorum, viſum fuiſſe, utile fore omnibus, ſi ita inter ſe paciſcerentur, ut neque inferri, neque accipi poſſit injuria: hincque volunt originem habuiſſe leges placitaque ipſorum, & nominata eſſe praecepta legum legitima atque juſta.* Quibus haec addit: *καὶ αὕτη τούτου γένεσίς τε καὶ οὐσία δικαιοσύνης, μεταξὺ οὖσα τοῦ μὲ ἀρίστου ὄντος, ἐὰν ἀδικῶν μὴ δίδῳ δίκην, καὶ τοῦ*

(*) De republ. Lib. II. p. 358. 359. (p. 422. ed. Ficini.)

(*i*) *Libro de cive*] Quem *Thom. Hobbeſius*, id quod notum eſt, conſcripſit.

ἐκκίτω, ἐὰν ἀδικεῖσθαι πρεπτὸν ἀδύνατον ᾖ· τὸ δὴ δίκαιον ἐν μέσῳ τι τούτων ἀμφοτέρων,
1194 ἀγαπᾶσθαι γὰρ οὐκ ἀγαθὸν, ἀλλ' ὡς ἀσθενείᾳ τῶν ἀδικεῖν πρεσβεῦον. *Hanc itaque juſtitiae originem & ſubſtantiam eſſe volunt* (hi philoſophi) *quae media quodammodo ſit inter optimum & peſſimum. Quandoquidem optimum eſt, inferre injuriam, nec dare poenas, peſſimum vero pati, nec ulciſci poſſe. Juſtum ergo horum in medio conſtitutum, amari non tamquam bonam, ſed propter imbecillitatem hominum injuriam inferendi, tamquam injuriarum inferendarum obſtaculum. Eum ſane qui hoc efficere poſſit, vereque ſit vir, cum alio paciſci numquam, decernereque, ne ultro citroque injuria inferatur, alioquin inſanirent. Si quis homo, verbi cauſſa, Magicum haberet Gygis annulum, ejusque ope ita, quae modo vellet, facere poſſet, ut a nemine tamen conſpiceretur, is quidem homo nullum foedus iniret, nec ullis ſeſe legibus pateretur ſubjici.* His ſine dubio praeceptis freti, quidam ex antiquis philoſophis Deum ſpernentibus affirmarunt, juſtitiam eſſe ἀλλότριον ἀγαθόν, non proprium alicujus, non viri juſti ac ſapientis bonum, ſed bonum alienum, partim quidem eorum, ex quibus civitas conſtat & collecta eſt, maxime autem ejus, cujus imperio civitas gubernatur & regitur. Et quem, quaeſo, fugit eruditiorem, poſt *Platonis* aetatem *Epicurum* in hac opinione defendenda totum fuiſſe, juſtitiam rem eſſe non cum hominibus natam, ſed arte & conſilio factam, minus & levius malum, quod homines, infirmitate & metu oppreſſi, graviori & acerbiori antepoſuerint?

§. XXXII. Nunc paullo propius videamus, quemadmodum philoſophi hi & civitatum conditores, quos nil juvat Deum eſſe, ſententiam hanc ad rem ſuam accommodent, ut homines, natura disjunctos animis & voluntatibus, arte in unam coiviſſe ſocietatem civilem, juſtitiamque, quam natura nullam illi eſſe volunt, hominum ingeniis & ipſa neceſſitate formatam eſſe, oſtendant. Principio igitur hoc nos ignorare nolunt, qui ratione tam ſubtili ſunt praediti, ut nihil eos fugiat eorum, quae ad legum, aequitatis, & civitatum prima pertinent initia & ortus, homines, tametſi omnes natura infinitum ad omnia jus habeant, aut totum tamen hoc jus, aut partem ejus alienare, atque vel ei ſimpliciter & abſolute nuntium mittere, vel in alios illud transferre poſſe. Quod ſi ſemel fecerint, tum haud illis, affirmant, licere, deſerta recuperare jura conari, negleſtamque libertatem repetere velle. Ita nuperus quidam auctor: (*k*) *Signis*, inquit, *declarare poſſunt homines, velle ſe non licitum ſibi amplius fore, certum aliquid facere, quod jure ante feciſſe poterant.* Hoc ille vocat, *ſimpliciter juri ſuo renuntiare.* Porro: *Declarare*, inquit, *iidem poſſunt, velle ſe non licitum ſibi amplius fore alicui reſiſtere, cui jure antea reſiſtere poterant.* Hoc ille *translationem juris* nominat. In quo illud merito aliquis vituperet, quod injuſte facturos eſſe ait, qui jura repudiata reddi ſibi velint.

(*k*) *Nuperus auctor*] *Thom. Hobbeſius* in *Elementis de cive Cap.* 2. §. 4. *p.* 10. Deſcribam ipſa ejus verba, quo de ſententia ejus certius judicari queat. Poſtquam dixerat, in jus naturae illum delinquere, qui de jure ſuo, quod ad omnia habet, non decedat, ita pergit: *Decedere autem de jure ſuo dicitur, qui juri ſuo vel ſimpliciter renuntiat, vel in alium transfert. Simpliciter renunziat, qui ſigno vel ſignis ideneis declarat, velle ſe, non licitum ſibi amplius fore, certum aliquid facere, quod jure ante feciſſe poterat. Transfert autem in alterum, qui ſigno vel ſignis ideneis illi alteri, id juris volenti ab eo accipere, declarat, velle ſe, non licitum ſibi amplius fore ipſi reſiſtere certum aliquid agendi, prout ſi reſiſtere jure antea poterat.*

(*l*) *Affirmant*] *Hobbeſius Element. de cive Cap.* 3. §. 3. *p.* 17. *Pacti violatio, ſicut &* DATI REPETITIO (*quae ſemper ſita eſt in aliqua actione vel omiſſione*) *vocatur* INJURIA. *Actio autem illa vel*

lint. Nam ſi nihil natura iniquum & injuſtum eſt, quid illi peccant, qui libertate illa, quam verbis antea ſpreverant & deſeruerant, utuntur? Nemo unus ſola voluntate ſua id ſibi poteſt injuſtum reddere, quod in ſe nil omnino habet vitii; etiamſi quousque ipſi viſum fuerit a libertatis illius, quam habet, uſu abſtinere poteſt. Praeterea ſi ſibimet ipſis leges ferre, & quae juſta ſunt in ſe & recta, injuſta facere, quoniam ita volunt, in hominum poteſtate poſitum eſt, quid, quaeſo, firmum, conſtans, & ſtabile erit? Nam quum id, quod voluntate conſtitutum eſt, non jure, voluntate quoque tolli poſſit, perſpicuum eſt, nil impedire, quo minus homines leges, quas ſibi ſcripſerunt, viciſſim abrogent, & quae vetuerunt ad tempus, in priſtinum poſtea locum reſtituant. Hinc ut ſe expediant, longius progrediuntur philoſophi noſtri, neminemque niſi a ſe ipſo poſſe obligari, injuſtitiamque vere ac proprie in *dati repetitione* conſiſtere, (*l*) affirmant. Quibus quidem ſine negotio reſiſtitur. Si natura nulla lex propoſita eſt hominibus, quidnam coget eos, ne quae voluerunt & decreverunt aliquando, reſcindant iterum, ſi hoc e re ſua fore putent? Aut quanam, quaeſo, ratione convincentur, ſi, re melius & accuratius explorata, ſponte ſua id tollant, quod antea ſponte & libere conſtituerunt, tum ſe committere aliquid, quod juſtitiae & legi repugnet? Quod deinde injuſtitiam non majus eſſe in vita hominum vitium contendunt, quam illud, quod ab iis admittitur, qui in diſputatione, quod ſemel largiti ſunt, poſtea, ubi res ita fert, rurſus inficiantur, ridicule profecto faciunt & injuſtitiam in rem plane ludicram (*m*) convertunt. Quemadmodum enim is, qui, dum diſputat, quod ſemel poſuit, poſtea tollit, non vere peccat, aut facinore ſeſe obligat, ſed aliquid tantum facit, quod perſona diſputantis indignum eſt; ita ex hac ſententia, injuſtitia non eſt malum quoddam vere ac proprie ſic dictum, ſed aliquid tantum, quod in homine, quatenus civis eſt, non nimis decorum & pulcrum eſſe videtur. Si quis Latino utitur ſermone, & Grammaticorum in praecepta, dum loquitur, peccat, is certe, ſi ut Grammaticus & vir Latine doctus ſpectetur, injuſte agit. Eadem ratio illius erit, ſi his aſſentiamur, qui, ſi vivat in civitate, civitatis jura & leges negliget: aget aliquid non in ſe malum, at ei non nimis conveniens, qui civitatis membrum haberi vult. Hac ſi eſt injuſtitia natura & indole, modicum certe mihi ſceleris videtur eſſe, ſi modo ullum ſit, privata ſua commoda publicis anteferre, atque, ſi commodum & utilitas juſſerit, poteſtati civili reſiſtere. Verum novas meditantur philoſophi, quo rudiorum fallant oculos, praeſtigias, ac, ne nimis appareat deformis, magnum diſciplinae ſuae praeſidium in pactis & foederibus conſtituunt. Nullum, ajunt, cuiquam eſſe dubium poteſt, quin homines, foedera feriendo, ſemetipſos ligare ac, quae libera ante & juſta fuerant, injuſta & vetita queant reddere. Itaque 1195

inju-

vel omiſſio, injuſta dicitur, ut idem ſignificent injuria & actio vel omiſſio injuſta, atque utroque idem, quod pacti vel fidei violatio.

(*m*) *Convertunt*] Optime hic refellit ea *Hobbeſii* verba, quae *Elementis de cive Cap.* 3 §. 3. p. 17. leguntur: *Eſt ſimilitudo quaedam inter id, quod in vita communi vocatur injuria, & id, quod in ſcholis appellari ſolet abſurdum. Quemadmodum enim is, qui argumentis cogitur ad negationem aſſertionis, quam prius ſuſtinuerat, dicitur redigi ad abſurdum: eodem modo is, qui prae animi impotentia facit vel omittit id, quod ſe non facturum vel non omiſſurum pacto ſuo ante promiſerat, injuriam facit: neque minus in contradictionem incidit, quam qui in ſcholis reducitur ad abſurdum. Nam futuram actionem paciſcendo, vult fieri: non faciendo, vult non fieri: quod eſt velle fieri & non fieri idem eodem tempore, quae contradictio eſt. Eſt itaque injuria abſurditas quaedam in converſatione, ſicut abſurditas injuria quaedam eſt in diſputatione.*

(*n*) *Spe-*

injuſtitiam proprie dicunt eſſe foederum & pactorum violationem: quae definitio, fateor, paullo plus habet (*n*) ſpeciei. Sed ne hac quidem rima elabentur. Si omnibus hominibus certa lex ab ipſa natura ſcripta & rogata eſt, id quidem controverſia caret, ſervanda eſſe foedera. At ſi natura ſtatuas e contrario nihil injuſtum eſſe, ne hoc quidem vitioſum & iniquum duci debet, foedera frangere. Foedera nimirum, ſi legem naturae ab illis removeas, nil niſi voces & ſoni ſunt: quo etiam nomine a philoſophis his, quos refellimus, convenienter diſciplinae ſuae nominari ſolent. Quamnam vero nobis neceſſitatem obtemperandi ſoni & vocabula imponent? Quare ab omnibus depulſi praeſidiis hi juſtitiae architecti poſtremo ipſimet ad legem naturae confugiunt, hocque in ipſa inſitum eſſe hominum natura praecipiunt, ne quis foedera ſemel facta (*o*) violet. Ita fit, ut praeceptum illud, quod univerſam eorum philoſophiam continet: *Naturale nullum eſſe juſti & injuſti, recti & pravi, diſcrimen*, ſuis ipſi viribus evertant. Etenim hoc ſi verum eſt ſcitum, nullas eſſe naturae leges, confitendum eſt: Sin natura leges rogavit hominibus, eſſe aliquid natura juſtum ac injuſtum, decerni debet. Igitur qui hoc modo, unde nata ſit juſtitia, docere cupiunt alios, hi tantum abeſt, ut officio, quod ſuſceperunt, ſatisfaciant, ut potius ſibimet ipſis repugnent, atque juſtitiam non eſſe ortam poſt natos homines, ſed in ipſa hominum natura inſitam, aut a natura datam, fundamentis, quae ipſi jecerant, labefactatis, demon-

(*n*) *Speciei*] Verba, quibus hoc modo injuſtitiam definit *Hobbeſius*, jam paullo ante attuli. Addo his aliud ejusdem argumenti dictum philoſophi hujus ex *Elem. de cive Cap.* 3. §. 4. *p.* 18. *Ex his ſequitur, injuriam nemini fieri poſſe, niſi ei, quocum initur pactum, ſive cui aliquid dono datum eſt, vel cui pacto aliquid eſt promiſſum. Ideoque damnum & injuria ſaepiſſime disjunguntur.* —— *Si quis alicui noceat, cum quo nihil pactus eſt, damnum ei infert, non injuriam. Etenim ſi is, qui damnum recipit, injuriam expoſtularet, is qui fecit, ſic diceret, quid tu mihi? quare facerem ego tuo potius, quam meo libitu, ſiquidem quin tu tuo, non meo arbitratu facias, non impedio? In qua oratione, ubi nulla interceſſerunt pacta, non video, quid ſit, quod poſſit reprehendi.*

(*o*) *Violet*] *Lib. cit. Cap.* 3. §. 1. *p.* 17. ſcripta reliquit: *Legum naturalium derivatarum altera eſt, pactis ſtandum eſſe, ſive fidem obſervandam eſſe.*

(*p*) *Adſeverant*] Bene haec & praeclare animadvertit vir doctiſſimus. Tota ſcilicet *Hobbeſii* diſciplina, moralis maxime & civilis, cum in ſe tetra eſt, foeda, & ad aeternas lites ſeminandas & humani generis ſalutem intervertendam accommodata, tum diſparatis opinionibus, quarum altera conficit & tollit alteram, referta. Quare ſaepius miratus ſum, quid ſit, quod illi eam, inter nos etiam, nonnumquam ob ingenio & connexione commendant, qui non dicam pii, ſed rationis in primis arbitri & magiſtri videri volunt. Quum *Hobbeſii* omiſerit, brevitatis cauſſa, locos vir doctiſſimus, ex quibus male ſibi prorſus in ipſis philoſophiae ſuae initiis philoſophum illum conſtare, jacta ſemel fundamenta ipſum rurſus evertere, & perpetuo veluti orbe ferri, elucet, rem me credo non inutilem facturum eſſe, ſi recte hic omnia diſputari, nec ad invidiam conflandam aliquid dici, oſtendero. Valebit hoc fortaſſis ad eos comprimendos, qui & hodie obeſioris Theologos eſſe naris audacter criminantur, quam ut totum hominis iſtius acumen & reconditam ſubtilitatem capere queant. Primum controverſia caret, in primis totius philoſophiae Hobbeſianae elementis hoc eſſe: *Nihil ipſa natura juſtum vel injuſtum, bonum vel inhoneſtum eſſe, ſed omnem juſtitiam & injuſtitiam ex pactis & civilis magiſtratus judicio & voluntate repetendam eſſe.* Docent id luculenter cum ex illis, quos jam attulimus, ejus locis aliquot, tum alii bene multi. *Element. de cive Lib.* I. §. 10. *p.* 6. *Natura dedit unicuique jus in omnia, hoc eſt, in ſtatu mere naturali, ſive antequam homines ullis pactis ſeſe invicem obſtringerent, unicuique licebat facere quaecumque & in quoscumque libebat & poſſidere, uti, frui omnibus, quae volebat & poterat.* —— *Natura dedit omnia omnibus. Leviathanis Cap.* 13. *p.* 65. *Paſſiones hominum peccata non ſunt, neque quae inde oriuntur actiones, quamdiu, quae illas prohibent, poteſtatem nullam quae faciunt, vident: neque enim Lex cognoſci poteſt, quae non ſit lata, neque ferri, quamdiu in legislatorem conſenſum non ſit.* Et interjectis quibusdam aliis: *Neque ſunt juſtitia & injuſtitia corporis aut animae facultates, nam ſi eſſent, homini ineſſe poſſent, qui in mundo ſolitarius eſſet & unicus. Qualitates quidem hominis ſunt, non autem quatenus hominis, ſed quatenus civis. Elem. de*

monſtrent. Quid vero turpius in diſputatore, quam ſi affirmet & concedat, quae paullo ante rejecerat & negaverat? Quamquam hae naturae leges, ad quas, tamquam in aram, confugiunt, ad fallendos tantum alios inventae ſunt; voce nimirum ludunt perverſi homines, quasque leges dixerunt eſſe, poſtea negant rurſus, eſſe leges. Lex enim ex mente eorum nihil proprie eſt, quam vox ejus, qui imperium tenet in alios. Ex quo conſequitur, naturae leges, quas vocant, ea eſſe decreta, quae homines, quos metus urget, rebus ſuis ſalutaria & avertendis malis utilia cenſuerunt eſſe: id eſt, leges, quas animus unice timidus, opi- 1196
busque ſuis diffidens rogavit. Nam qui generoſa & nobili ſunt indole, hi numquam, ex praeſcripto diſciplinae hujus, in has ſeſe conjici patientur anguſtias, ut jura ſua abjiciant, aliorumque legibus & mandatis obtemperent, verum altius omni ope enitentur, citiusque mori malent, quam dominandi ſpem amittere. Hic quis generis iſtius levitatem & amentiam ſatis admiretur? Primo ex lege civili omnem naſci obligationem ſtatuunt: deinde ex lege de foederibus ſervandis juris civilis auctoritatem derivant: tum, ut foedera doceant non eſſe violanda, legem naturae teſtantur: poſtremo ad mandata magiſtratuum, legesque civiles redeunt; ac ſine his nec legem naturae, nec eam, quae foedera jubet cuſtodire, hominum conſtringete voluntatem poſſe, (p) adſeverant. Ex his quam vana 1197
ſint & futilia generis hujus conſilia, intelligitur, quod ſublata lege naturae, omnem

de cive Cap. 12. §. 1. *p.* 82. *Oſtenſum eſt, regulas boni & mali, juſti & injuſti, honeſti & inhoneſti, eſſe leges civiles, ideoque quod legislator praeceperit, id pro bono, quod vetuerit, id pro malo habendum eſſe.* Et paullo poſt: *Ante imperia juſtum & injuſtum non exſtitere: ut quorum natura ad mandatum ſit relativa, altioque omnis ſua natura adiaphora eſt. Quod juſta vel injuſta ſint, a jure imperantis provenit. Reges igitur legitimi quae imperant, juſta faciunt imperando, quae vetant, vetando injuſta.* Hinc natura praecipit non injuſtum eſſe, aliena bona invadere, adulterio ſe polluere, parentes nullis honoribus afficere, ſed haec omnia voluntate magiſtratuum juſta demum & recta fieri. *Libro de cive Cap.* 17. §. 10. *p.* 145. *Sequitur ergo, Chriſtum legibus illis, non occides, non moechaberis, non furaberis, parentes honorabis, nihil aliud praeceſſiſſe, quam ut cives & ſubditi ſuis principibus & ſummis Imperantibus in quaeſtionibus omnibus circa meum, tuum, ſuum, alienum abſolute obedirent.* Plura ex homine hujus generis dicta transferre, neceſſe non eſt. Ergo haec ſi vera ſunt, nullum eſt omnino jus, nulla lex naturae, neque homo, antequam ſemetipſum magiſtratuum ſubjecit imperio, ad rem & actionem ullam ſuſcipiendam obligatus eſt, ſed quaecumque vult vel omittere poteſt, vel committere. Decebat omnino *Hobbeſium* ita praecipere, quo id obtineret, cujus cauſſa novam philoſophandi rationem ingreſſus erat: *Poteſtatem ſummorum magiſtratuum nullis, nec divinis, nec humanis legibus terminari, ſed abſolutam prorſus & infinitam eſſe.* Quod ſi enim eſſe jus aliquod conceſſiſſet naturae, idque a generis humani conditore omnium mentibus inſcriptum, hoc una largiendum ipſi fuiſſet, ſummorum imperantium poteſtatem hoc jure naturae circumſcribi & terminari, neque leges ab illis rogari poſſe iſti legi divinae contrarias.

Si vixiſſet inter homines omnis religionis expertes *Hobbeſius*, aut aliud, quam habuit, propoſitum habuiſſet, ab hoc primo diſciplinae ſuae praecepto non diſceſſiſſet, &, quod ei conſentaneum eſt, aperte conſtituiſſet, omne jus & auctoritatem poteſtatis civilis a vi majore repetendam eſſe, illumque Regem & populi principem eſſe, qui tanta prae ceteris potentia praeditus eſſet, ut alios ſubigere & legibus ſuis vincire valeret. Non obſcura certe paſſim in ſcriptis ejus exſtant veſtigia, ex quibus conficias, veram hanc hominis fuiſſe ſententiam, quae autem aliena tradit ab hac opinione, ad ſucum aliis faciendum unice & ad aulae, quam conſectabatur, voluntatem & nutum eſficta eſſe. Non tam vero excors erat, quin primo intelligeret, hominibus Chriſtianae religionis praeceptis imbutis, in quibus & ipſe cenſeri volebat, ſceleſtum, horribile, ac nefarium id praeceptum viſum iri, nullum plane naturae jus eſſe: ex quo quidem conſequitur, nec naturalem ullam eſſe religionem & erga Deum reverentiam, nec ad officia parentibus praeſtanda, natura obligari aliquem, & alia, quae nunc omitto, ſed haec omnia lege civili tantum conſtituta eſſe. Itaque ne omnem ſibi ad ſanorum hominum benevolentiam aditum intercluderet, paſſim a prima diſciplinae ſuae regula deſciſcit, & eſſe quaedam ipſo naturae jure, ſublatis omnibus legibus civilibus, praecepta

omnem justitiam arte & ingenio constitutam esse, contendit, hominesque naturi disjunctos, & mutuis flagrantes odiis necessitate adductos esse, ut societatem inter

cepta affirmat. Lege *Librum de homine Cap.* 14. *p.* 78. *f.* ubi, subdole licet, esse *pietatem aliquam naturalem, quae a privatis & a magistratu non dependeat*, sancit: *An*, inquit inter alia, *de Deo honorifice sentiendum sit, an sit amandus, timendus, colendus, nullo modo disputari potest. Sunt enim haec religionum per omnes gentes communia.* Alio loco alias etiam actiones ipsa lege naturae malas & inhonestas esse, diserte perhibet. *Elem. de cive Cap.* 6. §. 13. *p.* 45. *Si is, qui summum habet imperium, seipsum interficere alicui imperet, non tenetur: quia intelligi non potest, ut id pactus fuerit. Neque parentem, sive is innocens, sive nocens sit, & jure condemnatus. —— Multi alii casus sunt, in quibus, cum mandata aliis quidem facta inhonesta sunt, aliis autem non sunt, obedientia ab his praestari, ab illis negari jure potest* Paullo post magistratus, eos, qui mala & injusta facere recusant, interficientes, in legem naturae & Deum peccare, apertissime scisicit: *Qui sic interficiunt, etsi jure concesso ab eo qui habet, tamen eo jure aliter, atque recta ratio postulat, utentes, peccant contra* LEGES NATURALES, *id est, contra Deum.* Ergo est quaedam ratio lexque naturae, omni pacto & potestate civili major, prior, & superior. Exerceant hic, precor, ingenium suum amici *Hobbesii* & haec duo inter se concilient: Primum: *Naturae unicuique homini, quod libet, licet, omneque justum & injustum ex pacto & conventione oritur.* Et: *Jure naturae, rectaque ratione praeceptum est, Deum amare, timere, honorare, vetitum vero, magistratum & parentem necare, hominesque injusta facere detrectantes supremo supplicio afficere.* Ego quidem manifestam hic discordiam video.

Deinde si, quod prima, quae posuerat, disciplinae suae fundamenta postulabant, supremam potestatem a vi majore derivasset, male consuluisset rebus eorum, quos juvare omni ope nitebatur. Primo quidem ad *Caroli* I. & II. causam tuendam libros suos de civili potestate exaraverat: at postea, ut tempori serviebat, ad populi Anglicani, seu *Cromwelli* potius potentiam stabiliendam, eosdem accommodabat, teste *Gilberto Burneto* in *Historia temporum suorum ad An.* 1661. *p.* 187. *ed. Anglicae.* Neutris vero hisce praeceptis consuluisset, nam nec injuste *Cromwellum* fecisse docuisset, quod Regibus legitimis de solio deturbatis, ipsemet opibus & potentia ad id instructus regnum invasisset, neque adversus omnes futuras seditiones & populi molitiones potestatem *Cromwelli* firmasset. Quare ex pacto civilem eamdem potestatem videbat sibi repetendam, Anglosque edocendos esse, populos ad foedera cum Regibus ineunda ipsa natura obligatos esse, neque facto semel foedere, populo ulli, quidquid etiam Rex agat & suscipiat, licere ab illo resilire atque magistratui resistere. Hoc vero quomodo fieri poterat, salvo illo primo philosophiae praecepto: *Homo in statu naturali jus habet ad omnia & quod vult, facere potest?* Homo enim si omni lege naturae liber & solutus nascitur, quid eum coget, ut pactum ineat cum alio, si nolit, & quod forte iniit pactum, sancte servet, & custodiat, si violationem ejus utilem sibi esse videat? Sublato omni naturali justo & injusto, unde, quaeso, jus foederum manabit? Igitur a semetipso, ne voto suo excidat *Hobbesius*, denuo recedit, & ad leges naturae, quas prorsus ceteroquin conculcat & aspernatur, tamquam in portum confugit. Quamquam in hac ipsa ratione ita rursus est mutabilis & varius, ut cuivis appareat, non nesciviisse hominem, se sibimet ipsi repugnare, ac quae semel posuerat, convellere rursus & evertere. Primum concedit, quod antea negaverat, esse legem naturalem: *Est igitur*, inquit, *de cive Cap.* 2. §. 1. *p.* 9. *lex quaedam, recta ratio, quae naturalis quoque dicitur. Est igitur lex naturalis dictamen rectae rationis circa ea, quae agenda vel omittenda sunt ad membrorum conservationem, quantum fieri potest, diuturnam.* Ex hac prima naturae lege alias postea leges elicit; quas inter prima est, *pacem quaerendam esse:* altera, *quum pax obtineri nequeat, si unusquisque jus suum retineat, jura quaedam in alios transferenda & relinquenda esse.* Has *Cap.* 3. *p.* 17. aliae leges naturae excipiunt, quarum prima est, *pactis standum esse, sive fidem observandam esse.* Est igitur, si haec vera sunt, aeternum quoddam & immutabile jus, omnibus pactis & omni civili potestate prius & superius, & falsum idcirco haberi debet, quod initio tradiderat philosophus noster, natura ita omnes homines conditos esse, ut quod cupiant, facere queant jure optimo. Nam si homines obligati sunt ad semetipsos conservandos, ad foedera ferienda, quo se conservare queant, ad servanda denique foedera, quae fecerunt: certe non licet illis in statu naturae, quod libet, nec omnis homo jus habet ad omnia. Sed, enumeratis legibus istis naturae, quas putat, ipse videtur animadvertere, parum commodi rationibus suis hanc doctrinam esse allaturam. Itaque pronuntiat, leges istas naturae non esse leges proprie sic dictas, sed conclusiones tantum, quales Logicorum esse solent. *De cive Cap.* 3. §. 33. *p.* 27. *Naturae autem quas vocamus leges, cum nihil aliud sint, quam conclusiones quaedam ratione in-*

ter se inirent reipublicae constituendae, disputat. Quod profecto genus si ex ni- 1198
hilo aliquid sine Deo esse factum, aut ex arena funes necti, hircosque jungi posse equis

intellectae de agendis & omittendis: lex autem, proprie atque accurate loquendo, sit oratio ejus qui aliquid fieri vel non fieri aliis jure imperat: non sunt illae proprie loquendo leges, quatenus a natura procedunt. Belle & ingeniose! Ergo nullam etiam vim habebunt obligandi homines, si leges non sunt: nec quisquam ut juri suo renuntiet & magistratus civilis potestati sese subjiciat, illis cogi poterit. Non id negat *Hobbesius*; at respondet, eas leges fieri per scripturam sacram: *Quatenus tamen eaedem a Deo in scripturis sacris latae sunt, legum nomine propriissime appellantur. Est enim scriptura sacra in omnia maxime jure imperantis Dei oratio.* Rursus igitur totum sublatum est naturae jus. Nam ex sanctioribus libris omnis nascitur obligatio hominum ad societates civiles ineundas & pacta cum magistratibus inita servanda. Quid ergo necesse erat, tam longa oratione leges naturae explicare, hominumque officia, quae ex illis fluunt, inculcare? Sed jam quid de illis fiet, quibus sacer codex ignotus est? Hisne ergo nulla jura scripta sunt? Soline Christiani jure suo, quod natura in res omnes habent, sese abdicare debent? Minime. Deserit paullo post rursus semetipsum *Hobbesius* & rationem veram esse legem a Deo hominibus latam, praecipere nil veretur *Cap.* 4. §. 1. *p.* 28. *Quae naturalis & moralis, eadem & divina lex appellari solet. Nec immerito: tum quia* RATIO, QUAE EST IPSA LEX NATURAE, IMMEDIATE A DEO UNICUIQUE PRO SUARUM ACTIONUM REGULA TRIBUTA EST: *tum quia vivendi praecepta, quae inde deriventur, eadem sunt, quae a divina majestate pro legibus regni coelestis per Dominum nostrum Jesum Christum & per sanctos Prophetas & Apostolos promulgata sunt.* Quis umquam hominem hoc inconstantiorem vidit? Jus naturae nunc prorsus esse negat: nunc vicissim laudat & commendat, ut instituto suo convenire videt. Leges naturae modo potestate omni obligandi carere praecipit: modo rationem veram esse legem a Deo humano generi latam contendit. Quum id agit, ut summorum imperantium potestatem nullis esse descriptam & terminatam vel divinis vel humanis legibus ostendat, rejicit omne jus naturae & in statu naturae tuetur jus esse omnibus ad omnia: sunt vero ex sententia ejus magistratus in statu naturae. At vicissim, quum in eo elaborat, ut civium obedientiam stabiliat & auctoritatem magistratuum contra omnes insultus communiat, omne a naturae legibus praesidium sumit. At pium tamen & praeclarum videtur, quod scripturam sacram testatur, eamque omnibus vivendi normam esse debere, perhibet. Ita quidem videtur, sed nemo colori credat. Nam aliis in locis omnem scripturae sacrae auctoritatem ex magistratus civilis voluntate ac arbitrio pendere, nec sine voluntate ejus legis vim habere, libere & impudenter pronuntiat. Lege *Leviathanis Cap.* 22. *p.* 242. *f. Non potuere*, inquit inter alia *p.* 247. *Apostoli ipsi facere, ut doctrina eorum vim haberet legum, sine voluntate eorum, qui in civitatibus juris summam habuere potestatem. Testamentum ergo novum in iis locis tantum lex est, in quibus ita a summa potestate civili facta est.* Mitto alia ejus generis, his etiam atrociora & graviora. Ludimur ab homine impio, qui nusquam consistit, & perpetuo secum ipso dimicat, ut, quos sibi videbat imminere adversariorum impetus, tanto facilius effugiat. Jus magistratuum, si quaeras, unde est? Ex pacto respondet. Unde jus pactorum? Ex lege naturae. Quid est jus naturae? Recta ratio. Haeccine vero per se obligat? Minime. Unde ergo jus naturae auctoritatem habet? Ex Scriptura Sacra. Unde Scriptura S. vim legis accipit? A magistratu civili. Haeccine clare hoc significant: Magistratus civiles omnem potestatem a semetipsis habent? O pium & subtilem philosophum! Dignum, quem in oculis ferant, qui jura magistratuum tuentur; quae, sublato jure naturae & divino, temerarius homo prorsus labefactat & destruit.

Quod si mihi animus esset, quae hic breviter a doctissimo viro in *Hobbesii* disciplinam civilem & moralem disputantur, amplificare, levi ostendere possem labore, male inter se omnes aedificii hujus partes cohaerere, & totum nimis imbecillum & caducum esse, quam ut ei magistratuum, qui sapiunt, aliqui suam committere salutem queant. Sed quum hoc alii dudum praestiterint, quibus ego multum ingenio & doctrina sum inferior, aliquot tantum observationibus contentus ero, quae, uti spero, quemvis edocebunt, *Hobbesii* praecepta civilia ad tranquillitatis publicae interitum, & jura magistratuum infirmanda prorsus & evertenda comparata esse. Primum, ex sententia ejus, juris naturae praeceptum, unde omnia fluunt reliqua, & ad quod cuncta referri debent officia, hoc est: Omnis homo omni ope id agere debet, ut semetipsum, vitam, & membra sua conservet. Atqui semetipsum nemo conservare potest, nisi cum aliis hominibus pacem habeat, qui saluti ejus vim afferre possunt. Altera igitur & immutabilis naturae lex est: *Pacem esse quaerendam, ubi haberi potest: si haberi nequeat, quaerenda esse belli auxilia*; Pax vero numquam impetrabitur, quamdiu homines in statu erunt naturae, jusque illud

Digitized by Google

equis decerneret, aeque ſapienter faceret. Vincula enim, quibus hi philoſophi
1199 *Leviathanis* ſui ſeu civitatis membra colligant, quia nihil ſunt, quam vox & voluntas, tantum habent, quantum araneorum telae, conſtantiae & ſtabilitatis. Omnis ſcilicet poteſtas & auctoritas, ſi voluntate tantum & verbis hominum conflata eſt, & munita, quidnam, quaeſo, impedit, quo minus eadem verbis & voluntate viciſſim tollatur & deleatur?

1200 §. XXXIII. Non tam rerum imperiti ſunt hi philoſophi, ut haec eos plane prae-

omnium in omnia, quod natura unicuique dedit, integrum & inviolatum manet. Namque ex hoc jure perpetua ſequantur bella, neceſſe eſt, quae conſervationem impedient plerorumque & infinitam multitudinem de medio tollent. Itaque naturae lex ab omnibus flagitat, ut quo ſemetipſos & vitam ſuam cuſtodiant, juri huic renuntient, & in certos illud transferant per pacta homines, haec autem foedera ſemel facta numquam reſcindant, & magiſtratibus, quibus jura ſua conceſſerunt, ſine ulla tergiverſatione, quidquid etiam ſtatuant & decernant, obediant. *vid. Leviathanis Cap.* 14 *p.* 66. *ſ.* Longius in doctrina hac enarranda progredi nolo, ne fines inſtituti excedam: Ulcera ſunt, quocumque te vertas, & vulnera, quae curationem plane reſpuunt: Verum haec alii tetigerunt: mihi prima haec omnis philoſophiae civilis *Hobbeſii*, quae tantum ſibi peperit apud multos admirationis, elementa vana & futilia eſſe, ſatis erit, oſtendere.

Primum igitur hac diſciplina nullam eſſe aptiorem dico ad ſeditiones & bella civilia excitanda & fovenda. Omnis ſcilicet homo juſſus eſt a natura moliri & agere, quaecumque poteſt, ut ſemetipſum & vitam ſuam conſervet: & hanc propter legem ſocietates civiles unice ſunt conditae ab hominibus & condi debent. Quocirca juſtiſſime atque ex praeſcripto rationis & legis naturae facient homines facinoroſi & maleſici, ſi, quum videant poenas ſibi capitales a magiſtratibus intentari, rempublicam totam miſceant & conturbent, quo vitae ſuae conſulant. Recte facient etiam & ſancte illi, qui tyrannum ſibi ſuisque inſidiantem occidunt, aut in exilium agunt, quo vitam ſuam ab injuſta poteſtate ejus tutam praeſtent & liberam. Recte & praeclare feciſſent veteres Chriſtiani, quos Imperatores exquiſitis tolli jubebant ſuppliciis, ſi arma ſumſiſſent & pro conſervandis fortunis ſuis & vita dimicaſſent: nam *quaerenda ſunt belli auxilia, ſi pax haberi & vita conſervari nequeat.* Quin etiam peccarent illi, quos dixi, in jus naturae atque Deum, ſi ſecus agerent & conſervationem ſuam negligerent. Atqui, occurret hic *Hobbeſius*, hi homines juri ſuo renuntiarunt, pactoque cum magiſtratibus inito, omnem poteſtatem ſuam naturalem illi commiſerunt: nulli autem fas eſt, pactum violare: Quare ferre omnia potius & vitam ſalutemque amittere, quam reſiſtere debent. Faciam, haec ita ſeſe habere, neque tamen proficiet aliquid *Hobbeſius*. Cauſſa, quae adduxit homines, ut ſocietates civiles conderent, ſuasque cupiditates unius voluntati ſubjicerent, haec una fuit, ut principi illi naturae legi de conſervatione ſui ipſius, quantum poſſent, obedirent. Nam quum perſpicerent, ſeſe vitam & incolumitatem ſuam, dum omni jure ſuo uterentur, haud facile conſervaturos eſſe, quod natura tamen poſtulat, partem juris ſui dimittere maluerunt, quam in perpetuis periculis verſari. Haud igitur, quum in magiſtratus jus ſuum conferrent, primae illi naturae legi de conſervatione ſuimetipſius renuntiarunt: nec id, ſi voluiſſent, facere potuiſſent, quum nemo ſemetipſum obligatione, quam ipſi recta imponit ratio, liberare queat: verum potius quo illi legi principi ſatisfacerent, ſub jugum ſeſe miſerunt aliorum hominum. Ex quo quidem perſpicuum eſt, quemlibet ad obedientiam magiſtratui praeſtandam, ex hujus diſciplinae praeſcripto eatenus tantum eſſe obſtrictum, quatenus id per aeternum illud naturae mandatum de ſuimet ipſius conſervatione fieri poteſt. Lex primaria, id quod nemo ſanus negaverit, propter quam reliquae omnes rogatae ſunt, ceteris omnibus ſecundariis anteponi ſemper ac praeferri debet. Et ſtultus ille foret ac ridiculus, qui propter leges ſecundarias principem & primariam legem, unde fluxerunt omnes ſecundariae, violandam eſſe diceret. Primaria lex naturae, ſi *Hobbeſium* audias, haec eſt: *Fac omnia, quae potes, ut temetipſum conſerves.* Haec prima lex flagitavit, ut alia rogaretur ſecundaria: *Quum temetipſum conſervare nequeas, quamdiu juri tuo nihil derogatum vis, jus tuum in alios transfer, illisque obtempera.* Haec ergo ſecundaria lex tamdiu ſancta ſit neceſſe eſt, quamdiu principem illa legem fulcit & ſuſtentat. At ſi eadem legi primariae refragetur, & vim ejus evertat, ſi obedientia erga magiſtratus conſervationi populi obſtet, quis, obſecro, ſui compos dixerit, nihilo tamen minus minorem hanc & ſuperiori illi ſubjectam legem cuſtodiendam, illam autem primam, quae mater

&

Digitized by Google

practereant. Foedera enim fatentur, niſi ad ea poenae & ſupplicia adjungantur, nil niſi ſonos & vocabula eſſe, ideoque ſocietatis civilis membra haud ita illis ſociari poſſe, ut firmiter inter ſe ac valide cohaereant: quod dum fatentur, ſimul declarant, juſtitiam arte tantum & conſilio excogitatam, ad firmandam civitatem non ſatis habere virium, hominesque natura diviſos & voluntatibus ſejunctos, ad ſtabilem vitae communitatem ineundam nullo modo adducere poſſe. Quocirca, ne inſtitutis ſuis deſint, arte & conſilio miſſo, poſtremo a vi & potentia unice opem flagitant, neque magiſtratus, quos ſibi formant animo, uno metus beneficio regna-

& cauſſa eſt hujus, deferendam eſſe? Certe aeque is ſapienter decerneret, ac ſi diceret, ut conjectario cuidam ſua vis & auctoritas maneat, principium, ex quo illud manavit, tollendum & omni veritate exuendum eſſe. Sublato fine, rem ipſam tolli, nemo neſcit. Finis ergo, propter quem unusquisque imperio aliorum ſeſe ſubjecit, ſi hic unice eſt, ut vitae ſuae & ſaluti paret praeſidium, evidens eſt, obligatione illum ſolvi, ſimulatque finem hunc tolli intelligit.

Ajo deinde, ex hac diſciplina *Hobbeſii* manifeſto conſequi, omnes, qui hodie imperant, injuſte imperare, & jure naturae obligari ad potoſtatem, quam habent, deponendam & in unius poteſtatem ſeſe dedendos. Omnes Reges & Principes, qui jus habent aliis leges ferendi, *Hobbeſio* auctore, in ſtatu adhuc naturae ſunt, & quaelibet civitas ac reſpublica non ſecus ſpectari debet, quam unus homo arte compoſitus, cui nihil jurium eorum demtum eſt, quibus omnes fruuntur homines, quatenus homines ſunt. Multis in locis hoc aperte profeſſus eſt, neque potuit, quin ita ſtatueret. *vid. Leviath. Cap.* 1. *p.* 1. *ſ. Cap.* 13. *p.* 65. *&c.* Quilibet ergo Rex & populus jus illud habet ad omnia, quod natura, judicio philoſophi noſtri, unicuique homini impertita eſt, quoque ſeſe abdicare quisque debet, quo ſemetipſum, vitamque, & felicitatem ſuam conſervet. Quemadmodum vero ſinguli homines, recta ratione & jure naturae jubente, id potiſſimum curare debent, ut ſibimetipſis ſecuritatem, conſervationem, & vitam comparent atque conſervent: ita etiam ſine ulla controverſia Reges atque principes, in quos tota civitas jura ſua contulit conſervationis ſuae cauſſa, ad eam curam toti debent incumbere, quo corpus ſuum, cujus capita ſunt, conſervent atque tueantur, & civitatem ab omnibus malis tutam praeſtent, & ea de cauſſa legi naturae obedire: *Hobbeſius de cive Cap.* 13. §. 2. *p.* 91. *Imperantium autem officia omnia hoc uno dicto continentur: Salus populi ſuprema lex eſto. Quamquam enim ii, qui ſummum inter homines imperium obtinent, legibus proprie dictis, hoc eſt, hominum voluntati ſubjici non poſſunt: quia ſummum eſſe, & aliis ſubjici, contradictoria ſunt, officii tamen eorum eſt, rectae rationi, quae lex eſt naturalis, moralis, & divina, quantum poſſunt, in omnibus obedire. Quoniam autem imperia pacis cauſſa conſtituta ſunt, & pax propter ſalutem quaeſita, ſi is, qui in imperio poſitus, eo aliter quam ad ſalutem populi uteretur, faceret contra pacis rationes, hoc eſt, contra legem naturalem.* — §. 4. *Per ſalutem autem intelligi debet non ſola vitae qualitercumque conſervatio, ſed quatenus fieri poteſt, vita beata. Nam eo fine homines in civitates inſtituivae ſponte coiere, ut poſſent, quantum conditio ferret humana, jucundiſſime vivere.* Adde *Leviathan. Cap.* 30. *p.* 157. Nihil vero magis noxium eſt pacі publicae & conſervationi cum ſingulorum hominum, tum civitatum, qui unius hominis inſtar ſpectari debent, judice *Hobbeſio*, quam illud jus ad omnia, quod ſummi habent imperantes; neque pax inter gentes ullo modo unquam coaleſcere & bellis modus poni poterit, dum hoc illi jure utuntur. Reges ſcilicet Galliae, Angliae, Hiſpaniae, Succiae, Daniae, quoniam in ſtatu ſunt naturae, jus habent faciendi, quod libet; hoc jure ſalvo aeternorum bellorum & graviſſimarum inimicitiarum cauſſae non poſſunt non, *Hobbeſio* teſte, exſiſtere, quae populorum ſalutem & felicitatem, cujus tutores Reges illi ſunt, evertunt & tollunt. Quid igitur? Lex naturae, praecipiente *Hobbeſio*, poſtulat, ut hi Reges, quo ſe & populum ſuum ſartos & incolumes ſervent, ſummum illud jus quod habent, repudient & in unum transferant. Verum dum vel inter duos imperium orbis terrarum diviſum erit, contentiones & bella numquam ceſſabunt, ſalusque & incolumitas populorum anceps ſemper & in praecipiti erit poſita. Itaque neceſſe erit, ut totus orbis una ſiat civitas, Regesque omnes in unum hominem, qui univerſo imperet humano generi, jura ſua conferant; quod priusquam faciant, juri naturae Hobbeſiano reſiſtunt, quo decedere de jure ſuo quilibet jubetur, quo conſervationi omnium conſulat, & in rationem graviſſime peccant. Viderint jam, qui ſupremorum imperantium commodis ſervire juſſi ſunt, num e re ſit illorum, philoſophiam hanc ubique introduci & hominum animis inſtillari.

regnare, decernere (*q*) verentur. Sic eos omnino ſentire oportet, quoniam omnem juſtitiam, injuſtitiam, & obligationem ab una lege repetunt: legem autem *mandatum* eſſe volunt, *illis datum, qui per imbecillitatem reſiſtere* (*r*) *nequeunt*, ex quo conficitur, quod mandatum & voluntas potentiorum vim obligandi homines habet, id ex metu poenarum, quas comminantur, unice (*s*) provenire. Hoc ſi ita ſeſe habet, ſi omnis obedientiae, quam leges poſcunt civiles, ratio in uno metu poſita eſt, id jure a nullo exigi poterit, ut in capitis diſcrimen ſe pro ſalute principis & reipublicae objiciat: illi vero, qui impunitatem ſibi ſcelerum polliceri quodammodo poſſunt, licentiam habebunt leges, quas volunt, commodi ſui cauſſa violandi, quoniam vinculo, quod poenae metus aliis injicit, ſoluti ſunt.

1201 Hujus autem ſententiae tanta eſt foeditas, tamque inſignis & eximia turpitudo, ut hi ipſi etiam, cum quibus res nobis eſt, philoſophi aperte eam profiteri nolint, nec ulli parçant diligentiae, quo flexiloquas ad deformitatem ejus tegendam formulas inveniant. Quid? quod vi veritatis eo usque nonnumquam adiguntur, ut *poenam non obligare, ſed obligatum tenere* (*t*) pronuntient. Praeterea quod vi & potentia conſtitutum, id vi etiam & potentia auferri iterum & tolli poteſt. Si quod dominantur aliis & leges ferunt magiſtratus, id virtuti poenarum & poteſtati gladii acceptum unice referunt, quid, quaeſo, univerſum jus eorum erit, quod tantopere praedicatur & extollitur? Certe nil, niſi vis, potentia, & auctoritas. Ergo omnia, quae vi & opibus committuntur ſcelera, non erunt ſcelera: ergo qui res novas moliuntur, qui civitatem turbis & ſeditionibus miſcent, modo fortuna viribus faveat, nil peccabunt, ſed juſte agent. Ad extremum, ſi omnis civilis

(*q*) *Verentur*] *Hobbeſius Leviathan. Cap.* 17. *p.* 85. *Conditio belli libertati naturali* (*propter paſſiones humanas*) *neceſſario tunc adhaeret, quando nulla exſtat potentia viſibilis, quae paſſiones illas terrore poenarum temperare poſſit, legesque naturales & pacta obſervari faciat. Leges enim naturae* (*ut juſtitia, aequitas &c.*) *& uno verbo, Facere aliis, quod fieri velimus nobis, absque metu potentiae coactivae, paſſionibus naturalibus* (*quales ſunt ira, ſuperbia, cupiditasque omnis*) *contrariae ſunt. Exitum autem e conditione belli omnium contra omnes leges & pacta per ſe praeſtare non poſſunt. Verba enim ſunt, dumque verba tantum ſunt, non timentur, ideoque ad ſecuritatem hominum per ſe ſine armis inutilia ſunt. Itaque leges* (*quas qui obſervare, aliis obſervantibus, conatus eſt, obſervavit*) *quoties potentiae cogentis metus abeſt, non obligant, neque impediunt, quin ſecuritatem ſuam a viribus & artibus propriis petere unicuique licitum ſit.*

(*r*) *Nequeunt*] Haec legis definitio non tot quidem verbis tradita eſt ab *Hobbeſio*, at ex reliquis ejus ſcitis & praeceptis eruitur. Ipſe quomodo legem deſcripſerit, ex ſequentibus locis apparebit. *Libro de cive Cap.* 14. §. 1. *p.* 100. *Lex eſt mandatum ejus perſonae* (*ſive hominis, ſive curiae*) *cujus praeceptum continet obedientiae rationem.* Obſcure ſatis! ſed addit, ex quibus mens ejus clarius intelligitur, ſtatim haec: *ut praecepta Dei reſpectu hominum, civitatis reſpectu civium, & univerſaliter omnium potentium reſpectu* EORUM, QUI NON POSSUNT RESISTERE, *eorum leges dicendae ſunt.* Suſpicor haec verba in animo *Cudworthum* habuiſſe, quum *Hobbeſio* illam legis, quae hic legitur, definitionem attribuit. Paullo aliter de lege *Leviathan. Cap.* 26. *p.* 129. *Legem igitur civilem ſic definio: Lex civilis unicuique civi eſt regula, qua civitas verbo vel ſcripto, vel alio quocumque voluntatis ſigno idoneo, ad diſtinctionem boni & mali, uti imperat.*

(*s*) *Provenire*] Legantur velim & expendantur haec hominis verba *de cive Cap.* 15. §. 5. *p.* 113. *Quod ſi quis ceteros* (in ſtatu naturae) *potentia in tantum anteiſſet, ut reſiſtere ei ne omnes quidem conjunctis viribus potuiſſent, ratio quare de jure ſibi a natura conceſſo decederet, nulla omnino fuiſſet. Manifeſtum igitur ipſi jus dominii in ceteros omnes* PROPTER POTENTIAE EXCESSUM, *qua & ſe, & illos conſervare potuiſſet. Iis igitur quorum potentiae reſiſti non poteſt, & per conſequens Deo omnipotenti, jus dominandi ab ipſa potentia derivatur.* Juſte igitur imperat, cui tantum eſt, alios ut ſubigere queat, potentiae. Praeclare haec ſententia turbulenti ingenii tyrannis conducit, qui fines potentiae ſuae latius ſemper propagare, &

Digitized by Google

civilis poteſtas, ſi omnes civitates & reſpublicae nullo, niſi vi & metu, firmamento ſtarent, ſi natura ſocietatibus his repugnaret, omnia haec inſtituta interirent & funditus everterentur. Naturae enim tanta vis eſt, ut vim demum & metum frangat & ſuperet. Secus vero videmus omnia evenire. Homines enim ubicumque terrarum ad ſocietates civiles condendas propenſi ac proclives ſunt, & ſi una forte imperii forma intereat & abrogetur, nova ſtatim inde ſurgit & naſcitur.

§. XXXIV. Hoc itaque quum planum ſit, non arte ac neceſſitate conſtituta eſſe imperia, multo minus naturae hominum refragari ac repugnare, ſit neceſſe eſt naturale quoddam vinculum, quo civitates omnes, ne dilabantur & diffluant, colligentur, ſit ſuperior quaedam & aeterna norma oportet, quae & civibus ad obedientiam erga mandata & juſtas magiſtratuum leges, & magiſtratibus viciſſim ad aequiſſimas leges ferendas & ſalutem civitatis unice quaerendam dux & auctor ſit: quo quidem utrique officio plane ſolvuntur, ſi horum philoſophorum jus infinitum & belluinum locum habeat. Hoc autem vinculum quodnam eſſe poſſit, equidem haud video, niſi aeternum quoddam jus & certa quaedam ratio omnibus, quae intelligentia valent, animantibus communis, qua conſocientur inter ſe ac veluti conglutinentur: quorum quidem utrumque ex ipſa divina ratione proficiſcitur. Ipſum Dei jus, ipſa ſummi Numinis auctoritas juſtitia unice nititur: ejus vero divinae auctoritatis pars quaedam ad illos manavit, qui civitatibus (v) imperant. Non hanc magiſtratuum potentiam populus finxit, non hominum voluntas

ſi poſſent, omnes gentes in ditionem ſuam redigere vellent. Namque hi ſi viribus tantum & opibus valeant, optimo jure vicinas gentes, hoc nixi decreto, invadent, nec fas erit illis reſiſtere, quum in potentia eorum jus poſitum ſit regnandi, & mandata eorum, quibus reſiſti nequit, leges ſint. Judicent vero, quos vel minima rerum humanarum cura tangit, quantum pacis & tranquillitatis ex hoc genus humanum decreto ſperare queat: Qui potentior eſt ceteris, is jure aggreditur imbecilliores & in victos jure imperat. Mitto quod de jure Dei hic dicit ex potentia ejus unice fluente: quam ſententiam ii demum ſuſcipient, qui ſupremum Numen tale cenſent eſſe, quales *Hobbeſii* Reges ſunt, quibus nihil juſtum eſt, praeter id, quod ipſi juſtum eſſe volunt. Adde, quae *de Cive Cap.* 6. §. 4. p. 41. ſcripta reliquit: *Securitati non pactis ſed poenis providendum eſt.*

(t) *Pronuntient*] *Hobbeſius de cive Cap.* 14. § 2. p. 101. quum dixiſſet: *Pacto obligamur: lege obligati tenemur*, hanc adnotationem verbis hiſce ſubjicit: *Ipſum eſt aliquibus, idem eſſe obligari & obligatum teneri & proinde diſtinctionem in verbis aliquam, in re nullam eſſe. Clarius ergo hoc dico. Pacto obligari hominem, id eſt, propter promiſſionem praeſtare debere. Lege vero obligatum teneri, id eſt, metu poenae, quae in lege conſtituitur, ad praeſtationem cogi.*

(v) *Imperant*] Id ipſum vero totum negat *Hobbeſius*, qui jus omne & imperium, quod ipſe Deus habet in homines & animantia, potentia unice niti, non vero vel juſtitia & ſanctitate, vel ſapientia, tuetur. Attuli paullo ante unum, quo id aperte profitetur, locum. Alios nunc addam, ne quid alicui dubitationis reſtare queat. *De cive Cap.* 15. §. 5. *p.* 112. *In regno naturali regnandi & puniendi eos, qui leges ſuas violant, jus Deo eſt a ſola potentia irreſiſtibili.* §. 7. *p.* 114. *Quod ſi jus regnandi habeat Deus ab omnipotentia ſua, manifeſtum eſt, obligationem ad praeſtandam ipſi obedientiam, incumbere hominibus propter imbecillitatem. -- A ſecundo hoc obligationis genere naſcitur, hoc eſt, a metu, ſive imbecillitatis propriae (reſpectu divinae potentiae) conſcientia, quod in regno Dei naturali, ad obediendum Deo obligemur: dictante ſcilicet ratione omnibus, Dei potentiam & providentiam agnoſcentibus, non eſſe calcitrandum contra ſtimulum.* Ad haec verba illuſtranda hanc ſubjicit adnotationem: *Si cui durum hoc videbitur, illum rogo, ut tacita cogitatione conſiderare velit, ſi eſſent duo omnipotentes, uter utri obedire obligaretur. Confitebitur, credo: neutrum neutri obligari. Hoc ſi verum eſt, verum quoque eſt, quod*

1202 tas condidit: quod si ita sese haberet, eorum, quorum constituta est voluntate, viciſſim tolli & abrogari posset: Sed impressa exstant in ea divinae originis vestigia. Cui quidem rei vel jus illud vitae & necis, quod magistratus nunc habent, argumento est. Hoc enim, antequam civitates construerentur, non singulorum fuit hominum, nec ab his propterea in alium conferri potuit. Nisi Deus & natura homines dissipatos congregassent: nisi naturalis quaedam esset omnium, in quibus inest ratio, animantium communitas & consociatio: nisi omnes homines Deo, tamquam supremo auctori suo, subjecti essent, *unaque*, *ut* (*x*) *Cicero* ait, *civitas Deorum atque hominum esset*: nisi Deus denique & ἄρχειν & ἄρχεσθαι, *imperium* & *obedientiam* introduxisset, hos aliis rogare leges, illos latis obtemperare legibus jussisset, utrisque vero certa praescripsisset officia, vivendique rationes: numquam nec ars, nec doli & fraudes, nec vis denique tantum valuisset apud homines, ut firmas & bene munitas constituerent civitates. Qui jure dominatum in alios habet, is non *Leviathan* est, non animal brutum, sed Deus: *Dixi*, ait (*y*) Deus, *vos esse Deos*: non ille violentia tantum & metu populum coërcet, sed naturali lege atque divino mandato, ipsiusque summi Numinis inter homines personam & auctoritatem sustinet. Interea non negem, vi & metu opus esse ad eos in officio continendos, qui rationes & naturae vocem aspernantur & negligunt. Quamquam ne hos quidem ita franget suppliciorum terror, ut omni ex parte, quod jussi sunt, faciant. Religione nimirum sublata & invisi Numi-
1203 nis, quod cuncta cernit, ab illisque, qui legum auctoritatem sive publice sive secreto conculcant, vel in hac vita, vel post fata poenas expetet, timore deleto, quod a vitiis & sceleribus arceat homines, aut nihil aut exiguum aliquid erit. Atque hujus rei tanta est veritas & evidentia, ut ipsimet Dei contemtores publicorum

quod posui, homines ideo Deo subjectos esse, quia omnipotentes non sunt. Etenim Servator noster Paulum admonens (qui eo tempore ecclesiae hostis erat) ne contra stimulum calcitraret, obedientiam ab illo videtur eo nomine exegisse, quod ad resistendum satis virium non haberet. Leviathan. Cap. 31. p. 167. Regni divini naturalis jus, quo Deus illos, qui leges naturales violant, affligit, non ab eo derivatur, quod illos creaverit, cum non essent, sed ab eo, quod divinae potentiae resistere impossibile est. Quam haec partim futilia, partim sacris oraculis apertissime contraria sint, quippe quae Deum sanctum, justum, sapientem, parentisque in loco generi humano esse, regnum autem ejus bonitate & justitia niti, toties tradunt, neminem praeterire potest, primis religionis Christianae elementis imbutum. Lepida in primis & tam acuto philosophó parum digna est verborum Servatoris nostri ad *Paulum* interpretatio. *Act.* IX. 5. *Difficile tibi erit calcitrare adversus stimulum.* Vim enim huius moniti hanc vult esse: *Tu nihil efficies contra nitendo: itaque vi majori cede.* Hoc si *Jesus Christus* monito *Paulum* ad religionem Christianam amplectendam adducere voluisset, equidem de sapientia & sanctitate ejus cur modice sentirent homines *Hobbesii* similes, non admodum demirarer. Vel pueri vero vident, sanctissimum hoc sibi Servatorem velle: Tu gravissimas in poenas & hic & post fata incurres, nisi viam deseras, quam ingressus es. Verum vafer homo, cui propositum erat, omne justum & honestum evertere, quo supremorum magistratuum firmaret potentiam & auctoritatem, facile providebat, si Deo aliquam justitiam & sanctitatem relinqueret, fore, ut sani omnes dicerent, jure quodam potentiorum quoque imperium constringi, nec fas illis esse alium, quam ipsum Deum, cujus personam gerunt, imitari. Cupide igitur, quae tum temporis inter Anglos vigebant, durioribus Reformatorum quorumdam de absoluto decreto dogmatibus arreptis, omni Deum justitia & sanctitate exuebat & in absolutum Dominum, fatali vi & potentia haud superanda cuncta gubernantem, commutabat. Pulcre hoc observavit eruditissimus & prudentissimus Anglorum Episcopus, *Gilb. Burnetus* in *Historia temporum suorum*, *ad A.* 1661. *p.* 187. qui: *Hobbs main principles were*, inquit, *that all men acted under an absolute necessity in which he seemed protected by the received doctrine of absolute decrees: Hobbesii primaria dogmata erant, omnes hominum actiones fati & necessitatis*

Digitized by Google

eorum commodorum cauſſa, quo civitates conſiſterent, religionem a callidis hominibus inventam eſſe, non vereantur contendere. Igitur ſic nobis rationem concludere licebit, qui aliis imperant & civitatibus praepoſiti ſunt, non metu unice ac violentia regnare, ſed jure primum, juſtitia, & aequitate, deinde praepotentis Dei metu imperia eorum firmata eſſe. Ita ſatis ea diluta eſſe arbitror, quae principe loco philoſophi, quos Deum tollere juvat, afferunt, ut religionem emolumentis & commoditatibus eorum, qui imperant, obeſſe convincant.

§. XXXV. Alterum nunc ſuccedat eorum portentum. Potentiam, ajunt, civilem natura ſua infinitam eſſe; at religionem certis eam terminis & finibus circumſcribere: Hanc igitur tollendam eſſe, ut illa vigeat. Huic loco ita occurrimus. Jus & auctoritas eorum, qui populos regunt, non, quod temere genus hoc ſibi perſuadet, immoderata eſt licentia, verum jus, ut ante diximus, quod ex ipſa naturali juſtitia manat. Jus imperandi qui certis hominibus datum eſſe adſeverat, is ſimul alios eſſe homines ſignificat, quorum munus & officium ſit, parere. Alioquin jus hoc nil niſi vocabulum, aut mera vis & voluntas eſſet. Nemo autem, niſi lege naturae, quae officia hominum non introducit, ſed hominibus jam praeſcripta eſſe aſſumit, ad obediendum cogi poteſt. Quod ſi enim non ante legem homines jam obtemperandi officium haberent, lex ipſa & mandatum nullam ipſis afferret parendi neceſſitatem. Ex quo intelligi neceſſe eſt, primam hominum obligationem non a lege eſſe, ſed a natura. Si ad ea facienda, quae lex naturae poſtulat, homines, id quod multi volunt, mandato & voluntate divina, quae praemia bonis promiſit, poenas improbis eſt comminata, unice obligati eſſent, neminem certum eſſet per ſe juſtum & bonum eſſe, ſed *ex accidenti* tantum, ut lo-

ſitatis legibus eſſe ſubjectas: & huic ejus ſententiae recepta tum de abſolutis Dei decretis dogmata favere videbantur. Et hanc propter cauſſam *Cudworthus* noſter paſſim tam acriter in eos invehitur, qui Deum abſolute decernere opinantur omnia, totamque naturam ejus potentia contineri cenſent: quem quidem doctiſſimi quique ex Anglis ſequuti ſunt poſtea, quippe qui ab *Hobbeſii* temporibus multo ſunt inimiciores facti dogmati illi quorumdam Reformatorum, quod diximus. *Hobbeſii* veſtigia, quem neſcio, an legerit, *Bened.* de *Spinoza* diligentiſſime ubique premit, ut alter alterum expreſſiſſe videatur: Vide *Tractatum Theol. Politicum Cap.* 16. *p.* 176. ubi: *Inter homines, quamdiu ſub imperio ſolius naturae vivere conſiderantur, tam ille, qui rationem nondum novit, vel qui virtutis habitum nondum habet, ex ſolis legibus appetitus ſummo jure vivit, quam ille, qui ex legibus rationis vitam ſuam dirigit.* —— *Jus naturale uniuscujusque hominis non ſana ratione, ſed cupiditate & potentia determinatur.* Paullo tamen poſt omne jus divinum ex pacto, quod Deus iniit cum hominibus, naſci perhibet: *Quare abſolute concedendum jus divinum ab eo tempore incepiſſe, a quo homines expreſſo pacto Deo promiſerunt in omnibus obedire, quo ſua libertate naturali quaſi ceſſerunt, jusque ſuum in Deum tranſtulerunt.* Videntur haec ab *Hobbeſii* praeceptis abire: ſed ad ſpeciem tantum eſſe dicta, ex *Tractatu Politico*, qui in *poſthumis* ejus *operibus* exſtat, intelligitur, in quo *Cap.* 2. *p.* 270. omnes migrat verecundiae limites; Poſtquam enim §. 2. decreverat, *rerum naturalium potentiam, qua exiſtunt, & conſequenter qua operantur, nullam eſſe aliam poſſe, quam ipſam Dei aeternam potentiam*, id quod ex nefario ejus dogmate de natura divina manifeſto fluit, §. 3. ita pergit: *Quoniam Deus jus ad omnia habet, & jus Dei nihil aliud eſt, quam ipſa Dei potentia, quatenus haec abſolute libera conſideratur, hinc ſequitur, unamquamque rem naturalem tantum juris ex natura habere, quantum potentiae habet ad exiſtendum & operandum.*

(x) *Cicero*] *De natura Deor. Lib.* II. *Cap.* 62. *p.* 3043. *Tom.* IX. *Opp.* ex mente Stoicorum: *Eſt enim mundus quaſi communis Deorum atque hominum domus, aut urbs utrorumque.*

(y) *Deus*] Per Davidem *Pſalm.* LXXXII. 6. Ad quem locum vide quae ſcripſit *Jo. Clericus Comm. in Pſalmos p.* 408. 409.

loquuntur, & aliarum tantum rerum cauſſa. Atqui bonitas & juſtitia cum ipſa rerum natura conjunctae ſunt & in ea latent, non autem extrinſecus ad eas accedunt: idque eſt illud proprie, quod hominibus parendi neceſſitatem imponit. Hoc bonum prorſus diſtat ab eo, quod uniuscujusque ſibi voluntas aut privatum fingit commodum, id quod in ſingulorum poteſtate ac arbitrio poſitum eſt. Quod de infinito autem jure dicunt, id quale ſit, neſcio: Infinitam enim qui facit eſſe juſtitiam, is infinitam eſſe quamdam normam ſeu menſuram decernit, quod ineptum eſt. Juſtitia ipſa natura ſua res eſt ſuis finibus concluſa: nec igitur qui de infinito jure & auctoritate diſſerunt, quid ſibi velint, ipſimet intelligunt. Si quid eſt, quod ipſa natura ſua juſtum, rectum, & decorum eſt, non poteſt non aliquid etiam eſſe injuſtum & inhoneſtum, quod ideirco nulla auctoritas aliis jure imperare ac praeſcribere poteſt. Neque eſt, quod hanc rem exiſtimet aliquis in magiſtratuum auctoritatem injurioſam eſſe. Tam late enim hoc juſti & injuſti diſcrimen patet, ut ad ipſum, quod omnia regit, Numen pertineat. Ipſum nempe Dei jus, ipſa Dei potentia, tametſi univerſa ejus ſubjecta ſunt arbitrio, juſtitia pariter & aequitate vallata & munita eſt. Voluntas Dei juſtitia regitur, non autem juſtitia ad voluntatem ejus flectitur: neque Deus ipſe propterea, quod natura injuſtum eſt ac iniquum, aliquid imperare poteſt. Quae quum ita ſint, nemini obſcurum eſſe poſſe arbitror, ſecum ipſis pugnare, nec niſi caſſas voces fundere, qui infinitum ſemper jus & infinitam auctoritatem nobis occinunt, voluntatem ejus, qui in imperio & dominatu eſt, unicam eſſe juris & aequitatis regulam decernunt, denique nil injuſtum eſſe dictitant, quod is juſſerit, qui cogere poteſt. Etenim qui ſic ſentiunt, illi hoc ſumunt, juſti & injuſti nullum naturale diſcrimen eſſe: id vero eſt affirmare, nullam eſſe prorſus, quae imperare queat, auctoritatem, nullum viciſſim in quoquam obediendi officium eſſe. Igitur hi paraſiti, qui ut potentum aucupentur voluntatem, clamare numquam deſinunt, omnis religionis ac juſtitiae normam in ejus voluntate ſitam eſſe, qui civitati praeeſt, eoque nomine in Deum & religionem animos eorum accendere volunt, qui imperant, aeque male de magiſtratibus ac de religione promerentur. Omni enim auctoritate, omni jure, omni dignitate reges atque principes ſpoliant, quibus nil niſi vim, qua & beſtiae valent, & licentiam brutis animantibus, quam homine, digniorem relinquunt. Si, quod fieri tamen nullo modo poteſt, omnem funditus in hominum animis exſtirpare ac delere poſſent religionem, atque Dei reverentiam civitatum gubernatores, una certe ſibimetipſis perniciem
1204 conflarent, quasque ſibi parare vellent, religionum exitio, commoditates, has cum omni ſecuritate vitae amitterent. Hoc interim tamen dubio vacat, eos, in quibus ſumma leges ferendi poteſtas reſidet in unaquaque republica, ſive unus ſit, ſive plures, pro lubitu & arbitrio leges rogare civiles, & viciſſim abrogare poſſe, neque, ſi leges ſcifcant iniquas & injuſtas, aut latas leges violent, ideo civiliter peccare, quoniam omni lege ſuperiores ſunt: at in Deum tamen quin peccent, nullum eſt dubium, ſi hujusmodi aliquid committunt. Etiam illud adjungo, ſummos hoſce magiſtratus alio quoque ſenſu omni lege ſolutos vocari poſſe, quatenus nimirum ἀνυπεύθυνοι ſunt, nec ab ullo homine ad cauſſam dicendam compelli poſſunt. Quod ſi enim ullius conſilii vel hominis tanta foret auctoritas & poteſtas, ut magiſtratus in judicium vocare poſſet, non hi ſummum in civitate gradum obtinerent, verum alii, quod ab hac abhorret diſputatione noſtra.

Quod

Quod ſi rurſus illi, ad quos cura haec de ſummis judicandi magiſtratibus pertineret, alios haberent actionum ſuarum cognitores & arbitros, de omni ſalute civitatis actum eſſet. Nam aut ſine fine conſtituendi eſſent judices, aut omnis poſtremo judicandi poteſtas ad multitudinem & ſingula ejus membra rediret. Quorum quidem illud cum prorſus eſt abſurdum, tum civitatis omnino fundamenta tolleret ac everteret. Quisnam enim, ſi ſupremus in civitate judex haud eſſet, controverſiis & litibus modus & finis ſtatueretur? Ita vero nervi omnes reipublicae convellerentur atque capite fere civitas orbaretur. Ex his, qui ratione valent, judicent, quanta vis ſit argumentorum, quibus religionum hoſtes efficere volunt, florente religione, rempublicam & jura imperantium florere ac ſalva eſſe non poſſe.

§. XXXVI. Reſtat ultimus hujus generis locus. Omne, ajunt, privatum judicium de eo, quod bonum malumque duci debet, repugnat magiſtratuum auctoritati, civilisque ſocietatis commodis. Civitas enim unus veluti homo eſt arte & conſilio conflatus, in quo una ſit oportet voluntas & una ratio. Conſcientia vero privatum eſt de eo, quod bonum & malum, juſtum & injuſtum haberi debet, judicium. (z) Igitur reſpondemus, non religionem, verum horum philoſophorum, qui Deo adverſantur, praecepta talc in rempublicam introducere privatum de eo, quod juſtum vel injuſtum, bonum vel malum haberi debet, judicium, quale civitatis tranquillitas & conſtitutio ferre nullo modo poteſt. Negant enim, eſſe publicum aliquod & commune in natura bonum: negant ullo hominesofficio, vel jure naturae conſtringi: omnia vero ad privatam utilitatem & ad uniuscujusque libidinem referunt: ex quo conſequitur, quemlibet rerum, quae ad ſe pertinent, judicem eſſe. Haec ſi vera ſunt decreta, is, qui e re ſua fore judicabit, legibus reſiſtere, novas res in civitate moliri, quin etiam magiſtratus vel gladio, vel veneno de medio tollere, ipſa natura, ſuorumque commodorum ratione, quippe qua nulla major lex eſt, ad haec omnia facinora tentanda obligatus erit. Neque id umquam familia haec, Dei oblita, vel dolis & fallaciis, vel praeſtigiis verborum & vocabulorum, quae in promtu habent, qualia ſunt: *juſtitia arte facta*, *homo arte compoſitus*, *conſcientia publica*, *communis perſona & voluntas*, aſſequetur, ut homines ex eo, in quo collocati ſunt ab eo, naturae ſtatu, libertateque de rebus ſuis judicandi & decernendi, excidant. Quibus id omnino addi debet, philoſophiae hujus conſultos non poſſe non, niſi ſecum ipſis diſſentire & ſcita ſua repudiare velint, concedere, privatum ejusmodi judicium & decretum, quod civilis poteſtatis amplitudini prorſus adverſatur, nonnumquam eſſe licitum: Ita hominem non poſſunt negare, vitae ſuae tutandae cauſſa, legitime magiſtratui reſiſtere poſſe, eosque, qui ſemel defecerunt a Rege, non peccare, ſi ſe ſuaque poſtea vi & armis defendere ſtudeant. Huic privato hominum judicio, quod naturae appetitus & utilitatis ſpeciem ſequitur, nulli poſſunt intercedere, niſi qui juſtitiam naturalem commendant, quae publica ſpectare commoda, jubet, privatis autem ſervire unice opportunitatibus, vetat, item illi, qui con-

(z) *Igitur*] Loci *Hobbeſii*, quibus hoc dogma profitetur, ſunt a nobis propoſiti p. 93.

Digitized by Google

conſcientiae morem eſſe gerendum praecipiunt, quae obediendum eſſe decernit legitimis quibusvis magiſtratuum mandatis, etiamſi nec hominum illa cupiditatibus, nec commodis & utilitatibus ſingulorum conveniant. Ex quo quidem intelligi debet, ipſam conſcientiam in ſe ſpectatam non ſuas quemque hominem res, verum publicam & communem ſalutem ſpectare jubere. Nam divinis obtemperandum eſſe legibus, juſtitiae & aequitati ſine ullis ſtudiis ſerviendum, denique noſtra commoda, ſi cum totius ſocietatis ſalute pugnent, deſerenda nobis eſſe, ſtatuit. Hac igitur una re conjungi inter ſe ita poſſunt homines, ut ſocietatem colant: haec una civitates firmat & conſtituit: haec ne homines ex ſuis omnia emolumentis & opportunitatibus metiantur, quo nihil magis eſſe poteſt reipublicae noxium, impedit; id quod (*a*) *Plato* jam olim praeclare inculcavit: τὸ κοινὸν συνδεῖ, τὸ ἴδιον διέστηκε: *Quod commune & publicum eſt, id conjungit & ſociat: quod vero privatum, ſegregat & diſſolvit.* Certum quidem eſt ac minime dubium, quemvis hominem actionum ſuarum judicem eſſe debere: nam quae de publica hi novi doctores conſcientia tradunt, ridicula prorſus ſunt & pueris, quam viris, digniora. Nec id neget aliquis, falli poſſe, dum ita de ſuis judicant factis, homines. At norma tamen, qua dirigi debet animus res ſuas perpendens, nec privata eſt, nec abſtruſa aut portentoſa, niſi illos forte miſeros fanaticos cogites, qui id demum rectum ducunt, ad quod bruto quodam inſtinctu & neſcio qua impulſione feruntur: Sed illa omnium judiciorum noſtrorum regula, quam nulli deſerere fas eſt, vel naturales ſunt ac aeternae Dei leges, vel voluntas ejus, quam litteris mandari voluit: quae quidem leges publicae magis & communes ſunt, quam ullius civitatis leges a principe latae, de quarum aequitate alii quoque judicare poſſunt. Fateor, ut praeſtantiſſimis nonnumquam rebus ad omnem nequitiam abutuntur homines, ita ſceleratos ſanctum religionis & conſcientiae nomen immanibus delictis & ſeditionibus praetendere poſſe & reapſe praetendiſſe. Sed hanc culpam, quae in hominum latet natura, in religionem velle conferre, homi-

(*a*) *Platone*] *Libro* IX. *de legibus p.* 660.

(*b*) *Sunt*] Hoc ut dogma *Hobbeſius* de abrogandis hominum privatis judiciis de actionibus ſuis, & conſcientia in eorum locum publica ſufficienda, commendaret, civilibus haud dubie bellis & ſeditionibus, quae miſere tum magnam vexabant Britanniam, commotus fuit. Nam illi, qui *Carolo* I. reſtiterant, Regemque optimum ſuſtulerant de medio, conſcientiae ut id facerent, incitatos ſeſe ſtimulis eſſe, dicebant: imperaſſe enim Regem nonnulla, quae ſuſcipere vetuiſſet ille, qui hominum in mentibus reſidet, interior judex. Contra qui reductam cupiebant poteſtatem regiam, viciſſim conſcientiam ſemet impellere, ut progeniem Regis injuſte trucidati reipublicae iterum praeficere ſtuderent, affirmabant. Hinc omni conſcientiae male cupiebat philoſophus, quem id unum conſtat egiſſe, ut potentiorum gratiam profanis dogmatibus ſuis aucuparetur. Tetrum vero hoc eſt & plane foedum hominis ſcitum, quod aperte oſtendit, cives Hobbeſianos nullos eſſe poſſe, niſi homines in beſtias commutatos & omni ratione vacuos. Primum tollit illud omnem ſacrorum librorum dignitatem & auctoritatem, utpote qui norma ſunt, ad quam conſcientiae judicium inſtituitur. Quid, quaeſo, norma ejusmodi in civitate opus eſt, ſi nulli licet in eam intueri, nec ad ejus praeſcriptum vitam ſuam conformare? Certe *Hobbeſius* ſcripturae ſacrae in civitate ſua ideo tantum aliquid reliquit loci, ne nimis gravem ſubiret invidiam: reapſe vero ſpernit eam & contemnit. Nam ſi ſupremus magiſtratus, id quod ſine circuitu tradit, unus eſt ejus interpres, ſi vim ea legis non habet, niſi velit magiſtratus, ſi denique id tantum credendum eſt, idque bonum, juſtum, & rectum duci debet, quod is, qui ſumma poteſtate praeditus eſt, credere jubet aut juſtum & bonum eſſe pronuntiat, praeſtat, opinor, eam civitate prorſus ejicere, quoniam nemini prodeſſe poteſt, quam locum illi aliquem in aedibus civium concedere. Idem deinde praeceptum poſtulat a civibus, ut uſu rationis

pror-

Digitized by Google

hominis ego putem eſſe parum ſani & intelligentis. Conſcientiam enim qui audiunt, illi primo quidem Deo obedientes & ſubjecti erunt, deinde etiam, divino juſſu, legibus ſummorum magiſtratuum voluntatem ſuam libenter mancipabunt. Quid multa? Religio & conſcientia jubent cives omnibus eorum legibus & mandatis obſequi, qui civitati praeſunt, & poteſtate leges rogandi fruuntur, tametſi votis ſuis, deſideriis, & commodis reſiſtant & adverſentur. Verum ſi illi, penes quos ſummum judicium & poteſtas eſt in republica, ea cives praeſtare volunt, quorum contrarium jus & ratio praeſcribunt, tum conſcientia Deo potius obediendum eſſe, quam hominibus, decernit: at eadem tamen reſiſtere, vimque violentia frangere vetat. *Rom.* XIII. 2. *Quisquis reſiſtit magiſtratui, is Dei mandato reſiſtit. Qui vero reſiſtunt, ipſimet ſibi condemnationem conſciſcent. Matth.* XXVI. 52. *Quicumque gladium acceperint, illi gladio peribunt. Hic fides eſt & patientia ſanctorum.* Ita religio Caeſari ſuadet dare, quae Caeſaris, & Deo, quae Dei (*b*) ſunt.

§. XXXVII. Omnibus igitur eorum opibus & copiis funditus profligatis & 1236
proſtratis, qui Deo & religioni bellum inferunt, nihil reliquum eſt, quam ut diſputationi finem faciamus & confidentiſſime rationem ita concludamus. Rerum omnium origines a materia repetere coeca, omnisque vitae & ſenſus neſcia, at fortuito & caſu commota, hominum eſt ſtultorum & ratione carentium. Non multo meliores illi, qui fictricem aliquam naturam, coecam quidem & ſuimet ipſius neſciam, ſed artificioſe tamen ambulantem & progredientem, univerſitatis rerum effectricem unam & matrem eſſe cenſent. Illi porro, qui materiam vitae participem & intelligentia quadam naturali praeditam, at ſenſu interiori & motuum ſuorum conſcientia deſtitutam, rerum omnium eſſe cauſſam ſciſcunt, quid ſibi proprie velint, neſciunt. Denique & illi, qui omnia per ſe neceſſario ex infinito tempore ſine ulla cauſſa exſtitiſſe opinantur, nihil afferunt, quod ingenio ſani hominis dignum videri queat. Una igitur eſt infinita & neceſſario per ſe

prorſus ſeſe abdicent, & homines eſſe deſinant. Eſt nimirum conſcientia nil niſi recta ratio, ad dictum juris naturae & divinorum oraculorum de actionibus noſtris judicans. Quare omnis ſi e civitate, ne conturbetur, eſt eximenda conſcientia, decet omnino cives id agere, ut pecudum & armentorum more nil niſi paſtum & victum cogitent, ceterum quod jubent alii, faciant. Magnum certe malum eſt ratio, quo ſe quilibet pro viribus liberare debet, ſi quidem uſus ejus reipublicae ſaluti, qua ſalus omnium continetur civium, noxius & perniciosus eſt. Denique vita hominum, hac recepta ſententia, omnis injuſtitiae, malitiae, & iniquitatis plena fiet. Namque nemini ſi fas eſt, quum molitur aliquid, conſcientiam antea conſulere, ut quid deceat, quid juri repugnet, inde diſcat, facere poterit quodcumque libet & commodis ſuis conducere videt, modo nihil agat, quod leges facere civiles vetant. Fac, eos, qui mercaturam faciunt, aut pacta cum aliis ineunt, conſcientiam haud curare, immo juſſos eſſe, negligere conſcientiam, infinitae aliis fient & impune fieri poterunt injuriae. Sed quid multis? Puerilis haec eſt atque nugatoria tota *Hobbeſii* doctrina. Quidquid homo diſputet, nullam ego civitatem eſſe & conſiſtere poſſe contendo, niſi privatim unusquisque de actionibus ſuis judicet. Fingamus nobis animis talem, qualem ſibi philoſophus hic finxit, civitatem, in qua ſummus magiſtratus omnia poteſt, neque lex ulla, quam civilis viget, remotis omnibus naturae & patefactis legibus. In hac tamen republica unusquisque, credo, civis conſtituere debet, utrum quod facere vult, legibus a principe rogatis conſentaneum ſit, nec ne. Inſaniret, ſi hoc inficiaretur, amicus *Hobbeſii*. Cives enim legibus ſi obedire & ad earum normam vivere oportet, ipſa quoque flagitat neceſſitas, ut cum legibus actiones ſuas conferant, videantque, num conſentiant hae inter ſe, an vero diſſentiant. Igitur, ubicumque lex erit, ibi privatum ſit judicium civium ſeu conſcientia neceſſe eſt; Quique conſcientiam tolli volunt e republica, ne quid ea patiatur detrimenti, ii ſimul legem & rempublicam tolli jubent.

ſe exiſtens natura, unde reliqua omnia manarunt: haec perfectiſſima, haec ſine modo bona & benigna, haec ſapientiae compos eſt infinitae & potentiae interminatae: Haec, quae fieri par erat, omnia condidit, atque eo modo comparavit, qui ſummae conſentaneus eſt ſapientiae. Haec denique accurate & pulcre gubernat, quae ſunt, omnia & prudentiſſime toti rerum univerſitati providet. Quocirca quotquot ſunt res conditae & factae, hujus excellentiſſimae naturae majeſtatem & dignitatem extollere, ſuſpicere, & venerari debent. *Huic praepotenti Numini laus ſit, honor, & gloria in ſaeculorum ſaecula. Amen.*

Digitized by Google

DE

AETERNA ET IMMUTABILI
REI MORALIS
SEU

JUSTI ET HONESTI NATURA
LIBER.

AUCTORE

RADULPHO CUDWORTHO,
PRAEFECTO QUONDAM COLLEGII CHRISTI
IN ACADEMIA CANTABRIGIENSI.

PRAEMISSA EST PRAEFATIO REVERENDISSIMI
IN DEO PATRIS,

EDUARDI,
EPISCOPI DUNELMENSIS.

LATINE VERTIT ET NOTULARUM ALIQUID SUBJECIT

JOHANNES LAUR. MOSHEMIUS,
ABBAS VALLIS S. MARIAE ET LAPIDIS S. MICHAELIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORIBUS

S. P. D.

JO. LAUR. MOSHEMIUS.

Posthumus hic *Radulphi Cudworthi*, immortalis memoriae viri, liber, quo prima rei omnis moralis initia persequitur & aeternas esse justi & honesti notiones ingeniose & acriter disputat, quum ex magna Britannia ad me perferretur, totum illum perdifficilem ac molestissimum laborem, quem per annos aliquot magni hujus viri *Systemati Intellectuali hujus universi* vertendo & illustrando impendi, absolveram. Novum vero hujus generis laborem suscipere, cum multa & varii generis, quibus distineor quotidie, negotia, tum potissimum recordatio & sensus molestiae, quam ex magni voluminis, quod dixi, versione & illustratione ceperam, dissuadebant. Fessus eram veluti & languidus ex longinqua & aestuosa via, animusque diuturna contentione ac meditatione fractus ipsum nomen novae curae ac itineris formidabat. Itaque intactum huncce librum relinquere atque alii negotium illum vertendi committere, si qui forte ingenium experiri vellent, constituebam. Verum subito consilium hoc mutavi, postquam, perlecto libro, cognovi, supplementum eo quoddam *Systematis Intellectualis* contineri, multaque copiosius in eo explicari & enodari, quae in opere majori breviter & praecise tantum vir doctissimus tradidit. Igitur lectorum utilitatem meis anteposui op-

Digitized by Google

portunitatibus, quumque domi vix tantum invenire poſſem temporis, quantum ſatis eſſet ad verſionem hanc mature conficiendam, horas illas, quae mihi peregrinanti & negotiorum munerumque cauſſa domo abſenti vacuae vel matutino, vel veſpertino tempore relinquuntur, huic dicare labori decrevi. Ita nata eſt, Benevole Lector, haec verſio: quae ſi parum tibi comta videbitur & elegans, iniquiſſimo velim tempore & animo longe alius generis cogitationibus referto, eam elucubratam eſſe, cogites.

Nulli quidem operae peperci, ut mentem eruditiſſimi viri & fideliſſime aſſequerer, & facili ſimplicique oratione explicarem: neque puto, ſtudio huic meo & voluntati ſucceſſum defuiſſe, aut graviores a me errores admiſſos eſſe. At ſummi tamen hominis dictio, quae, ut verum fatear, nec caſtigata ſatis eſt, pro temporum, quibus vixit, moribus, nec plana ubique & ſimplex, nec ita denique ſemper diſtributa, ut lectorum nusquam officiat intelligentiae, efficere potuit, ut & meus paſſim ſtylus a perſpicuitate deficeret. Hauſit vir egregius ex crebra & continua Platonicorum philoſophorum lectione, quorum oratio ad poëtarum proxime accedit numeros & figuras, multisque ſcatet vocabulis translatis & figuratis, non paucas dicendi formas a communi ratione & conſuetudine alienas: quas quidem ita Latinis verbis exprimere, ut & evidentiae, & caſtitati ſermonis nihil derogetur, arduum longe eſt, meoque forte ingenio, quod mediocre eſt, ſuperius. De ipſius cauſſae, quae hoc libro agitur, natura & indole ſileo: quae quum valde ſit recondita & retruſa, nec vulgari ſermone teratur, orationi quoque nonnihil obſcuritatis & caliginis afferre facile poteſt. Feci tamen, quod potui, omnique ſtudio cavi, ne res in ſe abſtruſa & difficilis meis verbis obſcurior & intellectu difficilior fieret. Quod quidem ut obtinerem, non modo licitum mihi putavi, ſenſum ſaepe ac mentem auctoris potius, quam verba reddere, orationemque juſto liberius interdum vagantem certis terminis & finibus deſcribere & temperare veluti, verum etiam vocabula illa retinere nonnumquam, quae philoſophiae propria ſunt, tametſi Latinis auribus non nimis placere ſoleant. Equidem ex veterum ſcriptorum Latinorum lectione, in qua juvenem me nonnihil temporis conſumſiſſe, non inficior, cognovi, vix a philoſophis recentioribus aliquid eſſe traditum, cui inter Romanos proprium vocabulum & nomen defuerit. Verum dudum eſt, quod interior ſermonis Romani cognitio & multorum vocabulorum, quae philoſophis Latinis uſitatae fuerunt, poteſtates paucis tantum

inter

inter viros doctos cognitae sunt: multique longe citius hodie naturam rei vident, si notis, quamvis barbaris, philosophorum nominibus explicetur, quam si *Ciceronis*, *Senecae*, *Quintiliani*, & aliorum verbis efferatur. Quocirca ne quid impedimenti multis objicerem, quos Latinae orationis copia fugit, malui cum philosophis hodiernis, quam cum Quiritibus loqui, & consulto barbarus esse, quam insano elegantiarum veterum amore intelligentiae rerum ipsarum obsistere.

Adnotationes non, nisi paucas, subjeci, quibus aut veterum scriptorum locos designavi, aut historiae philosophicae particulam quamdam attigi. Longe plures, si copiosus esse voluissem, addere mihi licuisset: & ipsa me, ut id facerem, res invitare videbatur. Sed, ne quid de meis dicam negotiis, quae de otio meo quotidie nonnihil deterunt, nec raro vix mihi tantum temporis reliqui faciunt, quantum corporis, multis vigiliis & curis a teneris fracti & debilitati, cura, animique necessaria recreatio poscit: neque satietatem & fastidium illud commemorem, quod ex diuturno & molestissimo labore cepi: veritus sum, ne fortassis diligentia mea offensioni quibusdam esset, & praeter voluntatem contentionibus & rixis implicarer, quas studiose semper effugi.

In ipso libro hoc eruditionem & acumen ingenii nulli, ut opinor, desiderabunt: aliqui forte ordinis minorem, quam fas erat, rationem esse habitam conquerentur: nonnulli crebras unius ejusdemque rei repetitiones, & scribendi genus nimis diffusum & solutum aegre ferent: multi denique culturam & ornatum orationis requirent. Sed hos omnes, si aequi velint esse rerum judices, considerare fas erit, iniquum esse, res idcirco contemnere, quod ornamentis careant, opusque hoc esse, quod postremam parentis sui curam & limam haud sensit. Cui quidem si subjectum fuisset, multo haud dubie cultius & ornatius prodiisset.

De re ipsa, quae hoc libro exponitur, longas & acerbas lites inter eos vigere, qui divinae & humanae sapientiae studiis dediti sunt, satis notum est. Sunt, qui ex legibus adseverant a Deo latis omnia hominum officia & universam rem moralem metiendam esse, neque praeter Dei arbitrium & voluntatem praeceptorum ejus ullam reddi rationem vel posse, vel debere. Sunt vicissim, quibus adsentitur *Cudworthus*, qui altius adscendendum esse animo judicant, & ex ipsis divinis perfectionibus legum a Deo latarum rationes & initia esse eruenda, nec tam quid Dei ferat voluntas, quam quid ejus

Digitized by Google

ſanctitas poſcat & juſtitia, in dijudicandis hominum officiis ſpectandum eſſe, praecipiunt. Ab utraque parte viri graves ſtant, pii, inclyti, & praeſtantiſſimi. Utrique magnis ſeſe rationibus tuentur: utrique adverſariam ſibi partem ingenioſis & graviſſimis ſimul accuſationibus aggrediuntur. Qui ex lege totam diſciplinam moralem repetunt, aliter ſentientes clamant cum reliqua omnia, tum ipſum Deum fato & neceſſitati ſubjicere: Qui juſtitiae & ſanctimoniae divinae in omni re morali cenſent habendam eſſe rationem, oppoſitam ſibi familiam Deum in tyrannum convertere & ſummis ejus perfectionibus vim & injuriam afferre, criminantur. Vel haec diſſentientium acrimonia hominem pacis & amoris erga fratres ſtudioſum revocare poteſt, ne ad alteram ſeſe partem adjungat. Equidem cum illis me facere, non diffiteor, qui, exemplo ſummorum & celeberrimorum coetus noſtri Theologorum, ſtatuunt, leges divinas non ideo tantum ſervandas eſſe, quia auctoritate divina munitae ſunt, verum etiam quia in ſe juſtiſſimae ſunt & cum divina ſanctimonia congruunt, nec idcirco mandata Dei juſta eſſe, quia ipſe vult, ſed idcirco a Deo ſancita & rogata, quoniam ſanctitas & juſtitia ferri ea poſtulavit. Cum qua ſententia, quae ab ipſis inſtauratae religionis temporibus ſemper in coetu noſtro viguit, nec niſi recentiori aetate a nonnullis ſpreta eſt, ſi quis alia conjungat a veritate aliena, ſocius ejus & ſubſcriptor eſſe nolo.

Vellem ego tamen paullo moderatius & humanius his de rebus inter frates, qui ceteroquin de religione recte ſentiunt, diſputari, nec invidioſis potius vocabulis & infandis criminationibus, quod proh dolor! fit nonnumquam, quam certis rationibus & argumentis rem totam agi. Plerique eorum, qui de hoc negotio vehementiſſime dimicant & pugnant, niſi prorſus me fallit ratio, non tam rerum, quam nominum, controverſiam alunt, & ideo tantum confligunt, quia aut nolunt, quid alter ſentiat, intelligere, aut quia commotionibus animi impediti, non poſſunt. Alii, qui vere diſſentiunt, de eo tamen, quod maximum & graviſſimum eſt, nil dubitant: quidni igitur fratrem tolerant de re minoris momenti a ſe diſcedentem? Neſcio, quemadmodum candorem huncce meum & animum ab omni partium ſtudio alienum aliqui laturi ſint: ſed dicam tamen ingenue, quod ſentio. Utrique qui de rebus hiſce decertant, conveniunt inter ſe, Deum eſſe juſtiſſimum & ſanctiſſimum, qui ſapienter gubernet omnia, nec abſolute, tyrannorum more; ſed juſtis ſemper de cauſſis decernat: utrique conveniunt, leges Dei bonas, prae-

Digitized by Google

praeclaras, juſtiſſimas, & rerum humanarum ſtatui in primis accommodatas eſſe: utrique, hominum eſſe, legibus hiſce obtemperare, & pie, juſte, & caſte vivere conſentiunt. In his vero rebus ſumma mihi videtur eſſe totius rei moralis poſita. Diſſident vero inter ſe, utrum ipſa Dei juſtitia & ſanctitas, ad res tamen humanas relata, an vero una lex officiorum omnium regula, norma, & origo ſit. Sive hanc, ſive illam amplectaris ſententiam, difficultates occurrunt, quibus enodandis humanum non ſufficere videtur ingenium. Legem unam ſi teſteris, alter violatae perfectionis & majeſtatis divinae coarguere te, ſi quidem invidioſius agere velit, poterit: Ad Deum ipſum ejusque immutabilem naturam ſi adſcendas, alter fatum te clamabit & neceſſitatem rerum omnium in religionem Chriſtianam introducere. Quare quum de ſumma rei & de eo, quod caput eſt, utraque familia conſentiat, neutra vero ſententia nodis ſuis careat, nonne ſatius eſt, id, quod utrique probant, arcte tenere, ſancte atque pie vivendum eſſe, ac de reliquis moderate ac ſapienter diſputare, quam atrocibus utrinque injuriis pugnare & capitali odio diſſidere? *Cudworthus* nullum, niſi Atheum & ſupremi Numinis contemptorem, a tota lege & voluntate legislatoris rem omnem moralem repetere poſſe, praecipit: Nihilo clementius interdum decernunt, qui alteram partem ſequuntur. Quis demum finis erit, quisve arbiter tantorum certaminum? Finge tibi animo civitatem quamdam, in qua leges vigent optimae & juſtiſſimae, cui Rex praeeſt ſapientiſſimus, idemque civium ſuorum amantiſſimus, in qua denique plerique cives id agunt, ne voluntatem Regis ſui contemnere videantur. At in hac ipſa republica vehemens exoritur contentio inter cives quosdam de rationibus & originibus legum, quibus civitas regitur. Diſſidentes utrique certi ſunt, legibus illis nihil fieri ſanctius & melius poſſe, nec de amore & benevolentia Regis ſui ulla ratione dubitant: denique deteſtantur eos, qui fas ſibi ducunt eſſe decreta Regis & juſſa negligere. At litigant iidem: utrum Rex, quum has leges rogaret, aeternam juris naturae normam ob oculos ſibi poſuerit, an vero civitatis tantum & civium conſtitutionem & naturam ſpectaverit. Finge utrosque hanc controverſiam ad philoſophum aliquem afferre, judiciumque ejus & ſententiam expoſcere. Quid eum putas, ſi ſapiens ſit, reſponſurum eſſe? Ita niſi fallor pronuntiabit: Satis ad reipublicae ſalutem eſſe, ſi nec de legum juſtitia, nec de obediendi neceſſitate cives dubitent: de reliquis rebus, modo pie, modeſte, ac ſine acrimonia id fiat, in

Digitized by Google

utramque partem decertari poſſe, dum ipſe Rex litem hanc dirimat. Meditentur haec velim ſecum, qui de rei moralis primis initiis & fundamentis diſſentiunt, ac, ſi congredi forte velint cum aliis, modeſtiam & aequitatem animi, ſi ipſa pietatis & religionis jura haud convellantur, numquam viro bono & ſapienti negligendam eſſe, cogitent. Satis dixi & plus forte, quam ſatis eſt, & de labore meo & de re ipſa, quae hoc libro declaratur. Reliqua, quae ad hunc *Cudworthi* libellum pertinent, ex ſequenti Reverendiſſimi Editoris praefatione cognoſcere licebit. Dab. in coenobio meo ad ſaxum S. Michaëlis in radicibus montium Hercyn. d. XXII. menſis Martii MDCCXXXII.

PRAE-

Digitized by Google

PRAEFATIO EDITORIS.

Qui praesentem librum composuit, vir longe doctissimus, *Radulphus Cudworthus*, apud eos, qui optimorum & praestantissimorum scriptorum sibi compararunt notitiam, tam illustre ac praeclarum nomen adeptus est, ut ad commendationem opusculi hujus sufficiat, si dixero, ab eodem illud exaratum esse, qui *verum Systema intellectuale* hujus universi scripsit. Vir hic quum mature accurata plerarumque linguarum eruditarum cognitione semetipsum imbuisset, limatoque & solido, quo valebat, judicio incredibilem junxisset in litterarum studiis diligentiam, vix ephebis egressus magnae molis opera ad Dei religionisque caussam defendendam, meditabatur. Quod institutum quo fulciret, ingentem eruditionis, quam sibi acquisiverat, copiam ad certa revocabat capita & momenta, quae in justarum Dissertationum formam opportuno tempore redigere, ipsi animus erat.

Tempore, quo magnus hicce vir vivebat, controversiae de libertate ac necessitate inter nos fervebant, quibus quum callide diversarum factionum civilium duces ad sententias suas de optima reipublicae forma roborandas uterentur, non modo mala reipublicae vehementer amplificabantur, verum etiam populi ipsius mores ac opiniones mirifice depravabantur & corrumpebantur. Namque, ut ipsemet conqueritur, (*a*) intemperantiae, libidinibus, despicientiae religionis, licentiae denique de rebus omnibus dubitandi frena tum temporis libere laxabantur: hisque flagitiis, quod ipse putat, dogmata eorum, qui fataliter evenire ac fieri omnia publice docebant, fomenta & pabulum suppeditabant. (*b*) Haec vero de fato doctrina, quibuscumque demum fundamentis & praeceptis niteretur, viro doctissimo videbatur recta via ad Dei ipsius negationem ducere, nec modo Christianae, sed & omnis religionis initia convellere ac labefactare, eo quod omnem laudem ac turpitudinem, omnes poenas

(*a*) Dedic. System. Intell. praemissa.
(*b*) Praef. ad Systom. Intellect.

Digitized by Google

nas & praemia prorſus tolleret, ac quae de die quodam judicii a Chriſtianis traduntur, aperte rejiceret. Neque dubitabat idem, quin aliqui aetate iſta hoc unice conſilio de fato & neceſſitate tam copioſe diſputarent, ut Dei notionem & omnem religionem ex hominum mentibus extraherent.

His temporum ſuorum morbis adduci ſeſe ſinebat vir doctiſſimus, ut in hac cauſſa cognoſcenda non mediocrem ſtudiorum & laborum ſuorum partem poneret, omnesque veterum philoſophos & rei moralis doctores, magna cura & induſtria adhibita, perluſtraret. Hoc facto, univerſa tam veterum, quam recentiorum argumenta, quibus rerum omnium & actionum neceſſitatem, quae a variis vario modo & ratione defenſa eſt, probare ſtuduerunt, colligere atque confutare inſtituebat. Et harum collectionum non paucae reſtant adhuc, quae totidem ſunt copioſiſſimae lectionis, judicii, ac diligentiae, quibus valuit, documenta & teſtimonia.

Tria vero fati conſtituebat genera, quo de ſingulis ſeparatim & ordine diſputare poſſet. Princeps *fatum* eſt *naturale* ſeu *materiale*, quod, Deo prorſus ex rerum natura ſublato, materiam ſenſus expertem & fataliter commotam rerum omnium unam eſſe ac primam cauſſam & principium, ſcit. Hoc fati genus proprie ac vere nullorum eſt, niſi hominum Atheorum & a Deo averſorum: Favit autem ei, quod vir doctiſſimus oſtendit, ex antiquis philoſophis *Epicurus*. Et ad hunc ſociosque ejus, qui totam rerum naturam ex atomis & materia neceſſario coagmentatam eſſe volunt, confutandos comparatum eſt doctiſſimum illud & invictum opus, quod *Syſtema Intellectuale univerſi* inſcribere ipſi placuit.

Alterum fati genus *Theologicum* ſeu *divinum* ipſi dicitur. Cui quidem qui addicti ſunt, illi verbis quidem fatentur, eſſe naturam illam perfectiſſimam, ſapientiſſimam, & a materia plane ſecretam, quam nos Deum dicimus: At quum iidem Deum abſolute, nullius-que rei ratione habita, decernere omnia & determinare dicant, tam bona, quam mala, evidens eſt, omnes per hanc doctrinam actiones noſtras pariter neceſſarias fieri. Dei voluntas, ſi hoc hominum genus audias, nulla regitur naturali & immutabili juſtitia & bonitate: Deus ipſe natura eſt infinite potens, cui voluntas pro ratione eſt: Bona vero & mala moralia non in ſe ac natura ſua ſunt talia, ſed divino arbitrio: Quae bona vel mala dicuntur, ideirco ſunt talia, quia lege vel praecepta ſunt, vel prohibita: Quod nunc nobis bonum eſſe putatur, id malum potuiſſet eſſe, & quod malum eſt, fuiſſet bonum, niſi Dei voluntas a principio decreviſſet & conſtituiſ-

ſet,

Digitized by Google

ſet, ut id eſſent, quod hodie nobis ſunt, quae bona malaque nominantur.

Tertium *fatum* eſt *Stoicum*. Quod qui probant, illi quoque tam naturales, quam morales hujus univerſitatis actiones fati legibus adſtringunt, & in uniuscujusque rei natura neceſſitatem eſſe reconditam opinantur, ita ut nulla res vel actio aliter ſeſe habere queat, quam reapſe ſeſe habet. Etenim omnia, ex praeſcripto hujus diſciplinae, ex aeterna quadam cauſſarum neceſſariarum ſerie & catena, inde a prima rerum omnium cauſſa ducta, pendent: quae quidem prima cauſſa omnes eventus & actiones certa lege diu ante deſcripſit ac determinavit, caſuique ac libertati nullum omnino locum in tota rerum natura reliquit.

Binas poſteriores harum opinionum de fato leviter tantum in *Syſtemate Intellectuali* perſtrinxit; conſtitutum enim ipſi erat, eas ſeorſim copioſe perſequi ac ſingulari volumine expendere. Verum ſive dubia valetudo, ſive vitae brevitas, ſive aliae rationes obſtiterint, non ipſi licuit, quae commentatus erat, perficere, ſeriisque eruditi orbis votis & deſideriis ſatisfacere: nec poſt fata ejus inventus eſt aliquis, qui coeptam ab eo telam pertexeret.

Veri mihi videtur ſimile, ipſum, quum operis diuturnitatem & nonnulla ex impedimentis illis, quae poſtea conſilium ejus interverterunt, animo proſpiceret, conſultum judicaſſe, arctiores magno labori limites ponere ac minoribus voluminibus illa capita & momenta complecti, quae majoris ipſi prae ceteris ponderis in hac controverſia eſſe videbantur.

Hoc quidem conſilio librum illum in litteras retulit, quem publici nunc juris facio; quo demonſtrandum ſuſcepit, conſectaria illa, quae ex praeceptis eorum, quibus alterum, quod ipſe *Theologicum* vocavit, fati genus arridet, ad naturalem Dei juſtitiam & ſanctitatem tollendam & violandam derivari poſſunt, falſa & a vero aliena eſſe. Quare certa ratione pro acceſſione ad primum, quod contra *fatum materiale* ſcripſit, volumen haberi poteſt. Quod ſi eo tempore, quo ſcriptus eſt hic liber, in lucem fuiſſet editus, multum valuiſſet ad vim veneni illius exſtinguendam, quod in *Hobbeſii* & aliorum quorumdam libris reconditum eſt; qui exploſas dudum *Protagorae* & aliorum veterum Graecorum opiniones tum temporis in ſcenam revocabant, naturale, aeternumque boni & mali moralis, juſti & injuſti diſcrimen tollebant, humanaque ac divina voluntate facta eſſe omnia, quae vel juſta vel injuſta dicerentur, praecipiebant.

Digitized by Google

Nemo quidem, meo judicio, melius & doctius contra veteres & novos opinionis hujus vindices & adſertores ſcripſit. Liber hic ejus accurata eſt demonſtratio, ſententiam, quae illorum, quos dixi, placitis oppoſita eſt, unice veram eſſe: atque, ſi ex meo ſenſu de aliis exiſtimare licet, tantam habet pulcritudinem, evidentiam, & ſoliditatem, quanta ad lectores non convincendos tantum, ſed etiam recreandos ſufficit. Certe omnibus inſigne praebebit de auctoris ſui ingenio, ſapientia, & infinita eruditione teſtimonium.

Non ſatis compertum nobis eſt, utrum ab omni parte ita perfectus ſit liber hic, ut cum vir doctiſſimus eſſe voluit. At ex codice manu exarato apparet, bonam ejus partem ipſa auctoris manu deſcriptam eſſe, non ſecus ac ſi formis continuo exprimi debuiſſet.

Poſt magni hominis obitum, qui non multo poſt hunc librum abſolutum contigit, cum haec diſputatio, tum alia quaedam ſcripta ejus multos annos a conſpectu hominum ſemota jacuerunt, donec poſtremo in manus nepotis ejus, *Franciſci Cudworthi Maſhami*, Equitis & unius *ex Cancellariae praefectis*, pervenirent: qui quidem longe melius erga genus humanum eſt affectus, naturaque eſt liberaliori, quam ut premere diutius & ſibi ſervare velit librum, qui tantum fructus & utilitatis rei publicae pollicetur.

Notum eſt ceterum, improba, quae hoc libro confutantur, de re morali praecepta noſtro tempore haud paucis uti patronis & defenſoribus. Spes quoque eſt, fore, ut recentius natae controverſiae, quae cum argumento libri hujus nonnihil habent cognationis & neceſſitudinis, rationibus & argumentis in eo propoſitis illuſtrentur atque declarentur. Utcumque eſt, liber accurate conſcriptus, multaque eruditione refertus tempore inopportuno numquam edi poteſt. Quod ſi minimum tantum libri hujus editio fructum & commodum praeſtiterit, quae multos tamen gignere fructus poterit, ſi vel ad memoriam tanti hominis renovandam & poſteritati commendandam fecerit, qui omnibus in eruditionis, tam divinae, quam humanae, partibus in primis excelluit, qui decori & honori fuit *collegio Emanuelis*, in quo inſtitutus & educatus fuit, *Collegio S. Chriſti*, quod poſtea moderatus eſt, immo univerſae Academiae Cantabrigienſi, quam eximie ornavit & illuſtravit, nemo quidem unus intempeſtive illum emiſſum eſſe, dixerit.

E. DURESME.

RADUL-

Digitized by Google

RADULPHI CUDWORTHI

DE

AETERNIS ET IMMUTABILIBUS JUSTI ET HONESTI NOTIONIBUS

LIBER SINGULARIS.

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Exſtiterunt omni aetate homines, qui nihil ipſa natura ſua & ex omni aeternitate bonum & malum, juſtum & injuſtum eſſe, quae vero ita vocantur humanis legibus & inſtitutis unice talia eſſe, ſtatuerunt. Antiquiores, quibus haec placuit ſententia, ex Platone, Ariſtotele, Diogene Laërtio, & Plutarcho commemorantur. Recentiori etiam memoria fuerunt, qui nullam eſſe naturam corpore ſecretam, nullum item boni & mali, juſti & injuſti diſcrimen decrevernnt. Opinio juniorum quorundam Theologorum explicatur, qui res omnes, quae in doctrina morali bona & mala, juſta & injuſta dicuntur, non talia eſſe naturaliter ante ipſam divinam legem, ſed unice divino mandato & praeſcripto fieri, praedicant: recenſentur ea quoque, quae neceſſario hanc ſententiam conſequuntur: quae tamen a nonnullis horum Theologorum tantum probantur, ab aliis vero rejiciuntur, tametſi de ſumma rei ſatis inter omnes conveniat. 1

Digitized by Google

§. I. Quemadmodum vulgus mortalium in boni malique moralis, justi & injusti causſis & originibus inveſtigandis, numquam fere ultra codicem & pandectas, tabulas & leges vel regionis, quam incolit, vel religionis, quam profitetur, adſcendere ingenio & cogitatione ſolet: ita etiam nulla aetate minuti defuere philoſophi, qui eſſe aliquid naturaliter & perpetuo (*) bonum & malum, juſtum & injuſtum negarunt, contraque omnia, quae ita vocantur, legibus & inſtitutis hominum unice talia eſſe, (†) decreverunt. (a) *Plato Libro* X. *de legibus* quorumdam meminit, qui conſtituerint: *Juſta nulla natura eſſe: verum homines de his rebus ſemper inter ſe diſceptare & nova quotidie conſtituere: & quae poſtremo ſtatuerint, eatenus eſſe juſta, quatenus illis ſic ea eſſe placuit, non natura quidem, ſed arte & legibus ſtabilita:* τὰ δίκαια νῦν εἶναι τὸ παράπαν φύσει, ἀλλ' ἀμφισβητοῦντας ἀεὶ ἀλλήλοις καὶ μεταπιθεμένους ἀεὶ τοῦτο· καὶ ἃ μὲν ἂν μετάθωνται ἡνίκα ἄττα, τότε κύρια εἶναι γενόμενα τέχνῃ καὶ τοῖς νόμοις, ἀλλ' οὐ δή τινι φύσει. Idem (b) in *Theaeteto* de hoc genere ita diſſerit: Ἐν τοῖς δικαίοις καὶ ἀδίκοις, καὶ ὁσίοις καὶ ἀνοσίοις, ἐθέλουσιν ἰσχυρίζεσθαι οὐδὲν εἶναι αὐτῶν φύσει οὐδὲν ὅσιον ἑαυτοῦ ἔχον, ἀλλὰ τὸ νομιζόμενον δόξαν τοῦτο γίνεσθαι ἑκάστοτε ὅταν δόξῃ καὶ ὅσον ἂν δοκῇ χρόνον· καὶ ὅσοι γε μὴ παντάπασιν, ἀλλὰ μικρόν γέ τινα λόγον λέγουσιν ὧδέ πως ἀλλήλοις ἄγουσι. *Juſta & injuſta, ſancta & profana* (non modo *Protagorae* diſcipuli, de quibus paullo poſt verba faciemus, ſed etiam multi alii philoſophi) *ſuapte natura eſſentiam habere aliquam, confidenter negant, id autem, quod communiter ita videtur, id verum eſſe tum, cum ita videtur & quamdiu ſic videtur,* 2 *opinantur. Et quicumque non omnino Protagorae diſciplinam probant, ita tamen quodammodo philoſophantur. Ariſtoteles* opinionis hujus *in Ethicis* aliquoties mentionem facit: (§) τὰ μὲν καλὰ, inquit, non longe ab initio, καὶ τὰ δίκαια περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖται, τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην, ὥστε δοκεῖν νόμῳ εἶναι, φύσει δὲ μή. *De iis rebus, quae honeſtae ſunt juſtaeque, quas civilis ſcientia conſiderat, tanta eſt diſſenſio, tantaque in eis verſatur erratio, ut lege tantummodo, non natura, conſtare videantur.* Alio loco (**) *Lib. V. Cap.* 10. *civile juſtum*, τὸ δίκαιον πολιτικὸν, dividit in *naturale* ſeu φυσικὸν, quod *ubique gentium eamdem habere virtutem* adſeverat, (τὸ παντοχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν) & *legitimum*, νόμιμον, quod tale ait eſſe, *ut ab initio* (ante legem latam) *hoc an illo modo fiat, nihil referat. quum vero conſtitutum fuerit, tunc demum referat:* ὁ ἐξ ἀρχῆς οὐδὲν διαφέρει ἅτερος ἢ ἄλλως· ὅταν δὲ θῶνται, διαφέρει. *Legitimum* hoc *juſtum & injuſtum*, ut in ſequentibus loquitur, ſimile perhibet eſſe *menſuris vini*

(*) Φύσει καὶ ἀκινήτως.
(†) Θετικὰ νόμιμα, ψηφισματικά.
(§) Ariſt. Ethic. Nicom. Lib. I. cap. 1: p. 2. T. III. Opp. (**) p. 87.

(a) *Plato*] *Lib. X. de legibus p. 666. ed. Ficini.* Addit *Plato*, haec & ſimilia cum a poëtis, tum ab aliis ſcriptoribus publice ſcripta eſſe relicta, multorumque animos horum librorum lectione corrumpi.

(b) *In Theaeteto*] *p.* 126. 127. *Opp.*

(c) *Callicles*] *Polus & Callicles* duo ſunt Sophiſtae, quos *Plato* cum *Socrate* in *Gorgia* diſputantes inducit. Et veriſimile eſt, Athenis tum hujus nominis vixiſſe Sophiſtas, quorum inſanas opiniones *Socrates* ſaepenumero adortus ſit. Utique quae juſta & honeſta vocantur, opinione tantum hominum eſſe talia, contra *Socratem* tuetur: *Polus* quidem verecundius, at *Callicles* impudentiſſime, quippe qui *p.* 299. *Opp.* non veretur *Socratem* his verbis alloqui: ὦ ἀληθῆ, ὦ Σώκρατες, φὴ ἔχει· τρυφὴ καὶ ἀκολασία καὶ ἐλευθερία, ἂν ἐπικουρίαν ἔχῃ, τοῦτ' ἐστὶν ἀρετὴ καὶ εὐδαιμονία· τὰ δὲ ἄλλα ταῦτα ἐστὶ τὰ καλλωπίσματα, τὰ παρὰ φύσιν συνθήματα ἀνθρώπων φλυαρίαι καὶ οὐδὲν ἄξια. *Veritas, o Socrates, ita ſe habet: luxuria, intemperantia, libertas, modo facultas ſuppetat, virtus eſt, atque feli-*

Digitized by Google

vini ac tritici (ὅμοια τοῖς μέτροις οἰνηροῖς ἢ σιτηροῖς) *quae apud omnes paris haud sunt magnitudinis, sed apud eos, qui emunt, majores, apud eos, qui vendunt, minores:* ἃ δὲ πανταχοῦ ἴσα τὰ οἰνηρὰ ἢ σιτηρὰ μέτρα, ἀλλ' ἃ μὲν ἀνίησι, μείζω, ἃ δὲ πωλοῦσιν, ἐλάττω. Quibus explicatis, ita pergit: Δοκεῖ δὲ ἐνίοις πάντα εἶναι τοιαῦτα, ὅτι τὸ μὲν φύσει ἀκίνητον καὶ πανταχοῦ ἓν αὐτὸ ἔχει δύναμιν, ὥσπερ τὸ πῦρ καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Πέρσαις καίει. Τὰ δὲ δίκαια κινούμενα ὁρῶσι. *Existimant autem nonnulli, jura omnia esse hujusmodi, quoniam id, quod constat natura, immobile atque immutabile est, & ubique eamdem vim habet: quemadmodum ignis & hic & apud Persas urit. Jura autem quotidie vident immutari.*

§. II. Philosophi, quos *Plato* nominatim hac infectos fuisse tradit opinione, *Protagoras* sunt, *Polus*, & (*c*) *Callicles*, *Thrasymachus* denique & *Glauco*. Illum quidem in *Theaeteto* propter hanc sententiam reprehendit: istos in *Gorgia*: hos in *Libris* (*d*) *de Republica*. *Diogenes* vero *Laërtius* nonnullos etiam alios commemorat huic sententiae deditos. In his est *Archelaus*, praeceptor *Socratis*, quem docuisse (*e*) tradit, *justum & turpe non esse natura tale, sed lege tantum:* τὸ δίκαιον εἶναι καὶ τὸ αἰσχρὸν οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ. Idem mihi videtur de *Democrito* (*f*) dicere. Postquam enim sententiam philosophi hujus de felicitate seu fine bonorum exposuerat, hoc etiam addit in praeceptis ejus fuisse: πιστὰ νόμιμα εἶναι: *quae vere fiant, esse legitima*: quorum ego verborum hunc esse sensum arbitror; *Res, quae pro justis & injustis vulgo habeantur, ea non natura esse talia, sed arte tantum & institutione humana*: nec enim natura & vere aliquid esse ac exsistere, id quod continuo sequitur haec verba, quam atomos & inane: φύσει δὲ ἄτομα καὶ κενόν. In eadem, *Diogene* hoc (*g*) auctore, sententia fuit *Aristippus*, *Platonis* aequalis, quem docuisse refert: μηδὲν εἶναι φύσει δίκαιον, ἢ καλὸν, ἢ αἰσχρὸν, ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἔθει. *Nihil esse natura justum, vel bonum, vel turpe, verum omnia lege & consuetudine. Plutarchus in vita Alexandri Anaxarchum* narrat, qui iisdem vixit, quibus *Aristoteles*, temporibus, *Alexandrum M.* mortem *Cliti*, quem furens trucidaverat, vehementer lugentem hoc philosophiae suae praecepto adversus animi moerorem muniviſſe: πᾶν τὸ πεφθὲν ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος, δίκαιον εἶναι: *Omne illud jus & fas esse, quod a dominante factum* (*h*) *sit*. *Pyrrho* vero, Eliensis ille philosophus & Scepticorum parens, qui ab *Anaxarcho* disciplinam accepit, nusquam Dogmaticus, quam hac in re, fuisse videtur. Etenim hoc ejus praeceptum fuit: Οὔτε καλὸν, οὔτε αἰσχρὸν, οὔτε δίκαιον, οὕτω καὶ ὁμοίως οὔτε πάντων· μηδὲν εἶναι τῇ ἀληθείᾳ, νόμῳ δὲ καὶ ἔθει πάντα τὰς ἀνθρώπους πράττειν. *Nihil*

felicitas. Cetera vero isthaec speciosa praeter naturam adinventa, hominum deliramenta sunt & nugae penitus contemnendae.

(*d*) *De Republica*] *Lib.* I. & II. *p.* 411. *f.* 421. *f. Opp.* Et hi Sophistae fuerunt seu Rhetores, qui mercede juventutem vanum quoddam & perniciosum eloquentiae genus docebant. Quare in hanc fere sententiam venio, *Socratis* aetate opinionem hanc inter Sophistas Athenienses communiter receptam fuisse. Admodum certe conveniens erat hoc dogma isti hominum generi, quod docere sese velle profitebatur, *quemadmodum causſa inferior dicendo fieri posset superior*, teste *Cicerone de claris Oratoribus Cap.* 8. *p.* 533. *Tom.* I. *Opp.*

(*e*) *Tradit*] *Diogenes Laërtius Lib.* II. *Segm.* 16. *p.* 89.

(*f*) *Dicere*] *Lib.* IX. *Segm.* 45. *p.* 574. Recte mihi vero videtur hunc *Laërtii* locum vir doctissimus interpretari. Et confirmatur expositio ejus aliis ejusdem *Laërtii* de *Democrito* verbis, quibus eum testatur opinatum esse: Ἀρχὰς εἶναι τὸ ἄτομον καὶ κενόν· τὰ δ' ἄλλα πάντα νομίζειν δοξάζειν. *Atomos & inane principia esse omnium: cetera omnia opinandi incertitudine niti.* Si hoc unum duxit certum, esse atomos & spatium, reliqua omnia incerta, de jure & justitia haud potuit magnifice sentire.

(*g*) *Auctore*] *Lib.* II. §. 193. *p.* 134.

(*h*) *Sit*] *Plutarchus in vita Alexandri M. p.* 695. *Tom.* I. *Opp.*

Digitized by Google

bil honestum aut turpe, nihil justum aut injustum esse: Nec aliter sese reliqua habere: nihil enim vere esse, verum lege ac consuetudine homines omnia (*i*) *facere.*

§. III. His sublatis, in locum eorum successit *Epicurus*, qui *Democriti* philosophiam instauravit: cujus quidem omnis disciplina a talibus proficiscebatur initiis, quae minime permittebant, ut esse natura aliquid aut justum, aut injustum, decernere posset. Itaque ex mutuis hominum pactis & conventionibus, utilitatis & opportunitatum suarum caussa contractis, legibusque inde ortis, omne id, quod justum vel injustum dici solet, nasci perhibet. Ὅσα τ' ζῷα μὴ δύναται συνθήκας ποιεῖσθαι τὰς ὥστε μὴ βλάπτειν, ἀλλὰ μηδὲ βλάπτεσθαι, περὶ τούτων οὐδέν ἐστι οὐδὲ δίκαιον, οὐδὲ ἄδικον· ὡσαύτως δὲ καὶ τ' ἐθνῶν ὅσα μὴ ἠδύναντο ἢ ἐβούλοντο τὰς συνθήκας ποιεῖσθαι τὰς ὥστε μὴ βλάπτειν μηδὲ βλάπτεσθαι· οὐκ ἦν τι καθ' ἑαυτὸ δικαιοσύνη, ἀλλὰ ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συντροφαῖς, καθ' ὁπηλίκους δήποτε αἰεὶ τόπους συνθήκη τις ὥστε μὴ βλάπτειν ἢ βλάπτεσθαι. *Quae animantes foedere jungi non poterant, ut neque laedant invicem, neque laedantur; erga eas nec jus ullum, nec injuria est. Eadem est in gentibus ratio, quae aut nolunt, aut nequeunt ita foederari, ut neque laedant invicem, neque laedantur. Justitia nihil per se est, verum in conversationibus mutuis, quibuslibet in locis id foedus initur, ut non laedamus, neque* (*k*) *laedamur.* Qui non ita pridem *Epicuri* philosophiam singulari volumine complexus est, (*l*) vir eruditus, sententiam ejus his verbis exprimit: *Sunt quidem, qui existimant, ea quae justa sunt, esse secundum propriam invariatamque naturam justa & leges non ista justa facere, sed duntaxat praescribere juxta eam, quam habent naturam: verum res non ita se habet.* Post *Epicurum* novae Academiae conditor, *Carneades*, acriter pro eodem dogmate, id quod (*m*) *Lactantius* memoriae prodidit, propugnavit.

§. IV. Nostra hac aetate, qua *Democriti* & *Epicuri* praecepta physica in lucem revocata & ad rerum quarumdam naturalium in aspectabili hoc orbe rationes explicandas haud infeliciter adhibita sunt, exstiterunt etiam nonnulli, qui reliqua eorumdem philosophorum portenta non modo hominum animis instillare, verum etiam, tamquam insignem sapientiam & abdita, retrusaque philosophiae illius, quam *corpuscularem* vocant, mysteria, commendare conati sunt: verbi caussa: *Nullas esse naturas corporis expertes, nec ullum naturale boni & mali, justi & injusti, discrimen esse.* Id scilicet hoc genus videtur agere, ut, quod senex ille *Silenus* apud *Virgilium* canebat, persuadeat, materiam sensu vacuam & individua corpuscula rerum omnium esse initia: (*)

Nam-

(*) Virgil. Eclog. VI.

(*i*) *Facere*] Verba haec sunt *Diogenis Laërtii Libro* IX. *Segm.* 61. *p.* 581. Non assentior vero doctissimo viro, in hac una re *Pyrrhonem*, qui de omnibus ceteroquin rebus dubitabat, Dogmaticum fuisse. Mentem enim ejus hanc tantum fuisse puto: Utrum natura justum aliquid, vel injustum sit, an vero omnia tantum lege talia sint & consuetudine, id nullius hominis judicio & ratione dirimi, aut, ut loqui solebat, *comprehendi* nullo modo posse. Constat hoc, nisi fallor, ex ipso *Laërtio*, qui quum dixisset, *Pyrrhonem de omnibus nihil decrevisse, statuisseque, nihil comprehendi posse*, ipsa illa verba, quae hic allata sunt, tamquam specimen quoddam hujus doctrinae, continuo subjicit: *Nam*, inquit, *existimabat, nihil honestum ac turpe esse.* Ideo igitur sic praecipiebat *Pyrrho*, quia nihil certi esse, sciscebat. Atqui si hoc certum esse duxisset, nihil natura justum esse, a semetipso defeciisset. Clarius idem liquet ex discipulo ejus, *Sexto Empirico*, qui *Pyrrho-*

Digitized by Google

Namque canebat uti magnum per inane coacta
Semina terrarumque animaeque marisque fuissent.
Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreverit orbis.

Ex his nuperus est ille de re morali & civili scriptor, qui nil constituere veretur: (*) *Doctrinas de justo & injusto, bono & malo, praeter leges in unaquaque civitate constitutas, authenticas esse nullas: & utrum aliqua actio justa vel injusta, bona vel mala futura sit, a nemine inquirendum esse, praeterquam ab illis, quibus legum suarum interpretationem civitas demandaverit.* Interjectis nonnullis pergit: *Ad civitatem pertinet etiam Christianam, quid sit justitia, quid injustitia, sive peccatum contra justitiam, determinare.* Alio loco hanc ita doctrinam explicat: (†) *In statu naturae nihil esse potest injustum: neque notiones aequi & iniqui, justi & injusti, ullum in eo locum habent: ubi communis & publica non est potestas, ibi nulla lex est: Lex vero ubi nulla est, ibi nec transgressio esse potest.* Huc & aliud ejus dictum pertinet, quod eodem libro scriptum legitur: (§) *Nulla lex injusta esse potest.* Quid? quod temperantia, si philosophum hunc civilem, aut potius *incivilem*, consulas, non magis naturalis est, quam justitia: (**) *Voluptas*, inquit, *eo sensu, quo condemnari solet, ante legem vitiosa minime est.*

§. V. Omittam nunc exquirere, quaenam vera fuerit philosophorum illorum sententia, qui justitiam & injustitiam lege tantum, non autem natura, esse decreverunt: Erit mihi hac de re infra disputandi locus. Ad Theologos potius veniam; quos inter, maxime recentiores, non pauci sunt, qui non serio tantum, verum etiam acriter & contentiose idem, quod illi sapientiae consulti, praecipiunt: *Nihil esse absolute, & ipsa interiori natura sua bonum aut malum, justum aut injustum, nulla legis cujusdam aut mandati divini ratione habita: Dei meram voluntatem & arbitrium*, (Deum autem nil esse volunt aliud, quam naturam infinite potentem, quae omni naturali & insita justitia careat) *ejusque leges, quae vel vetant, vel jubent, primam & unicam omnis justitiae & injustitiae normam esse ac regulam.* Quae quidem si vera forent dogmata, id inde sine ulla consequeretur controversia, nihil tam exquisite malum, tam injustum, tam turpe, ac inhonestum fieri & cogitari posse, quin id continuo justum, bonum, sanctum, & honestum evadat, si omnipotentis Dei jussu & auctoritate committatur. Veteres Christianae civitatis doctores, id quod infra testatum faciemus, prorsus ab hac doctrina remoti & aversi fuerunt: ea vero, qua Scholastici doctores fuerunt, aetate sensim in quorumdam irrepsit

(*) Hobbes. de cive p. 343. (†) Leviathan. p. 63. (§) p. 182. (**) p. 25.

phonianarum Hypotyposeon Lib. III. *Cap.* 24. *p.* 173. copiosissime hoc magistri sui dogma persequitur, nec alia ratione, quam diximus, explicat, scilicet nihil certi ea de re constitui posse.

(*k*) *Laedamur*] Haec ipsa sunt *Epicuri* verba in κυριαις δοξαις §. 35. 36. apud *Laërtium Lib.* X. §. 150. *p.* 671.

(*l*) *Vir eruditus*] *Petr. Gassendus* in *Syntagmate philos. Epicuri P.* III. *Cap.* 25. *p.* 87. *Tom.* III. *Opp.*

(*m*) *Lactantius*] *Institution. divinar. Lib.* V. *Cap.* 14. *p.* 588. Parum vero accurate vir doctus loquitur, quum *Carneadem* hoc dogma foviisse tradit. Nam philosophus hic, aeque ac *Pyrrho*, hoc unum affirmabat, non liquere, justumne esset aliquid natura, nec ne. Hinc, quod copiose refert *Lactantius*, uno die pro justitia disertissime apud Senatum Romanum verba fecit, altero vero contraria disputatione semetipsum oppugnavit.

(*n*) *Me-*

Digitized by Google

irrepsit animos. In primis ejus statoribus *Occam* fuit, qui *nullum actum malum esse tradidit, nisi quatenus a Deo probibitus, & qui non possit fieri bonus, si a Deo praecipiatur: & e converso.* Et hanc ejus sententiam *Petrus Alliacus & Andreas de Novo Castro*, alios ut taceam, plane approbarunt.

Nulli vero plus ad incrementa dogmatis hujus contulerunt, quam illi, qui Deo nihil magis convenire aut natura ejus dignius esse arbitrantur, quam potentiam omni prorsus lege solutam & voluntatem plane liberam. Namque hi, quia Deum non posse Deum esse, sibi persuadent, si ulla esset res natura sua ita mala & injusta, ut ab eo committi non posset, tam tetra consilia, tamque detestanda supremo Numini facinora tribuunt, ut alia ratione sanctitati ejus consulere nequeant, quam si statuant, qualiacumque demum Deus vel velit, vel faciat, bona tamen ea & justa statim propterea fieri, quoniam Deus ea velit.

Consectaria, quae hanc opinionem ita necessario comitantur, ut ab eo nullo modo divelli queant, haec sunt: *Amare Deum φύσει esse ἀδιάφορον & moraliter bonum solummodo, quia a Deo jubetur: Probibere Dei amorem vel praecipere Dei odium, non pugnare cum Dei natura, sed tantum cum voluntate libera. Non repugnare juri divino naturali praecipere peccata. Deum posse imperare blasphemiam, perjurium, mendacium &c. Deum posse praecipere contrarium, ut omnibus praeceptis decalogi, ita potissimum primo, secundo, tertio. Sanctitatem non esse conformitatem cum natura divina: Deum posse hominem obligare ad impossibile: Deum habere nullam naturalem inclinationem in bonum creaturarum: Deum jure posse creaturam insontem aeternis cruciatibus damnare.* Et haec omnia scita, una cum aliis ejusdem plane generis, a nonnullis aetatis nostrae auctoribus diserte probantur & inculcantur, quorum hoc loco nomina recitare, haud puto esse necessarium. Unum omnium instar nominare sufficiet *Joannem Szydlovium*, qui in *vindiciis quaestionum aliquot difficilium*, Franeckerae editis, ea ex his dogmatibus, quae majorem reliquis offensionem habent, totidem verbis defendere & commendare, non est veritus. Neque tamen ideirco vel hunc, vel alios, qui ejusdem, cujus ille, sunt sententiae, deteriores eo nomine & venia indigniores multis aliis judicem, qui, quum iisdem faveant principiis, conclusiones tamen, quae aperte & necessario ex illis manant, aut reticent, aut pro suis haberi nolunt. E contrario laudem eos aliquam promereri arbitror, quod sic agunt, quemadmodum fas est agere probos & ingenuos homines, sententiamque suam talem, qualis est revera, nudam & nullis pigmentis exornatam orbi spectandam exhibent.

Tot igitur quum non modo inter rerum divinarum consultos, verum etiam inter philosophos, sint, qui verbis quidem & ad speciem esse aliquod morale bonum & malum, justum & injustum, confitentur, at nihilo tamen minus non natura, (φύσει) sed institutione tantum, (θέσει) illud esse perhibent, justum vero & injustum aliquod naturale esse, quod mutari haud queat, inficiantur, occasionem ab his sumam meditationem aliquam moralem aut disputationem exarandi *περὶ τ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, δικαίων καὶ ἀδίκων, καλῶν καὶ αἰσχρῶν, de rebus bonis & malis, justis & injustis, rectis & turpibus:* haec enim verba promiscue hac de re a *Platone* & aliis antiquis auctoribus adhibita esse, reperi. Et primo quidem, si quid est, quod bonum vel malum, justum vel injustum dici debet, fieri nullo modo posse demonstrabo, quin etiam aliquod sit justum naturale ac immutabile. (*δίκαιον φυσικὸν καὶ ἀκίνητον*) His positis & explicatis, ad naturam & indolem justitiae hujus naturalis, aeternae, ac immutabilis declarandam, variaque ejus genera & formas enodandas progrediar.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

ARGUMENTUM.

Bonum & malum, justum & injustum, honestum & inhonestum non possunt esse res arbitrariae solo arbitrio & voluntate nitentes. Quaelibet res natura sua id esse debet, quod est, nec aliud quid esse potest. Etiam in illis legibus, quae positivae dicuntur, non mera voluntas obligat homines, verum ipsa, quae reapse exsistit, natura boni & mali, justi & injusti. Distinctio inter res natura & institutione bonas vel malas clarius explanatur. Nulla lex positiva rem facit aliquam bonam vel malam, justam vel injustam moraliter, nec aliter potest obligare, quam per virtutem ejus, quod ipsa natura justum est.

§. I. Hoc ergo primum levi admodum labore demonstrabo, fieri nullo modo posse, ut id, quod bonum & malum, justum & injustum, honestum & inhonestum ratione vitae atque morum dicitur, voluntate unice & arbitrio, non autem ipsa natura tale sit: si quidem haec nomina non nuda sunt vocabula, quibus nulla potestas subjecta est, aut nil, quam verba, quae id, quod superis visum fuit & placuit, significant, sed respectu hominum, quorum est res per ea designatas vel facere, vel omittere, reapse aliquid denotant. Constat inter omnes & dubio plane caret, res universas id esse, quod sunt, non voluntate, sed natura: Quae candida sunt, verbi caussa, ea sunt talia per candorem, quae nigra, per nigrorem, quae triangularia, per triangularitatem suam, quae rotunda, per rotunditatem, quae recta, per rectitudinem, quae aequalia, per aequalitatem, id est, per certas hujusmodi, quae propriae sunt illis, naturas. Ne ipsa quidem, id quod tamen plenus summa erga Deum reverentia dico, infinita potentia tanta est, ut rem aliquam nigram facere queat, vel candidam, sine candore aut nigrore, id est, sine certis hujusmodi naturis, sive eas ut qualitates spectemus, in ipsis rebus extra nos positis inhaerentes, quae scholae Peri- 6
pateticae quondam doctrina fuit, sive certas tantum materiae temperationes, ex magnitudinis, figurae, situs, & motus varietate nascentes, quae nigroris aut candoris notiones in sensibus nostris excitant, esse statuamus. Ne ipsa quidem, ut a Geometrarum figuris aliud exemplum sumam, interminata Dei potentia tantum valet, ut mera voluntate sua corpus creare queat trianguli forma praeditum, nisi illud naturam & proprietates trianguli contineat, aut tres angulos binis rectis aequales habeat, aut circulare corpus fingere sine natura circuli sive circumferentia aequali ubique intervallo a puncto medio, quod *centrum* vocant, distante. Ne ipsa quidem infinite potens voluntas, ut postremo ad illas res veniam, quae mutuum tantum inter se respectum habent, efficere potest, ut res pares sint inter se ac aequales, nisi naturae paritatis & aequalitatis adsint. Nec obscura est, quamobrem hoc fieri nequeat, ratio. Sunt haec omnia manifesto ex eorum ge-

vere, quae repugnantia dicuntur, neque ratio, ut credamus, ullo modo patitur, rem aliquam id eſſe poſſe, quod non eſt. Eſt hoc autem in primis omnis ſcientiae ac cognitionis fundamentis: *Quae repugnantia ſibi ſunt, ea non poſſe vera eſſe:* quo ſublato, omnis ſtatim ſimul ſcientia tollitur, nec aliquid certo verum vel falſum eſſe poteſt. Quod ſi vero Deus ſola voluntate ſua poſſet efficere, ſine ulla bonitatis, juſtitiae, & honeſtatis natura, ut res bonae & malae, juſtae & inhoneſtae, licitae & illicitae fierent, nihil quidem reſiſteret, quo minus eodem modo voluntate ſua res nigras aut candidas, ſine nigrore ac candore, resque aequales & inaequales ſine aequalitate ac inaequalitate produceret. Etenim licet voluntas divina ſuprema ſit efficiens rerum omnium cauſſa & quodcunque modo placet aut ex nihilo educere, aut ad nihilum viciſſim redigere valeat, haud tamen eadem eſt *cauſſa formalis* ullius rei, quod Scholaſtici doctores his verbis exprimere ſolent: *Deum ipſum non poſſe ſupplere locum cauſſae formalis:* nec idcirco, ſi abſit formalis cauſſa ſeu natura juſtitiae & injuſtitiae, honeſti & inhoneſti, ſupplere illam poteſt. Id igitur ex his, quae diſſeruimus hactenus, effici volumus, fieri nullo modo poſſe, ut res quaedam ſola voluntate, id eſt, ſine natura quadam aut *entitate* ſit, aut ut natura & eſſentia rei ullius ſit arbitraria.

§. II. Jam ſi nulla res ſola voluntate ſine natura quadam fieri poteſt, ſequitur, ſingulas res neceſſario & conſtanter ſua ipſarum natura determinatas eſſe, naturamque rerum id eſſe, quod res ſunt, nec quiddam aliud. Fateor, voluntati ſeu potentiae divinae imperium eſſe abſolutum, infinitum, & interminatum in res omnes creatas, quatenus ut exſiſtentes concipiuntur. ita ut pro lubitu efficere poſſit, ut ſint, aut ut eſſe deſinant. At quum exſiſtunt res illae, tum id ſunt, quod ſunt, hoc vel illud, abſolute aut comparate, non voluntate aut libero imperio, ſed propriae naturae ſuae neceſſitate. Nulla talis eſt in natura rerum res, qualis eſt eſſentia arbitraria, modus ſeu *relatio*, ex qua res quaelibet pro lubitu fieri & fingi queat. Nam eſſentia arbitraria res eſt natura ſua carens: haec vero quid eſt, quam res ſibimet ipſi repugnans, inanis ſonus, & nihilum? Quae quum ita ſint, naturas juſtitiae & injuſtitiae qui opinantur res eſſe arbitrarias, quae ad quaslibet actiones & diſpoſitiones, cujuscumque demum generis ſint, mera voluntate accommodari queant, in manifeſto haerent errore. Namque modi naturarum omnium, quae ſubſiſtunt, mutuique rerum reſpectus, quum non voluntate, verum natura ſint, neceſſario & abſolute, non autem arbitrario, id ſunt, quod ſunt.

§. III. Poſitis his, quae huc usque diſputavimus, conſentaneum eſt, ut decernamus, tantum abeſſe, ut bona & mala moralia, juſta & injuſta pro rebus arbitrariis & una voluntate comparatis haberi debeant, ut potius, ſi proprie & accurate loqui velimus, conſtituendum ſit, nihil eſſe bonum & malum, nihil juſtum & injuſtum mera voluntate ſine natura, eo quod unaquaeque res id, quod eſt, natura ſit, non autem voluntate. Erunt forte, qui objicient: Quum Deus aut magiſtratus civiles lege aliquid ſanciunt, quod antea aut praeceptum non fuit, aut illicitum, tum rem illam lege mandatam in poſterum fieri *bo.* ſeu *debitam*, naturasque conditas aut cives ad eam praeſtandam obligatos eſſe: in hoc vero ex communi fere omnium opinione naturam boni, malique moralis conſiſtere: itaque

Digitized by Google

que si minus omnia, quae bona & mala, justa & injusta vocantur, ab una voluntate proficiscantur, quae multorum tamen est sententia, rerum saltim *positivarum* justitiam & injustitiam, bonitatem & malitiam, unius voluntatis, minime vero naturae, opus esse. Sed si omnia rite circumspiciamus & ponderemus, manifestum nobis fiet, in ipsis etiam illis legibus, quae *positivae* nominantur, non solam legislatoris voluntatem efficere, ut quae illis rogata sunt & mandata justa fiant & *debita*, aut obligationem aliquam ad obediendum producere, sed naturalem potius justitiam & aequitatem alteri quidem jus & auctoritatem imperandi conferre, alteri officium obediendi & parendi imponere. Quocirca, id quod probe velim observari, qui leges ferunt, numquam velle sese in illis significant, ut haec vel illa res justa fiat aut injusta, licita vel illicita, aut ut homines ad obediendum obligati sint, sed postulant tantum, ut hoc vel illud aut fiat, aut omittatur, illisque poenas & supplicia comminantur, qui secus fecerint. Numquam vel fando auditum est, exstitisse aliquem, qui jus suum imperandi, civiumque officium parendi & obediendi, unice a lege quadam a semetipso lata repeteret, qua cives jusserit sibi, suisque mandatis morem gerere. Quamobrem quum obligatio hominum legibus obtemperandi & parendi nulla umquam lege praecepta sit, aut praecipiatur, liquet, solam legislatoris & imperantis voluntatem ejus haud esse causam, verum altius origines ejus derivandas esse, a jure nimirum seu auctoritate ejus, qui dominatur & imperat. Atqui haec imperantium auctoritas naturali nititur justitia & aequitate, civiumque quadam antecedenti ad obediendum obligatione, quae quidem res legibus haud introductae sunt, verum omni lege priores & nervi sunt illi, quibus omnis legum virtus & potestas continetur. Si quis nihilo tamen minus fieri fortassis posse, putet, ut legem aliquis ferat, qua subjectis civibus officium imperet sibi parendi & obedientiam praestandi, nemo erit tam insipiens, quin edictum hoc absurdum fore prorsus & ridiculum, continuo pronuntiet. Nam aut cives ante legis hujus rogationem obligati fuerunt ad obtemperandum ei, aut nulla ejusmodi obligatione antea constricti fuerunt. Quorum superius si verum est, haec ipsa lex inutilis prorsus erit & sine ulla causa lata: hoc vero si certum est, nulla lege cives obstringi poterunt, ut obediant, quoniam nulla fuit antea in illis obligatio ad mandata ejus, a quo lex illa proficiscitur, recipienda & servanda. Igitur obligatio legibus, quae *positivae* dicuntur, morem gerendi, omnes antecedat leges & antiquior sit illis, necesse est, nec pro re duci debet, quae vel voluntate sola comparata est, vel jussu & imperio sanciri potest, verum ipsa natura aut est, aut non est. Rerum, quas Deus condidit, munus esse, mandatis ejus obedire, id ante ullam legem a Deo rogatam, ipsa natura sua justum & bonum est: quod si ita non esset, sola ipsius Dei voluntas neminem obligare posset ad ea facienda & praestanda, quae jubentur ab illo; namque naturae rerum ex voluntate haud pendent, nec γεγόνοτα sunt, seu *res factae*, sed ὄντα, seu *res quae sunt*. Sic ergo statuere nos oportet, ne ad eas quidem leges & mandata, quae *positiva* dicuntur, servanda sola nos voluntate obligari, verum ipsis boni malique, justi & injusti, quae reapse in mundo exsistunt, naturis.

§. IV. Quae quum ita sese habeant, vulgaris illa rerum partitio in eas, quae natura & quae mandato legeque, bonae vel malae sunt, seu, ut alii distinctio-

nem hanc enuntiant, in eas, quae idcirco jubentur, quod bonae in ſe ac juſtae ſunt, & in eas, quae propterea bonae ſunt & juſtae, quia legibus mandatae ſunt, caute accipienda & diligenter explicanda eſt, ne cauſſa nobis errandi fiat & in hanc nos inducat ſententiam, obligationem noſtram res illas, quae legibus ſanciuntur, faciendi ab una voluntate ſine natura proficiſci. Quod noſtrum eſt, actiones noſtras alienis inſtitutis alligare, id ejus minime facit voluntas & arbitrium, qui jubet & imperat, verum ipſa rerum, quae praeſcribuntur, natura & indoles. Itaque omnis rerum in eo poſita eſt differentia, quod nonnullae earum abſolute nos interiori natura ſua obligant, quaedam vero comparate tantum. Quaedam res per ſe, directe, abſolute, ac perpetuo per ipſam naturam ſuam obedientiam a nobis poſtulant: & haec φύσει, ſeu *natura* bona & mala nominantur. Verum aliae, tametſi nos pariter ipſa natura ſua devinciant, comparate tamen id tantum faciunt, nec alia lege, quam ſi voluntaria quaedam ſive noſtra, ſive hominum aliorum, praeceſſerit actio, per quam fiat, ut ea, quae natura ſua ſunt indifferentia, cum re alia in ſe & abſolute bona vel mala conjungantur: quod ſi evenit, tum res iſtae novum adipiſcuntur veluti naturalem habitum, talesque fiunt, ut aut fieri, aut omitti debeant certo tempore. Sed hanc tamen proprietatem non voluntati acceptam ferunt, verum naturae. Exemplum afferam. Naturalis juſtitia poſcit abſolute, ut fidem datam ſervemus, pactisque & conventis noſtris ſatisfaciamus. Fac vero, ſponte aliquem & nulla vi coactum polliceri, velle ſeſe hoc vel illud, quod jus naturae alioquin ab eo haud efflagitat, facere, tum res illa ceteroquin indifferens, quam promiſit, ob interventum voluntariae promiſſionis, rei cuidam abſolute bonae ſubjicietur, novumque habitum & formam reſpectu ejus, qui promiſit, ſimulatque foederis & pacti cujusdam
8 pars facta eſt, accipiet. Hic vero habitus & haec nova forma efficiet, ut homo ſine crimine rem illam negligere aut omittere nequeat, ſed jure ſummo ad eam perficiendam obligatus ſit: non ac ſi mera hominis voluntas, qui foedus fecit, aut verba ejus & ſpiritus naturas rerum morales mutare valeant, aut ethicam aliquam poteſtatem habeant, ſed quoniam juſtitia & aequitas naturalis fidem ſervare & foedera ſancte cuſtodire jubet. Similiter id, quod natura fas & juſtum eſt, ſeu natura noſtra rationalis non modo poſtulat, ut Deo pareamus, verum etiam ut magiſtratibus civilibus, in quibus legitima reſidet imperandi auctoritas, obediamus & inſtituta rei publicae, in qua vivimus, ſervemus. Quod ſi igitur Deus aut is, qui civitati cum imperio praeeſt, rem nos aliquam facere jubeat, quae in ſe nec legi repugnat naturae, nec eidem conſentanea eſt, haec Dei aut magiſtratus voluntas efficit, ut ea res fiat debita, nec ſine flagitio intermitti queat: non ipſa ejus natura hominibus id officium imponit, verum juſtitia naturalis, quae ut imperantibus obediamus, deſiderat, rationem ejus mutat.

Atque hae res, quae, quum ipſa natura ſua nec bonae ſint, nec malae, jure tamen naturae propter voluntatem alius, qui juſte imperat & dominatur, qua rei cuidam in ſe & abſolute bonae ſubjiciuntur, debitae fiunt, illae ſunt, quae vulgo θέσει, ſeu *poſitive* bonae & malae appellantur. Non illae a mera voluntate & arbitrio legislatoris vim accipiunt obligandi homines, ſed a naturali juſtitia, quae jus illi dedit & auctoritatem imperandi, aliis autem officium obediendi praeſcripſit: qua ſine juſtitia nec foedera, nec mandata ulla virtutem haberent voluntati noſtrae leges ferendi, quum aliena voluntas, a qua leges proficiſcuntur, nihil

nihilo plus in se virtutis habeat ad constringendos homines, quam propria habet voluntas nostra, quae ut vel promittamus, vel pacta feriamus, nos inducit. Res igitur, ut finem aliquando faciam huic disputationi, quae *naturaliter* debitae & bonae vocantur, tales sunt, ad quas praestandas ipsa rationalis natura perpetuo, directo, & absolute nos obligat, nulla ullius voluntate interveniente. Quae vero instituto vel *positive* bonae ac debitae dicuntur, tales sunt, quas naturalis justitia seu rationalis natura comparate certaque sub conditione fieri jubet, si nimirum alius, in quo justa est ac legitima imperandi & leges ferendi potestas, voluntaria interveniat & accedat actio.

Hoc autem ita sese habere, neque sola imperantis voluntate, verum ipsa rerum natura, res *positivas*, justas & debitas fieri, ex eo satis manifestum est, quod non uniuscujusque voluntas & arbitrium, verum ejus tantum, qui jure & legitime imperat, libertatem nostram restringere valet. Adde, ipsam ejus imperandi potestatem certis circumscriptam esse finibus & limitibus, nec ulli legislatori fines, quos natura posuit, migrare licere. Quod quidem si faceret, nemo jure ad obtemperandum ejus legibus cogi posset.

§. V. Exquisitius tamen & accuratius si nobis hac de re loquendum sit, sic potius constituamus, necesse est: Nullam legem positivam, qualiscumque demum sit, facere posse, ut res quaedam bona vel mala, justa vel injusta fiat, quum non ipsa antea natura talem fecerit. Etenim res indifferentes, tametsi lege praecipiantur, in se tamen id ipsum manent, quod antea fuerant, id est, indifferentes, neque naturam suam ullo modo mutant, quoniam, id quod *Aristoteles* ait, *voluntas naturam mutare nequit.* Quaecumque φύσει sunt ἀδιάφορα, *natura sua indifferentia*, ea talia sunt aeque constanter ac perpetuo, atque illa, quae φύσει δίκαια vel ἄδικα, καλὰ vel αἰσχρὰ, *natura sua justa vel injusta*, *bona vel turpia*, talia sunt. Omnis autem laus, omnis justitia, omnis virtus eorum, qui *positivis* legibus libenter obtemperant, resque ab aliis institutas ea de causa observant, quia jubentur ab illis, qui civitatem moderantur & regunt, non a materia ipsarum actionum proficiscitur, sed a forma earum seu ex eo, quod legibus ejus, qui juste dominatur, libenter & sponte obsequuntur. Is, qui rem aliquam, de qua nihil jure naturae sancitum est, propterea facit, quia vel foedere, vel promisso semetipsum devinxit, non ideo laudabilis est, quod ipsam actionem illam committit, sed hoc unice nomine, quod fidei datae memor est & pactorum studiosus. Quapropter voluntas legislatoris, quum leges rogat *positivas*, non novam aliquam rem moralem producit, sed generale tantum omnium hominum officium, quod ipsa praescribit naturae lex, illis qui juste imperant obediendi & foedera pactaque legitima servandi, varia ratione temperat & determinat: pariter propria voluntas nostra, quum pollicemur aliquid, legem illam naturae, quae datam violare fidem vetat, diversa ratione moderatur & applicat. Ergo nec aliena, nec nostra voluntas nova δίκαια, seu *justa* & *debita* parit, praeter ea, quae ipsa natura sua talia sunt, sed impellit nos tantum, ut promissis nostris & legitimis aliorum mandatis obsequamur, quod nos ipsa naturalis facere vult justitia.

§. VI. Constat igitur, tantum abesse, ut id verum sit, quod multi sibi persuadent, omnia bona & mala moralia, omnia quae justa sunt vel injusta, si quidem

dem talia ſunt, mera voluntate & mandatis allorum creari, ut potius nulla vel Dei, vel hominum lex aliter nos devincire queat, quam virtute ejus, quod ipſa *natura juſtum*, ſeu φύσει δίκαιον eſt. Voluntas quidem aut promittere poteſt aliquid, aut mandare: at non voluntas, ſed natura, facit, ut res, quae vel promiſſae, vel mandatae ſunt, debitae fiant, nosque ad eas praeſtandas obligati ſimus. Nec enim tanta eſt merae voluntatis potentia, ut aut moralem actionum naturam, aut ipſam rerum interiorem indolem mutare queat. Itaque ſi nulla eſſet naturalis juſtitia, id eſt, ſi ipſa rationalis natura indifferens in ſe ipſa eſſet, nullique propterea regulae, normae, & juri alligata, fieri nullo modo poſſet, ut res ulla eſſet bona vel mala, debita vel illicita, ullaque ex alicujus lege ſeu mandato moralis naſceretur obligatio.

CAPUT TERTIUM.

ARGUMENTUM.

Opinio eorum, qui bona & mala, juſta & injuſta ex una Dei voluntate pendere affirmant, repugnans eſt & ſibimetipſi contraria. Eſſentiae rerum non poſſunt converti & mutari. Particulares eſſentiae non arbitrariae Dei voluntati ſubjectae ſunt. Eſt in Dei natura bonitas quaedam ſapientia ejus ſuperior, quae ſapientiam ejus determinat, quemadmodum ſapientia voluntatem ejus. Myſtica ſeu aenigmatica naturae divinae adumbratio.

§. I. Sunt vero aliqui, qui, tametſi fateantur, nullius naturae creatae voluntatem facere poſſe, ut res bonae & malae, juſtae & injuſtae fiant, Dei tamen voluntati hanc attribuendam eſſe potentiam, acriter diſputant. Nam naturas, ajunt, rerum & eſſentias liberae divinae naturae voluntati ſubjectas eſſe, & idcirco etiam omnem veritatem & falſitatem. Si naturae rerum, & eſſentiae non ex una penderent ſupremi Numinis voluntate, ſequeretur inde, rem eſſe aliquam Deo minime ſubjectam, quae Deus tamen haud ſit.

§. II. Hanc ſententiam publice ſuam fecit philoſophus ingenioſiſſimus, *Renatus Carteſius, in Reſponſione ad objectiones ſextas adverſus Meditationes ſuas Metaphyſicas*, ubi hoc modo diſſerit: (*) *Repugnat Dei voluntatem non fuiſſe ab aeterno indifferentem ad omnia, quae facta ſunt, aut umquam fient, quia nullum bonum vel (n) malum, nullumve credendum, vel faciendum, vel omittendum fingi poteſt, cujus idea in intellectu divino prius fuerit, quam ejus voluntas ſe determinarit ad efficiendum, ut id tale eſſet. Neque (o) id loquor de prioritate temporis, ſed ne quidem prius fuit ordine, vel natura, vel*

(*) §. 6. p. 160.

(n) *Malum*] Sed apud *Carteſium* legitur: verum.

(o) *Id*] Apud *Carteſium* eſt: *hic.*

(p) *Ejus*] *Hobbeſium* opinor intelligi.

(q) *Quem-*

Digitized by Google

vel ratione ratiocinata, ut vocant, ita scilicet ut ista boni idea impulerit Deum ad unum potius, quam aliud, eligendum. Nempe, exempli causſa, non ideo voluit creare mundum in tempore, quia vidit, sic melius fore, quam si creasſet ab aeterno, nec voluit tres angulos trianguli aequales esſe duobus rectis, quia cognovit aliter fieri non posſe, &c. Sed contra quia voluit mundum creare in tempore, ideo sic melius est, quam si creatus fuisſet ab aeterno: & quia voluit tres angulos trianguli necessario aequales esſe duobus rectis, idcirco jam hoc verum est, & fieri aliter non potest; atque ita de reliquis. Et ita summa indifferentia in Deo summum est ejus omnipotentiae argumentum. Interjectis nonnullis, p. 162. ita rursus hac de re differit: *Attendenti ad Dei immensitatem, manifestum est, nihil omnino esſe posſe, quod ab ipso non pendeat, non modo nihil subsistens, sed etiam nullum ordinem, nullam legem, nullamve rationem veri & boni.* Acrius vero quum instaret *sextus*, quem inducit, adversus *Meditationes Metaphysicas* disputator, quaereretque: *Numquid Deus potuit efficere, ut natura trianguli non fuerit?* (*) *Et qua ratione, amabo, potuisſet ab aeterno facere, ut non fuisſet verum, bis quatuor esſe octo?* ingenue confitetur, *id* ▪ *nobis* quidem *intelligi non posſe*, neque tamen dubitari debere, quin hoc fieri potuerit, (†) *eo quod nihil in ullo genere entis esſe possit, quod a Deo non pendeat.* Atque hoc *Cartesii* dogma serviles quidam (*p*) ejus asseclae, qui non ita pridem *de prima* scripsit *philosophia*, cupidissime imbiberunt animis.

§. III. Fortassis nihilo tamen minus aliqui dubium & incertum esſe, contendent, num *Cartesius* alio quoque loco serio hoc dogma defendat & tueatur, quam eo, quo valde laborat, ut novae philosophiae suae praecepta *Transubstantiationi* favere ostendat. Nam in ipsis *de prima philosophia Meditationibus*, in quibus eum verisimile est, veros animi sui sensus clarius exposuisſe, antequam disputatores illi surgerent, hominemque cogerent varias elabendi rimas quaerere, aperte rerum essentias scivit aeternas & immutabiles esſe. At *Gassendus* postea quum moneret, hoc dogmate recepto, illud etiam recipiendum esſe, praeter Deum esſe aliquid aeternum & immutabile, quod idcirco Deo subjectum esſe nequeat, sententiam quodammodo mutat & in latebram minime tutam & honorificam sese conjicit: (*q*) *Quemadmodum*, inquit, *poëtae fingunt a Jove quidem fata fuisſe condita, sed postquam condita fuere, ipsum se iis servandis obstrinxisſe: ita ego non puto essentias rerum, mathematicasque ullas veritates, quae de ipsis cognosci possunt, esſe independentes a Deo; sed puto nihilominus, quia Deus sic voluit, quia sic disposuit, ipsas esſe immutabiles & aeternas.* Hoc quid est aliud, quam aperte essentias rerum concedere natura sua mutabiles esſe? Sed nostra parum refert, utrum ex animi sententia, an vero simulate & ficte hanc opinionem professus fuerit *Cartesius*. Etenim nuda ejus auctoritas majoris apud nos haud aestimari debet, quam apud eum *Aristotelis* ceterorumque veterum philosophorum auctoritas fuit, a quibus libere dissentit.

§. IV. Rerum quidem vocabula & nomina mutari possunt a quovis pro lubitu & arbitrio: figura, quae ceteroquin *quadratum* vocatur, *circulus*, *cubus* aut *sphaera*,

(*) p. 152. (†) p. 163.

(*q*) *Quemadmodum*] In *Responsionibus ad objectiones Gassendi adv. Medit. quintam Meta-* *phys.* §. 1. p. 72. *edit. Amstelod.* 1685. 4.

Digitized by Google

ra, ſi cui forte placuerit, appellari poteſt. Verum ſi quis naturam quadrati dixerit, non id eſſe neceſſario, quod eſt, ſed in naturam circuli actu mero voluntatis converti poſſe, eſſentiam circuli adſciſcere poſſe eſſentiam ſphaerae, aut idem corpus, quod cubi figuram perfecte refert, ſine ulla phyſica & naturali mutatione, per metaphyſicam quamdam eſſentiarum converſionem, ſola voluntate ac mandato, ſphaerae aut cylindri figuram induere poſſe, is repugnantia nos credere jubet. Sed omnis ſtatim tollitur ſcientia & cognitio, definitaeque rerum ipſarum rationes ſeu notiones everruntur, ſimulatque repugnantia ſimul eſſe vera poſſe, ſtatuitur. Quid? quod id, quod repugnans dicitur, reapſe nihilum eſt, nec propterea divinae potentiae ſubjici poteſt. Neque alia eſt reliquarum rerum, juſti, verbi cauſſa, & injuſti, ratio. Quaelibet enim res id, quod eſt, ipſa naturae ſua, quam amittere non poteſt, neceſſitate eſt: neque ille de divina potentia detrahit aliquid, qui negat effici a Deo poſſe, ut res quaedam id ſit, quod non eſt. Namque hoc ſi Deus facere poſſet, fieri poſſet, ut in ipſo Deo talis proprietas non eſſet, qualis cognitio & ſcientia eſt, quoniam in Dei poſitum eſſet poteſtate, velle, ut talis non eſſet res, qualis ſcientia eſt.

§. V. De ſingularibus eſſentiis idem prope dixerim. *Carteſius* & reliqui, quos rerum juvat eſſentias arbitrariae ſupremi Numinis voluntati ſubjicere, Deum affirmant poſſe libere decernere, ut illae vel ſint, vel non ſint: verbi cauſſa, potuiſſe Deum, ſi placuiſſet, conſtituere ne talis eſſet in rerum natura figura, qualis eſt circulus, aut triangulum, nec idcirco de his figuris aliquid vel dici, vel ſciri ab hominibus poſſet. Sed qui hac ratione praecipiunt, illi aeque ſapienter ſtatuunt, ac ſi dicerent, ſupremum Numen velle potuiſſe, ne vel propria potentia ſua, vel cognitio infinita eſſet.

§. VI. Quod ſi rerum naturae & eſſentiae, quod ad modum earum attinet, ex libera & arbitraria ſupremi Numinis voluntate penderent, actum prorſus foret
11 de omni ſcientia & cognitione noſtra, nec de veritate ullius dogmatis vel Mathematici, vel Metaphyſici conſtare nobis poſſet aliquid, niſi Deus nobis voluntatem ſuam de illa patefaceret, & fanatica quaedam fides in mentibus noſtris accenderetur, qua perſuaſi eſſemus, placere Deo, ut haec vel illa res nunc & ad certum usque tempus vel vera, vel falſa eſſet. Igitur nihil φύσει, ſeu *natura* vel verum eſſet, vel falſum, ſed omnia θέσει tantum, ſeu *inſtituto*, eo quod omnis veritas & cognitio nihil certum haberent ac ſtabile: veritas & falſitas nil niſi nuda eſſent vocabula poteſtate vacua: ne ipſius quidem Dei cognitio, quoniam tota voluntate ejus niteretur, quae, quod in ſe indifferens, nec determinata eſſet, mutari poſſet, fundamentis certis ac minime fallacibus freta eſſet: denique, ut ſine circuitu efferam, quae cum hac ſententia neceſſario conjuncta ſunt, ipſe Deus nec per ſcientiam ſciret, nec per ſapientiam ſaperet, ſed ſciens aeque ac ſapiens per voluntatem ſuam eſſet.

§. VII. Non ſum inſcius, qui huic adverſantur ſententiae de ſtabilitate & aeternitate naturarum, eos obducere nobis ſolere: *Niſi rerum eſſentiae, omnisque veritas & falſitas ex libero Dei arbitrio & voluntate penderent, fore, ut eſſet aliquid, quod Deo ſubjectum non eſſet, neque tamen Deus eſſet.* Verum hoc ſi diligentius expendatur argumentum, omnem poteſtatem ſuam amittet, certe nulli ſano tam for-

Digitized by Google

formidolosum & terribile, uti *Cartesio* visum fuit, apparebit. Namque dogmati huic: *Essentiae & veritates rerum ex Dei minime voluntate pendent*, nihil nisi hoc vere consequens est: Esse in mente Dei aeternam quamdam & immutabilem sapientiam, cujus mentes creatae ita fiant participes, ut divina voluntas earum notiones mutare non valeat. Sapientia Dei aeque ad naturam pertinet divinam, atque voluntas ejus, utra vero harum, quae in Deo sunt, perfectionum alteri pareat & subjecta sit, id nulla ex re certius, quam ex consideratione interioris earum naturae cognoscitur. Sapientia res est plane determinata, nec ullo modo mutabilis, ideoque per se naturam habet normae sive regulae. Voluntas vero in se spectata non modo res est coeca & luce destituta, verum etiam nulla ex parte definita & determinata, neque ideo natura est tali praedita, ut vice normae seu regulae fungi queat. Quapropter tum demum voluntas, qua talis, perfecta fit & numeris suis absoluta, quum a veritate & sapientia dirigitur & gubernatur. Sapientiam vero, scientiam, & veritatem voluntatis uniius imperio subjicere, & ad regulam hanc plumbeam & mutabilem (κανὼν μολύβδινος) exigere, id vero est naturam ejus prorsus destruere ac evertere. Nam scientia seu cognitio κατάληψις est ἔμφασις, *comprehensio ejus, quod est necessario*, nec aliquid repugnans magis fieri & cogitari potest, quam veritas & fallitas arbitraria. Atqui omnis, quae in naturis est creatis, tam angelis, quam hominibus, scientia & sapientia, nihil est, quam participatio unius illius, aeternae, immutabilis, & perennis sapientiae, qua Deus valet. Quot sunt creatae mentes, tot sunt unius illius archetypi sigilli expressa simulacra, tot sunt veluti unius ejusdemque faciei in varii generis speculis reflexiones, quarum quidem alia clarior est, alia obscurior, alia fonti propior, alia ab eo remotior.

§. VIII. Adde his, excellentissimos quosque philosophos, id quod infra demonstrabimus, censuisse, in naturarum ordine naturam quoque aliquam *bonitatis* praecedere *sapientiam*, quae propterea sapientiam Dei gubernet atque moderetur, quemadmodum sapientia ejus voluntati modum ponit. Veteres Cabalae antistites solent hanc naturam כתר *coronam* appellare, quod apex & corona quasi est divinae naturae: de quo pluribus infra differemus. Quamvis igitur nuperi quidam philosophi circumscriptam valde Dei notionem animis effingant, ex mera voluntate ac potentia conflatam, illi tamen longe aptius & verius naturam ejus exprimunt, qui, aenigmate quodam & imagine utentes, Deum tradunt infinitum esse circulum, cujus medius locus seu κέντρον simplex sit bonitas, radii & area, sapientia comprehendens omnia & immutabilis, exterior extremitas seu interminata peripheria, voluntas infinite potens, visque agendi, res omnes, quae extra Deum sunt, producens & procreans. Non patitur haec descriptio, ut voluntati & potentiae divinae ullum *imperium ad intra* vel in sapientiam, vel in scientiam Dei, aut in moralem naturae divinae dispositionem, quae naturalis ejus est bonitas, concedamus: vult vero, orbem illum, in quo Dei sese vis agendi & potentia exercet, *extra Deum* totum ponere, ubi absolute is res vel esse jubet, vel non esse, semperque libera est, tametsi non semper indifferens, quum summa in eo sita sit perfectio naturarum, ut ab infinita sapientia & interminata bonitate leges accipiant. Sed video, anticipari hic a me, quae ordinis & rationis leges in alium, inferioremque locum differri postulant: itaque desino.

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

§ 2 *Ut vim eorum, quae adhuc dicta sunt, effugerent, philosophi quidam negarunt, ullam esse naturam seu essentiam immutabilem, contra quidquid est & cognoscitur id respectu tantum certo verum esse, affirmarunt: cujus generis princeps fuit Protagoras, Abderites. Propositum vero illi fuit familiae, omnem hac ratione doctrinam moralem tollere, eosque repellere, qui naturam boni & mali, justi & injusti absolutam esse dicerent ac immutabilem.*

§. I. Constat igitur ex his, quae diximus, causſam, cujus patrocinium suscepimus, universam his maxime praeceptis, tamquam nervis, contineri: Fieri nullo modo posse, ut res quaedam natura sua careat: naturas vero seu essentias rerum perennes esse ac immutabiles. Quibus quidem positis, si reapse aliquid justum & injustum, debitum & illicitum exsistit, necesse omnino est, ut id ipsum tale ipsa natura sua sit, nullaque lege, decreto, voluntate, ac consuetudine mutari vel abrogari queat. Sed fuerunt inter antiquiores philosophos aliqui, quibus satius visum fuit, ipsam omnis veritatis & cognitionis arcem prodere, quam confiteri, ullam rem ipsa natura sua justam vel injustam esse. Ergo nullam omnino naturam seu essentiam immutabilem esse decreverunt: cui hoc sententiae non potest non adjunctum esse, nihil absolute verum & certum esse. Neque hoc illi dissimularunt, verum aperte inopinatum hoc & admirabile dogma professi sunt: Nihil absolute ac simpliciter esse, nihil absolute sciri ac cognosci, verum comparate tantum & certa ratione: nec idcirco bonum esse aliquid vel malum, justum vel injustum, verum vel falsum, nigrum vel album in se & natura sua, verum uniuscujusque hominis sensus & opinionem unicam horum omnium esse regulam.

§. II. Familiam eorum, quibus portentosa haec sententia placuit, *Protagoras* ille ducit, *Abderites*. Namque is, quod *Plato* in *Theaeteto* memoriae prodidit, existimavit: (*) οὐδὲν εἶναι ἓν αὐτὸ καθ' αὑτό, ἀλλὰ τινὶ ἀεὶ γίγνεσθαι· τὸ δ' εἶναι παντα-χόθεν ἐξαιρετέον. *Nihil esse unum secundum se ipsum, sed alicui semper fieri, ipsum autem*

(*) p. 120.

(r) *Plato*] In Theaeteto p. 118.

(s) *Hu-*

Digitized by Google

tem esse undique excipiendum. Duo autem hoc praecepto videtur inculcare: quorum quidem primum est, omnia, quae sunt, perpetuo motu agitari, nec *esse* ideo, sed tantum *fieri*; quod ipsum *Protagoras* his quondam verbis expressit: (*) Ἐκ τῆς φορᾶς τε καὶ κινήσεως καὶ κράσεως πρὸς ἄλληλα γίγνεσθαι, ἃ δὴ φαμέν εἶναι οὐκ ὀρθῶς ἐπιστάμενοι. *Ex latione, motuque, mutuque commixtione fiunt omnia, quae esse dicimus, non satis apto utentes vocabulo: nihil enim est umquam, semper autem fit.* Alterum: Nihil absolute fieri, sed comparate tantum ad aliud quiddam: Εἴ τις εἶναί τι ὀνομάζει, πρός τινα εἶναι, ἢ πρός, ἢ πρός τι, ἑκάστου αὐτῶν, εἶναι γίγνεσθαι· αὐτὰ δὲ ἐφ' αὑτοῦ τι ἢ ὄν ἢ γιγνόμενον, οὔτι αὐτῷ λεκτέον, οὔτ' ἄλλῳ λέγοντι ὀρθῶς δοκιδεκτέον. *Si quis dixerit esse vel fieri aliquid, hoc ejus dictum accipi ita debet, id comparate esse seu respectu corporis alicujus. Nec enim dicere nobis licet, ullam rem absolute in se vel esse, vel fieri: omnia tantum sunt comparata ad aliud quiddam.*

§. III. Ex hac ejus doctrina notissima illa, quorum & *Plato* meminit & *Aristoteles*, fluxerunt decreta: τὰ φαινόμενα ἑκάστῳ τούτοις καὶ εἶναι τούτῳ ᾧ φαίνεται. *Quaecunque alicui videntur esse, ea sunt illi, cui videntur:* πᾶσα φαντασία ἐστὶν ἀληθής. *Omnis visio seu opinio vera est.* Πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι, τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστι, τῶν δὲ μὴ ὄντων ὡς οὐκ ἔστιν. *Homo mensura est omnium rerum, exsistentium quidem, ut sunt, non exsistentium vero, ut non sunt.* Ultimum hoc praeceptum tam concinnum & ingeniosum homini visum fuit, ut, quod (r) *Plato* memorat, in ipso voluminis sui exordio collocandum sibi esse illud putaret. Et tale certe illud est, 13
ut omne id complectatur, quod in disciplina ejus singulare ac mirabile est. Vera enim ejus haec est sententia: Non homo tantum in universum mensura est rerum omnium: quod quidem aliqua ratione constituere licet, quum certe naturae nostrae facultates nobis rerum omnium mensura sint: verum etiam quilibet homo, πᾶς ἄνθρωπος, sibimet ipsi est mensura omnium rerum, quae sunt, omnisque veritatis. Ipse *Plato* verbis sequentibus hoc modo sensum dicti illius declaravit: Οὐκοῦν ὅτως πῶς λέγοις, ὡς οἷα μὲν ἕκαστα ἐμοὶ φαίνεται, τοιαῦτα ἔστιν ἐμοί, οἷα δὲ σοί, τοιαῦτα αὖ σοί· ἄνθρωπος δὲ σύ τε κἀγώ. *Nonne sic ait: qualia singula mihi videntur, talia esse mihi: qualia vero tibi, tibi quoque talia. Nam utrique homines sumus.* Hinc etiam aliis in locis his verbis expressum exstat: μέτρον ἕκαστον ἡμῶν εἶναι τοῦ τε ὄντων καὶ μή. *Quilibet homo mensura est ejus, quod est & non est*, nimirum sibimet ipsi: alias ita legitur: μέτρον εἶναι αὐτὸν ἕκαστον αὐτοῦ σοφίας. *Unusquisque sibi mensura est propriae sapientiae suae.* Sextus (s) *Empiricus* totam rationem philosophiae hujus *Protagorae* paucis hisce verbis complectitur: Τίθησι τὰ φαινόμενα ἑκάστῳ καὶ ὅτως εἰσάγει τὸ πρός τι. *Ponit sola illa, quae cujusque sensibus apparent: & ita inducit relationem ad aliquid.* Multo vero plus hoc dogma dementiae & insciliae habet, quam Pyrrhoniorum dubitatio, quorum nemo sic insanivit, ut omnia videri tantum, nihil autem stabile ac certum esse, affirmaret. Nam quod urgebat unice familia ista, hoc erat: Nulli mortalium integrum esse, constituere, quidnam res in se & absolute essent, sed tantum, quidnam nobis esse viderentur.

§. IV. Eo vero consilio potissimum sententiam hanc a *Protagora* introductam esse,

(*) p. 118.

(s) *Empiricus*] *Pyrrhon. Hypotypos. Lib. I. Cap. 32. p. 55.*

Digitized by Google

esse, ut per eam tota res moralis everteretur, naturaeque immutabiles & absolutae boni & mali, justi & injusti de medio tollerentur, varii doctissimi dialogi, quem *Theaetetum Plato* inscripsit, loci nos dubitare non sinunt: (*) λέγε πρῶτον, inquit inter alia, πάλιν, εἰ σοὶ φαίνεται τὰ μήτε εἶναι, ἀλλὰ γίγνεσθαι ἀεὶ ἀγαθὰ ἢ καλά. *Dic mihi igitur, num serio existimes, nihil esse vel bonum vel honestum, sed fieri tantum.* Post haec alio loco *Protagoras* ita praecipit: (†) οἷα γ' ἂν ἑκάστῃ πόλει δίκαια ἢ καλὰ δοκῇ, ταῦτα καὶ εἶναι αὐτῇ, ἕως ἂν αὐτὰ νομίζῃ. *Quaecumque unicuique civitati seu reipublicae videntur esse bona & justa, ea sunt illi talia, quamdiu videntur illi talia esse.* Rursus p. 172. καλὰ μέν, inquit, καὶ αἰσχρά. δίκαια καὶ ἄδικα, καὶ ὅσια καὶ μή, οἷα ἂν ἑκάστη πόλις οἰηθεῖσα δῆται νόμιμα ἑαυτῇ, ταῦτα καὶ εἶναι τῇ ἀληθείᾳ ἑκάστῃ ἔστι· ἐν τούτοις μὲν οὐδὲν σοφώτερον ἔστι ἰδιώτῃ ἰδιώτου, οὔτε πόλιν πόλεως εἶναι. *Quaecumque civitas quaedam sancit pro honestis & inhonestis, pro justis & injustis, pro sanctis & profanis habenda esse, ea civitati illi reapse talia sunt: nec in ejusmodi rebus ullus privatus alio privato, aut civitas civitate sapientior est:* Nec enim φύσει ἐστὶ οὐδὲν αὐτῶν, οὐδὲν ἴδιον ἑαυτοῦ ἔχον, *ulla rerum istiusmodi propriam habet naturam seu essentiam, sed relativam tantum.* Postremo, ut alios ejusdam sententiae locos praetermittam, p. 177. sic disserit: χρὴν ἐντεῦθεν πῇ ἡμῖν ἃ λέγει ἐν ᾧ ἔφαμεν τὰς τῶν φερομένων οὐσίας λέγοντας, καὶ τὸ αἰεὶ δοκοῦν ἑκάστῳ, τοῦτο καὶ εἶναι τούτῳ ᾧ δοκεῖ, ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἐθέλειν δὴ διαχρεῖσθαι, καὶ οὐχ ἥκιστα περὶ τὰ δίκαια ὡς πάντες μᾶλλον, ἃ ἂν δῆτα πόλις δόξαντος αὐτῇ· ταῦτα καὶ ἐστὶ δίκαια πθεμένη ἕωσπερ ἂν κέηται. *Quod demonstrandum nobis sumsimus, hoc est: Eos, qui naturas seu essentias omnium rerum fluere statuunt & mutari, idque quod unicuique videtur esse, illi cui videtur tale esse, cum de omnibus rebus, tum de nulla re magis, quam de justo & injusto hanc sententiam fovere. Omni enim vacare dubio sentiunt, quaecumque civitas quaedam bona & justa esse putat & lege communit, ea civitati illi talia esse, quamdiu lex ista manet, nec civitas sententiam deserit.*

CAPUT SECUNDUM.

ARGUMENTUM.

Fundamenta hujus opinionis expenduntur. Vis omnis ejus posita est in Heracliti philosophia, qui mobilem sibi finxit essentiam, nihilque stare, sed fluere omnia docuit. Protagoras cum hoc dogmate Heracliti veterem philosophiam corpuscularem, quae Phoenicum fuit, conjunxit & ex utraque suam disciplinam composuit.

14 §. I. Ergo hos philosophos quum certum sit, ea unice de causa tanto studio absolutas rerum omnium essentias & veritates aggressos esse, ut commodius immutabiles boni & mali, justi & injusti naturas everterent, moraleque discrimen humanarum actionum plane tollerent, operae pretium erit, in causas & rationes inquirere, quibus ut portentosam hanc sententiam adsciscerent ac defenderent, commoveri potuerint.

Ex

(*) p. 157. Ed. Serrani. (†) p. 167.

Digitized by Google

Ex *Platonis* primum scriptis manifestum est, *Protagoram* ex *Heraclitii* disciplina, quae plurimis tum temporis utebatur sectatoribus, opinionis hujus prima veluti sumsisse initia. *Heraclitus*, ut (t) *Platonis* adhibeam verba, *essentiam introducebat fluentem & mobilem* (Φερομένων οὐσίαν εἰσάγων) *nihilque stare, sed omnia fluere ac moveri*, πάντα χωρεῖν, καὶ τὸ κινεῖσθαι, docebat. Et veterum constat plerosque in hanc propendisse sententiam, quod vel ex poëtis colligitur, qui *omnia fluxu & motione nata esse*, (u) perhibent, (πάντα ῥοῆς τε καὶ κινήσεως) in quibus ipse *Homerus*, quod *Plato* pariter observat, tantum sibi sumit, ut, Deorum genus & ortum explicans, *Oceanum patrem*, *Thetyn matrem eorum esse*, pronuntiet (Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν.) Nullus alicujus numeri & nominis philosophorum contra hanc dicere ausus est sententiam, si a *Parmenide* ac *Melisso* discesseris: quamquam hi ad alteram prolapsi sunt extremitatem: ex quo *Platoni* nata est occasio, illos quidem *philosophos fluentes*, τοὺς ῥέοντας, hos vero *stantes*, στασιώτας, festive satis & lepide appellandi. Veram & germanam dogmatis, quod *Heraclitus* probavit, sententiam si quis requirat, is hanc ejus fuisse summam sciat: Nullam esse in hac universitate aliam naturam, quam corpus seu materiam: quae vero de *formis & notionibus rerum stantibus* (εἰδῶν) ferrentur, fabulas & mera esse commenta: materiam seu corpus dividuum esse, omnesque ejus particulas sejungi posse a reliquis & separari, propterea que mutationi & motioni obnoxium esse: perpetuam autem rerum corporearum mutationem, quam cernimus quotidie, argumento nobis esse posse, totam rerum universitatem, fluminum instar, perpetuo cieri & agitari, subtilemque materiam omnium corporum meatus transire: Recte igitur dici posse, *omnia fluminis instar decurrere*, (οἷον ῥεύματος κινεῖσθαι τὰ πάντα) nec usquam stabilem aliquam & certam vel essentiam, vel scientiam reperiri. *Cratylum* enim & *Heraclitum*, dogmatis hujus auctoritate, cognitionis & scientiae omnis stabilitatem & evidentiam voluisse tollere, inde satis patet, quod repugnantia de re eadem & eodem tempore vera esse posse, adseverarunt. Et certe, si nulla esset in hac universitate natura, praeter materiam, omnisque cognitio ex ejus materiae perpetuo fluentis & agitatae incursione & impressione unice nasceretur, nemo unus animo valeret comprehendere, quomodo major esse posset cognitionis stabilitas, quam ipsius in hoc rapidissimo rerum corporearum vortice essentiae, immo ne intelligi quidem posset, quomodo ulla ejusmodi res, qualis scientia est & cognitio, exsistere posset. Hac ergo nixus *Heraclitii* philosophia *Protagoras*, istam primo suis legem ferebat: *Cognitio nihil est, nisi sensus.* Ὅτι Πρωτάγορας οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἢ αἴσθησις. Nam, quod *Plato* scriptum reliquit: *Duo haec praecepta: Omnia fluminis instar ruunt: Et: Cognitio, sensusque nulla ratione differunt, indissolubili vinculo sociata sunt:* Εἰς ταυτὸν συμπίπτουσα οἷον ῥεύματος κινεῖσθαι τὰ πάντα, καὶ αἴσθησιν μηδαμῇ διαφέρειν.

§. II. Intra hos vero fines non consistebat *Protagoras*, sed philosophiae *Heraclitii* aliud jungebat doctrinae genus, veterem nimirum illam Phoenicum sapientiam, quae ad individua corpuscula rerum naturam revocat. Qui hac erant imbuti doctrina, illi omnes, quae in sensus incurrunt, qualitates, calidum & frigidum, lucem & colores, odores & sapores, in se spectatas, aperte negabant res esse

(t) *Platonis*] *In Theaeteto p.* 118.

(u) *Perhibent*] Teste *Platone loco eod.*

Digitized by Google

eſſe vere & abſolute extra nos exſiſtentes, verum viſa tantum & perceptiones interiores, certo quodam motus genere, rerumque externarum in ſenſus noſtros impulſione in nobis excitatas, resque ideo non veras, ſed commentitias tantum. Hoc dogma cupide arripiens *Protagoras Heraclitι* addebat dogmati, ſuamque ex utroque diſciplinam coagmentabat. Ex *Heraclitι* diſciplina hoc ſuum faciebat ſcitum: Cognitio nihil eſt, quam ſenſus. A Phoenicibus illud ſumebat praeceptum, quod qualitates ſenſus pellentes non res eſſe vere & abſolute extra nos exſiſtentes, ſed ſenſuum tantum noſtrorum commotiones, ſciſcit. Quibus inter ſe copulatis, omnes res cum rationi, tum ſenſibus ſubjectas, πάντα τὰ νοητὰ καὶ αἰσθητὰ, non eſſe concludebat abſolutas eſſentias, ſed viſa tantum, animique noſtri, aut ſenſuum potius (x) concitationes.

CAPUT TERTIUM.

ARGUMENTUM.

Nota fuit Protagorae, qui ante Democritum fuit, philoſophia corpuſcularis & mechanica. Brevis hujus philoſophandi generis deſcriptio. Statuit Protagoras omnes res motione particularum & generari & corrumpi, omnesque qualitates, quae in ſenſus incurrunt, nihil eſſe extra nos, ſed perpeſſiones tantum in nobis ipſis, ſenſuumque concitationes.

§. I. Genus autem hoc philoſophiae, quod *atomicum*, *corpuſculare* aut *mechanicum* vocant, quodque omnia, quae corporibus eveniunt & accidunt, nil, niſi varias magnitudinis, figurae, ſitus, & motus mutationes eſſe, ſtatuit, eaque ratione rerum, quae ſenſibus patent, naturam apte explicat, formis autem corporeis & qualitatibus, quae intelligi poſſunt a nemine, nil eſſe loci patitur, *Protagorae* cognitum fuiſſe, qui non modo ante *Platonem* & *Ariſtotelem*, verum etiam, (y) *Plutarcho* teſte, ante ipſum *Democritum* vixit, tametſi eo vehementer ad inauditum illud dogma, quod diximus, abuſus ſit, nonnullis ex *Platonis Theaeteto* locis & teſtimoniis oſtendere licet omni exceptione ſuperioribus. Principio locum illum, quem jam attuli, teſtor p. 152. quo *Protagoras*: Ἐκ δὴ τῆς φορᾶς τε καὶ κινήσεως καὶ κεράσεως πρὸς ἄλληλα γίγνεσθαι πάντα. *Omnia motu & permiſtione rerum inter ſe fieri*, perhibet: quem ea, quae paullo poſt ſequuntur, magis illuſtrant: (*) Τὸ μὲν οὖν ποιοῦν καὶ τὸ γίγνεσθαι κίνησις παρέχει. *Motus illud eſt, quod efficit,*

(*) p. 153.

(x) *Concitationes*] In philoſophiae, quam *Protagoras* & poſt eum alii ſequuti ſunt, originibus aperiendis, valde hic ſagacem & ingenioſum ſeſe demonſtrat vir ſummus. Sed omnia tamen, quae hic affert, conjecturis unice nituntur: aliqua etiam incertis admodum conjecturis: quod, ſi liberet, brevi labore oſtendere poſſem. Sed longo & permoleſto labore, quo in vertendo & illuſtrando majori doctiſſimi viri opere defunctus ſum, fractus & defatigatus, aliis hanc provinciam relinquere, quam mihi ſumere malo. Quae ceterum & hic & in ſequentibus de philoſophiae, quam *corpuſcularem* vocant, indole & antiquitate diſſerit vir eximius, conferri cum illis debent, quae nos

Digitized by Google

efficia, ut quaelibet res esse videatur, aut generetur. Clarior etiam & apertior ille est, quo naturam colorum auxilio philosophiae illius, de qua loquimur, declarat, p. 158. ΣΩ. Ἐπίλαβε τοίνυν, ὦ ἄριστε, ὥσπερ ἀρτίως τὴν διάνοιαν πρῶτον· ὃ δὴ καλεῖς χρῶμα λευκὸν, μὴ εἶναι αὐτὸ ἔτι ἐν σοὶ τι ἔξω τῶν ὀμμάτων, μηδ' ἐν τοῖς ὄμμασι· μηδέ τιν' αὐτῷ χώραν ὑποτάξῃς· ἤδη γὰρ ἂν μένοι, καὶ οὐκ ἂν ἐν τῇ γενέσει γίγνοιτο. ΘΕΑΙΤ. Ἀλλὰ πῶς; ΣΩ. Ἑπώμεθα τῷ ἄρτι λόγῳ, μηδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἓν ὂν τιθέντες, καὶ ἡμῖν ὕτω μέλαν τι καὶ λευκὸν καὶ ἄλλο χρῶμα ἐκ τῆς προσβολῆς τῶν ὀμμάτων πρὸς τὸ προσπεσὸν Φορὸν Φαντάττει γεγονέναι· ἃ δὲ δὴ ἕκαστον εἶναι Φαμὲν χρῶμα, οὔτε τὸ προσβάλλον, οὔτε τὸ προσβαλλόμενον ἐστὶ, ἀλλὰ μεταξύ τι ἑκάστῳ ἴδιον γενέσθαι. *Socr. Cogita igitur sic, ô optime, circa oculos: primum quidem colorem, quem dicimus album, non esse ipsum aliud quidquam extra tuos oculos, neque in oculis, neque illi tu locum certum attribuas. Jam enim esset in ordine, maneretque, nec in generatione ulterius esset. Tht. At quomodo? Socr. Sequamur sermonem superiorem, nihil secundum seipsum unum quiddam esse ponentes, atque ita nobis niger albusque & quivis alius color ex incursu oculorum motuque debito genitus apparet. Et unumquodque, quod coloris nomine appellamus, neque imprimens oculos, neque impressus erit, sed medius quidam cuique proprius affectus;* id est, nec est aliquid, quod absolute est in oculo, nec aliquid, quod in re simpliciter inest, quae cernitur: ergo nihil est, quam perceptio aut sensus in nobis ipsis concitatio. Est alius in eodem Dialogo locus, quo colores, resque ceteras, quae sensus commovent, veras esse & absolutas vel in sentiente, vel in re, quam sentit & percipit, qualitates, ea de caussa negat, quia res una eademque diversas habere videatur diversis hominibus qualitates: πνέοντι αὐτῷ ἀνέμῳ ὃ αὐτὸ ὁ μὲν ἡμῶν ῥιγοῖ, ὁ δ' οὔ· καὶ ὁ μὲν ἠρέμα, ὁ δὲ σφόδρα. *Saepe flante vento eodem, alius nostrum riget, alius minime: & hic quidem leviter, ille vehementer. Unum idemque vinum, quod homini sano dulce videtur esse, aegrotanti eidem acerbum & amarum* (z) *videbitur.* Ex quo quidem cogit, frigus & calorem, dulce & amarum, haud esse res, quae vere & absolute in rebus extra nos positis exsistant, verum perceptiones tantum & sensuum affectiones, quae pro temperaturae varietate, corporumque diversa constitutione dissimiles & variae queant esse.

§. II. Interpositis nonnullis, universam philosophiae, quae vel a corpusculis nominatur, vel mechanica dicitur, rationem & indolem his verbis luculenter ac copiose videas explicatam: (*) Ἀρχὴ δή, ἐξ ἧς καὶ ἃ νῦν δὴ ἐλέχθη πάντα γέγονε, ἥδε αὐτῶν. Ὡς τὸ πᾶν κίνησις ἦν, καὶ ἄλλα εἴδη τῆδε εἶδεν (†) Ἐπεὶ δὴ κινήσεως δύο εἴδη, πλήθει μὲν ἄπειρον ἑκάτερον, δύναμιν δὲ τὸ μὲν πολὺ ἔχον, τὸ δὲ ὀλίγον. Ἐκ δὲ τούτων ὁμιλίας τε καὶ τελέσεις πρὸς ἄλληλα, γίγνεται ἕκαστα πλήθει μὲν ἄπειρα, δίδυμα δὲ· τὸ μὲν αἰσθητὸν, τὸ δὲ αἴσθησις, ἀεὶ συνεκπίπτουσα καὶ γιγνομένη μετὰ δὲ αἰσθητὸν. Αἱ μὲν ἐν αἰσθήσεις τὰ τοιάδε ἡμῖν ἔχουσιν ὀνόματα, ὄψεις δὴ καὶ ἀκοαὶ καὶ ὀσφρήσεις, καὶ ψύξεις δὴ καὶ καύσεις, καὶ ἡδοναί γε

(*) p. 156. (†) p. 120.

nos de hac re ad *Cap.* 1. *System. intellectualis* & in *Praefat.* copiose disputavimus.

(y) *Plutarcho*] Suspicor, locum designari illum, qui *Libro adv. Colotem p.* 1108. 1109. *T.* II. legitur: quo *Plutarchus Democritum* disputasse refert contra *Protagoram.* Nec tamen solus rei hujus auctor *Plutarchus* est, verum plures alii, quos commemorare haud opus est.

(z) *Videbitur*] Duos hic conjungit *Platonis* locos, qui satis amplo distant intervallo. Exemplum a vento exstat *p.* 118. a vino vero quod ducitur, legitur *p.* 121. *ed. Ficini.*

(a) *Ple-*

γμ ἢ κ λύπαι, καὶ ἐπιθυμίαι κ φόβοι πεκλημέναι. Καὶ ἄλλα ἀπέιρα μὲν αἰ ἀνάνυμα, σπαρπλησὶς ἢ αἱ ὀνομασμέναι τὸ ἢ αὖ αἰσθητὸν γλύφ- τέτταρ ἰκαίσας ὁμόζο ον. Ὄψασι μὲν πασπδασπὶς χρώμαζ πασπδασπά· ἀκραῖς ἢ ὡσαύτως Φασνὶ, καὶ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσασι τὰ ἄλλα αἰσθητὰ ξυίγθνη γιγνόμθνα. —— Ἐν Φορᾷ αὐτῶν ἡ κίνησις πίφυκεν. Ἐπειδὰν ἓν ὅμμα κ ἄλλο τ τέτῳ συμμέτρων πλησιάσαν γθνήσῃ ϟ λαθητητά τ καὶ αἴσθησιν αὐτῇ ξύμφυτον, ἃ οὐκ ἂν πότ ἐγθνέτο, ἑκατέρα ἐκείνων πρὸς ἄλλο ἐλθόνθ-, τότ δὴ μεταξὺ Φερομθνων (τ μὲν ὄψεως πρὸς τ ὀφθαλμῶν, τ ἢ λαθητικῷ- πρὸς ϑ σωματτικὸν- τὸ χρῶμα) ὁ μὲν ὀφθαλμὸς ἄρα ὄψεως ἔμπλεως ἐγθνέτο, καὶ ὁρᾷ δὴ τότ, καὶ ἐγθνέτο ἤδ ὄψις, ἄλλα ὀφθαλμὸς ὁρῶν· τὸ ἢ συγθνῆσαν τὸ χρῶμα, λαθητικῷ- πεπλήσθη· καὶ ἐγθνέτο ἡ λαθητης αὖ, ἀλλὰ λαθηὸν, εἴτε ξύλον, εἴτε λίθ-, εἴτε ὁτῦν συμβῇ χρῶμα χρωσθῆναι τῷ αὐτῳ χρώματι· καὶ τ ἄλλα δὲ ὅτω σκληρὸν καὶ θερμὸν, καὶ πάνζ τ αὐτὸν τρόπον ὑποληπτέον, αὐτὸ μὲν καθ' αὑτὸ μηδὲν εἶναι, ὁ δὲ κ τότ ἐλέγομθν, ἐν ᾗ τῇ πρὸς ἄλλα ὁμιλίᾳ πάνζ γίγνεσθαι κ πανταχῶ ὑπὸ τ κινήσεως. *Principium autem deinceps erit, ex quo ea, quae modo diximus, manant, quod scilicet universum hoc motus est, & aliud praeter motum nihil. Motus vero sunt species duae: & multitudine quidem utraque species est infinita, potentiam autem altera agendi, altera patiendi habet. Ex harum congressu, compulsuque mutuo effectus eveniunt numero infiniti, specie gemini, sensibile videlicet ac sensus, qui semper cum sensibili coincidit atque congreditur. Sensuum haec nomina sunt, visus, auditus, olfactus, gustus, tactusque frigidorum & calidorum. Quos sequuntur voluptates, dolores, cupiditates atque timores, aliique affectus, innumeri quidem sine nomine, nominati quoque permulti. Genus autem sensibile sensui cuilibet est cognatum. Omnigenis visionibus, colores omnigeni: auribus itidem voces, ceterisque sensibus alia sensibilia cognata similiter adsunt.— In latione illorum motus est. Cum igitur oculus aut aliquid eorum, quae accessit, albedinem, sensumque cognatum gignit, quae numquam nata fuissent, si illorum alterum ad aliud quiddam adventasset, tunc sane interim dum fertur visio quidem ab oculis, albedo autem ab eo, quod colorem tum ex se edit, oculus visione repletur, videtque, & factus est non visio, sed videns oculus. Quod vero colorem tum ex se edit, albedine repletum est, factumque non est albedo, sed album sive lignum, seu lapis, sive quidvis aliud, quod forte sit colore hujusmodi coloratum: eodemque pacto de aliis, ut de calido & duro, ceterisque omnibus judicandum, nihil ex his ipsis secundum se quidquam esse, quod & in superioribus disputabamus, sed in mutuo congressu omnia fieri & omnigena, propter motum.*

§. III. Perspicuum est, his in verbis tradi, universum mundum nulla re alia, quam particularum commotione, factum esse, neque alia ratione generari & vicissim corrumpi omnia. Nullum vero aliud motus genus, quam id, quod *locale* dicitur, *Protagoras* fassus est, quod ex iisdem hisce verbis intelligitur. Ex quibus porro eumdem liquet philosophum praecepisse, omnes qualitates illas, quae sen-
17 sus nostros attingunt, colores, sonos, sapores, odores, & reliquas, non esse res extra nos ipsos vere exsistentes, sed sensuum tantum nostrorum varias affectiones; corpusculorum diverso motu & impulsione in sensuum instrumenta productas. His omnibus si quis forte dictis nondum commoveatur, eum certe is, quem nunc afferam, locus, illustrior etiam & evidentior praecedentibus, ut adsentiatur nobis, coget: (*) Μίμνησαι γὰρ ὅτι ὕστερ ἐλέγομθν ἓν μηδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ εἶναι, μηδ' αὐτὰ πῶν ἃ πάσχον, ἀλλ' ἐξ ἀμφοτέρων πρὸς ἄλλα συγγιγνομθνων ταῖς αἰσθήσεσι, καὶ τὰ αἰσθητὰ ὑποπιπτόντων, τὰ μὲν πὰ αὖτα γίγνεσθαι, τὰ ἢ οὐθαμθμένα. (†) *Recordaris ita nos supra dixisse*

(*) p. 182. (†) (p. 131.) Ficini.

Digitized by Google

dixisse nihil secundum seipsum unum aliquid esse, neque insuper agens aut patiens, sed ex utrisque vicissim congredientibus sensus & sensibilia emanantia partim fieri qualia quaedam, partim vero sentiri.

§. IV. Tanta est in his *Platonis* locis lux & evidentia, ut nullum prorsus alium sensum recipere queant, praeter illum, quem nos expressimus. Quamobrem bini illi *Platonis* interpretes Latini, *Ficinus* & *Serranus*, quos novimus ante philosophiae hujus mechanicae instaurationem vixisse, nec idcirco peritos disciplinae illius fuisse, haud tamen aliter eos exposuerunt. Ille quidem vim verborum *Platonis* sic reddidit: *Color neque oculorum aspectus est, neque corporum motus, sed ex aspectu motuque medium quiddam resultans, id est, talis circa oculos passio.* Hic vero sententiam eorum his sibi verbis declarandam esse duxit: *Ex varia aspicientis διαθέσει, variaque adeo intermedii sensilis scbesi, colores varios & videri & fieri, ita tamen ut omnia sint φαντασικά, nec nisi in animo subsistant, vario autem motus congressu varientur: quod de omnibus sensibus constituendum est.* Addi tamen his debet, *Protagoram*, quo melius obtineret id, quod consequi cupiebat, omnia esse dubia & incerta, non modo statuisse, res, quae sensus feriunt, tales unice esse, quales videntur, ratione omnium animalium, verum etiam ratione & respectu singulorum. Nulla enim contendebat ratione planum fieri posse, omnia bruta animantia iisdem imbuta esse rubri & nigri speciebus & notionibus, immo ne certum quidem esse, binos homines, perceptis hisce coloribus, eadem intra se sentire: affectiones enim ejusmodi sensuum unicuique animali proprias esse: constare item usu & experientia, cum odorum & saporum dulcedinem & acerbitatem, tum frigus & calorem ex singulorum sensu esse aestimanda.

CAPUT QUARTUM.

ARGUMENTUM.

Philosophia corpuscularis antiquior est bello Trojano & a Moscho quodam Sidonio inventa. Moschus hic, gente Phoenix, idem est, qui Mochus Physicus; neque hic differt a Mose Judaeorum legislatore. Plato & Aristoteles non ignari fuerunt philosophiae hujus Phoeniciae: quam quidem Plato rejecit, quod Scepticis ipsi videretur favere, sprevit etiam Aristoteles, at Epicurus renovavit, qui tamen impietate hoc genus doctrinae ita obruit, ut totum paene everteret. Recentiori aetate philosophia haec denuo luculenter & egregie instaurata & nitori suo pristino restituta est.

§. I. Constat igitur ex his, quae diximus, ipsum illud philosophandi genus, quod *corpusculare* vocatur seu *mechanicum*, in quo instaurando & renovando non ita pridem *Cartesius* & *Gassendus* elaborarunt, non modo, si prima ejus capita & praecipua momenta spectes, *Epicuro* antiquiorem esse, sed etiam ante *Platonis* & *Aristotelis*, immo ante *Democriti* & *Leucippi* tempora, qui vulgo ceteroquin parentes ejus fuisse perhibentur, viguisse. Proinde nihil causae nobis est, cur *Posidonio*, Stoico, aegre fidem habeamus, qui, quod *Stra-*

Digitized by Google

bo scriptum reliquit, philosophiae hujus origines ante belli Trojani aetatem posuit, & ex Phoenicia in Graeciam eam esse delatam, tradidit: (*) εἰ δεῖ πιστεύειν τῷ Ποσειδωνίῳ, τὸ περὶ τῶν ἀτόμων δόγμα παλαιὸν ἐστὶν, ἀνδρὸς Σιδωνίου Μόχου πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γεγονότος. *Si fidem habere par est Posidonio, Stoico, doctrina de atomis antiquior est belli Trojani temporibus, & excogitata primum est a Moscho quodam, Sidonio,* aut Phoenice (*a*) potius, uti *Sextus Empiricus* testimonium hoc *Posidonii* retulit, cujus haec verba sunt: (†) Δημόκριτος γοῦν καὶ Ἐπίκουρος ἀτόμους, εἰ μήτι δεκαπλασίονα πιστὸν ἡγητέον ἢ δίξαν, καθὼς ἔλεγεν ὁ Στωϊκὸς Ποσειδώνιος, ἐκ τοῦ Μόχου τινὸς ἀνδρὸς Φοίνικος παραχωρῶμεν. *Democritus & Epicurus atomos invenerunt, nisi haec opinio statuenda sit antiquior, &, ut Stoicus dixit Posidonius, deducta a Moscho quodam Phoenice.* Non licet nobis per sanam rationem hoc *Posidonii* testimonium repudiare, quum quae paullo ante attulimus, nec *Epicurum*, nec *Democritum* physices hujus auctores esse, testatissimum faciant.

§. II. Veri autem simillimum est, *Moschum* hunc Phoenicem, cujus mentionem fecit *Posidonius*, non differre a *Mosche* illo Physico, cujus apud *Jamblichum in vita* (*b*) *Pythagorae* exstat memoria, ubi *Pythagoras* tempus quoddam Sidone in Phoenicia consumsisse, ibique cum vatibus *Mochi*, physici, successoribus versatus & ab hisce institutus esse dicitur: Τοῖς δὲ Μώχου τοῦ Φυσιολόγου προφήταις διατρίψαι καὶ τοῖς ἄλλοις Φοινίκων ἱερεῦσι. *Versatus est cum prophetis successoribus Mochi, physici, ceterisque Phoenicum sacerdotibus.* Uterque porro hic *Mochus* & *Moschus*, Phoenix & philosophus, nullus est sine controversia, quam *Moses*, Judaeorum legislator: id quod recte suspicatus est *Arcerius*: Μόχου, inquit, *legendum videtur, nisi quis* Μώχου *vel* Μωσέως *legere malit.* Quare antiquus sermo quum *Mochum* seu *Mosen* primum philosophiae illius inventorem esse ferat, quae nomen habet ab atomis, nec Democritea, nec Epicurea dici ea debet, verum *Moschica* seu *Mosaica.*

§. III. Fatendum nobis est, binos illos praestantissimos ac celeberrimos philosophos, *Platonem* & *Aristotelem*, haud tam fuisse felices, ut veteris hujus Phoeniciae seu Moschicae aut Mosaicae philosophiae accuratam perfectamque adipiscerentur notitiam. Et *Platonem* quidem probabile est, idcirco abhorruisse ab ea, quod *Protagoram* turpiter abuti hac disciplina cerneret ad Scepticismum stabiliendum, omneque naturale discrimen boni atque mali funditus tollendum. Neque tamen physicam hujus philosophiae partem *in Theaeteto*, peropportunam licet id faciendi occasionem nactus, refellit. In *Timaeo* vero aliqua ejus cognitione sese tinctum ostendit, quum quatuor elementorum differentias, ignis, aquae, aëris, & terrae, inde nasci, probare conatur, quod minimae eorum particulae diversis figuris Geometricis essent praeditae: (§) Minutissimas terrae particulas cubi opinatur referre formam, eo quod terra solida sit & immobilis, ignis vero particulas pyramidis esse figura vult: Τὸ ἔχον ἐλαχίστας βάσεις ἐκείνων εἰναι σχῆμα πυραμίδος, τμητικώτατόν τε ἑνὸς ἑκάστου ὂν πάντῃ πάντων. *Id est, illam figuram, cujus minimae sunt bases, ei attribuere corpori, quod maxime omnium est mobile, maximeque dissolvit ac penetrat.* Si quis

(*) Lib. XVI. edit. Casaub. p. 757.
(†) Adv. Mathemat. p. 367. (Lib. IX. p. 621.) (§) p. 55. Serr. edit.

(*a*) *Potius*] Perinde est, utrum Phoenicem, urbis patriae nomen est. Sidonium dicas *Mochum*. Illud gentis, hoc (*b*) *Pythagorae*] Cap. 3. p. 10. *ed. Kusteri.* (*c*) Cap.

Digitized by Google

quis forte reconditum quemdam sensum in dogmate hoc latere, nec *Platonem* physice illud intelligi voluisse, putaret, is per ea facile reprimi posset, quae ipsemet hic philosophus paullo post de particulis elementorum tenuissimis tradit: (*) πάντα ἓν δὴ ταῦτα λεγετέον σμικρὰ ὄντα καὶ ἓν ἕκαστον μὲν ἃ ἡμῖν ἐκάστα λεγόμενα σμικρότητα ἔχειν ἀφώρικεν ὑφ' ἡμῶν, συναθροιζόμενα δὲ πολλὰ τὰς ὄψεις αὐτῶν λανθάνειν. Quorum verborum haec est sententia: *Hi cubi & pyramides in terra & igne non, nisi mente ac intelligentia comprehendi possunt: singulae enim elementorum particulae non incurrunt in sensus, sed multarum tantum ex illis coagmentatio.*

§. IV. *Aristoteles* apertius hanc philosophiam rejecit. *Jacobus Carpentarius*, quum in *Adnotationibus ad Alcinoum* de natura differit universalium, *Quidem*, inquit, *universalia non omnino quidem tollunt, sed ea tantum esse volunt, quando intelliguntur, nihil vero haberi in natura, quod mentis notioni respondeat*: *Quod mihi sane perinde est, ac si dicerent, colores nihil actu esse, sed tales effici, quando reapse videntur. Quae etiam opinio suos habuit assertores, sed ab Aristotele est damnata.* Quae his in verbis 19
a *Carpentario* memoratur opinio, colores non revera sic extra nos exsistere, ut notionibus mentium nostrarum respondeant, quas ante visionem habuimus, mysterium illud est veteris philosophiae Mosaicae seu *atomicae*, cujus rudis & ignarus erat ille, quo colores edocemur, non esse qualitates absolute extra nos exsistentes, sed tantum sensuum in nobis ipsis affectiones & perpessiones. Et verum omnino est, hanc philosophiam ab *Aristotele* condemnatam esse, & quidem ut doctrinam antiquioribus ante se physicis probatam, *Libro* III. *de anima* (*c*) *cap.* 2. Οἱ μὲν οὖν φυσιλογοι τοῦτο μ' καλῶς ἔλεγον, οἴεσθαι ὅτι λευκὸν ὅτι μέλαν ἄνευ ὄψεως, οἴεσθαι χυμὸν ἄνευ γεύσεως. *Male veteres physici fere omnes consuerunt, quum nihil esse nigrum vel album sine visu, nihil dulce vel amarum sine gustatu praeciperent.* (*d*) Alio rursus loco id ipsum philosophandi genus, quod qualitates omnes sensibus subjectas ex figuris, situ, & motu particularum nasci perhibet, confutare studet: nec tamen ibi *Democrito* id soli tribuit, sed iterum plerisque naturae ante se speculatoribus: Δημόκριτος, inquit, καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν φυσιολόγων ἀπορώτατόν τι ποιοῦσι· πάντα γὰρ τὰ αἰσθητὰ ἁπτὰ ποιοῦσι· καίτοι εἰ καὶ τοῦτο ἄτοπος ἔχει, δῆλον ὅτι καὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων ἑκάστη ἁφὴ τις ἔσται· τοῦτο γὰρ ὅτι ἐστὶ ἀδύνατον, ὑπὸ χαλεπὸν συνιδεῖν. Ἔτι γὰρ τοῖς καθ' αὑτὰ τῶν αἰσθήσεων πάντων χρῶνται ἁπτοῖς. Μέγεθος γὰρ καὶ σχῆμα, καὶ τὸ τραχὺ καὶ τὸ λεῖον. Ἔτι γὰρ τὸ ὀξὺ καὶ τὸ ἀμβλὺ τὸ ἐν τοῖς ὄγκοις καθ' αὑτὰ τῶν αἰσθήσεων ἐστὶ, εἰ γὰρ μὴ πάντων, ἀλλὰ ὄψεώς γε καὶ ἁφῆς· οἱ γὰρ τὰ ἴδια ἐκτοπίζοντες ἀναίρουσιν ὅσπερ Δημόκριτος. Τὸ γὰρ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν, τὸ μὲν τραχὺ φασὶν εἶναι, τὸ δὲ λεῖον. Εἰς γὰρ τὰ σχήματα ἀνάγει τοὺς χυμούς, καίτοι ἢ ἀθυμίας ἢ μᾶλλον τὸ ὄψεως τὸ καθ' αὑτὸ γνωρίζειν. *At Democritus & reliqui naturae interpretes absurdissimum quid committunt. Nam sensibilia omnia tactilia faciunt. Quod si ita sese haberet, certum foret, omnes etiam alios sensus tactum quemdam esse: quod fieri non posse, nequaquam difficile intellectu est. Praeterea sensilibus hisce, quae sensibus omnibus communia sunt, tamquam propriis utuntur. Etenim magnitudo & figura, & asperitas & laevor, & acuties & obtusitas, quae moli competit, sensibus communia sunt; quod si non omnibus, saltim tamen visui & tactui. —— Illi vero propria redigunt ad ista, ut Democritus. Is enim candorem quidem*

(*) p. 56.

(*c*) *Cap.* 2.] Potius *Cap.* 1. p. 43. *Tom.* II. *Opp.*

(*d*) *Alio loco*] *Libro de sensu & sensili Cap.* 4 p. 70. *Tom.* II. *Opp.* Vide quae de hoc & reliquis, qui afferuntur hic, locis differuimus ad *Systemat. Intellect. Cap.* 1. §. 6. *f.*

quidem laevitatem & nigrorem scabritiem esse affirmat, sapores autem figuris tribuit. Atqui cognoscere communia, aut ad nullum sensum, aut ad visum potius spectat. Finem facit *Aristoteles* disputationi huic binis generalioribus adversus illud philosophandi genus argumentis, quod omnes, quae sensus nostros feriunt, qualitates nil esse, nisi motus & affectiones in nobis ipsis, a varia magnitudinis, figurae, situs, & motus in objectis rebus temperatione excitatas, praecipit: Ἐι τὰ μὲν, inquit, *αἰσθητὰ πάντα ἔχει ἐναντίωσιν, οἷον ἐν χρώμασι τῷ μέλανι τὸ λευκὸν, καὶ ἐν χυμοῖς τὸ γλυκὺ τῷ πικρῷ, σχῆμα δ' σχήματι οὐ δοκεῖ τινα ἐναντίον· πρὸς γὰρ τὸ πολυγώνιον τὸ περιφερὲς ἐναντίον. Ἔτι ἀπείρων ὄντων τῶν σχημάτων, ἀναγκαῖον καὶ τοὺς χυμοὺς τινα ἀπείρους. Ad haec sensilia omnia contrarietatem sortita sunt: nam in coloribus albus nigro contrarius est, in saporibus dulcis, amaro. Figura vero figurae non videtur esse contraria? Cui enim e multangulis rotunda est contraria? Praeterea cum figurae sint innumerae, sapores quoque innumeros esse necesse est?* Haec ego argumenta non inficior ingeniosa esse, id est, *Aristotele* digna, nec parum habere speciei ad eorum sententiam exornandam, qui tales naturas, quales sunt qualitates *spectabiles*, *tangibiles*, *audibiles*, & reliquae, reapse in rebus extra nos positis esse opinantur. At quum longe tamen infra pondus eorum argumentorum posita sint, quae pro contraria militant sententia, sine magno labore philosophiae hujus renovatae ac instauratae defensores invenient, quo vim eorum frangant & debilitent.

§. V. Post *Platonis* & *Aristotelis* aetatem vetus illa, de qua loquimur, physica in lucem ab *Epicuro* revocata, verum tot simul sententiis in Deum & pietatem injuriosis inquinata fuit, ut vix ab interitu servari potuerit. Nam ex magnis, quae *Epicurus* de hoc doctrinae genere conscripsit, voluminibus nihil restat, praeter id, quod *Diogenes Laertius* ex illis excerpsit: nec ullum disciplinae hujus Systema pervenit ad posteros, si a *Lucretii Cari de rerum natura* poëmate discesseris. Igitur longa & diuturna oblivione philosophia haec oppressa olim jacuit, nec nisi pauca quaedam & obscura ejus vestigia passim in quorumdam doctorum virorum monumentis apparent. In his *Sextus* est, qui Stoicos quosdam censuisse refert, *τὰ αἰσθητὰ τινα πρός τι, res, quae sentiuntur, referri ad animalia, quae sentiunt*, itemque *τὰ πάθη μόνα καταλαμβάνεσθαι, non ipsas res sensu comprehendi, sed nostras tantum, quae a rebus oriuntur, perpessiones.* Cognatum quoque & affine huic est doctrinae praeceptum id, quod Sceptici, qui *Pyrrhonem* sequuti sunt, adoptarunt: *πάντα τινὰ πρός τι, τυπῆσι πρὸς τὸ κρῖνον, ὅτι πρὸς τόδε τὸ ζῶον καὶ τόνδε ἢ ἄνθρωπον καὶ τῷδε ἢ αἰσθησιν ἔχαστα φαίνεται. Omnia referri ad aliquid, id est, ad id, quod de illis judicat, remque omnem esse videri respectu sensus.* Fuit etiam *Plotinus* aliqua ejus cognitione imbutus, quod ex eo liquet loco, ubi quaerit, utrum res sub sensus cadentes reapse exsistant in rebus extra nos positis, an vero perpessiones tantum sint in nobis ipsis excitatae? (*) Ἐπεὶ καὶ τὰ δῆθεν τῶν αἰσθήσεως, ἃ καὶ δοκεῖ πίστιν ἔχειν ἐναργεστάτην, ἀπιστεῖται μήποτε οὐκ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις, ἀλλ' ἐν τοῖς παθήμασιν ἔχει τὸ δοκοῦν ὑπάρχειν, καὶ τῷ δεῖ τὸ ἀληθὲς τῶν κειμένων. *Quoniam & circa illa, quae sensibus offeruntur, quorum fides certior esse videtur, dubitari solet, ne forte non tam in subjectis rebus, quam in passionibus quibusdam, naturam habeant apparentem: ubi certe mentis judicium, vel saltim cogitationis exigitur.*

§. VI.

(*) Ennead. V. Lib. V. (cap. 1. p. 520.)

Digitized by Google

§. VI. Hac autem nostra memoria haec philosophandi forma quorumdam doctissimorum virorum lucubrationibus, secunda faventeque fortuna, denuo illustrata, totque luculentis & exceptione omni majoribus experimentis, ne quid nunc de illis dicam, quae a prismate vitreo sumta sunt, comprobata est, ut aut nulla, aut exigua de veritate ejus dubitatio relicta sit. Meo quidem judicio, nisi hanc disciplinam veram esse atque certam statuamus, confitendum omnino nobis est, totum mundum corporeum & aspectabilem prorsus inexplicabilem esse. Nam sicuti (e) *Timaeus Locrus* dudum observavit, res, quae sensibus percipiuntur, (αἰσθητὰ) non posse aliter comprehendi, quam sensu & adulterina quadam ratione, (αἰσθητῷ καὶ νόθῳ λογισμῷ:) ita omni vacat controversia, nullas a nobis claras & perspicuas caloris & frigoris, lucis & colorum notiones informari posse, quamdiu eas ut qualitates intuemur, in rebus in sensus incurrentibus reapse existentes, hanc vero caliginem tolli, simulatque eas ut affectiones sensuum nostrorum spectamus. Quocirca nisi concedere velimus, intelligentiam nostram nihil prorsus earum rerum, quae hic sub sensus nostros cadunt, capere & intelligere, tametsi ea res multo majores & sublimiores comprehendere valeat, non possumus, quin illis accedamus, qui veterem illam *Moschicam* seu *Mosaicam* aut *corpuscularem* philosophiam unice certam, veramque esse statuunt.

CAPUT QUINTUM.

ARGUMENTUM.

Opiniones illae, quas Protagoras & alii philosophi auxilio philosophiae corpuscularis tueri studuerunt, incptae sunt, repugnantes, nec disciplinae huic consentaneae. Nec minus absurdum, sibique repugnans est illud ejus dogma, quod nihil simpliciter & absolute verum esse, sed respectu tantum ejus, qui cogitat, praecipit.

§. I. Quamvis autem antiqua illa philosophia, quae corpusculis individuis utitur ad naturae rationes explicandas, fundamentis nitatur minime dubiis & rationi maxime sit consentanea, inopinata tamen illa & portentosa *Protagorae* & aliorum dogmata, quae auxilio ejus firmare ac stabilire conati sunt, non ridicula tantum in se, absurda, & sibimetipsis contraria sunt, verum etiam nulla ratione ex praeceptis disciplinae hujus consequuntur.

Haec quidem scita: *Omne quod videtur, est*, &: *Quodlibet visum verum est*, tametsi primo statim aspectu stulta omnibus & inepta videri debeant, a binis tamen eximiis philosophis, *Platone* & *Aristotele*, seria confutatione digna sunt habi- 21
ta. *Plato* in *Theaeteto* sequentibus ea rationibus aggreditur: Si omnia visa essent vera, visa ejus, qui somniat, aeque vera essent & certa, atque perceptiones eorum, qui vigilant: omnes deinde homines pari & aequali essent sapientia praediti:

(e) *Timaeus Locrus*] *Libro de anima mundi Cap. 1. p. 545. ed. Galei.*

Digitized by Google

ti: eorum, qui omnia plane rudes sunt Geometriae, opiniones aeque firmae essent ac exploratae, quam Geometrarum enuntiata, praedictionesque rerum futurarum omnes verae certaeque forent: ad actiones denique hominum quod attinet, perinde foret, utrum hoc, an vero alio modo aliquis rei alicujus obtinendae caussa ageret, nec ullus idcirco locus esset deliberationibus & consultationibus relictus.

Verum (*f*) *Aristoteles* in *Metaphysicis* urbanitatis aliquid confutationi horum praeceptorum admiscet, quum his ea verbis perstringit: Τοῖς ὑσὲ ϟ ὄψιν ὑσυβάλλεσι ϟ δάκτυλον καὶ πιῶσιν ἐκ ϟ ἑνὸς φαίνεσθαι δύο, δύο εἶναι λέγ᾽ τὸ φαίνεσθαι πᾶσι καὶ πάλιν ἕν· τοῖς δὲ μὴ κινοῦσι ϟ ὄψιν ἓν φαίνε) τὸ ἕν. *Qui ponunt, nihil esse, nisi ea, quae apparent, nihil differunt ab illis, qui digitum sub oculos ponunt, & faciunt, ut ex uno appareant duo: ac duo esse putant, propterea, quod tot apparent & rursus unum: illis vero qui visum non movent, unum apparet, quod unum est.* Utroque tamen hoc subtilius & ingeniosius in haec dogmata disputat (*g*) *Sextus Empiricus*, qui, εἰ πᾶσα, inquit, φαντασία ἀληθὴς, ϟ τὸ μὴ πᾶσαν φαντασίαν εἶναι ἀληθῆ, ϟ φαντασίαν ὑφισάμεθα, ἔσται ἀληθὴς· ϟ ὅτι τὸ πᾶσαν φαντασίαν εἶναι ἀληθῆ γνήσι) ψεῦδ᾽. *Si omnis phantasia est vera, etiam non omnem phantasiam esse veram, ut quod ex phantasia constat, erit verum: & ita omnem esse veram phantasiam, falsum erit.*

§. II. Animadverti vero debet, scitis hisce: *Quodcumque videtur, id est*, &: *Omne visum verum est*, nullam esse aliam sententiam subjectam, quam hanc: Nihil absolute & simpliciter verum est, sed omnis veritas & cognitio ad hominum sensus & facultates referenda est: Atqui unum visum altero nec verius, nec certius est: ex quo efficitur, omnia visa aeque vera esse, seu, quod idem est, nullum visum verum esse. Non fugit hoc *Aristotelem*, qui recte (*b*) alio loco, ὁ λέγων, inquit, ἅπαντα τὰ φαινόμενα εἶναι ἀληθῆ, ἅπαντα ποιεῖ τὰ ὄντα πρός τι. *Qui dicit omnia esse vera, quae apparent, omnia entia facit esse ad aliquid seu relativa.*

Sed de ipsis quid fiet *Protagorae* praeceptis his: *Nihil absolute verum est*, &: *Homo mensura est rerum omnium*, si hoc vacat controversia, nihil in se ac simpliciter, sed omnia comparate tantum & ratione ejus, qui hoc vel illo modo cogitat, vera esse? Nonne haec ipsa praecepta non absolute vera erunt, sed tantum comparate ac respectu auctoris eorum, *Protagorae?* Et hic tamen homo scitum hoc: *Nihil est absolute ac simpliciter verum*, universe & absolute verum certumque esse contendit.

Et quam puerile, quaeso, & stultum est, hominem, qui philosophi nomen & gloriam studiose appetit, in longo volumine exarando non mediocrem consumere laborem, quo id unum acriter agit, ut humano generi persuadeat, *nihil esse absolute verum, quaecumque autem pro veris habentur, videri tantum vera esse certis hominibus?* Tamne igitur vecors erat, ut parum intelligeret, hoc posito & probato, ipsam quoque illam sententiam, pro qua pugnabat, non simpliciter veram, sed comparate tantum & eorum respectu, quibus ita videtur esse, ratione vero illorum, qui secus sentiunt, falsam fore? Atqui non plus communis hominum salutis interest, scire, *Protagorae* visum fuisse, nihil esse omnino & absolute verum, quam

(*f*) *Aristoteles*] *Metaphysicor. Lib.* XIII. *Cap.* 6. §. 390. p. 447. p. 459. *Tom.* IV. *Opp.*
(*g*) *Sextus Empir.*] *Lib.* I. *adverf. Logicos* p. 345. *Tom.* IV. *Opp.*
(*h*) *Alio loco*] *Metaphyf. Lib.* IV. *Cap.* 6.

(*l*) *Pla-*

Digitized by Google

quam ejus intereſt, non ignorare, quid proxima nocte in ſomnis *Protagoras* viderit. Etenim quum unusquisque, ut putat hic philoſophus, ea tantum cogitet atque cernat, quae ipſi ſoli vera ſunt, (*αὐτὸς τῷ αὐτῷ ἕκαστος μόνα δοξάζει*) nihilo plus mea referet, aliorum opiniones noſſe, quam quid hic, vel ille ſomniaverit, perſpectum habere. Quamobrem multo ſapientius feciſſet *Protagoras*, ſi omnem iſtum laborem, quem in hoc dogmate ſtabiliendo ſumſit, intermiſiſſet, privatasque has & ſibi unice proprias veritates, aut viſa potius & ſomnia, ſibi ſoli reſervaſſet.

Nulli vero quum parcit homo hic labori & induſtriae, ut teſtatum & planum faciat; *quae vera videntur, non eſſe abſolute, ſed certa tantum ratione vera*, ſuam ipſe- 22
met diſciplinam oppugnat & labefactat. Namque pugnat, hoc abſolute & ſimpliciter verum eſſe, nihil eſſe abſolute & ſimpliciter verum: quod quidem diſparatum eſſe, manifeſtum eſt. Ita ſcilicet Scepticorum & fanaticorum comparatum eſt rationibus, ut ſemetipſas plerumque evertant & deſtruant, neque laborioſam propterea & longam confutationem deſiderent.

§. III. Quod ſi nihil in ſe & abſolute verum eſt, illud etiam haud abſolute ac ſimpliciter verum eſſe poterit, *Protagorae* ita viſum fuiſſe, nihil eſſe ſimpliciter verum, ſed videbitur tantum ipſi & aliis, hoc illi fuiſſe viſum. Quid? quod ne hoc quidem pro abſolute vero duci poterit, *Protagoram*, cui nihil placuit in ſe & omnino verum eſſe, vere aliquando exſtitiſſe. Ad extremum, poſito, quod ſaepe diximus, dogmate, incertum prorſus erit, utrum res quaedam ſint extra nos poſitae, quibus ſenſus noſtri pellantur, concitentur, & afficiantur, nec ne: Utrum vere aliquid ejusmodi in rerum natura ſit, quod vocabulis, quibus utimur, *magnitudo*, *motus*, *figura*, & *ſitus partium* reſpondeat, nec ne: Utrum denique *materia fluat*, *in eaque rationes omnium rerum*, *quae apparent*, *ſitae ſint*, (*ἢ ὑπὸ μόνου τοῦ λόγου ἢ φαινομένων παίζων ἐν αὐτῇ ἀναπτύσσῃ*) nec ne: Et haec tamen omnia *Protagoras*, (*i*) *Platone* & *Sexto* auctoribus, vera eſſe ſine ulla controverſia adſeveravit.

(*i*) *Platone & Sexto*] Illo in *Theaeteto*, hoc *Libro* I. *adv. Logicos p.* 382. *f.* & *Lib.* II. *p.* 442.

CAPUT

CAPUT SEXTUM.

ARGUMENTUM.

Praecepta illa Protagorae: Omnis cognitio eſt ſenſus, nullaque eſt, niſi apparens & relativa, cognitio, *per eam philoſophiam, quae corpuſculis & atomis nititur, prorſus evertuntur. Namque hac philoſophia duce extra omnem ponitur controverſiam, ſenſus non eſſe ſolos judices & arbitros rerum illarum, quae vere ac reapſe ſunt & exiſtunt, ſed aliud eſſe in nobis principium ſentiendi facultate majus & excellentius.*

§. I. Quemadmodum vero Sceptica haec, aut fanatica potius *Protagorae* philoſophia in ſe vehementer abſurda eſt & ſecum ipſa pugnat: ita nihil ea firmamenti & praeſidii ex antiqua philoſophia illa, quae naturam ad individua revocat corpuſcula, ſibi poteſt promittere. E contrario nullum eſſe confidenter dixerim philoſophiae genus, quod validius & apertius utrumque hoc dogma: *Omnis cognitio eſt ſenſus*, &: *Veritas omnis & cognitio apparens tantum eſt*, debellet, quam illud ipſum, quod atomis utitur.

Primo enim, nullus ſenſus de ſe ipſo & perceptionibus ſuis judicare, multo minus de aliorum ſenſuum perceptionibus ſententiam ferre poteſt, quum *res illae, quae uni facultatum noſtrarum ſubjectae ſunt, nullo modo percipi & ſentiri queant ab alia facultate, nec, verbi cauſſa, quae in aures cadunt, oculorum, aut quae oculos feriunt, aurium cognitioni & judicio pateant:* (*k*) ἃ δι ὀπτῆς δυνάμεως αἰσθάνῃ, ἀδύνατον δι ἄλλης τέτων αἰσθέσθαι, οἷον ἃ δι ἀκοῆς, δι ὄψεως, ἢ ἃ δι ὄψεως, δι ἀκοῆς.

Oculi ſonorum minime judices ſunt, qui auribus excipiuntur, nec aures lucis & colorum naturam explorare valent. Quod igitur de omnibus ſenſibus, variisque rebus, quae incurrunt in eos, ſimul judicat, id ipſum ſenſus eſſe nequit, verum indolis multo melioris & excellentioris.

§. II. Praeter haec, quodcumque intelligit, imaginandi vim ad omnes aliquid conferre ſenſuum perceptiones, id ipſum liberum ſit ab imaginatione neceſſe eſt, nec poteſt non res eſſe, in qua facultas reſidet judicandi, quidnam abſolute ac vere ſit, quidnam eſſe tantum videatur. Namque ſcitum hoc: Vis imaginandi omnibus ſenſuum perceptionibus adjuncta eſt, non veritas eſt certis hominibus
23 propria, verum abſoluta: Neque licuiſſet *Protagorae* ad hujus veritatis pervenire cognitionem, niſi facultate valuiſſet omni ſenſu meliore ac majore, cujus eſt, id quod vere & abſolute exiſtit ab eo, quod eſſe videtur, diſcernere.

Haec ipſa igitur facultas animi, quae, ex praeſcripto philoſophiae atomis nixae, animadvertit, cunctis ſenſuum noſtrorum viſis adjunctum eſſe aliquid illis unice pro-

(*k*) ἃ δι] Haec *Platonis* ſunt in *Theaeteto p.* 132.

(*l*) *Sexti*]

Digitized by Google

proprium & peculiare, qui ſentiunt, ea nos quoque dubitare non ſinit, nos non modo vere ac reapſe affici, ſentire, percipere, verum etiam eos, qui ſentiunt, abſolute atque vere exſiſtere. Quamvis enim ſenſus noſtros plane nos fallere, neque veri aliquid ad animum noſtrum referre fingamus, quamvis nullum eſſe ſolem, nullam lunam, nullam terram, id quod oculis noſtris credimus, ſtatuamus, quamvis denique nec manibus, nec pedibus, nec corpore nos eſſe praeditos, quidquid ſenſibus noſtris videntur, decernamus, ratio tamen hoc controverſia carere praecipit, illud, cui res iſtae ita videntur eſſe, non poſſe non eſſe aliquid. Illi nimirum, quod non eſt, nihil apparere ac videri poteſt, neque verius aliquid & certius fieri poteſt hoc enuntiato: *Nihili nulla eſt neque actio, neque paſſio.* Eadem ratione magiſtra edocemur, nobis, quum vigilamus & ſenſibus noſtris recte utimur, vere praeſto eſſe res corporeas extra nos poſitas, qui ſenſus noſtros certo modo pellunt & concitant, inque rebus hiſce corporeis tot eſſe, tamque varias, ratione magnitudinis, figurae, ſitus, atque motus, formas, quot, qualesque ſenſus noſtri notiones in mentibus noſtris informant. Et ipſe non diffitetur *Protagoras*, quod vetus tradit philoſophia corpusculis nixa, in ipſis rebus corporeis abſolute atque vere motum eſſe, magnitudinem, figuram, & ſitum partium, tametſi color & ejus generis reliqua non in rebus ipſis, ſed in noſtris tantum ſint facultatibus. Quapropter, ipſo judice *Protagora*, non omnis veritas & cognitio videtur tantum eſſe, ſed quaedam ſimpliciter & abſolute eſt.

§. III. His obſervatis, quonam proprie & vere vetus illud philoſophandi genus, quod ex atomis rerum naturalium rationes explicat, homines ducat, facile intelligitur. Non male aliquis philoſophiam iſtam triumphum rationis de ſenſibus dixerit. Namque ſenſum ea demonſtrat non eſſe unum rerum illarum, quae vere ac abſolute extra nos exſiſtunt, arbitrum & judicem, ſed aliam eſſe in nobis praeſtantiorem & graviorem animi facultatem, ad quam omne de ſenſibus judicium pertineat, quae ludos & fallacias eorum aperiat, quae denique quid abſolute ſit, vel non ſit, decernat & pronuntiet. Hinc *Democritus*, in quo multo plenior & accuratior fuit philoſophiae, quam diximus, cognitio, quam in *Protagora*, hunc ejus praecipuum eſſe fructum, id quod obſervatu dignum eſt, adſeverare nihil dubitat, ut ſenſuum de corporibus ipſis judicium infirmetur, naturaque nobis excellentiorem rationis eſſe facultatem datam, cujus ope ea, quae abſolute vera & falſa ſunt, ab illis, quae talia videntur eſſe, ſecernere queamus, perſpicuum & exploratum fiat. Confirmabo hoc (*l*) *Sexti*, philoſophi, de *Democrito* verbis: *Δημόκριτος ἢ ἀναιρεῖ τὰ φαινόμενα ταῖς αἰσθήσεσιν, καὶ τούτων λέγει μηδὲν φαίνεσθαι κατ' ἀλήθειαν, ἀλλὰ μόνον κατὰ δόξαν· ἀληθὲς δ' ἐν ταῖς οὖσιν ὑπάρχειν τὸ ἄτομος εἶναι καὶ κενόν. Democritus ea quidem tollit, quae apparent ſenſibus: & ex iis dicit nihil vere apparere, ſed ſolum ex opinione: verum autem eſſe in iis, quae ſunt: eſſe autem atomos & inane.* Ipſa vero *Democriti*, quibus hanc comprehendit ſententiam, haec verba ſunt: *Νόμῳ γλυκὺ καὶ νόμῳ πικρὸν, νόμῳ θερμὸν, καὶ νόμῳ ψυχρὸν, νόμῳ χροιή· ἐτεῇ δ' ἄτομα καὶ κενόν. Lege ſeu opinione dulce & lege amarum: lege calidum & lege frigidum: lege color: vere autem atomi & inane. Quae itaque eſſe exiſtimantur & reputantur ſenſilia, ea non*

(*l*) *Sexti*] *Lib. I. contra Logicos* §. 135. p. 399.

non ſunt revera. Sola autem ſunt atomi & inane. (*m*) Alio loco idem *Sextus Empiricus* ita de *Democrito* differit: Ἐν ᾗ τῆς καινὸν δύο φησὶν εἶναι γνώσεις, ἥ μὲν διὰ τῶν αἰσθήσεων, ἥ ᾗ διὰ τῆς διανοίας, ὧν ἥ μὲν διὰ τῆς διανοίας γνῶσιν κατέγνῳ πεπιστευμένων αὐτῇ τὸ πρῶτον εἰς ἀληθείας κρίσεως, ἥ ᾗ διὰ τῶν αἰσθήσεων σκοτίλν ἐπονομάζῃ, ἀφαιρεῖσθαι αὐτῆς τὸ πρὸς διάγνωσιν ἀληθοῦς ἀπλανοῦς· λέγει ᾗ τῇ λέξει. Γνώμης ᾗ δύο εἶναι ἰδέας, ἡ μὲν γνησίη, ἡ ᾗ σκοτίη· καὶ σκοτίης μὲν ταῦτα συμπάντα, Ὄψις, Ἀκοὴ, Ὀδμὴ, Γεῦσις, Ψαῦσις· ἡ ᾗ γνησίη ἀποκεκρυμμένη ᾗ ταύτης. *In regulis* (Democritus) *duas eſſe ait cognitiones: alteram quidem per ſenſus, alteram vero per cogitationem. Ex quibus cognitioni quidem per cogitationem tribuit judicium veritatis, & genuinam ac fide dignam eſſe teſtatur; cognitionem autem per ſenſus nominat tenebricoſam, eripitque ei hoc, quod in vero diſcernendo errare nequeat.* 24 *Dicit autem ad verbum: Cognitionis duae ſunt ſpecies, altera genuina, altera tenebricoſa. Et tenebricoſae quidem ſunt haec omnia: viſus, auditus, olfactus, guſtus, tactus. Genuina autem, quae eſt ab ea ſecreta.*

Hoc ego *Democriti* dogma tanto diligentius commemoro, quoniam *Epicurus* poſtea, qui illotis manibus ad hanc philoſophiam tractandam acceſſit, ſenſum tradidit unicam eſſe verum a falſo ſegregandi normam & regulam: ex quo quidem ejus inſtituto evenit, ut veteri hac diſciplina, quae atomis utitur ad naturae rationes explicandas, ad ſummam erga Deum impietatem & vitam ſceleratam introducendam abuteretur, quae tamen, ſi modo recte intelligatur, firmiſſimum eſt adverſus duo haecce monſtra praeſidium & munimentum. Namque haec philoſophia quum notiones, quae per ſenſus in nobis oriuntur, nihil certi atque ſolidi habere demonſtret, aliud oportet principium ineſſe nobis doceat, quod ſentiendi facultatem longe poſt ſe relinquat, viamque nobis & rationem minime dubiam ſignificet, ea, quae in ſe & abſolute vera & falſa ſunt, ab illis, quae talia videntur eſſe, ſeparandi & ſecernendi.

(*m*) *Alio loco*] *Lib. I. contra Logic. §. 138. p. 400.*

LIBER

LIBER TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Explicatur, quidnam sensus sit, & cum a cognitione differre, docetur. Quanam ratione anima sentiat, ostenditur. Anima dum sentit, patitur, nec tamen omnino. Varii sentiendi modi.

§. I. Quae adhuc a nobis dicta sunt & monita, sufficere, nisi fallor, possunt ad illud *Protagorae* argumentum diluendum, quod ab atomorum disciplina sumsit, ad immutabiles & absolutas rerum naturas seu, ut vocant, *essentias* tollendas. Certe disciplina haec, quam sibi favere putat philosophus iste, nisi male exponatur & pervertatur, verae Metaphysicae rationibus in primis accommodata & conveniens est, & ad eam firmandam prae ceteris omnibus philosophandi viis conducit. Nihilo tamen minus rei, quam in manibus habeo nunc, admodum profuturum esse, mihi persuadeo, si copiosius paullo negotium hoc persequar, atque discrimen illud, quod sensum & intelligentiam seu cognitionem maxime segregat, clarius ostendam. Etenim hoc facto non modo Scepticam, aut potius fanaticam, *Protagorae* philosophiam funditus evertere, aeternasque & immutabiles rerum naturas seu essentias contra machinationes ejus communire facilius potero, verum etiam viam mihi ad alia quaedam commoda obtinenda comparabo, quae in extrema demum disputatione hac enumerabo. Patebit, quemadmodum spero, ubi ad exitum laboris hujus ventum erit, non sine justis & gravibus caussis me paulisper ab eo, quod mihi praecipue propositum est, digressum esse.

§. II. Placet initium demonstrationis a sensu facere, ejusque naturam declarare, quo, quantum is a cognitione ac scientia distet, manifestum fiat.

Principio igitur inter omnes convenit, eos, qui sentiunt, non agere, verum perpeti, aut *sensum perpessionem esse*. Primum nemo sanus dubitat, in omni sensu corpus ejus, qui sentit, affici atque perpeti aliquid. Atqui haec corporis sentientis hominis perpessio nihil est aliud, quam motus exterior, seu *localis*, qui a rebus extra nos positis in nervos imprimitur & ab his propagatur amplius & cum cerebro, unde omnis sentiendi facultas ducitur, communicatur. Namque ab hoc si discesseris *locali motu*, nec qua ratione unum corpus alterum afficere queat, nec quo modo ulla fiat corporum mutatio, vel explicari, vel comprehendi potest.

Digitized by Google

Solet autem hicce motus in eo corpore, quod concitat & impellit aliud corpus, appellari *actio*, in eo autem, quod ab alio cietur & movetur, *perpessio*. Quocirca quum res quaedam corporea longiori a nobis intervallo remota in sensus nostros incurrit, necesse omnino est, ut motus quidam exterior ab illa re, quae sensus nostros pellit, procedat & continuatione quadam ad sensuum nostrorum instrumenta, sive ad nervos, & ab his ad cerebrum propagetur, quoniam nihil sentire possumus, nisi corpus nostrum aliquo modo afficiatur, aut patiatur aliquid. Quum, verbi gratia, serena nocte infinitam stellarum multitudinem in coelo infixarum conspicimus, certum hoc & ratum sit oportet apud omnes, ab his stellis, tametsi omnes immensis fere locorum spatiis ab hac terra nostra distant, nihilo tamen minus *motum* quemdam *localem* manare, quem nos lumen siderum nominare solemus, serieque haud interrupta per liquidum coelum ad nervos nostros opticos descendere: nec enim, nisi hoc ita sese haberet, cernere stellas istas possemus. Ille vero motus sive pressus, cujus interventu fit, ut reliqua omnia corpora opaca videamus, nihil est, quam Ἀντιτυπία seu mutuus globulorum aethereorum conflictus, qui medium vorticis locum movendo excedere conantur, ab extremitate vero ejus, quae solida est, repelluntur: non secus atque in tenebris res a nobis paullulum remotas sentimus, quia baculi, quem manu gerimus, extremae parti resistunt. Quum aures nostrae e longinquo loco sonum aëris aut tormenti cujusdam bellici recipiunt, tum tremulae vibrationes aëris, non dissimiles orbium, quos in aqua, injecto lapide commota, nasci videmus, inde ad aures nostras seu nervos, quos *acusticos* nominant, continuato motu pergunt, undulationibus semper, quo longius procedunt, de virtute sua nonnihil amittentibus.

§. III. Neque tamen sensus nihil est, quam motus exterior, quem unum corpus cum altero communicavit, aut nil, nisi vis unius corporis, alterius corporis motui resistens, quod nonnulli sibi falso ac temere persuaserunt, sed simul cogitatio quaedam, cognitio aut vitalis perceptio & conscientia motuum & perpessionum corporis. Quare quo sensus in nobis exsistat & oriatur, necesse omnino est, ut aliud quoque perpessionis genus in anima seu principio vitae nostrae, quod vitali modo cum corpore sociatum est, nascatur, quum sentimus. Haec vero animi perpessio toto differt genere ab illa superiori corporis, quam descripsimus. Namque animus, qui natura est cogitans, talis esse ducitur, ut corpus penetrare ac permeare queat: ex quo efficitur, fieri nulla ratione posse, ut is per exteriorem corporis motum pariter loco pellatur & moveatur. Lucem nimirum, quae aërem permeat, tametsi ea nihil sit, quam *localis motio*, nihilo tamen minus per aëris agitationes haud moveri & mutari animadvertimus, quia corpus est aëre multo tenuius & subtilius, quod per poros ejus spongiis similes transit. Multo ergo minus animus, si vel natura fingatur esse extensa, corporis commotione modo locali pelli ac concitari potest, quum corpus is penetret, non quidem ita ut poros ejus impleat, sed ita tamen, ut in eodem spatio una cum ipso exsistat.

Falluntur pariter, qui hanc animi, quam, quum sentimus, subit, perpessionem meram esse perpessionem, omni actione destitutam, opinantur. Est ea potius cogitatio quaedam sive perceptio, cui vis aliqua & potentia agendi adjuncta est. Namque notiones illae caloris, lucis, colorum, aliarumque rerum in sensus incurrentium, quia non sunt qualitates, quae vere in corporibus extra nos positis exsi-

Digitized by Google

exsistunt, quod praeceptis philosophiae corpuscularis edocemur, nec idcirco extrinsecus in animam, non secus ac sigillum in cerae particulam, imprimuntur, sed visa tantum sunt animi nostri aut varii in eo percipiendi & cogitandi modi, ea de caussa non possunt non ex parte ab interiori quadam vitali ipsius animi virtute proficisci. Atque haec Platonicorum quosdam adduxit ratio, ut sensuum perceptiones confiteri nollent animi perpessiones esse, sed tantum *παθῶν γνώσεις, cognitiones perpessionum* corporis esse dicerent.

§. IV. Verum hi philosophi valeant. Sensus, id quod jam ante dixi, animi quoque est perpessio quaedam, talis nimirum, qualis in naturam vita & cogitandi facultate praeditam cadere potest. Usu nimirum & experientia magistra discimus, non ex ipsa anima sensum elici, sed extrinsecus illi veluti obtrudi. Non is est animus, ut pro lubitu & arbitratu suo perceptiones sibi fingere valeat: sed necesse est, ut hoc vel illo modo cogitet, sentiat, & afficiatur, quum hae vel illae res exterioribus sensibus objiciuntur & exhibentur. Nulla nobis innata est & insita ratio, qua edoceri queamus, quaenam circa nos constituta sint corpora & quonam illa modo sese habeant, sed quidquid harum rerum sentit & cognoscit animus, id omne adventitium est & per corporis perpessiones naturali quadam convenientia & cognatione ad eum manat. Quae quum ita sint, quumque animus non possit non tales in semetipso cogitationes excitare, quales poscunt motus illi exteriores, qui ab aliis corporibus cum corpore, cui ipse vitali vinculo sociatus est, communicantur, nemo est, quin confiteri cogatur, perceptiones istas, quae a sensibus oriuntur in anima, esse genus quoddam perpessionum, cui vires animi subjectae sunt. Anima nimirum & corpus, quoniam vinculo quodam naturali & vitali conjunguntur, unum efficiunt *compositum* & *animal* & propterea mutuo sese contingunt quodammodo & afficiunt. Corpus varia ratione ab anima afficitur: & vicissim anima diverso modo a corpore aut motibus, quibus agitatur corpus, temperatur. Neque tamen animus promiscue a quolibet corpore afficitur, verum omnis sensus a naturali convenientia ista & cognatione, quae animo cum illo sigillatim est corpore, cui vitali modo sociata est, procedit atque nascitur. Quod si animus non ita esset natura affectus, ut ea, qua dixi, ratione ferre ac perpeti posset, neque ille vitali quodam vinculo cum ullo corpore conjunctus esse, nec omnino res ejusmodi, qualis est animal aut natura vivens, esse posset. 26

His accedit, id quod infra planum faciemus, quod cogitationes illae, quae sensus in nobis excitant, toto genere differunt a puris illis cogitationibus, quas ipse animus insita virtute sua producit. Ingens est discrimen inter illos sensus, quos fames & sitis pariunt, seu simplices animi appetitus edendi & bibendi, nec non inter dolorem & tristitiam, quae in anima, acceptis acerbis quibusdam nuntiis, nascitur, quamquam nec ab his sensibus omnis prorsus abest corporea perpessio, atque inter sensum illum molestiae ac doloris, qui percusso forte corpore oritur. Neque dispar est reliquarum perceptionum ratio. Quum lucis & colorum, frigoris & caloris in animo informantur notiones, tum mens figuras & motus corporearum illarum particularum non modo sentit & cognoscit, sed simul confusas quasdam affectiones & visa intra semetipsam exsistere per illas animadvertit. Quare manifestum est, cogitationes illas, quas sensus in nobis producunt, non

Digitized by Google

esse meras actiones ab ipsa orientes anima, sed communes animi, corporisque perpessiones. Ex quo rejiciendos esse Platonicos illos conficitur, qui, quod ante significavi, sensuum perceptiones perpessiones esse negant, & πάθων γνώσεις *cognitiones perpessionum* eas definiunt; non secus ac si liberae atque verae animi essent actiones, aut solutae & omnis perpessionis expertes rerum, quae corporibus eveniunt, cognitiones.

§. V. Liquet ergo jam, quid in se & vere sint motus illi, quos sensus in nobis excitant. Sunt illi certae animi affectiones aut perpessiones cum nonnullis in corpore motibus fataliter & necessario conjunctae, per quas animus aliquid praeter illas corporeas motiones, quae nervos, spiritus, & cerebrum pellunt & concitant, animadvertit & percipit. Quamvis enim animi commotiones corporis respondeant unice concitationibus, haud tamen animus, quum corporeas istas concitationes in cerebro, spiritibus, & nervis ita, uti in se sunt, animadvertit & percipit; perceptionem illam per sensus, nulla re alia interveniente, adipiscitur, verum occulta quadam & secreta ratione a natura monetur, ut ope earum res quasdam alias, quae ad corpus nonnumquam pertinent, observet.

Namque, primo, commotiones illae & concitationes sanguinis & cordis, quum per nervos ad cerebrum feruntur, ita saepenumero animam afficiunt, ut motus quosdam intra se nasci sentiat, quorum nullam rationalem caussam eo tempore apud se praesto esse intelligit, verbi caussa, laetitiam quamdam & delectationem, ignaviam, tristitiam, dolorem, propensiones ad iram & libidinem: ex quo quidem consequitur, ex ipsa motus istos anima haud exoriri posse.

Animadvertimus deinde nonnumquam, motus a nervis ad stomachum & oesophagum pertinentibus profectos, animam ita concitare, ut ea in illis corporis partibus famem & sitim sentiat & percipiat. Idem in reliquis fit, quae vel molestiam, vel suavitatem quamdam & voluptatem corpori afferunt, perceptionibus, in omni etiam pruritu & titillatione corporis. Nervis nimirum certo modo commotis & impulsis, animus cognoscit & percipit res illas, quas diximus, in certis corporis sui membris adesse ac exsistere.

Postremo, animus crebro per commotiones a quinque reliquis nervorum impulsibus ortas eo modo incitatur & afficitur, ut naturali quodam instinctu corporeas quasdam res, extra corpus suum positas, a quibus impulsus iste nervorum nascitur, easdemque longinquo saepe intervallo remotas, sentiat & percipiat, verbi caussa, lucem, colores, sonos, frigus & calorem, duritiem, mollitiem, gravitatem, levitatem, odores, saporesque. Nec tamen animus ita res istas percipit, quemadmodum absolute extra nos exsistunt.

Tria haec, quae commemoravimus, perceptionum genera aequali omnes ratione perpessiones & sensus sunt animae. At loquendi tamen usu receptum est,
27 ut primum genus *perpessionum* seu *passionum* nomine tantum designetur, reliqua duo *sensuum* seu *sensationum* vocabulo appellentur: Et superius quidem eorum nominari vulgo solet *sensus corporei interiores*, posterius autem *sensus exteriores*. Quocirca *sensus corporeos* qui in universum definire studet, is recte dixerit, eos *animi affectiones esse*,

(n) *Videtur*] In hoc capite vertendo perspicuitati, quantum licuit, studui, nec ulli peperci operae, ut doctissimi viri sententiam plane ac perspicue exponerem. Quod si conatus me destituit, nec omnis ab hac libri hujus parte obscuritas labore meo depulsa est, non tam mihi, velim, hoc

esse, per vitalem, qua corpus animae sociatum est, convenientiam & cognitionem a certis motibus, in corporis membra quaedam impressis, excitatas & ortas, quarum quidem ope animus res corporeas extra se positas, aut in ipso corpore suo, aut remotius ab eo, percipere (n) videtur.

CAPUT SECUNDUM.

ARGUMENTUM.

Sensus est confusa perceptio, extrinsecus animae obtrusa; at cognitio & scientia virtus est facultatis animi, vitali modo cum corpore sociati, cui nihil ineſt patibile. Discrimen inter cogitationem cum sensu conjunctam & sola ratione & intelligentia nixam, & diversi utriusque cogitationis fructus.

§. I. Sensus igitur motus est in anima excitatus, aut perpessio animo communis cum corpore, cui vitali modo sociatus est, quae pro diversa ratione cum motuum, unde nascitur, tum instrumentorum, per quae motus hi ad cerebrum feruntur, varia & diversa est. Quod quum ita sese habeat, necessaria quaedam & fatalis sit oportet connexio inter partes quasdam animati corporis, & inter certas animi commotiones & affectiones. Idque mihi *Democritus* videtur praecepisse, quum diceret: Νόμῳ ψυχρὸν, νόμῳ θερμόν: *Lege & opinione res quaedam est frigida, lege eadem est calida:* cujus sciti hanc ego putem esse sententiam: Frigus, calorem, & ejus generis alia, perpessiones esse aut perceptiones cum certis in corpore motibus fataliter & necessario connexas. Sensus genus quoddam est obtusae atque turbidae perceptionis extrinsecus animae oblatae, per quam ea cum motus & mutationes in corpore suo nascentes percipit, tum aliorum corporum circa se collocatorum notitiam accipit, nec tamen quidnam ea vere sint ac proprie, intelligit, nec in naturam eorum penetrat, eo quod sensus, ut *Plotinus* alicubi loquitur, *non ad scientiam proprie, sed ad corporis usum,* πρὸς χρείαν, ἢ πρὸς γνῶσιν, homini a natura datus sit. Animus enim quum persentit & patiatur, quando rem aliquam per sensus percipit, non potest rei, quam percipit, dominari & imperare, id est, eam intelligere ac cognscere. *Anaxagorae* hic verbo utor, qui apud *Aristotelem* (*) perapte atque scite naturam scientiae & intelligentiae voce κρατεῖν expressit: Ἀνάγκη ἄρα, ἐπεὶ πάντα νοῖ, ἀμιγῆ εἶναι ἃ νῦς, ἵνα κρατῇ Φησὶν Ἀναξαγόρας, ἵνα κρατῇ, τοῦτο δ' ἐστὶν ἵνα γνωρίζῃ. *Necesse est igitur, quia omnia intelligit,* (animus) *esse eum haud mixtum, quo superet, ut Anaxagoras ait, res objectas, hoc vero est, ut cognoscat eas.* Nec aliud *Plotinus* (†) vocabu-

(*) De anima Lib. III. c. 4. (potius cap. 5. p. 48. T. II. Opp.)
(†) Cap. 2. (Ennead. IV. Lib. VI. p. 453.)

hoc tribuant aequi lectores, quam doctissimo *Cudworthio*, qui cum hic, tum alias, non mediocribus ingeniis, sed sui similibus scripsisse videtur.

(n) Sce-

cabulum ad hanc rem designandam adhibuit *Libro de sensu & memoria*, cui πάσχειν, *perferre* & κρατεῖσθαι, *superari*, itemque γινώσκειν, *cognoscere* & κρατεῖν, *superare*, unius ejusdemque potestatis sunt nomina: quocirca eam naturam, quae perfert & patitur, haud cognoscere, scisscit. Πάσχειν οὐκ ἐ γινώσκειν τὸ ἰσχὺς πάθει, ὃν κρατεῖν δίδο), οὐκ ἐ κρατεῖσθ. *Id quod perferre facimus, illud* eo nomine *significamus non cognoscere. Nam cognoscere est superare, non vero superari.* Sensus, quum res externae afficiunt & pellunt, rebus hisce subjectus veluti jacet & ab illis vincitur & superatur. Quamobrem nec ullus sensuum aut de eo, quod ipse sustinet & patitur, aut de reliquorum sensuum perpessionibus & affectionibus judicare valet; verum id, quod judicium & cognitio dicitur, virtus est valde efficax a facultate procedens omnis perpessionis nescia, quae in anima residet.

§. II. Atque haec quum secum ipse *Aristoteles* expenderet, animam praecepit rem esse mixtam & variam, & ex diversis partibus, (μίξεως) natura ipsa valde
28 inter se distantibus, compositam: Esse enim primum in ea partem sublimem & agendi virtute praeditam, quam vocat τὸ χωριστὸν & ἀπαθὲς, id quod sejuncte a materia operatur & perpessionibus haud est obnoxium: idque illud esse, *quod cognoscit & intelligit*, τὸ νοητικὸν: Deinde aliam in ea partem esse inferiorem, quae perferat & extrinsecus quaedam recipiat, unaque cum corpore agat: idque esse illud, ad quod sensus pertinent, τὸ αἰσθητικὸν. Ex philosophi igitur hujus sententia, cognitio & intelligentia simplices sunt illae, serenae, & omnis perpessionis expertes perceptiones, quae in sublimiori animi parte, quae per se, nulla re alia adjuncta, operatur & agit, exsistunt. Sensus autem virtutes sunt ab inferiori animae parte, quae perferre & una cum corpore pati potest, manantes: per quam quidem partem animus vitali quodam vinculo cum corpore conjungitur & ea ratione copulatur, ut unum cum eo animal constituat. Sed nec is erraverit, qui sensus dicet cogitationes esse totius *compositi* seu animalis: ex quo fit, quod tam caliginosi sunt & perturbati. Nam quum ex *crasi* seu confusione corporis & animae prodeant & nascantur, alius esse naturae nequeunt.

§. III. Est omnino animus natura per se subsistens & universo genere a corpore semota. At nihilo tamen minus in omnibus animantibus intimo modo cum corpore sociatus est, & ita corpori cohaeret, ut unam cum eo rem & animal unum faciat & constituat. Nec igitur ita praesens est animus corpori, quemadmodum nauta in navi adest, qui locum in eo quemdam occupat; nec ea ratione, ut sciat tantum, quid geratur in corpore, ipse autem nihil sentiat & perferat, verum suas sibi res a corporis contagione sejugatus habeat: sed animus vitali modo sociatus est corpori, & ita praesto est illi, ut una cum ipso patiatur & perferat. Hinc corpus quum plagam accipit, animus hoc non unice novit & intelligit, ipse nihil sentiens, quemadmodum gubernator navem alicubi discessisse, aut homo vicini sui domum ardere, ex aliis audit, sed ipsemet gravi & vehementi dolore afficitur, quum unum cum corpore animal constituat, & sensu valde acerbo & molesto excruciatur. Idem evenit, quum corpus cibi & potus inopia laborat. Namque tum animus non, tamquam otiosus spectator, quid fiat & geratur, omnis ipse molestiae nescius, videt & animadvertit, nec unice vult & optat, ut corpus cibo & potu reficiatur, verum in semetipso ingratum & permolestum famis atque

Digitized by Google

atque sitis sensum percipit, corporisque aerumnas ad se quoque pertinere animadvertit. Non alia est reliquorum sensuum, qui totum animal minus videntur attingere, ratio, lucis, verbi caussa, & coloris, frigoris & caloris, sonorum & odorum. Non hi sensus merae sunt notitiae aut perceptiones ejus partis animae, quae sola per se operatur & agit, sed ad eam pertinent animi partem, quae vitali vinculo cum corpore sociata, efficit, ut unum corpus & anima *compositum* sit, ideoque corporis motibus & perpessionibus non potest non incitari & commoveri. Quocirca quamvis omnes cogitationes in animo vere sint, hae tamen, quibus sensus adjunctus est, cogitationes eatenus tantum in anima sunt, quatenus ea corpori vitali modo cohaeret: ex quo consequitur, eas non tam animi esse cogitationes, quam τῦ μικτῦ, *compositi*, aut συναμφοτέρου, *utriusque & animi & corporis simul*, ut *Plotinus* loquitur, aut, ut idem arbitratur philosophus, *corporis & certae cujusdam lucis vitalis, quam anima in corpus immittit.* Quemadmodum ergo, quod ex *Aristotele* idem observat, absurdum dictu est, animam texere, (ὥσπερ ἄτοπον ἂν ψυχῆ ὑφαίνειν) aut etiam corpus, quum hoc opus sit textoris simul & instrumentorum, quibus utitur: ita ineptum quoque est, dicere: solam animam concupiscere, dolere, sentire. Nam hi motus a toto animali seu conjunctione corporis & animi procedunt, nec ideo cogitationes sunt mere rationales, sed corporeae cogitationes animae, quatenus ea corpus vitali ratione informat & ita cum illo cohaeret, ut ejus simul perpessiones ad se manare percipiat.

§. IV. Quae quum ita sint, sensum dicamus esse stupidam & somniculosam in ea parte animi perceptionem, quae perferre potest, in corpore veluti dormit, & conjuncte cum eo operatur & agit. *Plotini* haec est definitio, cujus verba subjicio: (*) τὸ δ' αἰσθητικὸν ψυχῆς ἐστὶν οὗτος· ὅταν γὰρ ἐν σώματι ψυχῆς, τότε οὗτος. *Sensus facultas est illius animae partis, quae dormit: namque illa pars animae, quae immersa est in corpus, non secus sese habet, quam si dormiret.* In omni sensu virtus quaedam a corpore proficiscens & genus quoddam vitae somniculosae, quod in anima est, conjungitur. Ex quo evenit, quod *compositi* hujus seu *animae semisomnis* perceptiones confusae sunt, parum distinctae, turbidae, gravatae, multum denique a per- 29
ceptionibus ejus partis animae, quae sola per se ratiocinatur, meditatur, & agit, nec aliquid ex corporis affectionibus ad se redundare sentit, diversae: namque hae posteriores, quas notitias & cognitiones dicimus, cogitationes sunt clarae, serenae, liberae, & ab omni stupore & conturbatione semotae.

Ipsa etiam experientia testis nobis est, cogitationes istas illius partis animae, quae patibilis est, quas sensus nominare solemus, non esse cognitionem & scientiam, sive sensus tantum famis & sitis, doloris & voluptatis corporeae, spectemus, sive reliquas etiam perceptiones lucis & colorum, frigidi & calidi, sonorum, odorum & saporum intueamur. Quod si cogitationes hae id essent, quod scientia vocatur & cognitio, acquiescerent omnes homines in notionibus per sensus acceptis, nec amplius quaererent & investigarent aliquid: saltim tum facerent id, quum sensus vehementius & fortius pelluntur & incitantur, verbi caussa, quum splendidam solis in meridie lucem cernunt, aut terribilem tonitruum fremitum audiunt, tametsi illa oculorum tantum aciem praestringat, hic aures unice obtun-

(*) Enn. III. Lib. VI.

obtundat, mentem vero & intelligentiam nullo modo illuſtret aut inſtruat. Sed contrarium videmus evenire quotidie. Namque mentes hominum altius meditando, rebus ejusmodi viſis & auditis, adſcendunt, omnique ſtudio & labore contendunt, ut earum rerum, quae ſenſus feriunt, veram & rationalem conſequantur notitiam. Neque populus tantum ſic animo affectus eſt: Conſtat e contrario, id quod commemorabile prorſus eſt, acutiſſimos quosvis philoſophos omni aetate ignorantiam ſuam in ejusmodi rebus deploraſſe, immo profeſſos eſſe, plus etiam tenebrarum mentibus ſuis obverſari, quum rerum in ſenſus incurrentium rationes eruere ſtuderent, quam quum res ab omni corpore ac materia ſecretas, neque corporis ideo ſenſibus ſubjectas, contemplarentur. *Luminis & colorum*, inquit (*o*) *Scaliger*, *eſſentiae ſunt intellectui tam obſcurae, quam ſunt ipſa viſui manifeſta.* Adde his, fore numquam, ut natura harum rerum intelligatur & declaretur, quidquid etiam conemur & enitamur ingenio, quamdiu eas non alio modo ſpectamus, quam ut a ſenſibus nobis exhibentur, ſeu, quamdiu credimus, eas reapſe ineſſe in naturis illis, in quibus videntur ineſſe. Jam quum homines, natura inſtigante, in harum rerum inquirunt rationes, quum quid lux proprie, quid colores ſint, ſciſcitantur, ſtudium iſtud eorum, id quod deincepe aperiemus, hoc unice ſignificat: Cupere homines illos atque deſiderare, ut rerum illarum indoles & ratio per facultatem quamdam ſibi propriam, non adventitiam & peregrinam, verum nativam & domeſticam, per vim quamdam animis ſuis inſitam aut per mentium ſuarum anticipationem aliquam, perſpecta ſibi ac manifeſta fiat.

Quamvis igitur ſenſus ad eas res, propter quas a natura nobis eſt datus, aptus ſit & idoneus, ad easque obtinendas ſufficiat: quamvis de rebus corporeis extra nos poſitis, earumque variis motibus, ne corpori inde aliquid naſcatur detrimenti, nos erudiat: quamvis denique tantam animo & rationi modorum externarum rerum cognitionem generatim ſuppeditet, quanta requiritur, ut mens, propria ſagacitate ſua, naturas earum explorare & rationales invenire & afferre cauſſas eorum, quae accidunt illis, valeat: ratio enim a ſenſu relicta de nullius rei natura nos certiores facere, neque ullam rem extra nos exiſtere, nos edocere poſſet, ſi ab uno diſceſſeris Deo, qui neceſſario eſt & exiſtit: nihilo tamen minus ſenſus, in ſe ſpectatus, cognitio non eſt & ſcientia. Et hac, ſpero, de re nemo dubitabit amplius, cui quae jam in medium proferemus demonſtrandae hujus rei cauſſa, expendere ac ponderare placuerit.

(*o*) *Scaliger*] In *Exercit. de ſubtilitate ad Hier. Cardanum Exerc.* CCCXXV. § 1. *p.* 1025. Sed verba paullo aliter apud *Scaligerum*, quam hic, ſtuunt: *Sunt*, inquit, *coloris cauſſae atque eſſentiae tam controverſae, atque obſcurae intellectui, quam ſunt ipſi viſui manifeſti.*

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM.

ARGUMENTUM.

Differentia inter sensum & cognitionem seu scientiam accuratius & clarius quinque propositionibus explicatur. Additur ex Platone uberior demonstratio & hujus negotii illustratio.

§. I. Sensus, primum, perfert tantum & aliunde recipit, propria vero vi agendi & operandi destituitur, qua possit ejus, quod recipit, notitiam & cognitionem sibi comparare. Quomodo igitur in ejus, quod prorsus ipsi est adventitium, naturam penetrabit? Aut qua ratione id ipsum cognoscet & intelliget? Rem nimirum aliquam cognoscere ac intelligere, nihil est, quam interiori quadam mentis anticipatione, eademque insita, nativa, & domestica, rei cujusdam notitiam consequi. Qua de re plura deinceps commentabimur.

§. II. Sensus formam rei cujusdam externae menti tantum exhibet, ut occasionem illa nanciscatur vim suam propriam in ejus contemplatione exercendi. Hae duae res vehementer ipsa inter se natura differunt: at quia saepenumero uno eodemque tempore fiunt & contingunt, ideo fit, ut vulgo temere pro re una eademque habeantur, nec secus spectentur, ac si a corpore, ejusque perpessionibus, utraeque proficiscerentur. Atqui sensus in se spectatus nihil est, quam mera perceptio formarum quarumdam corporearum: nosse vero & intelligere, est reapse rem aliquam comprehendere ope rationum quarumdam abstractarum, liberarum & universalium, per quas, ut (p) *Boëthius* loquitur, *mens quasi desuper spectans, concepta forma, quae subsunt, dijudicat.* Sensus humilis & depressus jacet in rebus externis & formae corporeae penitus adhaeresci, eaque de causa erigere sese atque ad notionem abstractam universalem adscendere nullo modo potest. Hinc de rebus, quae objiciuntur ipsi, nec affirmat aliquid, nec negat, eo quod, auctore *Aristotele*, in omni affirmatione vel negatione praedicatum, quod dicitur, universale solet esse. Oculus mari aequali linea oppositus, ejusdemque extremitatem attingens & feriens, angustis concluditur finibus, neque magnam maris partem, multo minus universam ejus amplitudinem, contemplari potest. Idem vero oculus in altiorem elatus locum & inde despiciens, totum simul mare, illam saltim ejus partem, quae nostro subjecta est coelo, commode videt & aspicit. Mens nostra oculus est: rationes vero abstractae & universales sublimior ille locus, ex quo res corporeas & singulares totas una intuetur & *a priori* cognoscit & comprehendit. Sensus vero eodem, quo res ipsae singulares & corporeae, quas per-

(p) *Boëthius*] De consolat. philos. *Lib.* V. *p.* 132.

percipit, loco jacet, aut verius rebus hiſce ſubjectus eſt: quapropter nullam earum ſibi notitiam & veram ſcientiam comparare poteſt.

§. III. Senſus ſimplex tantum eſt atque parum accurata perceptio extremitatum naturae cujusdam corporeae, rerumque, quae illi accidunt: interiorem rerum ſtatum, indolem, & rationes ſenſus haud aſſequitur. Fieri enim poteſt, ut res quaedam eadem maneat, quae antea fuerat, & immutabilis, & nihilo tamen minus reſpectu omnium, quibus homo valet, ſenſuum mutetur. Quare, tametſi vulgo homines dicantur res illas noſſe, quas vident & ſentiunt, revera tamen per ſenſus corporeos nihil animadvertunt & percipiunt, quam extremitatem earum, & veſtimenta veluti. Senſuum ſi unice habeatur ratio, ſimiles nos ſumus hominum per feneſtras in vias deſpicientium, qui, tametſi homines dicantur conſpicere in viis ambulantes, nihil tamen, quam pileos & veſtes, vident, neſciuntque, anne ſub his ſtatuae lateant Daedaleae, quas artifex certa lege mobiles fecerit. Neque hoc, ut reliquos omittam ſenſus, unice de illo viſus vitio, cui *microſcopia*, quae vocantur, nonnihil ſubveniunt, intellectum velim, quod obſtat, ne figuras & contextum minutiſſimarum, ex quibus conflata ſunt corpora, particularum oculis adſpicere, aut in ipſam corporum naturam per extremitatem eorum penetrare queamus. Namque, ſi plus quam lyncei eſſent oculi noſtri, ſi ipſa illa in vitro foramina, per quae lux tranſit, cernere poſſent, quod negatum nobis eſſe, dolet *Ariſtoteles*, ſi vel globulos illos, quorum motus lucem efficit, accurate discernere & triangularia inter eos ſpatia, per quae ſubtiliſſima & tenuiſſima materia ſtriata labitur, dimetiri poſſent, haud tamen ulla ratione interiorem vel corporis, vel formae ſphaericae, vel triangularis ſpatii naturam & conſtitutionem aſſequerentur. Harum rerum veram naturam & immutabiles rationes mentis noſtrae acies unice perſpicit & comprehendit. Quocirca egrègie mihi praeclarus ille veteris philoſophiae *corpuſcularis* & *Moſchicae* inſtaurator praecipere videtur, quum *ipſamet corpora*, docet, *non proprie a ſenſibus, vel ab imaginandi facultate, ſed ſolo intellectu percipi, nec ex eo percipi, quod tanguntur aut videantur, ſed tantum ex eo, quod intelligantur.*

§. IV. Interior nullius rei natura ſenſibus patet extra corpus proſpicientibus, verum menti unice intra ſe reſpicienti. Id quod extra corpus proſpicit & rem
31 objectam contemplatur, differt ab ea re, quam percipit & contemplatur, & intervallo quodam ab ea diſtat, nec idcirco cognoſcere poteſt eam & comprehendere. Secus cognitio & intelligentia: quippe quae non ex intervallo rem aliquam aſpicit, ſed interius rem, quam novit & intelligit, expendit, ac, quod vocabuli *intellectus* origo indicat, *in interioribus legit*, intra ſe collecta ipſam rem complectitur, ad extremum eadem eſt, quae res illa, cujus naturam cognoſcit. Quod hic poſtremo dixi, tametſi unice tum verum eſſe videri queat, quum animus res ſingulares cognoſcit: quamquam & has non aliter quam per abſtractas notiones ſibi proprias intelligit: tamen, ex *Ariſtotelis* ſaltim ſenſu, in rebus univerſalibus & abſtractis aeque certum & exploratum eſt. Ἐπεὶ, (q) inquit, τῶν ἄνευ ὕλης τὰ αὐτὰ ἐστὶ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ νοοῦν. *In iis quae ſunt ſine materia*, circa quae ſcientia

(q) *Inquit*] *Libro* II. *de anima Cap.* 5. *p.* 50. *Tom.* II. *Opp.*

(r) Διὸ,

tia potissimum versatur, *idem est intelligens & quod intelligitur.* Sunt nimirum hae notiones aut imagines, in quibus contemplandis animus versatur, nil nisi animi ipsius temperationes & modi. Sensus vero *earum tantum est rerum, quae extra nos sunt.* (r) Αἴσθησις ἔξω. Totus is exterius vagatur & oberrat, nec ideo ea, quae obversantur ipsi, a quibus plane diversus est, nosse valet ac comprehendere. Αἴσθησις γραμμὴ, νοῦς κύκλος. *Sensus linea est, mens circulus.* Sensus lineae similis est, quae a puncto veluti fluit & extra semetipsam dimanat: intelligentia vero circulum refert, qui extra se haud egreditur, sed sibi constat.

§. V. Sensus corpora singularia externa ope rei alicujus ab illis fluentis, & propterea *a posteriori*, percipit. Τρῶτα μὲν αἰσθήσεις εἰκόνες εἰσι *Sensus, quia posteriores sunt, rerum sunt imagines.* Notiones, quas sensus pariunt, inania tantum sunt & parum constantia rerum in sensus incurrentium simulacra, umbrarumque non dissimilia: at cognitio anticipata est rerum comprehensio, quae *a priori* fit. Sed mittamus tandem Metaphysicorum praecepta & vocabula, clariusque loquamur & liberius. Omne, quod in nobis per res sensibus subjectas extrinsecus producitur & gignitur, nihil est, id quod jam supra demonstratum dedimus, quam motus sive pressus, tumque oritur, quum corpus animatum ab alio corpore pellitur ac cietur. At impulsum, pressum, incursionem in corpus, cui animus est sociatus, percipere ac sentire, id vero non est cognoscere. Tantum abest, ut is, quem impulsus ejusceмodi percellit, res alias intelligat, ut ne ipsius quidem motus exterioris, quo cietur, naturam cognoscat. Etenim cognitio non est impulsus aut incursio, sed consistit in excitatione interiorum animi virtutum & facultatum.

§. VI. Totum vero, quod adhuc latius persequutus sum, argumentum de sensuum stupore, tarditate, & ad interiores rerum naturas indagandas infirmitate ac imbecillitate, ingeniosissime ac prorsus ex philosophiae praescripto *Plato* pertractavit in *Theaeteto.* In hoc enim Dialogo contra *Protagoram* ostendit, scientiam non esse sensum, verum aliam in anima nostra, praeter sensum & percipiendi vim, facultatem residere, ad quam scientia, cognitio, & intelligentia referri debeant. Juvat argumentum disputationis hujus paucis referre. Primo *Socrates* persuadet *Theaeteto*, sensum esse, quum anima per diversa corporis membra notitiam variarum rerum corporearum extrinsecus consequitur. Deinde ab eodem, ut credat, impetrat, unum sensum seu perceptionem organicam haud posse illas res, quae sub reliquos cadunt sensus, nosse ac cognoscere: oculos, verbi caussa, sonos haud posse videre, nec aures lucem & colores excipere. Ex his consequitur, sensu minime nos uti, quum de rebus sub diversos sensus cadentibus cogitamus, easque inter se comparamus, aut quum res omnibus sensibus communes contemplationi nostrae subjicimus. Unus enim sensus rem, quae in alterum sensum incurrit, considerare nequit. Εἴ τι ἄρα περὶ ἀμφοτέρων λέγοιτο, οὐκ ἂν λάβοι γε ἕτερον ἑκάτερα αἰσθάνεσθαι ἄν. *Si quae res ad utrosque pertinet sensus, alter ejus judex esse nequit.* Quum, exempli gratia, sonum & colorem simul expendimus, variasque res simul illis attribuimus: quum primo omnium essentiam utrique assignamus: quum deinde in utro-

(r) Αἴσθησις] Hoc & sequens Graecum scitum *Plotini* est, quem auctorem hac in re potissimum sequitur vir doctissimus, *Libro de tribus hypostasibus*, *Ennead.* V. *Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 488.

utroque identitatem reſpectu ſui ipſius, diverſitatem ratione alterius eſſe, decernimus: quum utrumque conjunctim duo, quodlibet ſeparatim unum eſſe ſtatuimus: quum eos non ſimiles inter ſe, ſed diſſimiles eſſe, concludimus: quisnam,
32 quaeſo, ſenſus aut quodnam corporis inſtrumentum animam de his rebus, ſono & colori communibus, de eſſentia nimirum, de identitate, de diverſitate, de unitate, de duplicitate, de diſſimilitudine, de ſimilitudine, commonet? Certe nec viſus, nec auditus animum hic inſtruunt, quorum alter res ad alterum pertinentes dijudicare nequit: nec ullum nobis aliud in corpore inſtrumentum invenire licet, per quod animus harum omnium rerum cognitionem conſequi & res viſui & auditui ſimul ſubjectas contemplari valeat. Quibus explicatis, *Socrates* cogit *Theaetetum* confiteri, animum has res non ſenſus alicujus beneficio, aut per inſtrumentum aliquod percipere, ſed inſita vi & virtute ſua, ſine ullo corporis auxilio. Igitur animus res quasdam per ſe aut propria & nativa potentia ſua percipit. Τὰ μὲν αὐτὴ δι' αὑτῆς ψυχὴ σκοπεῖν, τὰ δ' ἀφ' ἕ σώματος δυνάμεων. Per ſe percipit animus eſſentiam, paritatem, diſparitatem, identitatem, diverſitatem, bonum & malum, honeſtum & inhoneſtum. Alia vero intelligit & animadvertit animus per inſtrumenta & virtutes corporis. Ut exemplo quae dixi illuſtrem: per ſenſum tactus animus nihil percipit, quam duritiem ejus, quod natura durum, & mollitiem ejus, quod molle eſt: at de natura duritiei & mollitiei, de utriusque hujus qualitatis pugna & diſſimilitudine, de ipſius diſſimilitudinis indole & natura, ſolus ſecum ſtatuere & intra ſe judicare audet animus. Quocirca inter res, quae per corporis motus & perpeſſiones ad animam perveniunt, & inter eas, quae ex ipſa prodeunt, qua valet animus, ratiocinandi facultate, hoc intereſt diſcrimen, *quod hominibus atque beſtiis ſtatim, quum naſcuntur, naturalis quaedam facultas adeſt, qua paſſiones per corpus manantes in animam ſentiunt: ratiocinatio vero comparatioque iſtorum ad eſſentiam, utilitatemque vix tandem poſt longa curricula temporis, frequenti ſtudio & diſciplina advenit quibuscumque competit.* Τὰ μὲν οὖν ἡμιθέοις πάρεστι φύσει αἰσθάνεσθαι ἀνθρώποις τε καὶ θηρίοις, ὅσα ἀφ' ἕ σώματος παθήματος διὰ ψυχῆς τινὸς· τὸ δ' εἰς τούτων ἀναλογίσασθαι οὐσίας τε καὶ ὠφελείας μόγις καὶ ἐν χρόνῳ ἀφ' πολλῶν πραγμάτων καὶ παιδείας ἀφικνεῖται, οἷς ἂν καὶ ἀφικνῆται. Quod vero ad eſſentiam & interiorem rerum naturam haud pertingit & penetrat, id veritatem & cognitionem nullo ſibi modo comparare poteſt. Itaque ſic concludit *Socrates*: Ἐν μὲν ἄρα τοῖς παθήμασιν οὐκ ἂν εἴη ἐπιστήμη, ἐν δὲ τῷ εἰς ἐκεῖνα συλλογισμῷ· οὐσίας γὰρ καὶ ἀληθείας ἐνταῦθα μὲν οὐδ' ἐγγὺς δυνατὸν ἅψασθαι, ἐκεῖ δ' ἀδύνατον. *In paſſionibus igitur ſcientia nequaquam ineſt, in ratiocinatione tamen, quae circa illas verſatur, ineſſe videtur. Eſſentiam quippe veritatemque hac attingere poſſumus, illis nequaquam.* Addit, noſtrum eſſe, *nullam plane in ſenſu cognitionem quaerere, ſed in ea tantum, quocumque demum nomine veniat, animae facultate, quae ſola per ſe res, quae ſunt, contemplari poteſt:* Ζητῶν ἐπισήμην ἐν αἰσθήσει τὸ παράπαν, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ τῷ ὀνόματι ὅτι ποτ' ἔχει ἡ ψυχή, ὅταν αὐτὴ καθ' αὑτὴν πραγματεύηται περὶ τὰ ὄντα.

CAPUT

CAPUT QUARTUM.

ARGUMENTUM.

Probatur amplius & multis exemplis declaratur, sensum non esse scientiam. Sensus nihil est quam adumbratio qualiscumque rerum modo corporeo exsistentium, quae tametsi res vere haud exsistant tamen obtingere nobis potest. Phantasmata & notiones a sensibus excitatae non differunt inter se. Phantasmata voluntaria & involuntaria. Phantasmata fieri possunt sensationes & sensationes vicissim phantasmata.

§. I. Sed restant mihi, quae moneam, adhuc aliqua, priusquam hoc argumentum plane missum faciam. Sensum igitur non esse scientiam, ex eo quoque demonstrandum mihi sumo, quod animus sensuum auxilio non res ipsas aut absolutas earum naturas percipit, sed eorum tantum perpessiones a rebus natas. Non hoc *Sextum*, philosophum, praeterire potuit, qui, (*) Αἱ αἰσθήσεις, inquit, τὰ ἐκτὸς ὑποκείμενα οὐ καταλαμβάνουσι, μόνα δ' εἰ ἄρα τὰ ἰδιωτῶν πάθη. *Sensus externa quidem subjecta non comprehendunt, sed solas forte suas passiones.* Et hoc illud est, quod tantopere *Protagoras* urgebat, dogma, omnes notiones, quas sensus gignunt, τὰ αἰσθητὰ, lucis, verbi caussa, & colorum, sonorum, odorum, saporum, frigoris & caloris, ceterasque, non esse absolute, sed comparate tantum veras. Certe *sensus*, (αἴσθησις) quoniam pura minime est ac sincera solius animae cogitatio, nulla res est ad animam absolute ac in se spectatam pertinens: nec notio per sensus informata (τὸ αἰσθητὸν) absoluta est rei extra nos positae qualitas: sed utrumque αἴσθησις & αἰσθητὸν, *sensus & res sensu percepta*, res est media ex natura patiente ac agente nata, seu ex rei sensibus objectae actione exteriori & animae perpessione interiori proficiscens, & ad utramque certo modo & ratione spectans. Exprimam hoc *Sexti* verbis: Ἐκ δ' τούτων ὁμιλίας τε καὶ τελείως συγκρούσεως ἄδηλα γίγνεσθαι τὸ μὲν αἰσθητὸν, τὴν δὲ αἴσθησιν, ἀεὶ συνεπικρινόμενα καὶ γινομένην μετὰ τοῦ αἰσθητοῦ. *Ex congressione & collisione utriusque rei mutua sensus simul gignitur & sensibile: nam sensibile* (in se consideratum, ut a nobis animo concipitur) *non exsistit ante sensum, verum una cum sensu nascitur.* Atque hac de caussa *color & ejus generis reliqua, non vere exsistunt in re sensibus objecta, nec in ipsa etiam sunt anima, sed medium sunt aliquid inter utramque*, id est, perpessiones. Ὃ δὴ ἔκαστον τῶν φαινομένων χρῶμα ὅτι τὸ μεταξύ ἐστι τοῦ τε προσπίπτοντος ὅτε τὸ προσπῖπτον ἐστὶ, ἀλλὰ μεταξύ τι. Hoc ipsum illud decretum est, quod *Aristoteles* in antiquis naturae speculatoribus, tamquam mirabile & inopinatum dogma, notat: Nigrum & album, sublato visu, nullum & nihil esse.

Sunt, quae hanc rem ita roborant & confirmant, exempla in promtu, ut resistere luci ejus & evidentiae neminem posse putem. Corpus quum aut acu pungitur, aut gladio vulneratur, nemo sibi sanus & sui compos persuaserit, dolores inde profectos veras esse & absolutas qualitates in acu seu gladio ante sensum nostrum

(*) Pyrrh. Hypot. L. II. c. 7. (p. 83.)

ſtrum jam praeſentes: contra univerſi conſentiunt, eſſe eos perpeſſiones noſtras ſeu perceptiones moleſtas motuum ab acu ſeu gladio in corpus animatum impreſſorum, illique noxiorum. Haud aliter quisquam judicare ſolet de coloribus, qui *phantaſtici* vulgo appellantur, quales ſunt, qui in iride & prismate apparent: quamquam, ex vero ſi loquendum ſit, omnes colores aeque ſunt commentitii, atque illi, qui conſpiciuntur in iride, & viciſſim colores iridis aeque ſunt veri, ut omnes reliqui. Reliquarum rerum, quae ſub diverſos cadunt ſenſus, par plane & eadem eſt ratio. Nam, quod *Sextus* olim philoſophus ſcripſit: Οὐ τὸ αὐτὸ ἐϛὶ τὸ μέλι τῷ γλυκάζεσθαί με καὶ τὸ ἀψίνθιον τῷ πικράζεσθαι. *Mel non idem eſt, quod dulcis ille ſapor, quem ego ſentio, nec abſinthium idem, quod amaror, quo afficior.* Quod per ſenſus de melle & abſinthio edocemur, hoc unum eſt, guſtum noſtrum a binis hiſce rebus certa ratione affici: quinam vero in illis ſit modus, aut quaenam partium diſpoſitio, quae efficiat, ut diverſa ratione, & hoc, non alio, modo ab illis afficiamur, id alia explorat & dijudicat animi noſtri facultas. Atque hanc propter cauſſam fit, quod, etiamſi naturae rerum ſeu *eſſentiae* ſimplices ſint, una tamen eademque res pro ſenſuum, a quibus percipitur, varietate varias in nobis viſiones & perpeſſiones producit & excitat. Flamma nihil eſt, quam violenta minutarum, ex quibus corpus quoddam conſtat, particularum agitatio, quam rapida ſubtilisque creavit materia. At idem hicce motus ad oculos ſeu nervos, quibus viſus continetur, delatus, genus quoddam notionis ſeu perceptionis excitat, quod lux vocatur, ad nervos tactus propagatus, alium longe ſenſum producit, qui calor nominatur. Itaque neque lux, neque calor, reſpectu notionum utriusque hujus rei, quae in nobis inſunt, vere & abſolute in ipſa exſiſtunt flamma, quae nihil eſt, quam agitatio ſeu motus materiae, ſed tantum ratione noſtri, altera ratione oculorum noſtrorum, alter ratione tactus. Ex eodem fonte fluit, quod perceptiones ſenſuum, ab una licet eademque re profectae, varie tamen unius generis naturas afficiunt, nec omni tempore eumdem hominem pari modo & ratione, propter corporis ſtatum & temperaturam mutatam, commovent. Res haec dubio caret, nec fugere poterit eum, qui modo conſideraverit, quantopere gradus caloris & frigoris, dulcedinis & acerbitatis ſive guſtus, ſive tactus, in diverſis hominibus differant, quantaque diſſenſio ſit inter unius hominis, quum vel valet, vel aegrotat, perceptionem & ſenſum: ut de iis nunc taceam, qui morbo laborant, quem *icterum* vocant. Hoc vero numquam accideret, ſi, quas per ſenſus accipimus, notiones abſolutae qualitates eſſent in rebus ipſis reſidentes & ut tales a ſenſibus perciperentur. Operae primum erit, *Protagoram* audire poſtremum, quod attulimus, exemplum urgentem & latius exponentem: Ὅταν, (s) inquit, οἶνον πίνω ὑγιαίνων, ἡδύς μοι καὶ γλυκὺς. Ἐγὼ γὰρ δὴ τὸ, τι πίνω καὶ τὸ πάσχον γλυκύτητά τε καὶ αἴσθησιν ἅμα φερόμενα ἀμφότερα· καὶ ἡ μὲν αἴσθησις ποιεῖ τὸ πάσχον ὅσα αἰσθανομένῳ ἅμα γλᾶσαν ἀπεργάσηται. Ἡ δὲ γλυκύτης ποιεῖ τὸ οἶνον αὖ αὐτὸν φερομένην γλυκὺν ἅμα οἴνου τῇ γλώσσῃ γλάσαν καὶ εἶναι καὶ φαίνεσθαι. Ὅταν δὲ ἀσθενῶ ἄλλα λέγω ἢ πρῶτον μὲν τῇ ἀληθείᾳ, ἃ δὲ αὖτὸν ἕλκειν, ἀνομοίως γὰρ δὴ πεφυκέναι. Ἔπειτα δὴ οὐ ἐγχωρεῖ τῷ, τι πάσχω, καὶ ἡ δόξα οἵα πίσις· οὐδὲ μὲν ἅ γλᾶσαν αἴσθησιν παρέσχε, οὐδὲ
34 δὲ ἅ οἶνον γιγνομένῳ καὶ φερομένῳ παρέσχε. *Quoties vinum ſanus bibo, ſuave mihi ac dulce videtur eſſe. Aegens enim & patiens dulcedinem ſenſumque progenuerunt, utraque ſimul*

(s) *Inquit*] Non *Protagorae* ipſius haec verba ſunt, ſed *Socratis* apud *Platonem* in *Theaeteto* p. 121.

(s) *Ari-*

simul mota. Et sensus quidem a patiente exsistens, sentire linguam effecit: dulcedo autem a vino circa illud mota dulce vinum sanae linguae tam esse, quam apparere fecit. Quum vero me aegrotantem accipit, principio quidem non eumdem revera apprehendit; dissimili namque advenit. Deinde alia quaedam homo sic affectus & vini potio gignunt: circa linguam saporis amari sensum: circa vinum factam & motam amaritudinem.

Quare hoc quum certum sit, animum per sensus non ita res percipere corporeas, ut in se vere & absolute sunt, sed commentitiis quibusdam & fictis simulacris vestitas veluti & tectas, evidens simul sit oportet, sensum non esse cognitionem, utpote quae rem ita comprehendit, ut in se & vere est. Certe, si quod *Protagoras* sibi credi volebat, animus nulla gauderet alia facultate, quam patiendi & sentiendi, nulla posset esse ullo modo absoluta veritas & cognitio. Verum, quod jam demonstratum dedimus, haec ejus sententia semetipsam funditus evertit ac destruit. Namque ea ipsa res, quae in nobis pronuntiat, notiones rerum, quas sensus in nobis informant, non absolute veras esse, non potest non sensu major & praestantior esse: ex quo consequitur, eam judicare, quidnam vere sit, vel non sit, nec a phantasia tantum regi atque gubernari.

§. II. Sed, quo totum hoc negotium plane componam, nec eorum relinquam aliquid, quae ad illud facere possunt, postremo loco ex eo etiam constare observabo, sensum haud esse cognitionem, nec quid res sint vel non sint ex sensibus unice judicari debere, quod post *Protagoram* haud pauci sibi persuadent, quia sensus unice in visis seu illis, quae videntur & apparent, percipiendis versatur. Hanc sensus naturam in ipsa ejus definitione supra jam expressimus. Sensum enim diximus positum esse ἐν τῷ δοκεῖν seu ἐν τῷ φαίνεσθαι, aut *animi esse perpessionem vel affectionem, per quam is sibi videtur res quasdam corporeas ut exsistentes percipere.* Tum ergo sensus nascitur, quum animus ita est affectus, ac si res ejusmodi corporea, qualem sibi sentire videtur, exsisteret: nec propterea aliud aliquid necessario requiritur ad sensum, quam ut vere animus nonnihil patiatur, aut ut anima reapse ita sit commota, ac si res aliqua exsisteret. Non opus est, quo sensus fiat & adsit, rem talem esse, qualis videtur & apparet, sed sufficit, ut vere ista ratione videatur esse. Nam quod ad modos rerum & qualitates pertinet, ratione jam convicimus antea, eas non in rebus, sed in nobis ipsis maximam partem esse, notionesque idcirco earum mere commentitias esse. Nec difficile fuerit idem per sensum quoque demonstrare. Is scilicet aeque vere sentit, qui baculum aspicit partim in aëre, partim in aqua versantem, eumque, tametsi rectus sit, curvum tamen esse cernit, atque is, qui eum solum intuetur, uti in aëre est, rectumque idcirco, qualis reapse est, videt. Uterque vere afficitur: utrique visum suum vere objicitur. Innumerabilia liceret mihi ejus generis exempla afferre, quibus idem efficerem, probaremque, ut rerum modos sentiendo percipiamus, nihil requiri aliud, quam ut illi nobis videantur & esse appareant.

Nondum omnia dixi. Addendum mihi est, ad sensum ne hoc quidem esse necessarium, ut res, quam sentire videmur, vere sit & exsistat, sed verum esse sensum posse, tametsi nulla omnino res notioni animi respondens reapse extra mentem exsistat. Illustre notissimumque ejus rei exemplum afferam. Contigit saepenumero, ut illi, quibus brachia aut crura ferro resecata fuerant, acutum & acerbum dolorem, e somno evigilantes, in digitis manuum pedumque sentirent, tametsi

membris hisce prorsus carerent. Et nos idem quotidie experimur, quum somniamus. Nam quae nobis secundum quietem obtingunt, visa, aeque verae sunt perceptiones, atque illae, quibus vigilantes incitamur & pellimur, quum revera adsunt nobis res illae, quarum notiones in sensibus sunt. Anima scilicet tum temporis aeque vere afficitur, & aeque expressas notiones, imagines, & simulacra habet rerum sensibus subjectarum, tamquam exsistentium, atque habet, quum somno soluti sumus, nec raro summis & exquisitis excruciatur doloribus, qui reapse tamen commentitii sunt &, somno depulso, subito evanescunt, quia nihil est in corpore, quod per nervorum incitationem verum creare dolorem valeat.

§. III. Quid igitur causae est, quod anima hoc modo potest commoveri & affici, quum nulla tamen extra eam res notioni ejus respondens exsistat? Haec sine dubio, quod anima per sensum non ab ipsis rebus, nulla re alia intervenien-
35 te, afficiatur, sed a suo tantum, cui sociatus est, corpore per vitalem quamdam & naturalem, quae ipsi cum illo est, cognationem & convenientiam, commovetur: Neque etiam animus a suo corpore ita afficitur, ut in qualibet ejus parte impulsum sentiat, aut ab exterioribus sensuum instrumentis ipsis incitatur, ut ab oculo, quum videmus, a lingua, quum gustamus, ab extremitate corporis, quum sentimus, sed in cerebro tantum motum percipit & spirituum motibus intercedentibus impellitur. Adde his, animum non hos ipsos motus ita, ut in semetipsis sunt, cognoscere ac intelligere, sed secreto quodam naturae instinctu per eos notitiam rerum corporearum extra nos exsistentium, quae principium sunt hujus motus, consequi, stellarum, exempli caussa, quae tam ingenti distant a nobis spatio, quum coelum intuemur. Inde fit, quod, si corpus, a quo animus immediate afficitur, id est, spiritus in cerebro, ita moveatur, ut ope nervorum moveri solet, quum res quaedam externa vere in sensuum instrumenta incurrit, animus non possit non iisdem perpessionibus & affectionibus incitari, quibus alioquin rebus praesentibus incitatur. Non una vero fieri potest ratione, ut spiritus aequo modo incitentur, atque corpore quodam praesenti pelli solent. Primo fortuito quodam motu & agitatione ipsorum spirituum, casu & temere eamdem formam adsciscentium, quam nervis per res quasdam externas impulsis & commotis adsciscunt alioquin, accidere hoc potest. Deinde, quum spiritus forte in certas quasdam notas & vestigia, quae praeteritae perceptiones, vigilantibus nobis oblatae, in cerebro reliquerunt, incurrunt & ab his certa ratione determinantur: Postremo per ipsam, quae inest in anima, fingendi virtutem. Nam ut animus a corpore pellitur & commovetur, ita & vicissim corpus agitare, spiritusque vario modo, ut vel consuetudines & mores nostri, vel interiores affectiones, propensiones, & cupiditates poscunt, impellere, diversaque hac ratione in nobis visa excitare potest.

Certe somnia saepenumero ab illa, qua valet ipse animus, fingendi facultate produci & excitari, manifestum est ex connexione & continuata visorum serie, quae nobis obveniunt. Longam scilicet interdum somniantes historiam contexi-mus, variis distinctam colloquiis & sermonibus, aptisque interrogationibus & responsionibus inter se connexis & cohaerentibus temperatam, in quibus multa dicuntur, quae numquam antea isto ordine in cerebrum nostrum impressa fuere. Quis haec dixerit vel a temeraria quadam spirituum agitatione & impulsione, vel

Digitized by Google

vel a notis & vestigiis priorum perceptionum in cerebro superstitibus, motumque spirituum certa lege determinantibus, procedere posse?

§. IV. Visa, quae somno oppressis obtingunt, ejusdem reapse sunt generis cujus illa, quae vigilantibus nonnumquam oboriuntur, quum imaginandi facultas, voluntatis lege ac imperio soluta, coeco impetu sursum fertur ac deorsum, longamque ac catena veluti inter se nexam variarum imaginum corporearum seriem comminiscitur, prorsus ab illis rebus, quae tempore illo exteriores sensus nostros circumstant, diversarum. Et sunt homines, quibus somnia ejusmodi vigilantium valde sunt consueta & crebro eveniunt.

Sed est tamen nonnihil, quod hic quaeri & dubitari potest. Fingamus hominem contemplationibus ejusmodi, quae vigilantium somnia diximus, penitus immersum & longam visorum & simulacrorum seriem imaginandi, qua pollet, virtute ex sese producentem, subito & repente in somnum incidere: num quae tum temporis menti ejus obversantur visa & imagines *ipso facto*, ut loquuntur, somnia fient, dormientis animum afficere pergent, nec ut rerum commentitiarum & non exsistentium imagines seu *phantasmata*, sed ut perceptiones rerum vere exsistentium & sensus serientium, ipsi apparebunt?

Rerum scilicet corporearum imagines, quae a nobis, quum vigilamus & exteriores sensus in aliis rebus defixos habemus, in animo excitantur, minime nobis perceptiones videntur esse rerum vere praesentium & exsistentium, quemadmodum somnia nostra; sed tantum, ad perceptiones si referantur a sensibus ortas & eodem forte tempore in nobis vigilantibus nascentes, pro simulacris infirmis & umbratilibus habentur, id est, non pro rebus extra nos exsistentibus, sed pro nostris tantum cogitationibus & notionibus. Ratio in promptu est. Quamvis visa vigilantium, & dormientium somnia unius sint ejusdemque generis, motus tamen illi spirituum, quos nervi a rebus externis impulsi cient, quum vigilamus, animi notionibus multo firmiores, constantiores, & validiores sunt: quapropter non possunt non leviora illa & imbecilliora mentis visa, quae nobis eodem obtungunt tempore, obscurare & debilitare, quin etiam delere & exstinguere. Praeterea ratio edicto veluti suo intercedens, secundum robustiora & validiora illa visa, quae a rebus manant permanentibus & firmis, judicat: ex quo fit, quod hae unice pro veris ducuntur perceptionibus, illa vero visa imbecilliora pro fictis tantum & commentitiis imaginibus aut animi picturis. Dudum est, quod idem observavit (*t*) *Aristoteles*, cujus haec verba sunt: *Μεθ' ἡμέραν ἐνεργούντων, ἐνεργούντων δὲ αἰσθήσεων καὶ τῆς διανοίας, καὶ φαινόντων ὅσπερ σβεννύμενον πολὺ πῦρ ἐλάττον, καὶ λύπας καὶ ἡδονὰς μικρὰς σβεννύμενον μεγάλας· πανσαμένων δὲ ὑπολάζει καὶ τὰ μικρά.* *Interdiu, operantibus quidem sensibus ac mente, eliduntur atque evanescunt: quomodo exiguus ignis apud ingentem offuscari solet: & dolores voluptatesque modicae accessu immodicarum offundi. Quiescentibus vero, minima quaeque* (visa) *emergunt.* Quum lucet, nosque vigilamus, leviores illae & fluentes quasi imagines, quae a nervorum motibus a rebus externis incitatorum haud procedunt, locum omnino cedere debent illis vehementioribus & fortioribus nervorum, quos res corporeae externae & permanentes incitarunt, commotionibus, a quibus confutantur veluti & superantur: maxime,

(*t*) *Aristoteles*] *Libro de insomniis Cap. 4. p. 104. Tom. II. Opp.*

me, quum his ratio ſubveniat, quae judicio ſuo efficit, ut ſuperiores illae pro veris rebus aut perceptionibus haberi nullo modo queant. Somnus vero quum invaſit nos, eadem viſa neceſſe eſt plus roboris, vitae, & lucis accipiant. Namque, nervis tum relaxatis, nulli ſaepe ab illis motus a rebus externis excitati ad cerebrum veniunt, quibus interiores ſpirituum motus conturbari & animus eos attendens diſtrahi queat: non ſecus atque vox aeque clara & perſpicua multo tamen latius propagatur, diſtinctiusque exauditur poſt occaſum ſolis, quum ſilent omnia, quam lucente ſole, quum aër variis & contrariis motibus inter ſe pugnantibus & certantibus agitatur & diſturbatur. Nobis vero dormientibus, nulli alii motus ſpirituum, praeter eos, quos ſomnia excitant, in animis noſtris oboriuntur, qui hos impedire, vim eorum intervertere & labefactare, & clamore quaſi ſuo & ſtrepitu illam animi partem, in qua attentio eſt, obtundere queant, ne lene illud ceterorum motuum murmur percipiat, quod quidem fit interdiu, aut quum vigilamus. Quare corpus quum ſomno jacet conſtrictum, mens facile haec viſa, non ſecus ac ſi ſenſuum naſcerentur interventu, recipit: nec enim alii, quo minus id fiat, motus vetant aut impediunt.

§. V. Viſa igitur illa, quae *phantasmata* dicuntur, & imagines per ſenſus in nobis excitatae reapſe unum idemque ſunt: idque non diffitetur (v) *Ariſtoteles*, quum *φαντασιαν debilem* eſſe *ſenſum* ſciſcit: *φαντασία ἐστὶν αἴσθησις τις ἀσθενὴς*, & *φαντάσματα* tradit eſſe *οἷον αἰσθήματα*, *ſenſionum* (x) *ſimilia*. Sunt certe cum hae, tum illa, perpeſſiones, quibus animus per corpus, cui ſociatus eſt, afficitur. Neque tamen ideo perſuadere ſibi oportet aliquem, omne *φάντασμα* eſſe rem corpoream vere exſiſtentem extra animum noſtrum, qualis *αἴσθημα* ſeu *ſenſio* quaelibet eſt. Sunt nimirum duplicis generis viſa ſeu *phantasmata*, quae pro notionibus a ſenſibus in nobis excitatis nullo haberi modo debent. Primum frequenti edocemur uſu, proprio voluntatis noſtrae motu & imperio viſum aliquod produci a nobis & pro lubitu excitari poſſe. Namque hanc nobis natura facultatem dedit, ut quamcumque vel rem, vel perſonam, quam antea cognovimus aut vidimus, tametſi longe abſit a nobis, cogitando tamen informare & animo noſtro praeſentem veluti ſiſtere queamus. Quid? quod tales etiam res componere nobis cogitatione licet, quales numquam conſpeximus ante, aureum, verbi cauſſa, montem, Centaurum, Chimaeram. Hac ergo ſi animus noſter facultate utitur, novitque, ſeſe ſua virtute & nativa poteſtate iſtiusmodi ſibi viſa produxiſſe, haud ei licet, in illa, tamquam notiones a ſenſibus profectas, aut res vere extra nos exſiſtentes, intueri, ſed cogitare, nihil eſſe ea, quam vana & inania ſimulacra, rerumque umbras & imagines, quibus nihil extra ſe reſpondeat. Solent hujus generis imagines & viſa plerasque cogitationes noſtras comitari. Quare unumquemque cavere decet, ne *phantasmata* illa, quae voluntaria ſunt & ab inſita mentis noſtrae virtute creata & excitata, pro veris *ſenſionibus* aut rerum vere extra animum exſiſtentium perceptionibus habeat, maxime, ſi animus, ſua ſeſe virtute haec viſa produxiſſe, non ignoret.

Sed

(v) *Ariſtoteles*] *Lib.* III. *de anima Cap.* 4. *p.* 47. *Tom.* II.

(x) *Similia*] *Loc. indic. Cap.* 9. *p.* 53. Si longus eſſe vellem, nonnulla hic moneri poſſent. Adeant ipſum lectores *Ariſtotelem*. Ego diuturno feſſus labore, circuitus omnes fugio.

(y) *Boëthii*]

Digitized by Google

Sed nec deinde quodlibet visum, quod praeter voluntatem nostram nobis obtingit, aut quod animus sua virtute, qua pollet, creatum esse ignorat, pro vera rei extra nos exsistentis notione & perceptione duci debet. Usu enim venire potest, 37
ut singularia mentem nostram, nescio qua ratione, visa invadant & repente sibimetipsis lucem & virtutem acquirant: quae tamen animus a veris rerum extra nos exsistentium perceptionibus discernere valet, quoniam alia eodem tempore in eo versantur & resident visa, quorum major vis & splendor illa veluti obscurat & deprimit. Varii nempe generis visa quum una mentem obsident, aut quum diversi spirituum motus eodem tempore afficiunt, solet is, post comparationem horum visorum & motuum tacite institutam, ea tantum visa pro rerum vere exsistentium imaginibus habere, quae ceteris altius in animum penetrant, fortius commovent, ac diutius permanent, reliqua vero inter res vanas, futiles, & umbratiles referre, quae minus virtutis habent & constantiae. Jam, id quod supra monuimus, duplicis visa illa generis sunt, quae praeter voluntatem animo nostro, quum vigilamus, obtingunt. Alterum ab illis proficiscitur spirituum motibus, quos nervi a rebus externis pulsi & incitati efficiunt: Alterum nascitur, quum spiritus cerebri alia ratione, quam per nervos, concitantur. Quocirca quum vigilamus, animusque noster utriusque hujus generis visis afficitur & impletur, illa, quae motus nervorum a rebus externis impulsorum producunt, longe nobis diversa videntur ab istis, quae spiritus pariunt, alia ratione, quam per nervos, commoti, sive vim & vigorem, sive stabilitatem spectemus: ex quo quidem fit, quod omnes, qui nec corpore male affecti sunt, nec animo, illa pro rerum vere nobis objectarum & praesentium signis & notis, haec autem pro simulacris fictis & commentitiis ducunt. Secus est, quum dormimus: namque tum, nervis relaxatis, neque motum aliquem in spiritus imprimentibus, nulla nobis alia visa possunt oboriri, quae cum posterioribus hisce comparari & vim eorum diminuere valeant: ex quo evenit, quod animus ea non aliter, quam veras rerum extra se exsistentium perceptiones, considerat & intuetur.

§. VI. Nihil est, quod aptius & evidentius eorum, quae adhuc disseruimus, veritatem demonstret, quam exempla quorumdam, qui in gravem vel animi, vel corporis morbum inciderunt. Namque videmus non raro, hominum ejusmodi spiritus tam furiose, tam vehementer, tamque valide agitari & concitari, ut visa illa, quae a nervorum motu haud procedunt, omnem animi aciem obtundant, &, tametsi vigilent aegroti, αἰσθήματα, seu rerum vere extra animum exsistentium perceptiones, apud eos fiant. Nil scilicet dubitant, videre sese, audire, ac sentire ea, quae nusquam tamen sunt, & ab omnibus decipiuntur sensibus suis. Neque hoc illis tantum accidit, qui furore, insania, atrae bilis copia, & aliis ejus generis malis opprimuntur, quod ingenti constat exemplorum, quae litteris exstant prodita, copia, verum etiam aliis, quos magnae & turbulentae animi commotiones, metus, amor, similesque occuparunt. Quocirca quemadmodum sensus, id est, illa visa, quae ex motu spirituum cerebri a nervis impulsorum nascuntur, ea plerumque deprimunt & exstingunt, quae imaginationis vis procreat, id est, illa visa, quae spiritus alio modo, quam nervorum interventu, concitati efficiunt: ita fieri rursus potest, ut mentis visa, quibus nihil respondet extra animum, tantum acquirant interdum roboris & potentiae, ut omnes nostros sensus superent ac fallant.

§. VII. Binis vero de cauſſis fit, quod imaginandi vis de ſenſu nonnumquam, ſeu de viſis illis, quae naſcuntur a motu in cerebrum a rebus externis, nervorum interventu, impreſſo, triumphat. Primum vehemens quidam corporis morbus, in quo ſpiritus animales violenter inflammantur & acerrime concitantur, id efficere poteſt. Spiritus enim hi quum magno impetu & fervore per corpus feruntur, motus, qui per nervos a rebus externis veniunt, ita ab illis infirmari poſſunt, ut cedant tandem & deſinant, viſaque ex ſe orta ſimul oblitterari, deleri, & ad ſilentium, ut ita loquar, redigi patiantur. Quo facto, validiora illa viſa, quae ab ipſorum ſpirituum concitatione veniunt, in locum eorum ſuccedunt, totumque animum ſubigunt, cujus ſemper vis & attentio ab illis viſis vincitur, quae majori robore & poteſtate ſunt praedita, aut vehementiorem ſtrepitum adjunctum habent. Idem deinde nobis accidere poteſt, quum ipſum animum morbus quidam invadit. Quum inferior animae pars, quae ratione vacat & perpeſſionibus eſt obnoxia, in qua libidines, cupiditates, & propenſio ad iram reſident, roboratur & viribus augetur, illa quoque facultas animi, quae rerum notiones & ſigna informat, imaginesque ſibi fingere poteſt, unde illa nobis vigilantium
38 ſomnia, de quibus paullo ante diximus, veniunt, creſcit poteſtate ac imperio. Hac vero facultate praeter modum inflata & tumente, non modo ab ea vires animi rationales, quae tantum ſemper decreſcunt, quantum imaginatio creſcit, labefactantur & exſtinguuntur, verum etiam ipſa ſenſuum potentia deſtruitur. Etenim immoderata imaginationis dominatio non ſinit animam a rebus extra eam poſitis affici, nec tranquille ac quiete ſimulacra, quae ab illis manant, recipere, ſed pervertit & miſcet omnia, quae aditum tentant ad animum. Hic miſer ille ac lamentabilis eſt ſtatus, in quem animi hominum incidunt, ſi parti ſuae corporeae, in qua non ratio, ſed patiendi facultas eſt, quamque libidines, appetitus, & affectiones incolunt, plus, quam fas eſt, obſequatur & obtemperet: quem quidem ego ſtatum tam eſſe triſtem arbitror ac luctuoſum, ut homini ſatius ducam mori aut prorſus ad nihilum redigi, quam in eo perpetuo verſari. Etenim homine quid miſerius eſſe poteſt, qui non modo rationem penitus, ejusque uſum amiſit, verum etiam ſenſum aut depravatum, aut plane nullum habet; cujus quidem in locum turbulenta ſucceſſere viſa, quae a libidinibus & cupiditatibus rationi contrariis, utpote quae modum omnem praetergreſſae ſunt, orta, verarum inſtar perceptionum ejusmodi ſunt homini? Equidem proclive judico eſſe intellectu, divinam juſtitiam, ſi vel nulli eſſent inferi, nullis indigere rebus aliis, quam his ipſis viſis, ut animum hominis in ſemetipſum armet & ſuum ſibi tortorem eſſe cogat, non modo ſimulacra lugubria, horribilia, & tragica informando, ſed etiam exquiſitis ſeſe doloribus affligendo & excruciando. Decet nos haec ſerio & diligenter conſiderare ac expendere, omnique ſtudio cavere, ne illi animi noſtri parti, quae patibilis eſt & ratione caret, nimis indulgeamus & faveamus. Haec enim pars quum finem modumque neſciat, opinione citius, niſi provideamus, fieri poteſt, ut imprudentes noſmet ipſos in conditionem praecipitemus, qua nulla triſtior & luctuoſior fieri & cogitari poteſt.

§. VIII. Dicere hic, ſi vellem, mihi liceret aliquid de malorum geniorum in eos imperio, qui aut frena laxarunt libidini, aut alio modo indignos ſeſe reddiderunt divinae providentiae, quam ſibi omnes polliceri ceteroquin poſſunt, tutela

&

Digitized by Google

& patrocinio. Nihil certe obstat, quo minus & hi spiritus cerebri in ejusmodi hominibus ipsimet cieant & commoveant. Quod si detur & concedatur, ratio fortassis reddi potest earum rerum, quae de magis & sagis vulgo perhibentur: quod quidem genus sibi videtur per aërem ferri, nocturnis interesse sacris & conviviis, aliaque tam facere, quam perpeti, quae sanae rationi & verae philosophiae plane refragantur. Sed haec nunc praetermitto: Nam quae dixi adhuc, sufficere posse arbitror ad omnes edocendos, sensum nihil esse, quam id, quod nobis videtur & apparet. Quod si ita sese habet, evidens simul esse debet, sensum solum nec de absolutis rerum corporearum naturis, quae objiciuntur nobis, nos certos facere, nec utrum vere exsistant, nec ne, quemquam erudire posse, verum id, quod certo his de rebus novimus, a ratione & intelligentia nobis tradi, quae una de visis in sensus incurrentibus judicat, & quaenam illorum vera sint & absoluta, quaenam commentitia & umbratilia, constituit.

Digitized by Google

LIBER QUARTUS.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Cognitio eſt interior mentis noſtrae virtus, quae a rebus externis haud proficiſcitur. Senſus non eſt mera perpeſſio, ſed perceptio animi, cui perpeſſio eſt adjuncta, in qua vitalis quaedam vis eſt, quaeque cogitatio dici poteſt. Intelligentia proprie non res extra mentem verſantes conſiderat, verum mentis ipſius notiones, quae mens per veritatis maxime ſplendidas & illuſtres haud debilitatur, uti ſenſus ab iis rebus, quae ceteris vehementius feriunt, frangi ſolet. Habet animus in ſemetipſo notam quamdam, cujus ope intelligit, ſeſe id, quod quaerebat, reperiſſe. Duplex eſt genus cogitationum, quibus perceptio adjuncta eſt, in anima: alterum paſſivum, quod iterum in αἰσθήματα ſeu ſenſiones & φαντάσματα ſeu imaginationes dividitur: alterum vocabulo νοήματα deſignatur. Νοήματα *non per intellectum agentem a phantasmatibus arceſſuntur.*

39 §. I. Demonſtratum adhuc a nobis eſt, ſenſum ſeu illam, quae a rebus corporeis extra animum poſitis in nobis oritur, perpeſſionem, cum intelligentia & cognitione confundi minime debere, nec idcirco ipſa corpora ſenſu dignoſci & intelligi. Ex hoc igitur conſequatur, neceſſe eſt, cognitionem eſſe interiorem aliquam mentis ipſius virtutem, tumque exſiſtere, quum mens inſitum & innatum vigorem ſuum explicat & adhibet, cujus potentia res ſibi objectas vincit, ſuperat, & ſibi ſubjicit, iſtoque modo clarum, ſerenum, perfectum, & plenum intra ſe ſenſum producit.

Vulgo quidem plerisque perſuaſum eſt, cognitionem naſci a virtute rei cognitae, illum, qui cognoſcit, extrinſecus commoventis & cientis. Sed omnino falluntur, qui ſic ſentiunt. Certum eſt e contrario, ut (y) *Boëthii* utar verbis, *id quod ſcitur, non ex ſua vi, ſed ex comprehendentis vi & facultate ſciri vel cognoſci.* Nec idcirco ſcientia & cognitio perpeſſio eſt a re quadam extra mentem proficiſcens, ſed potius interioris virtutis, roboris, & poteſtatis, qua valet animus, uſus. Mens vim ſuam intra ſemetipſam explicat, quum cognoſcimus: formaeque illae ſimplices, per quas res intelliguntur, notae minime ſunt & ſigna, extrinſecus in animam impreſſa, ſed notiones ex ipſis animi receſſibus prodeuntes & vitali virtute ab ipſo animo productae.

§. II.

(y) *Boëthii*] *Boëthius de conſolat. philoſ.* Lib. V. p. 131. enuntiat: *Omne*, inquit, *quod cognoſcitur, non ſecundum ſui vim, ſed ſecundum cognoſcentium potius*

Digitized by Google

§. II. Quaecumque res extrinsecus tantum cientur, & formas unice peregrinas & adventitias recipiunt, id quod recipiunt nullo modo cognoscere, intelligere, & dijudicare possunt, sed, quum nihil habeant & contineant, cujus ductu cognitionem sibi ejus comparare queant, nescii & ignari prorsus manere debent. Mens nullam sibi rei alicujus notitiam acquirere potest, nisi per aliquid, quod ipsi proprium, nativum, familiare, ac domesticum est. Quum quis magna cinctus populi corona & multitudine, innumerabiles, quos per totam antea vitam haud conspexit, vultus hominum contemplatur, postremo vero in faciem veteris cujusdam amici & necessarii, quam multis abhinc annis haud vidit, incidit, tum unam hancce faciem, nullam vero in toto isto coetu aliam, recte dicitur cognoscere: namque mens ejus nullam habet interiorem & anticipatam ullius alius vultus in toto isto agmine formam apud se reconditam. At simulatque unus ille vultus, quem dixi, homini illi offertur, continuo antiquior quaedam & anticipata ejus forma seu imago, in animo ipsius expressa, reviviscit & renascitur, quae formam nuper receptam veluti amplectens, eam homini notam facit & in memoriam revocat. Pari ratione quum per sensus imagines externae, peregrinae, & adventitiae ad animum perferuntur, animus eas non aliter nosse ac intelligere potest, quam per rem aliquam insitam & domesticam, per anticipationem quamdam efficacem, quae in lucem tamquam revocata, formas istas recens allatas amplectitur & in hominis cognitionem adducit. Hoc sensu unice vetus illud sapientum praeceptum accipi potest & debet: *Cognitio nihil est, quam recordatio.* Etenim non ideo cognitio nostra recordatio dicitur, quia, quum cognoscimus & intelligimus, in memoriam rerum illarum redimus, quas animus, antequam in corpus descenderet, jam scivit atque intellexit: verum propterea hoc ei nomen imponitur, quod, quum cognoscimus, mens intestina quadam anticipatione, virtuteque nativa & insita, res objectas comprehendit, aut ex semetipsa producit aliquid & excitat.

Hinc (z) *Plotinus* quum probare studeret, τὰ νοητὰ seu rerum species, quae cognitioni & intelligentiae nostrae obversantur, non esse res extra mentem positas & eam ex intervallo quodam cientes, sed ipso in animo latere reconditas, hac ratione argumentatur: Πῶς γὰρ καὶ γνώσεται ὅτι ἀπηλλάξειέ τινος, πῶς δὲ ὅτι αἰσθάνεται τοῦτο ἢ ὃν καλὸν ἢ δίκαιον; ἔκαστον γὰρ τούτων ἄλλο αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐν αὐτῷ ἀλλ' ἐν τῷ πρώτως ἔχοντι αὖ πεσεῖται, ἀλλὰ αὐτοῦ ἔξω καὶ ἡ ἀλήθεια ἐκεῖ. *Quonam, si hoc ita non esset, modo intellectus agnoscet revera se aliquid percepisse? quove pacto judicare poterit, hoc esse bonum, aut pulchrum, aut justum? Horum enim quodlibet erit ab ipso diversum, neque in ipso erunt ipsa judicandi principia, quibus credat, sed haec quoque extra erunt, & veritas erit ibidem.*

§. III. Quod si cognitio & intelligentia nihil esset, quam adventitia quaedam animi affectio, aut externarum & peregrinarum imaginum informatio, nil causae reddi posset, cur speculum non intelligeret; quod tamen ne per sensus quidem imagines, quas recipit & ad nos remittit, percipere potest. Quocirca ipse sensus, id quod antea jam significavimus, non est nuda animi perpessio, sed perceptio animi

tius comprehenditur facultatem.

(z) *Plotinus*] *Ennead.* V. *Lib.* V. *Cap.* 1. p. 520. *Libro, quod intelligibilia non sint extra intellectum.*

animi cum perpessione quadam conjuncta, in qua, quum ea cogitationis quoddam genus sit, vitalis quaedam virtus latet: cui quidem vitali virtuti omnes illae notiones, quae a sensibus oriuntur, lucis, colorum, frigoris, & similes, id, quod sunt, acceptum referunt. Multo igitur minus intelligentia pro mera duci perpessione poterit. Fac vero, intelligentiam & cognitionem nihil esse, quam affectiones, quas animus nihil agens recipit extrinsecus, aut nihil, quam sensum, seu sensus effectum: unde igitur fit, quod bestiae, quibus iidem sunt, qui nobis, sensus, & saepenumero acriores & acutiores, non etiam intelligunt, nec Logices, Matheseos, & Metaphysices, quemadmodum homines, elementis imbuuntur, nec easdem denique, quas nos, officiorum erga Deum & homines, totiusque rei moralis notiones informare possunt? Quare quidquid etiam pugnent aliqui, omnino confitendum erit, praeter facultatem res percipiendi corporeas, aut sensuum perceptionem, a qua omnis abest actio, esse in hominum mentibus aliud principium efficientiae particeps, seu *vim cognoscendarum rerum innatam*, per quam aptae redduntur & idoneae ad ea tam cognoscenda, quam dijudicanda, quae sensuum ad eas beneficio deveniunt. Et sunt certe in illis, qui ceteroquin animam omni modo nudare & virtutibus suis privare conantur, quos veritatis vis, ut rem ita sese habere, fateantur, cogit: quod quum faciunt, tametsi quid dicant, secum haud expendant, omne tamen illud, quod nos affirmamus, ipsi vero negant, concedunt & largiuntur. Etenim vis haec innata rerum cognoscendarum, quam animo tribuunt, quid, obsecro, aliud est, quam facultas notiones & conceptus rerum ex semetipso proferendi & educendi? Fieri nimirum nullo modo potest, ut notitia quaedam sit sine notione aut conceptione rei cujusdam, quae cognoscitur, aut ut νόησις seu *intelligentia* sit in una mentis facultate, νόημα vero seu *conceptus* in altera, illa in ratione, hic in imaginatione: Fieri nequit, ut cognitio intra mentem reapse producatur, conceptus vero seu notio, quam contemplatur animus, extrinsecus adveniat, animo plane tranquillo & otioso: Fieri nequit, ut animus revera contempletur & intelligat, nec tamen praesentem sibi rem aliquam habeat, aut rem extra se positam cognoscat, nec tamen eam comprehendat: Fieri denique nullo modo potest, ut cognitio non simul notionem & imaginem rei cognitae contineat & concludat. Est nimirum, id quod ipse scriptum reliquit (*a*) *Aristoteles*, *scientia idem, quod res ipsa, quam scimus & cognoscimus*, τὸ αὐτὸ εἶναι ἡ κατ' ἐπιστήμην θεωρίαν τῷ πρᾶγμα, & idcirco divelli ab ea nequit, quia nihil est, quam status mentis, sentientis, notionem aliquam simplicem in semetipsa excitari & produci.

§. IV. Quamvis igitur ea, quae in sensus incurrunt, nulla sint alia, quam naturae corporeae extra mentem positae, quas animus percipit prospiciendo extra se, idque contemplando, a quo afficitur, tametsi minime complectatur illud intra se ac comprehendat: res tamen illae, quae menti, rationi, & intelligentiae ipsi obversantur, non sunt res extra mentem versantes, sed notiones ex ipsa mente prodeuntes, verbo, *intelligibiles rerum rationes*. Νόησις ἐν ᾗ ἕξει, ὥσπερ ἡ αἴσθησις. *Cogni-*

(*a*) *Aristoteles*] *Libro* III. *de anima Cap.* 6. *p.* 50 *Tom.* II. *Opp.*

(*b*) *Plotini*] *Ennead.* V. *Lib.* V. *Cap.* 1. 2. *p.* 519. 521.

(*c*) *Inquit*] *Lib.* III. *de anima Cap.* 6. *p.* 50. *Tom.* II. *Opp.* (al Cap. 4.)

(*d*) *Omniformitatem*] Barbarus & hic, & multis in aliis libri hujus locis esse malui, quam de

Cognitio non est earum rerum, quae extra nos sunt, sicuti sensus. Ὅτι οὐκ ἔξω ἃ νῷ τὰ νοητά. *Quoniam intelligenda non extra mentem sunt, quae intelligit.* Haec (*b*) *Plotini* scita sunt, in quibus probandis valde diligens ac laboriosus est. Sed & ipse *Aristoteles* multis in locis idem tradit: Ἐπὶ τῶν, (*c*) inquit, ἄνευ ὕλης τὸ αὐτὸ ἐστὶ τὸ νοῦν καὶ τὸ νοούμενον· ἡ γὰρ ἐπιστήμη ἡ θεωρητικὴ καὶ τὸ ἐπιστητὸν τὸ αὐτὸ ἐστί. *In iis, quae sunt sine materia, idem est intelligens, & quod intelligitur. Scientia namque contemplativa & scibile, idem est.* Ὅλος ὁ νοῦς, ait idem, ὁ κατ' ἐνέργειαν τὰ πράγματα νοῶν. *Tota mens illud est, quod res intelligit:* quae quidem diversi tantum sunt unius in- 41
telligentiae modi. Nam ut molle ac durum, frigidum & calidum, ceteraeque qualitates corporeae nil sunt, quam variae unius materiae temperationes: ita mentis etiam variae notiones, quum contemplatur & meditatur, diversi tantum sunt mentis, quae cognoscit, modi atque formae. Itaque res extra mentem exsistentes secundaria tantum sunt objecta cognitionis & intelligentiae, quae mens non extra se prospiciendo, uti sensus solet, percipit & intelligit, sed in semetipsam intuendo: quod dum facit, ope notionum intra se latentium & *rationum* aeternarum, quas ex sinu suo protrudit, eas comprehendit. Quam propter causam mens & intelligentia haud male τὸ μέτρον πάντων, *mensura rerum omnium*, quamquam haud eo sensu, quo *Protagoras* hanc definitionem accipi voluit, appellari potest.

§. V. Namque animus quum innatam sibi habeat potentiam omnia cognoscendi, quae nihil est, quam vis & facultas excitandi & ex se ipso eliciendi rerum notiones & rationes, habeat quoque necesse est in semetipso *potentialem* quamdam (*d*) *omniformitatem.* Neque id Platonici tantum praecipiunt, qui animam πάντα dicunt esse νοητῶς, *omnia modo intelligibili*, verum etiam ipse fatetur (*e*) *Aristoteles*, qui ἡ ψυχὴν εἶναι τὰ ὄντα πῶς πάντα, *animum certa ratione esse omnia*, scriptum reliquit. Animus mundus quidam est ex imaginibus & notionibus constans, in quo, tamquam in orbe quodam perlucido & crystallino, omnes omnium rerum, quae in tota rerum exstant natura, notiones & imagines informari & exprimi possunt. Sicut enim Dei ipsius mens, quae reliquarum omnium mentium princeps exemplar & species est, illud est, per quod ipse semper semetipsum comprehendit, & omnem foecunditatem suam aut infinitam bonitatem & potentiam, id est, omnia, quae fieri póssunt, intelligit: ita omnes mentes creatae, quae totidem minuta sunt exempla ex prima & aeterna illa mente expressa & delibata, tametsi rerum omnium notiones reapse haud contineant, multo minus simulacra & imagines omnium cujuscumque generis rerum, quae sunt usquam & exsistunt, in semetipsis impressa & veluti insita gerant, tamen omnia efficienter & *potentialiter* comprehendunt propter *vim* illam *cognitricem*, qua praediti sunt. Est vero *vis* haec animi *cognitrix*, *potentialis* quaedam *omniformitas*, per quam aptus ille est ac idoneus, occasione sic ferente, rebusque externis invitantibus, ad semetipsum gradatim & paullatim vitali ratione explicandum & evolvendum, atque notiones seu conceptus rerum omnium, quae sunt & cogitatione efformari possunt, in se ipso producendos & creandos: non secus atque potentia genitrix seu seminans

sententia auctoris, verbis ejus rejectis, detraxisse aliquid videri. Vis vocabuli hujus est: Animam facultatem habere notiones rerum omnium informandi.

(*c*) *Aristoteles*] *Lib.* III. *de anima Cap.* 9. *p.* 53. *Tom.* II. *Opp.*

nans efficienter formas omnium partium & membrorum corporis animalis complectitur, easdemque sensim & paullatim evolvit & explicat, hic oculum fingens, illic aurem, & (*f*) reliqua.

§. VI. Quoniam igitur cognitio & intelligentia non sola quadam perpessione extrinsecus ad animam allata constat, sed interior quaedam est mentis virtus & potentia, ideo fit, quod animus, observante *Aristotele*, quando cognoscit id, quod σφόδρα νοητὸν, *maxime intelligibile* est, seu veritates maxime splendidas & illustres, haud tamen frangitur & debilitatur, ut sensus solet, quum id, quod σφόδρα αἰσθητὸν, *maxime sensile est*, solis, verbi caussa, splendorem & lucem, videt atque percipit. Contra mens, quum veritates ejusmodi contemplatur, roboratur magis & confirmatur, aptiorque fit ad inferiores, minoresque veritates facile comprehendendas. Nam quum sensus nihil sit, quam perpessio, & instrumentis quibusdam indigeat corporis, cognitio membris corporis haud utitur, sed insita quaedam animi virtus est, quae quo magis exercetur, eo plus virium & amplitudinis adipiscitur.

§2 Eadem de caussa fit, id quod idem animadvertit (*g*) *Aristoteles*, *quod illae scientiae, quae a materia sunt remotiores, accuratiores etiam sunt & meliores*, melius intelliguntur, faciliusque demonstrantur, quam illae, quae res concretas & ex materia conflatas attingunt. (Ἀκριβέστεραι θεωρήμαται τῶν ἐπιπέδων, ἢ μὴ καθ' ὑποκειμένου τῶν καθ' ὑποκειμένου, οἷον ἀριθμητικὴ τῶν ἁρμονικῆς) Arithmetica, verbi gratia, praestat Musicae, in qua numeri cum sonis misti sunt: Geometria melior est Astronomia, aut illis artibus Mathematicis, quae *mixtae* vocantur. Secus vero sese res haberet, si omnis cognitio a rebus corporeis per sensus nasceretur, sic enim illae res, quae ceteris fortius sensus pellunt & magis concretae sunt, intellectu faciliores & certiores forent.

Addo aliud, quod eodem ex principio & fonte manat. Certa & accurata cognitio, id quod usus nos quotidianus edocet, melius comparatur & acquiritur ab animo, si a rebus omnibus externis & in sensus incurrentibus semetipsum is avocet atque vires suas intra se colligat, quo notiones in se praesentes eo melius intelligere & complecti valeat. Hinc eos saepius observatum est, qui totam vitam in legendis, vel audiendis aliorum libris & sermonibus, eruditis licet & elaboratis, contriverant, non modo vim animi distraxisse, verum etiam aciem ejus debilitasse, & totam mentem, quod crebro nimis eam sibimetipsi eripuerant, segnem ac inertem fecisse. Quae quidem res *Socratem* commovit, philosophum in primis sapientem, ut viam illam docendi, quam Sophistae id aetatis sequebantur, qui aut continuo quodam sermone, aut dictando, juventutem erudiebant, plane desereret ac contemneret, novamque iniret rationem, quam ipsemet obstetricum imitari labores affirmabat. Scilicet cognitio & scientia non liquoris instar cujusdam animo instillari, sed excitari potius atque elici prudenter ex animo debet: neque mentem tam extrinsecus, ceu vas quoddam, implere, quam accendere ac inflammare oportet.

Ad extremum nascitur hinc quoque ille pariendi conatus, quem saepenumero in animis nostris sentimus, quum sollicite ac curiose verum indagamus. Mens nimi-

(*f*) *Reliqua*] Concinnius, aptius, & evidentius haec, ut quaedam alia, exponi, melioribusque vocabulis explicari potuisse, non inficior. Sed frequenti & assidua Platonicorum lectione vir doctissi-

nimirum interdum intra semetipsam collecta, ruminando veluti & recordando, veritatem apud semetipsam reperire atque omni ope protrudere ac parturire studet. Ex quo quidem studio apparet, mentem natura sibi esse fertilitatis & foecunditatis suae conscium, certamque conclusam gerere notam, cujus scire queat beneficio, utrum id, quod quaerebat, invenerit, nec ne.

§. VII. Constat igitur ex illis, quae adhuc disputavimus, duplex esse cogitationum, quibus perceptio est adjuncta, in animo nostro genus: Alterum, quod sola perpessione absolvitur, tumque oritur, quum anima tam a corpore suo, quam externis rebus, ita afficitur, ut percipiat: Alterum, quod in actione consistit, tumque nascitur, quum anima per ipsum insitum vigorem suum intra se percipit. Superius, quod dixi, genus cogitationum binis designatur vocabulis. Quum animus, ob conjunctionem cum corpore, res percipere videtur corporeas, tamquam sibi praesentes, vereque extra se exsistentes, tum cogitationes ejus appellantur *αἰσθήματα*, *sensationes*. Idem vero quando affectiones suas non intuetur ut res vere extra se exsistentes, sed tantum ut imagines rerum sensibus subjectarum in mente expressas, seu ut cogitationes crassiores & corporeas, tum nominantur *φαντάσματα*, *imaginationes*. Haec autem *φαντάσματα* & *αἰσθήματα*, quod jam ante monuimus, reapse inter se non differunt: utraque enim affectiones sunt animi a certis quibusdam in corpore motibus excitatae. Quidquid inter ea intercst discriminis, id totum casui tribuendum est, ita ut *φαντάσματα* in *αἰσθήματα* & nonnumquam etiam *αἰσθήματα* in *φαντάσματα* converti ac commutari queant. Quocirca nil impedit, quo minus hae omnes animi perceptiones, quae cum perpessione sunt conjunctae, generatim *phantasmata* dici queant. Illae vero perceptiones, quae actione constant, & ex ipsa mente, corpore haud interveniente, educuntur, vulgo nominantur *νοήματα*, *conceptus mentis*. Quare binae in universum constitui possunt classes cogitationum cum perceptione copulatarum: alteram *φαντάσματα*, alteram *νοήματα* seu *conceptus mentis* constituunt.

§. VIII. Non desunt, qui sibi persuadent, omnes nostras cogitationes, quas perceptio comitatur, *visa* esse seu *phantasmata*. Hos vero falli, aliudque esse cogitationum cum perceptione conjunctarum genus ab his diversum, quod ab ipso illo, qui animo innatus est, vigore nascitur, ideoque *νοήματα* a nobis dictum est, proclive probatu est. Visa seu *phantasmata* nihil sunt, quam imagines seu simulacra rerum externarum per sensus in animo creata: ex quo consequitur, nihil esse *φανταστὸν* seu *objectum phantasiae*, quam id, quod simul est *αἰσθητὸν*, seu *objectum sensus*, quum anima nihil effingere imaginatione valeat, praeter id, quod sensu potest percipi. At sunt tamen in animo nostro multarum rerum notiones, quae sub sensum nullo modo cadunt, nec audiri, tangi vel gustari possunt: ex quo evidens est, nullas earum rerum imagines in nobis esse posse, quas penicillum interioris pictoris nostri, quem *phantasiam* dicimus, qui a sensu omnes colores suos mutuatur, adumbravit. Et ipsi certe facile sentiemus, si modo cogitatione res istas accuratius contemplemur, eas non esse visa, sed *νοήματα*, *notiones* & *conceptus mentis*. Tales sunt, justitia, aequitas, officium, obligatio, cogitatio, opinio, intelligentia,

doctissimus dictionem suam depravavit. *Cap.* 27. *p.* 225. *Tom.* I. *Opp.*

(*g*) *Aristoteles*] *Analyt. posterior. Lib.* 1.

gentia, voluntas, memoria, veritas, falſitas, cauſſa, effectum, genus, ſpecies, nihilum, contingentia, poſſibile, impoſſibile, & innumerabiles ejusmodi aliae, quae unicuique facile occurrent, cui linguae cujusdam Lexicon perluſtrare placuerit: quarum quidem nulla phantaſiae penicillo in nobis depingi poteſt & informari. Addo, haud paucas eſſe propoſitiones, quae totae verbis conſtant ſeu notionibus, quarum nemo imaginem animo informare valet; ne quid nunc de neceſſitate connexionis has inter notiones dicam, quam nullius umquam hominis imaginatio aſſequetur. *Nihil poteſt eſſe & non eſſe eodem tempore*, notiſſimum philoſophorum ſcitum eſt. At quis, quaeſo, verborum, ex quibus illud conſiſtit, imagines animo informare valet? quis verbi, *nihil*, *poteſt*, *eſſe*, *&*, *non eſſe*, *eodem*, *tempore*, ſimulacrum ſibimet umquam effinxerit?

§. IX. Ne illud quidem verum eſt, quod multi tamen pro conceſſo ſumunt, *Ariſtotelem* ſtatuiſſe, omnes cogitationes noſtras, quae perceptionem habent adjunctam, viſa eſſe ſeu *phantasmata*. Docuit is e contrario, eſſe notiones mentis noſtrae, νοήματα, quae differant a viſis ſeu phantasmatis, tametſi haec perpetuo illa comitentur. Patet id ex his ejus verbis: (*) Νοήματα τοῦ διάνοιαν ἃ μὴ φαντάσματα ἐστιν, ἢ οὐδὲ ταῦτα φαντάσματα, ἀλλ' οὐκ ἄνευ φαντασμάτων; *Primi autem mentis conceptus, quo differant, ut non ſint phantasmata? Anne hi quidem non ſunt phantasmata, ſed non ſunt tamen ſine phantasmatibus?* Clarum hic & perſpicuum eſt, in hanc eum propendere ſententiam, νοήματα ſeu *mentis conceptus* non eſſe quidem phantasmata, at ſemper tamen adjuncta ſibi habere phantasmata. Hinc poſtea quaerit: Εἰ τὸ νοεῖν φαντασία, ἢ μὴ ἄνευ φαντασίας; *Num intellectio phantaſia eſt, an vero res diverſa quidem a phantaſia, attamen numquam ſine phantaſia?* quod ipſum tamen aliis in locis affirmat, mentem perhibens, numquam *concipere*, νοεῖν, *ſine phantasmate*. Et verum eſt haud dubie, res corporeas & ſub ſenſus cadentes numquam a nobis intelligi, niſi confuſis quibusdam earum viſis ſeu *phantasmatis* in animo praeſentibus: at ſimul tamen animus vim ſuam in eas exercet & notiones earum ſibi fingit: quod niſi faceret, numquam earum naturam comprehenderet. Namque viſa ſeu *phantasmata*, nihil ſunt, quam cogitationes parum perfectae & minus ſolidae, quae interdum praecedunt & perceptiones mentis evocant & invitant, nonnumquam ſequuntur mentis conceptiones ſeu νοήματα, tamquam umbra corpus, tametſi rem numquam comprehendant. Sicut nos ex animo & corpore, naturali vinculo copulatis, conſtamus: ita etiam cogitationes noſtrae de rebus corporeis aliquid habent *rationale* & *ſenſile*, quorum illud animae inſtar eſt, hoc autem loco corporis. „Geometra trianguli formam conſiderans, quo planum faciat, eſſe in ea tres angulos binis angulis rectis aequales, nullum eſt dubium, quin imaginem trianguli cujusdam in animo habeat: at idem nihilo tamen minus notionem quoque ejusdem rationalem animo intuetur: quod quidem facile demonſtrare licet. Omnis nimirum expreſſa trianguli ſpecies, aut angulis eſt obtuſis, aut rectis, aut denique acutis: illa vero ſpecies trianguli, quae in mente ejus *ſubjectum* eſt propoſitionis, quam meditatur, *ratio* eſt trianguli ad nullum generum eorum, quae memoravimus, pertinens. Idem de vocabulo *angulus* in eadem propoſitione dicere licet. Similiter quum phantasma ſeu viſum aliquod generale, aut abſtractum, ſeu rem, cujus clara & perfecta caremus notione, conſideramus, verbi cauſſa, natu-

(*) De anima Lib. III. (c. 9. p. 54. T. II. Opp.)

naturam rosae in universum spectatae, ratio simul & imaginatio ad hanc nonnihil contemplationem conferunt: nam *phantasmata* in se, non secus ac αἰσθήματα seu *sensiones* res sunt individuae: Rosam vero quum generatim concipimus, rem concipimus sensus nostros certo quodam colore ac figura afficientem.

§. X. Quod ad reliquas vero notiones animi nostri attinet, quas antea diximus 45
in se nec esse αἰσθητὰ, *objecta sensuum*, nec φαντασὶ, *objecta phantasiae*, sed νοητὰ tantum, seu *res intellectas*, nulla quidem illis vera & germana possunt adesse visa seu *phantasmata:* sed illa tamen, quae residet in anima, facultas imaginandi, aegre prorsus sese ab illis excludi patitur, valdeque circa illas occupatam sese & laboriosam exhibet. Quare fit saepenumero, quod eodem tempore, quo mens superior in abstractis notionibus & contemplationibus tota haeret, vis imaginandi in parte animi inferiore haud segnius vires suas intendit, cogitationesque animi abstractas imaginibus, figuris, & simulacris a rebus corporeis & sub sensus cadentibus sumtis, tamquam simia, imitari, exprimere, & adumbrare nititur. Atque inde est, quod metaphorae & allegoriae in oratione positae tantopere plerosque delectant & afficiunt. Mirifice enim facultatem imaginandi & corporeas cogitationes producendi, qua valet animus, titillant. Quid? quod ipsam etiam mentem reficere nonnumquam & recreare videntur: quae quidem longis fracta & debilitata cogitationibus & abstractarum notionum contemplationibus, novas veluti vires recipit, quum corpus, veterem amicum suum & socium, comitem sibi in isto labore adsciscit, crassioresque quasdam, corporeas, & comprehensu faciliores imagines offerri sibi sentit, in quas, tamquam corpus, subtiliores cogitationes illas induere & aptior ipse fieri queat ad retrusas & sublimiores notiones suas perspiciendas, quae per corporeum imaginationis vitrum, ut ita dicam, reflectuntur ad eam.

Sunt praeterea alia quaedam spuria phantasmata, quae, tametsi aut nullam habeant, aut exiguam valde cum cogitationibus & notionibus abstractis cognationem & similitudinem, vulgo tamen & semper fere cum illis copulata sunt, non alia de causa, quam quod imaginatio non prorsus cessare vult & otiosa esse. Quocirca simulatque mens abstractam ejusmodi notionem contemplationi suae subjicit, vis imaginandi continuo phantasma ejus generis, quod consuetudo & usus cum illa sociavit, obtendit: ὥσπερ οἱ ἐν τῇ μνημονικῇ πλάττουσι καὶ εἰδωλοποιοῦντες, *quemadmodum illi, qui artificio quodam memoriae subvenire volunt, phantasmata quaedam & imagines pro libitu fingunt*, ad cogitationes quasdam exprimendas & designandas.

Postremo imaginatio interdum citius ipsorum sonorum & vocabulorum, quibus animi notiones exprimuntur, phantasmata quaedam excitabit, quam prorsus negotii & laboris manebit expers: idque potissimum in sermone fit. Quae quum ita sint, perspicuum est, verum illud omnino esse, quod diximus, esse νοήματα seu mentis cogitationes a visis plane semotas, & tales quidem, quarum nemo unquam, quidquid etiam laboret, germanum, verum, & naturale simulacrum effinxerit: neque tamen falli *Aristotelem*, qui has mentis notiones plerumque, maxime in illis, qui mentem a sensibus aegre avocant & adductis non adsueti sunt cogitationibus, commentitia quaedam & notha, aut a verbis ipsis & vocabulis ducta, phantasmata sibi adjuncta habere.

§ XI.

§. XI. Sed pauca quaedam dicenda sunt adhuc de illorum opinione, qui *conceptus mentis*, νοήματα, & *rerum rationes*, quae in anima sunt, ex visis seu *phantasmatis* educi putant, chymico veluti quodam artificio, ab *intellectu* nescio quo *agente*. Primum igitur observo, sententiam hanc unice natam esse ex verbis *Aristotelis* perperam acceptis: cui quidem nihil umquam in mentem venit de spectro ejusmodi, quale *intellectus* hicce *agens* est; id quod ex Graecis apparet interpretibus, qui mentem ejus reliquis felicius assequuti sunt. Deinde dogma hoc simillimum prorsus esse moneo alius, quod pariter Peripateticum dicitur, dogmatis, quo formae materiae expertes ex potentia educi materiae traduntur. Quemadmodum vero utraque haec opinio ex eodem principio, ex eorum nempe inscitia & stupore, qui materiam vitae, sensus, & rationis nesciam omnium rerum esse perhibent initium & caussam: ita etiam utraque aeque inficeta est & absurda. Nam quis, quaeso, sanus tantum impetrare poterit ab animo suo, ut credat, perfectionem exsistere posse ex imperfectione, vigoremque, potentiam, & agendi facultatem ex re gravi, tarda, stupida, & unice patibili profectam esse? Quamquam, si quis rem accuratius pensitet, qui huic opinioni sunt dediti, tantum menti, si modo *agens* illa, quam inducunt, *intelligentia* pars ejus sit, facultatis & vigoris concedunt, quantum nos ei attribuimus. Tantum scilicet inter nos & illos intercst, quantum inter eum, qui diceret, soli esse potentiam lucem ex nocte seu caligi-
45 noso aëre educendi, aliumque, qui solem contenderet facultate pollere lucem ex ipso corpore suo protrudendi. Utrique hi soli parem largiuntur vim & potestatem: verum hic apte magis & proprie enuntiat, quod ille minus accurate ac proprie tradit.

Illi, qui abstractas & generales rerum rationes & notiones, quatenus a visis distinguuntur nihil esse statuunt, quam mera vocabula, quibus nulla subjecta potestas est, tam ridicule & inepte sentiunt, ut quibuscum congrediatur aliquis, indigni plane sint.

CAPUT SECUNDUM.

ARGUMENTUM.

Quaedam mentis notiones non procedunt a rebus externis, sed ab insito & innato animi vigore fluunt. Caussae, propter quas hac in re nonnumquam errant homines. Quousque pertineat perspessio sensus & ubi animi vigor incipiat. Sensus non est justus arbiter de veritate notionum, quas relativas vocant, quae tametsi nil nisi notiones animi, modique concipiendi, propterea tamen veritate haud prorsus carent. Pulcritudo, robur, & virtus rerum naturalium & corporearum ex hisce pendet relationibus & proportionibus. Exempla quaedam ad hanc illustrandam materiam. Omnes rerum arte factarum notiones complectuntur aliquid, quod a sensu haud venit. Verum hoc est in plantis & animalibus. Nulla est essentialis differentia inter res natura & arte compositas. Sensus nullam informare notionem potest naturae illius cogitantis, quae altera pars est animalium ratione praeditarum,

rum, neque hujus universi, quatenus est una moles corporea, multo minus specierum seu modorum naturarum cogitantium.

§. I. Probabo jam, esse quasdam in animis formas & notiones, quae a rebus externis sensibus expositis in eos haud impressae sunt, ideoque non possunt non ab ipsius mentis proprio & nativo vigore proficisci. Primum talium in nobis sunt rerum species, quae nec corporum sunt affectiones, nec afferri ad nos ullo modo per motus potuerunt corporeos, nec denique ullis a facultate, qua valemus, imaginandi coloribus depingi possunt. Hujus generis sunt species & notiones sapientiae, stultitiae, prudentiae, imprudentiae, scientiae, ignorantiae, veritatis, falsitatis, virtutis, vitii, honestatis, turpitudinis, justitiae, injustitiae, arbitrii, cogitationis, immo sensus ipsius, qui cogitationis genus quoddam est, quod sub nullum plane sensum cadit; ut multas alias ejusdem numeri notiones taceam, quae aut cogitationis aliquid continent, aut unice ad naturas cogitantes pertinent. Quum corporeae res, quae sensus cient, ejusmodi ad animos nostros transmittere notiones nequeant, quis demum neget, insitam animi virtutem & foecunditatem eas gignere ac parere? Refertus est deinde animus noster multis notionibus, quas *relativas* vocant, tam corporeis rebus, quam a corpore semotis propriis, quae non possunt non ex illa mentis facultate prodire, qua res comparare inter se ac conferre valet. In hoc genere sunt, caussa, effectus, media, finis, ordo, proportio, similitudo, dissimilitudo, aequalitas, inaequalitas, dexteritas, ineptia, symmetria, asymmetria, totum, pars, genus, species, & alia.

§. II. Errant tamen in his rebus nonnumquam homines, sibique persuadent, has omnes notiones a rebus externis, quae sensus pellunt, in animam plane nihil agentem imprimi. Quorum quidem errorum haec una est caussa & ratio, quod species non modo illarum notionum, quae *relativae* dicuntur, sed etiam reliquarum rerum, a quibus omnis abest materia, virtutis, verbi gratia, sapientiae, animi, Dei, tum plerumque solent in nobis excitari & elici, quum res externae appropinquant, sensuumque nostrorum fores pulsant. Namque homines, qui externam occasionem aut invitationem harum cogitationum non distinguunt ab interiori, a quibus creantur & producuntur, caussa, utriusque generis notiones, tam eas, quae soli rationi patent, quam ceteras, quae a sensibus adveniunt, uni eidemque caussae, rerum nimirum extra nos positarum virtuti & efficientiae attribuunt. Sed quo melius veritas hujus erroris intelligatur, & quousque sensuum 46
perpessio pertineat, ubi rursus mentis vigor & potentia incipiat, certius appareat, tria haec inter se comparabimus: primum speculum seu globum e crystallo conflatum: deinde oculum viventem, qui speculum est videns aut percipiens: postremo, mentem seu intelligentiam viventi huic oculo aut speculo videnti praesidentem.

§. III. Primum igitur, quum res eaedem pari & aequali modo globo vitreo aut speculo, & oculo vita praedito exhibentur & exponuntur, aequo illae modo tam globum aut speculum, quod diximus, quam oculum viventem afficiunt. Id-

Digitized by Google

que ſatis inde liquet, quod oculus in ſpeculum ſeu globum pellucidum intuens, easdem ſibi formas & ſpecies inde offerri ſentit, quas percipit antea, quum res ipſas aſpiceret. Commotio nimirum ieu preſſus globulorum aethereorum, in quo natura lucis ſita eſt, ab opacis rebus procedens pari ratione omne id, quod reſiſtit, pellit & premit, nec minus ideo ſpeculum, quam oculum. Quapropter nihilo plus eſt corporeae perpeſſionis in ſpeculo ſeu globo vitreo, quam in illa oculi parte, quae vitrum refert: nam, quod ante jam monuimus, corporea pars oculi nihil eſt, quam ſpeculum. Neque tamen ſpeculum aut globus ille vitreus ullam rem videt aut percipit, quemadmodum oculus. Hinc apparet, primum, res minime percipi ſua unice virtute & in eum, qui percipit, impreſſione, ſed innata ejus, a quo percipiuntur, virtute, potentia, & dexteritate: ex quo deinde conſequitur, ipſum ſenſum non eſſe meram perpeſſionem corpoream, ſed perceptionem potius affectionum corporearum a virtute quadam & facultate provenientem, quae in animo ſentiente, corpori cuidam vitali modo ſociato, reſidere intelligitur. Atque haec perceptio, tametſi virtutem quamdam, quum cogitatio ſit, contineat, recte tamen animi dicitur affectio ſeu perpeſſio, quia non eſt perſpicua & ratione comparata perceptio commotionum corporis, ſed perceptio tantum ex corporis cognatione & ſocietate ad animam derivata: per quam quidem anima, naturae inſtinctu, imagines varias rerum extra ſe ex intervallo quodam reſiſtentium, ratione coloris, magnitudinis, figurae, & motus, accipit, idque propter varietatem motuum, qui rectis lineis ab his rebus per globulos intermedios procedunt & nervos opticos incitant.

Ipſe igitur oculus, in quo vita ineſt, nihil aliud percipit, quam corporeas illas affectiones, quae eodem modo in illum, quo in quodvis ſpeculum aut globum vitreum feruntur, & ope quidem motus intermedii illius ſubtilisque corporis, quod lucem efficit. Poſtquam vero corporeae hae affectiones ab illo etiam vitali principio, quod facultas dicitur ſentiens in oculo reſidens, receptae ſunt, omnis ibi perpeſſio a re externa profecta ceſſat, nec longius progreditur. E contrario illa, quae hanc conſequitur, facultas animae, quae tertia eſt rerum, quas ſupra commemoravimus, continuo evigilat, vimque ſuam & facultatem in notionem illam, quam ſenſus patiendo percepit, exercet.

§. IV. Addamus, quo omnis ab hoc negotio pellatur obſcuritas, aliud exemplum ab ingenioſo quodam opere mechanico aut αὐτοματῳ artificioſe conſtructo ſumtum. Fingamus, horologium aliquod ſimul exponi globo vitreo ſeu ſpeculo, & oculi viventis ſeu ſentientis aſpectui, ita ut utrique tam pars ejus exterior, quam interior fabrica appareat, ſingulaeque partes cum apte in ſpeculo exprimantur, tum a ſentiente oculo ſenſim accurate percipiantur. Oculus, quum hoc fit, ſentiens hoc unum animadvertet ac percipiet, varie ſeſe paullatim affici a variis coloribus, figuris, angulis, imaginibus, motibus: quae quidem omnia in ſpeculum quoque imprimuntur & ab eo ad oculos remittuntur. Nec enim alia eſt utriusque differentia, quam haec, quod oculus conſcius eſt earum rerum, quas ſuſtinet, non item ſpeculum. At ſi animus jam ſeu intelligentia ad viventem accedat oculum, vimque ſuam multo efficaciorem & robuſtiorem rebus illis, quas ſpeculum reflectit & oculus ſentiens patiendo percipit, applicat, longe alia rerum ſcena naſcitur. Namque mens non modo re ipſa & ratione comprehendit iterum

eadem

Digitized by Google

easdem res, quas sensus antea longe alio modo perceperat, qua de re infra dicendum nobis est aliquid, verum multo etiam longius progreditur: partes nimirum omnes ingeniosae hujus machinae inter se contendit & confert: in principium primum & causſam illam inquirit, unde omnis, qui in ea cernitur, motus exsistit & oritur: catenam deinde illam seu funem observat, per quem motus ille cum primaria communicatur rota: pondus porro, quod motum variarum rotarum, majorum, minorumque, moderatur & temperat, & ab una ad alteram pro- 47
pagat, animadvertit, orbem porro illum in aequales partes divisum, in quo horarum expressi sunt numeri, contemplatur: postremo indicem aspicit, circulum istum obeuntem & cursum suum in aequali semper spatio aequali tempore conficientem: haecque omnia cum inter se comparat, tum cum toto, cujus partes sunt, confert. Hoc autem dum animus officio fungitur, intelligentia, praeter notiones figurae, coloris, magnitudinis & motuum, multas alias rationales in se species & formas excitat, causſae, effectus, instrumentorum, finis, ejus quod prius aut posterius est, aequalitatis & inaequalitatis, ordinis & proportionis, symmetriae & asymmetriae, dexteritatis & ineptiae, signi & rei significatae, totius & partis, verbo, omnes quodammodo, quae sunt, notiones Logicas in medium producit. Interea sentiens oculus quiescit, qui hanc omnem tamen fabricam animo praesentem exhibuit, nec harum aliquid rerum animadvertit: non causſam, non effectum, non aequalitatem, non disparitatem, non ordinem, non proportiones, non symmetriam, non asymmetriam, non signum, non rem signatam, non totum, non partem: namque omnibus hisce rebus nec color inest, nec figura. Et nullus ego dubito, oculum sentientem, si cum mente disputare posset, confidenter & audacter pugnaturum esse, nihil esse rerum illarum, quas intelligentia videt, in ista machina, mentemque eas sibi fingendo vehementer errare ac decipi: namque omnia, quae a rebus externis proficiscuntur, fideliter a se ad mentem esse transmissa: mentem vero omne quod intelligit & percipit ab oculo sentiente unice accipere. Testaretur, certus sum, sensus, quo causſam suam tanto melius ornaret, appositum speculum seu globum pellucidum, in eoque ostenderet nullas istiusmodi Logicarum & abstractarum notionum formas & imagines apparere. His vero omnibus parum sensus proficeret. Ipsemet enim quum libere concedat ac ingenue confiteatur, nullas istarum specierum a rebus externis ad se transmitti, qualescumque demum illae sint, sive verae, sive commentitiae, hoc tamen certum manebit, soli eas obversari intelligentiae, nec posse non in ipsa mente per insitum quemdam vigorem & potentiam excitari.

§. V. Certe si vel hoc controversia careret, σχέσεις seu *relationes* causſae & effecti, totius & partium, similesque, meras esse mentis notiones, modosque concipiendi in nobis, unice significantes, quaenam res comparate tantum intelligi debeant: haud inde tamen conficeretur, nihil omnino stabilitatis ac veritatis eas habere atque nihil prorsus esse. Intelligentia enim, quum res sit vere exsistens, plusque veritatis & constantiae adjunctum sibi habeat, quam corpus seu materia, modos intelligentiae oportet res aeque certas & veras esse, ac materiae sunt modi & temperationes. Itaque causſa & effectum, totum & pars, symmetria & asymmetria ceteraeque omnes notiones Logicae, non minus vere exsistent atque erunt, quam durum & molle, dulce & amarum, calidum & frigidum, quae nemo negat

res eſſe veras, tametſi modi tantum ſint materiae, illaeque notiones, quae ad ſolam referuntur intelligentiam, tantum habebunt ſtabilitatis & veritatis, quantum viſa illa, quae ad ſenſus unice perveniunt. Hoc autem minime concedi debet, modos conceptionis in animo, qui ſedes eſt omnis veritatis, rebus ipſis, quae concipiuntur, haud eſſe ſimiles: quod ſi ita eſſet, quemadmodum hi modi rebus ipſis haud reſponderent, ita falſae etiam forent. Sunt certe, quibus extra omnem poni poteſt controverſiam, *Schefes* has ſeu *relationes*, tametſi ſenſu attingi nequeant, haud eſſe tamen meras animi notiones aut commenta, quibus nihil in rebus externis, quas referunt & exhibent, reapſe reſpondeat. Artem & ſcientiam nemo negaverit res eſſe ſtabiles & veras, quoniam maximi ponderis & momenti effectus cum in ipſa rerum natura, tum in univerſa hominum vita gignunt & producunt: at quis neſcit, eas tamen unice in contemplandis & conferendis inter ſe rerum relationibus, viribus, & finibus verſari? Quod ſi ergo haec omnia umbrae tantum eſſent ac ſimulacra, nil niſi Logicae notiones, *Entiaque*, ut ajunt, *rationis*, quomodo, quaeſo, res tam inſignes & praeclaras efficere poſſent? Ipſa, hoc ſi verum eſſet, ars & ſapientia tota eſſet futilis ac commentitia: perinde quoque foret, quid quisque ageret vel ſuſciperet ad certam quamdam rem obtinendam & conſequendam: omnes denique homines, quod *Protagoras* quondam cenſuit, aeque ſapientes & prudentes eſſent, nec ulla inter ſe ratione diſtarent. Adde his, ſi ab efficientia, vi, & impulſione diſcederes, quae in rebus corporeis ad unum motum tota redit, nullam fore aliam externam cauſſam, per quam effici poſſet aliquid, neque virtus illa ſcientiae & artis, quae *exemplaris* vulgo *cauſſa* dicitur & a vi, impetu, & coeca impulſione diſtinguitur, aliquid eſſet, quam ſomnium & inane viſum. Taceo, virtutem, juſtitiam, & boneſtatem, dato illo,
48 quod diximus, neceſſario inter fabulas & commenta fore referenda, quum bonum & malum morale nil niſi *relationes* ſint; quin etiam, quod majus eſt, convenientiam rerum & diſſenſionem, utilitatem ipſam & inutilitatem, nil niſi commenta & nugas fore.

§. VI. Senſuum quidem teſtimonium & auctoritas magni fieri & aeſtimari debet, quum quaeritur, quidnam extrinſecus ad animum noſtrum advenerit, quidnam non advenerit? Fieri enim nullo pacto poteſt, ut aliquid ab illis rebus, quae ſenſu poſſunt attingi, ad mentem perferatur, niſi per ſenſus tranſeat & per eos ad animum mittatur. Senſus vero quomodo ad animum aliquid transmittere & neſcius tamen rei illius, quam cum animo communicat, eſſe poteſt? At tum ſenſuum omnino repudiari debet ſuffragium, quum de eo, quod vel verum, vel commentitium eſt in iſtis notionibus, quaeſtio inſtituitur. Hujus enim controverſiae juſtus arbiter ſenſus eſſe nequit, quoniam cognitio rerum non a rerum externarum vi, potentia, & luce ſenſus noſtros pellente ac concitante naſcitur, ſed ab efficientia mentis interiori res ſua virtute comprehendentis & dijudicantis. Docuimus nimirum ſupra jam, *in cognoſcendo*, ut (*b*) *Boëthii*, quem ante laudavi, verbis utar, *cuncta ſua potius facultate, quam rerum, quae cognoſcuntur, uti. Cum enim omne judicium judicantis actus exſiſtat, neceſſe eſt, ut ſuam quisque operam non ex aliena, ſed ex propria facultate perficiat.* Quocirca haud decet nos ideo notiones illas, quae *relativae* dicuntur, pro meris commentis aut concipiendi modis habere,

(*b*) *Boëthii*] *De conſolat. philoſ. Lib.* V. *p.* 132.

re, quia sensus res ejusmodi extrinsecus ad se pervenire haud sentit, exiguaque & angusta ejus facultas minime illas comprehendit, sed menti & intelligentiae potius, cujus quippe facultas amplior est & acutior, fidem habere oportet, quae de rebus ita judicat, ut insita vi sua eas simul complectatur & comprehendat.

§. VII. Rite igitur & accurate cuncta circumspicientibus, apparebit facile, non pulcritudinem tantum & formositatem, sed etiam vim & facultatem rerum naturalium & corporearum ex relationibus ejusmodi & proportionibus unius naturae ad alteram pendere. Nam quid, quaeso, pulcritudo est in illis rebus, quae videntur, quid concentus in sonis, quam proportio, symmetria & dimensio figurarum & sonorum inter se, per quam id, quod infinitum est, sub mensuram vocatur & determinatur, id, quod multiplex & varium, ab eo, quod simplex & unum, vincitur & superatur, & hac ratione oculis & auribus auditorum & spectatorum, qui rationis sunt compotes, suavitas quaedam & voluptas creatur? Apparent nimirum in pulcritudine ac concentu certa quaedam ludicra incitamenta animi, & imagines artis & sapientiae, immo ipsius, id quod deinceps docebimus, virtutis, id est, scientiae generatim spectatae, per quas animus suam veluti ipsius faciem & imaginem, ad se per corporeum quoddam speculum remissam, cernit ac contemplatur.

Sed fortassis occurrent hic nobis aliqui, dicentque, pulcritudinem nihil esse, nisi visum, nec argumento idcirco esse posse, in his relationibus rei aliquid & veritatis esse. Addo igitur, ipsam quoque virtutem & facultatem rerum corporearum sitam esse in mutuo illo rerum inter se respectu ac proportione. Dabunt hoc, ni fallor, omnes in quibus ratio & judicium est: nec virtutes mechanicae dubitare aliquem de rei hujus veritate sinent. Ipsa sanitas & fortitudo corporis animalium ex mutua membrorum inter se coagmentatione & apta humorum partiumque sensus aciem fugientium temperatione & moderatione nascitur. Tolle hanc convenientiam & conspirantem inter se totius corporis temperaturam, aut fac eam labefactari saltim & conturbari, & statim morbi & languores corpus invadent. Amplius aliquid dico. Nonne robur, pulcritudo, & concinnitas totius cujusdam exercitus in ordine consistit? Fingamus, subtilem quemdam & ingeniosum Sophistam, aut popularem oratorem ab hoste ad numerosum aliquem, formidabilem, & validissimum mitti exercitum, militumque animis callide ab hoc homine instillari, ordinem nihil esse, quam commentum aliquod & Logicam notionem, rem a ducibus astute inventam & excogitatam, quo facilius milites in officio & obedientia continerent, ac pro habitu quocumque vellent ducerent: fingamus, tantum eloquentia hunc hominem valere, ut militibus rem ita esse persuadeat: milites igitur universos ordines & cohortes suas deserere, discurrere inter se, & toto campo confuse ac conturbate ferri, denique solutos ita & omnis disci-49
plinae expertes ad hostem properare jam advenientem: quid hisce, obsecro, fiet copiis? Nonne suum ipsae interitum ac perniciem accelerabunt, hostiumque pusilla licet & exigua manus, modo apte disposita sit & ducibus rerum peritis obtemperet, facile victoriam de illis referet? Ordo scilicet efficit, ut *junctis* omnes totius alicujus partes *viribus* ad unam metam contendant, & totum ipsum hac ratione omnium & singulorum membrorum suorum vires & opes in semetipso conjunctas & copulatas possideat.

Digitized by Google

§. VIII. Quae quum ita ſint, equidem, ut ad exemplum illud revertar, quod paullo ante ab horologio ſumſi, ſic ſtatuo: Notiones illas, quas diximus, cauſſae, effectus, proportionis, ſymmetriae, ordinis, totius & partis, ſimilesque, quatenus ut νοήματα ſeu *conceptus mentis* in ſe ſpectantur, in ipſa quidem unice mente eſſe, non ſecus ac reliquae rerum omnium notiones & ſpecies: at intelligentiam tamen eas comprehendentem nihil in machina illa, quae per ſenſus ipſi exhibetur, vel fabricari, vel mutare, quia omnes hae *relationes* vere in illa inſunt, tametſi in ſenſus imprimi & ab illis recipi nequeant. Vera igitur natura, *ratio*, ut ajunt, *formalis*, eſſentia & notio machinae illius ſeu horologii, conflata & compoſita eſt ex diverſis hiſce, quas nominavi, *relationibus*, quae ita naturam ejus ingrediuntur, ut ſine illis intelligi plane nequeat. Atqui ſenſus nullam earum comprehendere & complecti, multo minus univerſam compagem ſeu Logicum earum Syſtema attingere & percipere valet. Fieri nulla ratione poteſt, ut natura machinae cujusdam, in qua motus eſt, aut horologii, aliter intelligatur, quam per notionum illarum *relativarum* comprehenſionem, virtutemque quamdam & efficientiam Logicam, conjungentem & comprehendentem, quae ex omnibus illis notionibus unam ſeu totum aliquod componere valet. Etenim horologium non conſiſtit tantum ex auro & argento, aere atque ferro, inter ſe qualicumque modo junctis & copulatis, aut potius confuſis & permiſtis, verum ex apta & concinna variarum horum metallorum particularum in diverſis machinae partibus diſpoſitione & diſtributione, figurarumque diverſarum, quibus hae praeditae ſunt particulae, tam artificioſa temperatione, ut omnes ad unum aequalem & conſtantem motum efficiendum aliquid conferant: qui motus una cum temporis decurrat & progrediatur motu, orbem numeris horarum ſignatum obeat, eoque, tamquam menſura quadam, contineatur, ipſe vero viciſſim menſurae vicem praeſtet, quae quantitatem & intervalla taciti illius & ſibi ſuccedentis curſus diſtinguat & dimetiatur, qui, fluminis inſtar rapidi ac profundi, una cum rebus omnibus tacite ac ſine ullo ſtrepitu labitur, progrediensque gradu tam molli atque leni pergit, ut nulla usquam ſui veſtigia, nullas notas, nulla ſigna relinquat.

§. IX. Ut igitur oculus noſter ſentiens accuratiſſime & magno ſtudio externam horologii cujusdam partem contempletur & conſideret: numquam tamen interiorem ejus rationem & naturam aſſequetur & comprehendet, quatenus ea totum eſt quoddam variis conſtans partibus, non tam corporeo contactu vel continuatione, quam mutua ad unum finem obtinendum conſenſione, inter ſe junctis & ſociatis. Similis eſt ſenſus noſter anguſtorum illorum teleſcopiorum, quibus ſi oculus armetur & lunam aſpiciat, haud tamen totum hocce ſidus ſibi ſimul ſubjicere, ſitum formamque variorum montium, vallium, & marium, quae ſunt in illo cognoſcere, totiusque corporis unam & aptam inter ſe notionem informare, ſed paullatim & ſenſim partes tantum ejus contemplari poteſt. Intelligentis poſtea ſpectatoris, abſoluta contemplatione, officium eſt, varia haecce viſa tam ſcite contexere atque inter ſe componere, ut una & continua regio, in ſuas diſtributa partes, oculis in charta exhiberi queat.

Ergo proprie ſi loquendum ſit, oculus minime dici poteſt ullam machinam aut horologium cernere poſſe. Namque varie tantum is a parte machinae externa afficitur, ab ejusque diverſis figuris & coloribus diverſas in ſemetipſo excitari per-

Digitized by Google

perpessiones animadvertit. Veram autem ejus & interiorem rationem, quatenus totum est ex variis partibus apte ac artificiose ad eumdem finem obtinendum inter se connexis constans, tantum abest, ut sensus assequi valeat, ut ne unicam quidem notionum illarum, quae *relativae* vocantur, attingat. Neque nuda vis imaginandi ampliori, quam sensus, potestate praedita est. Meo quidem judicio differentiam illam, quae inter sensum visus intercst & tactus, non male cum discrimine illo, quod sensum secludit ab intelligentia, comparaverit aliquis. Qui tangit, is unam tantum rei cujusdam partem complectitur: at oculus universam corporis extremitatem una intuetur. Ita sensus res singulares tantum videt: at mens mutuos earum respectus expendit, comparationeque inter eas instituta, notionem totius simplicem & unam, variis licet ex partibus constantem, virtute sua effingit & informat. Quare ratum hoc & certum maneat, *rationem* seu notionem abstractam horologii aut alius cujusdam machinae, in qua motus inclusus est, non extrinsecus ad animam afferri, sed ab interiore, qua valet animus, potestate & facultate agendi atque comprehendendi excitari atque creari, sumta occasione a notione illa, quae in sensus incurrit.

§. X. Sunt in animis nostris multae hujus generis aliae notiones *totorum* ex diversis corporeis partibus compositorum, quae, tametsi locis saepenumero disjunctae sunt, per mutuos tamen respectus ex certis earum actionibus, quas ut naturae cogitantes edunt, fluentes, contexte inter se junctae sunt & ad unam eamdemque metam ordine ac ratione pergunt. Has notiones sensus nullo modo assequitur: ex quo efficitur eas non esse adventitias, nec in animum a rebus externis imprimi. Neque tamen mera sunt commenta, aut, ut loqui solent philosophi, *entia rationis*, sed res vere existentes, stabilesque, quae certis ex naturarum cogitantium actionibus consequuntur: quas actiones quia sensus una & simul comprehendere nequit, evidens est, notiones ex conspiratione earum mutua nascentes extrinsecus ad animum advenire haud posse. Talis est, verbi caussa, notio civitatis seu reipublicae, quam hominem nominare solent arte factum. Est vero civitas coetus multorum hominum consensione mutua seu pacto inter se sociatorum, uniusque subjectorum imperio, qui certis quibusdam legibus, tamquam una voluntate, gubernari sese patiuntur, boni publici caussa. Homines, ex quibus haec constat multitudo, aut externas potius eorum partes videt oculus: at quis umquam visu foedus ipsum assequetur, quod eos inter se jungit, quod quidem nihil est, quam *relatio*, aut *totum* ex illis contextum, seu formam interiorem reipublicae & civitatis, aspicere poterit? Certe notio reipublicae ex ipsius animi facultate agendi & diversas inter se res jungendi procedit & nascitur.

Omnes, ut multa paucis dicam, formae ac species rerum, quae arte parantur & *mechanicae* dicuntur, continent aliquid, quod a sensu haud proficiscitur, nec a rebus externis ad animam transmittitur: idque, tametsi minime fictum prorsus & commentitium sit, sed ad rei ipsius naturam omnino pertineat, haud tamen aliter, quam mente atque cogitatione comprehenditur. Errabit, exempli gratia, qui domum seu palatium existimabit nihil esse, quam materiam, lapides, caementum, calcem, ferrum, vitrum inter se copulata & contexta: vera enim domus *ratio* & natura constistit ex notionibus, quae *relativae* dicuntur, inter se junctis. Est nimirum domus rerum illarum, quas diximus, apta & conveniens dispositio

ad

Digitized by Google

ad unum totum ſeu unam *compagem* efficiendam, quae ex variis partibus, ſpatiis, gradibus, oſtiis, feneſtris, caminis conſiſtit, hominumque habitationi variisque commodis & uſibus conveniens eſt. Scita igitur & praecepta Logicorum de toto & partibus, de ordine, de proportione, de ſymmetria, de convenientia, de venuſtate cum ferro, ſaxo, vitro, ligno in domo ita ſunt copulata veluti, ut rudem & confuſam materiae molem informent & adornent, utilemque non modo hominibus, ſed etiam pulcram & concinnam faciant. Quocirca nemo ſanae mentis magnificum & regale palatium ideo minus intra ſe cohibere veritatis atque ſtabilitatis dixerit; quam acervum varii generis quisquiliarum temere ac confuſe congeſtum, quia notio ejus partim ex Logicis conſiſtit notionibus, quae pro rebus habentur commentitiis, quum acervus ille contra ſolida ſit materia nulla forma & ſpecie rationali adjuncta. Namque haec ipſa forma Logica, quam mens & ratio in palatium illud impreſſit, princeps illud exemplar, quod in animo primum fuit architecti, & inde rudem in materiam multo & vario labore ac induſtria ſenſim & paullatim introductum eſt, unica res illa eſt, quae palatium id ab indigeſta diſtinguit & confuſa quadam mole, efficitque, ut domus ſeu palatii naturam habeat. Itaque multo plus in eo veritatis eſt, quia ex arte ac intelligentia non modicam ſui partem accepit. Fac vero ſenſum ſeu oculum animantis ratione deſtituti ſplendidiſſimum & pulcerrimum intueri palatium, nec exteriores tantum, ſed & interiores omnes partes ejus ſpectare: fac, oculum illum aeque ab hac domo valide commoveri & affici, atque animus afficitur ab ea hominis: num idcirco ille veram ſpeciem, formam, & rationem domus comprehendet ac cognoſcet? Nullo certo modo. Nulla res, niſi ratione & interiori agendi virtute praedita ſit, hanc formam umquam complectetur ac intelliget.

51 §. XI. Quod de rebus diximus, quae arte perficiuntur & ingenio, id non minus eſt verum, ſi ad res transferatur naturales, quae variis ex partibus conſtant, quales ſunt plantae & animalia. Scio vulgo exiſtimari, res naturales & artificioſas naturali quodam diſcrimine ſejungi ac diſtare: at qui ratione hoc discrimen metiuntur, illis aut nullum, aut exiguum apparebit eſſe. Eſt nimirum in omnibus rebus artificioſis natura quaedam: & viciſſim in omnibus rebus naturalibus compoſitis ars conſpicitur. Plantae ac animalia nil ſunt, quam machinae, ingenti & divina arte contextae: Et animalia ſigillatim multo plus ſapientiae, ingenii, varietatis, ac ſcientiae curioſis exhibent ſpectatoribus, quam ulla oſtendunt *automata* ſeu machinae vi ſemetipſas movendi praeditae, quas humanum invenit ingenium. Quare vera animalis forma, ſi corporis unice ſtructuram ob oculos nobis ponamus, (confitendum enim nobis eſt, eſſe aliquid non modo in hominibus, verum etiam in beſtiis, praeter corpus, alius nempe generis naturam, aut rem cogitantem, conjunctam cum corpore, ſi quidem cogitare poſſunt animalia corporis ſtructura ſepoſita) notio eſt, varias cohibens in ſe Logicas notiones, nec idcirco in animum a ſenſu impreſſa. Namque ſenſus colores quidem & figuras varii generis tam in externis animalium. quam internis, partibus animadvertit ac percipit, haud tamen eas in unum aliquod *totum* colligit. Notio vero animalis, quae Logicum aliquid continet, quae animal nobis tamquam unum exhibet *automaton*, ex diverſis conſtans membris apte inter ſe connexis & ad unum finem via & ratione conſpirantibus, quo commodum illud fiat naturae cogitantis domi-

Digitized by Google

micilium, corpusque ali & nutriri, loco moveri, sentire & reliquas actiones vitales edere queat, haec, inquam, notio haud percipi potest, nisi a facultate, quae menti insidet, agendi, sociandi, & comprehendendi.

Idem jure dixeris de magna illa & amplissima machina, quam aliqui pariter animal esse volunt, mundo, inquam, aspectabili seu rerum natura ex materia constante, quae ob pulcritudinem κόσμος seu *mundus* dici solet: sive hoc vocabulo unum illum vorticem designemus, cujus haec terra nostra, quae in stellis est errantibus, pars est, sive magnum illud universum eo nomine appellemus, quod ex tot constat vorticibus, quot in coelo fixas cernimus stellas, quae totidem soles sunt in medio vorticis cujusdam loco positi, circa quos certus stellarum errantium numerus fertur & vagatur. Hanc molem quum sensus noster intuetur & totam circumspicit, nunc unam sibi offerri percipit stellam fixam, nunc aliam: hic lunam cernit, illic solem: jam montem spectat, paullo post vallem: hoc tempore flumen videt, alio mare, plantas, animalia, & multa alia. At in viribus ejus haud positum est, omnes istas formas & species colligere & inter se jungere, unamque ex illis totius mundi notionem conficere, quatenus ille machina est artificiosissime composita, aut ex multis consistit machinis ex innumerabilibus partibus curiosissime & elegantissime contextis, in quibus omnes, quae fieri & cogitari possunt, *relationes* Logicae apparent, sed tanta, tamque admirabili proportione, convenientia, & artificio, tam totius, quam singularum ejus partium respectu, dispositae ac collocatae, ut unam efficiant formam aptam inter se & omni ex parte consonam.

Patet igitur ex illis, quae diximus adhuc, notiones, quibus animus noster refertus est, *relativas*, non esse species a visis objectis in animo impressas & signatas, sed ipsius mentis insita virtute & efficientia produci. Atqui nulla est species aut notio rerum corporearum, quae compositae sunt, sive hominum sollertia comparatae sint, sive naturae ipsius artificio factae, quin Logicas ejusmodi *scbeses* & *relationes* cohibeat & contineat. Hinc probatum simul dedimus, nullam rem corpoream & compositam, cujuscumque sit naturae & generis, a sensu intelligi, neque speciem ejus extrinsecus a visis objectis animo imprimi, verum unice ab amplissima, quae menti est, res diversas sociandi facultate comprehendi & ex innata ejus virtute gigni.

§. XII. Longe vero minus haec res dubitationis habet, si reliquas notiones ante jam commemoratas, quae vel varios modos naturarum cogitantium exhibent, vel respectum aliquem ad eas continent, ob oculos nobis ponamus. Fateor, objecta visa, quae sensus pellunt, occasionem saepenumero praebere, ut hae formae & species in nobis excitentur: sed numquam probabit aliquis a rebus eas externis in nobis creari & menti imprimi. Illustrabo hoc iterum exemplo horologii seu machinae semetipsam cientis, quae primum sensui offertur, at postea ab efficientia mentis comprehenditur & cognoscitur. Postquam animus claram & 52
accuratam horologii notionem informavit, quod ideo ab artifice contextum est, ut aequali motu suo aequalem motum sive solis & coeli, ut quidam putant Astronomi, sive terrae, ut aliis placet, dimetiatur, temporisque tacite & sine sensu praeterlabentis quantitatem nobis designet: postquam idem quam scite & artificiose singulae hujus machinae partes ad propositum hoc accommodatae sint,

Digitized by Google

attente considerauit, nihilque vel redundare, vel deesse eorum, quae ad illud obtinendum requiruntur, cognovit: postquam denique summam totius operis elegantiam & pulcritudinem intellexit: altius meditando suapte vi & natura adscendit, & evidenter ac perspicue percipit, artem quamdam ac scientiam vita & agendi virtute praeditam effeciſſe, ut scitum & concinnum hocce opus formam, quam habet, adipiscereturr. Igitur notiones artis & scientiae, hac data occasione, naturae necessitate ex ipsa mente excitantur & educuntur. Nec tamen in una scientiae & artis contemplatione animus diu fixus haeret. Nam quum hae res modi sunt naturae cogitantis & vere existentis, statim ad naturam quamdam intelligentem, ad artificem & auctorem venustae, quam contemplatur, machinae progreditur: dumque denuo eam intuetur, nomen ejus litteris elegantibus insculptum in ea videt, cujus statim sonum pronuntiat. Longe alia viventis oculi seu solius sensus in hoc negotio ratio est. Is enim, quia notiones Logicas in ista machina percipere haud potest, nullam vel artis & scientiae, in quibus quippe nec color est, nec figura, vel auctoris & artificis speciem & formam effingere, multo minus sonum nominis artificis, quod notis in horologio insculptum est, assequi & perspicere valet. Oculus nimirum nihil cernit, quam id, quod in globo vitreo seu speculo apparet aut exhibetur. Itaque notiones artis & scientiae, auctoris & artificis, non extrinsecus ab horologio in animo imprimuntur, sed ex ipsa mente aspectu ejus excitantur & eliciuntur: nec figurae litterarum, quibus nomen expressum est artificis, sonum nominis hujus ad animam mittunt, sed occasionem tantum animo suppeditant, nativa illum virtute sua producendi.

§. XIII. Idem saepenumero usu nobis venit, quum magnam illam universitatis hujus fabricam, quae aequabili ac perpetuo motu cietur, Deique ipsius, optimi ac praestantissimi opificis, artificium & opus est, contemplamur. Nihil inde ad nos extrinsecus advenit, quam id, quod per motum, aut in pellucido aëre, aut liquido aethere, qui contiguus est omnibus solidis corporibus, repraesentatur: neque, praeter hoc, naturae sentientes aliquid percipere ac comprehendere possunt. At mirabilem tamen harum rerum aspectus variarum cogitationum & commotionum scenam in nobis producit. Quibus quidem cogitationibus & motibus imagines & species a rebus corporeis, varioque mundi hujus ornatu ad nos fluentes, ansam & occasionem praebent existendi, minime vero naturam & ortum largiuntur. Omnis enim earum efficientia, omnisque ratio unice ab innata mentis virtute & agendi facultate nascitur. Attulimus jam ejusmodi notionum & cogitationum exempla quaedam, quum de notionibus mutuorum respectuum vel ipsorum corporum inter se, vel variarum ejus partium loqueremur. Mens notionibus hisce fulta eo pervenit, ut non modo species naturarum corporum singularium effingat, sed etiam totius rerum naturae notionem & formam in semetipsa producat cohaerentem inter se & continuam: at in sensus, qui singulas tantum rerum partes cernit & sensim, progressuque temporis percipit, viribus haud positum est, ea, quae particulatim accepit, in unam summam & veluti corpus colligere. Longius etiam progreditur intelligentia. Suapte nimirum vi, arrepta ex corporearum rerum formis, quas sibi cernit obversari, occasione, eo sese attollit, ut certas aliarum quoque rerum, in visis objectis haud existentium & ab omni corporea concretione remotarum, formas in semetipsa excitet. Ingentem scilicet

Digitized by Google

licet postquam admirationem ex contemplatione stupendae illius machinae & artificiosissimi operis, quod mundum dicimus, concepit, continuo non potest non intelligere, viventem quamdam artem & sapientiam princeps ejus exemplar esse, virtutisque suae ac potentiae vestigia & imaginem quamdam in eo expressisse. Itaque divinae hujus artis & sapientiae speciem aliquam in semetipsa excitat & gignit. Post, ubi cognovit, omnes magnae hujus mundi machinae, aut, ut veteres arbitrantur, animalis, membra & partes, non modo ad universi pulcritudinem perficiendam, verum etiam ad singularum ejus partium, quotquot illarum vita & sensu valent, salutem & felicitatem comparatas & adornatas esse, praeter illam artis & sapientiae notionem, aliam sentit in se oriri formam, bonitatis nimirum & benignitatis, quae arti praefuerit, omnesque ejus affectus gubernaverit, determinaverit, ac moderata sit. At hae duae res, ars primum, sapientia, & cognitio, deinde bonitas, benignitas, & justitia non possunt aliter spectari, quam modi naturae cujusdam intelligentis seu mentis, in qua insint. Quocirca animus 53
noster repente notionem supremi Numinis, tamquam auctoris & architecti ingentis & immensae hujus machinae, informat: quod mentem esse sentit infinitae bonitatis & sapientiae participem. Hinc magni conditoris & praepotentis Dei nomen veluti exclamat; quod distinctis plane notis in rebus corporeis expressum esse cernit. Pepulit scilicet sonus nominis hujus aures ejus, perspicue quidem, at modo tamen tam abdito, tamque retruso, ut omnem sensus attentionem fallat, qui ne minimum quidem ejus sibilum percipere valet. His gradibus animus ratione praeditus a rerum corporearum & concretarum contemplatione ad Deum ascendit. Ex unius nimirum artis & sapientiae illius, quae ubique in hac rerum universitate cernitur, vestigiis & signis, colligit atque concludit, esse causam mundi principalem, unam infinitam & aeternam mentem, quae speciem suam omnibus in rebus impresserit ac signaverit. Is, qui sex aut plures audit Musicos tam scite fidibus canere, ut singularis & unus inde oriatur concentus, tametsi quilibet eorum certas partes sibi datas obeat, statim inde conficit, praeter homines istos instrumenta pulsantes musica, quorum quisque id tantum curare munus potest, quod sibi est impositum, aliam quamdam harmoniae istius causam esse. Fieri enim nequit, quin ista concentus concordia, ad quam obtinendam unusquisque agminis hujus aliquid confert, ab arte quadam & peritia Musices unius mentis procedat, quae exemplar princeps & prima causa harmoniae sit illius, quam universi efficiunt. Haud aliter sapienti hunc mundum intuenti cogitare licet. Forte homo aliquis Deo inimicus sibi persuaserit, naturam quamlibet propria quadam & insita vi auctorem primum & causam efficientem muneris esse illius, quo in rerum natura fungitur. At quum omnia tamen mundanae hujus machinae membra ad unam perfectissimamque harmoniam mirifice conspirent, sit necesse est una quaedam mens rebus omnibus praesidens, principalis & *archetypa* mundi causa, in qua totius mundanae Musicae, tamquam rei unius ex variis partibus constantis, descriptio recondita lateat.

§. XIV. Si qui sunt, quibus ea, quae diximus, sufficere nondum videntur ad id efficiendum, quod probatum dare cupimus, plus saepius a mente cognosci ac percipi tam in rebus ipsis, quae sensibus expositae sunt, quam occasione ab illis data, quam sensus recipit & animo extrinsecus imprimitur, nec ideo dubitari

poſſe, quin interior quaedam agendi vis ſit in eo, qui percipit, illi ſequentibus fortaſſis exemplis ut mecum ſentiant, adducentur.

Fingamus, brutum animal & hominem uno tempore eamdem ſtatuam ſingulari arte elaboratam, aut eamdem picturam vel tabulam aſpicere: Hic brutum illud animal, non ſecus ac homo, cuncta recipiet atque ſentiet, quae a viſo objecto per motum particularum ad ſenſum feruntur, omnes nimirum ſtatuae aut tabulae figuras & colores. Verum homo tamen continuo aliquid in iſto perſpiciet atque animadvertet ſigno, cujus ſpeciem & formam numquam ſibi beſtia effinxerit, pulcritudinem, nimirum, venuſtatem, partium omnium convenientiam, vultus denique ac faciei dignitatem & vitalem veluti ſpiritum. Et animalis tamen bruti oculus nil ſpeculo ſeu vitro ſplendore cedit, plusque forte habet perſpicientiae atque facultatis percipiendi, quam hominis oculus.

Fac hominem animalque rationis expers uno tempore unum eumdemque cantum & ſymphoniam auribus accipere: animal, ſi a ſono & ſtrepitu diſcedas, nihil ejus rei percipiet: at homo concentum etiam admirabitur & recreari eo ſeſe ſentiet, quin etiam ſibimetipſi fere virtute ejus nonnumquam eripietur. Unde hoc diſcrimen? Haud dubie ab interiori quadam virtute ſeu anticipatione in hominis animo ſita, qua beſtia ratione vacua deſtituitur. Nam utrique, tam homo, quam animal, eosdem ſonos audiunt, & hoc tamen harmoniam haud percipit.

Eadem certe hoc in negotio rerum, quae vel videntur, vel audiuntur, ratio eſt. Namque ſenſus hominis, quia rationi ac intelligentiae vicinus & finitimus eſt & in eodem, quo illa, habitat & reſidet animo, non poteſt non a ratione quodammodo affici ac veluti imbui & informari. Quocirca quum in viſis objectis veſtigia quaedam intelligentiae aut aliquid menti cognatum animadvertit, proportionem, verbi cauſſa, ordinem, convenientiam, quae formae ſunt artis & ſcientiae in materia ſignatae, quum ipſa ſcientia res ſit uni rationi patens & aperta, valde hinc eum commoveri atque voluptate affici, neceſſe eſt. At beſtiarum animi nullas anticipatas habent rerum formas, ſed a rebus tantum externis pelluntur & incitantur: quapropter nihil percipere valent, quam id, quod res externae in eos imprimunt.

54 Amplius aliquid addo. Homo etiam *ſymbolicam* ſimilitudinem quamdam virtutis & vitii in varietate ſonorum & numerorum apte temperata & miſta deprehendet: nam, quod *Ariſtoteles* obſervavit, ſunt non modo εὐθυσιαστικὴ ἁρμονία, *harmoniae enthuſiaſticae*, verum etiam ἠθικὴ ſeu *morales*: quemadmodum illi, qui *phyſiognomi* dicuntur, hominum mores naturasque ex certis in corpore, oculis, vultu, fronte hominum ſignis pernoſcunt. Haec vero numquam animal ratione carens aſſequetur. Naſcitur vero, id quod evidens eſt, haec inter hominem & beſtiam differentia non ex abſoluta rerum externarum natura, neque ex impreſſione earum, verum ex diverſo earumdem ad interiores quasdam & efficaces anticipationes, quae in ipſo ſunt percipientis animo, reſpectu & habitu. Sunt nimirum in mente hominis certae anticipationes & notiones morales ipſa natura impreſſae, quae faciunt, ut ſtatim ea cognoſcat & animadvertat, quae in rebus corporeis notionibus iſtis quodammodo cognatae ſunt. His vero notionibus animantia carent ratione vacua.

§. XV. Quod ſi rurſus judicium eorum, in quibus ingens eſt Muſices artisque

Digitized by Google

tisque pingendi peritia, cum judicio hominum ex multitudine, qui has artes haud attigerunt, comparemus, nova huic veritati, de qua loquimur, lux orietur. Pictor usu & doctrina excultus multas artis, quam didicit, elegantias in pictura quadam cernit, multa in umbris & in eminentia probat & admiratur, quae alii non vident artis ejus nescii: Homo Musices cognitione excellit, quum agmen quoddam sui generis ad harmoniam audit canere, multas numerorum & modorum compositiones cum insigni admiratione percipiet, quas reliquorum hominum aures haud capiunt. Et erunt fortassis aliqui ex illis, qui nullam rei Musicae scientiam sibi compararunt, quos aut citharae unius raucus & inconcinnus strepitus, aut rustica inficeti cujusdam tubicinis Musa plus delectabit, quam exquisita & omni ex parte absoluta modorum & sonorum variorum convenientia.

Ratio discriminis hujus nulla est alia, quam ea, quae allata est a nobis. Qui artem quamdam callent, varias interiores artis & scientiae anticipationes impressas gerunt in animis suis: quae quum ab impressione ejusdem artis & scientiae in rebus externis, quae sensibus expositae sunt, excitantur, subito jucundum quemdam in animo sensum & convenientiam, quam cognatio & affinitas notionum parit, efficiunt. Ars nimirum & scientia, quae menti insidet periti & exercitati auditoris, *συγγνεια*, *cognatum sibi aliquid*, vestigia quaedam & imagines sui ipsius in modis illis apte temperatis sentit, quas cupide statim amplectitur & secum sociat. Et sunt, qui vitalis hujus cognationis imaginem aliquam in ipsa rerum natura animadverti putant: quum nimirum, fide una in cithara quadam pulsa, alia fides illi concors & consona in alia cithara simul incitatur & commovetur: quod quidem non a caussa quadam mechanica, ut quidam volunt, unice provenit, sed a vitali quodam & efficientia praedito in rerum natura principio, quod concordia & harmonia delectatur. Est vero & pulcritudo diversi longe generis, interior videlicet quaedam proportio & convenientia mutua respectuum & relationum inter res, ex quibus magna mundi machina seu vitalis naturae fabrica, quae tota musice & ad harmoniae leges est composita, constat: quam ob caussam veteres Pana, Deum, qui naturae simulacrum est, fidibus canere faciunt. Sensus vero, in quem variae tantum res externae incurrunt, non aliter, quam brutum animal, pulcrum hoc in rerum natura haud percipit, & suavis loco Musicae, nil nisi fremitum quemdam, sonum, & strepitum exaudit: nec enim principium aliquod vitale & anticipationem cohibet intra se, quae harmoniae isti affinis & cognata sit, cognitionemque idcirco ejus sensui comparare valeat. Mens e contrario naturae ratione ac intelligentia praeditae summa & exquisita voluptate, ad hanc contemplationem delata, perfunditur, & sponte naturaeque suae instinctu, ad tibiam hanc Panis, seu naturae harmoniam & Musicam saltat & exultat.

§. XVI. Placet majorem etiam lucem negotio, quod in manibus habeo, afferre, novoque demonstratum dare exemplo, mentem in rebus externis, quae sensus feriunt, & occasione illarum, plus animadvertere ac percipere posse, quam extrinsecus ad eam perfertur & advenit. Statue, librum quemdam eruditum, sive scriptum, sive litterarum formis expressum, oculis hominis illiterati & rudis, aut bestiae ratione vacuae exponi: quidquid in sensum ab his figuris imprimi poterit, id homo non minus, quam animal illud, sentiet: at neutri tamen occurret aliquid, quam variae lineae & ductus atramento & colore in charta candida efficti 55

Digitized by Google

& expreſſi. Fac vero, eumdem librum inſpici ab homine litteris & eruditione imbuto: is quidem multo plura, quam ſenſus, comprehendet & admirabilem confeſtim cogitationum ſcenam in animo ſuo pandi ſentiet. Cernet ſcilicet in nigris iſtis lineis & umbris coelum, terram, lunam, ſolem, ſtellas, cometas, meteora, elementa rerum: leget in illis ſubtiliſſima Geometrarum, Philoſophorum & Aſtronomorum enuntiata & praecepta: addiſcet multa ex illis, quae neſciverat antea, & propterea auctoris ſapientiam & eruditionem merito admirabitur. Nihil horum ab his litteris & figuris interventu ſenſuum ad animum ejus fluit. Senſus enim, id quod jam dixi, nihil percipit, quam figuras & ductus atramento deſignatos, lectorque rerum ſciens ac peritus errores nonnumquam in exemplo ſuo inveniet, eosque emendabit. At quia mens ejus certis referta eſt anticipatis rerum formis, novitque, has figuras certorum eſſe ſonorum ſigna, ſonos vero certarum notionum & cogitationum animi notas, virtuteque valet praeterea, cogitationes iſtas in ſemetipſa excitandi & producendi, idcirco in his notis & ſignis expreſſa videt ſapientiae & doctrinae alius hominis veſtigia, ex illisque ſuam ipſemet auget & amplificat cognitionem ac eruditionem. Non ipſae litterae aut ſpecies litterarum, quae ſenſus pellunt, inſtillant homini eas ſpectanti eruditionem, ſed occaſionem tantum illi dant, latentes in animo ſpecies & formas, quarum notae ſunt, excitandi & eliciendi. Nam, ſi ab atramento, lineis, & figuris diſcedas, reliqua, quae cognoſcit homo librum intuens, univerſa, ex ipſa veniunt mentis interiore vi & efficientia. Vel hoc igitur exemplum per ſe probat, vim mentis inſitam multo plura in viſis objectis percipere poſſe ac cognoſcere, quam ab illis ſenſibus imprimitur & committitur.

Sufficiamus vero jam in locum libri arte ac ingenio compoſiti librum naturae, totam aſpectabilem rerum naturam, quatenus materia conſtat. Haec innumeris divinae ſapientiae ac benignitatis notis & tamquam ſimulacris univerſa repleta eſt: at nullus eas, niſi mentis, oculus perſpicit. Senſui tam hominum, quam animantium brutorum, nihil in ea exhibetur & apparet, quam atramenti quaſi ductus, id eſt, figurae ac colores. Animus vero ſeu intelligentia, quae particeps eſt divinae illius, a qua natura condita eſt, ſapientiae & tota rerum exemplis & formis ſignata eſt, occaſionem ex figuris illis, quae in ſenſus incurrunt, capit interiorem vim ſuam explicandi, eaque intelligendi, quae cognata ſibi eſſe ſentit. Itaque non modo incomparabilem & ampliſſimum aliarum cogitationum campum aperiri ſibi, variacque eruditionis, Logicae, Metaphyſicae, Matheſeos, Moralis apparatum ſiſti animadvertit: verum etiam in ſingulis vaſti hujus voluminis paginis clare divinam ſapientiam & bonitatem, haud aliter ac ſi litteris & notis maxime apertis & perſpicuis deſcripta eſſet, legit atque intelligit.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM.

ARGUMENTUM.

Ipsae res simplices corporeae, quae a sensu percipiuntur, unice tamen mentis insita vi & facultate cognoscuntur. Cognitio harum rerum non est sensus, multo minus effectus sensus secundarius. Praeter αἰσθήματα & φαντάσματα sint necesse est νοήματα seu notiones intellectuales a sola mente venientes. Illustratur hoc & confirmatur variis exemplis & comparationibus. Probatur, esse intelligibilem quamdam trianguli notionem ex ipsa mente interius prodeuntem & ab illa notione, quam sensus parit, diversam, tametsi utraque simul in mente possit esse. Quaedam species sensibiles a rebus externis in animum haud imprimuntur. Sensus genus est quoddam sermonis, quem natura exterior ad animum habet. Duae sunt in animo percipiendi facultates. Cognitio non incipit, sed desinit, in rebus singularibus & individuis. Duplex error plebejorum philosophorum. Res, circa quas tota versatur Geometria, sunt notiones rationales & universales trianguli, ceterarumque figurarum, quae ex mente educuntur & in ea latent abditae.

§. I. Ostendi hactenus, mentes hominum variis plenas esse notionibus, quae a rebus externis in illis minime signantur & imprimuntur, tametsi visorum, quae nobis objiciuntur, in corpora nostra impressiones cogitationes de illis in nobis excitare ac producere valeant: Ostendi etiam, notiones has non posse non ex ipsa mentis innata vi & efficientia exsistere, quum sensus in rebus corporeis, quas percipit, nihil illis simile ac cognatum deprehendere 56
queat. In his notionibus primum sunt species mutuorum respectuum illorum, qui res inter corporeas esse cognoscuntur, quum comparatio earum instituitur. Sensus species hasce nulla ratione comprehendit. At vacat tamen omni controversia, naturas rerum corporearum compositarum, sive hominum, sive naturae ipsius arte ac industria elaboratae sint, ex illis unice consistere. Ex quo quidem perspicue consequitur, nullius rei corporeae compositae interiorem naturam & rationem a sensu cognosci ac comprehendi posse. Pertinent deinde ad has notiones formae naturarum cogitantium, omniumque, quos recipiunt illae, modorum, nec non omnes illae species, quae quodammodo referri ad eas possunt. Quamvis enim & hae formae nonnumquam excitentur & eliciantur a visis objectis, quum mens contemplationi dedita, suapte vi, expressa in illis signa cernit & animadvertit artis, consilii, laboris, sapientiae, quin etiam bonitatis, qui modi sunt naturarum cogitantium: minime tamen ortum suum externis hisce visis acceptum ferunt, sed unice ipsius mentis virtuti ac efficientiae.

Jam majus aliquid molior, atque demonstrandum mihi sumo, ipsas etiam simplices res corporeas, quas in corporibus singulis extra nos positis sensu percipimus, a mentis vi & potentia cognosci & intelligi, quae notiones sibimet insitas ad eas applicat.

§. II.

Digitized by Google

§. II. Senſum haud eſſe cognitionem rerum illarum corporearum, quae ſenſu percipiuntur, ſupra late ac copioſe probavimus. Nec dubitabit, opinor, aliquis, rem ita ſeſe habere, qui modo ſecum cogitaverit, nos, quum lucem ac colores videmus, quum frigus & calorem ſentimus, quum ſonos & ſtrepitus auribus excipimus, meditando pergere, atque, ipſa duce natura, inquirere, quidnam lux illa & colores, quidnam calor, frigus, & ſoni ſint, a quibus afficimur. Quod quidem dum facimus, ipſimet perſpicue confitemur, nos clare ac diſtincte res illas haud comprehendere, quae tam valide ſenſus noſtros pellunt ac commovent, animumque idcirco vehementi ardere deſiderio, naturali virtute ſua ſibi eas ſubjiciendi, & per notiones, non peregrinas & adventitias, ſed nativas, domeſticas, & interiores intelligendi ac cognoſcendi.

Ipſe vero ſenſus ſi multum a cognitione differt, multo minus credibile eſt, rem aliquam ſecundariam ex ſenſu natam & ortam, cognitionem eſſe. Etenim talis res ipſo ſenſu imbecillior, obſcurior, & levior eſſet. Quemadmodum imago vultus humani in ſpeculo quodam expreſſa, inde vero ad aliud, poſtea ad tertium delata ſpeculum, quo longius procedit, eo minus lucis, ordinis & perfectionis ſervat & retinet, donec poſtremo vix ac ne vix quidem appareat: Sicuti circuli & orbes conjectu lapidis in aqua commoti & excitati, quorum alius ex alio naſcitur, quo longius abſunt ab initio ſuo, eo minus eminentiae & motus habent, donec tandem evaneſcant penitus: Quemadmodum echo ſecundaria ſeu echo echus tantum virtute cedit echo primariae, quantum haec ipſa verae voci, unde orta eſt: Uti denique, ſi fas eſt dicere umbram ex umbra gigni, umbra ejusmodi ſecundaria ſeu umbrae filia, tantum haud dubie diſtaret ab umbra principe, quantum umbra princeps ab ipſo corpore: ita etiam ſi cognitio rerum corporearum ſenſus effectus aut fructus eſſet, ipſo ea ſenſu haud dubie foret infirmior, nec majore vi eſſet praedita, quam ſecundarium imaginis alicujus ſimulacrum, quam circulus ab initio motus in aqua remotiſſimus, quam echo echus, paucis, nihil eſſet, quam umbra umbrae a vera quadam natura fluentis. Quamquam aeque arduum ac difficile intellectu eſt, commotionem ſenſus tantum poſſe in animum, ut aliam in eo perpeſſionem efficiat, quam grave comprehenſu eſt, umbram ex umbra gigni poſſe. Evidens vero eſt, id, quod cognitio adpellatur, perceptionem eſſe ſenſu multo clariorem, pleniorem, perfectiorem, validioremque, & ad ipſam interiorem naturam rerum, quae percipiuntur, penetrare. Ex quo quidem cogitur, eam non poſſe non ab ipſa mentis naturali efficientia procedere, quae rationes & notiones ſibimet inſitas rebus, quae ſenſu percipiuntur applicat, & propterea ſuapte vi, & nativa domeſticaque facultate eas comprehendit. Concludamus igitur, praeter *αἰσθήματα*, ſeu *ſenſuum perceptiones*, aut *φαντάσματα* ſeu *viſa*, notionesque rerum corporearum ope ſenſus in animum noſtrum extrinſecus impreſſas, eſſe quoque *νοήματα conceptiones mentis*, rationales rerum ſpecies ex ipſa mente prodeuntes: namque his ſublatis, nullae res cognoſci ac intelligi poſſent.

57 §. III. Statue tibi, ut omnis ab hoc negotio caligo propulſetur, corpus quoddam ſingulare ante oculos: extremitatem, verbi cauſſa, triangularem candidam vel nigram, aut ſolidum *tetrahedrum* triangulari extremitate concluſum: cogita, corpus hoc primum ſenſui ſeu animato exponi oculo, at poſtea a mente ac intelligentia conſiderari: cognoſces certe, hoc ſi feceris, quantum interſit inter perceptio-

Digitized by Google

ceptionem, quae sensui propria est, & inter comprehensionem, quae unius est mentis & intelligentiae. Sensus, seu oculus vel speculum animatum, simulatque in objectam hanc incidet speciem, apparere sibi percipiet extrinsecus rem singularem, candidam, & trianguli forma praeditam, concrete tamen ac confuse sine ulla distinctione: neque praeter hoc, omnes licet nervos suos intendat, aliud animadvertet aliquid: nec enim plura potest percipere, quam imprimuntur: quare in hac, quam dixi, perceptione sensus desinet, nec longius progredietur. Mens vero seu intelligentia, in eadem residens anima, cui sentiendi facultas inest, quae a sensu hac ratione patiendo percipiuntur, postea sub judicium suum vocat, innataque & propria virtute sua adhibita, semetipsam gradatim sequenti modo explicat. Primum facultate res objectas subtiliter dividendi, quam natura habet, utitur, totumque visum, quod concretum est, dividit, cognoscitque, ex variis illud speciebus & notionibus compositum esse. Nam quum considerat, omnem rem nigram vel candidam necessario haud esse trianguli forma praeditam, nec vicissim omne triangulum necessitate naturae nigrum esse vel candidum, duas sibi species objici animadvertit: quarum altera candida est, altera triangularis. Quum deinde nullius affectiones esse nullas posse cogitat, constituit, binis istis modis & affectionibus communem aliquam naturam, in qua insint, non posse non subjectam esse: hanc naturam *corpoream* vocat *substantiam*; quae, quum in se simplex sit & una, hic tam alba est, quam trianguli figura praedita. Rebus ergo cunctis circumspectis, tria tandem in objecto viso deprehendit esse, quorum contemplationem suscipere queat, *substantiam* corpoream, albam, & trianguli forma instructam. Postea vero quum ad ipsam accessit harum rerum contemplationem, quo in veras earum naturas accuratius & rectius inquirere possit, sensui plane atque externae perceptioni nuntium mittit, atque supra omnia, quae corporea sunt, in altum elata, ab omni eas materia & rebus circumstantibus abstractas in se spectat & intuetur. Non amplius scilicet extra semetipsam harum rerum cognitionem & comprehensionem quaerit, quoniam per sensus satis jam naturam earum, quatenus extrinsecus patet, percepit: contra ad intestinas notiones & anticipationes suas, quae generales sint oportet, totam sese confert, & domesticas quasdam & nativas species studiose indagat, per quas oblatas sibi naturas intelligat & sub certum quoddam genus redigat.

§. IV. Primum igitur, quod ad *substantiam* attinet corpoream, quae natura est illa, in qua insunt color & figura, confestim, ut omnes nunc circuitus & anfractus evitem, decernit, *essentiam* ejus in eo consistere, quod sit res extensa, per quam penetrare haud licet, seu longitudinis, latitudinis, & altitudinis haud penetrandae. Quumque ea non ut notio tantum animi seu species menti objecta hic consideretur, sed ut res reapse extra animum exsistens, ideo aliam quoque statim ex semetipsa notionem elicit & excitat, *exsistentiae* nimirum: quae superiori addita, efficit, ut mens statuat, speciem, quam cernit, rem esse exsistentem & extensam, in quam penetrare haud liceat. Jam vero nullam harum notionum, nec essentiae, nec exsistentiae, nec rei, nec substantiae, nec nihili, nec alicujus, nec penetrationis, nec extensionis, nec longitudinis denique, latitudinis, & altitudinis, in mentem vel ab hac objecta specie, vel alia quadam re externa & sub sensus cadente imprimi, perspicuum est. Nulla enim earum a sensu corporeo

videri & percipi poteſt. Quare omnes quin ab ipſius mentis inſita virtute ac efficientia excitentur, nullum cuiquam dubium eſſe poteſt, ab illa ipſa nimirum & eadem facultate, qua mens apta redditur ad notionem tam alicujus, quam nihili informandam. *Nihili* certe notionem nemo dixerit umquam ab ulla re in animo ſignatam eſſe. Quod ſi autem corporis ipſius ſeu naturae corporeae eſſentia unice per ipſius animi notiones inſitas comprehenditur ac intelligitur: ſenſus enim nihil hujusmodi percipit, ſed unice ab externis rei veſtimentis, colore ac figura, afficitur: diverſos quoque rei illius modos, quales ſunt candor & trianguli forma, quae certae tantum ſunt naturae extenſae affectiones, haud aliter intelligi ac
58 cognoſci poſſe, controverſia vacat, non per viſa, ſpeciesque a ſenſu impreſſas, ſed per rationes & notiones ipſo in animo inhaerentes & inſitas.

§. V. Ad album jam colorem ſeu *albedinem* ſi progrediamur, hujus etiam ratione non mediocrem eſſe inter ſenſum & intelligentiam, inter φαντασμα & νοημα, *viſum* & *mentis conceptionem*, inter notionem a ſenſu & a mente informatam differentiam, facile licet oſtendere. Senſus enim ſeu notio albi coloris, quae a ſpecie objecta ad nos perfertur, non eſt clara comprehenſio ullius eſſentiae aut *rationis*, ſed animi tantum perpeſſio & concitatio, ab externo quodam pulſu ad cerebrum a re quadam corporea delato effecta, id eſt, cogitatio animi confuſa, turbida, parumque perfecta. Atqui mens vigil & alacris, ſuas ipſa ſecum notiones volvens ac revolvens, animadvertit facile, haud ſibi datum eſſe, modum ejusmodi aut qualitatem, qualis albi coloris eſt notio a ſenſu profecta, & in ſe ſpectata, in natura extenſa comprehendere. Ob hanc igitur ipſam cauſſam confidenter & audacter concludit, album colorem non eſſe veram in ipſo corpore abſolute conſiderato qualitatem: nec enim qualitatis ejusmodi notionem informare ulla ratione valet. Et in hac eam ſententia ipſe ſenſus confirmat. Nam extremae partes iridis, quae terram attingunt, variis coloribus ſuis nullam rem inficiunt vel contaminant: Et eaedem roris ſeu pluviae guttae, ſi certo ab oculis noſtris intervallo ſint remotae, eosdem, quos iris, colores ſpectandos nobis exhibent, reapſe vero nullo ejusmodi colore tinctae ſunt. Taceo alia exempla, quibus oſtendi poteſt, res illas, quas diximus, nihil eſſe, quam perpeſſiones ſeu affectiones ſentientis, per ſingularem quamdam temperationem extremitatis objecti nobis viſi, ratione figurae, ſitus, & diſpoſitionis minutiſſimarum ejus particularum, excitatae: quae temperatio efficit, ut lumen ſeu globuli, inter nos & ſpeciem objectam medii, peculiari modo oculos noſtros pellant & concitent. Inter viſum igitur nigrum & album probabiliter hoc tantum intereſt, quod hujus quidem minutae particulae, quae ſenſus fugiunt, politae ſunt ac ſolidae, ideoque globulos lucem ferentes vehementius ad oculos repellunt, illius vero particulae aliter & eo modo ſunt diſpoſitae, ut lux tam acriter ab illis remitti nequeat, ſed, tamquam pila in acervum ſabuli & arenae impulſa, in oculos veluti intret ac in antris eorum motum ſuum penitus amittat & perdat. Quare notionem rationalem coloris albi ſi quis ſibi dari velit, hanc accipiet: Color albus eſt certa quaedam perpeſſio ſeu ſenſus in anima, peculiari quadam temperatione objectae ſpeciei, reſpectu diſpoſitionis minutiſſimarum, quibus conſtat, particularum, effectus: cujus temperationis virtute lumen ſeu globuli lucidi acrius & vehementius ad oculos pelluntur. Atqui haec comprehenſio & notio generis longe alius

Digitized by Google

alius est, quam illa coloris albi species, quam sensus pariunt, quippe quae minime rationalis est forma, sed perpessio cum cogitatione conjuncta, seu aliud cogitationis genus & perceptio confusa & semi-mortua. Neque est, quod credat aliquis, rationales istas notiones perpessionis & sensus extrinsecus a rebus objectis sub sensus cadentibus in animo signari ac imprimi. Namque oculus nec perpessionem videt, nec sensum: sed utriusque notio ex ipsa mente elicitur & excitatur, eaque de caussa a mente superatur, subigitur, & comprehenditur.

§. VI. Progredior nunc ad ultimum visum rationale, quod in corpore illo est, de quo loquimur, formam nempe trianguli, aut unius generis triangulorum, verbi caussa, trianguli aequis lateribus, aut rectis angulis concluси. Necesse enim est, ut ad unum vel alterum triangulorum genus omne corpus, quod formam habet trianguli, pertineat.

Visum trianguli hujusmodi non modo imaginem quamdam rei corporeae, quae objicitur oculis nostris, in nobis parit, qualem species colorum & reliquarum rerum haud gignunt, sed etiam formam & speciem rationalem & veram trianguli ipsius in nobis producit & excitat. Nemo praeterea tam abstracte ac mathematice de triangulo cogitat, quin rude aliquod ejus simulacrum & imaginem in illa parte animi, quae imaginatur & res informat, praesens sibi habeat. His multi caussis adducuntur, ut confidenter sibi persuadeant, nullam esse aliam trianguli speciem aut figuram, praeter visum illud seu speciem, quae a re quadam externa per sensus in animum imprimitur, nec notionem ejus aliquam rationalem intus in ipsa mente produci & gigni posse. Hoc vero idem est, ac si dicerent, triangulum nullo plane modo cognosci & intelligi posse. Nam nec sensus, nec imaginandi facultas, quae cogitationes tantum sunt ex perceptione natae, ideoque parum perfectae ac solidae, tanta valent virtute, ut *rationem* & interiorem rei cujusdam 59
naturam assequi ac comprehendere valeant. Hoc ergo ut homines errore liberemus, placet, corporeum hoc triangulum seu *tetrahedrum* denuo in scenam revocare & attentius, quam adhuc fecimus, considerare. Altera haec & accurata contemplatio multum in extremitate corporis hujus, multum in lineis, inaequabilis varietatis nobis ostendit, angulos praeterea valde obtusos esse docet. Et hinc statim perspicue intelligitur, notionem illam, quae in animo nostro inest, perfecti trianguli, non esse ab hoc corpore ad mentem nostram delatam. Namque notio ista, quae menti nostrae infixa est, planam nobis sistit superficiem, terminatam tribus rectis lineis, quae per tres angulos, in tot puncta desinentes, inter se junguntur. At huic notioni corpus, quod contemplamur, minime respondet, quippe quod a tali multum perfectione distat. Itaque concedendum omnino est, notionem illam a mente, aspectu corporis cujusdam forte commota & incitata, propria virtute productam & excitatam esse: haud aliter atque, homine quodam lineas quasdam atramento in charta ductas & vultum hominis quodammodo referentes contemplante, mens ejus in harum linearum contemplatione haud persistit, sed confestim occasionem inde capit humanae faciei notionem intus in semetipsa producendi: aut non secus, ac homo in portico quodam, variis tabulis & signis exornato, obambulans, in imaginem casu incidit amici cujusdam sui aut necessarii, quae, tametsi multum a veritate distet, subito tamen animum ejus commovet ut amici sui speciem in imaginatione sua excitet. Neutrum horum fieri posset,

niſi in animo ejus hominis ſpecies quaedam humani vultus, aut certa familiaris cujusdam forma, antea exſiſteret & informata eſſet: qua ſi careret, de nulla re alia, quam de illis, quae per ſenſus in animum ejus imprimuntur, de figuris nimirum nigrarum, quas in charta conſpicit, linearum, deque variis in picta, quam videt, tabula coloribus, eminentiis, & umbris cogitare poſſet. Idem uſu nobis venit rudes, minus accuratas, & a pulchri ac recti norma valde devias figuras corporearum quarumdam rerum intuentibus: Animus, ſpecie hac objecta, commovetur, ut in ſemetipſa formas perfecti trianguli, quadrati, circuli, cubi, pyramidis, ſphaerae, aliasque producat, quarum naturae ita ſunt individuae, ut, ſi vel minimum illis dematur, aut addatur, aut in illis denique mutetur, totae pereant ac tollantur. Etenim in corporeis illis, quae oculis noſtris expoſitae ſunt, rebus informes quaedam & rudes figurarum iſtiusmodi omnibus numeris abſolutarum ſimilitudines & imagines apparent, quarum notiones probabiliter in animo fuerunt opificis, qui res illas fabricatus eſt. Ita vero animus noſter natura eſt affectus, ut libentius figuras ſimplices ac omni ex parte perfectas, quam compoſitas & minus concinnas contempletur ac conſideret.

§. VII. Sed fortaſſis occurret hic nobis aliquis, dicetque, non ex his conſequi, perfectiorem illam trianguli notionem, quae jam in mente mea ineſt, cujus abſolutionem & pulcritudinem ſpecies illa, quae oculis meis objecta eſt, haud aſſequitur, ex ipſa mente mea eductam & excitatam eſſe: nil enim reſiſtere, ne credamus, eam olim ab alio quodam, quem viderim alicubi, triangulo in animum meum impreſſam eſſe: ita ſpeciem illam & formam humani vultus aut familiaris cujusdam, quae mihi pictam quamdam tabulam contemplanti oboritur, non eſſe innatam vel inſitam, aut ipſius animi virtute productam, notionem, ſed eam in animo jam olim a rebus externis ſub ſenſus cadentibus ſignatam & impreſſam eſſe &, objecta tantum alia ſpecie cognata, renovari & in lucem rurſus protrahi. Huic ego, nihil eorum, quae profert, vel minimam habere ſpeciem veri, immo veram nullo eſſe modo poſſe, reſpondeo. Etenim nemo noſtrum toto vitae ſuae tempore ullam vidit lineam rectam, ullum triangulum, ullum circulum omnibus numeris abſolutum & mathematice perfectum. Ipſe ſenſus, microſcopio armatus & adjutus, in objectis ſibi figuris haud parum flexuoſi, ſcabri, aſperi, deformis, & a recti norma alieni offendet: quod quidem unicuique manifeſtum fiet, qui triangulum omnium, quae arte fieri poſſunt humana, perfectiſſimum & accuratiſſimum in charta expreſſerit. Ex quo efficitur, nullam lineam corpoream in animis noſtris accuratas illas figuras, quibus imbuti ſumus, trianguli, aut rectae lineae, quae omnium breviſſima eſt inter duo puncta, aut denique circuli aequo undique intervallo a puncto medio diſtantis, informare poſſe. Jam ſi quis inſtet, fieri poſſe, ut iſtae notiones rectae lineae aut circuli, quae inſunt in animis noſtris, ab illis in nobis gignantur circulis & lineis, quae ſenſui quidem communi plerorumque hominum nullam prorſus deformitatem offerunt, tametſi aliis, qui ceteris melius & acutius cernunt, multum a ſumma perfectione abeſſe videantur: reſpondeo, etiam hoc a vero plane averſum eſſe. Ingens enim intereſt differentia inter confuſam illam, quam ſentiendi & imaginandi vis, quae
Co utraque parum perfecta & valde hebes eſt, pariunt, perceptionem, & accuratam illam, concinnam, & elegantem formam notionum illarum rectae lineae, circuli,

Digitized by Google

culi, trianguli, tetrahedri, & aliarum figurarum Geometricarum, quae mentem noſtram obſident: ex quo conſequitur, conturbatam illam & parum perfectam perceptionem, quam ſenſus gignit, tam ſcitas, tamque accuratas in animo haud ſignare poſſe figuras, ſed menti tantum occaſionem ſuppeditare, ſuapte vi eas excitandi atque producendi.

§. VIII. Fingamus vero, eſſe lineas corporeas mathematice perfectas, eſſe accuratiſſima triangula, quadrata, pyramides, cubos, ſphaeras, & alias hujusmodi figuras, quales Geometrae ſibi animo concipiunt, Deique virtus & ſumma potentia ſine ulla controverſia in materia apte diſpoſita creare poteſt: ſenſus tamen accurationem harum rerum Geometricam numquam aſſequetur. Quemadmodum nimirum in ſenſus facultate haud poſitum eſt, abſolutam ullius quantitatis aequalitatem, linearum, verbi cauſſa, extremitatum corporum, angulorum, attingere ac comprehendere, quod uni licet intelligentiae facere in *materia* illa *intelligibili*, quam Geometrae dimetiuntur & verſant; ita etiam ſenſus nullo modo aptus eſt ad conſtituendum, quale ſit *triangulum & tetrahedrum* mathematice perfectum, quale non ſit. Quod quum ita ſit, neſcio, quid evidentius ſimul eſſe queat, quam hoc, neque notionem perfectae aequalitatis, neque Geometricas illas & accuratas ſpecies figurarum, trianguli, quadrati, circuli, pyramidis, cubi, ſphaerae, & aliarum in animo extrinſecus per ſenſus imprimi: nec enim ſenſus ullo modo veram earum naturam & rationem aſſequitur.

§. IX. Ad extremum, ſi vel usquam lineae corporeae, trianguli, pyramides prorſus accuratae & ad normam Mathematicorum exactae exſtarent, id tamen, per quod illae tales forent & ab aliis lineis a regula declinantibus, ab aliis triangulis & cubis parum perfectis differrent, nihil eſſe poſſet aliud, quam convenientia cum antecedente quadam & in animo noſtro ſignata notione, tamquam regula & exemplari ſuo. Etenim triangulum minus perfectum, linea declinans a regula, cubus item & pyramis parum accurata, aeque perfecte id ſunt, quod ſunt, ac figurae illae, quibus ad ſummam nihil accurationem deeſt: neque deeſt illis aliquid, quam hoc, quod anticipatis iſtis & ante conceptis linearum & figurarum accuratarum formis & notionibus, quae in animo noſtro praeſentes ſunt, haud reſpondent. Has autem formas mens noſtra, inſita virtute ſua, excitat ſibi, in his contemplandis, tamquam omnium artium & ſcientiarum unico fundamento, mirifice gaudet: at reliquae figurae, quae deſciſcunt a norma, tantum haud delectationis & fructus ipſi afferunt. Quapropter quum aliquis res intuetur corporeas & de figuris earum judicat, ita ut hanc formam rectam eſſe lineam, illam perfectum triangulum, iſtam circulum abſolutum, alios circulos & triangulos multum a perfectione remotos pronuntiet: tum duas ipſi obverſari diſtinctas harum linearum & figurarum notiones, perſpicuum eſt: Alteram ipſi objectae rerum formae extrinſecus, interventu ſenſuum, impreſſerunt: alteram mens ipſa ejus & intelligentia interior produxit intus & creavit. Et haec poſterior notio ſeu anticipata figura regula & exemplum illud eſt, quam mens noſtra ſequitur, quum de notionibus & viſis externis, quae in ſenſus incurrunt, judicat. Secus ſi res ſeſe haberet, neque ulla eſſet in animo hominis anticipata forma & notio, nos, qui rerum ſpectatores ſumus, nullam plane ferremus de illis ſententiam, ſed pa-

Digitized by Google

pateremur tantum: quumque omne triangulum, quod a regula & perfectione remotum eſt, aeque perfecte id ſit, quod eſt, atque illa triangula, quibus ad ſummam nihil perfectionem deeſt, ſi nullum eſſet in mente interius & anticipatum trianguli exemplum, cujus ope figurae minus perfectae a perfectis diſtingui ac ſecerni poſſent, nemo noſtrum unum triangulum altero perfectius eſſe decerneret, ſed unice, poſt inſtitutam comparationem, diceret, hanc figuram illi non eſſe omnino ſimilem atque parem. Ita vero perfectum triangulum aeque cognatum & propinquum eſſet imperfectioni, atque imperfectum perfectioni.

§. X. Quae quum ita ſint, nihil reliquum eſt, quam ut id, quod jam antea dixi, repetam. Idem nobis uſu venit res externas contemplantibus, quod homini, qui ſignum ſeu pictam abſentis amici imaginem intuetur, ac de ea judicat. 61 Ejus hominis in animo binae ſunt eodem tempore diverſae formae: quarum quidem altera impreſſa eſt a tabula ſeu imagine, quam adſpicit, altera vero jam antea in mente ejus exſtitit. Haec norma illa ſeu exemplar eſt, ad quod illam exigit & variorum vitiorum convincit. Neque tamen hoc ita velim intelligi, ac ſi nihil plane intereſſet inter hominem amici ſignum & alias figuras contemplantem: intereſt certe aliquid. Qui abſentis amici adſpicit picturam, ejus animo binae ſimul obverſantur formae: ſed utraque peregrina eſt & adventitia. Nam quae jam diu fuit in ejus mente, non ſecus atque altera, olim a re quadam externa impreſſa & deinde a memoria aut imaginatione retenta fuit. At qui corporeas figuras, triangula, quadrata, circulos, cubos, ſphaeras, vident, quae a recti regula multum deflectunt, atque vitium, quod in hiſce figuris eſt, ex comparatione cum interioribus & in animis eorum latentibus formis & ſpeciebus perfectarum ejusmodi figurarum, trianguli, quadrati, circuli, cubi, cognoſcunt, eaque de cauſſa interiores notiones ſuas ab externis vehementer diſſidere ac diſcrepare intelligunt, eorum notiones anticipatae non ſunt adventitiae & extrinſecus allatae, ſed nativae ac domeſticae, neque olim ab externis viſis ad animum delatae, ſed ex ipſa mente per innatam ejus virtutem productae. Mihi quidem nullum omnino dubium eſt, ſi Deus hodie iterum hominem adultum & virili aetate ex luto conderet, animamque, quemadmodum primis humani generis parentibus, recens factam & creatam ipſi daret, atque homini huic duae diverſae ſpecies aut corpora uno eodemque tempore ob oculos ponerentur, quorum unum perfectum ab omni parte circulum, aut ſphaeram, aut triangulum aequis lateribus, aut tetrahedrum, quadratum vel cubum exhiberet, alterum vero in nonnullis partibus a perfectione diſtaret, tametſi ſuperiori multis in rebus ſimile videretur, quin homo is primo ſtatim adſpectu illud corpus huic poſteriori praelaturus, plusque ex illo, quam ex hoc voluptatis & delectationis percepturus eſſet. Hoc autem nullo fieri modo poſſet, niſi inſitam is haberet & in animo ſuo expreſſam formam, qua cum extrinſecus oblatam contendere poſſet. Quod pulchrum & deforme vocatur, id in rebus ex materia conflatis nulla ratione poſſet eſſe, niſi menti noſtrae facultas eſſet, ſpecies ac formas figurarum perfectarum, accuratarum, & omni vitio carentium intra ſemetipſam effingendi, quarum auxilio & ductu res extrinſecus objectas diſtinguere ac dijudicare valeret. Contra ſi quidquid in nobis ſpecierum ac notionum eſt, id a viſis externis ad animos noſtros laberetur, aeque ſemper mens noſtra eſſet affecta res corporeas conſiderans, neque

Digitized by Google

que plus vel minus delectationis ex hujus, quam illius figurae contemplatione caperet. Itaque omne, quod homines de rerum sensibus subjectarum vel deformitate, vel pulcritudine ferunt, judicium non totum est arte & studio comparatum, aut ab institutione ac doctrina profectum, verum ab ipsa natura hominibus traditum & instillatum.

§. XI. Adjiciam his alia quaedam, ex quibus magis perspicuum fiet omnibus, rationalem trianguli speciem & formam, a specie illa per sensus excitata, quae a re corporea extrinsecus imprimitur, diversam ex ipsa mente interius erui & produci. Animus noster accuratius speciem trianguli, quam sibi sentit obversari, contemplans, primum naturam ejus in universum considerat, intelligitque, planam eam esse figuram: planam porro figuram nihil esse, quam terminationem planae superficiei: planam denique superficiem latitudinem esse sine profundo. Nec enim aliter Geometrae planas figuras concipiunt. Jam vero certum est, hanc notionem superficiei, quam sibi fingunt Mathematici, numquam in animis ipsorum a rebus externis corporeis, interventu sensuum, signatam & impressam esse. Nusquam enim extra mentem res talis exsistit, qualis est latitudo sine profundo. Quocirca necesse est, ut ipsam mentem insita & innata virtute sua hanc notionem produxisse putemus. Similiter species superficiei planae, id est, talis superficiei, cujus singulis partibus rectam lineam accommodare licet, itemque forma lineae rectae, non potest non ex ipsa mente nata esse ac producta. Expendit deinde animus differentiam, quae inter triangulum est & reliquas, quae planae vocantur, figuras: animadvertit vero, triangulum tribus rectis lineis concludi seu terminari, quae per tria puncta jungantur inter se ac copulentur: lineas porro hasce rectas, quum sint extremitates superficiei cujusdam, meras esse longitudines, nulla vel latitudine vel altitudine addita: puncta denique, quae harum linearum extrema sunt, ab omni plane longitudine, latitudine, ac altitudine abstracta & semota esse. Etiam hae notiones Mathematicae, lineae nimirum sine latitudine & altitudine, punctique omni longitudine, latitudine, ac altitudine carentis, numquam in Euclidis aut ullius Geometrae animo extrinsecus impressae sunt: quod quidem nullius demonstrationis indiget. Sunt praeterea in hac rationali notione trianguli conceptus quidam numeris adstricti, quos sensus, qui singula 62
tantum ordine percipit, non vero plura simul, haud assequitur: Anguli item & latera trianguli conferri inter se & considerari debent: Quid? quod ipsa notio anguli & quantitatis ejus, quod *Proclus* jam observavit, res est relativa, nec a sensibus ideo ad animum perferri potest.

Porro animus in suam ipsius notionem intuens, varias trianguli proprietates cogitando unice, nulla re externa in auxilium vocata, investigat: hac ratione animadvertit, latus majus semper respondere angulo majori, quin etiam, id quod infra planum faciemus, tres angulos trianguli aequales semper esse binis angulis rectis. Neque aliam rem, praeter propriam virtutem suam, animus desiderat ad omnia genera invenienda, quae respectu differentiarum tam laterum, quam angulorum, in triangulo plano exsistere possunt. Laterum si ratio habeatur, videt, triangulum esse vel *isosceles* aut aequis lateribus, *vel scalenum:* si angulorum vero, idem observat esse vel *rectangulum*, vel *amblygonium*, vel ὀξυγώνιον, neque ullum fieri posse triangulum, quin ad unum ex his tribus generibus referri debeat. Nihil horum

horum per ſenſus diſcimus, verum ipſa mentis noſtrae virtus & efficientia haec omnia producit & procreat.

§. XII. Tantum ineſt in animo noſtro virtutis, ut clare is & accurate notionem trianguli generatim informare valeat, nulla ſigillatim hujus vel illius generis triangulorum ratione habita. At generalis hujusmodi notionis figura in ſenſus numquam noſtros incurrit. Etenim quaelibet trianguli figura, quam ſenſus percipere valent, ad certum quoddam genus pertineat, ſitque vel aequis lateribus aut cruribus praeditum, vel *ſcalenum* aut inaequalibus lateribus, neceſſe eſt. Similiter nil impedit, quo minus *chiliogonum* aut *myriogonum* clare concipiamus animo: quarum notionum neutra ſic poteſt exprimi, ut in ſenſus diſtincte incurrat. Sunt quidem triangulorum genera & formae, quae diſtincte oculis noſtris poſſunt exhiberi: ſed nihil tamen eſt, quod obſtet, ne ſimul earumdem rationales in animo notiones, quas mens ipſa virtute ſua produxit, expreſſas habeamus. In ejusmodi contemplationibus duae res uno eodemque tempore concurrunt, φάντασμα ſeu *viſum* & νόημα ſeu *conceptus mentis:* quorum illud cogitatio eſt ex perpeſſione quadam nata, haec cogitatio ab una mentis actione procedens. Notio rationalis ſeu νόημα & *conceptus mentis* copulata eſt cum viſo, quod ſimpliciter & in ſe ſpectatum nihil eſt, quam minus perfecta & ex perceptione orta animi ſomno non plane ſoluti cogitatio, nulloque modo individuam & immutabilem ullius rei notionem & *rationem* comprehendit.

Illuſtrabo hoc nova quadam ſimilitudine, ut illis conſulam, qui ea, quae adhuc ad illud declarandum allata ſunt a nobis, minus apte fortaſſis conſequuntur. Quum Aſtronomus de ſole cogitans, demonſtrat, ſidus hoc globo terrae, quem incolimus, centies & ſexagies eſſe craſſius, eſt certe in animo ejus viſum quoddam ſeu forma ſolis: ſed haec imago pedalis tantum eſt ſeu ὅσον πόδιαῖον: Neque fieri ulla ratione poterit, quicquid etiam connitatur, ut vere formam & imaginem terrae, magnitudini ejus reſpondentem, animo concipiat, aut vel centeſimam magnitudinis hujus orbis partem mente comprehendat. Quemadmodum Aſtronomus hic imaginem habet rationalem magnitudinis ſolis in animo ſuo, a forma ejus in ſenſus incurrente plane diverſam: ita & nobis, quum res contemplationi ſubjicimus corporeas, praeter viſa externa aliae earumdem notiones a ratione effictae in mente verſantur. Viſum enim nihil eſt, quam *craſſius involucrum* aut vehiculum corporeum τοῦ νοήματος ſeu notionis animi.

§. XIII. Hactenus, exemplo a triangulo corporeo ſumto, demonſtratum dedimus, animam res ex materia concretas intelligentem, non tantum extrinſecus a corpore objecto affici, ſed ex ſemetipſa, nativa virtute ſua, notiones rerum rationales & ab omni abſtractas materia producere. Nunc aliud addo ad rem praeſentem pertinens. Tantum abeſt, ut omnes noſtrae cogitationes de rebus objectis, notionesque animi corporearum rerum extra nos poſitarum corporea ſimulacra ſint, aut corporea ratione a viſis corporibus in animo noſtro imprimantur, quemadmodum figurae variarum rerum per ſigilla in cera ſignantur & exprimuntur: ut potius ne omnes quidem notiones rerum ſenſibus ſubjectarum hac ratione ad animum noſtrum perferantur, id quod jam ante oſtendimus. Etenim omnis
63 perceptio, qualiscumque demum ſit, vitalis eſt virtus, non autem mera perpeſſio

vita

Digitized by Google

vita carens: Docentque nos praecepta eorum, qui corpusculorum individuorum ope rerum naturalium causſas explicant, nihil nobiſcum a rebus corporeis, quum in ſenſus illae noſtros incurrunt, communicari, quam certos quosdam motus, qui per nervos ad cerebrum propagantur: quia quidem motus ſemetipſos modo corporeo ad animam propagare nequeunt, qui haec omnes corporis ſui partes penetrat & permeat. Animus vero, propter magicam & vitalem, quae ipſi cum corpore intercedit, communionem a motibus variis in cerebro excitatis certa ratione ſimul afficitur, occaſioneque ab illis data, notiones rerum corporearum ſeu viſa intra ſemetipſam excitat, quarum interventu res a cerebro remotas, ſive ſint in corpore, ſive extra corpus, cognoſcit ac percipit. Et harum perceptionum ſeu viſorum quaedam ejus ſunt generis, ut nec motibus illis in cerebro excitatis, neque viſis objectis ullo modo reſpondeant: quales quidem ſunt perceptiones doloris, voluptatis, titillationis, famis, ſitis, caloris, frigoris, dulcis, amari, lucis, colorum, & aliae. Quae quum ita ſint, certum eſt, ſenſum, ſi probe naturam ejus expendamus, nihil eſſe, quam genus quoddam, ut ita loquar, ſermonis: namque natura in rebus externis ſub ſenſus cadentibus nos veluti per certos motus, tamquam ſigna, ab illis rebus ad cerebrum perlatos alloquitur. Homines quum inter ſe loquuntur, certos tantum motus in aërem inducunt; qui motus per ſe nullo modo efficere valent, ut mutuae colloquentium cogitationes in animis imprimantur eorum: itaque ante omnia conveniat inter eos neceſſe eſt, quarumnam notionum & cogitationum ſigna hi vel illi ſoni eſſe debeant. Hinc qui ſonos iſtos in ſermone alterius audit, non tam ipſos ſonos attendit, quam, auditis illis, in mente ſua illas notiones & cogitationes excitat, quarum ſigna ſoni illi ex mutua conſenſione ſunt, tametſi nulla prorſus ſonorum iſtorum & cogitationum ſimilitudo & cognatio ſit. Eodem prorſus modo de natura nos cogitare decet. Compellat illa nos veluti in rebus externis, quae ſenſibus ſunt expoſitae, variasque affectiones, notiones, viſa, & cogitationes in nobis gignit, non extrinſecus illas in animo nihil agente ſignando & imprimendo, ſed certos motus, quae mutorum inſtar ſignorum ſunt, in cerebro excitando. Naturae ſcilicet lege conſtitutum primo ac decretum eſt, hos vel illos motus harum vel illarum notionum & viſorum ſigna eſſe debere, nulla licet plane inter haec viſa & illos motus ſimilitudo ſit. Sicut enim multa verba & ſoni nihil commune habent & ſimile cum notionibus & cogitationibus, quarum notae ac ſigna ſunt: ita etiam inter certos quosdam motus & ſenſus doloris, famis, ſimilesque nulla prorſus eſt cognatio & ſimilitudo. Verum animus noſter, ſecreto quodam & occulto inſtinctu, *& tamquam ex compacto*, naturae vocem ac ſermonem intelligit, ideoque, ſimulatque motus hi in cerebro exſiſtunt, non hos ipſos motus attendit & obſervat, uti nec nos, quum alios loquentes audimus, meros ſonos attendimus, ſed continuo ex ſemetipſo tales notiones, talia viſa, tales cogitationes excitat, qualium notas & ſigna natura motus iſtos eſſe voluit: atque harum ope multas ille res alias tam in corpore ſuo, quam extra illud certo intervallo poſitas, percipit & cognoſcit, quo corpori, ejusque commodis & conſervationi conſulat. Ineſt igitur in nobis duplex percipiendi facultas, quarum altera ſubeſt & ſubjecta eſt alteri: una pertinet ad inferiorem animi noſtri partem, quae corpori continens eſt: haec variis motibus & pulſibus a rebus corporeis extrinſecus ad ſe delatis, incitata, ſenſus

& imaginationem varie commovet, hisque ducibus rerum corporearum qualemcumque ſibi cognitionem comparat, aut potius exteriores partes earum percipit, at interiorem nullius rei naturam, ſeu individuam & immutabilem *rationem* ullâ ratione comprehendit & aſſequitur. Altera percipiendi, qua valemus, facultas ipſius eſt animae, ſeu partis illius ſuperioris & interioris animae, quae ſola cognoſcit & omnis perpeſſionis expers eſt, nihilque prorſus ex corpore ſuo vel commodi, vel detrimenti capit, quod alioquin animam afficere ſolet. Haec ſola per ſe agens, rationales rerum ſpecies ac notiones, quae efficienter in cognoſcendi facultate, qua valet animus, inſunt ex ipſa elicit anima: quarum quidem notionum generalium & abſtractarum ope mens, *tamquam deſuper ſpectans*, res ſingulas comprehendit & intelligit. Accidit autem non raro, ut perceptiones reliquae noſtrae, quae per ſenſus & corporis interventu in nobis excitantur, occaſionem nobis ſuppeditent generaliores & abſtractas haſce notiones, quae ab unius animi virtute creantur, producendi & informandi: Qua de cauſſa fit, ut multi ſibi perſuadeant, eas nihil eſſe, quam extenuatas & umbratiles notionum, quae ſenſus in nobis gignunt, imagines, omnemque idcirco cognitionem & intelligentiam a ſenſu provenire, nec eſſe aliquid, quam ſenſus amplificationem & propagationem. Sed in hoc maximopere falluntur: Procedunt enim hae notiones a longe diverſa facultate animi, per quam ille ex ſemetipſo, naturali virtute ſua, objectas
64 notiones aut inſitas potius ſpecies protrudit, resque poſitas extra ſe comprehendit, non ita, ut patiatur aliquid, hoc faciens, aut unum ex altero conficiat & concludat, ſed anticipando veluti, perceptioneque quadam non adſcendente, ſed deſcendente. Mens nimirum in ſemetipſam primum aciem ſuam convertit, notionesque ſibi proprias, quae in facultate ejus cognoſcendi, formas omnes complectente, reconditae latent, contemplatur: inde vero deſcendit cognoſcendo, resque ſingulas ſub illam facultatem ſubjicit. Ex quo manifeſtum eſt, cognitionem non in rebus ſingulis incipere, ſed in illis delinere. Itaque, quum animus a ſemetipſo intelligentiae ſuae capiat primordia, & deinceps per propriam & interiorem ſuam cognoſcendi facultatem res externas complectatur & intelligat, certum eſt, res ſingulas ſecundum tantum locum in rebus illis obtinere, quae intelligentiae objiciuntur. Hoc niſi ita eſſet, quomodo Deus cognoſceret? Nos ergo quum ita cognoſcimus, quemadmodum Deus cognoſcit & intelligit, tum cognoſcimus aut cognitionem conſequimur per notiones generales. Et hoc quidem ſenſu, non autem illo, quo *Protagoras* hoc enuntiatum intelligi voluit, anima vere modus, & menſura rerum omnium dici poteſt.

Concludamus jam rationem: Quum ipſae illae ſpecies, quae a ſenſibus oriuntur, ipſaque viſa noſtra, non a rebus externis unice, corporea ratione, in animo noſtro ſignentur & imprimantur, ſed ipſius animi ſint effecta, ad quae producenda corpus tamen ei junctum nonnihil confert: multo fieri minus poteſt, ut generaliores & ab omni re corporea ſecretae & abſtractae mentis noſtrae rationes & notiones, aut ipſae rerum naturae, exempla tantum ſint & imagines in animo, tamquam re vita vacua, corporeo quodam modo impreſſae.

§. XIV. Quae quum ita ſeſe habeant, duplicem a plebejis philoſophis errorem committi, manifeſtum eſt. Primum graviter errant, quod notiones rerum

ſub

sub sensus cadentium & visa, prorsus, crassa quadam & corporea ratione, extrinsecus in animo signari, tamquam in re vita destituta, opinantur. Deinde vehementer falluntur, quod notiones nostras rationales, seu abstractas & universales animi species, ex notionibus a sensu profectis & visis, corporea ratione in animo impressis, per abstractionem aliquam aut separationem rerum haec vel illa corpora circumstantium gigni & procreari arbitrantur, non aliter, ac si visu circumciderentur quodammodo, aut arte & diligentia in formas tenuiores & subtiliores, quales notiones putant abstractas esse, converterentur, quemadmodum aurum solidum malleo & aliis instrumentis in tenuissimas laminas & fila distrahitur. Huic sententiae quo speciem compararent aliquam hi philosophi, non sine ingenio *intellectum* nescio quem *agentem* excogitarunt & in cerebro collocarunt hominis, qui fabri aut architecti similis est, in officina sua residentis, omnibusque machinis & instrumentis ad opus, quod ipsi tribuunt, perficiendum instructi. Ab his ego sapientibus nihil, praeter hoc unum, quaesiverim: Unde scientissimus hicce faber seu architectus, quem *intellectum agentem* nominare solent, quum opus suum aggreditur, accipiat & discat, quid visis objectis faciendum sit, quidnam ex illis construi & in qualem redigi formam debeant? Si hoc ipsi obscurum & ignotum est, quis neget, eum opificem esse valde imperitum & ineptum? Sin vero quid suscipiendum & agendum sit, novit, anticipata est opera ejus, opusque, quod ipse meditatur, jam actum est. Etenim insit in eo necesse est rationalis quaedam notio rei illius, quam novit, percipit, & intelligit intra semetipsum. Igitur nil opus ipsi est instrumentis suis, nec ut visa objecta limet, circumcidat, & edolet necesse est, quo tenuiores & subtiliores ex illis notiones fiant, quum id jam habeat, quod efficere studet, idque domesticum & nativum ipsi sit, quod industria & ingenio conatur sibi acquirere.

Solent, qui hanc probant opinionem, *Aristotelis* sese auctoritate munire, cujus dictum quoddam *de intellectu agente* laudant: in quo iterum labuntur. Nam, si Graeci audiendi sunt philosophi hujus interpretes, quos mentem ejus ceteris perspexisse rectius, certum est, ne somniando quidem is umquam de tali cogitavit re, qualem hoc genus sibi fingit, nec usquam praecepit, non modo visa, verum etiam ipsas notiones ratione formatas, res esse corporeas a materia in nobis impressas. Visa sunt e contrario ipsius animi effecta cum perpessione quadam conjuncta, quae fataliter certos in corpore motus consequuntur & conjunctim cum illis, per magicam illam, quae corpus & animam sociat, copulam producuntur. At illae notiones simplices nihil ex cognatione corporis & animi admistum habent, ipsiusque mentis puri sunt actus, quorum caussa in ipsa mentis latet efficientia. Neque fieri ulla ratione potest, ut hae posteriores ex illis superioribus nascantur, sive id abstrahendo & separando, sive chymica quadam transmutatione contingere dicas. Etenim vigorem, efficientiam, & virtutem animatam, qualis intelligentia est, ex ignava, dormitante, ac ratione carente perpessione & affectione gigni, communi prorsus sensui & naturae rerum repugnat. Finitima ceterum huic sententiae alia est eorumdem philosophorum opinio de procreatione & eductione *formarum substantialium* & materiae expertium ex materia, quae perferre tantum & pati potest. Utraque procedit ex illa mentis perversitate ac insciția, quae familiam hanc adducit, ut materiam brutam, sensuque omni, ratione, & vita vacuam 65

principem eſſe cauſſam omnis virtutis & perfectionis, omnis formae ac pulcritudinis, omnis denique ſapientiae ac cognitionis in mundo eſſe arbitretur.

Quod ſi tamen probe omnia expendantur & penſitentur, illi, qui animam facultate praeditam eſſe docent ex viſis oblatis ſpecies rationales aut notiones univerſales & abſtractas educendi & gignendi, aeque magnam reapſe tribuunt animo efficientiam, atque illi, qui animae virtutem eſſe datam praedicant, notiones illas ex ſemetipſa producendi: Sicut ille, qui ſolem diceret tantum habere potentiae, ut lucem ſeu diem ex nocte ac tenebris elicere poſſet, nihilo minus illi virtutis adſcriberet, quam alius, qui ſolem ex proprio corpore ſuo radios & lucem proferre poſſe, ſtatueret.

§. XV. His quum ſe premi difficultatibus viderent philoſophi quidam ex eorum ordine, qui confiteri nolunt, eſſe aliquam naturam materiae expertem, quae propriam & naturalem habeat efficientiam, negantque eſſe in anima aliquid, praeter id quod extrinſecus affertur ad eam, aliam ingreſſi ſunt viam, quo rebus ſuis conſulerent. Plane nimirum negarunt, eſſe notiones ejusmodi univerſales, formas, & *rationes* in animo, resque illas, quae nominantur *univerſales*, nil eſſe tradiderunt, quam nomina & vocabula multis rebus communia. Haec ſententia illi quondam ſectae placuit, quae *Nominalium* dicta fuit: renovata vero & inſtaurata non ita pridem eſt a nonnullis, qui acriter diſputant, nullas eſſe naturas materiae & corporis omnis expertes. *Nihil*, inquit nuperus quidam (*i*) ſcriptor, *eſt in mundo univerſale, praeter nomina: res enim quae nominantur omnes ſunt individuae ac ſingulares.* Verum eſt omnino hoc ſcitum, nec a ſanae mentis quodam repudiabitur, ſi de rebus extra mentem poſitis unice accipiatur. At ſcriptor hic longius illud patere vult, omnesque *conceptus univerſales* & *rationes* mentis tollere ac deſtruere conatur, quod ex uberiori dogmatis hujus explicatione, quam alio loco dat, intelligitur: (*) *Eſt nomen hoc univerſale, non rei alicujus exiſtentis in rerum natura, neque ideae ſive phantasmatis alicujus in animo formandi, ſed alicujus ſemper vocis ſive nominis nomen, ita ut cum dicatur animal, vel ſaxum, vel ſpectrum, vel aliud quicquam eſſe univerſale, intelligendum ſit tantum, voces eas Animal, Saxum, eſſe nomina univerſalia, id eſt, nomina pluribus rebus communia & reſpondentes ipſis in animo conceptus ſunt ſingularium animalium vel aliarum rerum imagines & phantasmata. Ideoque non eſt opus ad vim univerſalis intelligendam alia facultate, quam imaginativa, qua recordamur voces ejusmodi modo unam rem, modo aliam in animo excitaſſe.* Quid haec ſibi velint, apertum eſt. Negat auctor, eſſe ullas alias in animo notiones, quam viſa rerum corporearum ſingularium: eſſe quidem nomina univerſalia, quibus res unius generis multae deſignentur: at mentem ſeu cogitationem nihil contemplari aliud poſſe, quam res ſingulares extra ſe poſitas. Quocirca etiam, his ſcitis convenienter, intelligentiam definit nihil eſſe, quam conceptum ex ſermone natum: quare ſermo ſi peculiaris eſt homini, intelligentia peculiaris eidem & propria ſit neceſſe eſt. Hoc ipſum reconditum dogma is quoque, cujus ſunt *tertiae objectiones*

(*) Elem. philoſ. (P. I. cap. 2. §. 9. p. 10.)

(*i*) *Scriptor*] *Thom. Hobbeſius*, cujus lege *Logicam Cap.* 1. & 2.

Digitized by Google

nes contra Carteſii Metaphyſicam, proſoſuit, hisque verbis explanavit: (*) *Quid jam dicimus, ſi forte ratiocinatio nihil aliud ſit, quam copulatio & concatenatio nominum ſive appellationum per verbum hoc: Eſt. Unde colligimus ratione nihil omnino de natura rerum, ſed de eorum appellationibus, nimirum utrum copulemus rerum nomina ſecundum pacta, vel non. Si hoc ſit, ſicut eſſe poteſt, ratiocinatio dependebit a nominibus, nomina ab imaginatione, & imaginatio ab organorum corporeorum motu, & ſic mens nihil aliud erit, praeterquam motus in partibus quibusdam corporis organici.* Igitur, qui hanc philoſophiam ſequuntur, rationem & ſcientiam putant nihil addere ſenſui, nec in cognitione naturae rerum ſenſu longius procedere, ſed unice communibus uti nominibus & vocabulis ad multas res ſimul exprimendas.

§. XVI. Equidem ſatis jam eſſe dictum arbitror ad oſtendendum, quum res 66
ſingulae corporeae cognoſcuntur a nobis & intelliguntur, non ſenſum tantum & viſa ſenſuum nos erudire, ſed ex ipſa mente ſpecies rationales & notiones generales produci, quae ſolae efficiant, ut res externae a nobis comprehendantur. Sed quo plus tamen negotio huic lucis affundam, planumque prorſus faciam, cognitionem notionum & enuntiatorum communium & univerſalium, perceptorumque artis non a ſenſu proficiſci nos concitante, ſed ex inſito & innato ipſius animi vigore & robore, notiones ſuas comprehendentis, unum illud Geometrarum de triangulo enuntiatum conſiderandum mihi ſumam: *Tres anguli trianguli aequales ſunt duobus rectis angulis*, expendamque, quidnam ei, ſi διανοητικῶς, *ſcientifice*, ſpectetur, ſubjectum ſit.

Principio igitur, ſi menti, quum cognoſcit, nihil objectum eſſe aliud, quam res externae, ſingulares, & in ſenſus incurrentes, *Euclides* quum praeceptum hoc conficeret, corpora tantum quaedam ſingularia ob oculos habuiſſet poſita, eaque inter ſe comparaſſet. Itaque non licuiſſet ipſi cognitionem illam ſecum in animo ſuo circumferre, aut diutius illam ſervare ac retinere, quam aut manibus corpora iſta tenuiſſet, aut oculis ſpectaſſet: ex quo efficitur, praeceptum iſtud, de quo loquimur, intelligi a nullo vel poſſe, vel potuiſſe, praeterquam ab illis, quibus eadem, quae *Euclidi*, corpora praeſentia vel ſunt, vel fuerunt. At certum eſt e contrario & perſpicuum, rem huic enuntiato ſubjectam, qualiscumque tandem ea ſit, ejus eſſe naturae ac generis, ut omnibus Geometris, temporum & locorum alioquin ſpatiis vehementer diviſis, ſemper ſine ullo diſcrimine ac differentia praeſto ſit, omnesque Mathematicos rem hanc dijudicare & de ea pronuntiare ſolere. Hoc autem quonam tandem modo fieri poſſet, niſi ea eſſet ratio & notio quaedam omnibus communis, ipſiusque animi ſpecies ratione formata.

§. XVII. Deinde nulla res ſingularis & ex materia conſtans, quatenus ſub ſenſum cadit, ſeu quatenus ex materia, colore, figura, & magnitudine conjunctim ſumtis conſiſtit, id eſſe poteſt, de quo hoc agit praeceptum. Eadem enim materia confeſtim aut in circulum, aut in quadratum converti poteſt: quod tamen ratione figurae tantum fit, neque fieri aliter poteſt, quam individua & immutabilis

(*) p. 96.

Digitized by Google

bilis trianguli notio, quae in mente tamquam exemplar ejus formae reſidet, id patitur. Jam vero, quod ſupra demonſtratum dedimus, nullus eſt usquam triangulus e materia conflatus, cui nihil ad perfectionem & formam accuratam deſit, nec ulla trianguli e materia conſtantis forma ſingularis immutabilis eſt. Quod ſi tamen triangulus alicubi exſtaret mathematice perfectus, nullaque ſui parte deficiens, ſenſus tamen noſter non is eſſet, cui judicium hac de re committi poſſet: quippe qui tanta non valet perſpicientia, ut obliquum recto accurate ſecernere, atque de abſoluta & mathematica aequalitate trium angulorum corporeorum & reliquarum binarum extremitatum angularium ſine errore judicare queat. Ex his omnibus liquet, percepti hujus & enuntiati Mathematici, de quo loquimur, fundamentum non eſſe corpora ſingularia ſenſibus ſubjecta, ſed ipſius mentis *rationes* & notiones: in quibus unis omnis ſita eſt accuratio mathematica, quasve unas conſulere oportet, quum de ſumma & perfecta binarum rerum inter ſe paritate quaeritur, ſi errorem effugere cupiamus.

§. XVIII. Fingamus vero, eſſe quosdam alicubi triangulos & angulos corporeos abſolute perfectos & mathematicis regulis undique convenientes: Addamus, tantam ſenſui noſtro aciem eſſe, ut individua horum angulorum puncta accurate aſſequi & cernere valeat: aut, ſi mavis, circinum nobis eſſe omnis vitii neſcium, cujus *cuſpides* puncta ſint mathematica: ſtatuamus, circini hujus ope nos trianguli cujusdam angulos, rectumque ſimul angulum in abſolutum revocare poſſe circulum, accurate in partes infinitas diviſum, aut ejusdem trianguli angulos reſecare, unaque in abſoluta ſuperficie collocare, eoque modo neceſſuria Mathematicorum ratione demonſtrare poſſe, angulos hoſce binis angulis rectis corporeis omnino pares eſſe: ne ſic quidem, quod volumus, obtinebimus, neque certi erimus, triangulo in ſe ſpectato tres non poſſe non angulos eſſe, binis angulis rectis aequales, quamdiu hos angulos unice ſenſus noſtri corporei inſtrumento tamquam res ſingulares e materia conſtantes & extra mentem poſitas conſideramus. Quamvis
67 enim iſto modo perſpexerimus & certo cognoverimus, ſingulares iſtos & e materia conflatos triangulos pares & aequales eſſe binis illis rectis angulis ſingularibus & corporeis: haud tamen inde ſimul conſtabit nobis, omnium triangulorum ſingularium naturam eſſe eamdem, multo minus intelligemus neceſſariam enuntiati hujus Mathematici veritatem, aut rationem, quare hoc ita ſit, in cujus tamen cognitione vera omnis ſcientia eſt poſita, comprehendemus, quoniam altius haud adſcendimus contemplando, quam ſenſus noſtri patitur indoles, qui ultra ſingularia progredi nequit. Et hoc ipſum praeclare & ad inſtitutum noſtrum accommodate dudum *Ariſtoteles* obſervavit *Poſſer. Analyt. Lib. I. Cap.* 25. (*) cujus verba legiſſe non poenitebit. Οὐδὲ δι αἰσθήσεως ἐστὶν ἐπιστῆσαι, ἀλλ' αἰσθάνεσθαί γε ἀναγκαῖον· τὸ δὲ τι καὶ πᾶν καὶ οὗν· τὸ γὰρ καθόλου καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἀδύνατον αἰσθάνεσθαι· οὐ γὰρ τόδε, οὐδὲ νῦν· εἰ γὰρ ἦν καθόλου. Τὸ γὰρ ἀεὶ καὶ παντεχοῦ καθόλου φαμὲν εἶναι. Ἐπεὶ οὖν αἱ μὲν ἀποδείξεις καθόλου, πᾶσι δὲ οὐκ ἔστιν αἰσθάνεσθαι, φανερὸν ὅτι οὐδὲ ἐπίστασθαι δι' αἰσθήσεώς ἐστιν. Ἄλλα δῆλον ὅτι καὶ εἰ ἦν αἰσθάνεσθαι ὅτι τὸ τρίγωνον δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει τὰς γωνίας, ἐζητοῦμεν ἂν ἀποδεῖξιν, καὶ οὐκ (ὡς φασί τινες) ἠπατώμεθα. Αἰσθάνεσθαι μὲν γὰρ ἀνάγκη καθ' ἕκαστον, ἡ δ' ἐπιστήμη τοῦ καθόλου

(*) (Potius cap. 31. p. 226. T. I. Opp.)

Digitized by Google

κοίλου γνωσθῆναι δύναται. Nec per ſenſum fit, ut ſciamus, —— ſed neceſſe eſt ſentire hoc aliquid, & alicubi, & nunc. Quod autem eſt univerſale & in omnibus, id ſentiri nequit: quia non eſt hoc aliquid, neque nunc: alioqui non eſſet univerſale: quod enim eſt ſemper & ubique, id dicimus eſſe univerſale. Quoniam igitur demonſtrationes ſunt univerſales, univerſalia vero non licet ſentire, perſpicuum eſt, non fieri per ſenſum, ut ſciamus. Immo planum eſt, etiamſi ſenſu percipi poſſet triangulum duobus rectis aequales angulos habere, nos eſſe requiſituros demonſtrationem: nec enim, (ut quidam inquiunt) ſciremus. Senſus ſcilicet attingit tantum ſingularia; ſcientia vero eſt, qua univerſale cognoſcitur. Animus ſcilicet noſter hac minime contentus eſt cognitione, ſed demonſtrationem requirere pergit. At ſingularia, quae ſenſu percipiuntur, demonſtrari nequeunt, ſed *rationes* tantum *univerſales*, quas mens complectitur & continet. Quocirca, id quod ſupra jam dixi, cognitio eſt comprehenſio rei deſcendens a notionibus univerſalibus ipſius mentis, non vero perceptio a rebus ſingularibus, quae in ſenſus incurrunt, adſcendens.

§. XIX. Concludamus igitur, certam & minime dubiam veritatis, quae hoc enuntiato continetur, cognitionem neminem ſibi comparare poſſe, niſi animo ſeſe ſupra ſenſum attollat & a rebus ſingularibus ad comprehenſionem rerum & rationum univerſalium, quibus mens ejus imbuta eſt, meditando adſcendat, notionesque haſce & exquirat & contempletur, nec hunc vel illum extra ſe corporeum triangulum, ſed individuam & immutabilem trianguli notionem intueatur. Hanc vero ſi normam ſequatur, rationem non unam inveniet probandi, triangulum in ſe ſpectatum non poſſe non tribus conſtare angulis duobus angulis rectis aequalibus.

Primum triangulum ſpectare licet, ut figuram ex parallelogrammate, (in qua tamen figura minus eſt, quam in ceteris, ſimplicitatis) per lineam diagonalem in binos aequales triangulos diviſo, factam. In quolibet autem parallelogrammate quatuor ſunt anguli pares & aequales quatuor rectis angulis, quod manifeſtum eſt. Etenim quum binae lineae parallelae per rectam ſecantur lineam, bini anguli interiores pares ſint oportet binis angulis rectis, quum alter illorum angulorum alterius ſit complementum ad ſemicirculum efficiendum. Quod ſi igitur parallelogramma in binos aequales triangulos per lineam diagonalem dividatur, neceſſe omnino eſt, ut quantitas trium angulorum in utroque triangulo dimidium ſit ejus quantitatis, quam quatuor parallelogrammatis anguli habent.



Verum alia quoque ratione generationem trianguli plani explicare poſſumus. 68
Finge tibi primum lineam rectam binas lineas parallelas ſecantem: alteram deinde linea-

Digitized by Google

linearum parallelarum e centro ſuo, quod in recta eſt linea, moveri extra parallelismum ſuum cogita, & verſus alteram lineam inclinare: haec linea ſi ex parallelismo ſuo vel paullulum ad alteram moveatur lineam parallelam & in motu hocce pergat, neceſſario eo veniet, ut alteram lineam ſecet, & iſto modo triangulum efficiet.



Quantus vero eſt interior angulus, qui una cum altero oppoſito binos conſtituit rectos angulos, tantus quoque eſt tertius angulus: ex quo conſequitur omnes tres angulos duos efficere rectos angulos.

§. XX. Magno vero his in rebus errore vulgus ſeſe hominum obligare ſolet. Quoniam nimirum Geometras vident, quum hujusmodi percepta demonſtrant, figuras adhibere & diagrammata ſub ſenſus cadentia, idcirco cognitionem veritatum Geometricarum a ſenſibus naſci, ipſosque Geometras non alias animis ſuis concluſas gerere linearum rectarum & parallelarum, angulorum rectorum, acutorum, & obtuſorum, triangulorum, aequalitatisque angulorum formas & notiones, opinantur, quam eas, quae a figuris in charta expreſſis in animo eorum & facultate imaginandi impreſſae ſint. At longe ſecus res ſeſe habet: Mathematici enim eodem tantum tempore imaginationem ſuam his externis figuris paſcunt, quo animus in demonſtratione totus occupatus alias harum rerum formas rationales propria virtute ex ſemetipſo producit & ex hiſce notionibus percepti ipſius neceſſariam veritatem intelligit. Nullius ſcilicet enuntiati, nullius dogmatis univerſalis & neceſſarii vera propriaque cognitio, ſive illud ad Geometriam, ſive ad Metaphyſicam pertineat, in animo extrinſecus per res ſingulares extra nos poſitas excitatur, aut a ſenſibus ad mentem defertur, verum ex inſita & nativa mentis ipſius virtute, quae rationales formas & communes rerum omnium notiones comprehendit & continet, exoritur.

§. XXI. His ergo rebus & rationibus concludimus, res, in quarum contemplatione

Digitized by Google

platione scientia Geometrica proprie sic dicta versatur, non esse singularia corpora aut corporum extremitates, verum notiones ratione informatas & universales trianguli, quadrati, circuli, pyramidis, cubi, sphaerae formas, quas animus cum comprehendit, tum, si res ita poscat, suapte virtute expromit. Animus scilicet non extra se quaerit ea, quae cognoscere vult & intelligere, sed ea sinu suo continet & necessario comprehendit. Atque haec ejus sunt naturae, ut nullo mutari queant modo, verum eadem semper maneant: id quod consequenti capite planum facere decrevimus.

CAPUT QUARTUM.

ARGUMENTUM.

Res corporeae singulares non possunt id esse, quod intelligentiae ac cognitioni primum & praecipue objicitur, verum aliud sit oportet rerum genus, in quo contemplatio nostra in primis, nulla re alia interjecta, defigitur, quod quidem haud fluat, sed perpetuo idem sit ac maneat. Hae res immutabiles quidnam sint, unde sint, & ubi exsistant, explicatur. Est aeterna quaedam mens, ex qua omnes intelligentiae creatae notiones perpetuo accipiunt. Concluditur, sapientiam, cognitionem, & intelligentiam res esse aeternas & per se exsistentes, materia, omnibusque rebus sub sensus cadentibus superiores. 69

§. I. Nulla res singularis ex materia constans necessario sibi semper constat, sed variis exposita est conversionibus & mutationibus. Nos vero quum ejusmodi res sensu percipimus, tum animus noster ex certis motibus in corpore per eas excitatis afficitur & commovetur: quae quidem animi nostri perpessio motus quoddam in eo genus est, quod efficere nequit, ut immutabilis ullius rei natura & *ratio* a nobis comprehendatur. Intelligentiae autem & cognitionis diversa prorsus est ratio: quippe quae virtute propria rerum naturam consequitur, constans praeterea est & mutationis omnis nescia, nulloque tempore a semetipsa desciscit & aberrat. Quidquid enim non est unum semper, stabile, ac immutabile, id intelligentiae & cognitioni subjici nullo modo potest, nec in eo animus cogitationes suas defigere valet, quoniam quae fluxa sunt & a constantia remota animum semper fallunt & deludunt, vimque mentis, quae consequi & comprehendere nititur ea, continuo effugiunt. Nulla item res mobilis & stabilitatis expers fundamentum esse potest ullius enuntiati aut propositionis certae ac constantis. Quomodo enim de eo, quod nec certum est, nec sibi semper sine ulla mutatione constat, aliquid certo, constanter, & perpetuo affirmari potest? Quae quum ita sint, manifestum est, res singulares & corporeas in se spectatas, quae sensus nostros pellunt & afficiunt, non id esse posse, quod intelligentiae & cognitionis principium est, sed alia longe hoc nomine digna esse.

§. II. Hanc propter caussam philosophi illi, qui fluere omnia opinantur, quorum antea jam meminimus, *Heraclitus*, *Cratylus*, & *Protagoras*, quos docere juvat, nullas comprehendi res cogitatione posse, quam singulares & corporeas, quas qui-

Digitized by Google

dem ſtare numquam, ſed fluere ſemper cenſent, huic praecepto ſuo convenienter decernunt, nullam eſſe, ſi a ſenſu diſceſſeris, cognitionem, nullamque rei cujusquam ſtabilem & immutabilem comprehenſionem. Namque ſciti hujus ſtullum eſſe fundamentum aliud, quam hoc ipſum dogma: Nihil mentem intrare & a mente comprehendi, quam res ſingulares & corporeas, ſeu, ut illi ſolent loqui: Omnia perpetuo fluere, quod quidem rerum corporearum eſt proprium, locuples nobis auctor eſt *Ariſtoteles Metaphyſ. Lib.* IV. *Cap.* 5. (*) Αἴτιον δὲ δεῖξαι τοῖς ὅτι περὶ τὸ εἶναι μὲν ἀληθείαν ἐσκέπτων· τὰ δὲ εἶδος ὑπέλαβον εἶναι τὰ αἰσθητὰ μόνον· ἐν δὲ τούτοις πολλὴ ἡ ἄδεια διὰ τὴν Φύσιν ἐνυπάρχειν. —— Ἔτι δὲ πᾶσαν ὁρῶντες ταύτην κινουμένην ἀπὸ φύσιν, περὶ δὲ μεταβάλλοντος οὐδὲν ἀληθεύομεν, φεύγει τὸ πάντως πάντα μεταβάλλειν, οὐκ ἐνδέχεσθαι ἀληθεύειν. Ἐκ δὲ ταύτης τῆς ὑπολήψεως ἐξεμάθησαν οἱ ἀκροτάτην δόξαν περὶ εἰρημένων ἢ περὶ φαινόντων Ἡρακλειτίζειν, καὶ οἷον Κρατύλος εἶχεν, ὃς τὸ τελευταῖον οὐθὲν ὤετο δεῖν λέγειν, ἀλλὰ τὸν δάκτυλον ἐκίνει μόνον, καὶ Ἡρακλείτου ἐπετίμα εἰπόντι δὶς τῷ αὐτῷ ποταμῷ οὐκ ἐμβῆναι· αὐτὸς γὰρ ὤετο οὐδ' ἅπαξ. *Cauſſa vero hujus opinionis* (quae negat ullam eſſe certam & immutabilem cognitionem) *his fuit, quod veritatem quidem omnem ad ea referebant, quae vere ſunt, at nihil vere eſſe arbitrabantur praeter ea, quae in ſenſus incurrunt. At in his tamen multum eſt inconſtantis nec determinati.* —— *Item quum hanc omnem naturam moveri viderent, de eo autem, quod mutatur, certi & veri nihil conſtitui poſſe intelligerent, in eam ingrediebantur ſententiam, nihil veri de eo, quod ſemper & perpetuo mutatur, decerni poſſe. Ex hac enim opinione princeps eorum ſecta fluxit, qui ſe Heraclitum ſequi affirmabant: cui & Cratylus addictus erat: qui tandem nihil putabat dici oportere, ſed ſolum digitum movebat, & Heraclitum eo nomine reprehendebat, quod dixiſſet, neminem licere bis eumdem intrare fluvium: ipſe enim exiſtimabat, ne ſemel quidem id fieri poſſe*, aut, quod idem eſt, nullam rem corpoream vel momentum temporis eodem in ſtatu permanere.

§. III. Quod ſi igitur ulla eſt talis res, qualis eſſe dicitur intelligentia, ſcientia, & cognitio, ab externo ſenſu diſtincta, ſi ullae ſunt veritates immutabiles, 70 neceſſe quoque eſt, eſſe aliud quoddam genus rerum, a rebus corporeis & ſingularibus diverſum, quod animus ſuapte vi complectatur, quod haud fluat, verum ſemper & perpetuo idem ſit & permaneat, (ἀεὶ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχόντα) quod, ut *Platonis* de rebus hujusmodi verbis utar, *ſtabilem & eamdem ſemper naturam habeat*, (μόνιμα καὶ μίαν αὐὶ Φύσιν ἐχόντα) quod denique, ut *Ariſtotelis* ſermonem adhibeam, ἀκίνητον ſit οὐσία, ſeu *immobilis eſſentia*. Hinc *Ariſtoteles*, quo utramque hanc philoſophorum familiam, quorum altera, tota contemplationi dedita, ſtare omnia praecipit & eo usque meditatione adſcendit, meam ut perſpicientiam & cognitionem effugiat, altera, in materiam prorſus immerſa & ſenſibus omnino addicta, nihil prorſus ſtare, ſed fluere omnia & manare ſtatuit, opprimat & refellat, his eas verbis (*k*) aggreditur: Φανερὸν ὅτι οὐδ' οἱ πάντα ῥεμεῖν λέγοντες ἀληθῆ λέγουσιν, οὐδ' οἱ πάντα κινεῖσθαι. Εἰ μὲν γὰρ ῥεμπεῖ πάντα, ἀεὶ ταῦτα ἀληθῆ καὶ ψεύδη ἔσται· φαίνεται δὲ τοῦτο μεταβάλλον· ὁ γὰρ λέγων πόσα αὐτὸς τὸν ἦν, καὶ πάλαι οὐκ ἔστι· εἰ δὲ πάντα κινεῖται, οὐδὲν ἔσται ἀληθὲς, πάντα ἄρα ψεύδη. *Clarum autem eſt, quod nec illi, qui omnia quieſcere dicunt, verum dicunt, nec qui omnia moveri. Nam ſi omnia quieſcunt, ſemper eadem*

(*) p. 313. Tom. IV.

(*k*) *Aggreditur*] *Metaphyſ. Lib.* IV. *Cap.* 8. *p.* 318. *Tom.* IV. *Opp.*

(*l*) *Ab*

eadem & vera & falsa erunt: apparet autem, ea transmutari. Qui enim hoc dicit, aliquando ipse non erat & rursus non erit. Si vero omnia moventur, nihil erit verum: cuncta ergo falsa. Ipse vero, non secus ac *Plato*, ita controversiam hanc componit, ut duo esse decernat rerum genera: alterum mutabile & motui ac fluxioni subjectum, in quo quidem res sunt singulares, quae materia constant: alterum immutabile, quod semper stat & quiescit, a quo certa omnis, constans, & falli nescia cognitio ducitur, nec idcirco ullo modo nihilum & nullum esse potest.

Asseram ipsa *Aristotelis* verba, ex quibus liquet, posterius hoc rerum genus, quod ἀκίνητον οὐσία, *essentia immobilis*, ei vocatur, & a rebus singularibus sub sensus cadentibus distinguitur, haud ipsi incognitum fuisse, sed adversus *Heraclitum* & reliquam philosophorum, quibus omnia placet fluere, turbam strenue ab eo (*l*) assertum: Ἐπὶ ᾗ ἀξιώσομεν σκοπεῖν περὶ ἄλλου οὐσίαν τινὰ τῶν ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις, ἢ ἅπαν κίνησις ὑπολείπει, ἅπαν φθορὰ, ἅπαν γένεσις τὸ παράπαν. *Scire volumus hos philosophos, praeter res, quae sensibus expositae sunt, (quae semper mutantur) aliud esse rerum genus, cui neque motus, neque corruptio, neque omnino generatio inest.* Alio idem (*m*) loco ἀκίνητον, quam appellat, ἀΐδιον, *immobilem essentiam*, id esse significat, unde omnis cognitio tam in scientiis mathematicis, quae purae vocantur, quam in prima philosophia originem trahat.

§. IV. Hae autem res immutabiles *rationes* sunt *universales*, seu *naturae & essentiae intelligibiles omnium rerum*, quas cum *unitatibus* aliqui conferunt, *Aristoteles* vero cum numeris comparat, qui, si in in se considerentur, distrahi & dividi nequeunt. Ἕκαστον, inquit, τῶν εἰδῶν οἷόν ἐστιν ἀριθμός. *Essentiae rerum numeris sunt similes.* Etenim si vel minimum aliquid addatur numero, vel inde detrahatur, numerus statim destructus & sublatus est.

Et hae quidem *rationes* seu *essentiae* omnis certae, stabilisque cognitionis principia & fundamenta sunt. Geometria, verbi caussa, non in contemplatione corporeorum & singularium triangulorum, quadratorum, circulorum, pyramidum, cuborum, sphaerarum, similiumque figurarum occupata est: nam de his figuris, quia ipsae sunt mutabiles, nihil certi & constantis affirmari potest: verum haec scientia individuas illas & immutabiles trianguli, quadrati, circuli *rationes* considerat, quae omnibus Geometris, omni tempore & loco, uniusmodi semper visae sunt; quae quum ipsaemet mutari nequeant, occasionem praebent certa & immutabilia enuntiata demonstrandi, quale hoc est: Triangulum non potest non ex tribus consistere angulis, qui binis rectis angulis pares & aequales sunt.

Jam quaerent fortassis aliqui: ubinam haec ἰδέαι ἀκίνητοι, hae immutabiles rerum rationes exstent? His ego primum respondeo, eas, in se spectatas, non proprie in rebus singularibus extra nos positis exsistere, nec ab his in mente nostra signari & imprimi: quemadmodum multi *Aristotelis* sententiam intellexerunt. Namque nulla res singularis & corporea aut universalis est, aut immutabilis. Quocirca si naturae illae, quarum res hic agitur, nusquam residerent, praeterquam in rebus singularibus & sub sensus cadentibus, sine ulla controversia perpetuis eorum- 71
dem fluctuum agitationibus, quae res omnes singulares & corporeas versant & cient,

(*l*) *Assertum*] *Metaphys. Lib.* IV. *Cap.* 5. p. 312.

(*m*) *Alio loco*] *Metaphys. Lib.* I. *Cap.* 2. *p.* 262. *Tom.* IV.

Digitized by Google

rient, expositae forent. Sed quod rationes istae una cum rebus corporeis haud intereunt, inde manifestum est, eas separatim ab illis exsistere. Respondeo deinde, nec easdem usquam seorsim & tam sejunctas a rebus corporeis & sensibus subjectis, quam extra mentem, exsistere: quam quidem opinionem recte *Aristoteles* rejicit, verum *Platoni* aut inique, aut imperite tribuit. Nam si id, quod mens cognoscit & intelligit, totum extra mentem esset positum, omnis ejus cognitio nihil esset, quam sensus & perpessio. Rem vero cognoscere, proprie est, rem per interiores quasdam notiones, quae menti domesticae & insitae sunt, & ex ipsa ejus cruuntur natura, comprehendere. Quocirca nihil est reliquum, quam ut species hasce *intelligibiles* seu rerum *essentias*, formas illas, unde omnis nostra cognitio nascitur, nusquam exsistere, quam in ipsa mente, constituamus. Dudum scilicet praeclare *Socrates* apud *Platonem in Parmenide* tradidit, hasce res nihil esse, quam νοήματα: (*) Τῶν εἰδῶν ἕκαστον τούτων νόημα, καὶ οὐδαμοῦ αὐτὰ προσήκει γίγνεσθαι ἄλλοθι ἢ ἐν ψυχῇ. *Quaelibet harum specierum notio quaedam est, nec esse alibi, quam in animis, potest.* Quocirca qui diceret, esse rerum immutabiles naturas, *essentias* & *rationes*, a rebus singularibus, quae extra nos sunt, distinctas, is idem praeciperet, quod ille, qui perhiberet, esse in hac rerum universitate supra orbem corporeum & ex materia constantem alium superiorem orbem ex natura rationali conflatum, qui immutabiles rationes & species rerum intra se cohibeat, earumque ope omnes res extra se collocatas cognoscat & intelligat.

Quamvis vero hae *rationes* rerum nusquam exsistant, nisi in mente: haud tamen idcirco pro meris intelligentiae nostrae commentis haberi debent. Quod si enim ea, quae omnibus enuntiatis philosophorum & mathematicorum fundamenti instar subjecta sunt, commentitia forent, omnis quoque veritas & cognitio, quae his enuntiatis unice nititur, plane foret commentitia. Ipsa vero ratio & veritas si res esset umbratilis & ficta, quid, quaeso, veri amplius & solidi in natura rerum esset? Sed evidens est, mentem, tametsi pro lubitu de rebus hisce cogitet, haud tamen eas arbitratu suo fingere & fabricari, verum certas illis esse, immutabiles, & determinatas naturas, in quas menti nullum est imperium. Animus si pro lubitu & arbitrio suo rationes hasce fingeret, idem eas ad nihilum redigere posset: verum ipsa nos omnes natura docet, eas non modo ab aeterno, verum etiam necessario, exsistere, eaque de causa nec numero plures, nec natura diversas, quam reapse sunt, esse posse, denique nullo modo perire posse, sed extra omne periculum interitus esse positas.

§. V. Duo illa philosophorum veteris aevi lumina, *Plato* & *Aristoteles*, non uno librorum suorum loco ita sibi videri, professi sunt. Ille quidem res, de quibus loquimur, vocat (*) τὰ μὴ γιγνόμενα, ἀεὶ δὲ ὄντα, *ea, quae numquam fiunt, verum semper sunt*, itemque μήτε γιγνόμενα μήτε ἀπολλύμενα, *ea, quae nec fiunt, nec destrui possunt*, τὰ ἀγένητα καὶ ἀνώλεθρα, *quae nec generantur, nec pereunt. Quae Plato negat gigni, sed semper esse*, ut (n) *Cicero* mentem *Platonis* exprimit, *& ratione & intelligentia contineri. Philo*, Judaeus ille Platonicus, appellat τὰ νοητὰ, quae haec ipsa sunt, de quibus hic disserimus, ἀναλλοιώτους ἰδέας, *essentias maxime neces-*

(*) p. 56. (†) In Theaeteto & Parmenide.

(n) *Cicero*] *Oratore Cap.* 3. *p.* 695. *Tom.* II. *Opp.*

(o) *Ari-*

necessarias, id est, res tales, quae necessario sunt & nullo modo non esse possunt. Ipse *Aristoteles* in *Libris Metaphysicorum rationes* rerum non modo nominat χωριστὰ & ἀκίνητα, *res a materia semotas & immutabiles*, sed etiam ἀΐδια, *aeternas*: In *Ethicorum* vero libris veritates Geometricas dicit esse ἀΐδια, *res aeternas Lib.* III. *C.* 5. (*) Περὶ τῶν ἀϊδίων οὐδεὶς βουλεύει, οἷον περὶ τῆς διαμέτρου καὶ τῆς πλευρᾶς, ὅτι ἀσύμμετροι. *De rebus autem aeternis consultat nemo, ut de diametro & latere, quoniam nulla dimensione inter se convenire possunt.* Alio loco scientiam, proprie sic dictam, negat esse rerum contingentium & corruptioni obnoxiarum, ἀ τῶν φθαρτῶν εἶναι δοκίμιλον, *verum rerum necessariarum, aeternarum, & corruptionis omnis expertium.* Haec autem immutabilia & aeterna scientiae omnis initia loco, quem antea produximus, ita describit: Οὐσίαν τοῦ ὄντος ἢ ὅτι κίνησις οὐκ ἔχει, ὅτι φθορὰ, ὅτι γένεσις τὸ παράπαν. *Genus rerum, quibus nec motus, nec corruptio, nec generatio omnino inest*, id est, quae nec gigni ullo modo, nec everti rursus possunt. Et ad has res contemplandas mentem ait necessario determinatam esse. In scientia enim & cognitione nihil ficti est vel volun- 72
tarii, sed est ea *comprehensio ejus, quod semper & necessario est.* Κατάληψις τοῦ ἀεὶ ὄ-

§. VI. His accedit, res has constanter permanere, tametsi mentes nostrae, quae conditae sunt, de iis haud cogitent. Ex quo quidem consequitur, eas & alio quodam sensu esse immutabiles. Immutabiles nimirum non ideo tantum dicuntur, quia sine ulla divisione & distractione eaedem sunt, quum de illis cogitamus, verum etiam quoniam constanter & perpetuo sunt, nec esse umquam desinunt, sive mentes nostrae cogitent de illis, sive quiescant. Etenim hae rationales naturae & essentiae trianguli, quadrati, circuli, pyramidis, cubi, sphaerae, omnesque necessariae Geometrarum veritates, quae ad has figuras pertinent, non ab *Archimede*, *Euclide*, *Pythagora*, ceterisque Geometriae principibus & auctoribus, excogitatae primum sunt, aut cum illis esse coeperunt: verum omnes hae *rationes* & veritates ante hos omnes reapse fuerunt & exstiterunt, nec, si vel omnes in toto terrarum orbe intereant Geometrae, immo omnis eorum ex hominum animis memoria funditus extrahatur, umquam deficient. Quin si vel universus hicce mundus, quatenus corporeus est, pereat, nec minus quidquid est creatarum mentium ad nihilum una redigatur, nullum tamen est dubium, quin rationales illae naturae, & essentiae omnium figurarum Geometricarum, veritatesque necessariae, quae pertinent ad eas, salvae & incolumes sint permansurae. Quocirca exstitisse has res tenendum est, antequam mundus corporeus produceretur & omnes intelligentiae ac mentes singulares conderentur. Quidquid nitaris animo, numquam tamen eo pervenies, ut tempus quoddam fuisse tibi persuadeas, quo nulla exstiterit natura rationalis trianguli, nec alia notionum ejusmodi, quae cogitatione tantum complecti licet: numquam temetipsum adduces, ut credas, fuisse tempus aliquod, quo falsum illud fuerit, quod nunc omni dubitatione vacat, trianguli tres esse angulos binis angulis rectis aequales: numquam efficies, ut certum tibi sit, has res, nescio cujus voluntate ac arbitrio, postea ex antecedenti quodam nihilo factas esse, aut certo quodam tempore genitas esse, ex quo consequitur, eas hodie certam quamdam aetatem assequutas esse, propterea que non modo senescere, sed etiam interire prorsus posse. Solet (*o*) *Aristoteles*, quum

(*) p. 39. Tom. III. Opp.

(*o*) *Aristoteles*] Addidi hic nomen *Aristotelis*, quod omiserat *Cudworthus*.

Digitized by Google

quum de formis rerum, quas εἴδη nominat, praecipit, saepius id, quod diximus, inculcare. Τῆ σφαίρᾳ εἶναι, (r) inquit alicubi, οὐκ ἐγγίνεται. *Essentia sphaerae haud generatur*, seu, quod idem est, res haud est facta, sed est perpetuo. (q) Alio loco de formis rerum in universum ita pronuntiat: Ἀιδία γένεσις ἡ φθορὰς ὅλως εἶναι τὰ εἴδη *Formae rerum corporearum nec generantur, nec corrumpuntur.* Item: τὸ εἶδος ἄδηλόν πωῖ, οὐδὲ γενητόν. *Forma nec fit a quoquam, nec gigni potest.* Sunt, qui *Aristotelem* in nonnullis horum locorum non satis caute Metaphysica secrevisse a Physicis arbitrantur. Et certum est omnino, vera esse haec ejus scita sensu Metaphysico, non autem Physico. Τὰ νοητὰ scilicet, illae res, quae mens tantum & cogitatio comprehendit, scientiae omnis & intelligentiae fundamenta & initia, aeterna sunt, necessario exsistunt, nec ullo modo everti possunt ac destrui.

§. VII. His conclusis & effectis, reliquum est, ut apertum ex illis esse decernamus, aeternam quamdam sapientiam & cognitionem in mundo versari, quae necessario exsistat, quae facta numquam sit, quae denique cessare ac interire nullo tempore queat, seu, quod idem est, esse mentem infinitam, aeternam, & necessario exsistentem, quae cum semetipsam, naturamque suam, tum quae fieri possunt universa, cunctasque veritates ex illis, quae fieri possunt, nascentes contineat & comprehendat; verbo, esse Deum aut naturam infinitae potentiae ac scientiae participem, quae exsistat necessario, nec idcirco ipsemet naturam suam, id est, infinitam potentiam & sapientiam suam destruere queat.

Etenim quum *rationes*, *rationales essentiae* ac veritates rerum, id quod antea ex *Platone* observavimus, nihil sint, quam νοήματα seu *notiones*, quae temperationes & modi sunt mentis & intelligentiae, eamque ob causam separatim exsistere ne-
73 queunt, sed cognitioni illi, qua continentur & a qua comprehenduntur, adesse debent: perinde est, sive dicas, esse aeternas *rationes*, rerum essentias & veritates necessarias, sive mentem esse statuas infinitam, omnipotentem, aeternam, & necessario exsistentem, quae reapse & semetipsam, & rerum essentias, & veritates ex illis manantes comprehendat, aut rectius, quae ipsa sit id, quod his vocabulis, *rationes*, *essentiae*, & *veritates omnium rerum*, designatur. *Rationes* scilicet, rerumque essentiae non sunt res vita vacuae, aut statuis, simulacris, & imaginibus alicubi in hac rerum universitate affixis & suspensis similes: neque veritates merae sunt sententiae & propositiones atramento in libro expressae & signatae: verum res sunt animatae, mentisque ac intelligentiae modi. Quod quum ita sit, sequitur, mentem principem naturaliter & primario omnes esse *rationes* & veritates, omnes autem reliquas, quae creatae sunt, intelligentias ex illa haustas & delibatas esse, notionesque suas ab ea, tamquam primo veritatum omnium exemplari, traditas accepisse.

Nihil certe est, cur quisquam nostrum dubitet, hoc dogma, esse mentem infinitam, aeternam, & necessario exsistentem, id est, Deum, aeque certum & exploratum esse, atque certum est, esse *rationem* seu *essentiam intelligibilem* trianguli, circuli, numeri simplicis aut compositi, & aeque verum reapse, atque vera sunt haec Mathematicorum enuntiata: *Triangulum constat tribus angulis, qui binis rectis angulis aequales sunt: Aequalia addita aequalibus efficiunt aequalia*, & similia.

§. VIII.

(p) *Inquit*] *Metaphysicor. Lib.* VII. *Cap.* 8. *p.* 361. *Tom.* IV. *Op.*

(q) *Alio loco*] *Metaphys. Libr.* XIV. *Cap.* 3. *p.* 473. 474.

§. VIII. Multi quidem eorum, qui dubitant: utrum Deus sit, necne; haud tamen ea, quae diximus, in controversiam vocare audent, sed has rationes & notiones ex omni aeternitate necessario exsistere fidenter adseverant. Quorum quidem aliqui eo usque progrediuntur, ut statuant, si vel nulla plane foret in mundo mens & intelligentia, si nullus esset Deus, immo si vel nulla exsisteret materia, nec usquam aliquid vere subsisteret, has tamen rerum veritates & rationes aeque necessario futuras esse, atque nunc sunt. Sed hujus generis perversitas & imperitia veritatis, quam paullo ante proposuimus, dignitati ac praestantiae nihil plane detrahit.

§. IX. Scilicet hoc eorum enuntiatum: Si vel nulla esset mens, aut natura vere subsistens, rerum tamen nihilo minus veritates & essentiae forent, disparatum prorsus est & secum ipso pugnat. Etenim ipsae hae rationes & essentiae aut res subsistentes sint necesse est, aut rerum subsistentium modi: quum quod neutrum est, nec vel in substantiis est, vel in substantiarum modis, id nihilum & nullum omnino sit. Quod si modi rerum subsistentium sunt, extra illam esse substantiam nequeunt, cujus modi sunt. Haec autem aut mens esse debet, aut materia. Atqui materiae, quatenus materia est, modi esse non possunt: sunt enim universales & immutabiles. Reliquum ergo est, ut mentis cujusdam seu intelligentiae modi sint: quare si aeternae sunt, extra mentem aeternam haud esse possunt.

Certe homines hi, qui tam libere ac confidenter praecipiunt, si vel nulla mens, nullus etiam Deus foret, has tamen semper rationes & veritates universales fore, semetipsos vehementer fallunt & decipiunt. Nec enim qualis Dei sit natura, satis considerant, de quo nescire sese dicunt, utrum sit, necne; nec cujus generis hae rationes & veritates sint, pro quarum necessitate tam acriter pugnant, expendunt: qua re fit, ut rem unam & eamdem simul affirment & abnuant. Etenim id ipsum, quod tam valide mentes commovet, ut nulli dubitent, rerum rationes & universales veritates non potuisse non ex omni aeternitate exsistere, nihil est, quam interior quaedam & anticipata, quam expugnare nequeunt, Dei notio, tametsi ipsimet non animadvertant eam. Haec notio, qua convincuntur, esse Deum seu mentem interminatam, aeternam, infinite non minus potentem, quam sapientem, quae & semetipsam, & omnem potestatis suae amplitudinem, seu rerum omnium, quae ullo fieri modo possunt, formas & notiones comprehendat, tam alte mentibus eorum natura est infixa, tamque validas in illis radices egit, ut, quantumcumque etiam contendant & elaborent, ejicere eam & delere nequeant: quapropter vel eo ipso tempore, quo sibimet ipsis vim afferunt, ut Deum idcirco esse negent, quia notionem ejus animo haud informare valeant, incauti & imprudentes eam in opinionis suae auxilium vocant. Tanta scilicet est naturae vis in hoc genere hominum, ut rem ipsam eos confiteri cogat, cujus nomen & vocabulum repudiant. Quae quum ita sint, his quidem exemplis nihil effece- 74
ris, quam hoc, Deum naturam esse ita necessario exsistentem, ut, tametsi homines esse eum nolint & vocabulum ejus rejiciant, nihilo tamen minus non possint, quin simul semetipsos refellant & rem vocabulo illo expressam amplectantur.

§. X. Licet certe ex illis, quae jam a nobis probata sunt, clarissime & necessaria

saria Mathematicorum ratione ostendere, esse mentem quamdam aeternam. Nam quemadmodum esse aliquid aeternum, vel hinc sine omni patet controversia, quod exsistit aliquid, quod ex nihilo fieri haud potuit: ex quo consequitur, si nullus esset Deus, materiam pro aeterna habendam fore: ita etiam inde, quod mens, intelligentia, & cognitio reapse in orbe terrarum sunt, quae res ex materia nasci nequeunt, necessario cogitur, sapientiam & cognitionem res esse aeternas, eaque de caussa non posse non aeternam quamdam mentem exsistere.

Fac, si placet, fuisse tempore quodam nullam cognitionem, nullas rationes & essentias rerum, nullam mentem vel intelligentiam in natura rerum: & numquam ostendes, fieri ulla ratione potuisse, ut hae res exsisterent aut aliquid illis cognatum & simile. Unde enim exstitissent? Ex nihilo? Hoc quidem nemo sanus dixerit. Ex materia sensu omni & cognitione destituta? Hoc vero incredibile est.

§. XI. Quaelibet res, quae distat a perfectione, pendeat necesse est ex alia natura in eodem genere perfecta & absoluta. Atqui mentes nostrae valde sunt a perfectione remotae: quippe quae non semper rationes rerum & veritates ex illis nascentes reapse continent, nesciunt saepenumero, dubitant, errant, & tarde admodum ratiocinando ab una re ad alteram progrediuntur. Itaque nullum est dubium, quin ex perfecta quadam, infinita, & aeterna intelligentia, rationes rerum omnium, veritatesque omnes generales reapse semper comprehendente, haustae atque delibatae sint. Atque haec tam facilis est ratio & explorata, ipsum ut ne *Aristotelem* quidem praeterire potuerit: qui quidem ex eo, quod mentes nostrae *potentia* tantum sunt *omnia*, (δυνάμει πάντα) id est, non omnes revera continent rerum formas, sed potentia tantum, apertum esse confirmat, non posse non *in rerum natura* aliam esse intelligentiam, quae omnis reapse cognitio sit, quae mentium nostrarum ratione idem sit, quod *ars efficiens ratione materiae, quae pati tantum potest*, (οἷον ἡ τέχνη πρὸς τὴν ὕλην) & quod *lumen ratione oculorum nostrorum*, (οἷον τὸ φῶς) quae talis haud sit, *ut modo intelligat, modo non intelligat*, (ὁτὲ μὲν νοεῖν, ὁτὲ δ' οὐ νοεῖν) ac si vigilaret interdum, alio vero tempore dormitaret, sed aeterna sit & *efficax cognitio* (κατ' ἐνέργειαν ἀΐδιον) quae denique solem quemdam referat numquam occidentem & oculum nullo tempore (r) nutantem. Quocirca tametsi fallantur illi, qui omnes notiones animi nostri a materia proficisci & in mente consignari opinantur, hoc tamen dubio caret, esse eas universas ἀποτυπώματα & ἐκμάγματα, *expressa simulacra* & *secundarias imagines*, unius mentis primariae ac principalis, quae ipsa reapse omnes rationes rerum, omnesque veritates complectitur.

§. XII. Atque hinc evenit, quod omnes intelligentiae non modo semper formis & notionibus, per quas res omnes concipi possunt, abundant, eaque de caussa aptae sunt ad aliarum mentium notiones & cogitationes, si evidentes illae sint, intelligendas, quia cognitionis universalis seminibus & elementis totae sunt refertae: verum etiam easdem prorsus rerum earumdem notiones, quas aliae mentes,

(r) *Nutantem*] Hae formulae verborum ex variis locis *Aristotelis* collectae sunt, nec usquam apud eum conjunctim exstant. De ipsa *Aristotelis* sententia & horum dictorum sensu multa possent

tes, informant. Quod si vero hae res extrinsecus a materia perferrentur ad animam, non tot omnibus hominibus notiones semper facile succurrerent, quot ad res omnes omni tempore intelligendas sufficiunt: nam quae res in sensus incurrunt hominum, illae temere atque casu sese tantum offerunt, nec certa lege veniunt: neque omnium hominum notiones prorsus inter se pares & similes essent; nulla enim res singularis semper sibi constat & eadem est: ex quo contingeret, ut, hoc homine de certa quadam re verba faciente, alter longe aliam commmemo- 75
rari ab eo putaret: Minime autem omnium, si notiones animi formae essent mortuae aliunde acceptae, nec in una quadam natura efficiendi virtute ac vita praedita & ad res omnes informandas idonea continerentur, homines eas tam prompte atque alacriter, oblata quavis occasione, expromere ac in suos usus adhibere possent.

Quapropter verum illud omnino est, quod dudum (s) *Themistius* monuit, hominibus istam, qua fruuntur, colloquendi & differendi inter se facultatem, istam aliorum statim sententias & enuntiata intelligendi vim, istam denique rerum omnium easdem, quas alii, notiones informandi potestatem haud fore, *nisi omnes ex una eademque mente participarent*; (Εἰ μή τις ἦν εἷς νοῦς ἅ πάντες ἐκτυποῦμεν) nec tam facile alios erudituros, aut ex aliis doctrinam accepturos esse mortales, εἰ μὴ ταὐτὸν ἦν τὸ νόημα ᾧ διδάσκοντι καὶ ᾧ μανθάνοντι, *nisi pares prorsus & eaedem in animo magistri atque discipuli notiones essent.*

§. XIII. Addo aliud, quod iisdem ex causis nascitur. Veritates, etiamsi tot in mentibus existant cum natura variis, tum locis remotis, a quibus comprehenduntur, haud tamen idcirco discerpuntur, amplificantur, aut commutantur, verum in omnibus uniusmodi, ejusdemque generis sunt. Una est, eademque veritas, una, eademque cognitio, quae omnes omnino mentes, quotquot in universo sunt terrarum orbe, animat & obsidet. Quemadmodum, quum mille oculi solem simul intuentur, omnes rem unam eamdemque cernunt: quum ingens concio & multitudo populi unum auscultat oratorem ad omnes verba facientem, omnes auditores unam, eamdemque vocem auribus suis excipiunt: ita, innumeris mentibus creatis easdem veritates universales & immutabiles contemplantibus, non secus omnes afficiuntur, ac si unam, eamdemque aeternae sapientiae, quae numquam plane conticescit, vocem exaudirent, variaeque harum veritatum, quae informantur in illis, conceptiones soni veluti sunt prorsus inter se similes ab iisdem *verbis mentis* intelligentiae divinae propagati.

§. XIV. Ergo evidens est ex illis, quae jam sunt a nobis declarata & exposita, sapientiam, cognitionem, & intelligentiam res esse aeternas ac sua natura subsistentes, materia omni, rebusque cunctis, quae sensibus subjici possunt, superiores, nec ab his natas & profectas. Atque hoc non Platonici tantum, sed Christiani quoque profitentur, quum sapientiam & intelligentiam ante reliqua omnia ab infinito tempore ex principe bonitate illa, quae fons & origo rerum est omnium, genitam & procreatam esse perhibent. *Prov.* VIII. 22. *Me Jova principio*

sent differi: sed multa sunt, quae longum me esse vetant.

(s) De hoc loco jam alias dixi.

Digitized by Google

cipio instituti sui habuit, jam olim ante sua opera. Ab omni aeternitate constituta fui, principio ante ortum terrae, & quae sequuntur.

Quicumque discedunt ab hac sententia, cognitionemque, sapientiam, & intelligentiam natura sua rebus sensibus subjectis & corporeis posteriores esse, & ex hisce rebus nasci, aut ex materiae quodam in eum, qui intelligit, impetu & incursione unice procedere putant, illi rectam ad summam impietatem erga Deum viam sternunt. Etenim si, quod hi affirmant, verum esset, omnisque sapientia, cognitio, & intelligentia natura sua rebus corporeis & in sensus cadentibus posterior, nec aliquid, quam expressa harum rerum imago esset, hoc quoque sine ulla controversia certum foret, mundum hunc corporeum ab antecedente quadam sapientia & cognitione minime conditum & factum esse, verum subito & casu ex coeca, fortuita, & temeraria aeternarum atomorum concursione exstitisse, & hinc omnem postea, quae in hoc mundo viget, cognitionem derivatam esse. Hoc vero qui certum esse ducit, is Deum aperte ex rerum natura tollit.

Forte aliquis hic nobis occurret, dicetque, in Deo quidem omnino sapientiam & cognitionem esse omni corporea natura antiquiorem, nec idcirco ex materia ullo modo natam, sed per se & necessario exsistentem: ex hac vero divina sapientia illam, quae mentibus inest secundariis & creatis, cognitionem haud, nulla re alia interjecta, fluxisse, sed hanc unice ex rebus sensui expositis & corporeis ad homines pervenire. Verum is nihilo melior foret homine, qui esse quidem concederet splendorem atque lumen in sole, at negaret simul lumen illud, quod aërem implet, ex isto splendore solis natum esse, verum ex potentia tenebricosi
76 aëris unice prodiisse: quem quidem omnes haud dubie absurdum & inficetum dicturi essent. Ego quidem eos, qui, quod dixi, statuunt, verbis quidem Deum profiteri sapientia & cognitione aeterna praeditum, at eumdem reapse tollere, arbitror. Namque saniori si essent animo, quidnam, quaeso, adduceret eos, ut naturalem, qui hoc in orbe est, rerum ordinem & dispositionem tam violenter & injuriose disturbarent & perverterent? Cur cognationem & convenientiam inter res perfectas & minus perfectas ejusdem generis, inter mentes creatas & eam, quae omnis expers est initii, tollerent, quum haec tamen convenientia illi veluti gradus sint, quibus mens nostra sensim ad Deum adscendit, si Deum esse, nulli dubitarent? Dicam, quod res est, libere: Quicumque ab animo impetrare suo potest, ut credat, omnem humanam cognitionem, sapientiam, & intelligentiam ex simulacris a caliginosa materia manantibus & animum confuse ac temere invadentibus & imbuentibus unice originem suam accepisse, is jure vereor, ne nimis vicinus sit Theologis illis antiquis, quos *Aristoteles Deum & reliqua omnia ex nocte genera sse* (οἱ ὸν νυκτὸς πάντα γεγονέναι) (t) perhibet: qui quidem Deum prorsus sustulerunt coecamque & sensu vacuam materiam, adjuncto casu fortuito, res omnes effeciisse ac produxisse statuerunt.

(t) *Perhibet*] Lege, quae *Cap. 4. Systemat. Intellect.* copiose disputata & a nobis monita sunt.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT QUINTUM.

ARGUMENTUM.

Notiones rationales, tametsi nusquam exsistant, nisi in mente, haud tamen commenta sunt mentis, verum stabilem & immutabilem naturam habent. Nota veri. Opinio eorum confutatur, qui putant, demonstrari nullo modo posse, aliquid absolute verum esse, sed omnia certo tantum modo & lege vera esse. Quodcumque clare concipitur & intelligitur, id absolute verum est. Tametsi homines saepenumero decipiantur, censeantque, sese clare ac distincte illud cognoscere, quod ita tamen haud cognoscunt, haud tamen inde licet efficere, numquam certum aliquem esse posse, rem quamdam clare a se intelligi & comprehendi. Hinc, Origene auctore, decernitur, praeter scientiam & cognitionem nullam esse in orbe terrarum rem certam stabilemque.

§. I. Ostensum supra est a nobis, perceptionem illam, quam exteriores sensus nostri pariunt, in se & absolute spectatam, rem esse certa tantum ratione veram & commentitiam, neque stabilis & absolutae veritatis aliquid ex ea posse elici, si hoc unum exceperis, animam hoc vel illo modo affici, commoveri, incitari, aut hoc vel illud visum cernere sibi videri. Sensus autem perpessio est, quae sentientis statui & naturae est accommodata: ex quo consequitur, neminem sine ulla controversia certum esse posse, quemlibet hominem vel animal, hac vel illa re corporea objecta, eodem, quo nos, modo commoveri & affici, eademque sentire, quae a nobis, re illa praesente, sentiuntur. Ἦ σὺ, inquit (v) *Socrates* ex sententia loquens *Protagorae*, διαχυείσαν ἂν αὐτὴν οἷον σὺ φαίνῃ ἕκαστον χρῶμα τοιοῦτον καὶ ὅτῳ ἂν ζώῳ. Θεαιτ. μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε· Σωκ. τί δ' ἄλλῳ ἀνθρώπῳ ἆρ' ὅμοιον καὶ σοὶ φαίνεται ὅτι ἂν ἔχεις τοῦτο ἰσχυρῶς ἢ πολὺ μᾶλλον ὅτι οὐδὲ σοὶ αὐτῷ τωὐτόν, ἢ τὸ μηδέποτε ὅμοιον αὐτὸν σεαυτῷ ἔχειν. *An tu assereres, qualis tibi unusquisque color apparet, talem singulis etiam animantibus apparere? Theaet. Non per Jovem. Socr. Quid autem alteri homini & tibi? Num similiter unusquisque apparere videtur? An potius nec tibi ipsi quidem, eo quod non semper tibi similis sis?* & affectiones pro diverso ejus, qui afficitur, statu variae sint. Perceptiones igitur nostrae quum tales sint, quales nos ipsi sumus, corporisque nostri constitutioni, sensuumque instrumentis, quibus utimur, respondeant, evidens est, testimonio sensuum neminem edoceri nostrum accurate atque vere posse, quaenam absoluta sit rerum corporearum, quae nobis objiciuntur, natura & ratio.

Quid? quod ne certo quidem scire possumus, quum cernere nobis aliquid atque sensu percipere videmur, utrum visum hocce revera exstet, nec ne? Usu enim nobis constat, tam vigilantibus nobis, quam somniantibus, visa saepenumero obtingere rerum, quae nusquam sunt & exsistunt.

Ratio,

(v) *Socrates*] Apud *Platonem* in *Theaetete p.* 119.

Digitized by Google

77 Ratio, propter quam haec vera ſunt, haud longe quaerenda eſt. Scilicet per ſenſus exteriores afficimur tantum a rebus corporeis, quae extra nos ſunt, nec idcirco naturam objectae rei, qualis in ſe & abſolute eſt, ſed noſtrum tantum, qui naſcitur ex ea, ſenſum comprehendimus. Neque ſenſus noſter perpeſſio eſt, quam res ipſa, quae percipitur a nobis, excitat: qualis ſi eſſet, haud tam incertus foret ſenſus, uti eſt: verum oritur tantum ſenſus ex certis in corpore illo, cui anima vitali vinculo juncta eſt, motibus, quibus auctoribus res externas certo ex intervallo animus noſter percipit. Hi vero motus, atque hae corporis concitationes etiam abſentibus rebus omnibus externis in nobis exſiſtere poſſunt.

Quocirca ſi nulla nobis alia percipiendi facultas, praeter ſenſum exteriorem, eſſet, omnes noſtrae perceptiones imaginariae tantum eſſent, & noſtri unice reſpectu verae, neque certam & abſolutam ullius rei veritatem aſſequerentur: hominum quilibet, uti *Protagoras* opinatus eſt, *ſuas tantum cogitationes veras eſſe duceret* (τὰ ἑαυτῷ μόνον δοξάζειν:) omnia denique cogitata noſtra, eo quod nihil eſſent, quam viſa, tantumdem veritatis haberent, nec alia certiora & veriora forent aliis.

§. II. Sed demonſtratum quoque a nobis eſt antea, eſſe aliam in animo noſtro percipiendi facultatem, exteriori ſenſu nobiliorem & toto genere ab eo ſejunctam. Haec poteſtas eſt, qua valemus, cognoſcendi & intelligendi; quae quidem vigor eſt menti inſitus & ex ea procedens, ideoque hoc nomine potiſſimum ſenſu praeſtantior eſt, quod nec ſtatui uniuscujusque hominis accommodata eſt, nec res tantum eſt privata, imaginaria, commentitia, verum comprehenſio ejus, quod vel EST abſolute, vel NON EST.

Illae quidem res, quae ſenſibus externis objici poſſunt, (τὰ αἰσθητὰ,) nihil ſunt, quam res corporeae ſingulares extra nos poſitae, a quibus, interveniente ſenſu, ſimulacra tantum, imagines, & concitationes accipimus. Quamobrem, ut *Plotinus* ait, τὸ γιγνωσκόμενον δι' αἰσθήσεως, ἓν πεφάνταιμα εἴδωλον ἐστὶ, καὶ οὐκ αὐτὸ τὸ πεφάνταιμα ἡ αἴσθησις λαμβάνει· μένει γὰρ ἐκεῖνο ἔξω. *Quod ſenſu cognoſcitur, id nihil quam imago eſt objectae rei, quae ſenſum pellit: at objectum ſenſus res eſt, quae interius non comprehenditur, ſed extra hominem manet. Propterea*, pergit, *veritas rei non eſt in ſenſu, ſed opinio tantum.* Διὰ τοῦτο ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἀλλὰ δόξα, ὅτι παραδέχεται καὶ λέγει τοῦτο δόξαι ἄλλο παραδέχεσθαι, ἄλλα δὲ ἐκεῖνα ἐξ ὧν τοῦτο ὁ παραδέχεται ἔχει.

At τὰ νοητὰ, illae notiones, quibus omnis ſcientia, proprie ſic dicta, & cognitio continetur & nititur, ipſarum rerum ſunt eſſentiae, quatenus animo comprehenduntur, veritatesque neceſſario ex illis fluentes, ideoque nusquam exſiſtunt, quam in ipſa mente. Hinc intelligentia per vim & efficientiam ſuam eas prorſus complectitur, ſubigit, atque comprehendit: Αὐτὰ τὰ πράγματα, καὶ οὐκ εἴδωλα μόνον. *Non rerum ſunt imagines, ſed res ipſae*, intra mentem abditae: ὁ νοῦς τὰ νοητὰ γινώσκων οὐκ ἔστιν ἔξω ὄντα γινώσκει. *Cognitio non eſt perceptio rerum extra mentem poſitarum*, ſed mentis ſemetipſam intelligentis comprehenſio. Quod niſi ita ſeſe haberet, ut idem addit philoſophus, mens res contemplans & conſiderans non ipſas res, ſed imagines tantum earum cognoſceret. Θεωρήσει αὐτὰ οὐκ ἔχων αὐτά, εἴδωλα δ' αὐτῶν. —— τὸ τοίνυν ἀληθινὸν οὐκ ἔχων, εἴδωλα ἂν ἔχοι ἀληθῆ παρ' αὐτοῦ λαβών, τὸ φαίνεσθαι ἔξω, καὶ οὐκ ἀληθῆ.

Itaque veriſſimum eſt, quod ab *Ariſtotele* multis in locis traditum eſſe novimus, *cognitionem enuntiati aut veritatis cujusdam a re ipſa, quae cognoſcitur, haud differe:*

Digitized by Google

τε: Ὁ αὐτὸς ὁ κατ' ἐπίγνωσιν τὰ πράγματα νοῶν: *Id, quod cognoscit & id, quod cognoscitur, unum idemque esse:* τὸ αὐτὸ ἐστὶ τὸ νοεῖν καὶ τὸ νοούμενον: *Cognitionem veritatis cujusdam mathematicae aut metaphysicae rem ipsam esse aut veritatem cognitam:* ἡ ἐπιστήμη ἡ θεωρητικὴ καὶ τὸ ἐπιστητὸν τὸ αὐτὸ ἐστί· τὸ αὐτὸ ἐστὶν ἡ κατ' ἐπίγνωσιν ἐπιστήμη τῷ πράγματι: non autem perpessionem aliquam a re objecta natam, vel simulacrum & imaginem ejus. Memini quidem, eumdem philosophum alicubi tradere, *sensum*, αἴσθησιν, & *res in sensus cadentes*, τὰ αἰσθητὰ, item νόησιν, *cognitionem*, & *quae cognoscuntur*, τὰ νοητὰ, inter se haud discrepare: verum haec bina rerum genera vehementer disjuncta sunt. Nam res subjectae sensibus, τὰ αἰσθητὰ, reapse extra nos exsistunt & sensus imaginem tantum earum umbratilem patiendo recipiunt: at notiones animi, τὰ νοητὰ, quae vere ac proprie ita vocantur, prima cognitionis omnis & scientiae elementa, id est, *separatae aeternae ac immutabiles rerum rationes*, τὰ χωριστὰ ἀΐδια καὶ ἀκίνητα, nusquam sunt, nisi in ipsa mente, cujus nativae & propriae formae sunt. Animus nimirum, ut *Aristoteles* sciscit, τόπος εἰδῶν, *locus est formarum & specierum*, quarum omnis *essentia* in eo consistit, quod cognoscuntur & intelliguntur. Et per has interiores formas atque species in ipsa mente recondi- 78
tas, tamquam primaria objecta sua, animus noster res omnes singulares & externas percipit ac intelligit, quae secundaria tantum cognitionis objecta sunt.

§. III. Praeter haec ipsa errandi facultas, quae in animo nostro est, evidenter ostendit, intelligentiam & cognoscentem animi nostri perceptionem non esse rem umbratilem atque *relativam*, qualis est illa, quam sensus pariunt, perceptio. Etenim haud falli & errare posset animus noster, nisi vim etiam haberet absolutam rerum veritatem comprehendendi.

In externum sensum error minime cadit: cujus quidem rei haec est ratio, quod nullius rei absolutam veritatem valet consequi. Quidquid sensus comprehendit, id visum tantum est, seu φαντασία: visa vero omnia in se spectata aeque vera sunt.

Pari modo, si perceptiones animi nostri, ex quibus scientia nascitur, visorum essent similes, neque absolutam rerum veritatem attingerent, quaelibet opinio aeque certa & vera sine dubio foret, nec in ulla falsitatis absolutae aliquid esse posset. Etenim omne visum verum est: πᾶσα φαντασία ἐστὶν ἀληθὴς: id est, quodlibet visum nihil est, quam visum, neque plus ad naturam ejus requiritur, utpote ad quam absoluta veritas haud pertinet. Nemo vero mortalium, nisi rationem omnem amiserit & ab hominibus ad bruta animalia defecerit, esse falsas opiniones, negaverit: igitur & hoc exploratum esse debet, potestatem animi cognoscentem & intelligentem absolutam rerum veritatem comprehendere posse. Quotquot ergo enuntiata vel Geometrarum, vel Metaphysicorum, uni menti vera sunt, ea etiam absolute in se vera sunt, & propterea cunctis per universum terrarum orbem mentibus, cujuscumque demum sint generis, vera videri debent, modo clare ab illis percipiantur & intelligantur.

§. IV. Quamvis igitur scientiae omnis initia & fundamenta, seu rationales rerum *essentiae*, diversique earum habitus, aut veritates ex illis ortae in mentibus unice sint ac resideant: nullo tamen modo pro commentis animi haberi debent. Etenim tales si essent, quaelibet opinio seu cogitatio aequali modo certa & vera

Digitized by Google

eſſet, id eſt, nil niſi commentum foret, eo quod mentis illius reſpectu tantum vera eſſet, quae peperiſſet eam. At hae res, quas diximus, abſoluta gaudent & immutabili natura: mutuique reſpectus earum omnem ſimiliter mutationem reſpuunt. Itaque illae mentis opiniones & cogitationes, quae cum immutabili formarum & notionum illarum veritate haud congruunt, partem aliquam abſolutae falſitatis continent. Natura, verbi cauſſa, trianguli res eſt immutabilis, licetque nobis ex ea tam certo demonſtrare, nihil ut reſtare cuiquam dubitationis queat, conſtare illud ex tribus angulis binis rectis angulis aequalibus. Nullius hominis opinio vel cogitatio, ut res aliter ſeſe habeat, efficere poterit: Falſa enim erit, niſi cum immutabili natura trianguli conveniat. Similiter *ſolida Geometrica plana & regularia* immutabilis in ſe naturae ſunt ſeu *eſſentiae*: licetque nobis planum facere, quinque hujus generis eſſe corpora, nec ut plura ſint, ulla fieri ratione poſſe. Secus igitur qui aliquo modo ſenſerit, is abſolutae falſitatis partem aliquam ſuam faciet. Quocirca non quaelibet cogitatio vel opinio cognitionis meretur nomen, ſed illae tantum, quae veritati ſunt conſentaneae: ex quo liquet, cognitionem non eſſe, uti ſenſus eſt, *relativam πρὸς τὸ κείνον*. Veritas omnium rerum, quae in univerſo ſunt terrarum orbe, fortiſſima, validiſſima, & firmiſſima eſt; nihil ea magis eſt neceſſarium, nihil ab omni mutatione & inconſtantia remotius, nihil denique robuſtius & immobilius.

§. V. Adde his, id quod ſupra jam a nobis obſervatum eſt, rerum has naturas & *eſſentias*, quae animo tantum cernuntur, non ſecus ac *unitates*, individuas eſſe: ita ut ſi vel minimum illis addatur, vel de illis detrahatur, naturam mutent, nec amplius eaedem maneant. Itaque neceſſarium eſt, ut, ſi res una eademque a variis mentibus recte capiatur & intelligatur, omnes hae mentes easdem veritates, quae ad rem illam pertinent, videant & contineant. Neque, id quod ſupra pariter animadvertimus, hae veritates ulla ratione propterea multiplices fiunt, quod a multis variique generis mentibus comprehenduntur, verum in diverſis, quibus committuntur, mentibus unae ſemper manent & eaedem veritates. Nam quidquid ſapientia, veritas, & cognitio vocatur, id una tantum eſt,
79 eademque lux perennis & aeterna, quae omnes, qui creati ſunt & conditi, animos illuminat.

Quae quum ita ſint omnia, ita nos concludere rationem hanc oportet: Quum enuntiatum quoddam ſeu ſcitum accurate atque recte a mente quadam, cujuscumque demum ſit generis aut ubicumque degat & verſetur, intelligitur & capitur, veritas ejus ſciti non eſt privata, nec ad illam unice mentem pertinet, a qua comprehenditur, ſed *generalis eſt & univerſalis*, ut Stoici loquuntur, (Ἀληθὲς καθολικὸν) per univerſum terrarum orbem. Quin, ſi vel innumerabiles eſſet mundi, in his tamen omnibus, cunctis mentibus rite atque accurate eam intelligentibus non poſſet non certa veraque videri.

§. VI. Sed hic quaeret fortaſſis aliquis: Quid ſit illud, quod nos certos faciat, notiones noſtras abſolutis & immutabilibus naturis ſeu *eſſentiis* rerum, mutuïsque earum reſpectibus, qui pariter mutari nequeunt, eſſe conſentaneas? Quum notiones illae, ex quibus omnis ſcientia naſcitur, in ipſa mente ſint, perſpicuum eſt, extra nos ipſos notam illam veri, quam invenire cupimus, haud eſſe quaeren-

Digitized by Google

rendam, neque res sub sensum cadentes, tamquam notionum nostrarum exemplaria, consulendas & ad veri rationes investigandas adhibendas esse. Qua, quaeso, ratione fiet, ut certo cognoscamus, *diametrum uniuscujusque quadrati incommensurabile lateribus esse*, si quadrata tantum, quae sensibus exposita sunt, dimetiamur? Et supra jam me declarare ac probare memini, rerum in sensus incurrentium auxilio nullius enuntiati Geometrici veritatem necessariam ullo modo explorari, probari, aut determinari posse. Neque rursus in aeternam, quae Dei est, intelligentiam intueri possumus, ut cognoscamus, utrum veritati conveniant, nec ne, mentis nostrae notiones, tametsi sempiternam hancce mentem principalem & unicam veri omnis esse regulam, controversia careat. Itaque respondeo, notam verae cognitionis nullo modo extra mentes nostras investigandam esse, neque supra nos, neque infra nos, sed in ipsa cognitione nostra, atque animi notionibus unice reconditam latere. Omnis enim veritatis essentia consistit in evidentia & perspicuitate, quodque clare ac perspicue concipitur & intelligitur, id est, & verum est: quod vicissim falsum & a vero alienum est, id ne per ipsam quidem divinam potentiam tale fieri potest, ut clare, ac distincte percipiatur & cognoscatur. Etenim quod falsum, id nullum est & nihilum: quod autem clare concipitur, id est ac existit. Ne ipsa vero, quae finibus caret, Dei potentia efficere valet, ut id, quod nullum est & nihilum, sit aliquid.

Quocirca nemo umquam mortalium aut deceptus est, aut decipi potest, qui pro vero ac minime dubio id habet, quod a se clare, luculenter, ac distincte intelligit comprehendi ac cognosci. Hinc vero omnes hominum errores & peccata nascuntur unice, quod rebus non satis explorate cognitis & perceptis assentiuntur.

§. VII. Sed non praetermittenda mihi hoc loco est alia quaedam opinio, quae propius a *Protagorae* dogmate abest, & doctissimos quosdam hodie philosophos invasisse videtur. Profitentur hi, non esse in viribus nostris positum, absolutam ullius rei veritatem extra controversiam ponere, sed quodcumque demonstratur a nobis, id hac tantum lege verum videri debere, si facultates animi nostri sanae sint ac integrae. Ego vero qui haec dicunt, eos non tam id tradere, quod verum esse putant, reor, quam modestiae sibi & humilitatis speciem quamdam adscisscere, quam semet in primis decere arbitrantur, ne magnifice nimis & arroganter vel de semetipsis, vel de praeclaris eximiisque lucubrationibus suis sentire videantur.

Utcumque est, si nullius rei veritatem scire nobis ac cognoscere licet aliter, quam *ex hypothesi*, ut ajunt, si quidem facultates animi nostri nullo laborent vitio, omnes mentes a Deo conditae aeternum sine controversia dubitabunt, nec umquam veri aliquid & certi consequentur. Facultates enim nostrae num recte sese habeant omnique careant vitio, id praeter eum, a quo conditae sunt, nemo novit & intelligit. Igitur & neminem ulli rei tamquam certae, ac minime dubiae adsentiri decet. Nam veritas omnis & cognitio tanta est unice, quantae facultates illius, qui novit & intelligit: at hae facultates falluntur forte; quumque omnium nobis clarissime intelligere atque percipere videmur, forte vitium quoddam animi nos decipit & in errorem adducit.

Actum igitur est, huic si sententiae standum sit, de absoluta veritate omnium illo-

Digitized by Google

illorum decretorum, quibus univerſa continetur humana ſcientia: qualia quidem haec ſunt: *Quod cogitat, eſt. Aequalia addita aequalibus efficiunt aequalia. Omnis*
8o*numerus eſt vel par vel impar.* Quo confecto, hoc etiam liquet, neminem de veritate ullius ſciti Geometrici & Metaphyſici certum fieri poſſe, neque ſcire poſſe aliquem, num Deus quidam ſit, aut, num ipſemet inter homines vivat & exiſtat.

Non ſum neſcius, eſſe philoſophorum aliquos, qui ad ſanitatem & integritatem facultatum animi noſtri extra omnem controverſiam collocandam hoc unum arbitrantur ſufficere, quod Deum eſſe conſtat, cujus natura talis eſt, ut alios decipere nequeat. Sed evidens eſt, hac qui ratione diſputant, eos vitio illo ſeſe obligare, quod circulum vocant Dialectici, nihilque proficere. Etenim nulla re alia, quam ipſis illis facultatibus, quas parum ſanas fortaſſis eſſe, concedunt, edocentur, Deum eſſe atque tali eſſe natura praeditum, fallere ut nos nequeat. Dicant, quidquid velint, quibus haec placet opinio, ſi verum illud eſt, quod ipſi verum eſſe volunt, nullus eſt mortalium, qui ſcire queat, num vel ulla ſit in orbe terrarum abſoluta veritas, omnisque propterea cognitio, ſi a divina diſceſſeris, incerta erit ac umbratilis. Nullos enim habemus alios veri magiſtros, quam facultates animi noſtri, quibus tamen, his auctoribus, vitii aliquid ineſſe poteſt.

Ego vero, num fingi queat ab aliquo admirabilius & inſolentius aliquid, vehementer dubito, quam hoc: Deum tanta haud valere potentia, naturam ut condere queat aptam ad cognoſcendum, eſſe omnino Deum, eſſe abſolutam aliquam veritatem, ſemetipſam denique vere eſſe ac exiſtere.

§. VIII. Evidens eſt, eos, qui hanc ſequuntur opinionem, aſſumere, mentis noſtrae facultates ita forte factas & conditas eſſe, ut clare ac diſtincte percipiant & intelligant, rem aliquam veram eſſe, quae prorſus tamen falſa eſt, nec fieri poteſt: verbi cauſſa, totum nulla ſui parte majus eſſe, tresque angulos trianguli binis rectis aequales eſſe. Niſi enim confiterentur, quaedam clare a nobis ac diſtincte intelligi & percipi poſſe, nullam prorſus rem, ne *hypothetice* quidem, demonſtrare poſſent.

Supra vero jam a nobis oſtenſum eſt, nulla fieri ratione poſſe, ut res falſa clare ac perſpicue concipiatur vera eſſe. Nam quod falſum, id nullum eſt ac nihilum: Quodcumque contra clare ac diſtincte concipitur, id eſt & exiſtit: Quod vero nihilum & nullum eſt, id numquam fieri poteſt aliquid. Omnis praeterea verae ſcientiae & cognitionis, quae nusquam, niſi in ipſa mente, reſidet, natura in perſpicuitate conſiſtit unice ac evidentia: quare quod perſpicue intelligitur, id verum ſit neceſſe eſt. Hac de cauſſa non modo Philoſophi, verum etiam Theologi, nihil veriti ſunt, ipſam divinam potentiam contemplationi & explorationi ſuae ſubjicere, ac quae fieri ab ea vel queant, vel nequeant, evidentium animi ſui notionum ductu, decernere ac conſtituere. Itaque ne ipſum quidem efficere Deum poſſe, praeceperunt, ut repugnantia & diſparata ſimul vera ſint. Inſignis vero haec & intolerabilis foret audacia ipſam divinam potentiam, quae omni caret termino, definiendi ac circumſcribendi, niſi certi poſſemus eſſe, abſolute vera eſſe, quae clare ac diſtincte cognoſcuntur a nobis, & partes veluti immutabilis divinae ſapientiae cum animis noſtris communicatas. Quod ſi ne ipſa quidem, quae omnia ceteroquin poteſt, potentia efficere valet, ut diſparata ſimul vera ſint, eadem quoque potentia nullo modo tales creare facultates poterit, quae clare

Digitized by Google

clare intelligant, id, quod falsum est, verum esse. Falsum enim si quis accurate velit definire, haud meliorem, quam hanc, descriptionem dare poterit: Falsum est id, quod intelligi nequit.

Jam si quis instet & urgeat, fieri posse, ut ea, quae toto genere disjuncta & disparata sunt, simul tamen vera sint: facultates enim nostras, quae nos credere jubent, repugnantia non esse simul vera, forte fallere nos ac decipere: is omnem omnino tollet humanam cognitionem, nosque nihil prorsus scire posse, docebit. Quod si enim, quae *contradictoria* & repugnantia vocantur, una possunt esse vera, nihil nobis certi de ulla re vel affirmare licebit, vel negare.

§. IX. Quamobrem, qualescumque demum sint animi nostri facultates, aut quo demum modo illae comparatae ac conditae sint, nihilo tamen minus id, quod clare ac distincte concipitur & intelligitur, exsistit certa ratione, nec potest non verum esse. Fieri enim nullo modo potest, ut id nullum sit, quod exsistere atque esse perspicue a nobis intelligitur. Plus forte vel minus obscuritatis facultatibus animi nostri addi potuisset a conditore suo: verum ita eas esse factas, ut fallaces plane sint, idque clare verum esse comprehendere queant, quod falsum tamen est, & vicissim quod verum est evidenter, tamquam falsum concipere possint, id rerum prorsus naturae refragatur.

Finge, genus quoddam hominum aut in luna, aut alia in universitatis hujus 81
parte conditum a Deo esse, idque omnia Geometrarum scita repudiare & quae illis sunt contraria, pro veris ducere: non erit, cur longum cum hoc genere certamen ineas: non erit, cur magnopere exquiras, nostrisne, an vero horum lunae incolarum facultatibus adjuncta sit veritas: multo minus erit, cur suspiceris propterea, veritatem & cognitionem res esse valde dubias & incertas, quae pro varia facultatum natura & constitutione varient. Satis tibi erit ad hoc genus spernendum, quod certo nosti, te clare ac evidenter intelligere, illa Geometrarum praecepta vera esse, illud autem, quod falsum est, a nemine perspicue intelligi posse. Hac fretus & nixus cognitione, secure ac sine ullo erroris periculo pronuntiare poteris, mundum, quem homines illi incolunt, valetudinarium esse quoddam, in quo nulli habitent nisi saucii, aegrotantes, & corrupti animi, qui nullam rem distincte & apte informare queant, sed, ut casus tulerit, rebus falsis tamquam veris adsentiantur.

§. X. Sed ne his quidem fortassis aliqui, ut sentiant nobiscum, adducentur. Pergent forte: Nullam tamen rem aliam, quam facultates nostras, edocere nos haec omnia: his magistris & auctoribus unis discere nos, omnia vere esse ac exsistere, quae distincte atque clare mentibus informari possunt: naturam veritatis in evidentia & perspicuitate totam esse positam: disparata simul non posse vera esse: si vera simul esse possent disparata, de omni certa & minime dubia scientia conclamatum inter homines prorsus fore. At ipsas tamen facultates nostras, quae de hisce rebus nos erudiunt, forte fallaces esse: quin etiam per ipsam vix fieri sanam rationem posse, ut credamus, ullius naturae inferioris facultates ita esse a Deo factas & conditas, ut errare nusquam & labi queant: namque uni supremo Numini peculiare hoc ac proprium videri, falli nullo modo & decipi posse.

His ita respondebimus. Nos id unum obtinere studemus, veritatum omnium,

quae cognoſcuntur animo, ultimam rationem & unicam notam in ipſarum notionum & conceptionum noſtrarum evidentia poſitam eſſe, neque ex facultatum noſtrarum conſtitutione temere nata earumque habitu pendere: neque inde a nobis intelligi, notiones, quae nobis perſpicuae ac evidentes ſunt, certas eſſe, quod fortaſſis facultates noſtrae ſanae ſunt ac recte conſtitutae, ſed e contrario ex notionum & conceptionum evidentia & perſpicuitate de facultatum ſanitate ac integritate judicari debere. Etenim qualescumqne demum ſint animi noſtri facultates, clarae tamen & evidentes mentis conceptiones non poſſunt non veritates eſſe, quia vere ſunt & exſiſtunt. Quicumque vero pugnant, fieri poſſe, ut facultates noſtrae ea ratione factae ſint, ut res, quae nusquam ſunt & exſiſtunt, evidenter informare queant; ex quo conſequitur, cognitionem omnem rem eſſe vanam & commentitiam: illi non diſſimiles mihi videntur eorum eſſe, qui diſputant, omnia quaecumque recentiori memoria ab Aſtronomis in coelo deprehenſa ſunt, ſatellites, verbi cauſſa, Jovis, montes in luna, & reliqua, non vere eſſe ac exſiſtere, verum pellucens illud vitrum, quo coeli ſpeculatores oculos ſuos acuunt & armant, tam ſcite ac artificioſe limari & expoliri potuiſſe, ut haec omnia, quae nulla tamen & nusquam ſunt, ſenſibus clare ac diſtincte ſiſteret & exhiberet. Quin etiam his hominibus gravius mihi delirare ac deſipere videntur, qui facultatem illam intelligendi, quae cryſtallo quavis clarior & ſplendidior eſt, rerumque nobis veritatem aperit, ita fingi ac inſtrui a Deo potuiſſe contendunt, ut quae nulla ſunt & nihila non ſecus, ac ſi vere eſſent ac exſiſterent, nobis ſpectanda praebere queant.

§. XI. Longius etiam progredior, eosque confirmo, qui veritatem omnem & cognitionem non ipſarum notionum evidentia niti, ſed ſanitate ac integritate facultatum noſtrarum, quam tamen extra controverſiam haud licet ponere, arbitrantur non modo rerum omnium, quae clariſſime tamen a nobis intelliguntur, veritatem prorſus tollere, ſed etiam ipſius cognitionis naturam pervertere. Nam cognitio eſt κατάληψις τοῦ ὄντος, *comprehenſio ejus, quod vere eſt*; itaque non terminatur illis rebus, *quae videntur eſſe*, (τὰ φαινόμενα) quibus ſenſuum determinatur facultas, verum illis, *quae ſunt*, (τὰ ὄντα) quarum veritas & evidentia non extrinſecus advenit, nec aliunde accepta eſt, ſed interior & nativa eſt.

82 Quod ſi cognitio interiori quadam & propria nota deſtituitur, omnisque veritatis & cognitionis firmitas talis eſt, qualis facultatum noſtrarum habitus & conſtitutio, quae ipſa nulli cognita eſt, nec aliis argumentis, quam adventitiis & nullius ingenio excogitatis, teſtimonio nimirum aliorum & patefactione divina, demonſtrari poteſt, omnis plane cognitio ſublata eſt, nec quod illo nomine vocatur, eſt aliquid, quam levitas & vana credulitas.

§. XII. Stulte illos & pueriliter facere exiſtimem, qui gloria & majeſtate Dei ſtatuunt indignum eſſe, munus tale hominibus impertiri, qualis eſt cognitio, cui interior adjuncta eſt evidentia, aut Deo parum convenire cenſent, naturas condere prorſus de veritate primorum illorum principiorum certas, quae omnes homines tam clare ſibi ſciunt eſſe perſpecta & cognita, nihil ut de illis dubitare queant: qualia haec ſunt: *Nihili nulla eſt affectio*: *Aequalia addita aequalibus efficiunt aequalia*: ſine quibus quidem praeceptis nemo ſcire aliquid & cognoſcere poteſt: tametſi

Digitized by Google

tametsi ceteroquin hae naturae multarum rerum sint ignarae, de multis dubitent, in multis errent, ac in ratiocinationibus suis admodum lente ac tarde a re una progrediantur ad aliam. E contrario illi mihi videntur in divinam naturam injurioſi esse, qui Deum negant naturas condere posse, quae certo sciant ac intelligant, exsistere Deum & ultra probabilitatem in his aliisque rebus adscendere valeant.

§. XIII. Igitur negari quum nequeat, omnem comprehensionem & notionem apertam & evidentem vere esse ac exsistere, veritatisque naturam in una perspicuitate esse positam, philosophi hi causſam suam haud aliter tueri poterunt, quam si statuant, mentis nostrae facultates ita esse factas, nemo ut mortalium certo scire queat, quonam tempore claras ac distinctas notiones habeat, omnesque sibi persuadere possint homines, clare sese intelligere aliquid, quod tamen haud cognoscant & intelligant.

Nemo quidem unus est, qui inficiari possit, homines saepenumero decipi, viderique sibi clare comprehendere, quae tamen haud cognoscunt. Is vero turpiter errat, qui sibi licere putat hoc modo rationem concludere: Homines non raro existimant, sese clare comprehendere aliquid, quod tamen haud comprehendunt: Igitur numquam non incerti sunt & dubii, utrum comprehenderint rem aliquam perspicue, nec ne. Quidni etiam, quos haec juvat ratio, hoc modo ponunt calculum: Quum somno jacent homines oppressi, sentire sibi videntur multa, quae non sentiunt: Igitur nec vigilantes certi esse possunt, num vere sentiant ac videant, quae cernere sibi ac sentire videntur.

Concludam hanc disputationem *Origenis contra Celsum* verbis: *μόνον ἢ ἴδιον θεοῦ ἐστὶν ἐπιστήμη. Scientia rerum omnium una est certissima & firmissima*: qua si homines ab ipso Deo non essent imbuti ac instructi, omnia, quae condita sunt, nihil forent, quam ludibria, somnia, umbrae, ac vanitas.

CAPUT SEXTUM.

ARGUMENTUM.

Quonam sensu rerum essentiae aeternae sint ac immutabiles. Quaelibet res, ratione scientiae, sive absolute, sive comparate, id est, quod est, neque ab ulla mente mutari potest. Quare si bonum & malum morale, justum & injustum, in rebus illis & actionibus animae, quibus haec nomina tribuuntur, vere est, sint hae res oportet certa quadam natura praeditae, quam nullius voluntas vel opinio mutaverit. Anima non est mera tabula rasa, ordineque naturae ante corpus est & materiam, neque nascitur ex materia, sed materiam regit, gubernat, & administrat. Totus mundus corporeus acervus est pulveris & atomorum. Nisi Deus sit, nulla etiam doctrina moralis esse potest. Laus philosophiae corpuscularis a Cartesio non sine fructu renovatae. Epicuri stupor & dementia notatur.

Digitized by Google

83 §. I. Satis jam & copioſe philoſophiam confecimus *Protagorae*, qui omnem ſcientiam & cognitionem evertere voluit & res inter commentitias & inanes referre, quo felicius de aeternis & immutabilibus juſti & injuſti naturis & notionibus triumphare poſſet. Oſtendimus enim, diſciplinam ejus non modo abſurdam eſſe ac ſecum ipſa pugnare, ſed etiam phyſicae, quam *corpuſcularem* vocant, manifeſto adverſari, ex qua tamen potiſſimum rem ſuam firmare voluit *Protagoras*, tametſi nihil eam efficacius convellat ac deſtruat. Late quoque demonſtratum dedimus, ſenſum quidem perceptionem tantum eſſe certa ratione veram & umbratilem, quod *Protagoras* etiam non male tradit, verum eſſe tamen ſuperiorem quamdam intelligendi ac cognoſcendi facultatem, a ſenſu natura ſua diverſam, quae in illis rebus haud terminetur, quae videntur eſſe, (ἐν τῷ φαινομένῳ) ſed in ipſa rerum veritate, (ἐν τῷ ὄντι) quae comprehenſionem aſſequatur ejus, quod abſolute ac vere eſt, quae denique nullas ſibi res alias, quam aeternas & immutabiles rerum eſſentias & naturas, mutuosque earumdem reſpectus, qui pariter mutari nequeunt, objectas habeat.

§. II. Ne quis errori ad hanc cauſſam aditus pateat, repetam hic primum illud, quod jam ſupra ſignificavi, eos, qui *eſſentias* rerum omnium aeternas & immutabiles eſſe ſciſcunt, quod dogma in ſcholis Theologorum ſemper traditum & probatum fuit, de *eſſentiis* rerum rationalibus & de *rationibus* earum, quatenus menti obverſantur, loqui, neque aliam dogmatis hujus eſſe ſententiam, quam hanc: Eſſe aeternam quamdam cognitionem & ſapientiam, aut perennem aliquam mentem ac intelligentiam, quae omnium rerum ſtabiles & immutabiles *rationes*, veritatesque inde naſcentes, comprehendat, ex qua omnes reliquae mentes derivatae ſint, cui denique omnes animi perpetuo ſubjecti ſint & maneant. Quare turpiter illi errant, qui ſibi aliisque perſuadent, dogmatis hujus amicos exiſtimare, ipſas rerum omnium naturas, ex quibus conſtant, aeternas eſſe & initii omnis neſcias, Deumque, quum generat aut creat aliquid, *ſartoris tantum inſtar*, ut quidam cavillantur, *rerum* aeternas & antecedentes *eſſentias veſtire exiſtentia*, non vero res totas creare ac producere. Quaſi vero ipſae rerum, ex quibus conſiſtunt, naturae ſeparatim a rebus ipſis exſiſtere queant: quam abſurdam & inficetam ſententiam *Ariſtoteles* ſaepenumero, nec immerito, caſtigat & rejicit.

§. III. Igitur quaecumque diſputavimus adhuc, ad hanc omnia ſummam revocari debent: Naturas & eſſentias rerum, quatenus ratione & animo comprehenduntur, nec eſſe arbitrarias, nec phantaſiae commenta, id eſt, nec ullius hominis voluntate perverti, nec opinione mutari poſſe: Ex quo conſequitur, quamlibet rem, ratione ſcientiae & cognitionis habita, omnibus intelligentiis & mentibus in univerſo terrarum orbe, neceſſario & conſtanter, id eſſe, quod eſt, ſive abſolute, ſive comparate. Quare ſi bonum & malum morale, juſtum & injuſtum, veri aliquid ſignificant, in rebus ita denominatis, ſive abſolute illud ſit, ſive certo modo, certas haud dubie naturas habent, quae ſunt notiones aut animi hominum, nec ullo modo vel opinione, vel voluntate, mutari poſſunt.

Hoc fretus fundamento ſapientiſſimus *Plato*, in libello, quem *Minos* inſcripſit, νόμον ſeu *legem* decernit, haud eſſe δόγμα πόλεως, decretum aliquod ſeu mandatum civi-

Digitized by Google

civitatis cujusdam aut principum in republica virorum, quorum saepe jussa nec honestati congruunt, nec justitiae, eaque de caussa leges dici nequeunt, sed potius ἔυρεσιν ἐξέρεσιν, *inventionem ejus, quod* EST, id est, ejus quod absolute, quod constanter, quod naturaliter justum est. Hoc tamen non impedit, quo minus arbitrariae leges eorum, quibus legitima est imperandi potestas, si nihil contineant justitiae repugnans & contrarium, leges quoque secundario sensu vocari possint, quoniam lex illa naturae & justitia, quae mutari nequit, aeterna postulat, ut decretis eorum, qui summo gaudent imperio, cives obtemperent.

§. IV. Sed non ideo solum hunc omnem suscepi laborem, ut eos confutarem, 84
qui nihil esse certi praecipiunt & sensuum finibus universam scientiam terminant, aut ut argumentum illud, quo naturas justi & injusti aeternas & immutabiles esse probavi, adversus omnem vim munirem atque roborarem: verum etiam ut aliis quibusdam magni momenti rebus & sententiis, quae ad praesens, quod in manibus est, negotium haud parum conducunt, lucis aliquid afferrem. Primum hoc simul testatum facere volui, animam haud esse meram *tabulam rasam*, rem nudam & nulla facultate alia, quam ferendi & patiendi, praeditam, naturam nihil nativa & propria vi sua producentem & agentem, verum omnia, quaecumque habet, aliunde accipientem. Nam si talis esset anima, nihil ejusmodi posset in rerum natura esse, quod vere bonum & malum morale, justum & injustum vocare nobis liceret, quoniam hae differentiae non a rebus externis unice veniunt, nec ab incursione earum in sensus nostros proficiscuntur, utpote in quibus nihil est ejusmodi. Et hoc sensu vere scripsit, cujus est liber ille, cui nomen *Leviathan p.* 24. (*) *Nullam boni, mali & vilis communem regulam ab ipsorum objectorum naturis derivari posse*, nimirum, si ea vel absolute in semetipsis, vel comparate tantum externorum sensuum respectu considerentur, verum unice, si alia quaedam interior similitudo, quae rebus ipsis cum certa quadam intestina mentis determinatione intercedit, spectetur, ex qua fundamentum omnis hujus differentiae, id quod deinceps ostendemus, unice derivatur: Neque anticipatas justi & honesti formas unice ex notionibus & speciebus, quas mens informat, nasci, aut certis ex regulis seu propositionibus in animo temere, non secus ac in libro quodam, signatis, oriri, verum ex alio quodam magis recondito & vitali principio, in ipsis naturis intelligentibus sito, procedere, quo naturaliter ut has actiones suscipiant, illas autem omittant, inducuntur & impelluntur: quod quidem fieri nullo modo posset, si animi omnibus virtutibus, si ab una patiendi facultate discesseris, vacuae & orbae essent. Hac de caussa, quia rei moralis natura & indoles explicari nequit ac intelligi, nisi antea animi ipsius natura & ratio quodammodo intelligatur & pateat, occasionem mihi hic oblatam non esse negligendam ratus sum, sed, quo viam mihi ad sequentem disputationem munirem, universe ostendendum esse duxi, animam non esse naturam nulla facultate alia, quam recipiendi ac percipiendi, instructam, verum innata & propria vi agendi praeditam. Omnis enim disciplina moralis concidat necesse est, si haec sententia vera fuerit.

§. V. Altera, cur hoc argumentum tanto studiosius sum persequutus, haec mihi

(*) pag. 16.

Digitized by Google

mihi fuit ratio, quod philosophico quodam dogmate potissimum commoveri homines, intellexi, ut in hanc proclives & propensi fiant opinionem, justitiam, honestatem, & universam rem moralem res esse vanas, umbratiles, & commentitias, quae, si a sensibus & perceptionibus sensuum abeas, aut nihil, aut parum constantiae ac veritatis habeant. Solent nimirum, qui hac infecti sunt opinionis pravitate, hoc simul tueri atque defendere, materiam & corpus omnium rerum prima esse initia: nullam esse naturam corpore secretam & materia nobiliorem ac meliorem: Res idcirco, quae sub sensus cadunt, unas esse illas, quae vere sunt ac subsistunt in universa rerum natura: Mentes & animas ex materia unice nasci: nec intelligendi facultatem & judicium de rebus justis & injustis, quae in animis insunt, esse aliquid, quam umbras & simulacra rerum corporearum & sensibus subjectarum, nec natura exsistere, sed arte tantum & ingenio comparari, ita ut propius ab eo, quod nihilum & nullum est, absint.

§. VI. Praeclare hoc jam dudum & egregie a (x) *Platone* observatum est; cujus idcirco verba, tametsi longiora sint, adscribere non gravabor. Λέγουσί που τινὲς, inquit, ὡς πάντα ἐπὶ τοῖς *πεφύκασι τὰ μὲν φύσει, τὰ δὲ τέχνῃ, τὰ δὲ ἀπὸ τύχης.* Ἔστι δὲ φασὶ, τὰ μὲν μέγιστα αὐτῶν καὶ κάλλιστα ἀπεργάζεσθαι φύσιν καὶ τύχην, τὰ δὲ σμικρότερα τέχνην· ἣν δὲ καλοῦσι φύσιν λαμβάνοντες ἐκ τῶν μεγάλων καὶ πρώτων γένεσιν ἔργων πλάττειν καὶ πλάσσεσθαι πάντα τὰ σμικρότερα, ἃ δὴ τεχνικὰ πάντες προσαγορεύομεν. Ὧδέ που σκοπεῖτον ἐρῶ. Πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα φύσει πάντα εἶναι καὶ τύχῃ φασὶ, τέχνῃ δὲ οὐδὲν 85 τούτων· καὶ τὸ μὲν πᾶσι αὐ σώματα γῆς τε καὶ ἡλίου καὶ σελήνης ἄστρα τε περὶ ἀπὸ τούτων γεγονέναι παντελῶς ὀλίγου ἀψίχων. Τύχῃ δὲ φερόμενα τῇ τε δυνάμεως ἕκαστα ἑκάστων, ᾗ ξυμπίπτουσιν ἀρμόττοντα ἅπερ εἰκὸς θερμὰ ψυχροῖς, ἢ ξηρὰ ὑγροῖς καὶ μαλακὰ σκληροῖς· καὶ πάντα ἅπερ τῇ τοῦ ἐναντίου κρᾶσει ἐξ ἀνάγκης συνεμέβη. Ταύτῃ καὶ κατὰ ταῦτα ἴτω γεγονότα τό τε οὐρανὸν ὅλον καὶ πάντα ὅσα ἐν οὐρανῷ· καὶ ζῶα αὖ καὶ φυτὰ ξύμπαντα ὡρῶν ἁπασῶν ἐκ τούτων γεγονέναι· οὐ διὰ νῦν φασὶν, οὐδὲ διὰ τινα θεὸν, οὐδὲ διὰ τέχνην, ἀλλὰ διὰ μεμφθὲν φύσει καὶ τύχῃ. Τέχνην δὲ ὕστερον ἐκ τούτων ὑστάτων γεγονέναι αὐτὴν θνητὴν ἐκ θνητῶν, ὕστερα γεγονυῖαν παιδιάν τινα πάνυ, ἀληθείας δ' οὐδέν μετειληφυῖαν, ἀλλ' εἴδωλα ἄττα συγγενῆ ἑαυτῶν· οἷον δ' γραφὴ γίγνεται καὶ Μουσικὴ καὶ ὅση πάντως οἵαι συνέπονται τέχναι· ἴτον δὴ καὶ ἡμῖν ναυαθέντε πᾶσιν δ' φύσει, τέχνῃ δὲ, ὅτι ἐστὶν ἀληθῶς ἐκεῖνα τὰ θείως. *Res omnes nonnulli ajunt vel natura, vel fortuna, vel arte fieri. Maxima vero dicunt & pulcherrima natura fortunaque fieri, arte vero minora. Eamque dicunt accepta a natura magnorum primorumque operum generatione, fingere, fabricarique minora omnia, quae artificiosa ab omnibus appellantur. Sic planius dicam. Ignem, aquam, terram, aërem, omnia haec non ante, sed natura & fortuna esse dicunt. Corpora etiam, quae post haec sunt, rerum terrenarum, solis, lunae, stellarum omnium, ex istis anima prorsus carentibus facta fuisse ajunt: fortunaque quo unumquodque vis sua impulit lata, singula singulis, frigida calidis, sicca humidis, mollia duris & omnino contraria contrariis, duce fortuna convenisse ac necessario contemperata fuisse. Hoc pacto coelum totum & quae in eo sunt omnia, animalia quoque & plantas & anni tempora fuisse producta: non per intellectum, neque per Deum aliquem, neque per artem, sed natura, ut diximus, atque fortuna. Ex quibus artem postea mortalem a mortalibus factam, posteriores quasdam res genuisse, non penitus veritatis participes, sed simulacra quaedam sibi ipsis cognata, qualia pictura, musica,*

(x) *Platone*] *Libro X. de legib. p. 665. 666.*

fica, ceteraeque artes his similes generant. — Ita & universam legum lationem, non cum natura, sed cum arte convenire, cujus positiones verae non sint.

§. VII. Hic igitur philosophus, quo planum faciat, doctrinam civilem ac moralem aeque vere esse atque exsistere, nec minus naturalis habere veritatis & constantiae, quam res ad materiam pertinentes, demonstrare audet, animos mentesque non ex materia & corpore nasci, sed partes esse rerum natura materia & corpore cum meliores, tum antiquiores. Dabo ipsa ejus verba: ψυχὴν, ὦ ἑταῖρε, ἡγοῦμαι κινδυνεύειν μὲν ὀλίγῳ ξύμπαντος, εἴ τι ὂν τυγχάνει καὶ δύναμιν ἥντιν' ἔχει, ἢ τι ἄλλου αὖτὴν σέβειν, καὶ δὴ καὶ φρονήσεως οἷς ἐν πρώτοις ἰὼν σωμάτων ἅπασιν ἁπάντων φρονήσει, καὶ μεταβολήν τε αὐτῶν καὶ μετατροπὰς ἁπάσας ἔχειν παντὸς μᾶλλον. *Qualis anima sit, o amice, & quam vim habeat, omnes mihi videntur hi homines ignorasse, tum quoad alia, tum quoad ejus generationem, quod ante omnia corpora nata sit & transmutationis decorisque corporum ipsa sit maxime omnium princeps.*

Hoc nos antea magni hominis exemplum imitati sumus, quum ostendere conaremur, sapientiam, cognitionem, mentem, ac intelligentiam, non esse tenues & inanes umbras & imagines rerum corporearum & sub sensus cadentium, neque ex corpore ac materia nasci, aut impulsu ejus & incursione gigni, verum per se subsistere ac esse, ordineque naturae omnia anteire corpora: omnes vero mentes conditas unius aeternae ac infinitae mentis, quae antiquior & major est rebus omnibus corporeis, portiones & rivos veluti esse.

§. VIII. Ex his autem, quae diximus, cogi hoc omnino debet, ea, quae ad mentem pertinent ac intelligentiam, qualia sunt doctrina moralis & civilis, leges item & instituta vitae, quae *Plato* vocat τὰ φρονήματα, *mentis productiones*, haud secus, quam res ad materiam sensu & virtute omni vacuam pertinentes, inter ea referri debere, quae natura sunt, vereque ac constanter subsistere. Etenim mens & intelligentia quia ordine naturae praecedunt corpus & materiam, necesse est quoque, ut ea, quibus mentis ratio & natura continetur, naturae ordine rebus illis, quae corpus & materiam constituunt, antiquiora & priora sint. (*) Λέγε οὖν ἐξ ἀνάγκης τὰ ψυχῆς συγγενῆ σχεδὸν ἂν εἴη γεγονότα τῶν σώματι προσηκόντων, ὅσοις τοῦτο προσυπάρχει ἢ σώματι, οἷον καὶ τίχῃ καὶ νόμῳ καὶ τρόπῳ καὶ ἕξει σκληρῶν καὶ μαλακῶν, βαρέων καὶ κούφων, μικρῶν σωμάτων καὶ πλάτους σχεδόν. *Ergo quae animae propria sunt, necessario priora his erunt, quae ad corpus pertinent, quum ipsa corpore sit antiquior. Ergo opinio, cura, intellectus, & ars, & lex, duris & mollibus, gravibus atque levibus priora sunt*, & idcirco illis multo verius certiusque sunt & subsistunt. Nam si mens & intelligentia plus habet antiquitatis, virtutis, excellentiae, atque veritatis, quam corpus & materia, quae sensu plane carent, necessario consequitur, ut mentis modi, quales sunt justitia, morumque praecepta, majores etiam, veriores, & constantiores sint modis materiae omni sensu & vita destitutae, quales sunt durum & molle, concretum ac tenue, calidum & frigidum, similiaque. Quocirca gravissimus hic sapientiae antistes praeclare & egregie rationem his verbis concludit: Τὰ μεγάλα καὶ πρῶτα ἴσχει καὶ παρέχει τέχνης ἀν γιγνόμενα ὀρθῶς ἐν πρώτοις, τὰ δὲ φύσει καὶ φύσεις (ἢ οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνομεν) αὐτὰ τῶν, ὕστερα καὶ ἀγχόμ-

(*) p. 667.

μῶν ἐν τέχνης εἶη ἢ νῷ. *Quare ingentia & prima opera, operationesque ipſae artis inprimis erunt, quae vero natura ſunt & natura ipſa, quam non recte ſic appellant, poſterius ſunt & artem intellectumque ſequuntur.*

§. IX. His de cauſſis recte atque ordine me facturum exiſtimavi, ſi minutorum illorum & plebejorum philoſophorum amentiam & ſtuporem coarguerem, qui res corporeas extra mentem & animum poſitas, ea eſſe volunt unice, quae ſunt ac vere ſubſiſtunt, ſenſusque ſuos externos, qui rerum tantum extremitates attingunt, ſupremos faciunt omnium, quae vere ſunt, judices: quare in hanc veniant ſententiam oportet, *nihil usquam vere exſiſtere praeter id, quod aut manibus complecti, aut ſenſuum inſtrumentis aſſequi valent.* Οἱ ἀδὲν ἄλλο οἰόμενοι εἶναι, ἢ ὃ ἂν δύνωνται ἁπτῶν χερσῖν λαβέσθαι.

Certum eſt e contrario & omni vacat controverſia, corporeas haſce qualitates, quas hoc hominum genus opinatur vere in corporibus extra ſe poſitis exſiſtere, res eſſe magnam partem commentitias & umbratiles, neque plus habere ſtabilitatis, quam colores iridis, aut, ut *Plotini* verbis utar, *nihil in rebus ipſis habere veritatis, ſed in noſtra tantum phantaſia videri veritatis aliquid habere:* (ἢ οὐκ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις, ἀλλ' ἐν τοῖς πάθεσιν ἴχνη τινά) nec idcirco in ſe ipſis eſſe aliquid, ſed animalium tantum ratione habita. Nos ipſos igitur fallimus & deludimus, quum eas tamquam res intuemur vere extra nos exiſtentes, quum nihil ſint, quam animorum noſtrorum umbrae, vitalesque mentium noſtrarum virtutes externis viſis excitatae.

Neque tamen aliquem, cui hoc notum eſt, exiſtimare decet, Deum ſeu naturam decipere nos hac ratione voluiſſe. Contra ſapientiſſimum admirari nos oportet ſupremi Numinis conſilium, cui mundum hunc adſpectabilem & corporeum ita ornare, illuſtrare, componere, ac decorare placuit, quo delectationem & laetitiam animis noſtris afferre, cupiditatibusque noſtris voluptatem aliquam creare poſſet: quum ceteroquin univerſus hicce mundus corporeus in ſe & ſine ornamentis hiſce ſpectatus, nihil ſit, quam ingens numerus & acervus corpuſculorum, variis figuris & diverſa mole praeditorum, quae varie agitantur & concitantur, neque res illae, quas nobis perſuademus vere extra nos eſſe ac exſiſtere, ipſorum proprie corporum affectiones & modi ſint, ſed variae tantum ipſarum mentium noſtrarum affectiones, temperationes, & perpeſſiones.

§. X. Neque etiam hae operationes & virtutes animae, quae ſeſe produnt, quum mens a ſenſibus concitatur & confuſe una cum corpore & voluptatibus ex corpore orientibus agit, tam verae, certae, ac ſtabiles ſunt, quam illae, quae ex animi virtutibus rationalibus proficiſcuntur, quum in ſe collecta contemplatur & meditatur. Nam quum animus & intelligentia in ſe res multo major, conſtantior, & verior ſit, quam corpus & materia, non poſſunt non ea quoque, quae gignuntur a mente, (τῷ γεννήματι) & ex ipſis interioribus animi receſſibus prodeunt, plus habere veritatis & conſtantiae, quam illa, quae aut ſolum corpus, aut animus a corpore debilitatus & in corpore dormitans procreat.

§. XI. Hinc philoſophus noſter, quum in eo eſt, ut Atheos convellat & refutet, oſtendatque, genus hoc hominum, *tametſi rationem ſemper crepet, a vera tamen ratione valde alienum eſſe, miſereque philoſophari* (τὸν λόγον ἀπολωλεκότες ἀντὶ μὲν τοῦ λόγου ἀπ' ἐκμαγείων χεῖσθαι) non ſine cauſſa diſputationem ſuam ab hoc ducit

Digitized by Google

ducit exordio: (*) Ὅτι ὁ πρῶτον ἀθέους καὶ φιλοσόφους αἴτιον ἀπεφήνατο, τοῦτο δὲ πρῶτον οὐκ ὕστερον ἀποφανθῆναι εἶναι γενέσεως αἱ τῶν αἰσθῶν ψυχαὶ ἀπεργασάμενοι λόγοι, ὃ δὴ ὕστερον πρότερον, ὅθεν ἠγνόησαν καὶ θεῶν τὴν ὄντως οὐσίαν. *Sermones illorum, qui animos effecerunt impios, affir-* 87
marunt, id, quod generationis corruptionisque omnium prima cauſſa eſt, non primum, ſed poſterius, factum eſſe: quod vero poſterius, id prius. Quare veram Deorum naturam ignorarunt. Quorum verborum haec eſt ſententia: Qui Deum tollunt, illi mentem & animam rerum omnium poſtremam, corpus vero & materiam primam eſſe ac principem arbitrantur.

Quocirca quo turbam impiam proſternat penitus & deſtruat gravis hic philoſophus, hanc unice viam & rationem ſervat, ut *animam & mentem* oſtendat, *ordine naturae corpore priorem, non vero poſteriorem, eſſe, eamdemque hanc rerum univerſitatem gubernare & adminiſtrare, corpus autem ab ea regi & gubernari:* ψυχὴν μὲν πρότερον γεγονέναι σώματος, σῶμα δὲ δεύτερόν τε καὶ ὕστερον, ψυχῆς ἀρχούσης ἀρχόμενον καὶ φύσιν. Nihil fit & geritur in tota rerum natura, cujus, hoc ſemel poſito & probato, ratio haud facile reddi queat.

Hoc autem ita ſeſe habere, ex ipſa motus natura philoſophus probat. Corpus ſcilicet & materia poteſtate caret ſemetipſam ciendi ac movendi. Quare neceſſe eſt, ut ab alia quadam ſublimiori natura concitetur & in motu ſuo determinetur. Et haec natura mens eſt ſeu animus. Latius & copioſius hoc argumentum expoſuit & perſequutus eſt illuſtris auctor (†) *Tractatus* praeſtantiſſimi *philoſophici Libr.* II. *Cap.* 11.

§. XII. Eamdem ego propter cauſſam in ſuperiori diſputatione demonſtrare conatus ſum, fieri nulla ratione poſſe, ut cognitio & intelligentia ex ſenſu naſcatur, aut ex materiae & corporis in illum, qui cognoſcit, incurſione, ſed ex ipſius mentis, quae omni antiquior eſt materia, nec ullo modo ex materia pendet, innata quadam & inſita virtute proficiſci, per quam aptus eſt animus ad rerum omnium formas & ſpecies rationales ex ſemetipſo producendi.

§. XIII. Poſtremo idcirco etiam tantum laboris in hoc argumento enodando & illuſtrando poſui, quod omnis doctrina & diſciplina moralis plane tollitur & concidit, niſi certum ſit, eſſe Deum, id eſt, mentem infinitam & aeternam, rerum omnium principem cauſſam & originem, cujus natura exemplum & prima ſit regula totius rei moralis. Etenim hoc niſi ita eſſet, nullo intelligi modo poſſet, quemadmodum & unde ejusmodi aliquid in naturas reliquas, quae ratione valent ac intelligentia, delatum eſſet. Quod ſi vero materia iners & omni ſenſu ac vita vacans primum illud eſt, unde reliqua profecta ſunt omnia, principium, omnisque perfectio & virtus, qua mundus refertus eſt, ex caliginoſo materiae omni cogitandi facultate deſtitutae utero naſci & gigni poteſt, fieri nullo modo poteſt, ut natura ſit ejusmodi, qualis Deus eſt. Contra certum eſt, ex nocte, chao, & materia quaecumque exſtiterunt olim & genita ſunt, facta eſſe ac genita, & quidquid usquam in orbe terrarum eſt iisdem naſci poſſe initiis, ſi cognitio & intelligentia, ſi mens, animus, & ſapientia ex materia fiunt & oriuntur.

§. XIV. Itaque *Plato*, id quod jam antea oſtendimus, poſtquam homines quosdam, philoſophorum ſibi nomen arrogantes, commemoraverat praecipere: πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν, καὶ ἀέρα πρῶτα ἡγεῖσθαι τῶν πάντων εἶναι καὶ τὴν φύσιν ὀνομάζειν τοῦτο αὐτό, ψυχὴν δὲ ἐκ τούτων ὕστερον: *Ignem, aquam, aërem, & terram primum omnium eſſe nata, & his nomen naturae unice imponi debere, ex his vero poſtea mentem & animam eſſe procreatam*, tamquam harum rerum ſimulacrum & umbram, haec ſubjicit continuo: Οὗτον πηγὴν πρὸ αὐτοῦ δίξης ἀνεζητήκαμεν ἀνθρώπων ὑπό τινων τὴν περὶ φύσεως ἐφήψατο ζητημάτων. *Hic fontem illum reperimus, unde omnis illa inſipiens ſapientia quorundam hominum nata eſt, qui res tractant naturales & phyſicas.* Quae quidem hoc ſibi volunt verba: Omnes, quibus nullum placet eſſe Deum, hoc amentiae genere irre-

(*) l. c. (†) Henr. Morus.

Digitized by Goog

irretites esse, ut materiam & corpus prima esse rerum omnium initia sibi temere persuadeant. Hinc etiam idem philosophus observat, eos homines, qui corpus, fortunam, naturamque omni lumine orbam condidisse universa & genuisse volunt, & inficiari, Deum esse, & simul, quod huic praecepto consentaneum est, statuere, justum & honestum nihil prorsus veritatis habere, nec esse aliquid, praeter perpessionem a rebus corporeis extra sentientem positis ortam, aut motum corporis justo
§8 modo temperati ac figurati, motui externo materiae renitentem & respondentem. Confirmant haec ea, quae supra diximus. Si fieri ulla ratione potest, ut mens & animus, cognitio & sapientia, ex una materiae omni sensu vacuae contemplatione nascantur, aut omnis intelligentia corporum externorum impulsu & incursione gignitur, omnia prorsus argumenta illa, quibus alioquin probare solemus, Deum esse, infracta jacent, nec vel umbra supersit eorum. Nam si hoc verum esset, nihil quidem obstaret, quominus probabile videretur, non modo hominum animos, verum etiam quidquid in universi hujus orbis, quatenus cernitur, fabrica sapientiae, consilii, & artis apparet, primum similiter ex fortuita concursione ac temperatione totius materiae natum esse, sive id in splendidis corporibus illis, quae sol & luna vocantur, sive in universa mole & compage mundi hujus corporei contigisse arbitremur.

§. XV. Hac de causa planum ac testatum non modo fecimus, ex sensu minime omnem intelligentiam & cognitionem nasci, verum etiam sensum ipsum demonstravimus non esse meram perpessionem aut rei cujusdam adventitiae receptionem, sed esse vim quamdam & efficientiam, at sentientis tamen corpore utentem. Equidem aeque facile fieri posse putem, ut ex nihilo exsistat & oriatur aliquid, quod omnes tamen Athei absurdum esse dictu profitentur, atque fieri potest, ut mens, ratio, consilium, sensus, ex individuis corpusculis certo modo, ratione figurae, situs ac motus, temperatis atque inter se junctis ac copulatis, nascatur & prodeat.

Quae quum ita sint, veterem illam ex atomis philosophandi viam, quam aetate nostra *Cartesius* ingenti cum fructu instauravit, numquam satis laudari posse judico, quod distincte ac luculenter docet, quid materia sit & quousque vires ejus pertineant, quodque sigillatim ostendit, a materia effici nihil posse, praeter ea, quae ex magnitudine, figura, situ, motu & quiete nasci possunt: Ex quo quidem evidentissimum est & omni ratione mathematica certius, tantam haud esse in materia facultatem, cogitationem ut producere valeat. Illud e contrario philosophiae genus, quod tenebricosam inducit & inexplicabilem materiam, quae nihil simul est & omnia, cujus ex potentia non modo innumerabiles qualitates, verum etiam *formas substantiales* & animas sensu praeditas (mirum, quod non addunt rationales etiam, quum omnis ex sensu, his philosophis auctoribus, ratio procreetur) educi somniat, non potest non summae erga Deum impietatis perpetua & sollers esse magistra. Quocirca non satis admirari possum summam & incredibilem *Epicuri* & aliorum quorumdam, qui philosophiae corpusculis nixae dediti in primis videri volunt, inscitiam & amentiam: qui tametsi confiteantur, in materia, si magnitudinem, figuram, situm, & motum excipias, nihil esse solidi, nihilo tamen minus non modo sentiendi, verum etiam intelligendi & ratiocinandi facultatem, omnesque propterea mentes humanas, ex mera corpusculorum individuorum conjunctione ac temperatione nasci perhibent, audacterque negant, esse naturas corpore semotas. Nihil enim est, quod pugnet magis inter se, quam haec duo dogmata. Meo quidem judicio multo illi gravius in sanam rationem & veritatem peccant, qui magnitudinem, figuram, & motionem parere posse rationem & intelligentiam autumant, quam ceteri, quos hoc tamen genus vehementer contemnit ac despicit, qui materiae qualitates istas, quarum inenodabilis prorsus est ratio, atribuunt.

10.

JO. LAUR. MOSHEMII

DE

TURBATA PER RECENTIORES PLATONICOS ECCLESIA

COMMENTATIO,

MULTO QUAM ANTEA EST EDITA LOCUPLETIOR
ET EMENDATIOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORIBUS

S. P. D.

JO. LAUR. MOSHEMIUS.

Quum in opere majori *Cudworthi*, noſtrisque ad illud obſervationibus, frequens occurrat philoſophorum illorum *Platonicorum* mentio, qui primis rerum Chriſtianarum temporibus in Aegypto orti, & per multa deinde ſaecula in variis orbis Romani provinciis magnam gloriam ingenio conſequuti ſunt, rem multis utilem & gratam me facturum opinatus ſum, ſi uberiorem ſectae hujus notitiam operi huic ſubjicerem. Itaque Diſſertationem a me ante annos aliquot exaratam *de malis, quae haec philoſophorum ſecta civitati Chriſtianae intulit*, in lucem revocavi, nec emendatam tantum & diligentius expolitam, verum etiam multis auctam & amplificatam acceſſionibus, in extremo hoc volumine poſui. Qui opus ipſum legerint, fatebuntur, nil dubito, non occaſionem a me quaeſitam eſſe libellum hunc denuo edendi, ſed ſponte ſeſe mihi obtuliſſe, locumque ei opportuniorem vix adſignari potuiſſe. Nam haud parum conducet ad varios operis *Cudworthi* locos melius intelligendos, & ſigillatim quo jure, qua injuria vir longe doctiſſimus tantum recentiorum Platonicorum teſtimoniis & auctoritati tribuerit, lectores non ignorare patietur. Non ego negem, in nonnullis hujus ſectae philoſophis, in *Plotino* maxime, multum acuminis & ſubtilitatis fuiſſe,

Digitized by Google

neque omnia eorum dogmata ſpreverim: quod ſi facerem, ipſam, ex qua hauſta ſunt ſaepenumero, religionem Chriſtianam contemnerem. Idem vero nullum certus ſum hujus generis exſtitiſſe, quin plus ingenii ludificationibus & imaginationis commentis, quam rectae rationi, obtemperaret, nullum, quin mendaciis & coactis vel philoſophiae veteris, vel antiquarum fabularum interpretationibus cauſſam ſuam juvare conaretur, nullum denique, quin odio Chriſtianae religionis inſolentius ſeſe efferret & eam opprimendi ſtudio multis modis delinqueret. Vale, Benevole lector, meamque voluntatem de re ſacra & littéraria, quantum per laborioſum vitae genus licet, non male merendi in meliorem partem interpretare. Scrib. Helmſtadii pridie Kal. April. MDCCXXXII.

ARGU-

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

§. I. *In Historiae Eccles. studio eventus cum caussis copulandi sunt.* §. II. *Indoles & natura Philosophiae recentioris Alexandrinae.* §. III. *Origines & initia ejus accuratius explicata.* §. IV. V. *Transitus Philosophiae Eclecticae ad Christianos.* VI. *Num Patres Platonici, an vero Eclectici fuerint.* §. VII. *Ammonius sectae junioris Platonicae conditor.* §. VIII. IX. *Indoles philosophiae ejus.* §. X. *Quare Platonici dicti.* §. XI. *Propagatio philosophiae hujus.* §. XII. *Etiam inter Christianos.* §. XIII. *Quibus ea nonnihil attulit commodi in profligandis Gnosticorum ineptiis, at multo plus mali.* §. XIV. *Mala, quibus hi Platonici rem Christianam effecerunt, sunt vel externa, vel interna.* §. XV. XVI. XVII. XVIII. *Ad* externa *primum pertinet, quod ita philosophiam suam instruxerunt, ut apta esset ad convellenda Christianorum tela in ethnicos, tam philosophos.* §. XIX. XX. XXI. *Quam sacerdotes & populares religiones.* §. XXII. *Deinde, quod novam viam iniverunt, Christianorum argumenta pro veritate religionis Christianae labefactandi.* §. XXIII. *Christum fatebantur virum divinum fuisse.* §. XXIV. *At Christianos querebantur magistri sui disciplinam deseruisse.* §. XXV. XXVI. *Quod ut probarent, multos etiam ex Deorum cultoribus miracula fecisse contendebant.* §. XXVII. *Discrimen inter Platonicos & Christianos in doctrina de miraculis.* §. XXVIII. XXIX. *Hinc multis ad defectionem a Christiana religione duces erant, ut Juliano Imperatori.* §. XXX. *Aliis occasionem praebebant, novum quoddam religionis genus commiscendi, ex Ethnica & Christiana conflatum, exemplo Ammiani Marcellini.* §. XXXI. *Chalcidii.* §. XXXII. *Symmachi & Themistii.* §. XXXIII. *Ad* interna *mala refertur, quod Christiani huic philosophiae dediti Christianam religionem variis erroribus contaminarunt.* §. XXXIV. *Quod exemplo probatur scriptoris Clementinorum, qui Judaeus fuit & huic sectae deditus.* §. XXXV. XXXVI. *Verum opere suo id supplere voluit, quod in reliquis desiderabatur Christianae religionis defensoribus.* §. XXXVII. *Novumque praeterea Systema condere, quod careret illis difficultatibus, quas in Christiana religione invenire sibi videbantur ethnici.* §. XXXVIII. *Caussa odii ejus in Paulum.* §. XXXIX. XL. *Credidit dolis & fraudibus licere veritatem defendere.* §. XLI. *Ea doctrina veterum Aegyptiorum erat.* §. XLII. *A quibus eam Pythagoras accepisse videtur.* §. XLIII. *Et Plato.* §. XLIV. XLV. *A quo ad recentiores Platonicos manavit.* §. XLVI. *Ex Christianorum per illos non ultimam partem infecit.* §. XLVII. *Quod probatur ex verbis & doctrina Origenis.* §. XLVIII. *Chrysostomi & Synesii.* §. XLIX. *Genuit etiam nova haec philosophia varios in doctrina Christiana errores.* §. L. LI. *Ritus denique & caerimonias sacras eum auxit, tum depravavit, quod exemplis nonnullis ostenditur.* §. LII. *Conclusio.*

§. I. Cogitanti mihi saepius, quamobrem fiat, quod ex civitatis Christianae Historia non tantam plerique capiunt utilitatem, quantam rerum publicarum & virorum principum administri ex civili referunt Historia, hoc visum est in primis illius mali origo esse, quod pauci eorum, quos Historiae sacrae studium delectat, conversiones rerum & eventus cum caussis suis copulant, quin etiam multi has prorsus negligere solent. Praeclarum est, non ignorare, quid ecclesiae per omnia, quibus ea floruit, saecula evenerit, quinam

Digitized by Google

nam errores tranquillitatem ejus turbaverint, quae dogmata ſint exorta, qui ritus introducti & ſuſcepti, & quae cum his conjuncta ſunt alia. Sed haec tamen omnia ſcientiam magis augent, quam ſapientiam; memoriam obruunt, prudentiam vero & judicium nec amplificant, nec acuunt: quibus quidem multo conſuletur melius, ſi quid tot mutationes effecerit, tot tamque varios ritus produxerit, tot erroribus locum patefecerit, ſimul accurate explicetur & demonſtretur. Cauſſis enim turbarum, malorumque cognitis, quomodo via ſit erroribus obſtruenda, quidve vel faciendum vel fugiendum ſit, quo ſalus inviolata maneat eccleſiae, clarius intelligitur. Inter eas vero cauſſas, quibus res Chriſtiana varie fuit agitata, nec mediocriter interdum concuſſa, haud poſtremus philoſophiae, cui qualibet aetate operam dederunt divinae ſapientiae ſtudioſi, locus eſt adſignandus. Namque hanc quoniam ſimul cum doctrina Chriſtiana mente complexam tenebant populi Chriſtiani moderatores, evenit, ut ejus ductu divinas veritates varia ratione temperarent, externos ritus nunc amplificarent, nunc immutarent, multaque conarentur & ſuſciperent alia, quae rectius vel omiſſa prorſus, vel prudentius inſtituta fuiſſent. Copioſius id comprobatum dabo, ſiquidem vires aetatemque mihi largiri placuerit Supremo Numini, quo magnum *de Veterum Chriſtianorum Ritibus & Moribus* opus, quod ab aliquo tempore concepi animo, abſolvere queam. Nunc exiguo tantum ſpecimine, quae jam commemoravi, confirmare & in brevi veluti tabula, quidnam detrimenti reipublicae Chriſtianae philoſophiae illud genus attulerit, quod vulgo *recentiorem Platonismum* vocant, adumbrare decrevi.

§. II. Sub ſaeculi a nato Servatore ſecundi exitum Alexandriae, in Aegypto, ſecta quaedam philoſophorum caput extulit, *Ammonio* in primis, cui *Saccas* cognomen erat, auctore, (*a*) quae brevi temporis ſpatio magnam orbis Romani partem occupavit, adſcito ſibi Platonicorum nomine. Ea liberius multo philoſophabatur, ac plerique fecerant eorum, qui antea ſapientiae profeſſores videri voluerant. Namque illi quum in unius tantum magiſtri diſciplinam ſeſe tradidiſſent, *Platonis*, *Ariſtotelis*, *Zenonis*, aut aliorum, hi philoſophi veritatem ex omnibus conquirendam eſſe ſectis (*b*) praecipiebant, & ex Graecorum & Orientalium placitis, miſtum quoddam ſapientiae corpus conſtruere, ſuos docebant. Quam quidem propter cauſſam *Julianus*, Imperator, muſicis eos non infcite comparat, qui nervos, vario licet ſono praeditos, ita tamen temperare norunt, ut ſuavis & jucundus inde concentus naſcatur. (*c*) Ad haec veteres negabant, errorum expertes fuiſſe, aut omnem jam reperiſſe veritatem: Quare non tantum eos libere reprehendebant, quoties ſententias eorum a vero remotas eſſe ducebant, verum

(*a*) Vid. de hoc homine *Photius Biblioth. Cod.* CCLI. *p.* 1382. Conf. Celeb. *Fabricius Bibl. Graec. Lib.* IV. *Cap.* 26. *p.* 159. *Henr. Valeſius ad Ammian. Marcellin. p.* 344. *Bayle Dictionnaire Tom.* I *p.* 203. & alii.

(*b*) *Epicuri* tamen ſecta excepta, cujus non poterat non haec ſecta odio habere dogmata, quod omnem religionem funditus everterent.

(*c*) *Epiſtola* XXIV. *ad Jamblichum philoſophum p.* 405. *Op. edit. Spanhemii*: κἀίτοι σύγε ὁ Ἰάμβλιχος μόνον, ἀλλὰ Δημόκριτον, ἢ Ὀρφέα τὸν παλαιὸν ἅπαντα, ἀλλὰ οὐ ξύμπασαι ὁμοῦ τὴν Ἑλλάδα, ὅσαι εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἐλθεῖν μεμηνασιν, καθάπερ ἐν λύρᾳ ποικίλων φθόγγων ἁρμονίᾳ συναρῇ, πρὸς τὸ τελειότατον μουσικῆς κέρας ἔχουσας. *Tu vero non ſolum Pindarum aut Democritum, aut Orpheum illum antiquiſſimum, ſed omnes omnino Graeciae philoſophos, qui in eo genere floruiſſe memorantur, tamquam in lyrae variis e ſonis concentu ad perfectam muſicam conjunxiſti.*

(*d*) Legatur tantum *Hierocles* de *Ammonio* apud *Photium Biblioth. Cod.* CCLI. *p.* 1382.

(*e*) Non

rum etiam novis inventis, quae apud illos deeſſe judicabant, ſupplere conabantur. Denique, ſi fieri poſſet, concordiam inter varia philoſophorum antiquiorum ſcita potius tentandam, quam contentioſam illam philoſophiam, quae in ſcholis antea viguerat, multosque abſterruerat a ſapientiae ſtudiis, fovendam eſſe, ſuis inculcabant. (*d*)

§. III. Sed paullo altius, ut lectorum conſulam commodis, philoſophiae hujus initia mihi eſſe repetenda arbitror. Vixit, imperante *Auguſto*, Alexandriae in Aegypto *Potamon* quidam, philoſophus, (*e*) qui novam iniit, nec tritam antea, philoſophandi viam, ſuosque non in unius ſectae verba jurare, ſed veritatem ex omnibus philoſophorum ſcholis colligere, nec aliquid, niſi ratione conſulta, & judicio adhibito, recipere juſſit. Huic homini qui dicto audientes fuere, nec vel *Ariſtoteli*, vel *Platoni*, vel aliis magiſtris nomen dare, ſed ipſi veritatis eſſe arbitri voluerunt, *Eclectici* appellati ſunt: de quibus ex inſtituto Viri longe doctiſſimi *Godofr. Olearius* (*f*) & *Petr. Dan. Huetius* (*g*) commentati ſunt. Perierunt ſcripta viri hujus: nec idcirco quibus ille inſtitutis uſus fuerit, aut quorum philoſophorum praecepta ceteris praetulerit, ſcire nobis licet hodie. *Suidas* (*h*) *commentarium* in *Platonis libros de republica* ab eo conſcriptum eſſe, memorat: quod *Platoni* eum prae reliquis philoſophis faviſſe, ſignificare videtur. Verum quis in 6 rebus tanta obſcuritate oppreſſis ſecure ac ſine erroris formidine conjecerit? Certius eſt, ſectam ab eo conditam fuiſſe, aut potius multos exemplo & adhortationibus ejus excitatos fuiſſe, ut eadem philoſopharentur libertate, nec temere in ſervitutem antiqui cujusdam philoſophi ſeſe traderent: nam ſectam appellare hominum genus, quod ab omni ſectae ſtudio alienum & remotum videri voluit, vix convenit. Ante igitur quam Chriſtiana religio in Aegyptum introduceretur, philoſophi jam Alexandriae exſtiterunt, qui auditores ſuos ex uno noluerunt magiſtro ſapere, verum omnes adire & ex omnibus veritatem, ratione duce ac comite, decerpere juſſerunt.

§. IV. Nulli omnium philoſophorum his *Eclecticis* viciniores erant religioni Chriſtianae. Nam quum ceteri philoſophi ſectae, quam complexi erant, amore detinerentur, ne oblatam ſibi veritatem cernere poſſent, his liberum erat, id, quod optimum ſibi videretur, conſectari & undecumque ea, quae veri, rectique formam haberent, colligere, ac in ſuam diſciplinam transferre. Itaque quum Alexandriae a Servatoris noſtri diſcipulis coeleſtis, quam ipſe nobis patefecit, doctrina traderetur, ſtatim ex hac aliqui familia ad eam acceſſerunt, qui poſtea docto-

(*e*) Non ita pridem Vir longe doctiſſimus *Chriſtoph. Auguſt Heumannus* in *Actis philoſophorum*, Germanice magna copia & elegantia exaratis, *Part.* II. *Obſ.* V. §. 4. *p.* 330. *ſ. Potamonem* docere voluit, *Alexandri Severi* potius, quam *Auguſti* aetate floruiſſe. Verum hujus rationibus ſatis mihi feciſſe videtur Vir doctiſſimus, *Jac. Haſaeus* in *epiſtola Latina* in *Actis*, quae dixi, *philoſophorum Part.* XVII. *Obſ.* 4. *p.* 711. *ſ.* edita. Si *Potamon* non ante tertium vixiſſet ſaeculum ſeu *Alexandri Severi* aetate, nullo modo Eclecti-

corum dici parens potuiſſet, qui dudum ante hoc in Aegypto ſaeculum in magna laude poſiti fuerunt.

(*f*) *Diſſ. de philoſophia Eclectica* quae *Thom. Stanleji Hiſtoriae philoſophicae* Latine verſae ſubjecta eſt *p.* 1205.

(*g*) *Traité de la foibleſſe de l'Eſprit humain Livr.* II. *Cap.* 10 *p.* 217.

(*h*) Lexico voce: Ποταμών.

Digitized by Google

doctorum & magiſtrorum inter Chriſtianos munere functi ſunt, & celebrem in primis, quam Alexandriae Chriſtiani habebant, ſcholam rexerunt. Princeps, quantum novimus, ſcholae huic praefuit *Athenagoras*, teſte *Phil. Sideta:* (*i*) qui quidem philoſophiam cum religionis Chriſtianae profeſſione conjunxit, nec tamen uni ſectae deditus fuit, ſed ex omnibus, quae meliora & certiora videbantur, ſelegit, id eſt, *Eclecticus* fuit. Certum hoc faciunt ſcripta ejus, quae adhuc leguntur: *Legatio pro Chriſtianis & libellus de reſurrectione mortuorum.* Poſt *Athenagoram* juventutem Chriſtianam *Pantaenus* & *Clemens*, quem *Alexandrinum* vocant, Alexandriae moderati ſunt. Uter horum ſucceſſerit alteri, inter viros eruditos certatur. *Euſebius* in *Pantaeni* locum ſuffectum fuiſſe (*k*) *Clementem* perhibet: At *Sidetes* poſt *Clementem* demum *Pantaenum* muneri huic praefuiſſe tradit. Nos hanc litem aliis dirimendam nunc committimus, quoniam a re praeſenti aliena eſt: Satis nobis eſt, utrumque ex illo fuiſſe philoſophorum genere, de quo nunc agimus. *Pantaenum* quidem *Stoicum* fuiſſe, *Euſebius* teſtatur, *Sidetes Pythagoraeum.* Sed res ipſa prohibet, ne alterum abſolute intelligendum eſſe, credamus. Etenim *Pantaenus*, ſi quidem Chriſtianus eſſe voluit, nec Stoicam diſciplinam ex toto probare potuit, nec Pythagoraeam. Itaque haud dubie Stoicos in illis rebus, quae ad mores & officia hominum pertinent, ceteris praetulit philoſophis, at de Deo, rebusque ſub adſpectum haud cadentibus, quod & ſucceſſores ejus fecerunt, cum *Pythagora* & *Platone* philoſophatus eſt. Alias rationes, propter quas *Pantaenum* in *Eclecticis* numerare decet, *Godofr. Olearius* (*l*) attulit. Quid multis verbis opus eſt? Quotquot ex Chriſtianis doctoribus ita eſſe Chriſtiani volebant, ut philoſophi eſſe haud deſinerent, illi non poterant, quin hanc philoſophandi formam confectarentur, eo quod in omnibus ſectis multa eſſent, quae a religione Servatoris noſtri prorſus abhorrebant, nec cum ea ullo modo componi poterant. *Clemens Alexandrinus* ipſe prodidit memoriae, *Eclecticam* ſibi unice placuiſſe philoſophandi ratiqnem. Poſtquam enim verbis magnificis & exquiſitis philoſophiam laudaverat, quam Dei munere hominibus obtigiſſe ait, qualem intelligat philoſophiam, hiſce verbis explicat: (*m*) Φιλοσοφίαν δὲ, οὐ τὴν Στωικὴν λέγω, οὐδὲ τὴν Πλατωνικὴν, οὐ τὴν Ἐπικούρειόν τε, καὶ Ἀριστοτελικὴν, ἀλλ' ὅσα εἴρηταί παρ' ἑκάστῃ τῶν αἱρέσεων τούτων καλῶς, δικαιοσύνην μετὰ εὐσεβοῦς φρονήσεως ἐπιδεικνύντα, τοῦτο σύμπαν τὸ ἐκλεκτικὸν φιλοσοφίαν φημί. *Philoſophiam autem non dico Stoicam, nec Platonicam, aut Epicuraeam, & Ariſtoteli-cam, ſed quaecumque ab his ſectis recte dicta ſunt, quae docent juſtitiam cum pia ſcientia, hoc totum* SELECTUM, *dico philoſophiam: cetera autem, quae ex humanis ratiosinationibus praefecta adulterarunt, ea numquam divina dixerim.*

§. V. His aliisque nonnullis, quorum nomina vetuſtas oblitteravit, ducibus & auctoribus evenit, ut locus aliquis & honos in civitate Chriſtiana philoſophiae
7 relinqueretur, quam multi funditus everſam & e coetu Chriſtiano proſcriptam eſſe cupiebant. *Clemens* fuiſſe quosdam aetate ſua memorat, qui philoſophiam mali & infernalis genii inventum eſſe, & ad humani generis detrimentum ac perniciem natam, dicerent: quos contra vehementer pugnat, Graecorumque ſcitis & ſcriptis animos irrigari vult antea, quam coeleſtis doctrinae ſemen eis committatur:

(*i*) *In Fragmento de Catechetis Alexandr.* quod *Henr. Dodwellus Diſſertationibus in Irenaeum* ſubjecit & illuſtravit *p.* 429.

(*k*) *Hiſtor. Eccleſ. Lib.* V. *Cap.* 10. *p.* 175.

(*l*) *Diſſert. de philoſ. Eclectica Cap.* 4. *p.* 1217.

(*m*) *Strom.*

tur: καθάπερ, inquit, (n) οἱ γεωργοὶ προαρδεύσαντες τὴν γῆν, εἶτα δὴ καὶ ἡμεῖς τῷ τιμίῳ τῷ παρ' Ἕλλησι λόγῳ προαρδεύσωμεν τὰ γεώδη αὐτῶν, ἵνα προδείξωμεν τὸ καταβαλλόμενον σπέρμα πνευματικὸν, καὶ τοῦτο ἐυκόλως ἐκθρέψαι δύνασθαι. *Quemadmodum terram prius rigant agricolae, deinde ſic ſemen injiciunt: ita etiam nos eo, quod bibi poteſt ex Graecorum ſcriptis, id, quod eſt in eis terreſtre, prius irrigamus, ut ſuſcipiat ſpirituale ſemen, quod dejicitur, & id facile poſſit alere.* Et haec *Clementis*, ceterorumque philoſophorum inter Chriſtianos ſententia vicit, quidquid obniterentur illi, qui philoſophiae exoptabant interitum, *Eclecticumque* idcirco philoſophandi genus ex Aegypto in reliquas Aſiae & Africae provincias propagatum eſt. Talis vero manere nullo modo poterat haec philoſophandi forma, poſtquam ad Chriſtianos tranſierat, qualis fuerat apud eos, qui *Potamonem* unice ſequuti fuerant & verae religionis expertes vixerant. Liberum erat antiquioribus Eclecticis, qui unius rationis & ingenii ſui legibus obtemperabant, ad quemcumque vellent philoſophorum ſeſe adjungere, atque ex omnibus familiis ſua facere, quae rationi ipſis videbantur eſſe conſentanea: non idem Chriſtianis licebat. Namque his religio, quam ſuſceperant, pro norma ſimul & regula data erat, ad quam philoſophorum ſcita explorarent; quocirca multa ex ſapientum dogmatibus repudiare debebant, eo quod *Chriſti* repugnarent praeceptis, quum ceteri *Eclectici* undique colligerent & in rem ſuam converterent, quae ipſis placebant & arridebant. Utinam ſemper ita id feciſſent philoſophi Chriſtiani, quemadmodum decebat, nec externa quadam dogmatum & inſtitutorum ſimilitudine decepti fuiſſent, ut pro Chriſtianis haberent, quae ad ſpeciem tantum Chriſtiana videbantur. Sed obſtitit illis partim amor philoſophiae, partim imperitia & ingenii imbecillitas, ne cuncta rite expenderent: ex quo evenit, ut in Chriſtianam multa transferrent philoſophiam, quae toto genere a diſciplina Chriſtiana diſſident. In doctrina morum Stoicos potiſſimum probabant, utpote quorum de officiis praecepta legibus divinis convenientiſſima ducebant eſſe, quod *Pantaeni*, *Clementis*, & aliorum exemplis conſtat: ita vero multum a veritate aberrabant & duriorem multo atque rigidiorem efficiebant diſciplinam Chriſtianam, quam a *Chriſto* & legatis ejus tradita eſt. In Dialecticis & arte ratiocinandi *Ariſtotelem* ceteris praeferebant: quod certo modo tolerandum fuiſſet, niſi poſtea philoſophi hujus diſtinctiones & captiones temere ad doctrinam coeleſtem obſcurandam & deformandam adhibuiſſent. De Deo, de geniis, de anima, deque rebus ſub adſpectum haud cadentibus neminem arbitrabantur melius *Platone* praecepiſſe: quem propterea ex *Moſe* ac Judaeis omnem adſeverabant hauſiſſe ſapientiam ſuam, id quod multis in locis *Clemens Alexandrinus* profitetur. Quumque res divinae rebus reliquis omnibus ſuperiores & praeſtantiores ſint, ideo *Platonem* ceteris jure quodam ſuo philoſophis anteponendum eſſe, ducebant. Atque hoc erga *Platonem* ſtudium tantum apud eos poterat, ut non modo ejus lectionem ſuis in primis commendarent, verum etiam in diſputationibus cum doctrinae Chriſtianae adverſariis ejus ſeſe auctoritate tegerent, nec contendere vererentur, veteres Platonicos, ut *Auguſtini* verbis utar (o) *ſi hanc vitam rurſus agere poſſent*, PAUCIS MUTATIS VERBIS AC SENTENTIIS *ad Chriſtianam religionem acceſſuros eſſe*. Igitur Chriſtianus philoſophus, qualis ſaeculo ſecundo & ſequentibus exſtitit, Eclecticus erat, qui

(m) *Stromat. Lib.* I. *Cap.* 7. *p.* 338.
(n) *Stromat. Lib.* I. *Cap.* 1. *p.* 326.
(o) *Libro de vera religione Cap.* 4. §. 6. *p.* 559. *Tom.* I. *Opp.*

Digitized by Google

qui ex omnibus quidem philoſophorum ſectis adſciſcebat, quae religioni Chriſtianae haud refragari putabat, at *Platonem* tamen reliquis omnibus philoſophis meliorem eſſe & proxime a Servatoris noſtri diſciplina remotum eſſe ducebat.

§. VI. Haec qui obſervaverit, is facili negotio litem illam componet, quam aetate noſtra, *Franciscus Baltus*, Jeſuita non indoctus & in veterum Chriſtianae civitatis doctorum monumentis probe verſatus, commovit *de Platonismo Patrum.* Vetus eſt virorum eruditorum querimonia, *Patres* ſeu doctores antiquiores eccleſiae juſto propenſiores ad *Platonis* doctrinam fuiſſe, & philoſophi hujus praecepta temere cum *Chriſti*, Servatoris noſtri, dogmatibus confudiſſe: ex quo magna corruptio coeleſtis doctrinae & conturbatio veritatis conſequuta ſit. Sed hanc ſtrenue *Baltus* is, quem dixi, ſententiam ſingulari volumine (*p*) oppugnavit, in quo magna & orationis & eruditionis copia diſputat, *Patres* non uni ſectae, nec idcirco ſoli *Platoni*, fuiſſe deditos, ſed ex omnibus ſcholis meliora ſelegiſſe ac tutiora. (*q*) Praeiverat ei quodammodo *Petrus Dan. Huetius*, qui, poſtquam de *Origenis* eruditione ac ſtudiis diſſeruerat, *Potamonicum* eum potius, quam *Platonicum*, quod vulgo fit, dici debere concludit: (*r*) *Hinc adeo non uni alicui addictum ſectae, ſed omnium ſtudioſum fuiſſe, ex iisque quidquid utilius eſſet, & vero ſimilius decerpſiſſe, idemque diſcipulis ut facerent caute praecepiſſe, Gregorius Thaumaturgus ſcriptum reliquit: ut non tam Platonicus vel Pythagoricus, quam Potamonicus dici debeat a Potamone illo Alexandrino, qui Eclecticae ſectae auctor fuit.* Verum aut neſcivit bonus ille Jeſuita, quonam ſenſu *Platonici* appellantur antiqui eccleſiae doctores, aut ſcire id noluit, vulgaremque ideo ſententiam confirmavit potius, quam confutavit. Qui Patres accuſant nimiae erga *Platonis* diſciplinam voluntatis, illi non id ſibi volunt, veteres Chriſtianorum antiſtites univerſam philoſophiam Platonicam approbaſſe, quod quidem nullo ipſis modo facere licebat, neque negant, illos quaedam *Platonis* dogmata, quae ſcitis Chriſtianis plane oppoſita erant, acriter oppugnaſſe & variorum errorum hunc philoſophum coarguiſſe: nec denique inficiantur, ab omnibus ſectis doctores Chriſtianos ſumſiſſe aliquid: verum hoc tantum dicunt, *Patres* prae reliquis omnibus philoſophis *Platoni* ſtuduiſſe, & ab hoc uno plura petiiſſe, quam a ceteris univerſis, eo quod neminem de natura & perfectionibus divinis, de anima, & rebus coeleſtibus melius & gravius docuiſſe ſibi perſuaderent. *Eclecticos* aut *Potamonicos* ſi vocare *Baltus* eos velit, de verbo minime dimicabimus: nec tamen idcirco Platonici eſſe deſinent. *Eclectici* ſunt, quia ex omnibus aliquid ſectis delibant: *Platonici*, quia plus ex *Platone*, quam aliis, mutuantur & in praecipua divinae ſapientiae parte, quae de Deo, de anima, de naturis ſimplicibus agit, veſtigia ejus diligenter legunt. Tantumne virum, qui nihil videri vult rerum veterum ignorare, fugere potuit, eos ipſos, qui *Platonici* juniores nominantur & *Platonis* germani diſcipuli videri voluerunt, ſimul tamen *Eclecticos* fuiſſe & de omnibus ſectis aliquid in ſuas ſcholas tranſtuliſſe?

§. VII.

(*p*) *Defenſe des SS. Peres accuſez de Platonisme. Paris.* 1711. *in* 4.

(*q*) Vid. potiſſimum *Lib.* I. *Cap.* 3. 4. *ſ. p.* 28. *ſ.*

(*r*) *Origenianor. Lib.* II. *Cap.* 1. §. 4. *p.* 27.

(*s*) *Libro tertio adverſ. Chriſtianos* apud *Euſebium* Hiſtor. Eccleſ. *Lib.* VI. *Cap.* 19. *p.* 220.

(*t*) *Notis ad Ammian. Marcellin. p.* 344.

(*v*) *Diſſie-*

Digitized by Google

§. VII. Ea, qua *Clemens* fuit *Alexandrinus*, aetate vixit Alexandriae *Ammonius* ille, cui cognomen *Saccas*, a quo juniores Platonici familiam ſuam dicunt eſſe conditam. Is Chriſtianis parentibus natus & in Chriſtiana religione inſtitutus & educatus erat, at virilem quum aetatem attigiſſet, ad avitam religionem & multorum Numinum cultum deficiebat. Teſtis hujus rei *Porphyrius* (*s*) eſt, ex nobiliſſimis *Ammonii* ſectatoribus: Ἀμμώνιος μὲν ὁ Χριστιανὸς ἐκ Χριστιανῶν ἀνατεθραμμένος τοῖς γονεῦσιν, ἅμα δὲ φρονεῖν καὶ τῆς φιλοσοφίας ἅψασθαι, οὐδὲν πρὸς ἣν ἦγεν τῷ νόμῳ πολιτείαν μετεβάλλετο. *Ammonius quum Chriſtianus inter parentes Chriſtianos educatus fuiſſet, ſimulatque per aetatem ſapere potuit & philoſophiae limen attingere, ſtatim ad vivendi rationem legibus conſentientem deſcivit.* Negat quidem *Euſebius*, haec ita ſeſe habere, & *Ammonium* ad extremum usque ſpiritum immotum in religione Chriſtiana perſtitiſſe, perhibet: cui credendum eſſe potius, quam *Porphyrio*, maximi nominis viri cenſent, quos inter *Henr. Valeſius* (*t*) *Petr. Baylius* (*v*) & *Jac. Basnagius* (*x*) eminent. Ego vero *Euſebium* erraſſe atque duos inter ſe *Ammonios*, alterum philoſophum, alterum Chriſtianum ſcriptorem confudiſſe, nullus dubito: quam ſententiam praeclare confirmavit *Jo. Alb. Fabricius.* (*y*) Notior certe *Porphyrio* eſſe debuit *Ammonius*, qui *Plotinum* audiverat, praecipuum *Ammonii* diſcipulum, quam *Euſebio*, qui a temporibus ejus longo ſatis intervallo remotus eſt. Et, ut alia omittam, incredibile prorſus eſt, ſectam, qua nulla umquam inimicior Chriſtianis exſtitit, ab homine Chriſtiano conditam eſſe, & philoſophiam, quae tota comparata eſt ad res Deorum fulciendas & religionis Chriſtianae progreſſionem remorandam, inventum eſſe hominis ſanctiſſimam hanc religionem ad vitae usque finem profitentis. Non minus incredibile, omnes Platonicos juniores, quorum univerſa in eo verſabatur induſtria, ut honori & gloriae Servatoris noſtri nocerent, diſciplinae ſuae initia ad hominem referre voluiſſe, quem aliqui ſaltim eorum non ignorare poterant, *Chriſto* pertinaciter adhaeſiſſe. Sed quid multa? Simulatque naturam & indolem philoſophiae illius cognoverimus, quam traditam ſeſe accepiſſe ab *Ammonio* omnes uno ore fatentur Platonici, tota haec opinio de conſtantia ejus in tuenda ad obitum religione Chriſtiana per ſe collabetur.

§. VIII. Homo hic in ſchola Chriſtianorum Alexandrina ſine ulla controverſia inſtitutus erat, & a *Clemente*, quod valde veriſimile, aut a *Pantaeno*, diſciplinam acceperat. Itaque philoſophandi formam, quae uſitata inter Chriſtianos erat, non modo didicerat, verum etiam quemadmodum Chriſtiani antiquas ſuperſtitiones oppugnarent, & tam philoſophos, quam Deorum ſacerdotes ad incitas redigerent, cognoverat. Et haec ipſi cognitio multum poſtea proderat ad novum illud, quod meditabatur, doctrinae genus conſtituendum. Veriſimile eſt, gloriae ſtudium incitaſſe hominem, ut Chriſtiana ſacra deſereret: ipſe nimirum caput & magiſter ſectae eſſe, non aliis ſubeſſe & obtemperare volebat. Forte etiam blanditiae & promiſſa philoſophorum, qui acre ac ſubtile videbant eſſe in eo ingenium, non leviter conſtantiam ejus labefactarunt. Utcumque eſt, id quidem vacat controverſia, *Ammonium*, ut ſolent transfugae, capitale odium ex civitate Chri-

(*v*) *Dictionaire Hiſtor. Critique Tom.* I. *p.* 187. (*y*) *Biblioth. Graecae Lib.* IV. *Cap.* 26. *p.* 159. *ſ.*
(*x*) *Hiſtoire de l'Egliſe Libro* II. *Cap.* 4. §. 10. *p.* 167.

Digitized by Google

Chriſtiana, quam reliquerat, ſecum retuliſſe, quumque acumine & temeritate valeret, egreſſum e Chriſtianis talem inſtituiſſe diſciplinam conſtruere, qualis apta eſſet ad impetus Chriſtianorum in veterem religionem frangendos & Deorum cauſſam contra magnos hos & potentes adverſarios defendendam. Neque male prorſus homini hoc conſilium ceſſiſſe, non aegre perſpiciet, quisquis cum ſectae, quam erexit, inſtitutis & ſententiis *Apologias* Chriſtianorum veterum & diſputandi contra gentes rationem ſtudioſe contulerit. Nihil quidem ipſemet in litteras retulit *Ammonius*: ſed quo animo, quibusve fuerit ſententiis & opinionibus, commode ex illis intelligitur, qui ab ore ejus pependerunt, maxime ex *Plotino*, quo nobiliorem diſcipulum non habuit. Ex inſtitutione, qua uſus fuerat, Chriſtianorum intellexerat, Deorum opes & cultum funditus everſum iri, ſi cultores eorum eadem, qua ſacerdotes ſolebant, via cum Chriſtianis decertare pergerent: nam populari religione nihil fieri puerilius & ineptius poſſe, invictis Servatoris noſtri diſcipuli argumentis demonſtrabant. Nec minus perſpiciebat, nullius ſectae inter philoſophos tantas eſſe vires, ut Chriſtianorum ſuſtinere poſſet fortitudinem: verendum potius eſſe, ne mutuis ſeſe certaminibus hae familiae conficerent, atque diſſenſionibus ſuis Chriſtianis locum aperirent de omnibus ſimul triumphandi. Tantis igitur ut occurreret periculis, primum id aſſumebat, quod & *Potamonis* ſectatores probaverant & Chriſtiani ſimiliter adoptaverant, veritatem non totam ad unam aliquam philoſophorum familiam divertiſſe, verum ex omnibus conquirendam eſſe ſectis, ratione idcirco & ingenio utendum eſſe illis, non magiſtrorum auctoritate, qui verum invenire vellent. Huic alterum addebat, quod a Chriſtianis acceperat, omnium philoſophorum principem & coryphaeum veluti *Platonem* eſſe, quippe qui praeſtantiſſimam philoſophiae partem, quae de Deo & rebus agit ab hominum adſpectu remotis, deque animae curatione ceteris omnibus ſapientius & caſtius tractaſſet: non omni quidem & hunc philoſophum errore vacare, nec univerſam ita eſſe ab eo ſapientiam exhauſtam, nihil ut addi queat amplius: ſed leviſſima eſſe peccata ejus, ſi cum illis, quae bene dixerit, comparentur, resque maximas graviſſimasque divine prorſus ab eo explicatas eſſe. Forte ipſum hominis ingenium, quod magna ex parte fanaticum fuiſſe praecepta & dogmata ejus non pauca oſtendunt, in hunc amorem *Platonis* ipſum impulit: at certum tamen eſt, quum Chriſtianis vellet reſiſtere, inſigni eum non potuiſſe non erga *Platonem* voluntate eſſe. Nam quum ipſimet Chriſtiani *Platonem* ceteris anteferrent philoſophis, & in multis magnisque ſecum rebus conſentire, ſtatuerent, licebat ipſi hinc efficere, nihil novi, quod non ante dictum ſit, *Chriſti* diſcipulos in orbem attuliſſe, atque dudum, quae meliora inter Chriſtianos & ſanctiora viderentur, ab Academia tradita eſſe: quod quantum valuerit ad homines a Chriſtiana religione avocandos & in ſua caſtra pertrahendos, vel me tacente intelligitur.

10 §. IX. His, quae Eclecticis potius & Chriſtianis, quam ſibimet ipſi, debebat *Ammonius*, alia quaedam de ſuo adjungebat, quibus inſtitutum ſuum Chriſtianos debellandi carere non poſſe, perſpiciebat. Chriſtiani *Platonem* quidem propius ad veritatem fatebantur acceſſiſſe: at eumdem contendebant a *Moſe* & Hebraeis quaecumque ſana & utilia haberet mutuatum eſſe. Non tantum erat in hoc homine litterarum & antiquae eruditionis, ut rationibus hiſtoricis hanc opinionem refel-

Digitized by Google

refellere poſſet: itaque alia ratione eam adoriebatur. Veteres ſcilicet philoſophos, tam Orientales, quam Graecos, eadem, quae *Platonem*, docuiſſe adſeverabat; & eos magnopere falli decernebat, qui putarent, tot eſſe, quot vulgo ferrentur, inter philoſophos altercationes & certamina. Quumque clarior inter philoſophos ſecundum *Platonem* nemo eſſet *Ariſtotele*, qui tamen totus *Platoni* videbatur eſſe oppoſitus, omnis in eo erat labor ejus, ut de rebus gravioribus & majoris momenti nihil diſſenſiſſe hos philoſophos inter ſe, oſtenderet. Hoc confecto, ſperabat, fore, ut nemo Chriſtianis crederet, ſuffuratum eſſe *Platonem* praecepta ſua ex *Moſe* & Hebraeorum ſcriptoribus. Nam ſi omnes philoſophi, tantis locorum temporumque intervallis ſejuncti, eadem tenuerunt, quae *Plato*, dogmata, evidens eſt, nihil neceſſe fuiſſe, ut *Plato* Judaeos adiret, quo ſapientiam ſuam addiſceret, verum aut ratione duce, aut aliis philoſophis auctoribus, eam conſequi potuiſſe: quin etiam multo videtur probabilius, Judaeos, ex antiquioribus philoſophis, quos Platonicos fuiſſe ante *Platonem Ammonius* volebat, quam *Platonem* ex Judaeis profeciſſe. Hanc omnium philoſophorum concordiam molitum eſſe principem omnium verſutum hominem hunc, cum diſcipulorum ejus libri ſignificant, in quibus id agitur potiſſimum, ut omnes philoſophi ad unam revocentur familiam, tum *Hieroclis*, magni ex ejus ſchola magiſtri, teſtimonium extra omnem controverſiam collocat. Hunc enim *Photius* (z) *Libro de providentia* ſcriptum reliquiſſe memorat, multos olim ſibi perſuaſiſſe, magna diſcordia philoſophos diſtineri, *μέχρις ὅτου ἡ Ἀμμωνίου σοφία διέλαμψεν, ἐν ᾗ καὶ θεοδίδακτον ἐπικαλεῖσθαι ὑμνεῖ, donec Ammonii aliquando ſapientia orbi illuxerit, quem etiam divinitus edoctum appellari praedicat: τοῦτον γὰρ τοῖς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν ἀμηχάνοις δόξαις, καὶ τοῖς ἐκατέρωθεν ἀναφυομέναις ὑποσκελισμέναις λύμαις, σύμφωνον ἐν τοῖς ὑπικαίροις τε καὶ ἀναγκαιοτάτοις τῶν δογμάτων Πλάτωνός τε καὶ Ἀριστοτέλους τὴν γνώμην ὑποφῆναι. Hunc enim veterum philoſophorum opinionibus perpurgatis & reſectis, quae utrinque excreverant, nugis, in praecipuis quibusque & maxime neceſſariis dogmatibus, concordem eſſe Platonis & Ariſtotelis ſententiam demonſtraſſe.* Praeclare haec verba mentem & ſententiam illuſtrant *Ammonii.* Non ille nusquam inter ſe diſſenſiſſe philoſophos autumabat, aut nulla de re vere inter ſectas veteres decertatum fuiſſe, ſtatuebat: quod ſi putaſſet, neſcio, quomodo ſimul tradere potuiſſet, veritatem ex omnibus ſectis colligendam eſſe: ſed de illis tantum rebus, quae majoris momenti eſſent, veram inter antiquos ſapientes pugnam fuiſſe, negabat. Nullum vero dubium eſt, quin dogmata de Deo, de mundo, de anima, de geniis, & cognatis rebus intellexerit: de quibus quippe potiſſimum inter Chriſtianos & philoſophos quaerebatur. Nam id agunt acriter juniores Platonici, quorum monumenta reſtant, ut his de rebus potiſſimum nec orientales philoſophos, nec *Platonem*, nec *Ariſtotelem*, nec reliquos nominis cujusdam ſapientes litis aliquid inter ſe aluiſſe, convincant. Hoc modo philoſophis ſatis contra Chriſtianos conſultum fore, *Ammonius* arbitrabatur: reliquum erat, ut Numinibus quoque ſuccurreret & concidentibus ſenſim publicis religionibus opem ferret. Ad has igitur juvandas duplex excogitabat remédium. Primum, religionem eorum, qui multis Diis ſervirent, male a Chriſtianis intelligi, querebatur: Hos enim vulgo perhibere, multa Numina coli a populis; ſed invita hoc veritate fieri: Unum ſummum Deum omnes gentes revereri, unde profecta

(z) *Bibliothecae Cod.* CCXIV. *p.* 550. Eadem fere repetit *Cod.* CCLI. *p.* 1382.

(a) *In*

Digitized by Google

fecta ſint omnia: at hoc unum ſupremum Numen adminiſtrationem hujus univerſitatis inter multas diſtribuiſſe naturas, Deo quidem ipſo longe inferiores, at hominibus multo majores & ſuperiores: Has naturas *Deos* a ſe dici, & his cultum a populis aliquem jure exhiberi, tametſi negari nequeat, vitio cum Sacerdotum, tum inſanae plebis errores quosdam in hunc cultum irrepſiſſe. Hoc freti dogmate, quidquid in univerſo terrarum orbe religionum erat, id in tutelam ſuam Platonici recipiebant. Deinde poëtarum de Diis fabulas longe aliter eſſe exponendas tuebantur, quam verba poſtulare viderentur: rejiciendum eſſe corticem & nucleum eruendum: nam vilibus ſub integumentis ſenſus longe praeſtantiſſimos, Metaphyſicos, Phyſicos, Morales eſſe reconditos, quos ſapientem protrahere & in
11 luce collocare deceat. Quae hic ſummatim refero, ea deinceps particulatim explicabo & teſtimoniis quibusdam roborabo. Jam igitur qualis iſta ſit philoſophia, quam *juniorem* vulgo *Platonicam* nominant, apertum eſt. Eſt illa doctrinae quoddam genus ex veterum Eclecticorum & Chriſtianorum ſcitis, ipſiusque *Ammonii* inventis, temperatum & miſtum, quod *Platonem* quidem ante omnes vult audiendum eſſe & huic reliquos conciliare philoſophos tentat, at ſimul tamen quod *Platoni* deeſt aut ex reliquis ſectis libere adſciſcendum aut ratione & ingenio inveſtigandum eſſe, tradit: eo vero potiſſimum conſilio conditum eſt, quo res Deorum ſenſim collabentes ſervarentur ab interitu & Chriſtianorum in veteres ſuperſtitiones tela conſtringerentur, ipſaque eorum religio exſtirparetur.

§ X. Conſtat jam ex hiſce magnam partem, quam ob cauſſam haec familia *Platonicorum* ſibi nomen impoſuerit: ſed ſeparatim quoque de vocabuli hujus rationibus aliquid dicam. Potuiſſent hi philoſophi vel a delectu, quem inſtituere ſuos jubebant, opinionum *Eclectici* dici, vel a ſtudio concordiae inter omnes philoſophos ſanciendae *Conciliatores* appellari: ſed ipſi nomen ſibi poſcebant *Platonicorum*, tametſi *Platonem* non ſemper ſequerentur, idque apud poſteros retinuerunt. Dux & ſignifer totius ſectae pro Platonico haberi volebat: nam *Longinus* (*a*) eum diſerte *Platonicum* nominat. Eadem diſcipulis ejus mens erat: de quibus ita *Zacharias Mitylenaeus*, (*b*) καλῶς, ὦ ἑταῖρε, ἃ σοφῶς Πλάτωνος τὰς δόξας ἀνασπᾶζειν ὑμᾶς μεμαθήκατε, καὶ τὰγε μαθητὰς αὐτοῦ ἐπαγγελλόμενοι, καὶ Πλατωνικοὶ νομάζεσθαι πρὸς τῶν ἀνθρώπων γλιχόμενοι. *Bene, o amice, ſapientis Platonis ſententias convellere didiciſtis, etſi vos ejus diſcipulos profitemini, &* PLATONICI AUDIRE *apud homines expetitis.* Hinc *Theophraſtus*, generis hujus philoſophus, *Platonem* ſectae ſuae *parentem & conditorem* vocat: (*c*) ὁ δὴ Πλάτων ὁ ἡμέτερος ΠΡΟΓΟΝΟΣ πολλά τε καὶ καλὰ ψυχῆς πεπραγμάτευται. *Parens autem noſter Plato & plurima & pulcherrima de anima diſſeruit.* Et ipſi ni, de quibus loquimur, philoſophi ab *Aenea Gazaeo* (*d*) οἱ τοῦ Πλάτωνος ἐξηγηταὶ μυσταγωγοί, *illi myſteriorum Platonis unici interpretes*, nominantur. Quidnam eos adduxerit, ut hoc tantopere nomen appeterent, ex ſequentibus appare-

(*a*) *In Porphyrii vita Plotini Cap.* 20. *p.* 128. *edit. Fabricii Bibl. Graec. Vol.* IV.

(*b*) *Dialogo de opificio mundi p.* 189. *ed. Barthii.*

(*c*) Apud *Aeneam Gazaeum* in *Dialogo de immortalit. animae p.* 10. 11.

(*d*) *Loc. cit. p.* 16.

(*e*) *Jamblichus de myſteriis Aegyptior. Sect. X. Cap.* 8. *p.* 179. εὔχομαι δὲ θεοῖς —— ἵλεοί τε καὶ σαφεστέραν τοιαύτην περὶ θεῶν χορηγῆσαι μετουσίαν, ἐν οἷς δὴ τὸ μακάριον τέλος τῆς ἀγαθοῦ ἡμῶν πρόκειται. *Rogo Deos, ut mihi & tibi perfectiores adhuc de Diis notiones praeſtent, in* QUIBUS OMNIUM BONORUM BEATISSIMA POSSESSIO *nobis reponitur.* His junge preces *Simplicii Commentar. in Epictetum p.* 332.

(*f*) Videatur *Jo. Alb. Fabricius Prolegom. ad Mo-*

Digitized by Google

parebit. Quamvis omnes philoſophiae partes hi ſapientes attingerent, nec a vitae hujus officiis cunctos revocari poſſe homines, putarent, animam tamen philoſophiae in contemplatione poſitam eſſe arbitrabantur, & eum demum beatum eſſe praedicabant, qui relictis negotiis & rerum humanarum ſtrepitu, veras de Diis & rebus ſempiternis notiones ſibi comparare, mentem a rebus fluxis & caducis ad res ſupernas attollere, ipſius denique ſupremi Numinis & minorum Deorum in communionem meditando pervenire ſtuderet. (*e*) Hinc virtutum quum quatuor conſtituerent claſſes, *Theurgicas*, quas appellabant, ſupremo collocabant gradu, quarum compotem Deum daemonumque naturam mirabili modo ſpeculari, resque viribus omnium ſuperiores efficere poſſe, praedicabant. (*f*) Hujus, quam dixi, ſcientiae, harumque virtutum *Hermetem Trismegiſtum*, primum fuiſſe credebant magiſtrum: a quo ad *Orpheum*, *Zoroaſtrem*, aliosque orientalium populorum philoſophos manaverit, quorum omnium varios circumferebant & laudabant libros, fictos haud dubie & magnis ſub nominibus magnas nugas occultantes. Graecorum autem philoſophorum neminem exiſtimabant hanc vere conſequutum eſſe doctrinam, praeter *Platonem* & *Pythagoram*, quorum uterque Aegyptum adierit & columnas *Hermetis* inſpexerit. (*g*) Haec cauſſa erat unica, quare *Platonicorum* vel *Pythagoraeorum* affectabant appellationem, quoniam nimirum *Platonis* & *Pythagorae* 12
in ſublimiori & nobiliſſima omnis cognitionis parte, ad quam reliqua philoſophia viam tantummodo ſterneret, veſtigia ſe magnam partem legere profitebantur. *Hermetianorum*, ſi voluiſſent, cognomen potuiſſent aſſumere, aut antiquioris philoſophiae ſectatorum. Sed quoniam alii, & in his Gnoſtici, *Hermetis* etiam ſe ſectatores & *Zoroaſtris* dicebant, quibuscum multis in rebus hi ſectatores *Ammonii* diſſidebant, ſatius ipſis viſum eſt a *Platone* vel *Pythagora* vocabulum ſibi ſumere. Quo quidem nomine indicare volebant, hos philoſophos omnium optimos *Hermetis* interpretes eſſe, ſibique propterea placuiſſe hos unice duces, ad arcem quo philoſophiae pervenirent, adhibere. Adde his, ipſam, quam profitebantur, diſciplinae rationem & indolem poſtulaſſe, ut *Platoni* ſeſe potiſſimum adjungerent. Nam quum philoſophiae viribus opprimere Chriſtianam religionem vellent, neceſſe erat, ut philoſophum commendarent, quem ipſi non inficiabantur Chriſtiani non mediocrem veritatis partem perſpexiſſe ac tenuiſſe.

§. XI. Numeroſum *Ammonius* diſcipulorum agmen brevi temporis ſpatio eloquentia & ingenii ſubtilitate ſibi collegit: in quibus aliqui plus contulerunt ad hanc doctrinam exornandam, inſtruendam, & propagandam, quam ipſe magiſter, qui Alexandria haud egreſſus eſt. Horum omnium nobiliſſimus *Plotinus* eſt, cujus vitam *Porphyrius* litteris conſignavit, auditor ejus & Chriſtiani coetus hoſtis infenſiſſimus. (*b*) Hic *Plotinus* qualis fuerit, non melius, quam ex ipſis ejus, qui ſuperſunt, libris diſcitur; ex quibus hominem patet fuiſſe acri certe ingenio, nec vul-

Marini vitam Procli p. XX. 2. & ex ipſius ſcholae huius philoſophis *Porphyrius* in *Sententiis ad intelligibilia ducentibus*, Τ πρὸς τὰ νοητὰ ἀφορμῶν P. II. p. 235. *ſ. ed. Holſtenii.*

(*g*) *Jamblichus*] *de myſter. Aegyptior. Sect. I. Cap. 2. p. 3.* Φιλόσοφον δ' εἴ τι προσκόπτεις ἰρώτημα, ἀμφισβητῶμεν σοι κ' τοῦτο κατὰ τὰς Ἑρμοῦ σταλαὶας σόλας, ἃς Πλάτων ἤδη πρόσθεν κ' Πυθαγόρας ἀφικόμε-

Tom. II.

τος, φιλοσοφίαν συνεστήσατο. *Si quod autem philoſophicum dubium proponas, illud etiam determinabimus tibi juxta antiquas Mercurii columnas, quas Plato & Pythagoras ante eam lectitantes philoſophiam inde conſtituerunt.*

(*h*) Adde *Petr. Bayle Dictionaire Hiſtor. & Critique Tom. III. voce Plotinus* p. 2330.

(*i*) Vid.

Digitized by Google

vulgari praeditum acumine, at ſimul fanaticum, vehementer ſuperſtitioſum, & nimio ſubtilitatis ſtudio ſaepenumero delirum, oratione praeterea & dictione valde obſcurum & impeditum, poëticisque figuris ubique confertum. Et hic tamen homo, quum Romae ſcholam aperuiſſet, totam fere Italiam *Ammonii* doctrina infecit, & praeſtantiſſimis tam urbis, quam provinciarum ingeniis dux & auctor ad eam ſuſcipiendam exſtitit. (*i*) Inter diſcipulos ejus *Porphyrius* eminet, vir eruditus ceteroquin, at levis, mutabilis, & atrae bilis copia laborans: is Siciliam & alias provincias Romani orbis hoc philoſophiae genere replevit, nec ore tantum, verum etiam variis ſcriptis de eo bene meritus eſt. (*k*) Ita vero dum inter Latinos hoc genus numero & opibus creſceret, Alexandrina ſchola, quam ipſe dux & caput familiae, *Ammonius*, condiderat, non minoribus incrementis uſa eſt: in qua quippe praeſtantiſſimi per multa ſaecula magiſtri hanc ſapientiam illuſtrarunt & tam Chriſtianae, quam profanae juventutis mentibus inſtillarunt, quorum hic recitare nomina, inſtitutum meum haud patitur. Ex Aegypto ad finitimos populos, maxime ad Syros, haec ſecta tranſiit, multisque in locis, praeſertim Antiochiae, quae caput eſt Syriae, conſedit. (*l*) In Graeciam *Plutarchus* quidam, Athenienſis, hanc intulit philoſophandi formam: qui quum Alexandriae inſtitutus eſſet, in patriam rediens, *Marino* teſte, (*m*) Athenis ſcholam inſtituit, quae magiſtros poſtea longe celeberrimos & exquiſiti ingenii habuit, *Syrianum*, *Proclum*, *Iſidorum*, *Damascium*, magna ἀ *λεῖς γενεᾶς* ſeu *divini generis*, quod ſibi nomen arrogabat gens ſuperba & ſui amantiſſima, fulcra & columina. Poſtquam Imperatores Servatori noſtro nomen dederant, ſenſim & paullatim de familiae hujus auctoritate & ſplendore detractum eſt aliquid: nam & numerus virorum eruditorum, quibus juvenum committi poterat inſtitutio, creſcebat tum inter Chriſtianos, & firmamenta cadebant, quibus antea haec ſecta ſteterat, quae Diis & religionibus antiquis collabentibus opem ferre tanto ſtudio conata erat. At multi tamen inter ipſos erant Chriſtianos, etiam poſt *Conſtantinum M.* qui philoſophos hos reipublicae multum fructus afferre, nil dubitabant, filiosque ſuos philoſophia & artibus ingenuis ab illis imbui malebant, quam a Chriſtianis doctoribus. *Juliano* regnante, qui praeter modum huic doctrinae favebat, quam ipſemet complexus erat, parum a ſummo gloriae & felicitatis humanae apice diſtare
13 videbantur Platonici. Rei enim publicae gerendae praeficiebantur, & ita in conſilium ab Imperatore adhibebantur, nihil ut alicujus momenti vel civile, vel militare ſine illis ſuſciperetur. Hoc vero opinione citius ſublato, tanto gravius poſtea in eos exarſit odium, quod multorum malorum, quibus Imperator Chriſtianos affecerat, auctores nec injuria credebantur. Igitur ab hoc tempore res eorum indies diminutae ſunt, nec ulla diligentia, tametſi patronis haud carerent ſummo loco poſitis, & ipſimet magnam moderationem prae ſe ferrent, refici & reſtitui potuerunt. Conqueritur jam *Theophraſtus* apud *Aeneam Gazaeum* (*n*) ſaeculo quinto, totam fere tam ſcholae Alexandrinae, quam Athenienſis, gloriam & dignitatem periiſſe. Sequens autem ſaeculum ultimam rebus ſectae hujus cladem attulit. Nam *Juſtinianus* Imperator aut ſolum eos vertere, aut ad Chriſtianorum

(*i*) Vid. *Porphyrii vita Plotini Cap.* 3. *p.* 97.

(*k*) Legatur *Luc. Holſtenii* liber *de vita & ſcriptis Porphyrii*, quem *Jo. Alb. Fabricius Bibliothecae Graecae Volum.* IV. iterum edidit.

(*l*) Vid. *Aeneas Gazaeus de immortalit. animae p.* 13.

(*m*) *In vita Procli Cap.* 11. 12. *p.* 25.

(*n*) *Dia-*

Digitized by Google

norum religionem accedere juſſit: quorum illud praetulerunt & *Agathia* teſte (*o*) in Perſiam profecti ſunt. Ex qua licet dein redirent provincia, poſtquam pacem cum Perſis inierat Imperator, quod A. DXXXIII. factum eſſe nuper contendit vir eruditiſſimus *Petrus Weſſelingius* (*p*) haud tamen priſtini honoris & dignitatis vel mediocrem partem recuperare potuerunt, ſed oblivione & obſcuritate ſenſim oppreſſi ſunt.

§. XII. Expoſui, qua mihi facere licuit brevitate, cum naturam & indolem philoſophiae illius, quae *recentior Platonica* dicitur, tum praecipua ejus fata & Hiſtoriam. Forte alio tempore, ſi otium & vires ſupremum Numen conceſſerit, copioſius res hujus factionis perſequar, quarum quidem cognitio multum confert ad Hiſtoriam veterum Chriſtianorum melius intelligendam. Nunc propius ad rem inſtitutam accedo, & quantum detrimenti ex his Platonicis civitas Chriſtiana ceperit, docere aggredior. Tantum abeſt, ut Chriſtiani pernicioſam hancce ſectam fugerent, quae totius rei Chriſtianae perniciem ac interitum meditabatur, ut potius cupide ad eam ſeſe applicarent, ſuosque praeceptis ejus imbui vellent, rati, parum inter Chriſtianam & Platonicam diſciplinam intereſſe diſcriminis, & utramque certo modo ſatis commode conjungi poſſe. *Clementi* ſimul & *Ammonio*, a quo ſupra vidimus hanc diſciplinam eſſe inventam, inclytus ille Chriſtianorum doctor, *Origenes*, operam dederat, (*q*) quem omnes queruntur Platonicis ſcitis doctrinam Chriſtianam adulteraſſe. Is, quum ſcholae Alexandrinae praepoſitus eſſet, tantam ſibi docendo & ſcribendo nominis gloriam ſubito acquiſivit, ut ad eum non Chriſtianorum tantum juvenum ingens confluueret numerus, verum etiam philoſophi a Chriſtiana religione alieni eruditionis cauſſa accederent. Horum omnium animis eamdem ille, quam a magiſtris ſuis acceperat, philoſophiam committebat, id eſt, *Eclectico-Platonicam*, aut ſi mavis *Potamonico-Ammonianam*, verum Chriſtianis praeceptis temperatam & paullo aliter inſtructam & diſpoſitam, atque ab *Ammonio* inſtructa fuerat. Magnum enim, quod in hoc viro erat, ingenium non patiebatur eum magiſtros ita ſequi, ut nihil ipſe moliretur & ageret; nec, quod aliqui ſibi perſuadent, *Origenis* diſciplina male digeſta eſt aut ex membris parum inter ſe aptis & cohaerentibus coagmentata. Diſcipuli iſti *Origenis* ſummis inter Chriſtianos muneribus paſſim praeficiebantur: ex quo evenit, ut hoc ſapientiae genus latius & per Aegyptum & per multas Orientis provincias manaret, ſacraque dogmata eo modo ubique traderentur, ut *Origenes* ea ad ſectae, cui ſeſe addixerat, praecepta accommodaverat. Quae *Origenis* fuit philoſophia, ea & *Heraclae* & reliquis, qui poſt eum ſcholam Alexandrinam gubernarunt, doctoribus diu ſatis probata fuit: ex quo proclive conjectu eſt, quantopere creverit per ſequentia ſaecula inter Chriſtianos numerus eorum, qui philoſophiae huic Platonicae ſtudebant. Sed nec doctores tantum vel Alexandrini, vel alii, ut hoc malo penitus inficerentur Chriſtiani coetus, curabant, verum ipſi quoque rudes & rerum imperiti Chriſtiani propagationem ejus adjuvabant. Qui quum philoſophos Platonicos in magna eloquentiae & ingenii laude viderent ver-

(*n*) *Dialogo de immortal. animae p.* §. 8.
(*o*) *De rebus geſtis Juſtiniani Lib.* II. *p.* 49. *Tom.* III. *Corporis Byzant.*
(*p*) *Obſervationum Variar. Lib.* I. *Cap.* 28. *p.* 120. 121.
(*q*) Vid. *Huetius Origenianor. Lib.* I. *Cap.* 1. §. 5. 6. *p.* 4.

Digitized by Google

verſari, & ſummis non raro muneribus admoveri, filios ſuos tales eſſe maxime pere cupiebant, quales illi videbantur ipſis ſapientiae antiſtites eſſe, nec idcirco eos in diſciplinam illis dare verebantur, a quorum eos contagione & commer-
14 cio arcere debuiſſent. Quotquot enim in his ſcholis educati & inſtituti erant, illi, tamquam ſcabie quadam affiati, praepoſtere & de Chriſtiana religione & de cultu Deorum judicabant, vanisque & futilibus ſententiis & commentis contaminati, alios viciſſim maculabant. Ad extremum multi ex his philoſophis Platonicis ad Chriſtianam accedebant religionem, qui pallium tamen haud deponebant, quum Chriſtiani facti eſſent, ſed, paucis tantum ſententiis demtis, licere
• ſibi *Chriſtum* & *Ammonium* ſimul ſequi, arbitrabantur. Afferam, ut hoc probem, aliquot *Auguſtini* locos, qui mihi valde videntur eſſe memorabiles. *Tunc*, inquit, (r) *Plotini ſchola Romae floruit, habuitque condiſcipulos multos acutiſſimos & ſolertiſſimos viros: Sed aliqui eorum magicarum artium curioſitate depravati ſunt, aliqui Dominum Jeſum Chriſtum ipſius veritatis atque ſapientiae incommutabilis, quam conabantur attingere, cognoſcentes geſtare perſonam, in* EJUS MILITIAM TRANSIERUNT. Habes Platonicos & *Plotini* diſcipulos ad Chriſtiana ſacra tranſeuntes: nunc etiam qua ratione illud fecerint, eodem ex *Auguſtino* accipe: *Itaque*, ait, (s) *ſi hanc vitam illi viri nobiscum rurſus agere potuiſſent, viderent profecto, cujus auctoritate facilius conſuleretur hominibus, &* PAUCIS MUTATIS VERBIS ATQUE SENTENTIIS *Chriſtiani fierent,* SICUT *plerique recentiorum noſtrorumque temporum* PLATONICI *fecerunt.* Huic cognata ſunt, quae alio loco diſſerit, ubi, *Ex quo intelligitur*, inquit, (t) *ipſos quoque Platonicae gentis philoſophos,* PAUCIS MUTATIS, QUAE CHRISTIANA IMPROBAT DISCIPLINA, *invictiſſimo uni Regi Chriſto pias cervices oportere ſubmittere.* Ergo qui a Platonicis ad Chriſtianos deſciſcebant, modica tantum ſibi opus eſſe mutatione ad Chriſtianum nomen conſequendum & pleraque diſciplinae, quam ante profeſſi erant, praecepta ſeſe retinere poſſe ducebant: in qua eos ſententia ipſi Chriſtiani confirmabant.

§. XIII. Nihil vero capitalius Chriſtianae religioni accidere potuit, funeſta hac praeceptorum Chriſti cum ſuperſtitioſae & parum apte inter ſe cohaerentis philoſophiae colligatione. Haud equidem diffiteor, in extinguenda Gnoſticorum amentia, quae furioſae cujusdam ſapientiae in Orientis provinciis natae & educatae, viribus freta, non leviter res Chriſtianorum per duo fere ſaecula conturbavit, non plane nullum hos philoſophos auxilium tuliſſe Chriſtianis. Acriter enim hos Platonicos contra Gnoſticos, qui vocantur, pugnaſſe, & cum dogmata eorum funditus ſubvertiſſe, tum libros, quibus imperitos decipiebant, *Zoroaſtris*, *Zoſtriani*, & aliorum, omni dignitate & ſplendore diſputationibus ſuis exuiſſe, praeter alios a *Porphyrio* memoriae proditum eſt. (v) Perierunt, quod dolendum eſt, *Amelii* & *Porphyrii*, quibus hanc factionem adorti ſunt, libri: at ſupereſt tamen *Plotini* ſcriptum, quo primarium ejus dogma: mundum hunc ab inferiori quodam Deo, eoque haud benigno, conditum eſſe, non prorſus ſtolide convellit. (x) Quae conjuncta Chriſtianorum & philoſophorum vis effecit haud dubie, ut, ſi Manichaeos demas, rariora Gnoſticae dementiae veſtigia ſaeculo tertio appareant.

(r) *Epiſtola* CXVIII. *ad Dioſcorum Cap.* 5. §. 33. *p.* 260. *Tom.* II. *Opp.*

(s) *Libro de vera religione Cap.* 4. §. 7. *p.* 559. *Tom.* I. *Opp.*

(t) *Epiſt.*

Digitized by Google

pareant. Verum ipſo morbo nocentius longe remedium erat: neque tot vulnera omnes antiquiorum haereticorum familiae, portentoſae licet & noxiae, Chriſtianae civitati inflixerunt, quot ei ſola haec & unica factio intulit, quae multo callidius & magnae pietatis ac ſanctimoniae ſpecie adſcita, rem Chriſtianam aggrediebatur. Quare nil dubito inventionem ejus callidiſſimum infernalis genii conſilium dicere, quod ad contentum coeleſtis veritatis curſum ſiſtendum, ad errorum peſtilentium ſemina tamquam ab orco revocanda, & ad veterum religionum aniles fabulas velandas & fuco veluti obducendas haud parum profuit.

§. XIV. Oſtendam id nunc enucleatius & copioſius. Sed quo via quadam & ordine procedat diſputatio, primum mala, quae rebus Chriſtianis ab hac ſecta eſſe allata certus ſum, diſtribuam, deinde de ſingulis generibus, quantum inſtituti permittunt rationes, diſſeram. Quaecumque ab his philoſophis ad civitatem Chriſtianam manarunt calamitates, commode dividi poſſunt in *externas* & *in-* 15
teſtinas. *Externa* mala illa voco, quae exterius afflixerunt regnum Servatoris noſtri aut impedimenta illa, quae ab hac factione propagationi & incrementis doctrinae Chriſtianae objecta ſunt. *Inteſtina* mihi mala vitia illa dicuntur, quae in ipſa Chriſtiana civitate ex inconſiderata & imprudenti philoſophiae hujus cum ſanctiſſimis *Chriſti* praeceptis & dogmatibus copulatione & conjunctione enata ſunt. Ad externa rurſus, quae nominavi, mala tria refero. Primum hi philoſophi ita diſciplinam ſuam inſtruxerunt, ut idonea eſſet ad infringendas rationes illas, quibus doctores Chriſtiani veterum religionum, aut ſuperſtitionum potius, vanitatem & dementiam demonſtrabant. Deinde id agebant iidem, ut argumenta, quibus Chriſtiani antiſtites & doctores divinitatem & praeſtantiam Chriſtianae religionis extra controverſiam ponere ſolebant, novis inventis convellerent & labefactarent. Ex quibus binis rebus hoc fluxit, quod tertium eſt, ut alii a Chriſtianis deſciſcerent, & ad veteres ſordes redirent, alii vero novum quoddam religionis genus ſibi fingerent, ex praeceptis Chriſtianis & antiquis ſuperſtitionibus conflatum & compoſitum.

§. XV. Primum igitur Platonica natio, quum graviſſimis argumentis & rationibus cultum Deorum & quidquid in orbe religionum erat a Chriſtianis oppugnari videret, nec eſſe tamen intelligeret aliquem, qui tam validis adverſariis occurrere poſſet, novam ſibi ineundam ducebat eſſe rationem ad depellenda Chriſtianorum in Deos & religiones veteres tela. Res erat Chriſtianis vel cum philoſophis, qui ſe meliorem, quam plebs, & puriorem ſequi profitebantur ſapientiam, vel cum reliquis minus litteratis Deorum cultoribus, ſacerdotibus nimirum & amicis eorum. Illos ita coërcebant Chriſtiani, quemadmodum ex *Tertulliano*, *Arnobio*, *Tatiano*, *Athenagora*, omnibusque fere pro religione Chriſtiana ſcriptoribus liquet, ut partim turpitudinem & graviſſimos philoſophiae errores, per omnes eundo ſectas, detegerent, partim contentiones & rixas philoſophorum, quibus ſeſe mutuo conficiebant, exagitarent & irriderent, partim denique praeſtantiſſimam omnis humanae cognitionis partem de Deo & de officiis hominum a philoſophis poſt-

(t) *Epiſt. ad Dioſcor.* §. 21. *p.* 255. *Tom.* II. *Opp.*
(u) *In vita Plotini Cap.* 16. *p.* 118.
(x) Exſtat in *Operibus Plotini* à *Marſilio Ficino* editis, *Ennead.* II. *Lib.* IX. *p.* 199. 219.

Digitized by Google

poſthabitam & neglectam eſſe, quum inutilibus ſeſe contemplationibus fatigaſſent, conquererentur. Haec omnia diluere ſtudebant hi philoſophi. Quum nihil tam abſurde dici vel cogitari poſſit, quin ab aliquo dictum ſit philoſophorum, leviſſimo negotio licebat Chriſtianis, incredibilem ineptiarum & flagitiorum ex ſingulis ſectis colligere numerum, quae philoſophi, tamquam ſingularis ſapientiae ſpecimina, ſuis tradiderant. Neque inveniebant, quod exemplis tot & apertis documentis opponerent, philoſophiae ſtudioſi. Nihil elegantius hanc in rem legi poteſt, quam *tertius inſtitutionum Lactantii* liber, quem *de falſa ſapientia* inſcripſit. (*y*) Ab hac moleſta prorſus diſputatione novae hujus philoſophiae ſectatores ſeſe liberabant, dum in primis ſcientiae ſuae fundamentis hoc ponerent, veritatem non in una, ſed in omnibus quaerendam eſſe ſectis, nec ita eſſe excultam, ut nihil inveniri poſſit amplius; Hujus enim dogmatis beneficio quidquid huic vel illi familiae vitiorum & flagitiorum exprobrabatur, tamquam falſum & inane rejicere poterant. Et hic quidem ipſimet Chriſtiani rebus eorum ſubveniebant, qui, quum nonnulla Philoſophorum placita a ſuis non abhorrere cernerent dogmatibus, *veritatem pene univerſam*, quae ipſa *Lactantii* verba ſunt, *per philoſophorum ſectas eſſe diviſam, nec ullum philoſophum tam fuiſſe inanem, qui non viderit ex vero aliquid*, diſerte affirmabant Poteſt id multis *Clementis Alex. Juſtini M. Origenis*, aliorumque dictis uberius probari, quorum nonnulla jam ſupra attulimus. Itaque libere, quoties Chriſtiani vel Stoicum, vel Cyrenaicum, vel Peripateticum aliquid reprehenderent, quod aperte vitioſum & ridiculum erat, eſſe quidem profitebantur in omnibus ſectis, quae vituperari atque jure rejici poſſent: ſed & in ſingulis veri quasdam ſcintillas & ſemina latere, quae ſapientis ſit ex illis, dimiſſis reliquis, colligere & in ſuam rem convertere: erraſſe veteres philoſophos interdum, ut homines, quaedam etiam intacta dimiſiſſe, quae, ſi recte munere ſuo defungi voluiſſent, haud dubie enodare & explicare debuiſſent: ſed hos ſingularum ſectarum & philoſophorum errores ipſi philoſophiae fraudi haud eſſe poſſe, cujus partes quaedam apud omnes ſint familias, ex quibus in unam ſummam colligendae ſint. Et in hoc ſententiarum delectu inſtituendo, veterumque philoſophorum reprehenſione eo usque ſaepe progrediebantur, ut ne ipſi quidem *Platoni* parcerent,
16 quo nihil tamen exſtitiſſe majus & excellentius adſeverabant: cujus veſtigia etiam in illa ſapientiae parte, in qua ducem alioquin ſibi eum delegerant, de Deo, de anima, de geniis, nonnumquam deſerebant, quum res ita poſceret. Animadvertit hoc aliquoties in *Porphyrio*, celeberrimo ſectae hujus magiſtro, *Auguſtinus*. *Si*, inquit alicubi (*a*) *poſt Platonem aliquid emendare exiſtimatur indignum, cur ipſe Porphyrius nonnulla & non parva emendavit? Nam Platonem animas hominum poſt mortem revolvi usque ad corpora beſtiarum, ſcripſiſſe certiſſimum eſt. Hanc ſententiam Porphyrii doctor tenuit & Plotinus: Porphyrio tamen jure diſplicuit.* Interjectis quibusdam, eumdem tradit *Porphyrium* docuiſſe, animas bonorum virorum corpore ſolutas in hanc vitam haud reverti: *Qua ſententia*, pergit, *profecto abſtulit, quod eſſe Platonicum maxime perhibetur, ut mortuos ex vivis, ita vivos ex mortuis ſemper fieri.*

Totam

(*y*) In primis a *Cap.* 17. *p.* 336.

(*z*) *Inſtit. divinar. Lib.* VII. *Cap.* 7. *p.* 806. *ed. Walchii.*

(*a*) *De civitate Dei Lib.* X. *Cap.* 25. *p.* 202. 203. *Tom.* VII. *Opp. Adde Lib.* XII. *Cap.* 20. *p.* 243. & *Lib.* XIII. *Cap.* 19. *p.* 258.

(*b*) Lege *Zach. Mitylenaeum Dialogo de opificio mundi p.* 189.

(*c*) Add.

Digitized by Google

Totam vero diſputationem his verbis terminat: *Ecce Platonicus in melius a Platone diſſentit: ecce vidit, quod ille non vidit, nec poſt talem ac tantum magiſtrum refugit correctionem, ſed homini praepoſuit veritatem.* Sed his tamen addi debet, plerosque eorum, qui a *Platone* opinionibus diſceſſerunt, ſtudioſe caviſſe, ne haec defectio nimis aperta & perſpicua fieret, & violentis non raro interpretationibus *Platonem* in ſuas partes obtorto collo rapere voluiſſe: quod quidem vel ea docent, quae disputant ut *Platonem* aeternitatem mundi credidiſſe oſtendant. (*b*)

§. XVI. Nihilo ſegnius culpabant Chriſtiani altercationes & rixas Philoſophorum, quos inter in *Platonicos* Ariſtotelici & hi viciſſim in Platonicos, in Peripateticos Stoici, in hos Platonici & Pythagoraei, ne quid nunc de reliquis dicam ſectis, voce ſcriptisque ſaeviebant. Illis enim diſſenſionibus philoſophiam ſemetipſam dicebant conſumere & conficere, eo quod ſingulae ſectae multarum ſectarum judicio ſtultitiae convincerentur. Nemo aptius & ſuccinctius quemadmodum hunc locum Chriſtiani veteres tractaverint, expoſuit, quam *Hermias* ille, quisquis ſit, cujus *Irriſio philoſophiae*, quae *Tatiano* ſolet jungi, nil eſt, quam controverſiarum philoſophicarum feſtiva & erudita enumeratio. (*c*) Hunc autem impetum novi hi philoſophi facile elidebant; qui, repudiata prorſus contentioſa illa philoſophia, non modo *Platonem* cum *Ariſtotele*, verum etiam Graecos cum Orientalibus *Zoroaſtre*, *Hermete*, *Orpheo*, & aliis conjungere ſtudebant. (*d*) Quod concordiae ſtudium vix dici poteſt, quot coactas perverſasque veterum philoſophorum interpretationes pepererit. Vitio ergo hominum tot exortas eſſe contentiones philoſophorum ajebant, qui mentem ſapientum haud perceperint, non ipſorum philoſophorum, qui de rebus majoris momenti mirifice congruerent. Principes philoſophorum plerisque videbantur *Plato* & *Ariſtoteles*: Et his tamen ipſis nulli magis inter ſe pugnare putabantur. Itaque Chriſtiani in diſputationibus ſuis contra gentes horum duorum philoſophorum diſcordiam in primis urgebant, quo nihil ſani & certi a philoſophia expectari poſſe & religionem Chriſtianam omni meliorem eſſe humana ſapientia, demonſtrarent: quod quidem multis *Juſtini M. Herminae*, *Clementis*, & aliorum locis doceri poteſt. Platonici contra noſtri omnes ingenii vires intendebant, quo controverſiis hiſce inter *Platonem* & *Ariſtotelem* modum aliquem facerent, quos verbis tantum, non autem re, diſſidere audacter & ſine omni pudore contendebant. *Porphyrius* prolixum opus compoſuit ſeptem libris comprehenſum, Περὶ τῆς μίας αἱρέσεως τῶν Πλατωνικῶν καὶ Ἀριστοτέλους αἱρέσεων, *de Platonis atque Ariſtotelis conſenſu*, quod temporum injuria periit. (*e*) Cujus exemplum plerique hujus generis philoſophi ſequentes, vix ulla in re vehementius elaborarunt, quam in diſſenſionibus *Platonis* & *Ariſtotelis* tollendis. Verum nulla quoque in re magis patuit, quam in hac, ſtudiis ſuis & animi commotionibus, non veritati, hoc genus hominum inſerviiſſe & ad quaevis mendacia tuenda paratum fuiſſe, modo Chriſtianorum rebus aliquid afferre poſſent detrimenti. Namque binos hos ut concilient inter ſe philoſophos, ad allegorias, ad violentas ver-

(*c*) Add. *Arnobius Diſp. contra gentes Lib.* II. *p.* 105. *ed. Heraldi.*

(*d*) Vid. ex multis *Photius Biblioth. Cod.* CCLI. *p.* 1382. *Syrianus*, non ignobilis ſectae hujus philoſophus, teſte *Suida*, non modo Theologiam Orphei binis libris explanavit, verum etiam Συμφωνίαν Ὀρφέως, Πυθαγόρου, καὶ Πλάτωνος ſcripſit.

(*e*) Vid. *Luc. Holſtenius de vita & ſcriptis Porphyrii Cap.* 9. *p.* 257. *ed. Fabricii.*

(*f*) *Valde*

17 verborum perſpicuorum expoſitiones, ad latebras denique neſcio quas confugiunt: ſed nihil tamen his omnibus efficiunt conatibus, quam ut clarius ſectae ſuae nuditatem & turpitudinem viris ſapientibus aperiant. *Ariſtoteles*, quod omnes ſciunt, mundum voluit aeternum eſſe: *Plato* vero a Deo eum conſtructum & ex rudi materia conditum, quod ex *Timaeo* ejus conſtat, adſeveravit. Sed hi tamen philoſophi utrumque credidiſſe diſputant, mundum exordio carere, ac, ne parum id probabile videatur, *Timaeum Platonis*, quod miſerandum ſit, excarnificant. *Plato*, quod neminem fugit, rerum omnium formas & ſpecies mentibus hominum inſitas & innatas eſſe ſciſcit: Contra Peripateticorum princeps perſpicue pronuntiat, nihil animo inſcriptum eſſe, ſed *raſae tabulae* mentem hominum eſſe ſimilem. Sed quidquid dicat *Ariſtoteles*, cōgitur tamen a *Jamblicho* & aliis hujus ſectae philoſophis idem, quod *Plato*, ſentire: & hoc negotium tanta ſubtilitate ab illis agitur, ut difficile dictu ſit. Quis neſcit, *Platonem* rerum ideas & formas ſemper in ore habere, *Ariſtotelem* vero eas deridere & nugas, cantumque cicadae dicere? Soli id Platonici noſtri neſcire volunt, qui *Ariſtotelem* eodem, quo *Platonem*, *idearum* amore arſiſſe, graviter nobis narrant, & mirabili prorſus acumine verba ejus exponunt, quae *ideis* adverſari videntur. Plura nolo exempla addere: nam haec ſufficiunt ad ingenium hujus ſectae declarandum, quae homines & ſententias ſempiterna pugna diſſidentes, concordiae vinculo auſa eſt conſtringere, quo Chriſtianos in philoſophos feliciſſime diſputantes morarentur. (*f*)

§. XVII. Praetermiſſam poſtremo Chriſtiani conquerebantur a ſapientiae profeſſoribus praeſtantiſſimam omnis cognitionis partem, ſcientiam nimirum de Deo, de anima ſordibus ſuis purganda, de officiis Deo & aliis praeſtandis: Plenos eſſe philoſophorum commentarios quaeſtionibus & diſputationibus inanibus & vanis de natura rerum, de cauſſis & initiis rerum naturalium, de fulmine, ſtellis, aqua & aëre, de ſyllogismis & ſophismatibus, aliisque rebus, quae partim enodari haud poſſent ab humanis ingeniis, partim nihil mortalium generi felicitatis & utilitatis ſive hic, ſive poſt corporis obitum afferrent: contra graviora illa & nobiliora, quibus omnis hominum ſalus contineretur, aut prorſus in illis negligi,
18 aut aride admodum & jejune tractari: ſi qui tamen philoſophorum in his rebus operae

(*f*) Valde mihi gratum cognitu fuit, quum Viro veteris Hiſtoriae ſacrae & philoſophicae in primis gnaro, *Jacobo Thomaſio*, idem, quod hic tradidi, in mentem jam veniſſe, viderem. Sic enim ille *Oratione de Syncretismo Peripatetico*, quae *undecima* eſt in *Orationibus* ejus coniunctim editis *p.* 337. *Seculari eruditione inſtructiſſimi veteris eccleſiae doctores Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Origenes, Juſtinus Martyr, Lactantius, Euſebius Caeſareenſis, aliique gentilibus philoſophis tum alia, tum diſſenſiones objiciebant ſuas. Hi ergo coeperunt hanc accuſationem a ſe amoliri, in noſtros rejicere. —— Ita nimirum, quando damnandus fuit Chriſtus, Pilatum atque Herodem ex inimicis amicos factos oportuit. Ita cum Platone Ariſtoteles in gratiam redire debuit, ut Chriſtianis aegre fieret.* Verum ante hunc idem dudum perſpexerat *Benedictus Pererius*, Jeſuita pereruditus, qui, quum *Simplicii* meminiſſet, diſcordiam philoſophorum in *Comment. ad Ariſtotelis libros phyſicos*, ex inſtituto ſectae ſuae, tollere conantis, haec ſubjicit, *de communibus rerum omnium naturalium principiis & affectionibus Lib.* IV. *Cap.* 10. *p* 238. *Quibus verbis tecte, ni fallor, pungit veteres eccleſiae doctores, Clementem inquam Alexandrinum, Tertullianum, Origenem, Juſtinum Martyrem, Lactantium, Euſebium Caeſareenſem, & alios quam plurimos, qui ut philoſophos opinione ſapientiae inflatos & Chriſtianam doctrinam, quae fide ac ſimplicitate nititur, ludibrio habentes, coarguerent, in demonſtrandis & refellendis illorum erroribus & diſſenſione, quae inter ipſos*

Digitized by Google

operae nonnihil conſumerent, ut Stoici & Peripatetici, eos tam abſurde ſuperbos eſſe, ut omnem vitae & animi emendationem humanis viribus, tametſi nihil hiſce imbecillius ſit, perfici poſſe, neque Dei ſeſe auxilio ad tanti momenti rem indigere, putarent. Itaque *Jeſu Chriſto* ſempiternas deberi ab hominibus gratias & perennem cultum, qui, relicta mundi hujus eruditione, ſtolida magnam partem & ſupervacanea, divinam eos & coeleſtem edocuerit ſapientiam, viamque planam & certam monſtraverit ſancte vivendi & ad ſupremi Numinis communionem aeternamque felicitatem perveniendi. Non poterat, quin haec multis oratio probabilis, immo vera certaque videretur. Namque ſteriles & ineptae philoſophorum diſceptationes multis dudum viris conſideratis diſplicuerant, nec pauci exoptaverant, ut melioris & praeſtantioris ſapientiae doctor aliquis divinitus exſiſteret, quem homines per dubios vitae hujus caſus & infinitas aerumnas ſine formidine ſequerentur. Itaque nihil intentatum Platonici relinquebant, ut hoc Chriſtianos gradu dejicerent atque philoſophiae laboranti opem ferrent. Principio quidquid olim viguerat quaeſtionum vel Phyſicarum, vel Logicarum, vel aliarum, id omne ſuos in poſtremis & ultimis ſapientiae partibus numerare jubebant: contra ante omnia ſublimem illam ſcientiam, quae Dei naturam & virtutes, animae miſeriam & vitia, viam denique ex depravato naturae ſtatu ad ſupremi Numinis contemplationem & ſocietatem eluctandi, demonſtret, quaerendam unice & addiſcendam eſſe, monebant. *Jamblichus* pulcrum quidem eſſe dicit, univerſum coelum, aſtrorumque in eo decurrentium ordinem ſpeculari, at longe pulcrius & praeſtabilius, ab illis, quae videntur, ad eum, qui omnia perfecit, nec oculis cernitur, meditatione & animo adſcendere: (g) καὶ σοφία μὲν, ἡ τῶν ὄντι θεωρήματα, ἡ περὶ τὰ καλὰ πρῶτα, καὶ θεῖα, καὶ ἀκήρατα, καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα ἀφωλισμένη· ἐν μεταχῇ καὶ τὰ ἄλλα ἂν ὁπωσοῦν τις καλά. Φιλοσοφία δ'; ἡ ζήλωσις τῆς τοιαύτης θεωρίας —— πρὸς ἀνθρώπων ἐπανόρθωσιν. *Sapientia vera eſt ſcientia quaedam, quae verſatur circa pulcra, eaque prima, divina, & incorruptibilia, quae eodem ſemper modo ſeſe habent & ob quorum communionem etiam cetera pulcra quis dixerit. Philoſophia vero hujus contemplationis aſſectatio eſt —— hominibus corrigendis deſtinata.* Similia apud omnes hujus familiae philoſophos reperias; qui multis etiam magnisque voluminibus, id quod inter omnes conſtat, res divinas & perennes, Dei animorumque naturam, corruptionis humanae fontem, modum commotiones animae ſedandi & ipſos ſemper fuit maxima, declaranda, plurimum elaborarunt. Noſtra memoria *Franc. Baltus*, ejusdem familiae ſodalis, in eamdem venit ſententiam: qui poſtquam dixerat, veteris eccleſiae doctores fere omnes diſſenſionem cum omnium philoſophorum, tum *Platonis* potiſſimum & *Ariſtotelis*, philoſophis Chriſtianae religioni inimicis objeciſſe, nil ſeſe dubitare, addit, inde factum eſſe, ut Platonici tantum laboris in componendis horum philoſophorum controverſiis conſumerent, *Defenſe des SS. Peres accuſez de Platonisme Livr.* II. *Chap.* 3. p. 115. *Not. Je ne doute nullement, que ce n'ait été pour repondre a cet argument invincible des SS. Peres, que les Platoniciens poſterieurs au Chriſtianisme ſe ſont efforcez de faire voir par pluſieurs ouvrages, que la philoſophie de Platon & celle d'Ariſtote étoit abſolument la même & que ces deux philoſophes s'accordoint parfaitement dans leurs ſentimens. —— Miſerable reſſource d'une cauſe deſeſperée. Mais c'eſt qu'il etoit de la derniere importance à ces philoſophes protecteurs du Paganisme —— de reunir leurs deux plus fameux Theologiens, pour les oppoſer avec plus de ſucces aux Chretiens, ou au moins pour parer les coups que ceux-cy leur portoient à l'occaſion des diſſenſions perpetuelles de leurs chefs & de leurs maitres.* Si omnia, quae a *Balto* ſunt tradita, aeque certa eſſent & bene meditata, atque hoc eſt, nihil libro ejus foret melius.

(g) *De vita Pythagorae Cap.* 12. p. 45. 46. Adde his quae idem ſcripſit *de myſteriis Aegyptior. Sect.* X. *Cap.* 8. p. 179.

& quae his cognata ſunt, infeliciter plerumque licet, perſequuti ſunt. Reliquas philoſophiae partes aliqui eorum non prorſus negligebant quidem, at multum tamen infra ea, quae modo dixi, ponebant, veriusque attingebant, quam explicabant. In morali doctrina conſtituenda, hominumque officiis & virtutibus declarandis, ne nimis praecepta ſua viderentur a praeceptis Servatoris noſtri abeſſe, haud minus collocabant ſtudii ac induſtriae. De quo quidem eorum inſtituto vix melius aliquis judicet, quam ex *Hieroclis Commentario in aurea carmina Pythagorae*, quem a magnis viris digniſſimum haberi, qui praeſtantiſſimis de re morali libris adſcribatur, teſtatiſſimum eſt, ex *Simplicii* item in *Epicteti Enchiridion Commentariis*, qui praeclaris abundant in hoc genere praeceptis & ſententiis, tametſi multa quoque admiſta ſint, quae juſtam explorationem haud ſuſtinent. Tantum vero abeſt, ut, quod olim fecerant philoſophi, hominem viribus ſuis vel ſapientiam, vel virtutem conſequi poſſe traderent, ut potius a Deo precibus utramque expetendam eſſe, nec vel recte aliquem ſentire de rebus divinis, vel ſancte atque pie vivere poſſe ſine ſupremi Numinis afflatu & auxilio, ſaepiſſime inculcarent. Omitto jam *Simplicii* & *Jamblichi* precationes, quibus a Deo & mentis illuminationem, & voluntatis emendationem exquiſitis verbis petunt, quas ſupra jam tetigi: at binos tamen *Procli* & *Jamblichi* locos, ex quibus luculenter id, quod dixi, cognoſcitur, huc transferre non gravabor. Hic ſtulte agere eos perhibet, qui bona & ſalutaria aliunde, quam a Deo, expectent: (*b*) *γελοῖον ποιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, ἄλλοθεν ποθὲν ζητοῦντες τὸ εὖ ἢ παρὰ τῶν θεῶν. Ridicule agunt homines, qui quod bonum eſt, aliunde, quam a Diis, petunt;* Addit, ſimiles ſibi hos homines eorum videri, qui, tametſi ſciant, Regem in civitate omnia poſſe, alium tamen potentia haud valentem adeant, quo votorum ſuorum fiant compotes. Ille vero *Proclus*, cum aliis in locis, tum in ipſo *Theologiae Platonicae* limine, niſi Deorum lumen mentibus mortalium illabatur, fruſtra quidquid eſt hominum in rationibus rerum divinarum inveſtigandis elaborare, diſertiſſime teſtatur, & ad preces propterea verae ſapien-
19 tiae ſtudioſos confugere jubet: (*i*) *Οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ θεῖον ἄλλως δυνατὸν, ἢ τῷ παρ' αὐτῶν φωτὶ πεπληρῶσθαι, ἔτι εἰς ἄλλους ἐξικνεῖσθαι, ἢ παρ' αὐτῶν κυβερνωμένους —— Οἱ δ' ἐκεῖνοι, ἅτε τε καὶ ἀμφῶν εὐβούλους, ἄγαν ἐν τῇ ψυχῇ ἡμῶν νεύσαντες. Nec enim aliter divinum Numen mente percipere, resque divinas cognoſcere poſſumus, quam lumine ab ipſis Diis in animos noſtros immiſſo initiati, nec ad alios quidquam de rebus divinis efferre & vulgare, niſi ab ipſis gubernemur. —— Dii vero, poſtquam preces noſtras audierint, propitii & benigni veniant ad nos & animae noſtrae mentem regant.*

§. XVIII. Melius vero & aptius quo & Theologiam ſuam, & doctrinam moralem conſtituerent, nil verebantur, a Chriſtianis mutuari, quae ſibi veterique *Platonis* & *Pythagorae* philoſophiae intelligebant deeſſe. Neſcio, an ullus ſectae hujus tam fuerit ingenuus, ut a Chriſtianis ſeſe aliquid ſumſiſſe, profiteretur. At per diſciplinae, cui ſeſe addixerant, leges licuiſſe illis hoc facere, certum

(*h*) *Vita Pythagorae Cap.* 28. *p.* 115.
(*i*) *Theologia Platonica Lib.* I. *Cap* 1. *p.* 3.
(*k*) *Homilia* XVI. *in princip. Euangelii Johannis, Tom.* II. *Opp. p.* 134.
(*l*) *Serm.* II. *de curandis Graecor. affection. p.* 495. *Serm.* VI. *p.* 520. *Tom.* II. *Opp. Serm.* VII. *p.* 586.
(*m*) *Praepar. Euangelic. Lib.* XI. *Cap.* 19. *p.* 540.
(*n*) *De civitate Dei Lib.* XII. *Cap.* 20. *p.* 243. *Lib.* XIII. *Cap.* 19. *p.* 258. *Tom.* VII. *Opp. Serm.* CCCXXI. *Tom.* V. *p.* 702.
(*o*) *Diction. Hiſtorique & Philoſ. Tom.* II. *voce Hieroclès Not. A. p.* 1464. *& Penſées ſur les Co-*

Digitized by Google

tum eſt. Scilicet, quod ante vidimus, in primis diſciplinae hujus ſcitis hoc erat: Philoſophi munus eſſe, ex omnibus ſectis id, quod melius & praeſtantius videretur, ſeligere. *Chriſtum* vero, quod infra oſtendemus, non inficiabantur, virum fuiſſe divinum, & virtutis ſapientiaeque pleniſſimum, qui multa docuerit praeclara & egregia. Itaque nihil obſiſtebat illis, ne *Chriſtum* quoque, cujus praecepta Chriſtianos pervertiſſe, ut *Mahomedes* poſtea, mentiebantur, ſequerentur & ex ejus doctrina in ſuas ſcholas transferrent, quae ſalutaria & vero convenientia videbantur. Neque fugit hoc furtum antiquos coetus Chriſtiani doctores, utpote qui ſaepius in ſuas opes Platonicos involare, & Chriſtianis ornamentis deformem diſciplinam ſuam commendare, conqueruntur. Κλέπτης, inquit *Baſilius M.* (*k*) ὁ Διάβολος καὶ τὰ ἡμέτερα ἐκφερομένων πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ ἐκφέρτας. *Fur eſt diabolus ac noſtra, quum fabularum narrator ſit, ad ſuos vates effert.* Eamdem accuſationem apud *Theodoretum* (*l*) *Euſebium* (*m*) *Auguſtinum* (*n*) & alios legas. Non illi quidem ſunt priſci hi Chriſtianorum antiſtites, quibus fidem ſemper habendam eſſe putem, quoties a Platonicis bona ſua, quae furtim ſurrepta dicunt, repetunt. Namque exploratum habeo, multos eorum ſimilitudine quadam verborum & ſententiarum deceptos fuiſſe, ut pro Chriſtianis haberent, quae vehementer a Chriſtianis dogmatibus differunt, & Platonicis idcirco relinquenda fuiſſent. At quisquis tamen juniorum Platonicorum libros attentus inſpexerit, is univerſe verum illud eſſe ſentiet, quod a Chriſtianis crimini illis datum eſſe diximus, nec paucas loquendi formas, ſententias, praecepta, & monita in illis offendet, quae manifeſto Chriſtianam diſciplinam ſapiunt, ſectamque hanc ab iis ſeſe doceri paſſam eſſe demonſtrant, quorum res & rationes exſtinctas & everſas ſummopere cupiebat. Conſentiunt hac in re mecum illi, quibus nihil in republica litteraria majus & illuſtrius eſt, *Petrus Baylius* (*o*) *Gedof. Olearius* (*p*) *Jo. Clericus* (*q*) *Franc. Baltus* (*r*) *Jo. Alb. Fabricius* (*s*) *Anton. Arnaldus* (*t*) & multi alii, ne quid nunc de *Marſilio Ficino* & aliis dicam, qui plura mihi dicere videntur, quam probare.

§. XIX. Ita quum philoſophiae cauſſam agerent, atque Chriſtianorum opes in eam collectas profligare niterentur, populi tamen religionem nihilo ſibi ſegnius ab injuriis & irriſione eorum vindicandam eſſe putabant. Iſta Numinum multitudo, quorum ſacra publica munita erant auctoritate, resque Deorum geſtae, quae poëtarum carminibus in primis traditae plebis animos uti penitus occupaverant, ita miſere corruperant, inexhauſtam Chriſtianis ſuppeditabant materiam popularium religionum turpitudinem demonſtrandi & Chriſtianae contra religionis veritatem, quae unum in tribus perſonis Deum colere jubet, aperiendi. Si vel unius *Arnobii* legatur diſputatio in hos Deos eorumque Hiſtoriam, in hoc argumento eloquentiam eorum, qui Chriſtianae religionis patrocinium ſuſceperant, exultaſſe, ſatis ſuperque cognitum erit. (*v*) Antiquiorum philoſophorum plerique abſurdam plebis

Comtes, Continuat. Tom. I. §. 68. *p.* 342.

(*p*) *Diſſ. de Eccleſtica philoſ. Cap.* 5. *p.* 1220. *Cap.* 7. *p.* 1221.

(*q*) *Biblioth. Choiſie Tom.* III. *p.* 80. 81. & alias.

(*r*) *Defenſe des Peres accuſez de Platonisme Lib.* IV. *Cap.* 7. *p.* 476.

(*s*) *Prolegom. ad Marini vitam Procli f.* 6. *b.*

(*t*) *Seconde Denunciation du pacte philoſophique p.* 93.

(*v*) Add. *Clementina Homil.* IV. §. 15. *f. p.* 659. quorum auctor nervoſe docet, quam pernicioſae fuerint hae fabulae de Diis.

plebis religionem contemſerant, quumque publice pietatem in Deos prae ſe ferrent, privatis ſermonibus & declamationibus, id quod *Ciceronis de natura Deorum* libri ex multis aliis declarant, cauſſam eorum penitus confecerant. Aliter recens haecce ſecta; quae ſive quod odio Chriſtianorum in ſuperſtitionem impelleretur, ſive quod ſuperſtitionem ad abſurda quaevis ducem haberet, perditis propemodum Deorum rationibus auxilium afferre nec unius gentis, ſed totius orbis terrarum Diis advocationem praeſtare conſtituebat. De *Procio* vitae ejus ſcriptor *Marinus* haec prodidit memoriae: (x) ἦ γὰρ σφόδρα ἐκείνῳ ἐπιτήδειον ἀεὶ καὶ ἔλεγεν ὁ θειότατος ἀνὴρ, ὅτι τὸν φιλόσοφον πρέποι, οὐ μιᾶς πόλεως, οὐδὲ τῶν παρ' ἑαυτῷ πατρίων θεῶν τὴν θεραπείαν, κοινὴν δὲ ἁπάντων ἱεροφάντην. *Etenim hoc erat illi valde familiare, ut ſemper diceret religioſiſſimus ille vir, decere Philoſophum, non unius cujusdam civitatis, neque certarum tantum gentium inſtitutorum ac rituum curam gerere, ſed eſſe in univerſum totius mundi ſacrorum antiſtitem.* Nec alia reliquis erat hujus notae ſapientibus ſententia, quorum multos accepimus, magnam orbis terrarum partem peragraſſe, ac quorumcumque Numinum myſteriis & ſacris caerimoniis initiari ſeſe curaſſe, quo cunctos ſibi Deos propitios redderent, & ſanctiorum aquarum virtute maculas animae inuſtas eluerent. Primum igitur hoc ſciſcebant, nil temere veterum ſententiarum & opinionum repudiandum eſſe: ſi quid autem in his abſurdum & a ratione averſum videretur, id dextre ac commode interpretandum & explicandum eſſe: nec enim negari poſſe, quae praeclare a majoribus olim eſſent tradita, vitii nonnihil hominum temporumque injuriis concepiſſe, cui ſapientis ſit ingenio & ratione mederi. Hinc nihil tam joculare ac fabuloſum vel a poëtis decantatum, vel ore veterum traditum reperias, quin id comant, ungant, expoliant, & ad philoſophiae ſuae leges revocent. Attuli paſſim hujus moris exempla in *Obſervationibus* ad *Radulphi Cudworthi Syſtema intellectuale*, quae ut hic repetam, neceſſe non eſt.

§. XX. Quum deinde non tam coeci & hebetes eſſent hi ſapientiae conſulti, quin perſpicerent, talem a ſe nullo modo defendi poſſe religionem, qualis vulgo a ſacerdotibus proponebatur & a populis credebatur, ſcenam ſibi paullo aliter inſtruendam eſſe ducebant, quo melius Chriſtianorum evitarent impetus. Omnes fere ante natum Servatorem gentes de Diis ſuis non ſecus loquuti fuerant, ac ſi nullus eſſet inter eos ordo, nec unum Numen alterius mandatis & juſſis obtemperare deberet; verum omnes aequo inter ſe jure & poteſtate eſſent. Facile quosdam in plerisque gentibus ſapientiores fuiſſe, atque totam Deorum familiam uni praepotenti Deo ſubjeciſſe, crediderim: verum hic non quid prudentiores paſſim ſenſerint, ſed quid univerſa civitas, quid ſacerdotes, quid populi, quaeritur. Atque, ſi propoſitum meum id pateretur, facile mihi oſtendere liceret, non modo fabulas poëtarum de ortu Deorum, verum etiam ſacerdotum opportunitates & commoda poſtulaſſe, ut inepta illa, quam dixi, ſententia obtineret & per populos funderetur. Ad haec plerique populi Deos ſuos alias gentes haud curare, nec ullo cum reliquarum nationum Numinibus vinculo conjungi, verum ſuis unice cultoribus providere, nec raro, quemadmodum Reges hujus orbis, inter ſe graviſſima

(x) *Vita Procli* Cap. 19. p. 47.

(y) Vid. *Salluſtius*, ſectae hujus philoſophus, in libello *de Diis & mundo* Cap. 2. p. 244. ed. *Thom. Gale. Zacher. Mitylenaeus de opificio mundi* p. 175. 176. & alii.

(z) In-

viſſima bella gerere, exiſtimabant. Non praetereunt haec eos, qui vel mediocriter veterum poëtarum tam Graecorum, quam Latinorum, libros inſpexerunt, & cognitione quadam antiquarum religionum imbuti ſunt. Qui vero *Chriſtum* ſequebantur, tam valide has ſententias, quibus nihil fieri poteſt puerilius, oppugnabant, ut ſacerdotes non rationibus, ſed ſecuribus & tormentis reſpondendum ſibi eſſe judicarent. Moderatius Platonici: qui male intelligi populares religiones, nec ſcienter ſatis ab ipſis earum praefectis exponi, perhibebant: dextre enim & ſapienter multorum Deorum cultu declarato, minus in eo eſſe, quam Chriſtiani ſibi perſuaderent, turpitudinis. Nec tamen una omnes ratio delectabat, qui hoc modo infamiam a cultu multorum Numinum depellere ſtudebant. Plerique ſequentem inibant viam. Unum omnino dicebant Deum eſſe, infinite ſapientem ac po- 21
tentem (*y*) neque hac in re falli Chriſtianos: at hunc unum Deum non ipſum terrarum orbem adminiſtrare, ſed multis uti miniſtris & famulis, quorum quisque certae regioni vel muneri, ut in civitatibus mundanis, praeeſſet. Hos Dei adminiſtros vulgo Deos dici: his populos ſupplicare atque rem divinam facere: nec id fieri injuria, quum & beneficiis & poenis haec Numina humanum genus afficere poſſent, & hominum praeterea preces ad ſupremum Deum perferrent, qui altiſſimo loco poſitus & ab omni rerum humanarum communione plane ſemotus viveret. (*z*) Pulcre haec, quae diximus, obſervata ſunt ab *Oroſio*, ſcriptore Chriſtiano in primis aetatis ſuae erudito: *Philoſophi*, inquit, (*a*) *dum intento mentis ſtudio quaerunt ſcrutanturque omnia, unum Deum auctorem omnium repererunt, ad quem unum omnia referrentur: unde etiam nunc pagani, quos jam declarata veritas de contumacia magis, quam de ignorantia, convincit, quum a nobis diſcutiuntur, non ſe* PLURES SEQUI, SED SUB UNO DEO MAGNO PLURES MINISTROS VENERARI, *fatentur. Reſtat igitur de intelligentia veri Dei per multas intelligendi ſuſpiciones confuſa diſſenſio, quia de uno Deo omnium paene una eſt opinio.* Ingenioſius alii hujus generis rem inſtituebant: qui quum iſti opinioni multa forte perſpicerent opponi poſſe, omnes prorſus Deos inferiores de medio tollebant, & unius tantum Dei varias perfectiones & virtutes multis nominibus exprimi & perſonarum habitu veſtitas a ſacrificantibus coli, praecipiebant. Exponam hanc ſententiam *Maximi Madaurenſis*, Platonici Africani, verbis ex *Epiſtola* ejus ad *Auguſtinum*: (*b*) *Equidem*, inquit is, *unum eſſe Deum ſummum, ſine initio, ſine prole naturae, ceu patrem magnum atque magnificum, quis tam demens, tam mente captus neget eſſe certiſſimum? Hujus nos virtutes per mundanum opus diffuſas, multis vocabulis invocamus, quoniam nomen ejus cuncti proprium videlicet ignoramus. Nam Deus omnibus religionibus commune nomen eſt. Ita fit, ut dum ejus quaſi quaedam membra carptim variis ſupplicationibus proſequimur, totum colere profecto videamur.* Sed merito *Auguſtinus* commentum hoc philoſophicum in reſponſione ad *Maximi* epiſtolam *ſacrilegas* vocat *ineptias*; nec puto quisquam ita rerum expers eſt inter eruditos, quin videat, multo hoc inventum difficilius, quam illud ſuperius, ornari & defendi poſſe.

§. XXI. Nihil autem minus huic inſtituto veterum ſuperſtitiones defendendi, obſtabat, quam veterum, in primis Poëtarum, de Diis eorumque actionibus narratio-

(*z*) Inſpice *Porphyrium de abſtinentia a carnibus Lib.* I. §. 57. *p.* 49. & multos praeter hunc Platonicos.

(*a*) *Hiſtoriarum Lib.* VI. *Cap.* 1. *p.* 416.

(*b*) Inter *Auguſtini Epiſtolas Epiſt.* XVI. *p.* 15. *Tom.* II. *Opp.*

rationes. Quibus etiam Chriſtiani, tamquam validis argumentis, utebantur, ut nil niſi homines, eosque vitiis obrutos & improbos, fuiſſe gentium Deos, probarent. (*c*) Ad hoc ergo dedecus tollendum ſchola haec *allegorias* conſectabatur & in abſurdiſſimis ſaepe fabulis abſtruſiſſima de Deo rebusque coeleſtibus dogmata latere contendebat. Non ita nova quidem haec erat ratio, arcanos fabularum ſenſus inveſtigandi, quam Stoici prae ceteris, & ante hos jam alii philoſophi, quo dogmata ſua publicis religionibus haud adverſari oſtenderent, dudum ſuam fecerant: (*d*) nec Aegyptii recentioris in primis aevi, ab ea abhorruerant. (*e*) At huic tamen, nili me fallit opinio, ſcholae haec ſive laus, ſive ignominia propria eſt, quod morem hunc ad tutandas veteres religiones ex inſtituto adhibuit, certisque legibus & regulis, quantum nugae nulla ratione nixae poſſunt, adſtrinxerit. Longum, ſi quis vellet, & copioſum de hoc argumento volumen exarari poſſet: ſed nos paucis tantum exemplis declarabimus, quantus fuerit in hoc genere ardor allegorias venandi, quo fabulis dignitatis aliquid conciliarent. Nullus eſt in eo alicujus nominis ſcriptor, quin vires ingenii hac in
22 re tentaverit. (*) *Porphyrium* non uno libro *Homeri* fabulas integumenta praeſtantiorum eſſe rerum, docuiſſe, vel quae ſuperſunt *Quaeſtiones* ejus *Homericae*, libellus *de antro nympharum*, *moralisque interpretatio errorum Ulyſſis*, ut de amiſſis nihil dicam, oſtendunt. *Plotinus Libro de amore* priſcorum de Venere fabulas fere omnes ad res ſanctas & morales ingenioſe trahit: (*f*) quod officium aliis item Poëtarum narratiunculis paſſim exhibet. *Proclus* in *Commentariis ad rempublicam Platonis* id ſibi maxime datum credidit, ut quidquid de Diis *Homerus* & Poëtarum turba cecinerant, apte & ſcienter exponeret. (*g*) Idem, quod *Suidas* teſtatur, non modo *Commentarium in Homerum*, verum etiam ſingularem *de Diis apud Homerum* librum, exaravit. (*h*) Utroque hoc labore, ut idem teſtatur *Suidas* (*i*) *Syrianus* etiam perfunctus eſt. Plura commemorare, quid opus eſt? Vel hoc autem ſtudio, veritatem ſibi cariorem eſſe cujusvis magiſtri praeceptis, hoc genus ſignificare volebat. *Ariſtoteles* enim quum hanc fabularum expoſitionem non obſcure rejeciſſet, (*k*) *Plato* quoque fabulis ſive nudis, ſive interpretatione quadam ornatis, nihil loci in civitate ſua relictum voluiſſet, (*l*) hi contra turbam univerſam reducere, novisque pigmentis exornare, ne nimis diſpliceret Chriſtianis & ſapientibus, enitebantur. Verum ex hac latebra facile protrahebantur a Chriſtianae religionis defenſoribus: quippe qui rationibus omni exceptione majoribus demonſtrabant, hanc fabularum veterum expoſitionem cum in ſe ludicram & viris ſapientibus indignam eſſe, tum a tota Deorum Hiſtoria & publicis caerimoniis funditus everti & profligari. Legant velim, qui harum rerum cupidi ſunt, quae ab *Arnobio*, (*m*) auctore *Clementinorum*, (*n*) *Prudentio*, (*o*) *Euſebio*, (*p*) *Athenagora*, (*q*) & aliis copioſe non minus, quam ingenioſe, contra hanc rationem monita & diſputata ſunt (†).

§. XXII.

(*c*) Legantur, quae in compendio hanc in rem diſputat auctor *Clementinor. Homil.* V. §. XXIII. p. 668.

(*d*) Vid. *Cicero Lib.* I. *de Natur. Deorum* & *Origenes contra Celſum Lib.* I. *p.* 37. & paſſim.

(*e*) Vid. ex multis *Clementino Homil.* X. §. 18. p. 696. *Plutarchus de Iſide & Oſiride p. m.* 165. *Tom.* II. *Opp.*

(*) [*Julianus Orat.* VII. *p.* 222. Edit. Lipſ.]

(*f*) Libro περὶ ἔρωτος, *Ennead.* III. *Lib.* V. *p.* 291. *ſ.*

(*g*) Conf. quae Vir longe doctiſſimus, *Jo. Alb. Fabricius* notavit, *Biblioth. Graec. Vol.* VIII. *Cap.* 26. *p.* 526. *ſ.*

(*h*) Voce Πρόκλος p. 186. *Tom.* III. ed. *Kuſteri.*

(*i*) Voce:

Digitized by Google

§. XXII. Ergo vidimus, quibus machinis Platonicorum natio argumenta expugnare conata ſit, quibus Chriſtiani Deos & ſacra Deorum adoriebantur: nunc videamus quoque, ut vim rationum illarum enervare ſtuduerint, quas ſufficere *Chriſti* diſcipuli arbitrabantur ad oſtendendum, religionem a Servatore noſtro traditam divinam & unice veram eſſe. Chriſtianae religionis divinitatem & veritatem qui primis ejus ſaeculis demonſtrare volebant, praecipua argumenta ſua binis ex locis ſolebant petere. Nam aut res geſtas & hiſtoriam Servatoris noſtri teſtabantur, aut ipſius doctrinae ab ipſo traditae utilitatem, ſanctitatem, & praeſtantiam praedicabant, quod ex *Origenis* maxime *adverſus Celſum* libris & *Arnobii primo adverſus gentes libro* cognoſcitur. Et magna profecto invictaque haec erat argumentatio: Quaecumque religio a viro tradita eſt modo admirabili procreato, infinitis prodigiis & miraculis inclyto, caſtitate denique vitae ac morum ſanctimonia incomparabili praedito, & ipſa tota eſt divina, ſalutaris, & humano generi utiliſſima, ea haud dubie vera eſt & ſupra omnem fraudis & fallaciae ſuſpicionem poſita. Quid igitur ad haec ſubtiles & acuti magiſtri noſtri? Num res geſtas, hiſtoriam, & miracula Chriſti negabant? Id vero nullo modo poterant, niſi delirare voluiſſent & ea rejicere, quae omni reliqua hiſtoria multo certiora erant & praeterea quotidianis Chriſtianorum miraculis confirmabantur. Num igitur ipſius doctrinae ſanctitatem & majeſtatem convellebant? Hoc vero quomodo potuiſſent, quum ad ejus formam ſuam diſciplinam indies magis magisque componerent? Philoſophi hi erant homines, qui, tametſi fanatici magnam partem & ſuperſtitionibus devincti eſſent, haud tamen ita rationi nuntium miſerant, ut obliquum pravo penitus haud valerent ſecernere & adverſus ſolem mentiri auderent. Majori ergo calliditate opus erat, ut vim argumenti Chriſtiani frangerent, resque Deorum adverſus eos incolumes ſervarent. Poſteriori loco, ab ipſa doctrinae Chriſtianae ſanctitate & praeſtantia ſumto, qua ratione occurrerint, ſupra jam a nobis oſtenſum eſt, quum doceremus, rem eos moralem & doctrinam de Deo rebusque divinis omni ſtudio perficere conatos eſſe & ab ipſis Chriſtianis quae bona & utilia in hoc genere videbantur, mutuatos eſſe. Eo nempe hoc valebat 23
conſilium, ut perſuaderent hominibus, quae praeclara & eximia apud Chriſtianos eſſent, ea quoque a philoſophis tradi & probari, nec idcirco, ut haec addiſcerentur, Chriſtianos neceſſario adeundos eſſe. Reſtat igitur, ut explicemus, quomodo ea diluere tentaverint, quae a rebus geſtis & hiſtoria Servatoris noſtri ad demonſtrandam religionis ab ipſo allatae excellentiam petebantur.

§. XXIII. Initio *Chriſtum*, Servatorem noſtrum, virum magnum, divinum, & ſapientiſſimum fuiſſe, non inficiabantur, qui egregia & divina plane docuiſſet, quumque a Judaeis injuſtiſſimo ſupplicio necatus fuiſſet, in coelum ad Deos commeaſſet. Magnus ille ſcholae hujus Platonicae doctor, *Porphyrius*, idem qui ingens

(*i*) Voce Σωτῆρ, *Tom.* III. *p.* 410.
(*k*) *Metaphyſicor. Lib.* III. *Cap.* 4. *p.* 281. *Tom.* IV. *Opp.*
(*l*) *Lib.* II. *de republ p* 429. *ſ.*
(*m*) *Lib.* III. *adv. genses p.* 147. *&* *Lib.* V. *p.* 225.
(*n*) *Homil.* VI. §. 17. *p.* 675. *ſ. Tom.* I. *Patr. Apoſtol.* & aliis locis.
(*o*) *Hymno* X. περὶ ἐρώτ. *p.* 119.
(*p*) *Praepar. Euangel. Lib.* II. *Cap.* 4. *p.* 67. *&* *Lib.* III. *Cap.* 3. *p* 91.
(*q*) *Legat pro Chriſt. Cap.* 18. *p.* 80. *ſ.*
(†) [Ex recentioribus vid. *Blatterie vie de Julien P.* I. *p.* 22. qui apte oſtendit; hac interpretatione fabularum nihil ſtultius fieri poſſe.]

(*r*) De

gens contra Christianos volumen exaravit, *Christum* ipsum ampliſſimis honestat laudibus, quin Deos etiam virtutem & sapientiam ejus praedicasse refert. *Dicit etiam*, *Augustini* verba recito (r) *bona philosophus iste de Christo —— denique tanquam mirabile aliquid atque incredibile prolaturus. Praeter opinionem*, *inquit*, (s) *profecto quibusdam videatur esse*, *quod dicturi sumus. Christum enim Dii piissimum pronuntiaverunt & immortalem factum & cum bona praedicatione ejus memineruns.* Hoc ut confirmet *Porphyrius*, *Hecates* de Christo oraculum recitat valde ipsi honorificum, quod ex *Eusebio* (t) Graece exhibemus:

Ὅτι μὲν ἀθανάτην ψυχὴν μετὰ σῶμα πορεύσειν
Γιγνώσκει σοφίην τιμήσας, ἀλλάγε ψυχὴν
Ἀνέρος εὐσεβίη περιφαίνεται ἐσθλὸν ἐοῦσαν.

Haec *Eusebii* Latinus interpres ita reddidit:

Immortalem animam post cassum incedere corpus
Noscere honoratum sapientis luce sed illam
Insignis pietate viri mentem esse decoram.

Eadem *Hecate* rogata, cur *Christus* igitur ultimo supplicio affectus fuisset, ita respondisse a *Porphyrio* dicitur:

Σῶμα μὲν ἀθρήνοις βασάνοις αἰεὶ παρκείλη,
Ψυχὴ δ' εὐσεβίων εἰς ἕδρανον πέδον ἵζει.

Haec *Augustinus* ita vertit: *Corpus quidem debilitantibus tormentis semper oppositum est: anima autem piorum coelesti sedi insidet.* Non dissimile *Apollinis Milesii* effatum affertur a *Lactantio*, quod ab hujus generis philosophis pariter profectum esse, nihil dubito: quippe qui in colligendis Deorum oraculis studiosissimi fuerunt. A Christianis certe confictum illud esse, incredibile est, quum *Lactantius* multis verbis in auctorem ejus invehatur, & Servatori nostro injuriosum id esse, judicet. *Apollo* igitur consultus Deusne an homo Christus fuerit, ita respondit:

24 Θνητὸς ἐὼν μὴ σάρκα, σοφὸς περιτέλλεαι ἔργοις,
Ἀλλ' ὑπὸ Χαλδαίων ἱερῶν ὑπλοΐς συνελαυθείς,
Γόμφοις δ' ἁρθείσαν πυκιλὼ ἀείτλητον παλάτιλ.

Mor-

(r) *De civitate Dei Lib.* XIX. *Cap.* 23. §. 2. *p.* 428. *Tom.* VII. *Opp.*

(s) Ex *Libro* III. haec sumta sunt *philosophias ex oraculis*, quam *Porphyrius* conscripsit.

(t) *Demonstrat. Euangel. Lib.* III. *Cap.* 8. *p.* 134. *Augustinus* & *Eusebius*, qui utrique hoc oraculum ex *Porphyrio* referunt, dissident de nonnullis rebus inter se.

(I.) *Augustinus*, quem nos sequuti sumus, ab Hecate hoc editum fuisse oraculum perhibet. Verum *Eusebius*, qui ipsa *Porphyrii* verba sese recitare significat, generatim Diis id adscribit. Hanc ego facile tolli putem discordiam. Nam *Augustinum* & *Eusebium* inter se diligenter conferenti, perspicuum statim fiet, *Eusebium* in oratione *Porphyrii* quaedam, brevitatis caussa, omisisse, quae Latine ab *Augustino* exhibentur. Et in his, quae *Eusebius* omisit, verbis Hecatae hoc oraculum tribuitur.

(II.) *Augustinus* aliter legit hoc oraculum, atque hodie in *Eusebii* codicibus legitur: quod quidem ex hac ejus Latina versione liquet: *Quo-*
niam

Digitized by Google

Mortalis erat ſecundum carnem ſapiens ille, qui prodigioſis operibus inclaruit: ſed ſub judicibus Chaldaeis captus armis, clavis & palo amaram mortem toleravit. Sapientem ergo *Chriſtum* fuiſſe, & miraculis inclytum, *Apollo* diffiteri noluit. Perinde nobis eſt, utrum haec oracula ab ipſis Platonicis, an vero a Deorum commentitiorum ſacerdotibus exiſtimentur eſſe compoſita: ſatis nobis eſt a Platonicis ea laudata & approbata eſſe: quod quidem luculenter oſtendit, quemadmodum erga *Chriſtum* affecti fuerint hi homines, qui praeter voluntatem ſuam hac ratione veritati teſtimonium apud poſteros perhibuerunt. Nam quis dubitet, talem fuiſſe *Chriſtum*, qualis nobis in novi foederis libris ſiſtitur, quum ne ipſi quidem infenſiſſimi religionis Chriſtianae adverſarii divinam in eo ſapientiam & poteſtatem miracula faciendi fuiſſe, negare auſi fuerint?

§. XXIV. Ut vero praeclare de Servatore noſtro ſentirent, ſapientiamque & virtutem ejus praedicarent, eos tamen, qui veſtigia premebant *Chriſti* & quae ab ipſo acceperant tradita, mille licet enecati miſeriis & ſuppliciis, conſtantiſſime tuebantur, vehementer inſectabantur & vexabant. Dii illi, qui *Chriſtum* laudibus efferebant, Chriſtianos dementiae accuſabant, quorum exemplum philoſophi noſtri aemulabantur. *Chriſtianos*, inquit *Porphyrius*, (x) *Dii pollutos & contaminatos, & errore implicatos eſſe dicunt, & multis talibus adverſus eos blasphemiis utuntur. —— Propterea ergo Chriſtiani Diis exoſi, quia quibus fato non fuit noſſe Deum, nec dona a Diis accipere, his fataliter dedit iſte (Chriſtus) errore implicari. Ipſe vero pius, & in coelum, ſicut pii, conceſſit. Itaque hunc quidem non blasphemabis, miſereberis autem hominum dementiam.* Unde hoc in diſcipulos odium, quum magnus & eximius magiſter videretur? Non paſſi ſunt hoc nos ignorare illi ex Chriſtianis, quorum ad nos monumenta pervenerunt. Deſciviſſe ſcilicet a ſanctiſſimi praeceptoris ſui ſcitis Chriſtianos Platonici criminabantur, quod & poſtea *Mahomedes* fecit, atque caſtam & ſanam ejus diſciplinam variis erroribus inquinaſſe. Sigillatim duo in illis ferri haud poſſe, ſignificabant: Primum: Quod divinis *Chriſtum* honoribus afficerent: nec enim a ſuis id poſtulaſſe *Chriſtum*. Alterum: Quod Deos negligerent & eorum cultum exſtinctum vellent: *Chriſtum* enim ipſum a Diis haud alienum fuiſſe. Meminit utriusque hujus calumniae *Auguſtinus* his verbis: (y) *Ita enim volunt & ipſum (Chriſtum) credi neſcio quid aliud ſcripſiſſe, quod diligunt, nihilque ſenſiſſe contra Deos ſuos, ſed eos potius magico ritu coluiſſe: & diſcipulos ejus non ſolum de illo fuiſſe mentitos, dicendo illum Deum, per quem facta ſunt omnia, quum nihil aliud quam homo fuerit, quamvis excellentiſſimae ſapientiae, verum etiam de Diis eorum non hoc docuiſſe, quod ab illo didiciſſent.* At creditu tamen difficillimum erat, diſcipulos *Chriſti* ſtatim ab

niam quidem immortalis anima poſt corpus ut incedit, noſti, a ſapientia autem abſciſſa ſemper errat, viri pietate praeſtantiſſimi eſt illa anima. Eſt in hoc *Auguſtini* locō, ut opinor, vitii nonnihil: ſed hoc tamen non impedit, quominus omnes videant, interpretationem hanc verbis *Euſebii* Graecis non reſpondere. Viderint hoc Critici: ad noſtrum enim parum refert inſtitutum, uter melius legerit.

(o) *Inſtitut. divinar. Lib.* IV. *Cap.* 13. *p.* 446. *Auguſtinus de concordia Euangel. Lib.* I. *p.* 8. *a. Tom. II.*

Tom. III. *Opp. Quid? quod iſti vani Chriſtianae religionis obliqui obtrectatores propterea non audent blaſphemare Chriſtum, quia quidam philoſophi eorum, ſicut in libris ſuis Porphyrius Siculus prodidit, conſuluerunt Deos ſuos, quid de Chriſto reſponderent, illi autem oraculis ſuis Chriſtum laudare compulſi ſunt.*

(x) Apud *Auguſtinum de civitate Dei Lib.* XIX. *Cap.* 23. §. 2. *p.* 429. *Tom.* VII. *Opp.*

(y) *De concordia Euangel. Lib.* I. *p.* 18. *Tom.* III. *Opp.*

Digitized by Google

ab exceſſu magiſtri ſui tantam in amentiam incidiſſe, ut quos ipſe veneratus erat, Deos deteſtarentur & fugerent. Huic etiam difficultati pro ingenio & acumine ſuo Platonici noſtri medebantur. Namque *Chriſtum* perhibebant ſuos juſſiſſe a minorum quorumdam daemonum cultu deſiſtere, hoc autem ejus ſapiens & praeclarum mandatum ſectatores ejus male intellexiſſe, atque imperite ſic interpretatos eſſe, ac ſi *Chriſtus* omnium Deorum ſacra voluiſſet abrogari. Ipſe nobis *Porphyrius* lepidam hanc fabulam explicet, cujus verba apud *Auguſtinum* (z) Latine reddita exſtant: *Sunt*, inquit, *ſpiritus terreni minimi loco quodam malorum daemonum poteſtati ſubjecti. Ab his ſapientes Hebraeorum*, QUORUM UNUS ETIAM ISTE JESUS *fuit, ſicut audiſti divina Apollinis, quae ſuperius dicta ſunt: ab his ergo Hebraei daemonibus peſſimis & minoribus ſpiritibus vetabant religioſos & ipſis vacare prohibebant: venerari autem magis coeleſtes Deos, amplius autem venerari Deum patrem. —— Verum indocti & impiae naturae* (Chriſtiani) *quibus vere fatum non conceſſit a Diis dona obtinere, neque habere Jovis immortalis notionem, non audientes & Deos & divinos viros, Deos quidem omnes recuſaverunt.* Scilicet barbati hi magiſtri rectius noverant & melius, quid *Chriſtus* docuiſſet & egiſſet, atque illi, qui in familiaritate ejus diu vixerant & tot ipſum annos docentem audiverant! Ut vero prorſus inſanum & ſtolidum hoc commentum ſit, hoc tamen inde liquet, veritatem rerum a Servatore noſtro geſtarum tum temporis tam exploratam fuiſſe, nulla ut ratione in dubium vocari potuerint: nam ſi quis ad hiſtoriam *Chriſti* oppugnandam aditus patuiſſet ea aetate, certe hi philoſophi nec tantis eum laudibus affeciſſent, nec tam incitato fuiſſent ſtudio ad eum in partes ſuas pertrahendum.

§. XXV. Quo vero validius haec, quae ſine teſtibus & rationibus garriebant, corroborarent, hiſtoriam in auxilium vocabant, allatisque ex ea exemplis probare nitebantur, exſtitiſſe quoque alios praeter *Chriſtum* iisdem, quibus ille, miraculis & prodigiis inclytos, qui ſancte tamen Deos coluiſſent. Ex his enim duo effici poſſe putabant, primum: pro Deo non ſtatim habendum eſſe, qui multa faceret opera ſtupenda, & reliquorum mortalium viribus ſuperiora, nec idcirco *Chriſtum:* Alterum: Deorum cultum immerito a Chriſtianis rejici, tamquam a *Chriſto* repudiatum, quum religioſiſſimi Deorum miniſtri *Chriſto* miraculis haud inferiores fuiſſent. Quum primum naſceretur haec philoſophandi forma, parum ejus amici de veteri hiſtoria ſolliciti erant, & contemplationi unice operam dabant. Poſtea vero quum vitae Servatoris noſtri ſcriptores non avide modo legi, verum etiam fortiter multos impellere ad doctrinam ejus ſuſcipiendam, cernerent, hoc etiam ſcribendi genus neceſſarium & utile ſibi fore rati ſunt. Itaque ſaeculo tertio ad vitas philoſophorum tam veterum: quam recentiorum exarandas animum appulerunt, in quibus, quod ex iis, quae reſtant, perſpicuum eſt, id unum ſpectarunt, ut ſimillimi Servatoris noſtri viderentur illi, quorum res geſtas referebant. Exſtat *Philoſtrati*, Rhetoris non indocti, *de vita Apollonii Tyanaei*, philoſophi Pythagoraei, opus, quod doctiſſimi viri dudum demonſtrarunt eo unice conſilio exaratum eſſe, ut *Apollonius*, homo Diis ad amentiam usque deditus, nec

(z) *De civitate Dei Lib.* XIX. *Cap.* 23. §. 4. p. 430. *Tom.* VII. *Opp.*

(a) Lege *Godofr. Olearii Praef. Philoſtrato* praemiſſam p. XXXIX.

(b) Additus eſt hic *Euſebii* liber *Philoſtrato* ab *Olearie* illuſtrato & edito.

(c) Lege

nec ortu, nec vitae sanctimonia, nec denique miraculis *Christo* minor fuisse videretur. (*a*) Quod licet consilium ipse non aperuerit *Philostratus*, paullo tamen post *Hierocles*, Platonicus celeberrimus, prodidit; quem quidem notum est, *Christum* cum *Apollonio* comparasse, & ab *Eusebio* propterea singulari libro castigatum esse. (*b*) Nec ego dubito, Platonicos nostros operis hujus conscribendi auctores & suasores fuisse. Nam *Philostratus*, jussu *Juliae*, Augustae, conjugis *Severi*, Imperatoris, hunc sese laborem aggressum fuisse, significat: quam foeminam philosophis totam sese regendam tradidisse, testatum est. (*c*) Idem, quod *Philostrato*, illis propositum fuit haud dubie, qui vitam *Pythagorae* composuerunt, *Porphyrio* & *Jamblicho*; idque recte observavit *Ludolphus Kusterus*, vir doctissimus, qui *Jamblichum* non ita pridem denuo edidit: *Qui considerabit*, inquit (*d*) *Jamblichum non solum fuisse gentilem, sed etiam ethnicae religionis antistitem suo tempore primarium, non mirabitur, eum de Pythagora tam magnifice sensisse & scripsisse. Nimirum, Pythagoram Christo opponere voluit, quod videret religionem nostram nulla alia ratione magis subrui posse, quam si hominibus persuaderet, exstitisse etiam aliquos inter gentiles, qui Christum, Dominum nostrum, tam sanctitate vitae & doctrinae, quam miraculis non solum aequassent, sed etiam vicissent.* Accedet, certus sum, sententiae huic, quisquis hanc *Pythagorae* vitam attentus collustraverit, & simul aetatem, qua exarata fuit, hominemque, a quo condita, cogitaverit. Quaere ex *Jamblicho*, quis genere & ortu *Pythagoras* fuerit? Talem dicet eum fuisse, qualem *Jesum* esse, sacrae litterae memorant, θεῖ nempe πνεῦμα, *Dei filium* (*e*) immo Deum, qui personam hominis & formam, hominum caussa, assumserit: σχηματίς τε, inquit, (*f*) ἐπ δὲ ἡ ἡγεμονία καὶ διεξοδος τ ἀνθρώπων ἦν, καὶ διὰ τῦτο ἀνθρωπόμορφον, ἵνα μὴ ξενίζωμεν σφᾶς τὸ ὑπερέχον τοῦ κρείττονος, καὶ τ παρ' αὐτοῦ μάθησιν ἀποφύγωσιν. *Adjecit insuper Pythagoras, se ad curandos, demerendosque mortales advenisse, ac propterea etiam formam hominis induisse, ne supereminenti majestate velut re nova turbati, disciplinam suam defugerent.* Quaere quis vitae genere & factis fuerit? Totum respondebit admirabilem fuisse, & infinitis prodigiis hominum sibi benevolentiam & veneration em comparasse: (*g*) καὶ μυρία ἕτερα τούτων θαυμαστὰ καὶ θαυμασίως ἐπὶ τ' ἀνδρὶ 26
ὁμαλῶς καὶ συμφώνως ἱστορῆται. *Sunt & mille alia his diviniora, magisque miranda, quae uniformi consonaque narratione de viro traduntur.* Qualia vero haec opera? Vaticinatus est, pestes depulit, aegrotantes sanavit, ventos violentos sedavit, fluctus maris & fluminum placavit, σφᾶς διαβῆ τ ἐπιόντων ἀλύσεσιν, *ut discipuli facilius transire possent.* Quis *Christi* & *Pythagorae* hic non videt convenientiam? At non *Christus* tantum ipse miracula patravit, sed etiam discipulis suis & sectatoribus facultatem impertivit prodigiis doctrinae suae veritatem probandi. Ne hac quidem re, si *Jamblichum* audias, *Pythagoras* ei cedit: cujus auditores tot mirabilia designarunt facinora, cognomina ut etiam inde singularia acceperit: ὧν μετειλήφασι Ἐμπεδοκλῆς τε ὁ Ἀκραγαντῖνος, καὶ Ἐπιμενίδης ὁ Κρὴς, καὶ Ἄβαρις ὁ Ὑπερβόρεος, πολλαχῆ καὶ αὐτοὺς τοιαῦτα περὶ αὐτῶν ἀπεφηνάμενοι. *Quorum miraculorum etiam compotes facti Empedocles Agrigentinus, Epimenides Cretensis, & Abaris Hyperboreus, multis in locis talis facinora designarunt.* Quaere denique, quis doctrina & institutione fuerit *Pythagoras*? Audies

(*c*) Lege *Claud. Salmasium ad scriptores Historiae Augustae Tom.* I. *p.* 625.
(*d*) *Notis ad Jamblichum p.* 7.
(*e*) *Vita Pythagor. Cap.* 2. *p.* 6.
(*f*) *Cap.* 19. *p.* 78.
(*g*) *Cap.* 28. *p.* 114.

dies nihil ejus disciplina sanctius fieri posse, & quae *Christus* praescripsit hominibus officia, pari sedulitate diu ante ab ipso inculcata esse. (*b*) Praetermitto ceteros, quos versuti hi Christianae veritatis adversarii ab inferis veluti revocarunt, & quo *Jesu Christi* gloriam & magnitudinem diminuerent, variis mendaciis supra humanam conditionem evexerunt.

§. XXVI. In commilitonum suorum vitis, quarum nonnullae adhuc leguntur, describendis sobrii magis erant hi philosophi: nec enim fugere poterat eos, de notis hominibus, nec ita pridem exstinctis non tam secure mentiri licere, quam de antiquis, qui ante aliquot aut plura saecula vixerunt. Sed nec in hisce tamen desideres vitis, ex quibus facile intelligas, voluntatem fuisse huic generi, *Jesum*, Servatorem nostrum, deprimendi & *Ammonii* sectatores si minus pari, non multo tamen dispari loco collocandi. Non tot quidem *Plotinus*, *Proclus*, *Jamblichus*, & alii tamque variis fulserunt miraculis, quot *Pythagoras* aut *Apollonius*: at multum tamen, si sociis eorum fidem habeas, supra reliquos eminuerunt homines & vaticinando, malignos genios expellendo, aegrotantibus consulendo proxime ad *Christum* accesserunt, quin etiam, mortali licet corpore nondum soluti, extra se nonnumquam rapti sunt & in ipsius supremi Numinis communionem admirabili modo pervenerunt. *Plotinum* narrat *Porphyrius* (*i*) quater eo tempore, quo ipse in contubernio ejus vixerit, singulari ratione & inexplicabili, cum supremo rerum omnium conditore ac parente conjunctum fuisse. *Jamblichum*, preces ad Deum fundentem, sublimem fuisse raptum, vestimentis, quum id fieret, aureo colore splendentibus, *Eunapius* scriptum reliquit. (*k*) *Procli*, quum suos erudiret, oculos divinis radiis micasse, caputque coelesti quodam lumine cinctum fuisse visum, *Marinus* refert. (*l*) Non minora sunt, quae de *Isidoro* suo *Damascius in vita* ejus apud *Photium* (*m*) perhibet. Taceo alias hujus generis narratiunculas: quae quid sibi velint, & quorsum spectent, non ignorare possunt illi, qui vitam & historiam Servatoris nostri callent. Id scilicet agebant, ut nihil Servatori nostro tam mirabile obtigisse, nihil tam divinum & singulare ab eo factum fuisse, rerum imperitis persuaderent, quin ordinis sui philosophi quidam paria & sensissent & effecissent.

§. XXVII. Non possum vero, quin his adjiciam, tametsi de re ipsa cum Christianis Platonici consentirent, nec modo fieri miracula posse, sed etiam a multis facta esse, contenderent, multum tamen inter utrosque discriminis apparuisse, quum ad enodandam accuratius doctrinam de miraculis ventum esset. Christiani in nullius potestate hominis positum esse, hanc sibi facultatem comparare, sed supremum Numen nonnullis hominibus eam elargiri, adseverabant, quos voluntatis suae administros libere elegisset: neque Deum doni hujus prodigum esse, sed sapientissimis tantum de caussis, ad veritates toti generi humano ne-

(*b*) Vide in primis *Cap.* 9. *p.* 25. *f.*
(*i*) *In vita Plotini Cap.* 23. *p.* 137.
(*k*) *In Vitis Sophistar. p.* 22.
(*l*) *In vita Procli Cap.* 23 *p.* 26. 27
(*m*) *Bibliothecae Codice* CCXLII. *p.* 1027. *f.*
(*n*) *Epistola ad Anebonem Aegyptium*, quae *Jamblicho* praefixa est a *Thom. Gale* edito.
(*o*) *De Civitate Dei Lib.* X. *Cap.* 11. *Tom.* VII. *Opp. p.* 189. *f.*
(*p*) Panegyr. in Julian. *Tom.* II. *Opp. p.* 175.
(*) [Vid.

Digitized by Google

neceſſarias probandas & confirmandas, nonnullos eo inſtruere ſolere homines, ceteris meliores & ſanctiores. Ab his plane diſſidebant grandiloqui ſapientes noſtri, qui Platonici volebant ſalutari. Namque primum ſupremi Numinis auxi- 27
lio nihil opus eſſe illi, contendebant, qui prodigiis mortales vel terrere, vel ſolari vellet: Eſſe arcanam quamdam & ſecretam artem, quam qui curet addiſcere, eum minores Deos & genios verbis & aliis rebus cogere poſſe, ut mandatis ſuis obſequantur & naturae leges conturbent: Eadem arte magiſtra ad Deorum colloquia, & rerum nulli mortalium cognitarum contemplationem aliquem pervenire poſſe. Artem hanc *Theurgiam* nominabant: de qua praeter alios *Porphyrius* (*n*) & ex hoc *Auguſtinus* (*o*) conſuli poſſunt. Deinde, quod ex his jam liquet, non uni ſummo Deo, verum geniis & Diis inferioribus miracula, quae contingerent, adſcribebant. Poſtremo non magnam ſemper & gravem requiri cauſſam, ut miracula fierent, perhibebant, verum ex ſapientis voluntate & arbitrio hoc totum pendere negotium, qui, ſi modo velit, minores Deos, ut praeſto ſibi ſint, compellere valeat. Perſpicuum eſt, his ſcitis commode homines abuti potuiſſe ad debilitanda conſectaria, quae ex Servatoris noſtri miraculis diſcipuli ejus ducebant. Namque ſi veram eſſe conceſſiſſent Chriſtiani hanc de miraculis doctrinam, neque ex magnitudine rerum ab eo geſtarum divinam ejus originem demonſtrare, neque ex miraculis a diſcipulis ejus patratis magiſtri ſummam majeſtatem & dignitatem oſtendere, nec denique novam & coeleſtem ſapientiam, qua nulli carere mortales poſſent, ab eo traditam eſſe, per prodigia ejus docere potuiſſent.

§. XXVIII. Hoc ſtudio novam condendi philoſophiam & ſimul religionem, quae Chriſtianorum non expoſita eſſet argumentationibus, multum genus hoc ſanctiſſimae religioni noſtrae detrimenti attuliſſe, nec paucis, ut vel pedem referrent & ad antiqua flagitia redirent, vel in majorum ſuperſtitione perſeverarent, auctores exſtitiſſe, omni vacat controverſia. Inſtar omnium, quo nec majus, nec triſtius exſtat, exemplum Imperatoris eſt *Juliani*, qui, quum natura ſcientiae cupidiſſimus eſſet, una vero ad ſuperſtitionem propenderet, artibus potiſſimum horum philoſophorum adduci ſeſe paſſus eſt, ut, deſerta religione Chriſtiana, ad Deorum cultum revolveretur. (*) *Libanius* auctor eſt, (*p*) Nicomediae ipſum a philoſophis commotum fuiſſe, ut a ſacris Chriſtianis recederet: quos quidem Platonicos fuiſſe, vel hinc ſatis conſtare poſſet, quod e ſchola plerique Platonica illi fuerunt, quibus *Julianus* magiſtris uſus fuit. Sed non opus eſt conjecturis & divinationibus. Deſignarunt nobis ſcriptores fide digniſſimi tam Chriſtiani, quam a Chriſtianis averſi, hominem illum, qui princeps tantae calamitatis auctor exſtitit. *Maximus* is eſt, quem a reliquis hujus nominis cognomine *Epheſius* diſtinguunt, teſtibus *Libanio* (*q*) *Eunapio* (*r*) *Socrate* (*s*) *Sozomeno* (*t*) & aliis, homo, ut ego quidem arbitror, Platonicus, & tanti quidem hac in familia nominis, ut *Libanius*, (*v*) quum extremo afficeretur a *Valentiniano* ſup-

(*) [Vid. *Blatterie vie de Julien Tom.* I. *p.* 269.]

(*q*) *Orat.* V. *ſeu Panegyr. in Julian. Tom.* II. *Opp. p.* 175. *add. Orat.* XII. *p.* 265.

(*r*) *In vitis Sophiſtarum Cap.* 6. *p.* 70. 72.

(*s*) *Hiſtor. Eccleſ. Lib.* III. *Cap.* 1. *p.* 165.

(*t*) *Hiſtor. Eccleſ. Lib.* V. *Cap.* 2. *p.* 594.

(*v*) Apud *Henr. Valeſium Notis ad Socrat. p.* 39.

Digitized by Google

ſupplicio, ipſam cum eo philoſophiam exſtinctam fuiſſe, ſcriberet. Non ignoro, viros eruditione ſummos, *Caeſarem Baronium* (x) *Dion. Petavium* (y) *Ezech. Spanhemium* (z) & alios *Maximum* hunc Cynicis aggregare: meo vero judicio, infirmo admodum haec opinio fundaménto nititur. Nihil ſcilicet viri doctiſſimi, quo eam probent, afferunt, quam hunc *Juliani* ex epiſtola quadam ejus ad hunc philoſophum locum: (a) τοιοῦτός πλησίον τῆ πόλεως ἀπήντησε κυνικὸς τις ἀνὴρ, ἔχων τρίβωνα καὶ βακτηρίαν· τοῦτον ἐγὼ θεασάμενος, ὑμᾶς ἄρα ὑπέλαβον ἢ σε. *Quum prope abeſſem ab hac urbe, vir quidam Cynicus eum pera & baculo mihi occurrit. Eum ego quum eminus aſpexiſſem, te ipſum eſſe putavi.* Verum ex hoc mihi dicto nihil, quam hoc, effici videtur poſſe, *Maximum* externo habitu & veſtitu Cynicis ſimilem fuiſſe, nec ſecus, atque illos, peram & baculum geſtaſſe: quod argumento haud eſt, diſciplinam quoque Cynicorum amaſſe illum & dogmata ſectae hujus approbaſſe.
28 Sed fuerit moribus & inſtitutis nonnullis Cynicus hic *Maximus*, doctrina tamen & opinionibus quin Platonicus exſtiterit, dubitari nequit. Ut de ſcriptis ejus, a *Suida* & aliis enumeratis, nihil dicam, quae ingenium plane familiae hujus ſapiunt, inſtitutio primum ejus rem ita ſeſe habere, probat. Fuit enim cognatus non modo, ſed etiam praecipuus diſcipulorum *Aedeſii*, Platonici nobiliſſimi, qui tantum hoc doctrinae genere valuit, ut *Jamblichi*, ſummi ſcholae Platonicae doctoris, cathedram eximia cum laude poſt ejus obitum exornaret, teſtante *Eunapio.* (b) Quis *Maximum* in ſcholis Platonicis, tanto ſub magiſtro, eruditum alium fuiſſe credat, quam Platonicum? Accedit deinde, quod rem, meo judicio, prorſus conficit, ſtudium, quod in ipſo fuit, inſigne artium illarum, quae Magicae dicebantur, & futuras res, quam ſibi arrogabat, vaticinandi & praedicendi facultas. Μάξιμος γάρ τις ἦν, inquit *Theodoretus* (c) κατ' ἐκεῖνα καιρῶν, φιλοσοφίας μὲν σχῆμα πεκτημένος, γοητείας δὲ χρώμενος, καὶ προλέγειν τὰ μέλοντα σεμνυνόμενος. *Erat iis temporibus Maximus quidam, profeſſione philoſophus, ſed magicis artibus deditus, & qui futura ſeſe praedicere gloriaretur.* Adfuit *Juliano* contra Perſas proficiſcenti, fictisque divinationibus ſuis effecit, ut Imperator de ſucceſſu belli & victoria minime dubitaret: quare quum poſtea res longe aliter, quam *Maximus* vaticinatus erat, cecidiſſet, atque miſere *Julianus* periiſſet, populus Antiochenſis, quod *Theodoretus* refert, (d) exclamabat: πῦ σοῦ τὰ μαντεῖα, Μάξιμε μαγέ; *Ubinam ſunt vaticinia tua, Maxime ſtulte?* Non multo poſt una cum *Priſco* publice accuſabatur, quod artificiis magicis *Valentem* & *Valentinianum*, Imperatores, de medio tollere conatus eſſet: cujus criminis, ſive veri, ſive ficti, poenas haud dubie capitales dediſſet, niſi *Saluſtii*, praefecti praetorio & aliorum amicorum auxilio ſervatus fuiſſet. (e) Nec tamen diu hac uſus eſt felicitate, etenim, quum renovata fuiſſet, exiguo temporis ſpatio elapſo, haec accuſatio, Epheſum in patriam ductus & ſecuri percuſſus fuit. (f) Jurene an injuria ceciderit *Maximus*, non conſtituo: ſed hoc tamen ex illis liquet, quae attuli, publice notum fuiſſe, philoſophum hunc ſecretis artibus operam dare & rerum futurarum ſcientiam imperiumque, neſcio quod, in genios & daemones ſibimet attribuere. Nec id ipſi diffite-

(x) *Annal. Eccleſ. Tom.* IV. *ad A.* 362. § 3.
(y) *Notis ad Juliani opera p.* 329.
(z) *Praefat. ad Juliani opera p.* 10.
(a) *Epiſtol.* XXXVIII. *p.* 414.
(b) *In vitis Sophiſtarum Cap.* 4. *p.* 32. 56.
(c) *Hiſtor. Eccleſ. Lib.* III. *Cap.* 28. *p.* 148.
(d) Loc. cit. *p.* 148.
(e) *Eunapius vitis Sophiſtar. Cap.* 5. *p.* 83. *ſ. Themiſtius Oratione* VII. *p.* 99. 100.
(f) *Am-*

Digitized by Google

diſſitebantur amici ejus, quod ex *Eunapio* patet (*g*) qui laudi potius & gloriae, quam vitio hoc ei ducit, quod Magiae ſtuduerit. Jam quid notius, nullam fuiſſe inter veteres philoſophorum ſectam, ſi a noſtris diſceſſeris Platonicis, quae Magiae & ineptis divinandi artibus pretium poſuerit eximium? Quare vel hinc conſtat, Platonicum fuiſſe, cujus fraudibus & dolis allectus fuit *Julianus*, ut religioni Chriſtianae nuntium mitteret & ad inanium Deorum cultum ſeſe denuo conferret.

§. XXIX. Sed ipſe neminem hac de re dubitare patitur *Julianus*, ex cujus univerſa vitae hiſtoria, ſcriptisque, quibus adhuc utimur, manifeſtum eſt, Platonicorum juniorum philoſophandi ratione nihil ipſi fuiſſe viſum excellentius. Reliquis omnibus philoſophis ubique *Platonem* anteponit, quem θαυμάσιον & θεῶν ἔκγονον, *divinum* & *a Diis ortum*, vocat (*b*) & ducem ſemper adſciſcit, quum de re majoris momenti agendum eſt. Nec idcirco tamen reliquos contemnit philoſophos, ſed *Platoni* potius conciliare nititur. De *Ariſtotele* & ejus philoſophia mentem ſuam his verbis explicat: (*i*) τὰς Ἀριστοτελικὰς ὑπολήψεις εὐθυτόμους ἔχειν ὑπολαμβάνω, εἰ μή τις αὐτὰς ἐκ τοῦτο τῶν Πλάτωνος ἄγοι. *Ariſtotelica decreta univerſe non omni ex parte abſoluta eſſe judico, niſi cum Platonicis illa jungantur.* Stoicorum diſciplinam paſſim laudat: & ipſemet vivendo eam exprimere conabatur: nam *Marcum Antoninum* philoſophum, vita & moribus imitandum ſibi ſumſerat, quem Stoicis unice deditum fuiſſe, neminem praeterit. Erga reliquos philoſophos, qui a *Platone* ſententiis diſcedunt, ſingulari ſemper eſt aequitate. Hanc ſcilicet moderationem leges junioris philoſophiae Platonicae a ſectatoribus ſuis poſtulabant, id quod ſupra jam oſtendimus. In ipſius ſcholae hujus Platonicae recentioris magiſtros quoties incidit, invidendis prorſus laudibus eos effert: nullum vero magnificentius commendat, quam *Jamblichum*, hominem vanum, ſuperſtitioſum, & fanatici digniorem nomine, quam philoſophi, at inter Platonicos aetate illa clariſſimum. Hunc *ſolis inſtar radios ſuos in omnes effundere* (*k*) ait: hunc *commune terrarum orbis lu-* 29
men (*l*) & *animarum medicum* (*m*) appellat: hunc denique Ἑρμῆν, *Mercurium* ſuum nominat, cujus ἀνάκλησιν προσεύξῃ καὶ τῆς ἕδρας ἅψῃ, *adyta ſalutare & ſimulacra complecti* cupiat. (*n*) Plura qui deſiderat immodici ejus erga hanc philoſophiam ſtudii teſtimonia, is opera ejus, quae reſtant, cum *Plotini*, *Jamblichi*, *Procli*, & aliorum libris conferat. In utrisque eadem ſunt praecepta: eadem diſſerendi forma & ratio: eadem de rebus, quae ſub aſpectum non cadunt, commentandi audacia: eadem denique ſuperſtitio & futiliſſimarum artium & nugarum admiratio. Hac ille philoſophia magiſtra in tantam lapſus erat ſuperſtitionem, ut nec ipſi ejus laudatores & amici eam ferre poſſent, quod ex *Ammiano Marcellino* (*o*) liquet: hac ille magiſtra, quod Platonici ſolebant, omnes omnium populorum Deos ſuſpiciebat, myſteriisque quibuscumque, aperte licet interdum ſtolidis, initiari cupiebat.

§. XXX.

(*f*) *Ammianus Marcellinus Hiſtoriar. Lib.* XXIX. *Cap.* 1. *p.* 556.
(*g*) *Vitis Sophiſt. Cap.* 5. *p.* 69. 70.
(*h*) *Orat.* VI. *adv. Cynicos p.* 188.
(*i*) *Orat.* V. *in matrem Deor. p.* 162.
(*k*) *Epiſt.* XXXIV. *p.* 406.
(*l*) *Epiſt.* XL. *p.* 419.
(*m*) *Epiſt.* LX. *p.* 448.
(*n*) *Epiſt.* LIII. *p.* 439.
(*o*) *Hiſtor. Lib.* XXV. *Cap.* 4. *p.* 427.

(*p*) In

Digitized by Google

§. XXX. Alii, quibus temperatius obtigerat ingenium, hoc ſapientiae adducebantur genere, ut utramque inter ſe religionem, Chriſtianam & gentilem, toto licet genere diverſam, conciliare inter ſe ſtuderent, & miſtam quamdam ex Chriſtianorum & reliquorum populorum dogmatibus religionem conflarent, ita ut generatim quidem ſacra Chriſtiana non rejicerent, at Deorum tamen cultum, quemadmodum ab his explanabatur philoſophis, cum eis ſociarent. Quod ſacrorum genus non inſcite aliquis *religionem prudentum* aetatis illius appellaverit. Tales, niſi me fallunt omnia, religionum concilitatores plerique eorum fuerunt, quorum religio dubia & incerta viris eruditis videtur eſſe, aliis in Chriſtianorum, aliis in Ethnicorum eos numerum referentibus. Non alienum erit, rem hanc planiorem & illuſtriorem exemplis aliquot reddere, eo quod non levis momenti ſit, nec parum conferat ad Hiſtoriam ſacram, ſtatumque eccleſiae aetatis illius rectius intelligendum. *Ammianus Marcellinus* praeſtantiſſimus eſt ſaeculi quarti Hiſtoricus, paucis integritate, candore, ac diligentia ſecundus. Eum, aliquot ejus locis inducti, doctiſſimi quidam homines, in primis *Petr. Pithoeus* & *Claud. Chifletius* (*p*) Chriſtianis connumerarunt. Verum alii recte id fieri negarunt, neque ex eorum cohorte, qui plures venerantur Deos, hominem eximi voluerunt. (*q*) Ego vero, poſtquam accurate Hiſtoriam ab eo ſcriptam evolvi, neutri prorſus accedendum eſſe parti certus ſum, virumque hunc perſuaſum habeo, nec rejeciſſe penitus Chriſtianam religionem, nec receſſiſſe prorſus a ſacris majorum, verum utrisque certo modo aſſenſum eſſe. Primum Chriſtianorum cultum Deo credidit placere, ſi quidem in ſe ſpectetur, divinaeque originis eſſe: id enim nonnulla in honorem ejus dicta extra litem collocant, ex quibus duo tantum clariora proferam. Poſtquam de vitiis antiſtitum Romanorum diſſeruerat, ita pergit: (*r*) *Qui eſſe poterant beati revera, ſi magnitudine urbis deſpecta, —— ad imitationem antiſtitum quorumdam provincialium viverent, quos tenuitas edendi potandique parciſſime, vilitas etiam indumentorum, & ſupercilia bumum ſpectantia perpetuo Numini, verisque ejus cultoribus ut puros commendant & verecundos.* Haec qui legit verba, neque perſpicit continuo, cenſuiſſe *Ammianum*, beatos eſſe Chriſtianos ex praeſcripto religionis, quam profitebantur, viventes, ipſamque religionem eorum ſupremo Numini acceptam eſſe, is, ſi parum rectus exiſtimator rerum ab aliis judicetur, quod conqueratur, nihil, ut opinor, habet. Alius eſt locus ejus, quo conſtantiam praedicat Chriſtianorum, vitae potius, quam doctrinae ſuae, renuntiantium, eosque *ad usque glorioſam mortem intemerata fide progreſſos eſſe*, dicit. (*s*) Quibus eos minime laudibus honeſtaſſet, contra furoris & amentiae, ut mos erat ſimulacrorum cultoribus, conſtantiam arguiſſet, niſi eam, quam dixi, de Chriſtianis ſacris ſententiam animo complexus fuiſſet. Idcirco vero a multorum Deorum veneratione non averſus erat, id quod plurimi ejus declarant loci, quamquam ita, ut ex regulis philoſophorum, quorum res hic agitur, non ex plebis opinione, religionem metiretur. Ergo *Nemeſin* ſive *Adraſtiam* eſſe, non diffitetur, ſed eam *jus quoddam ſublime Numinis efficacis* interpretatur, ſive mentem quamdam fatis a Deo praepoſitam. (*t*) *Mercurium* non exſiſtere negat; verum ſignificari eo nomine *mundi animum*

(*p*) *In vita Ammiani p.* XVI.
(*q*) Vid. *Hadr. Valeſii Praef. in Ammian.* & *Bayle Dictionaire Tom.* III. *Not. B. p.* 1906. Adi. *Fabricii Bibl. Latina Lib.* III. *Cap.* 12. *p.* 612.
(*r*) *Hiſtoriar. Lib.* XXVII. *Cap.* 3. *p.* 481.
(*s*) *Hiſtor. Lib.* XXII. *Cap.* 11. *p.* 326.
(*t*) *Lib.* XIV. *Hiſtor. Cap.* 11. *p.* 59.
(*v*) *Lib.* XVI. *Hiſtor. Cap.* 5. *p.* 115.

(*x*) *Lib.*

mum judicat, ſi quidem ego obſcuriorum verborum ſententiam recte capio: *Quem mundi velociorem ſenſum eſſe, motum mentium ſuſcitantem Theologicae prodiderunt doctrinae.* (*v*) *Themidis* numen eſſe credit, verum poëtarum de eo fabulas ſublimiori ratione exponit. (*x*) Praetermitto hujus generis alia, quae facile reperient praeclarum ſcriptorem cum cura perluſtrantes. Itaque perpetuum, aeternumque quoddam Numen eſſe putavit, quod rebus ſingulis, ne qua oriretur confuſio, certos genios praefeciſſet, idque Numen Chriſtianos ſuo modo, reliquos diverſo ritu, utrosque vere, laudabiliterque colere, opinatus eſt. Quibus ducibus in tam portentoſam inciderit religionem, vel ea ſignificant, quae jam monui de opinione hominis de Diis: nec ipſa ejus Hiſtoria id nos ignorare ſinit, quae ſententiis, *Plotini*, *Jamblichi*, *Porphyrii* commentis ad amuſſim reſpondentibus, referta eſt, nonnullosque horum hominum vehementer laudat: Legant velim, ſpeciminis inſtar, harum rerum cupidi, quae de facultate vaticinandi, auſpiciisque gentium ſubtiliter dicam, an ſuperſtitioſe? diſputat, quibus nihil eſt quod propius ad diſciplinam noſtrorum Platonicorum accedat. (*y*)

§. XXXI. De *Chalcidio*, illuſtri in *Platonis Timaeum* Commentatore, aequali propemodum ratione pronuntiandum eſſe arbitror. Nec de hujus religione concinunt inter ſe doctorum virorum ſententiae. Quorum quidem alii hominem perſtitiſſe judicant in majorum de Diis ſuperſtitionibus, alii Chriſtianis aggregandum cenſent. Et horum quidem partes haud ita pridem Vir longe doctiſſimus, *Jo. Albert. Fabricius*, tam copioſe & diligenter ornavit, (*z*) ut paucos ſupereſſe arbitrer, quibus prior poſt curam ejus magis arrideat opinio. Ego vero, rationibus non ſegniter ſubductis, in medio conſiſtendum eſſe, neutrique adhaerendum opinioni, mihi perſuadeo. Uti enim ingenue fateor, pluribus in locis de nonnullis Chriſtianis dogmatibus ſic verba facere *Chalcidium*, ut magni ea videatur facere, neque nego, divinos libros ab eo fuiſſe lectos, quos quippe paſſim teſtatur: ita nusquam expreſſa video veſtigia hominis univerſam Chriſtianorum religionem approbantis & unice veram & divinam ſentientis. Contra ea non pauca video ab eo admitti, quae a Chriſtianorum ſacris vehementer diſcrepant, animumque demonſtrant turpiſſima ethnicorum ſuperſtitione devinctum. Inter alia gentium divinationes probat, *hominesque aut alitum volatu, aut extis, aut oraculis praemoneri, praedicente aliquo propitio daemone, qui ſit eorum omnium, quae deinceps ſequuntur, ſcius*, praecipit. (*a*) Quo quid rebus Chriſtianorum adverſum magis, aut ſacerdotum, qui auguriis, oraculis, & ſacrificiis praeſidebant, commoditatibus ſalutarius ſit, haud equidem neſcio: Oraculis enim qui vim tribuit vaticinandi, is Jovem Ammonem aut Apollinem Pythium, alio licet modo, ac vulgus hominum, admittit: nec qui divinationem laudat extorum, ſacrificia eorumque ritus repudiare prorſus poteſt. *Ariſtotelis* de mundi aeternitate ſententiam non obſcure tuetur, *nobilem* eam & praeclaram vocans: (*b*) quod quomodo a Chriſtiano fieri queat, non reperio. Aliis locis explicatius etiam profitetur, credidiſſe ſe *principalem* quamdam *primamque materiam, cui virtus opificis quantitatem, qualitatem, figuram, formam,*

(*x*) *Lib.* XXI. *Cap.* 1. *p.* 263. 264.
(*y*) *Lib.* XXI. *Cap.* 1. *p.* 263. 264.
(*z*) Vid. *Notae* ejus in *Chalcidium* paſſim. Conf. *Biblioth. Latin. Lib.* III. *Cap.* 7. *p.* 557. *f.*

(*a*) *Comm. in Timaeum Platon. Cap.* 7. §. 183. *p.* 346.
(*b*) *Cap.* 13. §. 281. *p.* 383.

Digitized by Google

mam, quippe quibus perfectionibus ea prorſus deſtituta fuerit, indiderit. (*c*) Hoccine vero eſt, *Moſen*, qui funditus hoc dogma evertit, quemque omnes Chriſtiani divinitus eruditum fuiſſe, ſcimus, redarguere? Sed nec in *Moſe* majus fuiſſe aliquid, quam ſingularem quamdam ſapientiam, putaſſe videtur, quippe quem *Hebraeorum* quidem *ſapientiſſimum* vocat, an vatem vero divinum appellare debeat, haeret: (*d*) *Non humana facundia, ſed divina*, UT FERUNT, *inſpiratione vegetatus.* Apollinis reſponſum Lajo datum, quaeque Thetis filio ad Trojam bellaturo praedixiſſe fertur a Poëtis, vera fuiſſe & divina non affirmare veretur. (*e*) Quae aliaque nonnulla dum conſidero, haec mihi naſcitur ſententia, nec conſenſiſſe eum prorſus cum Chriſtianis, nec ſpreviſſe, quae ab illis docebantur omnia, verum more philoſophorum, quos ſequebatur, in rem ſuam omnia convertiſſe, novumque quoddam religionis genus ex vulgi, philoſophorum, & Chriſtianorum ſcitis temperatum exſtruere voluiſſe. Et apertius, ut opinor, animi ſenſum declaraſſet, niſi
31 cum temporum, quibus vivebat, rationibus, tum eo in primis prohibitus fuiſſet, quod ad Chriſtianum antiſtitem hunc librum mittebat, cujus animum aureſque nolebat acrius offendere. (*f*)

§. XXXII. Jungere his *Symmachum* licet quodammodo & *Themiſtium*, excellentiſſimum aetatis ſuae oratorem & philoſophum. Nam uterque, tametſi plures Deos coluit, &, ne veteres abolerentur religiones, vehementer obſtitit, haud tamen ita id fecit, ut Chriſtianam religionem tollendam & abrogandam cenſeret, ſed de ſumma religionis nihil inter Chriſtianos & Deorum ſervos diſputari, ac de modo tantum & ratione cultus divini unice quaeri, exiſtimavit. *Symmachus*, quum pro ara victoriae ad Imperatores verba facit, aperte profitetur, perinde eſſe, quo quis ritu ſupremum Numen revereatur, veteri Romano, an vero Chriſtiano: Otioſorum quaeſtiones eſſe, quae inter Chriſtianos & Deorum cultores de veritate religionis agitentur: Deum ſummum ſuos cuilibet genti cuſtodes & genios aſſignaſſe, quos certis honoribus par ſit afficere: quod quidem prorſus eſt Platonicum. *Suus*, inquit, (*g*) *cuique mos, ſuus cuique ritus eſt. Varios cuſtodes urbibus cunctis mens divina diſtribuit. Ut animae naſcentibus, ita populis fatales genii dividuntur.* —— *Quid intereſt, qua quisque prudentia verum inquirat? Uno itinere non poteſt perveniri ad tam grande ſecretum. Sed haec* OTIOSORUM DISPUTATIO *eſt.* At non ignorare poterant Chriſtiani antiſtites, quanta cum pernicie generis humani & coeleſtis veritatis detrimento haec conjuncta eſſet opinio: quare *Ambroſius & Prudentius* ſingularibus ſcriptis hominis hujus vecordiam aperuerunt, & de ipſis univerſae veritatis & religionis fundamentis, non de minutis quibusdam quaeſtionibus, certari docuerunt inter Chriſtianos, falſorumque Numinum aſſeclas. *Themiſtius*, magni nominis Platonicus, tam belle olim & pie alicui praecipere viſus eſt, ut nil dubitaret Chriſtianis eum adſcribere, quod ex *Marci Velſeri* epiſtola quadam patet, non ita pridem a V. C. *Jo. Georg. Schelhornio* edita (*b*). Puto *Georgium Remum*, *Auguſtanum*, hunc eſſe hominem, quem *ſex Themiſtii Orationes*, quas *Auguſtales* vocat, eo ipſo anno edidiſſe, conſtat, quo *Velſeri* exarata eſt epiſtola (*i*). Sed graviter & erudite *Velſerus* oſtendit, a vero prorſus averſam

(*c*) *Cap.* 13. §. 314. *p.* 392. &c.
(*d*) *Cap.* 13 §. 312. *p.* 380.
(*e*) *Cap.* 7. §. 151. *p.* 335.

(*f*) Quae hic breviter de *Chalcidii* religione dixi, ea fuſius in *Obſervationibus ad Cudworthum* declaravi & confirmavi.

(*g*) *Epi-*

Digitized by Google

ſam hanc eſſe ſententiam: cujus verba, quum argumenta ſimul contineant, quibus efficere id *Remus*, quod dixi, ſtuduit, deſcribere non gravabor: *Themiſtio quod Chriſtianam religionem tribuis, quam optarem me poſſe ſubſcribere! Sed verum tibi fatebor, ego hujus rei nullum veſtigium in his omnibus orationibus invenio. Unum nimirum Salomonis locum adumbravit: idem alios itidem gentiles feciſſe novimus, & hunc ipſum Chriſtianus aliquis numquam profecto Aſſyriis transcripſiſſet. At Gregorii Nazianzeni amicitiam coluit. Num non etiam Libanius Baſilii? Quid de reliquo in eo Chriſtianum eſt? Certe non philoſophi nomen, quod antiquitus de ullo unquam Chriſtiano abſolute uſurpatum eſſe vix puto. Scimus Juſtinum Chriſtianum philoſophum, ſed cum adjectione martyris. Non ipſe ſcriptionis ſenſus, in qua quam multa vere Anti-Chriſtiana? & poſtrema a Duditbio verſa oratio quam tota fere impia, quae non mica, ne horreo quidem ſalis, in homine Chriſtiano, umquam ſatis excuſari poteſt. Et meo animo multum intereſt intelligere, minime Chriſtianum fuiſſe, qui ſcripſerit.* Adſentior ego *Velſero*: certe a Diis abſtrahi ſeſe totum haud paſſus eſt *Themiſtius*, quod non orationes tantum ejus, verum etiam reliqua ſcripta, plena ſententiarum a religione Chriſtiana remotarum, extra controverſiam collocant. Deceptus fuit haud dubie *Remus* ſententiis quibusdam & praeceptis Chriſtianorum dogmatum formam & ſpeciem referentibus, quorum in Platonicorum libris ubique copiam deprehendas. Sed nec ita Diis ſeſe addixerat philoſophus hic, ut populus, nec ita a ſacris Chriſtianis averſus erat, ut ea veri prorſus neſcia & Diis inimica eſſe duceret. De fundamentis contra putabat religionis nihil eſſe certaminis inter Chriſtianos & Deorum amicos: utrosque enim Deum colere & ei placere poſſe, ſi caſte vivant & honeſte: De modo quidem cultus & de ritibus inter partes diſceptari: ſed rationem colendi Deum uniuscujusque committendam eſſe voluntati & arbitrio: nec Deum varietate ſacrorum & caerimoniarum offendi, verum potius delectari: ſapienter igitur utros- 32
que facturos, ſi mutuo ſeſe ferant ac tolerent & pari animi ſinceritate, more licet vario, ſupremum Numen colant & adeant. Non poterant, quin huc demum devenirent illi, qui ſatis perſpicaces erant, ut quid praecepta conſequeretur philoſophiae Platonicae, intelligerent. Conſtat autem ita *Themiſtium* ſenſiſſe, cum aliis ex librorum ejus locis, tum in primis ex duplici ejus oratione, altera ad *Jovianum*, quae *quintum* in *Orationibus* ejus, a *Jo. Harduino* editis, locum tenet, altera ad *Valentem*, quae publice nondum, niſi Latine exſtat, ab *Andrea Duditbio* verſa, & *duodecimo* poſita eſt inter *Orationes* ejus loco. Utraque, & iisdem fere verbis ac ſententiis, ſuadet Imperatoribus, ut liberum unicuique faciant, de religione ſentiendi, Deumque placandi, quemadmodum velit, & illis quidem, quae enumeravi jam, argumentis & rationibus adhibitis. Deum ipſum, ait inter alia (*k*) nihil exigere, niſi pietatem & cognitionem quamdam ſuimetipſius ab hominibus: & utriusque formam omnium animis natura inſcriptam eſſe: modum vero ſemet colendi Deum voluntati mortalium reliquiſſe: Τῇ γὰρ ἑαυτῶν γνώσει ὁ θεὸς τὰς ἁπάντων ἀγροίας ἐπαίδευσεν ἀγαθῶν καὶ βαρβάρων, καὶ τὸ ἔχειν πρὸς εὐσέβειαν διάθεσιν, ὅταν κοινὸν ἐπάντων, ὡς μήτε πιθοῦ, μήτ' αὖ βίᾳ δύναθ' ἑνδοθεν ἀφανίζεθ'· ἢ τρόπον γ' ἂ θεραπείας ἐξῆψε τ' ἐν ἑκάσῳ βελήσεως. *Informavit Deus omnium mentes, quamvis agreſtium & barbarorum, notione ſui, ſtudiumque pietatis ita omnibus inſculpſit,*

(*g*) *Epiſtolar. Libro* X. *Epiſt.* LXI. *p.* 442.
(*h*) In *Amoenitat. litterariis Parte* III. *p.* 247
(*i*) *Ambergae* 1605. *in* 4. Non eſt ad manus nunc hic liber.
(*k*) *Oratione* XII. *p.* 157. *ed. Harduini.*

pſit, ut neque perſuadendo, neque cogendo, ex animis exui poſſet. Rationem vero & viam, qua coli velit, non praeſcripſit, ſed cujusque judicio & voluntati permiſit. Interjectis aliis ex ipſis de religione contentionibus magnam naſci utilitatem perhibet: aemulatione enim & certaminibus acui hominum induſtriam, & veritatis eruendae ſtudium. *Jamdudum*, inquit, recitabo enim tantum Latina verba, quum Graeca, quae huic orationi ſunt addita, non *Themiſtii*, ſed *Dion. Petavii* ſint, *vix aut ne vix quidem umbram ullam haberemus religionis, ſi omnium mortalium idem ſemper ritus ſacrorum, eadem fuiſſet habendarum caerimoniarum ratio. Nunc varietate opinionum & ad hanc diem altum auctumque eſt ſtudium religionis & a poſteritate ad ſempiternum tempus ſtudioſe retinebitur.* Pergit philoſophus & homines variis religionibus utentes cum curſoribus comparat ad unam metam, diverſis licet itineribus, decurrentibus & pervenientibus: ex qua ſimilitudine ſenſiſſe eum manifeſtum eſt, cultus varietatem nil impedire, quo minus & Chriſtiani & ethnici ſalutem conſequantur. *Qui currunt ſtadium, contendunt illi quidem omnes omnibus nervis ad eundem pervenire judicem, a quo praemio officiantur: non tamen eadem omnes inſiſtunt via: ſed alius hinc, illinc alius curſum intendunt. Ita*, ſic Imperatorem compellat, *in unum eſſe magnum quemdam & verum vitae quaſi certaminis praefectum & moderatorem arbitraris: pergi autem ad eum non una via, ſed alia aſperiore, alia planiore —— omnibus tamen ad unum eumdemque terminum, velut diverſorium, perveniri.* Poſtremo, ut reliqua omittam hujus generis, Deo ipſi non veretur affirmare conſenſionem hominum de religione diſplicere, contra varietatem opinionum de rebus divinis gratam & acceptam eſſe: idque, quod prorſus impium eſt, inde putat apparere, quod clariorem ſui cognitionem Deus mortalibus haud impertiit: *Nam ſi verum dicimus, Deo ipſi grata eſſe non poteſt haec opinionum conſenſio, quam imperiti homines moliuntur: quia eam ipſe diſtinere, neque velle coaleſcere videtur. Nam natura, ut ait Heraclitus, occultari vult: multoque magis naturae Dominus & fabricator Deus. Quocirca quod a cognitione noſtra ſe longiſſime removit, neque ad captum ingeniorum noſtrorum ſe demittit, ſatis argumenti habet, non poſtulare eum ab omnibus unum idemque jus religionis: ſed cuique de ſe ſua non aliena ſponte opinandi facultatem relinquere.* In tam abſurdas, & ſimul pernicioſas, eos oportebat ſententias incidere, qui ex *Ammonii* praeſcripto, non modo philoſophiae, verum etiam religionum concordiam aliquam meditabantur, & Platonicis inſtitutis praeter modum favebant.

§ XXXIII. Sed haec mala tantum externa erant, quae, tametſi noxia eſſent ſanctiſſimae religioni & curſum ejus morarentur, intimam tamen ejus naturam haud corrumpebant, nec ipſam, ut ita dicam, medullam inficiebant. Longe vero capitaliores morbi rem Chriſtianam afflixerunt, poſtquam haec philoſophia ipſos civitatis ſacrae fines tranſiit, & in animis eorum, quibus rudiorum inſtitutio commiſſa erat, domicilium ſibi paravit. Nihil enim tam ſanctum habemus, quod ab
33 eo tempore non violatum ſit, priſtinaeque & naturalis formae partem haud exiguam

(l) Vid. *Socratis Hiſt. Eccleſ. Lib.* VII. *Cap.* 15. *p.* 352. *Dion. Petavii Not. ad Syneſium p.* 1.

(*) [Conſentit *Beauſobre Hiſt. de Manich. p.* 281.]

(m) *Jo. Clericus* etiam *praef. in PP. Apoſt. Tom.* I. optat, ut aliquis peculiari commentatione hoc opus illuſtret. Quod autem doctiſſimus hicce vir tam *loco indic.* quam *Hiſt. Eccleſ. Saec.* II. *ad A.* CIII. *p.* 536. *ſ.* a recentioribus Nazaraeis id eſſe compoſitum, eorumque doctrinam continere, autumat, id ego quomodo probari

guam perdiderit. Ex innumerabilibus, quibus id illuſtrare liceret, pauca quaedam decerpere ſufficiet. Id ergo primum teneri velim, multos eorum, qui ab hac philoſophia ad ſacra ſeſe Chriſtiana contulerunt, novam & ſingularem ſibi religionem ingenio effinxiſſe, quae nec ſpeciem amiſerat prorſus philoſophiae, quam profeſſi erant, priusquam ad Chriſtianos ſeſe conferrent, nec omnia tamen continebat, quae a *Chriſto* diſcipuli ejus, ut creditu neceſſaria, acceperunt. *Syneſium* cogitemus tantum, ſi exemplum requirimus, quem ex *Plotini*, aut *Hypatiae* potius, Platonicae celeberrimae, diſciplina ad Chriſti cultum tranſiiſſe, (*l*) nec infimo inter Aegyptios antiſtites loco exſtitiſſe, novimus. Is, quum pleraque Chriſtianorum dogmata negare non auderet aut infirmare, *Chriſti*que ſe profiteretur aſſeclam, multa tamen Chriſtianae religionis capita ex philoſophia, cui adſuetus erat, interpretabatur, praeſtantiora etiam quaedam, quibus, tamquam nervis, omnis diſciplina noſtra continetur, ut mundi interitum, corporumque mortuorum novam animationem, reſecabat, alia denique, quae prorſus a caſtitate coeleſtis veritatis remota ſunt, cum ea conjungebat: quae omnia ex ſcriptis ejus, praeſertim ex epiſtolis, perſpicua ſunt. Quanto praeſtabilius fuiſſet, id genus hominum a limine eccleſiae penitus arcere, nec, niſi repudiatis delirae philoſophiae commentis, in cenſum admittere, quam temere recipiendo mala ſimul ſcabie ſimplicitatem Chriſtianam polluere? Homo enim tanta praeditus ſanctitatis opinione & auctoritate, quanta *Syneſius*, quin magnam repererit aſſectatorum turbam, nullum prorſus dubium eſt.

§. XXXIV. Majorem etiam hoc & locupletiorem hujus rei teſtem advocare nobis licet, hominem nempe illum, a quo notiſſimus liber, qui *Clementina* inſcribitur, profectus eſt. Praeſtantiſſimum hoc eſt veteris aevi monumentum, ab homine licet conſcriptum fallaci, cujus ope non pauca poſſunt in Hiſtoria Chriſtiana illuſtrari, multarumque ſententiarum & conſuetudinum origines erui. (*) Quare ſaepius miratus ſum, negligentius, ac fas erat, adhuc illud eſſe habitum, (*m*) nec exſtitiſſe quemquam ex viris eruditis, qui data opera de rationibus ejus commentaretur, latentemque in eo utilitatem, publicam & communem omnium faceret. Dum ipſemet hunc tollam laborem, aut alius me doctior & perſpicacior eo defungatur, tantum hic notare viſum eſt, quantum ad ejus rei, quam in manibus nunc habemus, illuſtrationem conducit. Principio igitur librum hunc circa tertii ſaeculi exordium prodiiſſe, aut compoſitum eſſe, propemodum exploratum arbitror. Nam, ut multa nunc omittam alia, quibus hoc oſtendi poteſt, diſputationes contra *Simonem Magum*, ejusque dogmata, quae magnam operis partem conficiunt, id ſaltim ſignificant, eo tempore in litteras illud relatum eſſe, quo nondum ita deleta erat impia & ſcelerata hominis hujus doctrina, ut verendum haud eſſet, ne recte ſentientium aliqui ab ea caperentur. Adulto vero ſaeculo tertio ſectae hujus nomen prorſus fere exſtinctum erat, ita ut, qui poſt ejus medium

bari queat, neſcio. Nulla ſunt hanc in rem veterum teſtimonia: nec usquam diſtinctio inter veteres & recentiores Nazaraeos exſtat. Eſſe quaedam in hoc libro non nimis aliena ab eorum, quos Nazaraeos vocat *Epiphanius*, dogmatibus, haud equidem negaverim. Id vero nego, licere nobis propterea novam *poſteriorum Nazaraeorum* ſectam, quam priſci neſciunt, condere & ab illis volumen hoc exaratum eſſe contendere. Non levi conjectura pendenda ſunt, verum teſtimoniis & argumentis, quae ad ſacram pertinent Hiſtoriam.

dium *Libros contra Celſum* conſcripſit *Origenes*, num vel triginta ſuperſint *Simonianorum*, dubitet. (*n*) Auctor ejus Judaeus fuit, isque Alexandriae genitus & educatus. Quorum quidem hoc, praeter alia quaedam, ipſa teſtatur dictio, Alexandrini ſermonis indolem referens, (*o*) illud autem ex fabularum & opinionum Judaicarum copia, (*p*) quibus cogitata ſua diſtinguit ſcriptor, perſpicuum eſt.
34 Ut vero Judaei inter Aegyptios commorantes, in primis Alexandriae, quae ſedes erat ſapientiae, eruditionis ſtudioſi erant: ita & hic philoſophiam, cujus res hic agitur, tum temporis Alexandriae florentem, animo imbiberat. Idque cum infinita docent alia, quae nimis longum foret enumerare, tum lepida hominis de daemonibus & geniis doctrina oſtendit, quae, ſi cum *Jamblichi*, *Plotini*, vel *Porphyrii* conferatur praeceptis, exiguo ab his diſcrimine aut nullo diſtare deprehenditur. Stellas *Plotinus* animatas cum ſociis credit, & genus quoddam eſſe Deorum, quod preces exaudiat, cenſet. (*q*) Non diſſentit noſter. (*r*) Satius exiſtimabat ſchola Platonica, carnibus abſtinere, quam veſci, praeſertim ſi quis contemplationi operam dare mentemque rerum ſublimium ſpeculatione vellet alere. (*s*) Fictus noſter *Clemens* tradit, daemones hominibus, ut carnes ederent, principes & auctores exſtitiſſe, *Petrum*que inducit narrantem, (*t*) ſe pane tantum & olivis, raro olcribus veſci. (*v*) Philoſophi, quos dixi, malos daemones nidore ſacrificiorum paſci, ideoque ſapientis eſſe, ſacrificia fugere animalium, ne hac occaſione daemones ad ſe pelliciat, praecipiunt. (*x*) Id vero eſt, quod noſter ſaepe numero graviter inculcat, qui ſuos obnixe obteſtatur, ne conviviis interſint propterea poſt rem divinam factam inſtitutis. (*y*) Res omnes, aërem, aquam, ignem, anima ſive ſpiritu quodam, quin mente, ſenſu, & voluntate gaudere, *Plotinus* diſputat, & qui ab ejus partibus ſtant: (*z*) Id ipſum placet *Clementi* noſtro, perperam ita dicto. (*a*) Animas noſtras ab ipſo ortu rerum formis imbutas ac diſciplinarum omnium elementis informatas eſſe, volunt omnes Platonici, quam rem *Proclus*, praeter reliquos, *in Euclidem* perſequitur: Et id homo hic pro minime dubio cupit haberi. (*b*) Sed magna mihi libri pars huc transferenda eſſet, ſi cunctas hominis ſententias copioſius perſequi vellem ex Platonicorum ſcholis & officinis depromtas: quare deſino. Ad Chriſtiana ſacra quum animum adpelleret iſte, quisquis demum fuerit, philoſophus Judaeus, partem quidem rejiciebat dogmatum, quae a philoſophis acceperat, ſed ſervabat ſibi etiam plurima: Quae ſic quidem illigabat & aptabat Chriſtianae religionis praeceptis, ut novum quoddam, idque philoſophicum, religionis genus inde prodiret, quod *Clementina*, *Clementisque Recognitiones* exhibent.

§. XXXV. Opus vero hoc, id quod accurata quemlibet ejus lectio docebit, idcirco ab auctore compoſitum eſt, ut refellerentur illi, quibus tum temporis adver-

(*n*) *Lib.* I. *contra Celſum p.* 44. *ed. Cantabr.*

(*o*) Exemplum ex multis unum dabo. Alexandrini mundi productionem, quam κτίσιν appellant alii, γένεσιν dixerunt. Obſervavit id erudite *Humphr. Hody*, vir magnus, de *textib. Biblior. original. p.* 115. Idem de hac re vocabulum noſter uſurpat, *Clementinor. Homil.* VI. §. 3. *p.* 671. & alias.

(*p*) Quaevis fere pagina ejusmodi quid lectori vel mediocriter attento praebet: e. c. Praecipit ſaepe *Petrus*, ut mature juvenes ad conjugium applicent animum. *Hom.* III. §. 68. *p.* 655. Idem lotionibus crebris & corporis purgatione nihil habet ſalutarius. *Hom.* X. §. 26. *Hom.* XI. §. 1. *p.* 698. §. 28. *p.* 705. & paſſim. Eis, qui *Moſis* morem gerant praeceptis, *Chriſti* doctrinam haud eſſe neceſſariam diſputat. *Hom.* VIII. §. 6. *p.* 682. Daemones ex angelorum cum foeminis congreſſu natos docet. *Hom.* VIII. *p.* 683. *ſ.* Animam *Adami* in *Chriſto* fuiſſe ſomniat. *Hom.* III. §. 19. *p.* 644. quod Judaeorum quorumdam ſomnium eſſe, conſtat.

adverſariis utebatur Chriſtiana religio. (*c*) Hoc laboris genus quum exercuiſſet antea multos ex praeſtantiſſimis Chriſtianorum doctoribus, hic philoſophus ſine dubio perſuaſit ſibi, neminem eorum hoc officio ita eſſe perfunctum, quemadmodum decuiſſet, resque flagitaſſet. Itaque novam ſibi viam ratus eſt ineundam eſſe, quae univerſum hoc negotium exhauriret & ad omnium ſimul ingenium & captum accommodata eſſet. Operae pretium erit, quae hanc in rem ſeverior mihi ſuggeſſit meditatio, paullo latius explicare, praeſertim quum qui huc eam, quam fas erat, attentionem & diligentiam attulerit, neminem exſtare meminerim. Qui ad illud usque tempus pro Chriſtiana religione verba fecerant, ſeriam gravemque orationem & diſputationem, impeditam etiam plerique, ut *Tertullianus*, & parum exornatam adhibuerant. Hanc diſputandi rationem non omnibus probari, noſter animadverterat haud dubie, ideoque libros alioquin praeclaros paſſim negligi, nec ab illis, quorum potiſſimum intererat, evolvi viderat. Ergo ipſe 35
met talem commentandi modum delegit, qui cum dictionis amoenitate ac dulcedine lectores alliceret, tum narrationis varietate & amoenitate animum legentis ſuaviter afficeret. Fabulam, paucis, jucundam, nec inficetam prorſus, optimum fore arbitratus eſt apud homines coeleſtis doctrinae, quam reſpuebant, condimentum. Rectene, an ſecus, rationes ſubduxerit, nunc quidem explorare nolo: id vero ipſi conſilii fuiſſe, nemo negabit, opinor, qui librum ejus, ſtudio adhibito & attentione legit. Qui tum porro exſtabant religionis Chriſtianae aſſertores & vindices, non omnes ejus adorti erant conjunctim & uno volumine hoſtes, ſed viritim, ut ita dicam, pugnaverant. Hic abſurditatis religionem vulgi arguerat & cultum plurium Deorum dejecerat: ille Judaeorum argutias & ſomnia excuſſerat: tertius haereticorum caſtigaverat deliriones & inepcias. Hic mos, quum in ſe laudabilis, ſaltim non contemnendus eſſet, plerorumque tamen haud conveniebat ignaviae, quibus moleſtum videbatur ex multis proficere libris, inventu fortaſſis praeterea, ut tunc erant tempora, difficilioribus. Quod ſecum perpendens noſter, omnes uno volumine conficere decrevit adverſarios, quotquot tum ſacris Chriſtianis infenſi erant. Inde diſputationum in hoc opere varietas manavit; quibus modo ſimulacrorum cultus, Deorumque religio, qualis tum multitudini recepta erat, evertitur, modo Judaeorum captiones funditus, perverſa licet ratione, disjiciuntur, modo philoſophorum ratiocinationibus occurritur, modo denique antiquiorum haereticorum copiae, quorum princeps *Simon* ille *Magus* ferebatur, profligantur. Certus ego ſum, aſſenſuros eſſe mihi omnes, quotquot vel mediocri attentione librum perluſtrarunt: neque ratio reddi poteſt alia tot tamque variorum ſermonum, mutationum, itinerum tam *Petri*, quam aliorum, quos in ſcenam homo philoſophus producit, niſi hoc ob oculos poſitum ſit.

§. XXXVI.

ſtat. Sed quid pluribus hoc loco opus eſt?

(*q*) *Ennead.* II. *Lib.* IX. *p.* 204. 206. *Ennead.* IV. *Lib.* IV. *p.* 436.

(*r*) *Vid. Homil.* III. §. 35. *p.* 648. *Homil.* IX. §. 4. *p.* 687.

(*s*) Vid. *Porphyrius de abſtinentia.*

(*t*) *Homil.* VIII. §. 16. *p.* 684.

(*v*) *Homil.* XII. §. 6. *p.* 709. add. *Homil.* XV. §. 7. *p.* 729.

(*x*) *Porphyrius* περὶ ψυχῆς *L.* II. *p.* 204. *ed. Lugd.*

(*y*) *Homil.* IX. *Cap.* 15. *p.* 690. & alias *Homil.* XI. §. 15. *p.* 702.

(*z*) *Ennead.* VI. *Lib.* VII. *p.* 704.

(*a*) *Homil.* XI. §. 10. *p.* 701. add. *Homil.* IX. §. 12. *p.* 689. & alias *Homil.* XVI. *Cap.* 19. *p.* 736.

(*b*) *Homil.* XVII. §. 17. *p.* 748.

(*c*) Quapropter nuper optime fecit Vir praeſtantiſſimus, *Jo. Alb. Fabricius*, quod Auctori huic quendam dedit inter eos locum, qui pro Chriſtia-

Digitized by Google

§. XXXVI. Multi eorum, qui pro Chriſtiana religione propugnaverant, fuſe quidem & copioſe vulgi religiones, fabulasque poëtarum de Diis & heroibus exploſerant, at longe parcius attigerant philoſophorum; quibus vel multitudinis ſacris mederi, vel ſuis etiam conſulere ſtudebant dogmatibus, commenta. Et hujus ergo vitii correctionem noſter ſibi datam credidit. Quapropter egregie quidem paſſim multitudinem Deorum & ſimulacrorum adoritur, evertitque: (*d*) at multo etiam fuſius &, quod negari debet minime, ſolide interdum & accurate cum philoſophis congreditur. Nec enim eos tantum eleganter & ſcite refellit, qui fabularum poëticarum ſtultitiam & foeditatem allegoriis obtegebant; (*e*) verum etiam in aliorum de fato, de juſto & injuſto, de naturali juſtitia aliisque erroribus configendis, non contemnendam collocat induſtriam. Falluntur profecto, qui nauci hunc hominem fuiſſe credunt, neque, praeter otioſi nugatoris veſtigia, in eo offendi aliquid, adſeverant: habet enim non pauca, quae virum teſtantur praeclare multis de rebus inſtitutum, & ratione ac perſpicuitate multos aetatis ſuae antegreſſum, tametſi nec alia deſint Sabinorum ſomniis, quam ſapientum praeceptis, ſimiliora. (*f*) Sic vita eſt hominum, ut inſaniam ſaepius pars comitetur ſapientiae. Qui haereticos ſigillatim oppugnaverant ex antiquis, ſacrarum in primis litterarum auxilio, id quod vel ex *Irenaeo* conſtat, impetus eorum propulſaverant. At horum hominum bene multi vel plane ſibi aliquid cum ſacris litteris rei eſſe negabant, vel aliquot earum libros rejiciebant, immo integris ſanisque libris alios corruptos a ſe & adulteratos vel ſuppoſitos opponebant. Quae perverſitas parum virtutis relinquebat diſputationibus ex ſacro codice contra eos ſuſceptis. Itaque huic ut etiam impedimento occurreret hic novus rei Chriſtianae defenſor, a philoſophia potius & ratione, quam e ſacro codice, petiit, quibus hanc turbam compeſceret ac obtunderet.

§. XXXVII. Sed qui ſaepius vel ipſemet interfuerat Chriſtianorum cum adverſariis dimicationibus, neque hos ſemper victores ex illis diſceſſiſſe animadverterat, vel etiam in philoſophorum ſcholis didicerat, quibus praecipue argumentis urgerent hi Servatoris diſcipulos, in eam, neſcio quo malo fato, opinionem in-
36 greſſus erat, qui conſueto more Chriſtianam religionem explicarent, ſic ut ea libris continetur ſacris, impares ſemper fore hoſtium incurſionibus & viribus. Idcirco novo prorſus modo ſanctiſſimam religionem ſibi diſponendam eſſe, novumque ejus & philoſophicum veluti habitum effingendum ſtatuit, quo quidquid proferrent vel philoſophi, vel haeretici, ea nihilo ſecius vinceret ac triumpharet. Id propoſitum peſſime ceſſit homini alioquin ingenioſo; nec felicius cedere potuit, quum is, qui, ſacris litteris repudiatis, ingenii obtemperat ludificationibus, in divinis rebus cernere aliquid nequeat. Exemplis aliquot rem declarare neceſſarium erit, ne quis haec dici quidem facile, verum difficulter probari poſſe, ſuſpicetur; uberiorem vero negotii hujus declarationem in aequiorem & opportunam religione pugnarunt, *Delectu argum. pro veritate religionis Chriſtianae Cap. 2. p. 10.*

(*d*) Vid. *Homil.* XI. *p.* 699 *ſ.* ubi praeclare cunctis occurrit, quibus Diis ſuccurrebant aetatis ejus homines, argumentationibus.

(*e*) Vid. in primis *Homil* V. *p.* 662. *ſ.*

(*f*) Huc in primis ſtultiſſima de κατοχαις ſeu conjugationibus doctrina *Hom.* II. *p.* 631. 632. III. §. 16. *p.* 644. &c. pertinet. Exponentur haec, ſi Deus velit, alias.

(*g*) *Porphyrium*, Platonicum nobiliſſimum, quaeſtionem hanc ita propoſuiſſe: *Si Chriſtus ſe ſalutis viam dicit, gratiam & veritatem, in ſeque ſolo ponit animis ſibi credentibus reditum, quid egerunt*

Digitized by Google

portuniorem locum differo. Qui cum Chriſtianis diſputabant philoſophi, hanc ſemper illis quaeſtionem proponere ſolebant: Quare *Chriſtus*, ſi nulla eſſet, niſi quam ipſe monſtraſſet, ad coelum via, non citius in has terras deſcendiſſet? (*g*) In qua quidem diluenda multum Chriſtianos poſuiſſe diligentiae, unus docet inſtar omnium *Arnobius*, qui ad ignorantiam demum hominum, tamquam ad aſylum, ſeſe recipit, neque mirum eſſe ſapienter monet, ſi *homo*, *animal coecum*, *Dei mentem non ſemper videat.* (*h*) Aliorum ex antiquis doctoribus reſponſiones nonnullas *Dionyſ. Petavius* collegit. (*i*) Noſter homo non ferens ignorantiae exprobrationem, ut hinc ſe expediat, & multas ſimul alias praecidat difficultates, doctrinam comminiſcitur, quae num ſano cuiquam in mentem venerit, vehementer dubito. *Chriſtum* ſciſcit & *Adamum* non differre; hunc aeternam legem ab initio ſtatim tradidiſſe hominibus, quam deinceps illi deſeruerint, *ab initioque ſaeculi, formas una cum nominibus mutantem, percurriſſe ſaeculum, donec nactus ſua tempora Dei miſericordia unctus, requiem in aeternum poſſideat.* (*k*) Et ex hac una perſpicitur doctrina, quam exilem de *Chriſto*, ejusque natura ſententiam foverit. Mundus a Deo inferiori, eoque malo perfectus eſſe, plerisque veterum haereticorum videbatur. Huic flagitio quasnam opes objecerint prudentiores veterum, ex *Irenaeo* & aliis addiſcimus. Noſter vero, qui ea, quae in ſacro Codice de *Adami* peccato, aliisque rebus referuntur, ſemper impedimento fore, quo minus plane tolleretur haec opinio, exiſtimabat, neque tamen, quod multi tum temporis faciebant, allegoriis certare volebat, nodum ſibi ſecandum eſſe ratus eſt. Itaque corruptum eſſe ſacrum codicem, variisque laciniis a malo genio adſutis peſſime deformatum, acerbe conqueritur; quaeſitus, quo pacto haec additamenta poſſent a reliquis diſtingui, hanc regulam ſuppeditat: *Omne id mendacium in ſacris litteris eſt, quod cum Dei pugnat perfectionibus.* (*l*) Hac nixus norma, ſive regula, falſa eſſe, quae de peccato Adae ſacer ſcriptor *Moſes* narrat, audaciſſime perhibet. Bellam ſane diſputandi rationem, quam qui adhibuerit, is infinitis ſeſe liberabit moleſtiis! Baptismum Chriſtianorum irridebant philoſophi, quibus omnia, quae de virtute ejus praedicabant illi, commenta videbantur emotae mentis hominum. (*m*) Noſter magnam haud dubie gratiam philoſophiae habuit, quae huic etiam quod reponeret cavillationi, ipſi, ut putabat, praebuit. Hominem, quaeſo, audiamus modo prorſus admirabili ac inopinato philoſophantem: Omnis homo ignis, neſcio cujus, particulam quamdam in ſe natura habet, a malo daemone ortam, a qua ad mala quaevis facinora incenditur & inflammatur. Cum aqua vero ſtatim ab initio ſpiritus Dei eſt conjunctus, id quod ipſe *Moſes* teſtatur. Atque hanc rem ita ſeſe habere, vel hoc probat, quod nihil producitur & creſcit, nihil fructus fert, niſi aquis irrigetur. Ad ardorem ergo naturalem, quo praecipites feruntur ad vitia homines, exſtinguendum & ſenſim diminuendum nihil valet magis, quam aqua, nec crebris in mari ablutionibus quidquam animae eſt fru-

runt tot ſaeculorum homines ante Chriſtum? ex *Auguſtino* diſcimus *Epiſt.* CII. *Tom.* II. *Opp.* ed. Bened.

(*h*) *Lib.* II. *adv. gentes p.* 121. 122. *ed. Heraldi.*

(*i*) *Dogmat. Theol. Tom.* V. *Lib.* II. *Cap.* 17. *p.* 104. Conf. *Fabricii Delectus argum. p. V. R. C. p.* 676.

(*k*) *Homil.* III. §. 18. *f. p.* 644. 645. Obſcuriſſime ibi diſputat homo; alioquin perſpicuus. Judaeorum hoc eſſe quorumdam ſomnium, ſupra monuimus.

(*l*) *Homil.* II. §. 38. *p.* 637. Omnino vero, ubi clarius hoc ejus conſilium proponitur, *Homil.* XVI. §. 6. *p.* 732. *f.* & *Homil.* XVIII. §. 19. *p.* 749. *f.*

(*m*) Vid. modo *Epictetus in Diſſ. Arriani Lib.* II. *Cap.* 9.

Digitized by Google

fructuosius. In baptismo vero supremi Numinis imploratio & nominum patris, filii, spiritusque sancti recitatio, spiritum in unda latentem, ut vim suam efficacius emittat, commovet & adigit, qui propterea cum aqua, qua perfunditur homo, ipsam ejus medullam & animam penetrat, omnemque libidinis ignem funditus & radicitus delet. (*n*) Subtilissimam habemus efficacitatis baptismi demon-
37 strationem, eamque a philosophorum scitis, quorum multos compertum habemus, aquam pro rerum omnium duxisse principio, non nimis alienam.

§. XXXVIII. Hoc si quis modo pergere, statumque Christianae religionis, ut ista erat aetate, semper ob oculos sibi ponere volet, is, nisi multum fallor, causas & rationes omnium, quae hic homo subtiliter saepe, at saepe quoque stolide ac inepte, disputat, perspiciet, eique nihil in animo fuisse aliud sentiet, quam sic doctrinam Christianam temperare, ne, quod cunctis quorumcumque hostium argumentationibus reponeretur, molestius ac longius quaerendum esset. Dicam breviter, quod verissimum censeo. Imperiti Medici temeritatem hic semi-Christianus & semi-Philosophus imitatur, qui, quem lenioribus expellere posset remediis, morbum igne, veneno, ac ense expugnat, corpusque, ne diutius aegrotet, nobilioribus partibus mutilat, vel etiam pestem aut gangraenam inducit corpori, ut febrem enecet. Atque haec hominis vesania quam late patuerit, vel inde patet, quod a *Paulo* ejusque scriptis vehementer abhorret, quem ne commemorandum quidem sibi putavit esse, contra penitus recusandum duxit. Quare *Paulum* tanto tamque exquisito prosequutus sit odio, hanc a viris doctissimis afferri video rationem, quod ex genere *Ebionitarum* fuerit, quos *Pauli* doctrinam vehementer aversatos esse, ex *Epiphanio* & aliis constat. (*o*) Ego vero huic sententiae, postquam omnia bene mecum expendi, adsentiri nequeo. Quamvis enim haud negaverim, faviisse hunc hominem nonnullis Ebionitarum erroribus, quos & ipsos Judaeos fuisse compertum habemus: Ejus tamen vitii, quod Ebionaeos inducebat, ut *Paulum* fugerent, immo execrarentur, prorsus expers fuit. Ebionitae ideo nihil sibi cum *Paulo* commune volebant esse, quia divinus hicce vir ritum circumcidendi, sacrificia & caerimonias reliquas a *Mose* olim Judaeis praescriptas, postquam Christus venisset, abrogatas esse, praeceperat. *Clementinorum* vero scriptor non uno loco significat, sibi nihil, quod ad hanc rem attinet, cum *Paulo* discordiae fuisse, neque negat, victimis & caerimoniis nullum amplius post *Christi* adventum locum esse. Quapropter in hoc potius inimicitiae hujus erga *Paulum* caussam collocaverim, quod *Pauli* scripta sententiae, quam de libera hominum voluntate fovebat, prorsus adversari judicavit. Imbutus erat, id quod supra probavi, sententiis *Ammonii*, *Plotini*, & reliquorum, quibus, tamquam firmamentis & fulcris nitebatur recentior philosophia Platonica Hac vero schola nulla fere acrius contra fatum & necessitatem dimicabat, nulla libertati hominum, quod *Procli* & *Plotini* probant scripta, ampliorem potestatem dabat. (*p*) Et huic prorsus se consentien-

(*n*) *Homil.* XI. *p.* 704. 705. & alias. Collegi enim hanc ratiocinationem ex variis auctoris locis.

(*o*) Vid. *Jo. Bapt. Cotelerius ad Clementina p.* 750. *Tom.* I. *Patr. Apostol.*

(*p*) Vid.

Digitized by Google

tientem paſſim oſtendit noſter. Veteres praeterea haeretici, quos perditos volebat, fati prope omnia legibus ſubjiciebant, quam non prorſus interimi poſſe ſententiam exiſtimavit, ſi, quae *Paulus* de hominum impotentia ad bene agendum, Deique in illis, qui ſancte vel agerent, vel cogitarent aliquid, operatione praecipit, vera eſſent. *Paulum* itaque delirus homo, quem philoſophiae ſuae non concinere ſentiebat, repudiandum exiſtimavit, nec, praeter *Petrum*, quemquam fere ſibi inducendum eſſe ratus eſt. Confirmant hanc opinionem vel haec verba, quibus *Paulum* occulte videtur objurgare: (*b*) *Qui ſuo propoſito bonus eſt, vere eſt bonus: qui vero ab alio coactus fit bonus, vere non eſt, quoniam non propria electione eſt, quod eſt. Cum ergo uniuscujusque libertas perficiat vere bonum & vere malum perpetrat: in unoquoque fieri quod inimicum, vel amicum eſt per rerum operumque occaſiones molitus eſt Deus.* NON, INQUIT, SED QUIDQUID COGITAMUS, IPSE NOS FACIT COGITARE. DESINITE. CUR AMPLIUS BLASPHEMATIS, QUI HOC DICITIS. *Paulum* ignoret neceſſe eſt, qui his reprehenſionem ejus, licet obſcuriorem, contineri, non perſpicit. Ut haec ſtolida & abſona ſit doctrina, cujus adhuc dedimus ſpecimina, non exiguum tamen fautorum adeptus eſt hic liber numerum, & magnam Orientis partem cum applauſu pervagatus eſt. Sed hoc alio loco commodius demonſtrabitur: nunc id animadvertiſſe ſufficit, novae hujus & veſanae religionis conditorem non modo teſtatum 38
facere, quantum detrimenti rebus Chriſtianis illa Alexandrinorum ſapientia attulerit, verum etiam miſerabile exemplum edere, ex quo diſcant alii, quousque progredi queat amentiae homo, qui ſibi & viribus ingenii ſui plus, quam fas eſt, tribuit.

§. XXXIX. Nihil adhuc de cauſſis commemoravi, quibus adductus fuerit, ut ſub venerabili *Clementis* nomine diſputationes iſtas divulgaret, fabulaque lectu quidem non injucunda, verum in ſe abſurda, tamquam veſte, univerſum apparatum exornaret. Hunc locum mihi ſeparatim & poſt reliqua tractandum eſſe opinatus ſum, quoniam is occaſionem mihi ſuppeditabit ad aliud transeundi malum, quod novae hujus philoſophiae ſtudium rei Chriſtianorum publicae peperit. Nemo primum erit, opinor, qui dubitet, quo majorem liber auctoritatem & fidem inter mortales conſequeretur, nec doctrina, quae in eo exponitur, difficiliores, ac optabat auctor, homines reperiret, idcirco mimum hunc, in quo praecipuae *Petri* partes ſunt, eum commentatum eſſe. Quumque nonnulli ambigere forte poſſent, an quos *Petrus* habuiſſe in eo fingitur ſermones, eos re vera recitaſſet, conſentaneum erat, ut a viro maxima tum temporis exiſtimatione florenti, quem *Petri* comitem, diſcipulumque fuiſſe conſtabat, totum opus exaratum eſſe, traderet. Ipſam deinde, quae narratur, fabulam qui attentus conſideraverit, is vero eam nec temere, nec ſine ratione excogitatam eſſe, cognoſcet. Concinnam enim, nec injucundam lectu, exhibet caſtigationem eorum, qui Deum a rerum humanarum procuratione excludebant, & quod bonis viris multa mala evenirent quotidie, propterea providentiam tollebant, cuncta vero, quae fiunt, fataliter ante decreta eſſe

(*p*) Vid. modo Latina verſio libri *Procli de providentia & fato*, in Celeb. *Fabricii Bibl. Graec. Lib.* V. *Cap.* 26. *p.* 465. *Plotinus* paſſim. Poſcebant hanc doctrinam prima ſectae hujus elementa.

(*q*) *Homil.* XI. §. 8. *p.* 700.

 (*r*) Vid.

esse & siderum cursibus obtemperare, constituebant. Quem foediſſimum errorem, quo philoſophi & Aſtrologi contaminaverant plurimos, ut rudiorum ex animis evelleret, *Clementis* inducit parentes, acerbiſſimis excruciatos & jactatos casibus, quos non modo tandem feliciter ſuperant, verum etiam ſalutares & frugiferos ſibi fuiſſe, ad extremum ſentiunt. (*r*) Igitur docere ſimul & delectare ſtuduit, quodque paſſim rationibus & argumentis inculcat, id ſuaviori quoque, faciliorique ratione multitudinis, quae ſubtiliores vix capit ratiocinationes, memoriae committere voluit. Haec quidem aliaque parum difficilia ſunt cognitu. Verum ita nondum omnia, quae illi, qui primas conſiliorum & opinionum cauſſas ſcrutantur, ſcire deſiderant, perſpecta nobis ſunt. Ita enim quum affecti ſint homines, ut nemo facile conetur flagitium quoddam ſuſcipere, niſi ejus excuſationem quamdam cogitatione praeceperit, id indagandum reſtabit, quidnam in hanc eum ſententiam impulerit, ut ſe nihil vitioſi & ſceleſti admittere crederet, ſi quae numquam facta noverat, confingeret, ſanctiſſimoque viro, *Petro*, & aliis ſermones, quos numquam recitaverant, tribueret.

§. XL. Ipſe vero prodidit nobis, quibus gradibus & veſtigiis eo conſcenderit ſive malitiae, ſive ſtultitiae. Namque locis aliquot perſuaſum ſibi fuiſſe, paullo licet obſcurius, indicat, licere veritatis cauſſa mentiri, quodque rationibus & arte nequeas efficere, id dolis & fallaciis experiri. *Petrus* ille, cujus enarrat res geſtas & itinera, *Clementi* refert, in *Simonis Magi* comitatu quosdam eſſe diſcipulorum ſuorum, explorandi gratia, eosque a ſe ſic agere & vivere juſſos eſſe, quo demandato munere rectius defungi poſſent, ac ſi doctrinam *Simonis* probarent & divinam eſſe ducerent. (*s*) Praeclaram vero inſtitutionem! Ex hujus igitur *Petri* ſententia fas erat, fraudibus hoſtem circumvenire &, quo veritas nonnihil commodi caperet, ad tempus peſtilentiſſima mendacia ore & moribus profiteri. Is ipſe *Petrus*, Berytum veniens, maledictis excipitur a *Simone*, qui magiae accuſat eum apud populum, nec niſi perniciem & interitum civitatis moliri. Haec ubi *Petrus* audit, callide quae mentiebatur *Simon*, ſic ſe re vera habere, clamat, atque, ut terrorem incutiat multitudini, paratum ſeſe dicit eſſe ad urbem funditus evertendam, ſi dicto audientes eſſe nolint: Κατεπλακτικῇ τῇ παῤῥησίᾳ, ἔφην, —— πρὸς ἣ τύτοις ἕτοιμός εἰμι, ἐὰν μὴ πίθησθέ μοι περὶ ὧν λέγω ἢ πᾶσαν ὑμῶν ἀνατρέψω πόλιν. (*t*) *Libertate terrorem incutiente Petrus dicit*, —— *Ad haec paratus ſum, niſi mihi habueritis fidem in his quae loquor, univerſam veſtram funditus evertere civitatem.* Ergo fallere civitatem &, non ſecus ac *Simon* fecerat, mentiri, *Petrus* rem eſſe judicat licitam, quo facilioribus utatur auditoribus. Addo tertium, idque manifeſtiſſimum piae, quam vocant, fraudis exemplum. *Simon Magus*, quo rebus ſuis conſulat *Clementisque* parentem de medio tollat, arte Magica ſic hujus vultum immutat, ut *Si-*

39

mon

(*r*) Vid. *Hom.* XIV. §. 3. *p.* 724. &c. Conf. *Homil.* XV. §. 4. *p* 727. ubi non obſcure id prodit, quod dico.

(*s*) *Hom.* II. §. 37. *p.* 637.

(*t*) *Homil.* VII. §. 10. *p.* 680.

(*u*) *Epitome Clementinor.* §. 136. *p.* 794. *ſ.*

(*x*) Operae pretium arbitror hic animadvertere, hominem illum, qui *Recognitiones Clementis* conſcripſit, quibus nihil *Clementinis* fieri poteſt ſimilius, eamdem foviſſe ſententiam. Fingit enim *Gamalielem*, cujus in *Actis Apoſtolorum* mentio fit, *Act.* V. 34. *ſ.* animo Chriſtianum fu-

Digitized by Google

mon eſſe videatur. *Petrus*, qua eſt aſtutia & calliditate, ſubito hanc rem in ſuum convertit commodum. Jubet enim genitorem *Clementis* Antiochiam proficiſci, ibique publice in foro calumnias illas retractare, *Simonis* verbis, quae hic nebulo quondam in *Petrum* effutiverat. Obſequitur hic, *Simonemque* vultu referens, palam, *Ego Simon*, inquit, *fateor me inique mentitum eſſe erga Petrum.* (v) Plebs rem ita ſeſe habere credit, & hac oratione commota, *Petrum* paullo poſt advenientem laetior & avidior recipit. Haeccine clariſſima ſunt documenta, hanc hujus hominis animo ſententiam fuiſſe penitus infixam, nullum eſſe tam nefarium dolorum genus, quod ſi pro veritate adhibeatur, ſanctum haud evadat & licitum? Ita hoc quoque patefecimus, quonam jure ſibi permiſſum crediderit, *Clementis*, *Petri*, aliorumque nominibus abuti, fabulisque mortales, quos emendatos & erroribus liberatos cupiebat, decipere & illudere. (x)

§. XLI. Quod ſi jam quis ex nobis quaerat, quibus ex praeceptoribus tam praepoſteram & impiam hauſerit opinionem? in promtu eſt reſponſio: Ex philoſophis, quorum ſcitis ſtuduerat. Non pigebit hanc rem paullo altius repetere, quo manifeſtum evadat, quid cauſſae fuerit, quod tertio quartoque ſaeculo tanta vis ſuppoſitorum & commentitiorum librorum in Chriſtianam civitatem irrepſerit. Antiquioribus Aegyptiis id ſemper fuerat in more poſitum, ut, quo citius populum ad obſequium flecterent, fraudibus dolisque credulitatem ejus conſtringere, non vererentur: quod qui modo *Plutarchi* libellum *de Iſide & Oſiride* attente legerit, in dubium haud revocabit. Eam propter cauſſam ſacerdotes, quum populum *Hermetis* ingenti veneratione duci noſſent, a quo omnis ferebatur profecta eſſe Aegyptiorum ſapientia, quidquid librorum ad eum in officio continendum exire jubebant, ei *Hermetis*, tamquam auctoris, nomen praeponebant. In hanc nos opinionem vel immenſa illa voluminum multitudo, quae *Hermeti* quondam adſcripta fuit, induxiſſet; ſed *Jamblichus* aperte rem memoriae prodidit: ὦ δὴ, inquit ille, (y) καὶ οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι τὰ αὑτῶν ἐκ σοφίας εὑρήματα ἀνετίθεσαν, Ἑρμῆ πάντα τὰ συγγράμματα ἐπιγράφοντες. *Quare & noſtri majores ſuae ſapientiae inventa illi dedicabant, omnia propria commentaria Mercurii nomine inſcribentes.* Quamvis enim propterea id factum eſſe *Jamblichus* dicat, ut teſtarentur ſacerdotes, omnem ſe a *Mercurio* veri cognitionem accepiſſe traditam, qui vulgo tamen meditantur accuratius, fidem ipſi negabunt habendam eſſe, ac quid hoc inſtitutum ſibi voluerit, haud aegre perſpicient. Non ita ſibi ſolent inimici eſſe homines, ut lucubrationes & labores ſuos, niſi majoris commodi ſpes id exigat, in alium transferant, quem nihil ſibi non ignorant opis & auxilii in commentando tuliſſe. De hominibus loquor, in quibus mens eſt & ratio: nam ex fanaticorum grege unum vel alterum fortaſſis ad id conſilium delapſum eſſe, non diffiteor. Quamobrem, quidquid

fuiſſe, at, ſuadentibus Apoſtolis, ſimulaſſe, ſeſe Judaeum eſſe, ne Senatu Judaeorum ejiceretur & ita ineptus fieret ad cauſſam Chriſtianorum inter Judaeos agendam. Ita ſcilicet *Petrus* ab eo loquens inducitur, *Recognition. Libr.* I. §. 65. p. 508. *Tom.* I. *Patr. Apoſtol.* *Quod cum vidiſſet Gamaliel, princeps populi (qui* LATENTER *frater noſter erat in fide, ſed* CONSILIO NOSTRO *inter eos erat)* —— *adſurgens, ait.*

(y) *De myſteriis Aegyptior. Cap.* I. *p.* 1.

Digitized by Google

quid dicat *Jamblichus*, non alia de cauſſa ſacerdotes Aegyptii libris a ſe conſcriptis *Hermetis* praefixiſſe nomen videntur, quam ut majorem dogmatis & praeceptis ſuis apud rudes exiſtimationem comparaſſent. Idque vel hinc ſatis apparet, quod pro *Hermetis* libris illos, qui nomen ejus gerebant, tametſi a ſemetipſis conſcripti eſſent, omnino haberi voluerunt. Quod ſive ſic intellexerint, ipſum *Hermetem* eos compoſuiſſe, ſive hoc modo, *Hermetis*, quem Deum praedicabant, inſtinctu eos a ſeſe confectos eſſe, quod ad hanc quidem rem attinet, perinde eſt: utrinque fallaciae & pii doli antiſtites Aegyptii rei apparent. Et vetuſtiſſimis temporibus hanc inter Aegyptios conſuetudinem floruiſſe, ut ad *Hermetem* referrent, quae magnae volebant in civitate auctoritatis eſſe, *Mnevis*, antiquiſſimi Regis eorum, exemplum ſatis declarat: quem quidem *Diodorus Siculus* (z) tradit, quum leges ſuas commendare vellet Aegyptiis, *Hermetis* eas nomine inſcripſiſſe: *ἀναπλάσαι ἢ αὐτῷ τὸν Ἑρμῆν δεδωκέναι ταύτας, ὡς μεγάλων ἀγαθῶν αἰτίας ἐσομένας. Leges a Mercurio ſibi traditas ſimulavit, unde ingentia vitae bona promanarent.*

§. XLII. *Pythagoras*, quem Aegyptiorum inſtituta ſtudioſe imitatum eſſe accepimus, hanc etiam a ſe noluit conſuetudinem alienam eſſe, nec, quod omnis ejus vita teſtatur, vetitum exiſtimavit, multitudinem circumvenire & decipere. Cogitemus tantum ea, quae *Diogenes Laërtius* ex *Hieronymo* & *Hermippo* narrat, nec pluribus nobis opus erit teſtimoniis. (a) Scriptum autem hi reliquerunt, *Pythagoram*, quo corruptiſſimae plebis mores ſanaret, diu ſe continuiſſe in antro quodam, matre ejus interea, quae accidebant, litteris conſignante; facie deinceps, conſtituto tempore, deformi & pallente ex ſpecu egreſſum, populo perſuaſiſſe, ab inferis ſe redire, ubi animas maleficorum miſerrimis modis torqueri viderit: his auditis, multitudinem gravioribus vitiis nuntium miſiſſe. Sine circuitu hoc artificium aperuit, probavitque vetuſtiſſimus ex Pythagorae familia philoſophus, *Timaeus Locrus*, quo *Plato* etiam fertur magiſtro uſus fuiſſe: ὡς γὰρ, inquit, poſtquam nonnihil ejus rei commemoraverat, (b) *τὰ σώματα νοσώδεσι τίσι φαρμάκοις ἰώμεθα, εἶτα μὴ εἴκῃ τοῖς ὑγιεινοτάτοις· ὅτω τὰς ψυχὰς ἀπείργομεν ψευδέσι λόγοις, εἶτα μὴ ἄριστ' ἀκούσι. Quemadmodum corpora remediis quibusdam morboſis ſanamus, niſi cedant ſaluberrimis, ita & animos falſis ſermonibus coërcemus, niſi ducantur veris.* Ex eadem ſchola, *Aeſchylus*, dolos bonos non modo Jovi placere ſcriptum reliquit, verum etiam non obſcure praemia pollicitus eſt illis, qui eos adhibere non verentur:

Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἄπειστος θεός·
Ψευδῶν δ' ὅταν καιρὸν ἴδῃ ἔπει τιμᾷ θεός.

Bonos nec ipſe Jupiter ſpernit dolos:
Eſt tempus quando mendacem laudat Deus (c).

Nec

(z) *Biblioth. Hiſt. Lib.* I. *p.* 84.
(a) *Vitis philoſoph. Lib.* VIII. *n.* 21. *p.* 505. & *n.* 41. *p.* 521. 522.
(b) *Libro de anima mundi p.* 566. inter *Thom. Gale Scriptor. mythol. & Ethicos ed. Bat.*
(c) Exſtant hi verſus in *Mimantis*, Pythagoraei, *Diſſertationibus Moralibus Diſſ.* III. in *Thomae Gale Opuſculis veterum Mythologicis p.* 720.
(d) *De vita Pythagorae Lib.* I. *Cap.* 29. & 31.

Idem

Nec fortaſſis aliunde manavit illa, quam *Jamblichus* praedicat, diſcipulorum *Pythagorae* modeſtia, qui commentationes ſuas magiſtri ſemper nomine, non vero ſuo inſignitas evulgaſſe feruntur. (*d*) Hi enim, quod majorem intelligebant praeceptoris inter homines famam fidemque eſſe, quam ſuam, ad dogmatum ſuorum commendationem vix aliquid fore cenſuerunt efficacius, quam ſi ab ipſo crederentur *Pythagora* profecta eſſe. Repetantur hic velim ea, quae jamjam de Aegyptiis ſacerdotibus diſſeruimus, *Hermetis* nomine, quae ſuo Marte conſcripſerant, promulgantibus.

§. XLIII. In ejusdem vitii ſocietatem *Plato* venit, quem itidem magnam diſciplinae ſuae partem ex Aegypto aſportaſſe novimus. Notum eſt, hunc in dialogis *Socratem* inducere loquentem, cumque Sophiſtis aetatis ſuae acriter dimicantem, aliorum etiam magnorum hominum ex antiquis philoſophis ſententias & opiniones, tamquam ex ore ipſorum proferre. Verum & ipſe jam olim *Socrates*, teſte *Diogene Laërtio* (*e*) & quidam praeter eum alii, quod ex *Athenaeo* patet, (*f*) conqueſti ſunt, *Platonem* ita candide ac integre mentem aliorum exhibuiſſe, ut pictores temerarii procerum, quos numquam conſpexerunt, formas in tabulis repraeſentare ſolent. Sua ſcilicet non raro aſtutus homo in dogmatum *Socratis* locum ſubſtituit, quo vel invidiam, cum nonnullis ſententiis conjunctam, longius a ſe removeret, vel praecepta tam illuſtri nomine exornata multis gra- 41
tiora redderet. *Socratem* quis neſcit fingendis hominum moribus unice ſtuduiſſe, reliquam vero philoſophiam, in primis phyſicam, curis ſuis indignam cenſuiſſe? *Plato* igitur, qui de rebus naturalibus & phyſicis cum copioſe diſſerere facit, & neſcio quae commenta, *Pythagorae* dogmatibus cognata tradere, ſuam ipſemet declarat temeritatem, oſtenditque, umbram ſeſe & imaginem *Socratis* adſciviſſe, quo plures nanciſcerentur amicos, quae ſua temere fecerat, vel *Pythagorae*, vel Orientalium philoſophorum dogmata. Taceo de ſermonibus laſcivis & ab omni pudore & virtute remotis, quos in *Sympoſio* & *Phaedro* ejus *Socrates* recitat: quos quidem in neminem minus cadere, quam in hominem, qualis *Socrates* ab omnibus deſcribitur, in primis a *Xenophonte*, (*g*) nemo eſt tam iniquus, quin confiteri debeat. Is certe ſi fuiſſet, ut a *Platone* ibi fingitur, homo hic immortalis memoriae, qui de medio eum ſuſtulerunt magiſtratus Athenienſes, praeclare de republica promeriti fuiſſent. At *Plato*, qui natura non nimis bene conſtitutus videtur fuiſſe, parumque caſtus & pudicus, quo ipſe minori laboraret invidia, *Socratem* ignominiae ſuae participem eſſe voluit. Sophiſtas autem & Rhetores quum odio haberet idem & funditus deletos vellet, haud dubium eſt, quin majorem illis ſtultitiam, ac in ipſis re vera fuit, tribuerit, atque ut in eos omnium concitaret riſum & indignationem, homines juſto abſurdius ſermocinantes introduxerit: neque defuerunt ex hoc genere, qui factam ſibi injuriam, *Platonem*que invidioſe

Idem *Cap.* 27. *p.* 103. narrat, quemadmodum diſcipulus aliquis *Pythagorae* fallacia quadam Crotoniatis perſuaſerit, ut ſumtus moderarentur, quos in ſepulturam erogare ſuorum ſolebant.

(*e*) *De vitis Philoſophor. in Platone Lib.* III. §. 35. *p.* 78.

(*f*) *Deipnoſophiſt. Lib.* XI. *Cap.* 15. *p.* 505. 507. *B.* conf. idem *Lib.* V. *p.* 218.

(*g*) Vid. *Memorabil. Socratis Lib.* I. *Cap.* 3.

(*h*) Ci-

Digitized by Google

dioſe criminatum eſſe, publice affirmarunt. (*b*) Sunt praeter haec multa alia in *Platonis* libris, quae ad hoc, quod diximus, praeceptum referri debere, quisquis attentius in ea intuebitur, non ignorabit. Sed praetermitto haec, unumque tantum ejus affero locum, quo principibus civitatis & iis, qui rem adminiſtrant publicam, fallere & mentiri licere, diſerte praecipit, utilitatis cauſſa. Qui recordabitur, eumdem cenſuiſſe, nullis, niſi philoſophis, rectius civitatis guberna-tionem committi, hisque urbem carere non poſſe, is vel hinc, credidiſſe eum ſentiet, nec philoſopho indigna eſſe mendacia, quae ad hominum utilitatem & veritatis propagationem faciunt. Sed audiamus verba hominis: (*i*) τοῖς ἄρχουσι δὴ τῆς πόλεως εἰ που ἄλλῳ προσήκει ψεύδεσθαι ἢ πολεμίων ἢ πολιτῶν ἕνεκα ἐπ' ὠφελείᾳ τῆς πόλεως. τοῖς δὲ ἄλλοις πᾶσιν ἰδιώταις ἀπτέον τοῦ τοιούτου. *Principibus civitatis prae ceteris fallere & mentiri licet, vel hoſtium cauſſa, vel civium, propter utilitatem civitatis. Reliquos vero a mendacio abſtinere oportet.* Quorum animis haec inſidet doctrina, eis nemo, niſi veri negligens, in vero indagando magiſtris ac auctoribus utetur.

§. XLIV. Quorſum ſpectent ea, quae huc usque diſſeruimus, nemo eſt, opinor, tam hebes, quin jam ſentiat. Philoſophi, quorum res hic agitur, quum ab Aegyptiis, *Platone*, & *Pythagora* eam ſapientiae ſuae partem accepiſſent traditam, quam ipſimet ſublimiorem & praeſtantiorem cenſebant eſſe, hac etiam in re ad magiſtrorum ſe compoſuerunt ingenium, & fallacias dolosque, vitio non modo carere, ſed laudabiles etiam eſſe, ſi veritas, quam credebant, ex eo fructus & emolumenti caperet aliquid, docuerunt. Quapropter quos honeſto non poterant certamine ſuperare, Chriſtianos, eos aſtu, fallaciterque ſtudebant vincere. Inde tot de heroibus Pythagoraeis eorumque actionibus fabulae, quas ipſimet haud dubie mendacia eſſe noverant: inde tot ſcripta, falſo magnorum hominum, *Hermetis*, *Zoroaſtris*, aliorumque nominibus inſignita: (*k*) inde tot de daemonibus eorumque adjurationibus & apparitionibus praecepta, nugaeque, non alia de cauſſa vel excogitatae, vel probatae, quam ut ea labefactarentur, quae de miraculis *Chriſti* ejusque amicorum certa conſtansque fama, quam falſitatis convincere non poterant, ferebat. Atque id propemodum inducit me, ut cum iis ſentiendum eſſe putem, qui *Sanchoniatonem*, quem ſectae Platonicae clariſſimus philoſophus *Porphyrius*, e tenebris in lucem produxit, fictum & commentitium eſſe cenſeam auctorem. Ut enim omittam, majorem, ac plerique credunt, & manifeſtam
42 cognationem eſſe ſuperſtitionis Aegyptiacae, hujusque *Sanchoniatonis*, e re erat maxime philoſophorum, qui cum Chriſtianis certabant, ut, his vetuſtatem librorum ſacrorum ſemper praedicantibus, auctorem haberent, quem cum *Moſe* posſent committere. Verum hunc locum diligentius tractavit jam vir longe doctiſſimus, *Henr. Dodwellus*, (*l*) nosque fortaſſis alio loco tractabimus.

§. XLV.

(*h*) *Cicero Quaeſt. Acad. Praef. Puto fore, ut cum legeris, mirere id nos loquutos inter nos, quod numquam loquuti ſumus. Sed noſti morem dialogorum.*

(*i*) *Lib.* III. *de Republica p.* 31. *Tom.* II. *Opp. ed. Aldi Manutii, Venet.* 1513. *f.* idem fere monet extremo *Libro* II. *p.* m. 28.

(*k*) Ipſe *Jamblichus in vita Pythagorae Cap.* 1. *p.* 2. philoſophiam Pythagoraeam perhibet ψευδῶν τε πάσης ἀπηλλαγμένην, *ſcriptis ſuppoſititiis vel adul-*

Digitized by Google

§. XLV. Qui ex his philoſophis ad Chriſtianam ſeſe adjungebant religionem, tantum abeſt, ut ab hac ſententia, quum Chriſtiani eſſent facti, recederent, ut ipſimet potius tam ore factoque eam probarent, quam opinione latius propagarent. Quamobrem & feracia erant priora ſaecula rerum Chriſtianarum commentitiis libris, & ex diſputationibus Chriſtianorum candor propemodum omnis aufugiebat. Equidem haud negaverim, ipſa naturali corruptione magiſtra, huc plurimos e Chriſtianis delabi potuiſſe, ut mentiri fas eſſe ducerent pro cauſſa religionis: neque putem, antequam hoc ſapientiae Platonicae genus in ſacram tranſiret civitatem, peſſimo mori huic neminem eorum ſtuduiſſe, qui *Chriſto* nomen dederant. Id vero confirmo, ab eo tempore, quo *Chriſti* diſcipuli his ſapientibus aequas praebuerunt aures, multo longius hanc peſtem diffuſam eſſe, ac antea, & laudatiſſimorum etiam virorum mores & doctrinam corrupiſſe, atque adeo eccleſiae vehementer nocuiſſe. Perenne hujus rei monumentum, ut nunc alios ſileam, libri ſunt, qui *Clementis Romani* & *Dionyſii Areopagitae* nominibus fulgent, quos Platonici cujusdam Chriſtiani curis eſſe compoſitos, teſtatum eſt hodie. Quae fraus quanto certior eſt & deterior, quantoque majus eccleſiae detrimentum peperit, tanto luculentius factionis hujus mores ac ingenium declarat, & quantae cauſſa perturbationis ea fuerit, ſignificat. Non eſt jam, cur ſciſcitemur, quare ab hac aetate plerique doctorum contra veritatis hoſtes decertantium ſinceritati parum loci reliquerint. Namque id ab adverſariis didicerant philoſophis, qui perinde tradebant eſſe, dolo an virtute caderet hoſtis, rationemque docebant, conſilio & verſutia machinas, quae argumentis everti non poterant, declinandi. Non eſt, cur *Rufinum* admiremur hac aetate *Origenis*, aliorumque libros turpiter adulterantem & depravantem, ſententias *Sixti*, Pythagoraei philoſophi, *Xyſto*, Romano antiſtiti, falſo tribuentem, aliaque molientem hujus generis veritati & religioni Chriſtianae valde noxia. Homo enim, cujus deliciae & amores *Origenes* erat, quem novae huic ſectae plus aequo faviſſe, nemo neſcit, id facinus ab aequitate non abhorrere, a magiſtro edoctus erat. (*m*) Non eſt denique, cur quid tot produxerit fabellas, narratiunculasque, quarum argumentum vel recte ſentientium virtus, vel haereticorum infamia erat, inquiramus. Elegans nimirum hoc ſcitum totam hanc nugarum multitudinem genuit, nosque in triſtem hanc neceſſitatem conjecit, ut nihil, niſi quod antea circumſpecte cauteque ponderatum ſit, ex eo aevo pro vero recipere audeamus.

§. XLVI. Factis amplius & exemplis hanc rem probare, neceſſe non eſt, quamvis id labore non admodum gravi & moleſto fieri poſſet. At certior tamen & robuſtior erit noſtra demonſtratio, ſi non conjecturis hoc negotium contineri, *Origenis*que diſcipulos, quod magiſter eorum a magiſtro ſuo *Ammonio* acceperat, praeceptum de jure pro veritate mentiendi ratum prorſus & probatum habuiſſe, teſti-

adulterinis, obſcurari. Quod ab illis factum eſt haud dubie, qui *Pythagorae* videri volebant diſcipuli.

(*l*) *Diſcourſe concerning Sanchoniathon*, §. 4. & §. 40. 41. *p.* 8. 94. 95.

(*m*) Vid. *Rufini Praef. in Libros περὶ ἀρχῶν*. *Tom.* II. *Opp. Hieronymi p.* 128. *ed. Francof.* Ceterum *Didymus* fuerat magiſter *Rufini*, quem *Hieronymus Libro* I. *in Rufin. Tom.* II. *Opp. p.* 135. *apertiſſimum propugnatorem Origenis vocat.*

Digitized by Google

teſtimoniis condocefecero. Itaque in medium prodeat *Hieronymus*, qui cum ipſam *Origenis* de hoc argumento orationem ex amiſſo hodie ejus *Stromatum* volumine repetit, tum animadvertit, *Platonis* auctoritatem eumdem in hac re ſine ulla formidine teſtatum eſſe: *Indignantur*, inquit (*n*) *quare Origeniſtas ſcripſerim inter ſe ergiis mendaciorum foenerari: Nominavi librum, in quo hoc ſcriptum legerim, id eſt, ſextum Stromateon Origenis, in quo* PLATONIS SENTENTIAE NOSTRUM DOGMA COMPONENS, *ita loquitur:* Succedunt verba ipſa *Platonis* de mendaciorum licentia, quorum partem ſupra dedimus: in quae *Hieronymus Origenem* ita commentatum eſſe
43 perhibet: *Et vos igitur illius praecepti memores, loquimini veritatem unusquisque cum proximo ſuo: non debemus dicere, quis eſt proximus meus? ſed conſiderare, quomodo philoſophus* (Plato) *caute dixerit: Deo indecens & inutile eſſe mendacium, hominibus interdum utile & quod ne pro diſpenſatione quidem putandus ſit Deus aliquando mentiri. Sin autem commodum audientis exegerit, verbis loquitur ambiguis & per aenigmata quae vult profert, ut & civitatis apud eum dignitas conſervetur. & quod noxium eſſe poterat, ſi nudum proferretur in vulgus, quodam tectum velamine proferatur. Homo autem cui incumbit neceſſitas mentiendi, diligenter attendat, ut ſic utatur interdum mendacio, quomodo condimento atque medicamine, ut ſervet menſuram ejus, ne excedat terminos. — Ex quo perſpicuum eſt, quod* NISI ITA MENTITI FUERIMUS, UT MAGNUM NOBIS EX HOC ALIQUOD QUAERATUR BONUM, *judicandi ſimus, quaſi inimici ejus, qui ait: Ego ſum veritas.* Haec ſcripſerat *Origenes:* cujus ſententiam hoc *Hieronymus* judicio comitatur: *Haec Origenes ſcripſit, negare non poſſumus: ſcripſit in his libris, quos ad perfectos & ad diſcipulos loquebatur, docetque magiſtris mentiendum, diſcipulos autem non debere mentiri. Qui ergo bene mentitur & abſque ulla verecundia, quidquid in buccam venerit, confingit in fratres, magiſtrum ſe optimum probat.* Paullo haec invidioſius & contentioſius, ac fas erat, *Hieronymus* pro more ſuo diſputat: nec, quod ex *Origenis* oratione ducit, conſectarium, omni ex parte inde fluit: ſi qui tamen perſpicaciores ſunt, illi quo haec ducat inſtitutio, nec quantopere corruperit doctores Chriſtianos, prae ceteris Graecos & Orientales, qui *Origenis* ſemper ſtudioſiſſimi fuerunt, ignorare nequeunt. Ipſe *Hieronymus*, qui tam ſevere *Origenem* reprehendit, ita favebat vitio, quod in eo tam acerbe caſtigat, ut alio loco quidquid umquam vel illuſtre inter philoſophos & Rhetores, vel ſanctum inter Chriſtianos exſtitit, hoc, contra hoſtes ſaltim, adhibuiſſe artificium, contendere non vereatur. (*o*) Sed quid adverſarii verbis & ex libro jam amiſſo *Origenem* accuſo? Ipſe potius ex libro, qui adhuc exſtat, & quo meliorem ab eo exaratum eſſe jure negant viri docti, ſententiam dicat. Accipe, quemadmodum *Celſum* oppugnaturus loquatur, poſtquam verba *Pauli Col.* II. 8. attulit, quibus philoſophiam κενὴν ἀπάτην vocat: (*p*) κείκτῖνα μὲν ἔχοντά τι ἀπατηλὸν καὶ κενὴν ἀπάτην ὀνόμασε, τάχα πρὸς ἀντιδιαστολὴν ἀπάτης τινὸς ἀ κενῆς· ἣν ϑεωρήσας ὁ Ἱερεμίας, ἐπέλμηκε πρὸς ϑεὸν εἰπεῖν τὸ· ἠπάτησάς με Κύριε, καὶ ἠπατήθην. *Quum illa quidem* (ſcripta Celſi & philoſophorum) *habeant aliquid, quod decipere poſſit, ideo Paulus ea vanam deceptionem nominavit: fortaſſe ad diſtinguendum eam a fraude quadam non vana, quam conſiderans Hieremias, dice-*

(*n*) *Apologia I. contra Rufin. Tom. II. Opp. p.* 138.

(*o*) *Apologia pro libris adv. Jovinian. Tom. II. Opp. p.* 73. Neque id mirum, quum eodem *Didymo*,

dicere ad Deum auſus eſt: Decepiſti me Domine & deceptus ſum. Fraudem igitur, quod ex hiſce verbis liquet, *Origenes* in κυλὼ & οὐ κυλὸ, *vanam* & *non vanam*, ſeu in *dolum bonum* & *malum* diſtinxit. Et dolo quidem illi *bono* ita favet, ut Deum ipſum non dubitet affirmare eo aliquando uſum eſſe.

§. XLVII. Sed alium jam, eumdemque magnum hujus rei teſtem ſubjungo, qui nihilo obſcurius hanc fallendi & decipiendi libertatem, ſi res ita tulerit, concedit, confirmatque, *Jo. Chryſoſtomum.* Longa ejus eſt in hanc rem diſputatio, extremo *Libro primo de ſacerdotio*, ex qua ſententias aliquot decerpam. Propoſitum ipſi eſt oſtendere, ἐν οὐκ ἐν πολέμῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐχθροῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν εἰρήνῃ, καὶ καὶ τοῖς φιλτάτοις χρῆσθαι τοῦτο καλόν. *Quod pulcrum ſit, non in bello tantum & contra hoſtes, verum etiam in pace & in amiciſſimos fraudulenter & doloſe agere.* In bello & certamine fraudibus eſſe locum, exemplis Imperatorum, aliisque probat rationibus, quas huc transferre nec placet nec expedit: ſatis erit, ſi ea referam, quae diſputat, ut amicos etiam & neceſſarios, eosque, quibus optime cupias & velis, inſidiis opprimere licere, perſuadeat. Id vero primum medicorum, qui corpora curant, exemplo ſuadet, tam generatim, quam ſingulari quodam, quod ſibi narratum eſſe perhibet, deinde & eorum moribus, quibus animae ſalus demandata eſt, in primis *Pauli.* Recitabo ipſa viri diſertiſſimi verba: οὕτω τὰς πολλὰς μυριάδας ἐκείνας ὁ μακάριος ἐκεῖνος Παῦλος προσεποιήσατο, ὁ Γαλάταις ἀπειλῶν, ὅτι Χριστὸς οὐδὲν ὠφελήσει τοὺς περιτεμνομένους· διὰ τοῦτο καὶ νόμον ἐτίθετο, ὁ ζημίαν ἡγούμενος μετὰ εἰς Χριστὸν πίστιν ἐκ τοῦ μὴ ἐκ νόμου δικαιοσύνην. *Sic beatus ille Paulus multas illas Judaeorum myriadas ad ſe allectavit. Per hujus item conſilii rationem idem ille, qui Galatis comminatur, fore ut Chriſtus eos, qui circumciduntur, nihil adjuvet, Timotheum tamen circumcidit. Propterea item legi aliquoties ſe ſubmittit, qui idem cenſet poſt fidem in Chriſtum detrimentum eſſe juſtitiam, quae ex lege eſt.* Qui ſacrum codicem legit, nec ignorat, quid ſit proprie fallere ac decipere, eum ego ſtatim animadverſurum arbitror, male ad rem inſtitutam quadrare, quae a *Paulo* ſumuntur, exempla haec: ego non tam id hic ago, ut *Chryſoſtomum* refellam, quam ut aperiam, quid de fraudibus piis ſenſerit & unde ſententiae firmamentum quaeſiverit. Pergamus igitur in oratione ejus: πολλὴ γὰρ ἡ τῆς ἀπάτης ἰσχύς, μόνον μὴ μετὰ δολεροῦ προαιρέσεως τὰ σπουδάσματα. Μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀπάτην τοῦτο δεῖ καλεῖν, ἀλλ' οἰκονομίαν τινὰ καὶ σοφίαν. *Fraudis quidem magna vis, modo ne frauduleto ea fiat animo: quam ipſam tum ne fraudem quidem nominandam putaverim, verum oeconomiam quandam potius ac ſapientiam artemque.* Ego vero longe ſecus arbitror, neque recte atque ordine feciſſe magnum hominem puto, quod prudentiae partem, quae temporum hominumque rationem ducit & nihil cum dolis & mendaciis commune habet, ab impoſtorum fallaciis & inſidiis parum accurate diſtinxerit. Poſtquam hoc ſcitum paullo latius perſequutus erat, his verbis finem demonſtrationi, quam putabat, facit: καὶ γὰρ ἀπιστῶν ἐκεῖνος ἂν εἴη καλεῖσθαι δίκαιος, ὁ τῷ περίσσεια κεχρημένῳ ἀδίκως, ἢ ὁ μετ' ἰσχύος γνώμης τοῦτο πιών· καὶ πολλάκις ἀπατᾶσθαι δεῖ καὶ τὰ μέγιστα

ζῆν.

dyma, quo *Rufinus*, praeceptore *Hieronymus* uſus ſit.

(p) *Praef. libror. adv. Celſum p.* 3.

(q) *Chry-*

Digitized by Google

ἀλλ' ταύτης ὠφελήσας τὴν τέχνην· ὁ δὲ ἐξ ἑκόντος ψευσάμενος, κακὸν τὸν αὐτοβούλως καὶ ἐπιτηδείως εἰργασμένον. *Proinde veri illuſoris deceptorisque nomine dignus fuerit, quisquis re ipſa iniquo ac nocendi animo abutitur, non qui recto conſilio id praeſtet: alioqui ſaepenumero profuit decepiſſe & hac potiſſimum arte in maximis rebus alteri opem ſubſidiumque tuliſſe. Ceterum qui recto ſemper calle ingreditur, de eo numquam deflectens, ſaepe fit, ut ei etiam, cui non aſtum aliquem ſtruxeris, malorum incommodorumque quam plurimorum auctor ſit.* (q) Habemus viri eximii de fallaciarum in re ſacra utilitate & aequitate doctrinam: quae, quo illuſtrior ſemper exſtitit auctoritas magiſtri, tanto plures ſine omni dubio ſectatores inter Chriſtianos nacta eſt. Itaque nil cauſſae eſt, cur curioſius quaeramus, quare id aetatis tanta ſeges commentitiorum librorum adoleverit, quam ne nunc quidem prorſus expugnavimus; aut quid tot fraudum in religionis negotio exempla pepererit, ſciſcitemur. Licitum enim eſſe Chriſtiani ducebant antiſtites, mentiri, fallere, ac decipere, ſi veritatis ſalus & ratio id poſceret. Sed tertium audire quoque juvat teſtem, *Syneſium* nimirum, quem ab ineunte aetate Platonicis inſtitutis fuiſſe deditum, cum Chriſtiana religione ea ſociaſſe, nec ante mortem amorem eorum depoſuiſſe, notiſſimum eſt: cujus idcirco teſtimonium majorem fere ſuperioribus vim habebit ad id probandum, quod certum eſſe volumus, philoſophiam Platonicam Chriſtianis doctoribus mentiendi pro veritate & dolis rem Chriſtianam amplificandi licentiam ſuaſiſſe. Putat vero hic homo, philoſophi officium eſſe, Platonici nimirum, mentiri ſaepenumero & veritatem multitudini noxiam magis, quam ſalutarem, eſſe: (r) τῆς μὲν ὖν φιλοσόφου ἐπίπλους ἂν τοιοῦτος, συγχωρεῖ τῇ χρείᾳ ψεύδεσθαι· ἀναλογεῖ γὰρ ἐπὶ φῶς πρὸς ἀλήθειαν, καὶ ὄμμα πρὸς ὄψιν· ἢ ὖν ὀφθαλμοὺς εἰς κακὸν ἂν ὑπολαμπόντων ἀπλῆστα φωτὸς, καὶ ἢ τοῖς ὀφθαλμιῶσι τὸ σκότος ὠφελιμώτερον· τοιοῦτο καὶ τὸ ψεῦδος ὄφελος εἶναι τισὶ μᾶλλον δήμοις, καὶ βλαβερὸν ἡ ἀλήθειαν τοῖς οὐκ ἰσχύουσι συνιδεῖν πρὸς ἃ τὸν ὖλον ἐνάργειαν. *Animus certe quidem philoſophia imbutus ac veritatis inſpector mentiendi neceſſitati non nihil remittit: Lux enim veritati, oculus vulgo, proportione quadam reſpondent. Et ut oculus ipſe non ſine damno ſuo immodica luce perfruitur, atque ut ophthalmicis caligo magis expedit: ſic mendacium vulgo prodeſſe arbitror: e contrario nocere veritatem iis, qui in rerum perſpicuitatem intendere mentis aciem nequeunt.* Tales qui videt fuiſſe illos, qui a Platonicis profecti, coetus Chriſtianos moderati ſunt, is tot commentitia miracula, tot fabulas de magnorum hominum rebus geſtis & vitiis, tantum denique agmen librorum ſummis & ſanctiſſimis viris falſo adſcriptorum mirari deſinet. Et multum ego fallor, aut quotquot ab *Origenis* aetate, quem principem doctrinae hujus magiſtrum fuiſſe reor, Chriſtianis gregibus cum aliqua fama & eruditionis gloria praefuerunt, noc coeno nonnihil inquinati fuerunt, donec *Priſcillianiſtae* ſaeculo quinto dogmate hoc ad occultandos errores ſuos vehementer abuterentur & recte ſentientium multi eos imitari non vererentur. Nam tum *Auguſtinus* excitatus fuit, ut omnia mendacia ſevere condemnaret & rejiceret, cujus doctrina multis

(q) *Chryſoſtomus Libro* I. *de ſacerdotio Cap.* 5. *tom. p.* 11. 12. 13. *Tom.* IV. *Opp. ed. Mogunt.*
(r) *Epiſtol.* CV. *p.* 249. *Opp.*
(s) Vid. *Auguſtinus Libro contra mendacium Cap.* 2. *p.* 328 *Tom.* VI. *Opp.*
(t) Speciminis loco lege *Gerh. Joh. Voſſium in Theſib. Hiſtorico-Theologicis Diſp.* X. §. 6. *p.* 152. ubi oſtendit, quomodo cultus ſanctorum ex

Digitized by Google

multis poſt eum doctoribus magis placuit, quam Platonicorum libertas mentiendi. (*s*)

§. XLVIII. Quae hucusque recenſui damna & detrimenta ex philoſophiae recentioris Platonicae in eccleſiam tranſitu contracta, magna eſſe atque gravia, neminem opinor, eſſe negaturum. Nam quid ſit deterius & perniciolius neſcio, quam efficere, ut multi in erroribus & ſuperſtitionibus turpiſſimis maneant, alii ad abjectas jam ſordes revertantur, veritas ipſamet hominum commentis infametur & deformetur, improborum denique hominum fallaciis & inſidiis iter aperiatur latiſſimum. Bene tamen cum re Chriſtiana fuiſſet actum, ſi hos intra limites conſtitiſſet malum: quod, peſtilentiſſimi veneni inſtar, non externum corpus eccleſiae tantum afflixit, verum ſenſim intima viſcera penetravit, intraque ipſam Chriſtianae doctrinae medullam ſeſe abdidit. Pauci doctiorum ita ſunt expertes rerum Chriſtianarum, ut quanta vis errorum & ſententiarum perverſiſſimarum ex impuro hocce fonte manaverit, ignorent. Pleni enim ſunt eorum, qui controverſias tractarunt, libri querimoniis de injuſto, quod *Platonis* ſibi philoſophia per antiſtites veteres in doctrinam Chriſtianam olim arrogavit, imperio: cui id acceptum ferunt potiſſimum, quod nec de libertate hominum, nec de ſtatu mentium poſt fata, nec de ipſius animae humanae natura & indole, nec de Trinitate, cognatisque dogmatibus, multisque aliis rebus ita ſenſerunt primi ordinis doctores, quemadmodum decebat homines ſacris inſtitutos litteris & voce Servatoris eruditos. (*t*) Similiter qua vi in doctrinam morum, quam *Chriſtus* nobis tradidit, eadem diſciplina fecerit impetum, quantamque in ea ſtragem ediderit, inter plures conſtat. Longe minor profecto fuiſſet omni aetate hominum fanaticorum numerus, niſi exſtitiſſent hujus ſapientiae alumni, qui abſurda de Theurgia, mentisque, quam vocabant, in Deum adſcenſione, ſupremique Numinis contemplatione, inventa, cum ſanctiſſimis de vitae caſtitate ac integritate praeceptis conjungere ſtuduiſſent. Quam quidem rem breviter quidem, verum erudite, *Jac. Thomaſius*, ut alios taceam, explicuit. Sed haec, tamquam notiora, omitto: quemadmodum & hoc intactum relinquo, quod praepoſtera *Origenis* conſuetudo allegoriis ſacras litteras pervertendi, ab hac magnam partem ſapientia profecta eſt. Quemadmodum enim Platonica haec ſecta, id, quod ſupra jam docuimus, quo turpitudinem fabularum de Diis occultaret, ſublimiores & ſanctiores in illis ſenſus eſſe, perhibebat: ita etiam quo philoſophorum coërceret petulantiam, qui non pauca carpebant in ſacro codice, eamdem ſibi viam ineundam eſſe ratus eſt *Origenes*. Video celeberrimos viros ab hac propius abeſſe ſententia: quam, ſi Deus voluerit, ſic alias diſertis confirmabo teſtimoniis, ut quod dubitetur, nihil fiat reliqui.

§. XLIX.

ex Platonicorum ſcholis per *Origenem* ad Chriſtianos venerit. Commode hic recordor *Salluſtii*, philoſophi Platonici, qui defunctorum animos non ſecus, ac e Pontificis aliquis ſectatoribus deprecatur, ut ſibi de fabulis ſcribenti adſint *Libro de Diis & mundo Cap. 4. p. 251.* Τοιαῦτα περὶ μύθων λέγειν ἐμοῦ αὐτοί τε οἱ θεοὶ ξ' ἡ γραφοῦσαν τὰς μύθους αἱ ψυχαὶ ἵλεῳ γένοιντο. *Haec nobis de fabu-*

Digitized by Google

§. XLIX. Ante vero quam desinam, id unum adjicere non inutile erit, quod, si Deus voluerit, alio tempore, copiosius probabo, in ritus, caerimonias, & instituta sacra recentis hujus philosophiae scita mutationem minime levem induxisse. Nam & ritus aucti sunt ex eis mirifice & multiplicati, & usu receptorum pars novum veluti adepta est habitum, qualem nempe postulabat indoles dogmatum, quibus animum praepostere corruperant doctores Christiani. Si quis ea, quae ab hac aetate in precibus, sacramentorum administratione, vitae cultu quotidiano, 46 multisque rebus aliis observarunt Christiani, cum opinionibus eorum de geniis & mentibus contenderit, is in hanc sententiam lubens, ut opinor, concedet. Mihi unum hic sufficiet exemplum attulisse, quod ad alia ducis instar erit prudentioribus. Tertio saeculo plus, quam ante, Christianos jejunitati & fami religionis causa susceptae tribuisse, multos etiam a carnibus & vino prorsus abhorruisse, alios abstinentiam a carnibus, ut rem praeclaram, certisque diebus in primis pulcram & necessariam, commendasse, nulli nesciunt, nisi qui leviter Historia sacra tincti sunt. Multi vero an sciant, nescio, Platonicis hoc jejuniorum inter Christianos studium in primis adscribendum esse. Carnium usu suis *Pythagoras* interdixerat: quem imitatus *Porphyrius* peculiari libro hoc institutum, tamquam sanctum & laudatissimum, praedicavit. Ideo qui turpe credebant sanctimonia philosophis cedere Christiani, recte se facturos putarunt, si eodem sese ritu obstringerent. Cibis autem omnibus & conjugio quoque quare saepius abstinerent, haec erat ratio, quod de geniis & daemonibus, quae praecipiebant fanatici hi philosophi, bene satis se habere ducerent. Breviter, quantum fieri potest, rem magni momenti exponam. Corpore subtiliori instructos daemones dicebant philosophi & voluptatum valde appetentes esse: idcirco interesse eos libenter sacrificiis, quo pinguescerent ex nidore victimarum. Longius id dogma *Porphyrius* libro, quem jam laudavi, explicat. (*v*) Istam porro nidoris perceptionem libidini eorum explendae negabant sufficere, quoniam corpore tenuiori vestiti non sic, uti cuperent, exsatiari possent: ea de caussa desiderare eos in hominum ingredi corpora, quo eorum, tamquam instrumentorum, ope & delicatioribus cibis & impuro cum foeminis commercio fruerentur. Legantur tantum hanc in rem quae ex ejusdem *Porphyrii de philosophia ex oraculis* Libro *Eusebius* servavit nobis, (*x*) ne quid nunc de aliis commemorem. Quaenam ex delira hac philosophia fluxerint consectaria, perspicuum est: haec nimirum: Eum, qui daemones abigere velit, tenui & duro victu corpus alere debere: Saepius fame corpus esse subigendum, quo, si forte a malis geniis jam occupatum sit, illi molestia compulsi emigrent: (*y*) meliores esse illos, qui conjugium fugerent, ac sanctiores, eo quod a daemonum insidiis tutiores sint: (*z*) uxores qui duxissent, eos sibi optime consulere, si consue-

lis pertractantibus Dii ipsi & fabularum scriptorum animi propitii sint.

(*v*) Περὶ ἀποχῆς *Lib.* II. *p.* 204. *f.* & alias. Conf. *Theodoretus Serm.* X. *Therapeut. p.* 552. *Tom.* II. *Opp.*

(*x*) *Praeparat. Euangel.* passim in primis extremo *Libro* IV. Conf. *Marsilius Ficinus In trod. in Platini opera p.* 221.

(*y*) Vid. *Porphyrius* περὶ ἀποχῆς *Lib.* IV. *p.* 417.

(*z*) Idem *loco indic. Lib.* IV. *p.* 418. *f.*

(*a*) Hinc erat, cur celeberrimae hujus sectae philosopha, *Hypatia*, maritum quidem haberet *Isidorum*, at corpus tamen castum & inviolatum servaret. Auctor rei *Suidas* est, vel *Damascius*, quem

Digitized by Google

suetudinem cum illis vel prorsus tollant, vel ad longum saepe tempus interrumpant. (*a*)

§. L. Placita haec, numero licet pauca, qui ob oculos habebit collocata, in priscorum monumentorum lectione, is institutorum inter Christianos longe plurimorum origines & causas levi mentis contentione conjiciet. Et his etiam gradibus eo demum ventum est, ut coelibatus imperaretur sacrorum ministris, quos prae omnibus reliquis ab omni daemonum contagione liberos conveniebat esse. (*b*) Hinc multorum consuetudo fluxit, qui sic cum uxoribus vivebant, ut sororum eas loco haberent, & hoc etiam nomine compellarent. (*c*) Inde erat, quod multi post susceptam ex conjugibus prolem omne cum illis evitarent commercium: (*d*) quod Pythagoraeis in more positum esse, *Clemens Alexand.* auctor est. (*e*) Nec aliunde mulieres quae *subintroductae* & ἀγαπηταὶ vocabantur, derivatae sunt: de quibus ex instituto *Dodwellus* & *Muratorius* egerunt. Taceo ritus baptismi quosdam, mitto interdictam cum Catechumenis precum communionem, praetereo multa alia, quae certissimus ego sum, maximam partem natales suos huic de geniis opinioni, quam temere sibi auctoribus philosophis persuaserant Christiani, natales suos debere. Sed quoniam de abstinentia a cibis hic agitur potissimum, illustrem *Clementinorum* locum adscribam, quo diserte illa, quam commemoravi, ejus ratio 47
redditur: (*f*) *Quod autem daemones gestiunt in corpora hominum intrare, haec caussa est. Cum sint spiritus & appetant cibos ac potus ac libidinem, nec possint capere, quia spiritus sint, indigentia organorum ad usum necessariorum, in hominum ingrediuntur corpora, ut tanquam ministrantia membra nacti, quae cupiunt possint obtinere, sive cibos per dentes hominis, sive libidinem per genitalia illius. Unde ad fugandos daemones abstinentia & jejunium, & afflictatio aptissimum est auxilium. Si enim ad fruendum ingrediuntur in corpus hominum, patet illos fugari afflictione.* Et haec quidem speciminis loco sufficiant.

§. LI. Nostrum, qui haec cognita habemus, officium est, ut Deo gratias ex animo agamus, qui, dissipatis superstitionum hujus notae nebulis, coelestem doctrinam pristinae castitati restituit, eoque tempore nos esse natos voluit, quo sua constat purae religioni dignitas. Improbi sumus & iniqui, si propter haec vitia veteres Christianos convitiis & cavillationibus prosequimur, quos multa alia posteritati commendatissimos reddunt ornamenta. Discamus potius exemplo eorum, quam fragilis & imbecilla sit hominum natura, quamque quidquid est mortalium ad errores & perversitatem propendeat: nobis autem ne eadem aliquando crimini dari queant, quanta possumus vigilantia & precibus caveamus. Quumque

quem excerpsit *Suidas*, voce Ὑπάτιος, *Tom.* III. *p.* 533.

(*b*) Vid. insignis *Athenagorae* locus *Apologia pro Christ. Cap.* 28. *p.* 129. *ed. Dechairii*, ubi sic inter alia: Τὸ ἐν παρθενίᾳ καὶ ἐν εὐνουχίᾳ μεῖναι, μᾶλλον συζευχθῆναι τῷ Θεῷ, *In virginitate & Eunuchismo manere, magis Deo conjungit.* Sic & *Porphyrius.*

(*c*) Vid. Auctores, quos laudavit *Fabricius Bibliogr. Antiquar. p.* 584.

(*d*) Vid. *Conr. Rittershusius ad Salvianum p.* 375. alii.

(*e*) *Stromat. Lib.* III. *p.* 521. *f.*

(*f*) *Clementiner. Homil.* IX. §. 10. *p.* 688.

Digitized by Google

que omnes neſcio quonam naturae vitio huc ſimus proclives, ut divinam humanamque ſapientiam inter ſe commiſceamus, ſanctiſſimaeque religionis ſimplicitatem cogitatis, argutiisque hominum commaculemus, hunc ex hac diſputatione fructum in primis referre nos oportet, ne limites tranſiliamus, hominum meditatis praeſcriptos, ſed ab omni humana contagione inviolatam ſervemus, quam Servator nobis tradidit, religionem. Sic ea validius aget in animos noſtros, virtute inſita, ac ad quaevis ollicia pietatemque maſculam dux & auctor nobis erit: Sic nullis praeſtigiis impediti recta in coelum via tendemus, mortemque tamquam laborum perfugium, coeleſtisque gloriae initium ſpectabimus.

RADUL-

Digitized by Google

RADULPHI CUDWORTHI

DE

VERA NOTIONE COENAE DOMINI

LIBER SINGULARIS.

EX ANGLICO LATINE VERTIT, OBSERVATIONES VARIAS ET PRAEFATIONEM ADDIDIT

JO. LAUR. MOSHEMIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORIBUS

S. P. D.

JO. LAUR. MOSHEMIUS.

Brevis licet & minutae molis liber, quem *de vera notione & indole S. Coenae* consignavit Vir eruditissimus, *Radulphus Cudworthus*, mirifice, simulatque in lucem exiit, gravissimis & litteratissimis viris propter insignem, qua refertus est, eruditionem sese probavit. Ex his *Jo. Seldenum*, *Samuelem Bochartum* & *Job. Spencerum*, magna inter eruditos nomina, indicare satis erit: utpote qui publicis laudibus libellum hunc condecorarunt, neque profecisse semet ex eo inficiati sunt. Bonam hanc existimationem, dies tantum abest, ut diminuerit, ut auxisse potius videatur. Nam & saepius apud Anglos edita est haec commentatio, & multi extra Britanniam laudatissimi viri, eam commendarunt, nonnulli quoque, notiori lingua & eruditis communi exstare, optarunt. Igitur aliquam apud viros doctos & litterarum amantes gratiam putavi me initurum esse, si majori celeberrimi auctoris operi hoc ejus exile opusculum Latine versum, meisque observationibus qualibuscumque illustratum adjicerem. Nec de versione, nec de meis adnotationibus quae differam habeo: illam, ut aliis careat ornamentis, perspicuam & fidelem esse arbitror: has dijudicationi bonorum & sapientum virorum libens subjicio. Quare ipsam potius sententiam, quam hoc libro magna doctrinae copia *Cudworthus* tuetur, neque pauci suam fecerunt Theologi, in disceptationem hac *praefatione* vocabo, cujusque eam numeri ac loci esse putem, modeste docebo.

Censet vir doctissimus, sacram, quam Dominus & Servator noster, *Jesus Christus*, instituit, coenam similem esse conviviis illis, quae post rem divinam factam tam a Judaeis, quam reliquis gentibus, inter quas usitatum fuit Deos victimis placare, instituta olim fuerunt, neque veram ejus indolem & notionem intelligi posse, nisi quis epulum ejusmodi ex residuis sacrificiorum partibus apparatum ante oculos sibi posuerit. Hac ille notione S. Coenae stabilita & idoneis rationibus munita, Romani Pontificis assectatorum per se concidere dogma judi-

Digitized by Google

cat, quo in divino hoc convivio ſacrificium offerri ſupremo Numini ſciſcunt. Nam quicumque ritus convivium refert poſt ſacrificium immolatum celebratum, eum quis ſacrificium ſimul eſſe dixerit?

Non facile dixerim, utrum ipſe meditando ad hanc delatus ſit ſententiam vir egregius, an vero eam ab aliis acceptam exornaverit & diligentius defenderit: nihil enim ipſemet, ex quo hoc intelligi queat, ſignificat. Hoc autem dubio vacat, ante ipſum idem jam aliis in mentem veniſſe, tametſi nemo unus dedita opera in hoc argumento enucleando, illuſtrando, & tutando elaboraverit. Ex antiquioribus Chriſtianorum coetuum doctoribus nemo mihi ſeſe obtulit, quem ſine erroris formidine opinionis hujus patronum dicere liceat: nec *Georgium Hickeſium*, civem *Cudworthi*, qui oppugnandam ſibi eam non ita pridem ſumſit, ex toto erraſſe arbitror, quum ſcriberet, novum hoc eſſe inventum & a ſenſu veteris eccleſiae Chriſtianae alienum. (*a*) *Tertulliani* quidem locum aliquem (*b*) teſtatur *Cudworthus*, quo is S. Coenam *participationem ſacrificii* appellat, ut non omni plane auctore ex primis doctoribus ſeſe deſtitui oſtendat: ſed id aliud veluti agendo facit tantum, ita ut parum ipſe huic teſtimonio tribuiſſe videatur: nosque praeterea ad iſtum locum oſtendimus (*c*) aliam eſſe in hoc dicto *Tertulliani*, quam viſum illi fuit, ſententiam.

Eſt tamen in Graecorum ritibus, quos in celebratione S. Coenae religioſiſſime obſervant, aliquis, qui nos eo videtur ducere, ut ab hac ſententia non alienos plane credamus eos fuiſſe, a quibus hi ritus inſtituti ſunt. Solet ſacerdos ille, qui S. Coenam adminiſtrat, ex ſacris panibus, in ara minori, ex Graecorum inſtituto, propoſitis, unum aut binos in minutas ſecare particulas, quas illi μερίδας vocant. Harum particularum primam *Jeſu Chriſto*, alteram beatae virgini *Mariae*, tertiam *S. Johanni* Baptiſtae conſecrat: ſequentes Prophetis, Apoſtolis, Regibus, mortuis atque viventibus, qui nominatim indicantur, ſolemni more dicat. Toto pane hac ratione diviſo, omnes hae partes, ſingulari ratione diſpoſitae, in altare majus deportantur, in quo precibus iterum conſecrantur. Pluribus hunc ritum expoſitum vide in *Euchologio Graecorum*, quod *Jacobus Goar* eruditis obſervationibus illuſtratum edidit. (*d*) Exſtat etiam ſingulare opuſculum *Gabrielis*, Metropolitae Philadelphienſis, περὶ τῶν μερίδων ſeu *de particulis*, quod una cum reliquis ejus ſcriptis *Rich. Simonius* divulgavit. (*e*) Quonam tempore mos hic inter Graecos receptus ſit & quibus auctoribus placuerit, difficile dictu eſt. *Richardus Simonius* haud magnam ei tribuit vetuſtatem, nec modo *Baſilii* & *Chryſoſtomi* temporibus recentiorem facit, ſed ne ante octavum quidem rei Chriſtianae ſaeculum vigere potuiſſe contendit. (*f*) Huic *Joh. Covellus* adſentitur, qui ex Anglis non ita pridem *notitiam eccleſiae Graecae* (*g*) emiſit. Nec ego viro eruditiſſimo repugnem, ſi de ritu, ut hodie inter Graecos obtinet, ſententiam hanc intelligi velit. Ipſum vero morem, panem, qui in S. Coena adhibetur, in partes minores ſecandi, easque ἁγίας μερίδας appellandi, multo eſſe antiquiorem, veterum ſcriptorum teſtimoniis minime dubiis facile confici poteſt. Verum haec alium

(*a*) Libro Anglico: *The Chriſtian Prieſthood aſſerted* ſeu *Vindiciae ſacerdotii Chriſtiani* Cap. 2. §. 10. p. 165. *ſ.*

(*b*) Ex libro extremo *de oratione.*

(*c*) Ad *Cap.* 5. §. 1. hujus libelli.

(*d*) *Euchologium Graecorum in ordine S. Miſſae p.* 61. Adde *Jac. Goari notas p.* 117. *ſ.* Ex noſtris conſule *Jo. Michaëlem Heineccium* in *Delineatione Eccleſiae Graecae Part.* III. *Cap.* 5. §. 18. *p.* 323. *ſ.*

(*e*) In

Digitized by Google

alium locum poſtulant: nos ad rem inſtitutam redeamus. Nihil ſacro hoc Graecorum inſtituto ſimilius fieri poteſt epulis illis, quas antiqui populi ex victimis Diis conſecratis comparare ſolebant. Quemadmodum partes quaedam victimarum Diis cedebant olim, quaedam ſacerdotibus, quaedam illis, qui rem ſacram faciebant & amicis, quos invitaverant: ita etiam in Graecorum S. Coena ipſi Servatori *Jeſu Chriſto* pars quaedam dicatur panis ſacri, quem *ſacrificium* nominare ſolent, aliae partes familiaribus, qui creduntur eſſe Dei, tam mortuis quam viventibus, ſeponuntur, aliae denique illis, qui ſacro huic ritui interſunt, & commemorationem ſui precibus & argento a ſacerdote poſcunt. Summam quis hic aegre cognationem & ſimilitudinem videt? Accedit ipſum vocabulum μερίδες, quo particulas haſce panis Deo & hominibus conſecratas Graeci deſignant. Etenim idem illud nomen non modo profani Graecorum ſcriptores, ſed etiam LXX. interpretes adhibent, quum de partibus illis victimarum, quas ſacrificantes accipiebant, & inter amicos ſuos diſtribuebant, loquuntur. Quod ne temere dictum videatur, duplicem ex innumeris, qui laudari poſſunt, locum tantum adſcribam, alterum *Plutarchi*, alterum LXX. Seniorum. Illi 1. *Sam.* I. 4. ſacrificium, quod *Samuelis* parens, *Elkana*, fecit, his verbis commemorant: καὶ ἐθύθη ἡμέρᾳ, καὶ ἔδωκεν Ἑλκανα, καὶ ἔδωκε τῇ Φεννάνᾳ γυναικὶ αὐτοῦ καὶ πᾶσι υἱοῖς αὐτῆς ΜΕΡΙΔΑΣ· καὶ τῇ Ἄννᾳ ἔδωκε ΜΕΡΙΔΑ μίαν κ. τ. λ. Ille de *Ageſilao* haec ſcripta reliquit: (*b*) καὶ προελθὼν αὐτὸς ἐπιφανεμένῳ ἔθυσε Καλλίαν, καὶ διέπεμψε ΜΕΡΙΔΑΣ τοῖς φίλοις ὑπὲρ τῆ θυσίας. *Ipſe procedens coronatus laeti nuntii cauſſa ſacrificavit, portionesque ſacrificii miſit amicis.* Itaque nil paene dubito, eum, qui ſacros Graecorum ritus invenit, quibus in S. Coenae conſecratione utuntur, hanc ſpectaſſe, pro qua *Cudworthus* pugnat, notionem, idque curaſſe, ut S. Coena certa ratione convivium ex oblatis referret.

Non ſum inſcius, ſacras has Graecorum *partes* ſeu μερίδας, ſi quid hodie geratur inter eos attendamus, non omni ex parte cum victimarum partibus conferri & contendi poſſe. Partes victimarum conſumebantur ab illis, quos inter poſt rem ſacram factam diſtribuebantur & ad convivium inſtruendum adhibebantur: At Graeci maximopere cavere jubent ſacerdotem ſuum, ne particulas ſacras iis det, qui ad S. Coenam accedunt. Cujus praecepti ſi quis cauſſam requirat, reſpondent, eas in carnem & ſanguinem Chriſti non converti, tametſi cum corpore & ſanguine Domini conjungantur, & ſanctitatem inde accipiant: quod quale ſit, explicent alii, aut ipſi Graeci dicant: περιχύλο ὁ ἱερέας, inquit *Gabrielis*, (*i*) ἵνα μὴ ἀντὶ τ σώματος τ κυρίου τ μερίδα τοῖς κοινωνήσουσι μεταδώσῃ· καθάπερ αἱ τ ἁγίων ψυχαὶ περὶ τὸ φῶς εἰσὶ τ θείας, ἀ γίνονται ἢ ἐκεῖναι φύσει θεὸς ἀπὸ κ μέθεξιν· οὕτω καὶ αἱ μερίδες εἰ καὶ ἑνῶνται τῇ τ κυρίου σαρκὶ καὶ τῷ αἵματι. *Caveat ſacerdos ne loco corporis Domini particulam det iis, qui communicaturi ſunt. Sicut enim ſanctorum animae ſunt circa lumen deitatis, non vero fiunt illine natura Deus, ſed ſecundum participationem: ſic & particulae, etſi Domini carni & ſanguini uniantur.* Igitur Graecorum ſacrae μερίδες & partes victimarum, quae ſacrificantibus ad epulandum olim erogabantur, toto paene

(*e*) In *Opuſculis Gabrielis Paris.* 1686. *in* 4. editis p. 18.

(*f*) *Notis ad Gabriel. Philadelph* p. 249. a.

(*g*) *Some Account of the preſent Greek Church.* *Cambridge* 1722. *fol. Vid. Io bibliotk. Angloiſe Tom.* X. *P.* I. *p.* 242.

(*h*) *In vita Ageſilai Tom.* I. *Opp. p.* 605.

(*i*) *Opuſculo de particul* p 21.

Digitized by Google

paene genere differre videntur: ex quo confici poſſe, nonnulli forte opinabuntur, Graecos, ritus S. Coenae inſtituentes, de ſacris veterum conviviis haud cogitaſſe, neque S. Coenam comparare cum illis voluiſſe. Sed quum omnia, quae ſuſcipiuntur a Graeco ſacerdote, & ipſae quoque dicendi formae, quas proprias eſſe volunt huic rei, apte atque ſcite ad hanc notionem epuli ex oblatis quadrent, equidem putem, recentiores Graecos antiquiorem eccleſiae ſuae ritum, id quod multis in rebus fecerunt, adulteraſſe & corrupiſſe. Teſtatiſſimum eſt, ſolitos fuiſſe antiquiſſimos Graecos panem, ſacrae Coenae dicatum, in minutas diſſecare particulas, atque eas aut ſimpliciter μερίδας aut ἁγίας μερίδας appellare, (k) has autem poſterorum ſuorum *partes*, quas nefas eſſe dicunt conſumere, prorſus ignoraſſe. Afferam, ne id ſine teſte dixiſſe videar, unius *Nicephori Calliſti* locum, quem ex multis ideo delegi, quod ea vixit aetate, qua Graeci jam vehementer a majorum ſacris legibus & inſtitutis defecerant, multisque utebantur caerimoniis, quas nec utilitas, nec ingenium auctorum ſuorum, ſed auctoritas unice commendabant: (l) ἔθος κεκράτηκεν ἐκ παλαιᾶ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, ὡς ἐπειδὰν πολύ τι ΤΩΝ ΜΕΡΙΔΩΝ ὃ ἀκρέαντα καὶ θείου σώματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐναπολειφθείη, μετακαλεῖσθαι τοὺς ἱερεῖς παῖδας ἀφθόρους —— καὶ τούτους νήστεις ἐσθίειν. *Conſuetudo a multo tempore imperanti urbi fuit, ut quum pluſculum de partibus immaculati divinique corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti reliquum eſſet, ſacerdotes pueros incorruptos —— accerſerent, qui jejuni reliquias illas ederent.* Igitur valde mihi videtur probabile, majores Graecorum unum tantum in ſacra tabula panem propoſuiſſe, non plures, quod nepotibus eorum placet; hunc panem in partes ferro diviſiſſe; primam, quam ſacerdos a pane reliquo ſegregaverat, partem ipſi Domino noſtro *Jeſu Chriſto* conſecraſſe, ſequentes nonnullas amicis & familiaribus quibusdam *Jeſu Chriſti* ſepoſuiſſe, ut quodammodo docerent, ſemet in communionem ipſius Servatoris & coelitum uſu S. Coenae pervenire, reliquas denique illis comedendas dediſſe, qui praeſentes aderant, ut divino hoc epulo reficerentur. Haec ſi ita ſunt geſta, quod veriſimillimum judico, nemo, arbitror, cui nota ſunt veterum populorum convivia poſt rem divinam inſtituta, dubitaverit, eum, a quo profectus eſt hic ritus, id egiſſe, ut ſacram Coenam doceret convivio ejusmodi ſimilem eſſe. Verum juniores Graeci, quos prope dixeris omnem ingenii ſui ſubtilitatem ad ſuperſtitionem amplificandam contuliſſe, veteris inſtituti partem tantum aliquam inviolatam retinuerunt, multaque in eo ad paſcendos populi oculos immutarunt. Primum plures in ara panes exponi voluerunt: deinde partes *Chriſto*, ſanctis hominibus, & ſacri epuli convivis dicatas, ex eo pane, qui diſtribuitur inter homines ad S. Coenam accedentes, ſumi vetuerunt. His porro partibus illud nomen impoſuerunt, quo majores illas panis portiones deſignaverant, quarum convivae ſacri compotes fiebant: denique μερίδας haſce, quas vocant & a corpore *Chriſti* diſtinguunt, illicitum eſſe decreverunt edendas illis dare, qui communionem corporis & ſanguinis *Chriſti* appeterent. Expoſui, quod vero arbitror eſſe conſentaneum, nec tamen ita mihi faveo, ut rem extra omnem controverſiam collocatam a me eſſe cenſeam. Viderint aequi & rerum veterum intelligentes viri, quidnam in

(k) Lege praeter alios *Iſaacum Caſaubonum Exercitationib. in Annales Baronii* XVI. §. 50. p. 412.

(l) *Nicephorus Hiſtor. Eccleſ. Lib.* XVII. *Cap.* 25. *p.* 772. *Tom.* II. *edit. Paris.*

(m) Id obſervavit etiam *Joh. Covellus* in *Notitia*

in hac ſententia cum veritate congruat, quidnam minus. Id quidem liquet, in illo Graecorum, quem ſupra deſcripſi, ritu formam & imaginem non obſcuram adeſſe convivii ex reſiduis victimarum partibus inſtituti: (*m*) quod autem homines, qui ad S. Coenam veniunt, SACRIS PARTIBUS, quas nominant Graeci, interdicuntur, id de hac ſimilitudine nonnihil dejicere. Reſtat ut illi, in quibus ingenium & veteris diſciplinae cognitio eſt, deliberent, aptiorne & facilior ratio illa, quam tradidi, excogitari queat, ad haec, quae pugnare videntur, inter ſe componenda.

Satis de Graecis: ad illa deſcendamus tempora, quae inſtaurationem religionis, cui *B. Lutherus* divinis auſpiciis manum admovit, conſequuta ſunt. Perſuaſum mihi paene eſt, eruditos in coetu Reformato viros principes hanc, cujus res agitur, de S. Coena ſententiam inveniſſe: inter noſtrae faltim eccleſiae antiquiores Theologos nemo mihi oblatus eſt, quem fautoribus ejus adſcribere jure optimo potuiſſem. Sed nihil tamen decerno: quae meam effugere quaerendi diligentiam, aliorum fortaſſis curioſitatem haud fallent: interea quae obſervare mihi licuit, referam. Familiam in illis, qui coenam Domini cum epulis veterum poſt victimarum immolationem inſtitutis contulerunt, ducit *Joh. Guilielmus Stuckius*, ex litteratiſſimis Reformatorum Theologis, cujus labores adhuc rituum & morum veterum ſtudioſis non exiguam utilitatem afferunt. Exiſtimat is, Deum ideo voluiſſe, ut Judaei epulas ſacrificiis adderent, quo imagine quadam edocerentur illi, participes ſeſe fore meritorum & ſacrificii a Servatore noſtro olim offerendi: ſacrificia ipſum *Chriſtum* ejusque mortem adumbraſſe: convivia ergo poſt illa inſtituta non potuiſſe non eamdem vim & ſignificationem habere, quam S. Coena in Novo Teſtamento habet, eaque de cauſſa *S. Paulum* dixiſſe, *patres eodem, quo nos, cibo ſpirituali uſos fuiſſe.* (*n*) Judicent ex ipſis doctiſſimi hominis verbis, quibus hanc explicat ſententiam, lectores, num mentem ejus recte ceperim. Poſtquam ritum convivandi poſt rem ſacram factam expoſuerat, ita pergit: (*o*) *Neque myſterio mos iſte carebat. Scimus enim Chriſtum in ſacrificiis omnibus adumbratum fuiſſe, qui ut pro nobis hoſtia aut victima expiatoria factus eſt, ita unicus eſt omnium, quae a Deo nobis obtingunt, bonorum mediator. Dum ergo ex victimis convivia inſtruere jubebat Deus, non obſcure teſtabatur, quod ſua menſa cultores ſuos dignari, & eosdem per filium ſuum, promiſſum humani generis Servatorem, ad vitam aeternam alere vellet. Idem ergo veteribus in ſacris epulis adumbratum eſt, quod nobis* COENA DOMINICA REPRAESENTAT, *& ideo illi eamdem eſcam ſpiritualem nobiſcum ediſſe dicuntur.* Sapiunt haec, id quod evidens eſt, ſcholam coetus illius, qui ſemetipſum Reformatum dici vult: cui quidem S. Coena nihil eſt, quam adumbratio beneficiorum morte & meritis *Jeſu Chriſti* humano generi partorum. Verum haec nunc praetermittamus, quae alium ſibi locum poſtulant: nos hic tantum id agimus, ut *Stuckium* oſtendamus in hac fuiſſe ſententia, S. Coenam ſimilem prorſus eſſe conviviis ex reſiduis victimarum partibus inter Judaeos apparatis, quod ex ipſis ejus verbis teſtatiſſimum eſt. Neque tamen plane ſibi conſtat vir eruditiſſimus in hac re. Nonnullis enim interjectis, Agapas potius veterum Chriſtianorum, ſeu convivia ſanctio-

titia Eccleſiae Graecae: cujus ſententiam probat vir doctiſſimus *Armandus de la Chapelle Bibliotheque Angloiſe Tom. X. Part. I. p. 246.*

(*n*) 1. *Cor.* X. 2.

(*o*) *Antiquitatum Convivalium Lib. I. Cap.* 33. *fol.* 123. *a.*

(*p*) *L. a*

ſanctiora, quae cum S. Coena olim conjungi ſolebant, perhibet epulis veterum poſt ſacrificia celebratis reſpondere: *Fuerunt autem, inquit,* (p) *haec convivia (ſacrificialia) amoris Dei erga humanum genus maximi ſignum, quod nempe nullum ab hominibus officium exigit, cujus non in illos ipſos aliquis fructus redundet, ita ut cum illis ceu amicis ſuis omnia ſua velis eſſe communia. Haec autem merito inter ſacras epulas videntur referri, partim quia ſacrificiorum erant appendices, partim quia non niſi in ſacris locis fiebant.* QUIBUS RESPONDENT ILLAE CHRISTIANORUM *primitivae eccleſiae* ΑΓΑΠΑΙ. Eadem paullo poſt repetit, quod nihil temere & inconſiderate hic ab ipſo dictum eſſe argumento eſt: *Quemadmodum porro in veteri teſtamento plerisque ſacrificiis adjuncta fuerunt convivia laeta —— ita quoque Apoſtolicae & primitivae eccleſiae Chriſtiani cum coena Dominica conjunxerunt convivia, quae quidem ab illis dicta ſunt ἀγάπαι, hoc eſt, charitates, eo quod Chriſtianae erant charitatis ſymbola atque teſſerae.* Ita ſummi ſaepe viri ſecum ipſis diſſident & ſimul ea ſtatuunt, quae ad veritatem labefactandam adverſariis prodeſſe poſſunt. Nam quis ita rerum imperitus eſt, ut aegre videat, Pontificis Romani aſſectatores, qui S. Coenam contendunt ſacrificium eſſe ad expianda mortuorum & vivorum peccata, hanc ſententiam commode in rem ſuam convertere poſſe. Si Agapae veterum Chriſtianorum, quae S. Coenam conſequebantur, convivia referunt Judaeorum & aliorum populorum poſt rem ſacram factam celebrata, quis facile neget, ipſam S. Coenam, cui additae fuerunt Agapae, ſacrificii forma & natura eſſe praeditam?

Ad controverſias cum Romana eccleſia nemo, niſi me fallit opinio, hanc notionem S. Coenae accommodavit ante *Petrum Molinaeum*, diſputatorem acerrimum & principe fere loco inter Reformatae religionis vindices ſuperiori ſaeculo poſitum. Malent plerique, credo, virum hunc doctiſſimum ipſum audire ſenſa ſua declarantem, quam me ſententiam ejus interpretantem: itaque ipſa ejus verba, in quibus haud parum eſt eruditionis, ſubjicio. (q) *Diſceſſurus a nobis Chriſtus, nullum inſtituit ſacrificium, nec voluit Deo oblationibus litari, nec ſacrificulos ordinavit, nec juſſit exſtrui altaria. Coenam vero ſeu Euchariſtiam non ſuper altari, ſed ſuper menſa celebravit, Luc.* XXII. *commate* 14. *ut qui Coenam ſacrum inſtituebat, non ſacrificium. Concinit Paulus Apoſtolus agens de Coena* 1. *Corinth. Cap.* X. *Non poteſtis, inquit, participes eſſe menſae Domini & menſae Daemoniorum. Ad cujus loci majorem lucem obſervandum eſt, Ethnicos functos ſacris, ſolitos epulari non tantum vicatim, ſed in ipſis etiam templis, ut docet idem Apoſtolus ejusdem epiſtolae Cap.* VIII. *commate* 10. *Et Ariſtophanes Pluto convivium in Aeſculapii aede apparat. Idem docet hiſtoria Cleobis & Bitonis, qui ὡς ἔδυσαν καὶ ἀναχάσαντο, ἐς αὐτὸ τὸ ἱρὸν κατακοιμηθέντες οὐκέτι ἀνέστησαν, ut ait Herodotus Clione. Unde & μεθύειν dictum quaſi μετὰ τὸ θύειν, quia ſacris operati ſe invitabant pluſculum. Horatius in Arte:* —— functusque ſacris & potus & exlex. *Legatur & Tertulliani liber de idololatria. Has epulas poſt ſacrificium Apoſtolus vocat menſam daemoniorum, eique opponit menſam Domini. Nempe Euchariſtiam confert cum* EPULO,

(p) *L. c. fol.* 123. *b.*

(q) *Libro de altaribus & ſacrificiis Chriſtianor. Cap.* 5. *pag. p.* 246. quem *Gregorii Nyſſeni Epiſtolae de euntibus Hieroſolymam*, Graece & Latine cum notis *Hanov.* 1607. *in* 8. a ſe editae, ſubjecit. Iterum hunc librum edi curavit illuſtr. *Burcardus Gotthelf Struvius Bibliothecae librorum rariorum Thec.* II. *p.* 259. *Jenae* 1716. *in* 4. editae.

(r) *Daventriae* 1654. *fol.*

(s) *Hiſtoire de l'Euchariſtie, Amſtelod.* 1671. *in* 8.

(*) [Singularis eſt ſententia *Hug. Grotii Diſſ. de coenae adminiſtratione, ubi Paſtores non ſunt.* Vid. etiam *Pfaffius de orig. jur. Eccleſ.*]

(t) *Sermon ſur l'Euchariſtie ou Explication de la*

EPULO, *non cum ſacrificio praecedente: alioqui non menſam Domini, ſed altare Domini dixiſſet, ut Coena ſacrificiis paganorum, non autem ſuccedentibus epulis opponeretur. Accedat Euchariſtiae forma, quae* TOTA CONVIVIUM REFERT, NON SACRIFICIUM. *Nec quidquid in ea actum a Chriſto eorum, quae ſuper altari geri oportuit. Nulla ibi elatio ſacrificii, nulla adoratio, nec Deus rogatur, ut hoc ſacrificium propitius ſuſcipiat, nec ſacrificii vel altaris ulla ſit mentio.* Ipſam vides hic *Cudworthi* ſententiam de natura Coenae Domini, & ex eodem quidem *S. Pauli* loco, quo ille potiſſimum nititur, derivatam. Quum cogito, quanta fuerit ſuperiori ſaeculo *Molinaei* in coetu Reformato exiſtimatio & auctoritas, quamque ſtudioſe veſtigia ejus conſectati ſint, qui cum Romanae eccleſiae defenſoribus in arenam deſcenderunt, nullus prope dubito, quin multi hanc ejus opinionem complexi ſint & adverſariis ſuis oppoſuerint. Sed plus mihi nunc negotiorum eſt, quam ut diligenter in hanc rem inquirere & diſputationes magno numero contra Pontificis amicos a Reformatis emiſſas evolvere valeam: neque multum labori huic, ſi ſuſciperetur a me, utilitatis & fructus adjunctum foret. *Edmundum Albertinum* & *Matthaeum Larroquanum* conſului, quos conſtat dedita opera & magna eruditionis copia *de S. Coena* contra Pontificios ſcripſiſſe, illum in magnae molis & doctiſſimo volumine *de Euchariſtiae ſive coenae Dominicae ſacramento*, (*r*) hunc in *Hiſtoria Euchariſtiae* Gallice exarata. (*s*) Neutri horum placuit ad eam curam incumbere, ut S. Coenam doceret epulum ex oblatis eſſe: utrique ſatis viſum fuit oſtendere, cum ſacrificiis eam nullo modo componi poſſe. (*) Verum ut fuerint aliqui, quod veriſimillimum duco, qui cum *Stuckio* & *Molinaeo* ante *Cudworthum* ſenſerunt, nemo tamen unus ante hunc notionem hanc S. Coenae tam curate & erudite declaravit, nemo ex inſtituto contra quosvis ſecus ſentientium impetus roboravit: quocirca non prorſus illi peccant, qui hunc ut principem & praecipuum ejus inventorem & auctorem intuentur.

Poſtquam is libellum ſuum, quem hic Latine verſum exhibemus, edidit, ad plures dimanavit haec opinio, neque paucis eruditis ſeſe viris in Gallia & Anglia probavit; poſtremo ad nos etiam venit, ſuosque fautores inter magni nominis doctores reperit. Ex recentioribus Reformati coetus Theologis, inſtar omnium binos tantum nominabo, quibus ea vera & ad Pontificios refellendos in primis apta viſa fuit: nam quid plures indicare refert, quum multos conſtet in hanc ſententiam ingreſſos eſſe? Alter eſt *Joh. Claudius*, quo fortiorem & ingenioſiorem cauſſae ſuae contra Romanas inſidias patronum coetus Galliae Reformatus recentiori tempore non habuit: alter eſt *Philippus Maſſonus*, Eccleſiae Anglicanae Dordraci in Batavia miniſter, vir litteratus & eruditiſſimus. Illum hanc opinionem contra Pontificios urſiſſe, ex verbis ejus manifeſtum erit, quae in extrema pagina ſubjicio. (*t*) Hic vero ex libello ipſo *Cudworthi*, quem extra magnam Britanniam in paucorum noverat manibus eſſe, in *Hiſtoria Critica*, quam vocat, *Reipublicae*

le ſection LIII. *du Catechisme des Egliſes Reformees de France.* Libellus hic exitat in *collectione variorum librorum de Euchariſtia: Recueil des divers Traités touchant l'Euchariſtie*, quae *Roterodami* 1713. *duobus volum. in* 8. exiit, *Tom.* I. *p.* 34. *ſ. Il eſt clair, que ces divines paroles* (1. Cor. X.) *nous font concevoir l'Euchariſtie non comme un ſacrifice, mais comme un* BANQUET SPIRITUEL., *que Jeſus Chriſt fait a ſes fideles,* EN CONSEQUENCE DE SON SACRIFICE. *Car il la compare, comme vous voyez, aux Banquets, que les Iſraëlites faiſoient, après avoir immolé leurs victimes, & il l'oppoſe a ceux, que les anciens Idolatres celebroient de meme, après avoir ſacrifié a leurs fauſſes divinitez. Il veut, que comme ceux, qui aſſiſtoient a ces Banquets etoient participans des ſacri-*

Digitized by Google

blice litterariae, copioſe excerpſit omnia, quae ad ornandam & commendandam eam faciunt, nec obſcure profeſſus eſt, videri ſibi, nihil ea fieri melius poſſe. (v) Vellem ſine bile & convitiis id feciſſet vir doctiſſimus. Sed noluit ille occaſionem praetermittere laceſſendi nos, qui ipſum ducimus *Chriſti* corpus & ſanguinem exhiberi illis, qui ad S. Coenam accedunt; tametſi evidens ſit, utiliorem *Cudworthi* ſententiam noſtris eſſe rebus, qui ipſius ſacrificii participes fieri convivas menſae Domini volumus, quam Reformatorum, qui ſignis tantum & imaginibus ſacrificii potiri ſuos opinantur in S. Coena. Dixi haec de re ad *Cudworthi* libellum, quae ut hic repetam, neceſſe non eſt. (*)

Nec potuit hoc fugere quosdam ex recentioribus eccleſiae noſtrae Theologis: qui ſimulatque *Cudworthi* cognoverunt ſententiam, non modo eam cupide ſunt amplexi, verum etiam ad Reformatorum dogma de coena Domini labefactandum adhibuerunt. Princeps, ut arbitror, hoc fecit Theologus Lipſienſis, magnis de re ſacra & litteraria meritis inclytus, *Godofredus Olearius*. (x) Hunc, praeter alios minoris famae atque eruditionis, ſequutus eſt Vir venerabilis, *Chriſtopherus Matthaeus Pfaffius*. (y) Ex inſtituto poſtea magna induſtria & eruditione hanc rem perſequutus eſt Vir doctiſſimus, *Samuel Waltherus*, Gymnaſii Magdeburgenſis Rector, nam huic vulgo tribuunt libellum lingua Germanica, ſine auctoris ſui nomine editum, & *Hiſtoria conviviorum poſt ſacrificia olim celebratorum* inſcriptum. (z) Acceſſerunt etiam ad hanc ſententiam viri eruditi, qui *Relationum innocentium* nomine *Commentarios de rebus, quae inter Chriſtianos geruntur*, emittunt. (a) Ac licet non ita pridem Vir ceteroquin egregius, *Jacobus Elsnerus*, Theologus inter Reformatos celeberrimus, hanc demonſtrandi rationem *imprudentiae* arguere atque rationibus ex antiquitate petitis convellere, nil dubitaverit; (b) haud tamen adducere hoc labore potuit magni nominis ex noſtri coetus doctoribus homines, ut eam repudiarent atque abjicerent. Si quid ego judico, paullo invidioſius, quam neceſſe erat, vir praeclarus opinionem *Olearii* & eorum, qui cum ipſo faciunt, expoſuit, acerbiusque aliquanto, quam inſignis ejus fert modeſtia, in nos, hac occaſione data, invectus eſt, qui ſimplicitatem in explicando de S. Coena dogmate ſequi, quam ingenio & rationi obtemperare malumus. Verum pro *Olearii* alius jam verba fecit Vir eruditus (c) nec ego hic diſputatoris, ſed Hiſtorici tantum partibus fungi ſtatui.

At contendenti mihi inter ſe, quae noſtrates ex hac notione S. Coenae adverſus Reformatos monuerunt, apparuit duplici eos via incedere, nec eodem uti omnes argumentandi genere. Quidam ſic rationem inſtituunt: *S. Coena ſimilis eſt epulis illis, quae ex reſiduis victimarum partibus conficere ſolebant olim homines ſacris fundi:*

ſacrifices, nous de meme dans l'Euchariſtie participions au corps & au ſang de Jeſus Chriſt ſacrifiez pour nous —— L'Euchariſtie n'eſt donc pas UN SACRIFICE, *mais elle eſt une* TABLE DRESSER EN CONSEQUENCE DU SACRIFICE.

(v) *Hiſtoire Critique de la Republique des Lettres Tom.* I. *p.* 120. - 150. & *Tom.* II. *p.* 243. - 279.

(*) [Defendit *Maſſonum Bibl. raiſonnée Tom.* XIII. *P.* II. *p.* 374. & ipſe ſe defendit *Tom.* XIV. *p.* 461.. *Dan. Waterlandus* obſervationes meas in hunc libellum libro Anglico aggreſſus eſt. Laudavit modo, modo vituperavit. Vid. *Wollii Epiſt.* Ao. 1735. d. 24. Octobr. ad me datam, qui Apologiam promiſit. Extat haec qualiscunque Apologia in *Actis Erudit. nov.* 1739. *menſe Januar.*]

(x) *Diſſertatione de* [illegible] *cum Chriſto & daemoniis ad* 1. *Cor.* X. *Lipſiae* 1706. & 1712. edita §. 22. *p.* 35.

(y) *Inſtitutionibus Theologiae Dogmaticae & Mor-*

Digitized by Google

functi: id enim ex universa S. Pauli oratione liquet. At persuasum erat Deorum cultoribus semet, quum victimarum Diis oblatarum carnibus vescerentur, cum Diis ipsis conjungi, quibus sacra fecerant, & in arctissimam communionem cum corporeae tum spiritualis partis Deorum venire. Quare quum S. Paulus S. Coenam cum ejusmodi comparet conviviis, necesse est, ut credamus, Christianos etiam S. Coena utentes ipsius Christi, ejusque corporis & sanguinis participes fieri, nisi universam comparationem sancti hominis vanam & sensu vacuam velimus dicere. Hoc argumenti genus adhibent *Godofr. Olearius*, *Samuel Waltherus*, & qui doctissimos hosce viros probant: idque unum *Jacobus Elsnerus*, quod paullo ante dixi, insectatur & imprudentibus nec rem rite satis expendentibus excidisse autumat. Verum alii paullo secus agunt & hac ratione Reformatos adoriuntur: *S. Coena, teste S. Paulo, in locum successit conviviorum ex victimis olim inter Judaeos & alias gentes apparatorum. At qui hisce conviviis intererant, ipsorum sacrificiorum fiebant participes, non autem rerum quarumdam, quibus adumbrabantur sacrificia. Igitur qui S. Coena fruuntur, ipso potiuntur etiam sacrificio, quod in cruce Deo quondam oblatum fuit, & ipso corpore Christi vescuntur.* Ad hanc rationem, praeter alios, adjunxit sese Venerabilis *Pfaffius: Nec video*, inquit, (*d*) *quid contra hanc (Cudworthi) sententiam dici possit, nisi forsan credat quispiam, novum ex ea pro praesentia reali corporis & sanguinis Christi in Coena Dominica argumentum exsculpi posse. Qui ita cogitaverit, a vero non abludet: id enim, quod oblatum est, convivium sacrificiale conficit, non ea, quae oblata non sunt. Nec sufficit, quod nonnemo* (Phil. Massonus) *ait, symbola Eucharistica sacrificium in cruce factum repraesentare. Neque enim epulum ex oblatis olim constare debebat ex illis, quae repraesentabant oblata, sed ex ipsismet oblatis, quod utique probe notandum est.* Nihil mihi sumam in viros egregios, quibus haec aut illa placuit ratiocinatio: nec tamen possum, quin fatear ingenue, posteriorem faciliorem, certiorem, & magis expeditam superiori mihi videri. Etenim, ut alia praetermittam, quae viri egregii ex antiquis attulerunt scriptoribus, ut planum facerent, sacrificantes existimasse, sese victimis vescentes cum Deorum tam corporibus, quam spiritibus conjungi, non extra omnem posita sunt exceptionem. *Olearius* binos attulit locos, alterum *Julii Firmici*, alterum *Jamblichi:* tertium ex *Augustino* addidit clarissimus *Waltherus.* Ex his forte confecerit aliquis, junioribus post natum Servatorem Platonicis ejusmodi quid visum fuisse. At hoc genus multas animis nugas & superstitiones alebat, quae ceteris Deorum cultoribus ignotae prorsus erant. Quocirca quod his placuit, id commune fuisse omnium, nullo statuere modo licet. Desiderat hoc negotium testimonia scriptorum rebus Christianis antiquiorum, eorum maxime, quibus populus delectabatur, quales poëtae sunt. Sed utatur unusquisque judicio suo:

Moralis Part. III. *Sect.* III. §. 3. *p.* 745. & *Diss. de oblatione veterum Eucharistica* §. 3. *p.* 226. *in Syntagmate Dissertationum Theologicar. Stutgard.* 1720. *in* 8.

(z Index libelli hic est: *Historie der Heidnischen Opfer-Mahler, zum Beweis der wahren Gegenwart des Leibes und Blutes Christi im heiligen Abendmahl, ans Licht gestellet, Magdeburgi* 1726. *in* 4.

(a) *Fortgesezte Sammlungen von alten und neuen Theologischen Sachen Anno* 1729. *Part.* VII. *p.* 1185.

(b) *Observationibus Sacris in Novi Foederis libros Tom.* II. *p.* 108.

(c) *Tom.* IX. *Supplementor. Actorum Eruditor. Lipsiens. p.* 391.

(d) *Dissertat. de oblatione veterum Eucharist.* §. 3. *p.* 227.

Digitized by Google

ſuo: ego nunc, poſtquam *Cudworthi* ſententiam graviſſimis arriſiſſe viris tam ante, quam poſt aetatem ejus oſtendi, ad firmitatem ejus & ſoliditatem expendendam progredior.

Non diu morabor eos, qui haec legent, ſed libere ſtatim profitebor, ingenioſam mihi magis hanc opinionem videri, quam veram, neque vel ſanctiſſimi *Pauli* verba, ex quibus in primis eam ſumſiſſe viri egregii videri volunt, neque alias rationes a nobis poſtulare, ut eam approbemus. (*) Ita ut ſentiam, binis potiſſimum rationibus commoveor. Norunt primum omnes, epulum ex oblatis non ante potuiſſe agi atque celebrari, quam poſt hoſtiam caeſam & Deo immolatam. Sacram vero Coenam quis ignorat a Servatore noſtro ſanctiſſimo inſtitutam eſſe, antequam is Deo ſemetipſum offerret in cruce, humánique generis delicta ſanguine & morte ſua expiaret? Quomodo igitur haec Coena, quae ante victimam mactatam jam celebrata, & mandato *Chriſti* diſcipulis ejus praecepta fuit, rationem habere poterit convivii, ex partibus ſacrificii jam facti apparati? Vix, ut puto, vim hujus rationis effugerit aliquis, niſi forte audeat aſſeverare, S. Coenam ab ipſo Chriſto celebratam & eas, quae poſtea ab amicis ejus adhuc celebratae ſunt, genere ac natura inter ſe differre. At quis tam praeceps ac devius erit, ut primum actionis & inſtituti alicujus exemplum diſcrepare prorſus genere ac natura decernat a repetitionibus ejus ad primi exempli normam ſollicite adornatis?

Alteram rationem ad hanc opinionem oppugnandam ex ipſa ſumo ſacrificii natura, quod *Jeſus Chriſtus*, Servator noſter, pro nobis Deo obtulit. (†) Quis neſcit Chriſtianorum, *Jeſum Chriſtum* ſemetipſum ſupremo Numini pro peccatis hominum immolari curaſſe? Igitur ſacrificium ejus illis proprie reſpondet Judaeorum ſacrificiis, quae pro delicto ad placandum Deum, & pro toto quidem fiebant populo. At his ſacrificiis, quorum ſanguis in ſanctum ſanctorum inferebatur, nulli fas erat veſci; ſed contra ea mandato Dei tota igne conſumebantur, *Levit.* VI. 36. quare nec epulum ex illis conficere licebat. Tale ergo ſi ſacrificium eſt id, quod *Chriſtus* pro nobis fecit, quonam, quaeſo, jure dici poteſt convivium huic ſacrificio addi debuiſſe atque S. Coenam illud eſſe convivium? Metuo, ne hac opinione ſuſcepta, tota indoles & ratio ſacrificii, quod *Chriſtus* obtulit, evertatur, atque ex ſacrificio pro delictis totius populi, invitis ſacris litteris, tale fiat, qualia *ſalutaria & pacis* apud Judaeos dicebantur, quibus proprie ſolis convivia ex oblatis addere lex jubebat.

Videtur non ignoraſſe doctiſſimus *Cudworthus* hanc difficultatem & viam propterea circumſpexiſſe ad eam tollendam & removendam. Fatetur nimirum, (e) quod teſtatiſſimum eſt, ſacrificia pro delicto tota Deo dicata fuiſſe, & in altari flammis abſumi debuiſſe: neque potuit negare, *Chriſti* ſacrificium ad delicta humani generis expianda factum eſſe. Verum addit, *ſemper tamen biſce ſacrificiis addita fuiſſe ſacrificia ſalutaria, ſiquidem a privatis hominibus offerrentur, nec univerſi populi munera eſſent. Et haec igitur ſacrificia convivium fuiſſe conſequutum ex oblatis.* Potuiſſet vero, niſi amor opinionis, quam complexus erat, obſtitiſſet, facile vir egregius perſpicere, nihil haec omnia ad cauſſam, quam ſuam fecit, ornandam vale-

(*) [Vid. hic *Bibl. raiſonnée Tom.* XIII. *P.* II. p. 377.]

(†) [Ita & oppugnatur haec opinio *Journal Hiſtor. Tom.* II. p. 402.]

(e) *De*

Digitized by Google

valere. Etenim ut dubio careat, ſacrificiis pro delicto privatis adjuncta ſemper fuiſſe ſalutaria ſacrificia & ex his confectas fuiſſe epulas, hae tamen epulae minime pertinebant ad ſacrificium pro peccato, quale *Chriſti* eſt, ſed ad ſociatum ei ſalutare ſacrificium: ex quo efficitur, S. Coenam, in qua commemoratio fit maximi pro delicto ſacrificii, & ipſum hoc ſacrificium pro peccato inter convivas diſtribuitur, cum ejusmodi epulo nullo modo comparari poſſe. Quamquam ne hac quidem reſponſione opus eſt: Satis nobis ipſemet vir egregius ad ſeſe refellendum ſuppeditat. Concedit enim, ſacrificiis pro delicto publicis, quae pro Pontifice Maximo & univerſo populo Deo offerebantur, nulla fuiſſe ſacrificia ſalutaria adjecta. Ecquid vero notius eſt, quam hoc, *Jeſu Chriſti* ſacrificium proprie publicum ejusmodi ſacrificium referre, quod ad totum Iſraëlis coetum ſupremo Numini reconciliandum deſtinatum erat? Haud igitur *Jeſu Chriſti* ſacrificium epulum ex oblatis poſtulat, ſed potius recuſat.

Niſi vehementer fallor, graves nec mediocris momenti plerisque videbuntur hae binae rationes: at multos tamen, puto, ne ſtatim nobis adſentiantur, auctoritas *S. Pauli* abſterrebit, quam *Cudworthus* & ſectatores ejus confidentiſſime teſtantur. Nam quod ad alterum argumentum attinet, ex quo patere veritatem ſententiae ſuae vir doctiſſimus putat: (*f*) *Nullum ſacrificium offerri ſine convivio potuiſſe, nec propterea Chriſti ſacrificium epulo ejusmodi carere debuiſſe*, illud jam profligavimus, quum vetuiſſe legem oſtendimus, ex ſacrificiis publicis pro delicto convivium inſtituere. Poſcit igitur inſtitutum noſtrum, ut orationem *S. Pauli*, unde maximum opinionis ſuae praeſidium ſumunt eruditiſſimi viri, accuratius contemplemur, atque conſideremus, num qui divinum huncce virum ſequi volunt, S. Coenam epulum ex oblatis eſſe, negare nequeant.

Equidem, animum licet ſtudioſiſſime intenderim, ut quod viri eximii perſpicuum & manifeſtum eſſe perhibent, intelligerem, S. Coenam cum conviviis ſacris Judaeorum & Graecorum a *S. Paulo* comparari, immo tale convivium vocari, haud tamen conſequi hoc potui. Atque parum abeſt, quin ſtatuam, eos, quibus hoc tam facile intellectu fuit, ingenioſiores fuiſſe in ſancti hominis verbis exponendis, quam ſatis eſt, notionesque quasdam ex antiquis auctoribus hauſtas temere ad ea accommodaſſe. In eo vir divinus elaborat, ut Corinthiis perſuadeat, nefas eſſe illis, qui *Chriſto* nomen dederunt, cibis veſci Diis immolatis & conviviis intereſſe, quae poſt rem divinam factam a Graecis inſtitui ſolebant. Id ut ab illis obtineat, hac eos demonſtratione aggreditur: Quicumque ad ſacram accedunt Coenam, illi veniunt in communionem corporis & ſanguinis Domini *Jeſu Chriſti:* at qui epulis interſunt poſt ſacrificia inſtitutis, illi putantur vulgo ad communionem & ſocietatem Numinum, quibus victimae ſunt oblatae, admitti. Haud igitur hominem Chriſtianum convenit ad ejusmodi convivia accedere, ne is, qui cum Domino in S. Coena conjunctus & ſociatus eſt, ſimul amicitiae & communionis commentitiorum Numinum particeps eſſe videatur. Certus ſum, omnes, qui *Pauli* orationem a *vſ.* 15. ad *vſ.* 21. circumſpecte atque attente legerint, aſſenſuros mihi eſſe, niſi vel aequitate careant, vel animi libertate, hanc ejus ſummam eſſe, tametſi alioquin de verborum & formularum, ex quibus ea con-

(*e*) *De natione vocis Dom. Cap.* 1. §. 2.

(*f*) *Cap.* 1. §. 11.

(*) [Ipſe]

Digitized by Google

conſtat, poteſtate inter ſe diſſideant. Ex hac vero argumentatione id quidem jure conficies; *S. Paulum* inter ſe certo modo S. Coenam & convivia ſacrificiis addita conferre, atque ſignificare, eamdem virtutem, quae S. Coenae recte tribuitur, a Deorum cultoribus ſacris conviviis ſuis adſcribi ſolere: ex quo ſequitur, ratione effectus habita, qualemcumque eſſe S. Coenae & conviviorum, quae toties diximus, ſimilitudinem. At judices velim omnes eſſe, quibus nihil obſtat, ne recte hoc officio fungantur, num inde conſequatur, S. Coenam in locum epularum ex ſacrificiis a *Chriſto* ſubſtitutam fuiſſe, neque ſecus tamquam convivium ejusmodi ſpectari a nobis debere. Quicumque ex iſta *Pauli* ratiocinatione elicere hoc vult conſectarium, eum ita rationem oportebit concludere: In S. Coena conjungimur cum Chriſto: In conviviis gentium ſacris itidem convictores Deorum ſuorum arctiori familiaritate potiri credebantur: Igitur S. Coena & convivia haec non differunt natura & indole, & illa in locum horum ſucceſſit. Rectene vero is concluſerit & ex praeſcripto rationis? Num ea quae aliqua ratione inter ſe comparari poſſunt, propterea pro ejusdem naturae rebus haberi debent? Num ea, quibus idem effectus tribuitur, in ſe paria quoque ſunt & mutuo ſibi reſpondent? Non puto, fore aliquem, qui haec adſeveraturus ſit.

At meminit tamen *Paulus* diſertis verbis conviviorum, quae Judaei, poſtquam ſacris erant functi, apparare ſolebant, *vſ.* 18. nec obſcure ſignificat, quod ex ſerie liquet orationis, horum conviviorum eamdem fuiſſe rationem, quae Coenae Domini eſt. Poſtquam nimirum de fructu S. Coenae *vr.* 16. 17. dixerat, continuo ad illuſtranda & confirmanda, quae attulerat, Corinthiis convivia ſacra Judaeorum in memoriam revocat *vſ.* 18. Qualis autem haec vel illuſtratio foret, vel confirmatio, ſi epulae ſacrificiis additae plane diſcreparent a S. Coena? Quomodo *S. Paulus* ad fructum & utilitatem S. Coenae declarandam adhibere potuiſſet convivia Judaeorum ſacra, niſi par plane horum & illius eſſet ratio? Puto, his me verbis praecipuum illud argumentum explicaſſe, in quo vim opinionis ſuae poſitam eſſe in primis contendunt, qui S. Coenam epulum ex oblatis ſtatuunt. Sed ſpero, ratione me effecturum eſſe, ut pateat, minus illud, quam egregii viri cenſent, virtutis ac roboris habere. Quod ſi paucis expedire vellem negotium, quod agitur, dicerem, quae de ſacris Judaeorum conviviis memorat vir divinus *vſ.* 18. illuſtrandi tantum cauſſa afferri ab illo, nec propterea ejus eſſe generis, ut ad dogma quoddam ſeu notionem S. Coenae ſtabiliendam valeant: Id quidem ex illis conſtare, non plane nullam eſſe convenientiam S. Coenae & ſacrorum, quae a Judaeis agitata quondam ſunt, conviviorum: Sed hinc nullo effici modo poſſe, S. Coenam nil eſſe quam imitationem conviviorum illorum, & ex his naturam illius intelligi debere. Atque, viribus licet meis non nimis tribuam, hunc tamen locum confido diu ſatis adverſus opes eorum, qui aliter ſentiunt, me defenſurum eſſe. Sed quum ab omni rixandi libidine vehementer abhorream, nec ideo vera eſſe velim, quae tueor, quia vera mihi videntur, ſed quia rationi conſentanea ſunt, viam ingrediar paullo quidem longiorem, verum & certiorem, ad id conſequendum, quod perſuaſum eſſe aliis cupio. Contemplabor nimirum *S. Pauli* orationem accuratius, ac num talis illa ſit, inveſtigabo, ut S. Coenam nihil eſſe, quam convivium poſt immolatum ſacrificium inſtitutum, credendum nobis ſit.

Commode, ut opinor, haec oratio in tres tribui partes poteſt. Primum ſanctus homo

homo in S. Coena oſtendit communionem nos impetrare *Jeſu Chriſti*, corporisque & ſanguinis ejus, nec non inter nos amoris & caritatis vinculo quodam conjungi. Haec pars, meo judicio, *vſ.* 16. & 17. unice concluſa eſt, nec, quod illi faciunt, qui S. Coenam *epulum* ſtatuunt *ex oblatis* eſſe, *vſ.* 18. quoque comprehendit. Deinde in epulis poſt ſacrificia facta celebratis communionem aliquam docet convivis cum Deo, aut cum Diis obtingere, quibus victimae caeſae ſunt, ſaltim ita videri illis, qui ſacris operantur. Hanc partem initium capere arbitror a *vſ.* 18 & ad *vſ.* 20. procedere. Poſtremo ex his concludit, indignum eſſe Chriſtiano homine cum mancipiis Deorum in templo convivari, ne *Chriſti* ſimul & Deorum particeps videatur eſſe factus, aut in eam homines opinionem veniant, non ita diſtare Deos & *Jeſum Chriſtum*, ut utrorumque communionem & ſocietatem nemo ſimul queat appetere.

In prima parte interpretanda & ab aliorum temerariis expoſitionibus vindicanda, nihil collocabo diligentiae. Exſtant enim tot libri & lucubrationes Theologorum coetus noſtri, quibus vim horum verborum ſtudioſe declararunt, meam ut haec res operam minime deſideret. At meum erit, ut planum faciam, comma 18. non ad primam hancce partem pertinere, nec a *S. Paulo*, quae de conviviis Judaeorum ſacris hoc commate tradit, ad ea, quae praecedunt, vel confirmanda, vel illuſtranda memorari, verum ad ſequentia referri potius debere. Quod quidem ſi extra controverſiam poſuero, nihil alicujus momenti ſupererit, quo rem ſuam munire queant, qui S. Coenam contendunt cum ſacrificantium epulis omnino contendi debere. Spero autem, mediocri labore hoc a me demonſtratum iri.

Paulus commate 16. & 17. duo Corinthiis inculcat dogmata: quorum primum hoc eſt: *Qui ad S. Coenam accedunt, illi vere compotes fiunt corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti vſ.* 16. Alterum: *Qui ſacram menſam adeunt una cum aliis, & eodem pane veſcuntur, quo ceteri, illi hoc facto ſignificant & teſtantur, ſeſe membra unius corporis eſſe & ſacrorum communione conjungi.* Videamus, an quae *vſ.* 18. *S. Paulus* ſubjicit de conviviis Judaeorum ſacrificantium ad harum propoſitionum alteram vel illuſtrandam vel roborandam faciant aliquid: *Qui inter Judaeos*, inquit vir divinus, *victimarum partibus fruuntur, quas lex ſacrificantibus conceſſit, illi ſunt in communione altaris.* Quid ſibi velit haec loquendi forma: *In communione altaris eſſe*, in obſervationibus ad ipſum *Cudworthi* libellum explanavi: neque puto labefactari facile ſententiam meam poſſe. Puto vero, hanc ejus eſſe vim: *Altare pro ſacroſancto habere, ſeu fateri, ſeſe Deum illum unice colere, cui altare illud dicatum eſt, aut religionem amplecti, quae altare hoc erigere juſſit.* Quare hoc divinus ſcriptor perhibet: *Qui ex victimis partem ſuam accipiunt apud Judaeos, illi pro ſociis altaris & ſimul totius religionis Judaicae ab omnibus habentur.* Nihil hoc verius & certius dici poterat, quod jam alias docui. Hoccine igitur confert aliquid ad binas, quae praecedunt, *Pauli* propoſitiones firmandas aut explicandas? Equidem aegre hoc mihi perſuadeo: & ibunt, niſi fallor, omnes in meam ſententiam, qui haec ſcita cum commate 18. ſine partium ſtudio contulerint. Prior propoſitio haec eſt: *Qui ad S. Coenam admittuntur, illi compotes fiunt corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti.* Haec certe nihil vel lucis, vel firmitatis ex *vs.* 18. accipit. Nam quae haec, obſecro, foret argumentandi ratio? *In S. Coena corpus & ſanguis Chriſti diſtribuitur inter convivas: Idque vel hinc liquet, quod Judaei, qui poſt rem divinam factam epulantur, hoc ipſo teſtan-*

teſtantur, ſe ſocios altaris eſſe, in quo victima oblata eſt, Deumque illum unice colere, cui illud conſecratum eſt. Quis hic nexus propoſitionum? Quae vis demonſtrandi? Altera propoſitio haec eſt: *Qui una ad S. Coenam accedunt, illi teſtantur, ſe unius religionis ſocios aut unius corporis moralis membra eſſe.* Neque huic ponderis & momenti aliquid ex verbis conſequentibus accedit, niſi me ratio fallit. Nam quis eſt, qui tueri auſit, hanc argumentandi formam nihil vitii habere? *Qui ex ſacra menſa una edunt & bibunt, illi teſtantur, ſeſe mutuo amoris & fidei vinculo conjungi: idque ſatis Judaeorum patet exemplo. Namque hi, quum victimae, quam obtulerunt, partem conſumunt, cenſentur propterea totam approbare religionem Judaicam & in communione altaris & ipſius Dei eſſe, cui ſacrum illud eſt altare.* Exerceant, quibus placet, ingenium, experianturque, num demonſtratum dare queant haec apta eſſe inter ſe ac cohaerentia. Quae quum ita ſint, quumque res ipſa teſtetur, nullam eſſe cognationem & affinitatem commati 16. & 17. cum conſequenti commate 18. reliquum eſt, ut conſtituamus, divellendum eſſe hoc poſterius comma a prioribus binis, novamque ab eo partem orationis ſancti hominis inchoandam eſſe, illam nimirum, qua docet, in ſacrificantium conviviis communionem & ſocietatem quamdam cum Deo & Diis iniri.

Praeciſam & concitatam eſſe multis in locis *S. Pauli* diſputationem & multa interdum ab eo omitti, quae interpretis meditatione ac ingenio ſuppleri debent, quo perfectam demonſtratio formam adipiſcatur, neminem in ſcriptis ejus verſatum praeterit. Id hoc etiam in loco nos meminiſſe decet, quo divinus vir ſacro elatus fervore & incredibili Corinthios emendandi ſtudio accenſus, ad demonſtrationis concluſionem properat potius, quam pergit, nec plura exprimit verbis, quam ſumma poſtulat neceſſitas ad vim ejus capiendam. Quare qui rudiorum captui conſulere & univerſam argumentionem ejus nervis & partibus ſuis cohaerentem exhibere volunt, addere paſſim quaedam debent & interjicere, ad ea plane tollenda, quae intelligentiam morari poſſunt. Neque magnam commentationem & diuturnum laborem haec res poſtulat: Qui propoſitum ſancti hominis vident, intelligunt facile, quidnam illud deſideret. Docet primum, id quod jam diximus, *S. Paulus* duplicem in S. Coena communionem obtingere convivis, primum divinam cum corpore & ſanguine *Jeſu Chriſti vſ.* 16. deinde & moralem, hominum nimirum inter ſe, qui ſacro hoc epulo refici volunt. Hinc eo contendit, ut in epulis, quae agi ſolebant a ſacrificantibus, convivantes pariter cum Deo & Diis conjungi probet. Inter comma igitur 17. & 18. haec oportet nos verba meditatione veluti interponere: *Atqui ignorare vos nolo, gentes, quae Diis ſerviunt, in ea eſſe ſententia, ſeſe Diis ſuis conjungi, quum in templis eorum convivantur & eos, qui conviviis illis interſint, pro cultoribus Deorum apud omnes haberi ac reputari.* Hoc quo probet Corinthiis, exemplum primo ſumit a Judaeis: nec id temere. Etenim plerique Corinthiorum, qui *Chriſto* nomen dederant, id quod ex multis apparet epiſtolae hujus locis, gente Judaei erant, & propterea ſententiarum & opinionum Judaicarum periti. *Ut intelligatis*, ita pergit *Chriſti* legatus, *rem ita ſeſe habere, revocate vobis in memoriam, quaenam ratio ſit conviviorum, quae apud Judaeos ex victimis inſtruuntur. Namque horum conviviorum & illorum, quibus vos intereſtis, ſi opinionem ſpectetis hominum, par ratio eſt. Qui enim apud Judaeos ex ſacrificiis edunt, illi in communione ſunt altaris, ſeu religioni dediti ſunt, in cujus ara ſacrificium obtulerunt, nec quisquam ex victimis oblatis partem jam accipere poteſt, niſi*

Digitized by Google

niſi Judaeus ſit & Judaeorum Deum unice colat. Hinc quo loco ſint illi, qui ad Deorum accedere non verentur convivia, intellectu vobis proclive eſt. Ut apud Judaeos illi, qui ex victimis edunt, jure cenſentur in communione altaris eſſe, in quo victimae pars, quam Deus ſibi adſeruit, comburitur, & in ipſius Dei etiam communione, cui hoc proprium eſt altare: ita etiam qui accumbere in fanis nil dubitant, vulgo putantur in communione altaris Deorum, immo ipſorum Deorum eſſe, quibus altare illud dedicatum eſt. Ponit hic nimirum, qui mos ſancto viro valde ſolemnis & uſitatus eſt, priorem comparationis partem: poſteriorem omittit, quam noverat eos facile addituros eſſe cogitando, qui finem diſputationis totius & vulgatas Graecorum opiniones ob oculos ſibi poſuiſſent. Tritum enim ſermone & notiſſimum inter Graecos erat, Diis uti convictoribus, & viciſſim Deorum religione & cultu obligatos eſſe, qui conviviis honori eorum dicatis intereſſent.

His dictis, tangit vir divinus rationem primariam, qua mores ſuos tuebantur illi ex Chriſtianis, quos Deorum juvabant epulae: *Dii nusquam revera ſunt, ſed finguntur tantum ab ineptis & ſuperſtitioſis Graecis; quod autem fictis & commentitiis naturis offertur, id polluere & foedare neminem poteſt, qui fruitur illo. Igitur tametſi carnibus veſcamur, quae Diis conſecratae ſunt, haud tamen gravius peccamus, quam ſi cibis utamur ordinariis.* Non negat *S. Paulus*, rem ita ſeſe habere, idque alias jam conceſſerat: 1. *Cor.* VIII. 4. 5. at contendit, apparere ex illis, quae jam dixiſſet, nihilo tamen minus non leve facinus admitti ab illis, qui victimis non verentur in delubris Deorum veſci. Res enim ejusmodi non eſſe ex veritate, ſed ex hominum opinione metiendas. Nil dubitare ſcilicet Graecos, ſeſe daemonibus ſacrificare, quaecumque ſacrificarent, aut ad daemones placandos & ſibi conciliandos victimas mactatas valere: ex hac autem opinione hanc conſequi, eos, qui conviviis ex victimis apparatis intereſſent, Deorum eſſe cultores & commentitiis Numinibus conjungi atque ſociari. At Chriſtiano vehementer providendum ac cavendum eſſe, ne homines exiſtiment, ipſi cum Diis ſocietatem eſſe & communitatem aliquam: nec enim poſſe non ex hac perſuaſione infinitos errores, Chriſtianae religioni noxios, & ſummam impietatem naſci.

Non dubito, hanc interpretationem *commatis vigeſimi* probaturos eſſe, quotquot rem bene putant & aeſtimant. *Immo*, inquit, *quae ſacrificant profani, ea daemoniis ſacrificare dico, non Deo.* Numquam mihi perſuaſerim, ſanctum hominem id ſibi velle, profanos vere malis geniis aut Deaſtris immolare, quae immolarent. Etenim haec ſententia pugnaret cum eo, quod paullo ante largitus erat Corinthiis, Deaſtrum nihil aut commentitium eſſe aliquid. Si nihil eſt Deaſter, quomodo vere ſacrificari poteſt illi aliquid? Quare nihil nobis relinquitur, quam ut *Paulum* ex Graecorum loqui ſententia ducamus, & hanc ejus mentem eſſe: *Tametſi ſapientes haud ignorent, Deaſtrum, quales Graeci colunt, naturam eſſe commentitiam & nihilum aliquid: Graeci tamen nil dubitant, ſeſe naturis quibusdam inter ſummum Deum & homines interjectis ſacrificare, & has ipſas idcirco naturas, tam bonas, quam malas, praeſentes adeſſe in ſacrificiis & conviviis poſt ſacrificia inſtitutis: ex quo concludant, communionem quamdam ſacrificantium & Deorum ex ſacrificiis & conviviis illis naſci.* Neceſſe non eſt, ut moneam, verbis hiſce *Pauli*, quo totus eorum pateat ſenſus, quaedam iterum ratione & meditatione adjicienda eſſe. Etenim ex ipſa expoſitione mea id jam liquet: & conſequentia verba perſpicue id ipſum, quod a me additum eſt, requirunt. Nimirum ita pergit divinus ſcriptor: *Nolo autem vos in com-*

communione daemonum esse. Non memineram autem communionis daemonum in praecedentibus verbis, ex quibus hoc efficit: Verum dixerat tantum, Diis sacrificare homines profanos. Quare verbis illis: *Daemonibus sacrificant extranei*, hoc subjici debere, manifestum est: *Putantque, his sacrificiis & adjectis conviviis in daemonum sese communionem venire.* Quibus quidem positis, id recte consequitur, quod continuo subjicit: *Nolo autem vos in communione daemoniorum esse.* His iterum verbis qui *Paulum* significare autumant, revera in daemoniorum communionem deduci eos, qui conviviis Diis sacris interessent, illi, si quid ego video, falluntur. In communionem enim naturae, quae nulla & nihilum est, quales *Paulus* non inficiatus erat, Numina Graecorum esse, nulli pervenire licet. Quocirca hic suberit dicto ejus sensus: *Nolo autem persuasum esse cuiquam, vos, qui Christum complexi estis, Deos tamen simul venerari & in eorum communione versari.* Certe haec opinio religioni Christianae vehementer esse noxia poterat, id quod omnes facile perspicient. His observatis, conclusio hujus disputationis, qua negat *Paulus* Christianos mensae Domini & mensae daemoniorum simul participes esse posse *vs.* 21. nulli amplius obscura videri poterit. Nam quis neget, firmius nihil & validius fieri posse hac ratiocinatione? Quum in S. Coena Christiani compotes fiant corporis & sanguinis Domini, testenturque, quoties sacrum illum cibum sumunt, sese inter se conjunctos & unius sacrae civitatis membra esse; Deorum vero cultores vicissim putent, eos, qui epulis post sacrificia institutis intersunt, daemonibus seu naturis inter Deum & homines mediis conjungi, & praesentiam in conviviis hisce pro nota habeant, ex qua convivarum religio & erga Deos studium intelligi debeat: ideo nullus, cui honos Christianae religionis & Servatoris sui gloria curae est, in Deorum fanis accumbere & simul sacrae, quam *Christus* instrui jussit, mensae adsidere poterit. Etenim qui hoc fecerit, is Graecos in hanc deducet opinionem, religionem Servatoris nostri & cultum Deorum non ita inter se distare, ut conjungi certo modo nequeant, nec obstare quidquam, quo minus aliquis in communione *Jesu Christi* sit & simul Deorum amicitiam & societatem appetat: ex qua opinione quanta flagitia, quae sententiarum portenta, quot maculae & scelera non possint non consequi, nemo est tam hebes, quin videat & intelligat. Verum satis, & plus forte, quam satis, dixi ad sanctissimi *Pauli* orationem declarandam, qua Corinthios admonet, ne conviviis interssint, quae Graeci solebant in Deorum fanis agere. Nisi mihi forte nimis faveo, interpretatio haec & facilis est ac plana, & divini scriptoris non modo verbis, sed etiam proposito universo plane consentanea: quod, ut credam, facit, eam non plane ab aequis & eruditis viris rejectum iri. Quid vero, hac probata expositione, superesset in *Pauli* verbis, quod adhibere liceat illis ad sententiam suam firmandam, qui S. Coenam epulum ex oblatis esse judicant & divinum scriptorem aperte id tradidisse arbitrantur? Equidem nihil supereesse arbitror, ideoque hanc opinionem, quae alioquin maximi ponderis rationibus labefactatur, dimittendam prorsus esse censeo.

Neque tantum forte fructum in controversiis cum Pontificis Romani assecla haec praebet sententia, quantum inde sperant doctissimi ejus patroni. Contendet forte

(*) [Ipse *Bossuet Hist. des variations des Egliss. Protest. Tom.* II. *p.* 10. hanc notionem S. Coenae probat.]

(g) *The Christian Priesthood asserted, Cap.* 2. §. 10. *p.* 165.

(h) Argumenta ejus pro hac sententia enume-

ravi

forte homo Pontificius, praeſertim ſi paullo acutior ſit, nihil eam ſibi adverſari; conjungi poſſe commode utramque notionem, nec obſiſtere aliquid, ne S. Coena certa ratione ut ſacrificium, alio vero modo ut convivium ex oblatis inſtructum, conſideretur. (*) Licet omnino, ita perget, S. Coenam ut epulum ejusmodi ſpectare, quum inter convivas ea diſtribuitur: quis hos enim inficietur ſacrificii ipſius fieri compotes, quod oblatum eſt? At omne ſacrificium, priusquam ſacrificantes eo veſci poſſunt, in ara Domino offerri debet. Id igitur etiam in S. Coena fiat oportet: Immolat nempe primum ſacerdos, qui divinitus inſtitutae huic caerimoniae praeeſt, hoſtiam certa ratione, quamvis ſine ſanguine, in ara & ſupremo Numini offert, oblatam vero deinceps, qui mos eſt ſacrificiorum, cum praeſentibus communicat. Quid itaque pugnamus? Dabo tibi, S. Coenam incipere formam convivii talis induere, qualia olim, poſtquam ſacris operati erant, Judaei & Graeci celebrabant, quum ad diſtributionem ejus ventum eſt: Tu, quo comparationi huic ſua conſtet perfectio, viciſſim mihi dabis, ea, quae diſtributionem praecedunt & a ſacerdote peraguntur, ſacrificium referre, quod pro peccatis viventium & defunctorum ſupremo Numini offertur. Viderint, quemadmodum diſputator ejusmodi reprimi queat, qui S. Coenae veram notionem ex ſacris veterum conviviis eruendam eſſe volunt: nobis, quibus ſecus videtur, has licet argutias contemnere.

Ad extremum non poſſum, quin adjiciam, *Georgium Hickeſium*, civem *Cudworthi*, id quod jam alias indicavi, hanc etiam ejus ſententiam oppugnaſſe. (*g*) Sed is longe alia hoc ratione fecit, & diverſo plane conſilio. Diſplicet viro doctiſſimo ſententia haec ideo, quia ipſe ſibi cum multis aliis eccleſiae Anglicanae theologis perſuaſit, in S. Coena vere ſacrificium quoddam fieri: (*h*) Quod autem opponat ei, nihil fere habet, praeter novitatem & diſſenſionem antiquorum doctorum, quos *Patres* nominant: in quo argumento firmitatem dudum viri ſapientes & eruditi deſiderarunt. Infinita enim repudianda nobis forent, quae ſine controverſia vera ſunt, ſi ad hanc exigenda eſſent normam: Quodcumque novum eſt, nec Patribus olim probatum, id abjiciendum eſt. Ex noſtris doctoribus *B. Jo. Franc. Buddeus* parum ſeſe amicum huic opinioni de Coena Domini oſtendit, (*i*) quamquam dubium is tamen fecit, utrum totam duxerit abjiciendam eſſe, an certis tantum legibus conſtringendam. Recitata *Cudworthi* ſententia & expoſita, *Quamvis autem*, inquit, *ingenioſa haec videatur ſententia, non tamen ſine grano ſalis eſt admittenda.* Videtur nonnihil utilitatis & dignitatis huic opinioni relinquere, quia prudenter & circumſpecte ſeu cum grano ſalis eam vult adhiberi. At quae ſequuntur, tam caute poſita ſunt, ut neſcias, utrum rei ſibi aliquid cum ea vir beatus eſſe voluerit, necne. Aſſumit primum id, quod *Cudworthus* ex hac ſententia contra Pontificios probare vult: Sacram Coenam non eſſe ſacrificium: verum haud ſignificat, num apta ſit illa ad hoc dogma contra Romanae partis defenſores probandum & ſtabiliendum. Poſtea, poſſe addit quidem exiſtimare aliquem, facere opinionem iſtam haud parum ad confirmandam veram corporis & ſanguinis Chriſti praeſentiam in S. Coena: rectene vero hunc exiſtimare putaverit, an ſecus, id ſibi haud explicandum eſſe duxit. *Poſſet equidem aliquis*

ravit & ſimul ſolide ac erudite confutavit Vener. *Chriſtoph. Matth. Pfaffius de oblatione veterum Euchariſtica* §. 8. *ſ.* p. 240.

(*i*) *In Sylloge recentiſſimarum de S. Coena controverſiarum* §. 12. p. 16.

Digitized by Google

aliquis existimare, hanc sententiam ad confirmandum dogma de praesentia reali corporis & sanguinis Christi plurimum facere, eo quod inde sequatur, ipsum sacrificium, cujus pars in convivio sacrificiali absumebatur, in sacra Coena quodammodo adesse: sed hanc auctoris mentem non esse, nec eum hanc conclusionem admittere, quae ipse hac de re affert, satis superque ostendunt. Nihil igitur scisscit, nec quid vere sentiat, aperit.

Restat nihil, quod addam, si hoc unum exceperis, capita libelli hujus in certa membra esse a me divisa, singulisque capitibus argumenta praemissa. Ut exigui labor hic momenti sit, proderit tamen nonnihil illis, qui commode hoc opusculo uti volent. Vale, amice Lector, & si quid forte peccatum, aut minus luculenter expositum reperies, inter varii generis curas, aerumnas, & molestias cuncta haec in litteras relata esse cogita. Dab. in Acad. Julia d. XVII. mensis Novembr. MDCCXXXII.

Digitized by Google

DE
VERA NOTIONE ET INDOLE
S. S. COENAE.

Nullus umquam capitalis & gravis exſtitit error, quin idem veritatis quadam parte temperatus eſſet. Quod ſi enim nihil peregrini ornatus falſitas adſciſceret, verum talis, qualis in ſe eſt, turpis ſcilicet ac deformis, hominibus appareret, omnium certe animos & oculos turpitudine ſua offenderet & a ſe abalienaret. Igitur numquam prodire ſolet in publicum, niſi lucido tecta veſtimento; quo poſtquam nuditatem ſuam velavit, in coetus ſeſe & pectora mortalium audacter inſinuat, neque facile a veritate dignoſcitur. Hanc erroris fallaciam, quam nullo non adhibuit tempore, quo ſecurius dominaretur, eleganter expreſſit fabulae ſequentis auctor. Veritas ipſam ſeſe primum orbi terrarum exhibebat, multasque regiones obibat, quo certam ſibi ſedem & domicilium conſtitueret. Sed qui eam tecto reciperet, nemo unus hominum reperiebatur. Magno igitur & generoſo quum eſſet animo, neque indignis mentibus obtrudere ſeſe invitis vellet, terras relinquere & in coelum confugere ſecum conſtituit. Sublimis vero cum ferretur, pallium caſu amiſit, non ſecus ac olim Elias, quod in terras delapſum cupide a falſitate, quae opportunitatem & occaſionem ejusmodi dudum deſideraverat, arreptum eſt. Ab eo tempore falſitas veritatis amiculo tecta terrarum orbem peragrat. Falſitas in ſe ſpectata nulla eſt & nihilum, neque ſuis ideo freta viribus ſtare ac ſe tueri poteſt. Quare ſemper veritatem quamdam complectitur, ψευδος ἀληθὲς, ut *Athenagoras* (a) philoſophus Chriſtianus, ait, (*) *bederae*

(*) In Orat. de mortuor. reſurr.

(a) *Athenagoras*] Ipſa, quae hic afferuntur, verba non exſtant in libello *Athenagorae de reſurrectione mortuorum*, ſed vir doctiſſimus ex hoc dicto, quo librum ſuum philoſophus hicce Chriſtianus exorditur, elicuit ea veluti: πασιν ὑπαρχει τοις λεγω τε και πασης πιθανοτητος ἐχεσθαι ΠΑΡΑΦΤΕΤΑΙ τι ψευδος. *Omnibus dogmatibus & propoſitionibus, quae ab harum rerum veritate pendent & ſi-*

Digitized by Google

ulcerae instar, quae paullatim succrescens blandis, lasciviisque amplexibus parietem circumplicat, quo nixa sensim sese attollit, donec ipsum id, a quo sustentatur, dejiciat tandem & evertat. Nullus error est, quem non veritas quaedam animet, & ab interitu servet. *Est quaedam veritatis anima, quae corpus omnium errorum agitat & informat*, sine qua nec viveret illud, nec moveretur.

Magni vero est interdum ingenii, neque mediocris solertiae, recondita veritatis semina, nec una vitiata injuria, medio de fonte errorum eruere, suaeque luci ac nitori restituere. Sic *Plutarchus* alicubi (*) Aegyptiorum de *Iside* & *Osiride* fabulas ἀμυδρὰς πινὰς, ait, ἐμφάσεις τῆς ἀληθείας, *scintillas quasdam leviter micantes veritatis* habere, ad quas tamen in lucem protrahendas δεινῆ ἰχνηλατῆ, *vate quodam non contemnendo*, opus sit.

Ex hoc ego genere magnum esse illum, quem Romani Pontificis asseclae fovent, errorem de S. Domini Coena arbitror, utpote quam sacrificium esse statuunt. Manavit hic error primum fortassis ex veritate quadam: sensim vero ab ea magis magisque defecit. At nihilo tamen minus, deformis licet sit & foedus, obscura quaedam veri, a quo descivit, vestigia inquirentibus ostendit. Quod quidem apertum fore confido, si veram Coenae Domini rationem & indolem prius declaravero. Etenim hoc facto, cum gravitatem erroris, quo semetipsos obligarunt assectatores Romani Pontificis, demonstrare, tum veras ejus origines accurate aperire mihi licebit.

Veritas index sui & obliqui.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

§. I. *Tria genera sacrificiorum apud Judaeos.* §. II. *Pars sacrificiorum comedebatur ab offerentibus.* §. III. IV. V. *Quod multis probatur exemplis.* §. VI. VII. *Idem mos inter alias gentes fuit.* §. VIII. *In templis hoc fiebat.* §. IX. *Reliquiae ex epulis sacrificialibus.* §. X. *Nullum convivium sine sacrificio.* §. XI. *Coena Domini convivium sacrificiale.*

1 §. I. Veram indolem & rationem sancti convivii illius, quod Christiani *Coenam* appellant *Domini*, cui qui interfunt, corpus Servatoris nostri edunt, sanguinemque bibunt, quem pro nostra salute semel ad sacrificium in cruce praebuit, is demum, nisi fallor, recte intelliget, qui cum veteri illud Judaeorum more contulerit post rem divinam factam epulandi ac de victimis, quas Deo obtulerant, convivium instruendi. Id quo tanto minus habeat obscuritatis, primum quot sacrificiorum fuerint apud Judaeos genera, & quae singulorum

(*) Libr. de Iside & Osiride (p. 356. T. II. Opp.)

antur, aliquid falsi adnascitur & cohaerescit, Cap. I. p. 143. edit. Dechairii. Ita saepe solet vir doctissimus sententiam potius, quam ipsa eorum verba, referre, quorum auctoritatibus orationi suae

Digitized by Google

rum ratio & natura, breviter mihi declarandum erit. Quatuor in claſſes diſtribui vulgo ſolent Judaeorum ſacrificia: in עולה, חטאת, אשם, שלמים, *Holocauſta*, *ſacrificia piacularia*, *ſacrificia pro delicto*, & *ſalutaria*. Neque id male fieri puto. At credo tamen, utilius, noſtroque convenientius inſtituto fore, ſi ad tria genera Judaeorum ſacrificia retulero. Quaedam primum eorum tota Deo erant ſacra, ideoque in altari flammis omnino conſumebantur: haec *holocauſta* vocantur. Alia deinde partim Deo in ara conſecrabantur & accendebantur, partim ſacerdotibus in victum cedebant. Atque haec iterum in *ſacrificia piacularia* & in *ſacrificia pro delicto* partiri licet. (*) Poſtremo quaedam tripartito inter Deum, ſacerdotes, hominesque, a quibus offerebantur, dividebantur, quae *ſacrificia pacis*, & *ſalutaria* ſeu שלמים nominari ſolebant. (*b*) Horum ſacrificiorum magiſtri Judaeorum dicunt unam partem Dei eſſe, alteram ſacerdotum, tertiam denique eorum, a quibus offeruntur & exhibentur, חלק לשם וחלק לכהן וחלק לבעל. Et hinc quoque vocabuli *Schelamim* repetere rationem ſolent; quod ideo his victimis proprium eſſe affirmant, quod & altari, & ſacerdotibus, & hominibus rem divinam facientibus pacem afferant, ad quorum quippe ſingulos pars quaedam eorum pertineat.

§. II. Primi generis ſacrificia, tametſi tota Deo dicata erant & flammis in altari abſumebantur, non alia, ut arbitror, de cauſſa, quam ut certi cujusdam Chriſtianae religionis myſterii ſpeciem & formam adumbrarent, ſemper tamen ſacrificia ſalutaria habebant adjuncta, ſiquidem a privatis hominibus offerrentur, nec univerſi populi munera קרבנות ציבור, eſſent. Quocirca qui ejusmodi Deum victimis placare ſtudebant, quarum nulla pars relinquebatur, nihilo tamen minus convivium, re divina facta, inſtruere poterant. Diſpar erat eorum conditio, qui ſecundi generis ſacrificiis accedebant ad Deum: quibus, quod ipſi ederent, nihil plane remanebat. Cujus quidem inſtituti haec erat ratio, quod hi Deum non ex toto propitium habebant, verum crimine quodam contaminati, quod caeſa hoſtia expiare cupiebant, templum ingrediebantur. At hi ipſi per ſacerdotes tamen, quibus apud Deum conciliatoribus utebantur, ſacrificii participes fiebant; quippe qui, tamquam procuratores, loco eorum, quorum negotia veluti gerebant, victimis veſcebantur. At qui ſacrificia praebebant ſalutaria, his partem eorum, quae obtulerant, ipſis comedere, eoque ritu foedus veluti cum Deo renovare licebat: id quod copioſius deinceps explicabitur. Nam omnis ab his culpa aberat & macula: (*Levit.* VII. 20.) neque in Dei incurrerant iram & indignationem aut foedus cum ipſo initum violaverant.

§. III. Quare, nullum factum eſſe inter Judaeos ſacrificium, liquet, quin victimae partem conſumerent illi, a quibus ad aram adducta erat, ſive ipſi hoc fungerentur officio, ſive per ſacerdotes, ſi forte culpa quadam & criminis nota impedirentur. Hinc in ſacris litteris epulas ex victimis inter eos ſemper ritus videas referri, qui cum omni ſacrificio numquam non ſociati ſoleant eſſe. Rem aliquot

(*) De horum ſacrificiorum diſcrimine lege *Petitum* in *variis lectionibus*.

ſuae decus & robur conciliare ſtudet. *Adrian. Relandus* in *Antiqq. Sacris Hebraeor. Part.* III. *Cap.* 1. §. 2. *p.* 262.

(*b*) *Solebant*] Dignus eſt, qui hic conferatur

(*c*) *Mor-*

aliquot exemplis declarare juvat. Deus poſtquam juſſerat Judaeos, occupata terra Canaan, aras, ſimulacra, & reliqua omnia cultus divini, quem fictis Diis veteres incolae olim exhibuerant, monumenta evertere, hanc latae legis rationem ſubjicit: *ne pangas foedus cum habitatore illius terrae, ne quum ſcortabitur ſectando Deos ſuos & ſacrificia Diis ſuis offeret, invitet te &* COMEDAS DE SACRIFICIIS EJUS. *Exod.* XXXIV. 15. Quod hic ne fiat, veretur Deus, id poſtea factum eſt, teſte Moſe. *Num.* XXV. 2. *Invitaverunt populum ad ſacrificia Deorum ſuorum &* EPULABATUR POPULUS *ac incurvabat ſe Diis illorum*; aut, ut *Pſalmi* CVI. 28. verbis de hoc utar flagitio: *copulaverunt ſe etiam cum idolo Peboris &* COMEDERUNT *ſacrificia mortuorum.* (*c*) Iethro, *Moſis* ſocer, quum ad viſitandum veniſſet generum, *obtulit Deo holocauſtum & victimas, & venit Aaron & omnes ſeniores Iſraëlis ad* EPULANDUM *cum ſocero Moſis coram Deo ipſo. Exod.* XVIII. 12. Recte ab *Abenezra* & interprete Chaldaeo obſervatum eſt, haec ſacrificia fuiſſe ſalutaria, cum quibus, id quod ante jam indicavimus, *holocauſta* ſemper conjuncta ſolebant eſſe. Vituli aurei, cui ſacra fecerunt Iſraëlitae, hiſtoriam ubi Moſes narrat, haec inter alia ſcripta reliquit: *Aaron exſtruxit altare coram eo, proclamavitque dicendo: Craſtinus dies feſtus eſto Jehovae.* (Vide, ſimulatque ara eſt exſtructa, ſtatim convivii (*d*) mentio fit.) *Surgentes itaque poſtridie mane obtuleruns holocauſta & fecerunt ſacrificia pro ſalute, diſcubuitque populus ad* EDENDUM ET BIBENDUM *Exod.* XXXI. (*) Hunc locum Paulus in memoriam Corinthiis revocat, quum eos rebus Diis oblatis veſci vetat, 1. *Cor.* X. 7. *Ne igitur inanes Deos colite ſicut quidam eorum, de quibus ſcriptum legitur:* SEDIT POPULUS AD EDENDUM ET BIBENDUM. Nec enim ibi de vulgari quodam convivio ſermo eſt, verum de epulis, quas ex victimis, vitulo aureo dedicatis, inſtruxerant Iſraëlis poſteri.

§. IV. De *Elkana* ſacer Hiſtoricus. 1. *Sam.* I. 3. haec prodidit memoriae: *Adſcendebat quotannis e civitate ſua Schiluntem ad venerandum Jovam belli potentem, eique ſacrificandum. Quoque die rem divinam faciebat, dabat Peninnae uxori ſuae & omnibus filiis ejus ac filiabus ejus* PORTIONES: *Hannae vero dabat partem duplam:* intellige *Portiones*, id quod *R. David Kimchi* adnotavit, *victimarum*, quas obtulerat, diſtributas ab eo fuiſſe, quibus uxores & familia ejus veſcerentur. Ejusdem *libri capite nono* Saul Samuelem quaerens, quum propius abeſſet ab urbe, puellas quasdam in itinere offendiſſe legitur, de quibus acceperit, Samuelem in urbem veniſſe, quod populus in excelſo colle rem divinam eo die facere conſtituiſſet: *Simulac*, ajunt, *ingreſſi eritis urbem, invenietis eum, quum nondum adſcenderit excelſum iſtud* AD EPULANDUM. *Nec enim, dum advenerit,* EPULABITUR *populus.* Vocabulum *bamah*,

(*) Potius Exod. XXXII. 6.

(*c*) *Mortuorum*] Primum hoc teſtimonium alio collocari debebat loco. Nam in eo hic eſt vir doctiſſimus, ut Judaeos oſtendat epulas ex victimis Deo caeſis inſtituiſſe: Haec vero dicta non Judaeos, ſed veteres Palaeſtinae incolas, populosque Orientales, qui multis ſerviebant Diis, hoc ritu functos fuiſſe, oſtendunt.

(*d*) *Convivii*] Haec obſervatio unice nititur ambiguitate vocabuli Anglici, *Feaſt*, quod notum eſt, & *diem feſtum*, & *convivium* ſignificare. Vir doctiſſimus poſteriori ſenſu in verſione Anglica id ſumſit, quo ex hoc loco Moſis probaret, epulas & convivia non potuiſſe divelli a ſacrificiis. Ego vero, ut, quod res eſt, fatear, temere hoc factum arbitror. Nec enim vocabulum Ebraeum בן duplicem illam, quam nomen Anglicum, poteſtatem habet: nec *Aaron* hiſce verbis convivium indicit ſupremo Numini celebrandum, ſed diem feſtum.

(*e*) *Viri*

Digitized by Google

Bamah, quod hic in Hebraeo codice exstat, proprie significat *locum excelsum*, aut locum, in quo victimae caedi & offerri solent: ex quo Graecum nomen βῶμος natum esse, viri docti (*e*) suspicantur. At Chaldaeus tamen interpres, cum aliis multis in locis, tum hic reddit illud בית אסתרותא *domus accubitus*, eo quod accumbere ad epulandum & rem sacram facere duae res tum temporis erant, quae segregari nullo modo poterant. *Decimo sexto libri* hujus *capite* Samuel, qui Bethlehemum sese contulerat, ut Davidem ungeret: *Ad celebrandum*, inquit, *sacrificium Jehovae veni, comparate vos, ut mecum veniatis ad illud sacrificium.* Quumque natu minimum Jesse filium abesse domo cognovisset: *Mitte* ait *& assume eum: nec enim* ACCUMBEMUS, *donec veneris huc.* Nec ego aliter illud, praeeuntibus Judaeorum doctoribus, interpretor, quod *Jud.* IX. 27. scriptum legitur: *Ingressi sunt in aedem Dei sui, ut ederent & biberent & Abimelecho male dicerent*, id est: Ingrediebantur aedem Dei sui, ut ipsi sacrificium facerent & postea convivium ex residuis ejus partibus appararent. Ac fortassis ex hoc ipso ritu sacrificiis oblatis vescendi nomen hic Sichemitarum Deus invenerat, qui *Berith* dicebatur; quod nomen *foedus* significat. Nam qui foedera pangebant, id quod luculentius deinceps docebimus, hoc in primis more solebant uti. Nec aliter Hebraeorum interpretes illud exponunt, quod Philistaei, postquam lumina effoderant Simsoni, fecisse leguntur *Judic.* XVI. 23. *Congregati sunt ad celebrandum sacrificium magnum Dagoni, Deo suo, &* AD LAETITIAM, id est, ad epulas post rem divinam factam instituendas. (*f*)

§. V. Hanc propter caussam toties in sacris litteris conviviorum & epularum mentio fit, quum Judaeorum superstitio, qui Deos inanes saepenumero sacrificiis honorabant, reprehenditur. *Esajae* XVII. 7. *In monte*, inquit vates, *alto & elato ponis* CUBILE *tuum, etiam illuc adscendis ad faciendum sacrificium tuum.* Priscis enim his temporibus (*) non sedebant in conviviis, sed in lectis accumbebant. *Ezech.* XXIII. 40. *Mittitis ad homines Sabaeos* (†) *e longinquo venturos* (id est, ad falsorum Numinum sacerdotes ex Arabia) *qui legato ad se misso statim veniunt, quorum caussa lavas te, fucas oculos tuos, & ornas te ornamentis. Insides* LECTO *splendido, cum mensa instructa ante illum.* (*g*) *Amos* II. 8. *Et super vestes in pignus acceptas decumbunt ad quodvis altare*, id est, ad quaevis accumbunt altaria, ut sacrificiis, quae in illis oblata falsis Diis sunt, vescantur. Sic *Ezech.* XVIII. 11. *in montibus comedere* idem videtur esse, quod in montibus sacrificia facere, nam alterum sine altero fieri non poterat: *Qui ista omnia non faciat, quin etiam in istis montibus comedat.* בטוריא פלח טעותא, id est, *Diis in montibus victimas haud immo-*

(*) v. *Casauboni* Exerc. in Baron. 16. 22. (p. 350.)
(†) De Saba vid. *Salmasius* Exerc. Plinian. p. 497. 500. (p. 348. sequ. ed. recent.)

(*e*) *Viri docti*] *Jo. Guil. Stuckius* in *descriptione sacrificiorum gentilium fol.* 63. a. & alii.

(*f*) *Instituendas*] De veritate harum interpretationum pugnare nolo, tametsi non nimis validae ac munitae sint. Sed quomodo Sichemitarum & Philistaeorum exemplis probabitur id, quod hic probare instituit Vir doctissimus, gentem Deo sacram seu Hebraeos post rem divinam factam convivium celebrasse?

(*g*) *Illum*] Hic Ezechielis locus ad rem praesentem haud pertinet. Nam statim sanctus vates addit, quare mensa haec instructa fuerit: *super quam suffimen unguentumque meum posuisti.* Non ergo convivandi caussa posita erat, sed thus in honorem Dei, qui putabatur, accendendi.

Digitized by Google

immolet, uti Chaldaeus interpres haec verba reddidit. (*h*) Postremo *S. Paulus* universe pronuntiat, eos qui altaris participes fiunt, sacrificiis vesci solere: *Hebr.* XIII 10. *Habemus altare, ex quo non habent jus cibum capiendi, qui tabernaculo deserviunt.* (*i*) His unum adjicere placet, quod paucis notum esse video, Judaeos, dum in locis desertis errarunt, nihil privatim & domi suae comedisse, quin id antea Deo in sacrificii loco ad portam tabernaculi obtulissent. Diserte quidem hoc praecipitur. *Levit.* XVII. 4. 5. *Quicumque e familia Israëlis jugulaverit bovem, aut agnum, aut capram in castris extrave castra, neque ad portam tentorii conventus non adduxerit illam, oblaturus oblationem Jehovae, is perinde ac si caedem fecerit, habetor.* Ad quem locum *Nachmanides*, ex veterum magistrorum sententia, haec adnotat: הגה מתחלה צוה שכל מה שדם אוכלים שלמים. *Vides praecepisse*

(*h*) *Reddidit*] Ex his sanctorum virum locis id quidem nobis intelligere licet, Judaeos, profanarum gentium more, Diis commentitiis sacra fecisse & ex victimarum reliquiis in templis aut locis excelsis epulatos esse: at minime ex illis efficies, quod hic efficere vult vir doctissimus, populum Judaeorum post victimas vero Numini oblatas convivia & instruxisse, & instruere a Deo jussum fuisse. Non desunt multo clariora, ex quibus hoc apertum est, testimonia: & carere idcirco caussa haec dictis istis poterat.

(*i*) *Deserviunt*] Validius hoc fit argumentum ex *Pauli* verbis ductum, si animadvertamus, quod mihi perspicuum videtur esse, *aram* hic poni pro *victima* in ara Deo oblata. Sensus verborum hic est, ut puto: *Jesu Christi, qui vera est pro peccatis hominum victima, nemo fieri particeps potest, qui in caerimoniis & externis ritibus Judaicis religionis arcem censet esse positam.*

(*k*) *Nominabatur*] Magnus est doctissimorum virorum numerus, qui id ipsum, quod hic *Cudworthus* probat, demonstratum dedere, moris fuisse Judaeis, ex residuis victimarum partibus solemnes epulas instruere. Dissident hi quidem inter se, utrum hic ritus ab aliis populis ad Judaeos venerit, seu potius, divinis auspiciis ad Judaeos ab aliis gentibus translatus sit, an vero a Judaeis ad reliquos populos, qui pluribus supplicabant Diis, manaverit: at de ipsa re nihil inter eos est controversiae. Consuli ex multis in primis velim *Jo. Mich. Dilherrum de cacozelia gentilium Cap.* 12. *Tom.* II. *Disp. Academ. p.* 274. *Jo. Spencerum de legibus Ebraeor. ritualibus Lib.* III. *Diss.* 1. *Cap.* 7. *p.* 703. *Tom.* II. *ed. recent. Jo. Guilielm. Stuckium Antiquit. Convival. Lib.* I. *Cap.* 30. *f.* 108. *f.* Nihil igitur addam, nisi unum, quod praetermissum video ab illis, qui hoc argumentum tractarunt, tametsi non inutile sit cognitu, & ad controversiam quamdam, quae diu doctos inter viros agitatur, terminandam in primis conducat. Essenі, nobilis Judaeorum secta, ut in multis aliis rebus a majorum institutis defecerat, ita quoque ab epulis abstinebat, quis reliqui Judaei post rem divinam factam instituere solebant. Auctor hujus rei ex *Theophrasto* est *Porphyrius*, ex primis scholae Platonicae doctoribus; cujus verba ex *Libro de abstinentia a carnibus animalium Lib.* II. §. 26. *p.* 70. haec sunt: ἡμεῖς Σύροι μὲν Ἰουδαίων τὸν ἐξ ἀρχῆς Σύρων ἴτι καὶ τῶν φυσικῶν ὁ Θεόφραστος ζηλωτάς, εἰ τὰ αὐτὰ τρέπειν ἡμᾶς κελεύοιεν θύειν, λάθοι ἂν τὴν πρᾶξιν· οὐ γὰρ ἐπιτίθενται τοῖς ὑλίνοις πελανοῖς μᾶλλον ἢ αὐτοὶ λιβόντες, ἀπόλαυσιν τῶν θυομένων ἔχοντες, ἐπὶ τῷ βωμῷ μὲν ὁ πυρίκαυστος γίνεται θεατής. *Proinde Judaei, qui Syriam incolunt, propter primum sacrificiorum institutum eo modo etiamnum animalia, ut ait Theophrastus, sacrificant: quo si nos juberent facere, a ritu immolandi deficeremus. Non enim* VICTIMAS EPULANTUR, *sed eas integras per noctem comburentes, multo melle & vino iis superfuso sacrificium ocyus consumunt, ne qui omnia videt facinus hoc intueatur.* De Essenis haec esse verba accipienda, non de omnibus Judaeis, & res ipsa loquitur, & quae sequuntur extra omnem controversiam ponunt: ἡμῖν τοῦτο ἔθος, παρὸ τὰς ἄλλας μέσας τούτῳ ἡμέρας ἡμῖν κατὰ πᾶσαν τοῦτον τὸν χρόνον ἀπὸ φιλοσόφων τὸ γένος ὄντες, περὶ τοῦ θείου μὲν ἀλλήλοις λαλοῦμεν, ἀπ' ἀνατολῆς δὲ ἕως δύσεως ἀγρυπνοῦμεν ἐς τοσοῦτον, ἡμῖν δὲ αὐτοῖς ἐγγράφως τὸ κοινὸν τεθεώρηται. *Hoc autem faciunt, diebus interjectis jejunantes, & per totum tempus, tamquam e philosophorum essent genere, de Numine colloquuntur: nocte etiam astra contemplantur.* In Essenos haec egregie convenire, neminem praeterire poterit, cui vel *Philo*, vel *Josephus* est lectus: in Judaeos autem generatim nullo modo cadunt. Neque mirum est a carnibus victimarum homines abstinuisse, quos *Pythagorae* instituta imitatos esse, & carnes contemplationi & sanitati animae obsistere, credidisse, notum est.

Lis est inter viros eruditos: Utrum Essenі victimas immolaverint Deo, nec ne. Plerique omnes olim nil dubitarunt, Essenos hac in re a Judaeorum ceteris haud discessisse: idque fecerunt auctoritate *Josephi* freti, qui de Essenis haec scripta reliquit *Antiquit. Judaicarum Lib.* XVIII. *Cap.* 1. §. 5. *p.* 871. *Tom.* I. Εἰς δὲ τὸ ἱερὸν ἀναθήματά τε πέμπουσι, θυσίας δὲν ἐπιτελοῦσι διαφορωτέρας ἁγνιῶν δὲ τοιούτων, οὐ δὲ αὐτοῖς ἐγγράφως τὸ κοινὸν τεθεώρη-

Digitized by Google

cepisse Deum initio, ut omnia, quae comederent Israëlitae, sacrificia essent pacificatoria. Huic autem legi, postquam ingressi erant in terram promissam, derogatum est, eo quod plerorumque domicilia remotiora essent a tabernaculo foederis, quam ut quotidie ad rem sacram faciendam accedere eo possent. *Deut.* XII. 20. 21. *Si procul aberit abs Te locus ille, quem electurus est Jehovah Deus ad collocandum nomen suum illic & mactabis de armento tuo aut de grege tuo —— tum comedes intra portas tuas omnino, prout desiderabit animus tuus.* Ejus vero ritus loco tria quovis anno certa, statutaque tempora lege designabantur, quibus mares omnes Hierosolymas adscenderent, quo Deum in tabernaculo suo viderent & in conspectu ejus cibum, potumque sumerent. Quodque tum offerebant Deo sacrificium, id עולת ראיה *sacrificium visionis*, vulgo nominabatur. (*k*)

§. VI.

περὶ δὲ, ἐφ' αὑτῶν τὰς θυσίας ἐπιτελοῦσι: *In templum autem donaria dum mittunt, ibi sacra non faciunt, propterea quod lustrationes habeant sanctiores; hac de caussa communi delubro arcentur & sacra sua seorsum faciunt.* Vide ex multis *Joh. Drusium de tribus sectis Judaeor. Lib.* IV. *Cap.* 22. *p.* 346. *ed. Triglandii.* Verum recentiores ab hac sententia *Philo* Judaeus abduxit, qui contrarium de hac secta perhibet, *Libro quod omnis probus liber p.* 876. ἀ ζῶα καταθύουσι, ἀλλ' ἱερουργεῖν τὰς ἑαυτῶν διανοίας καταγγυάζειν ἀξιοῦντες. *Non mactant victimas, sed suasmet ipsorum mentes componunt ad sanctimoniam.* Nec uno tamen modo omnes, qui hanc sequuntur sententiam, *Josephi* testimonium, quod sibi vident adversari, labefactant. Quidam ab arte Critica petunt auxilium & *Josephi* locum corruptum esse statuunt. *Sam. Petitus*, vir ingeniosus & litteratissimus, qui *Variar. lectionum Lib.* IV. *Cap.* 9. *p.* 795. multus est in hac opinione defendenda, pro τὰς θυσίας, quod in nostris est *Josephi* codicibus, legere jubet: τὰς δ' ἁγνείας ἐπιτελοῦσι, *purgationes peragunt.* Verum hanc conjecturam nullus fulcit codex; *Rufinus* autem & *Zonaras* prorsus conficiunt, quorum scilicet uterque ita verba legit *Josephi*, uti hodie leguntur a nobis. Vid. *Joh. Zonarae Annales Lib.* VI. *Cap.* 3. *p.* 199. *ed. Venetae.* Quis codicum omnium consensioni & tam antiquis testibus suspicionem vel ingeniosissimam praeferat? sed & ipsa *Josephi* oratio hanc emendationem repudiat, qui non de purgationibus, sed de victimis verba facit. Male certe scriptor hic sacrificiis sacras lotiones & purgationes, quas & reliqui servabant Judaei, opposuisset. Hinc alii emendatione haud opus esse, sed justa tantum verborum *Josephi* interpretatione, opinantur. Verba nimirum ἐφ' αὑτῶν τὰς θυσίας ἐπιτελοῦσι ita jubent vertere: *In seipsis sacrificia peragunt*, id est, sese ipsos Deo vovent & consecrant. *Gisb. Cuperus epistola ad Jo. d'Outrein* sub finem libri *Outreinii de clangore Euangelii p.* 394. *Richardus Ibbetson Notis ad Josephum p.* 871. Verum, ut omittam alia, quae prorsus violentam docent esse hanc expositionem verborum *Josephi*, hoc mihi unum ad eam infringendam sufficere videtur, quod vehementer obscure facilis alioquin scriptor loquutus esset, si his verbis id, quod diximus, indicare voluisset. Igitur alii sunt, qui nodum sibi secandum esse ducunt, quem solvere nequeunt, & *Philonem* potius audiendum esse praecipiunt quam *Josephum*; illum enim Essenos ante oculos habuisse circa Alexandriam degentes, & rerum idcirco ad hanc familiam pertinentium, multo magis, quam hic, gnarum & peritum fuisse: illum quoque copiose ac luculenter de hac secta commentatum esse, hunc breviter, praecise, & aride: rationem vero postulare, ut locuples & copiosus scriptor homini anteponatur rem praetereundo tantum attingenti. Ita *Jac. Basnagius Histoire des Juifs Livr.* II. *Chap.* 20. §. 14. *p.* 535. 536. *Tom.* II. A quo non multum discedit *Jo. Franc. Buddeus*, qui *Histor. Eccles. Veter. Testam. Tom.* II. *p.* 1212. *minus sibi id credibile videri* profitetur, quod *Josephus* perhibet, *quam quod* PHILO *refert.* Sunt vero & aliqui, quos nihil decernere, sed rem omnem in medio relinquere iuvat. Vid. *Jo. Clericus Prolegom. ad Historiam Eccles. binorum priorum seculorum Sect.* I. *Cap.* 4. §. 8. *p.* 18. *s. Porphyrii*, quem supra descripsi, locus totam hanc dirimit controversiam & simul historiam Essenorum non mediocriter illustrat. Primum scilicet ex eo patet, haud mentitum vel deceptum fuisse *Josephum*, quum scriberet, Essenos victimas offerre quidem Deo, verum extra templum & peculiari more. *Theophrastus* enim, gravis & antiquus auctor, id ipsum non modo confirmat, verum etiam caussam affert, propter quam in templo rem sacram facere huic sectae haud licuerit. Nimirum qui in templo victimas caedi jubebant, illos ex victimis epulari etiam oportebat: quod quum sibi religioni ducerent Esseni, qui omnem carnem fugiebant, idcirco seorsim immolare debebant. Constat deinde ex hoc loco, Essenis in Syria habitantibus id tantum in more fuisse positum, ut Deum victimis placarent, nec carnem tamen hostiarum degustarent. Igitur & *Philonis*

§. VI. His, nil dubito, teſtimoniis extra omnem poſui controverſiam, Judaeos ſolitos fuiſſe ſacrificiis ſuis ſolemnes epulas adjungere. Rem vero non inutilem me facturum arbitror, ſi his nonnihil de gentibus a veri Numinis cognitione alienis, appendicis inſtar, adjiciam, inter quas idem inſtitutum viguit: praeſertim, quum proſpiciam, fructus hinc nonnihil ad ſequentem diſputationem redundaturum eſſe. Uſu tam receptum erat olim inter omnes gentes, quae multis ſervierunt Diis, poſt ſacrificia, quibus commentitia ſua placare volebant Numina, convivia inſtruere, ut *Iſaacus Abravanel*, non indoctus Judaeorum magiſter, in *Piruſch Hattorah* haec de illis ſcripta relinquere nil dubitaret: בימים קדמונים כל מי שהוא עושה עבודת אלילים מיד היה עושה עליה מכלה *Diebus antiquis quisquis idolis ſacrificabat, ſtatim convivium inſtruebat de ſacrificiis.* Et hujus quidem moris tam remotae credebantur origines, ut ipſi populorum iſtorum ſcriptores ad *Prometheum* initia ejus referrent. Animadvertit hoc *Salmaſius* (*l*) in *Exercitationibus Solino-Plinianis*, qui, (*) *Hunc*, inquit, *ſacrificii morem a Prometheo originem duxiſſe volunt, quo partem hoſtiae in ignem conjicere ſunt ſoliti, partim ad ſuum victum abuti.* Aetas quidem *Promethei* hujus, ſi fides haberi debet *Euſebii chronico* & vulgaribus Chronologis, in annum circiter 3028. periodi Julianae incidit; quod ſi verum eſſet, diu poſt *Noachum* vixiſſet. Verum multo eum citius & ipſis prope *Noae* temporibus fuiſſe, vel inde perſpicuum eſt, quod *Japheti* dicitur fuiſſe filius, cujus parens *Noachus* fuit: quem *Japhetum* gentium Europaearum patrem eſſe conſtat, quae *Japeti genus* ideo a poëta vocantur. (*m*) (*Gen.* X. 5.) (†) Non illi certe ſunt humani auctores, qui tempora aetatis illius computarunt, quam *Cenſorinus*, *Varronis* exemplo, *μεγιστον* appellavit, in quorum judicio & auctoritate multum collocari queat fiduciae. Nec diffiteor tamen, magis

(*) p. 129. a. p. 91. ed. recent.

(†) Obſervari velim hic, formulam אי הגוים *inſulae gentium*, in ſacris litteris ſemper fere adhiberi ad Europam deſignandam.

lenis ſalva manet auctoritas, qui de Eſſenis Aegyptum incolentibus unice loquitur, apud quos alia haud dubie inſtituta fuerunt. Et his obſervatis illud poſtremo apparet, in factiones quasdam Eſſenos fuiſſe diviſos, nec iisdem omnes inſtitutis & ritibus uſos eſſe, ſigillatim Syros & Aegyptios Eſſenos non mediocri diſcrimine dogmatum & opinionum ſejunctos fuiſſe.

(*l*) *Salmaſius*] Miror, virum doctiſſimum *Salmaſii* tantum probare teſtimonio, veteres Graecorum & aliarum gentium ſcriptores ad *Prometheum* origines epularum poſt rem divinam olim adornatarum retuliſſe, nec ſcriptorum illorum aliquem nominare. Video, id ipſum *Jo. Spencerum* facere *de legibus ritualibus veter. Ebraeor. Lib.* III. *Diſſ.* I. *Cap.* 7. *p.* 706. At non is eſt *Salmaſius*, cujus auctoritati ſtare queat lector in ejusmodi cauſſis antiquis. Narravit *Heſiodus* in *Theogonia vſ.* 535. *ſ. p.* 92. fabulam illam de Prometheo, qua haec nititur opinio. Clarius *Hyginus Aſtron. Poët. Lib.* II. *Cap.* 15. *p.* 97. *Prometheus — recuſatione dicitur ab Jove impetraſſe, ut partem hoſtiae in ignem conjicerent, partem in ſuos conſumerent uſus.*

(*m*) *Vocantur*] Multi ſunt inter Viros eruditos, qui Hiſtoriae ſacrae & profanae cognationem & ſimilitudinem perſequuti ſunt, quibus parens *Promethei Japetus* idem fuiſſe videtur, qui *Japhetus*, Noae filius. Vid. *Gerh. Joh. Voſſius de idololatriae orig. & progreſſu Lib.* I. *Cap.* 18. *p.* 54. *Petr. Dan. Huetius Demonſtrat. Euangel. Propoſ.* IV. *Cap.* 10. §. 6. *p.* 256. *Steph. Morinus in Diſſ. octo ad Antiqq. ſacras & profan. Diſſ.* I. *p.* 11. ſed neminem praeterit, quanta vis ſit argumentorum, quae a nominum ſimilitudine ſumuntur. Poëta, quem vir doctiſſimus ait Europae incolas *Japeti genus* appellaſſe *Horatius* eſt *Lib.* I. *Od.* III. Sed fallitur, quod ſibi perſuadet, nomine hoc Europaeos tantum a poëta intelligi: nam manifeſtum eſt, univerſum genus humanum ab eo deſignari.

(*n*) *Adiniſſum eſſe*] *Voſſii* hic legi: veſtigia vir doctiſſimus, qui, tametſi velit *Prometheum* nullum eſſe alium quam ipſum *Noachum*, ſimul tamen

gis mihi placere eruditiſſimi *Voſſii* (*) ſententiam, qui *Prometheum* ipſum fuiſſe *Noachum*, *Japheti* patrem, non autem filium *Japheti*, exiſtimat. Reliqua enim, quae de *Prometheo* narrantur, perapte cadunt in *Noachum*: neque admirandum eſt magnopere, in re vetuſtatis adeo remotae ejusmodi errorem ab auctoribus profanis admiſſum eſſe. (*n*) Quod ſi recte *Prometheus* cum *Noacho* componitur, ritum hunc ex ſacrificiis epulas inſtruendi univerſus ſtatim orbis eodem tempore, quo morem ipſum victimas Deo caedendi, accepit. (*o*) Quidquid id eſt, tanta exſtat teſtimoniorum de hoc ritu in antiquis ſcriptoribus copia, ut vel ſolus *Homerus* tot nobis ſuppeditare queat, quot ſufficiunt ad rem hanc extra omnem diſputationem collocandam.

Illiados Libro I. (†) narrat poëta, quemadmodum Agamemnon Apollini hecatomben per ſacerdotem ejus Chryſen offerri curaverit & continuo poſt rem ſacram factam convivium celebraverit: *Libro* II. (§) idem Agamemnon Jovi bovem caedit, Graecorumque praefectorum nonnullos invitat, ut ſecum de victima coenent. *Libro* III. (**) *Odyſſeae Neſtor* legitur magnificum *Neptuno* ſacrificium, octoginta nempe duo juvencos, immolaſſe, atque inde epulas in littore apparaſſe. *Libro* VIII. poſtquam *Alcinoum* taurum *Jovi* obtuliſſe dixerat, haec ſtatim ſubjicit:

—— Δεῖπνόν τ' ἐρατεινὸν ἐπαρτὶς
Τερπόμεθα.

Platoni de legibus ſecundo epulae hae dicuntur ἑορταὶ μετὰ θεῶν, *feſti dies*, poſt rem ſacram Diis factam inſtituti. (*p*)

§. VII.

(*) Lib. I. De Idol. cap. 18. p. 54. (†) vſ. 456. ſ. p. 36.
(§) vſ. 425. ſ. p. 78. (**) vſ. 32. ſ. p. 58.

tamen *Japetum* & *Japhetum* inter ſe haud differre contendit. Cui quum opponi poſſe videret ſententiae, *Japetum* a poëtis parentem dici *Promethei*, at ſacras teſtari litteras, *Japhetum* filium fuiſſe *Noachi*, quem *Voſſius* cenſet eſſe *Prometheum*. *Nihil mirum*, inquit, *ſi in ſeculis, tam longe remotis, antiquitas patris & filii nomina confuderit.* Sed ſi tam grave peccatum vetuſtas admittere potuit, ut filium cum parente confunderet, neſcio, quidnam ea certi nobis afferre queat ad Hiſtoriam ſacram illuſtrandam. In majorem memoriae vitio errorem incidit *Jo. Spencerus de legib. Ebraeor. ritual. Lib.* III. *Diſſ.* I. *Cap.* 7. *p.* 706. quum, *Denique*, inquit, *Prometheum illum, eumdem cum Japeto, adeoque Noacho κατ' ἐξοχὴν fuiſſe arbitrantur.* Nullus mihi opinionis hujus patronus occurrit inter viros harum rerum ſtudioſos. Dicere debuit vir eruditus: *Cum Japeti filio.*

(*o*) *Accepit*] Ita ſentit *Hugo Grotius Comm. in Matth.* XXVI. 26. *p.* 451. *Apud Graecos, aliasque gentes uſurpabatur, ut qui victimas offerrent, de earum carne epularentur —— ſive id ab Hebraeorum exemplo originem traxit, ſeu,* QUOD EST PROBABILIUS, *a communium parentum inſtitutis.*

(*p*) *Inſtituti*] In plerisque *Platonis* codicibus *Libro* II. *de legibus p.* 576. non legitur μετὰ θεῶν, ſed μετὰ θεῶν, Atque haec lectio commodum parit ſenſum, quod ex illis, quae de loco hoc *Platonis* jam diſſeremus, apparebit. Ipſa primum philoſophi verba exhibeo: Διὰ δὲ ταῦτα ἔφαμεν τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίπονον πᾶσιν γίγνεσθαι, ἀναπαύλας τε αὐτοῖς τῶν πόνων ἐπάξασθαι, τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς τοῖς θεοῖς, καὶ μούσας, Ἀπόλλωνά τε μουσαγέτην καὶ Διόνυσον ξυνεορτάσεις ἴδοντας, ἵν' ἐπανορθῶνται τὰς γενομένας τροφὰς ἐν ταῖς ἑορταῖς μετὰ θεῶν. *Marſilius Ficinus* hunc locum, ut multos *Platonis* alios, tam inepte ac perverſe vertit, ut certus ſim, ipſum neſcivisſe, quid ſignificare vellet. *Dii autem*, inquit, *genus hominum laboribus natura preſſum miſerati, remiſſiones laborum ipſis ſtatuerunt, ſolennia videlicet feſta vicissim in ipſorum Deorum honorem inſtituta praebentes. Muſas quin etiam & Apollinem Muſarum ducem, & Bacchum conſecratores, Deorumque concilio emendatores morum inter ſolemnia*

7 §. VII. Ex Latinis ſcriptoribus *Lyci* verba ex *Plauti Poenulo* huc pertinent: (*)

——— *Convivas volo*
Reperire vobis commodos, qui una ſient,
Interibi attulerint exta.

Nec non *Gelaſimi* in *Sticho* dictum: (†)

Jamne exta cocta ſunt? quot agnis fecerat?

In *Virgilii eclogis* paſtor amicum ſuum his verbis invitat: (**)

Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.

Euander apud eumdem poëtam *Aeneïdos* VIII. inter alia haec ad *Aeneam:* (††)

Tum lecti juvenes certatim, araeque ſacerdos
Viſcera toſta ferunt taurorum ———

Plutarchus alicubi (*q*) in cultu Hecates id in primis deforme, nec probandum eſſe praecipit, quod illi, qui victimas ad aras ejus adducerent, earum nulla ratione participes fierent. Idem auctor de Catilina, ſociisque ejus memoriae prodidit, (*r*) ὅτι καταθύσαντες ἄνθρωπον ἐγεύσαντο τῶν σαρκῶν, *quod hominem immolaverint, omnesque de carne ejus comederint*, ut nimirum ſacro hocce ritu, tamquam vinculo quodam, foedus, quod

(*) Act. III. Scen. III. vſ. 1. (†) Act. I. Scen. III. vſ. 96.
(**) Eclog. III. vſ. 77. (††) vſ. 183.

adhibuere. Felici admodum ſit oportet ingenio, nec Oedipo inferior, cui haec verba perſpicua & plana ſunt Ego aut nihil aut parum certe hic intelligo. Nec difficile tamen, niſi me ratio fallit, indagatu eſt, quaenam mens ſit *Platonis.* Sed major in *Ficino* imaginandi, quam judicandi vis, & mediocris plane litterarum Graecarum, morumque ac rituum veterum cognitio. Declarabo ego ſententiam *Platonis* paullo copioſius. Mihi quidem hoc dicere videtur: *Dii generis humani, quod multis premitur laboribus & moleſtiis, miſerti in ſolatium laborum & aerumnarum dies ipſis feſtos in honorem Deorum celebrandos dederunt, atque Muſas, Apollinem, Muſarum ducem & Bacchum dies feſtos una cum illis agere juſſerunt, ut convivia, quae in iſtis diebus feſtis una cum Diis fiunt, ordinent.* Ante omnia, ut vis dicti hujus patent, figurae poëticae removendae ſunt, quibus dictio *Platonis* conſerta eſt & interdum vehementer obſcuratur. Muſas, Apollinem & Bacchum *Plato* his in verbis poſuit, quod poëtae ſolent, pro rebus illis, quibus hi Dii praeerant, pro arte poëtica, pro Muſica, & pro vino. Diebus nimirum feſtis, qui Diis inter Graecos ſacrati erant, cantabant homines, ſaltabant & choreas ducebant, convivabantur, denique & vinum largiter ſumebant. Hinc *Plato* dicit, permiſiſſe aut juſſiſſe Deos, ut Muſae, Apollo, & Bacchus dies feſtos una cum hominibus celebrarent, id eſt, inſtituiſſe, ut diebus illis homines carminum cantu, inſtrumentorum Muſicorum concentu, ſaltationibus & compotationibus ſeſe recrearent. His dictis cauſſam addit, quare Dii voluerint Bacchum, Muſas, & Apollinem diebus feſtis intereſſe: ὅ' ἐπιμεληθῶσι τῆς γενομένης τροφῆς ἐν ταῖς ἑορταῖς, μετὰ θεῶν: *ut curent, quo decenter fiant epulae, quae una cum Diis fiunt in iſtis diebus feſtis.* Perſuaſum erat Graecis, ipſos Deos conviviis & epulis illis intereſſe, quae diebus feſtis poſt rem divinam factam, inſtituebantur: quod infinitis oſtendi veterum locis poſſet: *Ovidius Lib.* VI. *Faſtor. vſ.* 305. *p.* 395. *Tom.* III. *Opp.*

Ante focos olim longis conſidere ſcamnis
Mos erat: ET MENSAE CREDERE ADESSE DEOS.

Hinc *Platoni* dicantur μετὰ θεῶν *cum Diis* fieri: ἐπιμεμ-

quod iniverant, nefarium confirmarent. *Strabo* vero ſingulare quoddam religionis genus inter Perſas receptum fuiſſe memorat: quos, narrat, quum rem divinam facerent, nullam victimae partem Diis conſecraſſe, ſed totam hoſtiam una cum convivis ſuis conſumſiſſe, tradidiſſe vero, Deum, quem colerent, dum ipſi carnibus veſcerentur, animam beſtiae, quam honori ejus immolaſſent, ſibi vindicare, atque ea contentum eſſe. Dabo ipſa auctoris verba *ex decimo quinto ejus Libro:* (*) Μειξάμενοι δὲ τὰ μάγοι τὰ κρέα τῇ ἱερουργίᾳ, αὐτῶν διελόμενοι· τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἀπονείμαντες μέρος· τὴν δὲ ΨΥΧΗΝ φασὶ δεῖσθαι τὸν θεὸν, ἅπαν δὲ ἐδωδές. Ὅμως δέ ἐπίπλου τι μικρὸν τιθέασιν, ὡς λέγεται τινὲς ἐπὶ τὸ πῦρ. *Quum vero magus qui ſacrificio praeeſt, membratim carnes in ſingulos diviſit, abeunt, nulla parte Diis relicta: dicunt enim, Deum nihil velle praeter hoſtiae animam: quidam tamen, ut fertur, omenti partem igni imponunt.*

§. VIII. Ex hoc gentium more carnibus victimarum veſcendi, quas Diis im- 8
molaverant, celebris illa nata eſt, quae prima rerum Chriſtianarum tempora diu ſatis conturbavit, controverſia: Num liceat εἰδωλόθυτα, *edere res Diis oblatas & conſecratas?* (s) Solebant vero convivia, quae vulgo conſequebantur ſacrificia, in iis plerumque Deorum templis celebrari, in quibus ipſum ſacrificium factum erat. Id vel ex eo licet *Herodoti* loco perſpicere in *Clio*, quo refert quid *Cleobo* & *Bitheni* contigerit, poſtquam mater Diis pro ſalute illorum ſupplicaverat, (†) ὡς ἔθυσαν, inquit, καὶ δαιτυμονήσαντες κατεκοιμήθησαν ἐν αὐτῷ τῷ ἱρῷ. *Poſtquam ſacrificium fecerant & epulati erant, in eodem templo obdormiverunt, ibidemque exſtincti ſunt.* Nec aliud ſibi vult *Pauli* locus 1. *Cor.* VIII. 10. *Si quis viderit te, illa cognitione praeditum, accumbere* ἐν εἰδωλείῳ. Nec enim probo *Erasmi* interpretationem, qui

(*) p. 695. (†) Lib. I. §. 31. p. 12.

περιορᾶν vero haud dubie eſt idem quod, *proſpicere, ut res quaedam decore & ordine fiat.* Quocirca *Platonem* hoc dixiſſe arbitror: Permiſiſſe Deos, ut homines diebus feſtis cantarent, ſaltarent, & biberent, quo tanto magnificentius & hilarius epulae fierent, quae celebrari ſolebant diebus illis. Nec tamen & altera, quam *Cudworthus* ſequitur, lectio inconcinna eſt: μετὰ θεῶν ſc. πρᾶγμα: quod *poſt rem divinam ſeu ſacrificium*, ſignificabit. Requirit adhuc *Plato* eruditum, fidelem, & judicio praeditum interpretem, qui ſententiam philoſophi, Rhetoricis & poëticis ornamentis nimis ſaepe veſtitam & occultatam, verbis perſpicuis & popularibus exponat. Neque tot eſſent inter viros eruditos de *Platonis* ſcitis & dogmatibus certamina, ſi omnes ſecum expenderent, nullum eſſe Graecum ſcriptorem, cujus dictio ad Poëtarum orationem propius accedat, & latentem ſub figurarum integumentis doctrinam eruere & in aperto ponere ſtuderent.

(q) *Alicubi*] *Plutarchus Sympoſiac. Lib.* VII. p. 708. *Tom.* II. *Opp.* ὅτι τοίνυν τοὺς διαπίζοντας οἱ πάλαι καὶ τῇ Ἑκάτῃ καὶ τοῖς ἀποτροπαίοις ἀφίεντες τὰ ἔδιτα μὴ γευσάμενοι, αὐτοὶ μετὰ τῶν οἰκε-

πλὴν κάκεινο καὶ θεοῖς μετέχοντας. *Quo fieret, ut qui convivium praebet, eadem fortuna uteretur, qua ii, qui Hecatae & averruncatoribus geniis coenam exponunt, de quibus nihil ipſi aut familia guſtant, fumo interim & moleſtiis vexati.* Sed hic locus *Plutarchi* alienus mihi videtur eſſe a praeſenti negotio. Nam de ſacrificiis Hecates haud agitur in eo, ſed de *Hecates coena*, quae vocabatur inter Graecos. Moris nimirum inter Graecos erat, ut huic Deae in noviluniis menſam publice ponerent variis cibis inſtructam, qui a pauperibus conſumebantur, nulla illis parte relicta, qui eos apponi juſſerant. Lege quae pererudite nuper de hac Hecates coena ex veterum monumentis collegit vir longe doctiſſimus & antiquarum rerum in paucis peritus, *Jo. Godofr. Lakemacherus in Obſervationibus Philologicis Part.* IV. *Obſ.* II. §. 9. *ſ.* p. 44. *ſ.*

(r) *Prodidit*] *In vita Ciceronis Tom.* I. *Opp.* p. 866.

(s) *Conſecratas*] De hac controverſia interpretes potiſſimum conſulendi ſunt *prioris epiſtolae Pauli ad Corinthios.*

(t) *Ido-*

Digitized by Google

qui vertit: *in epulo ſimulacrorum*, ſed *Bezam*, noſtrosque, qui hunc ſequuti ſunt, interpretes rectius reddidiſſe arbitror: *In templo idolorum.* Et haec expoſitio auctoritate quoque Syri Metaphraſtis & interpretis Arabici confirmatur, quorum ille vertit: ܗܝܟܠܐ ܕܨܠܡ ܐܝܕܘܠ Hic في كيبت الاوثان *in domo Idolorum.* (t)

§. IX. Reliqui ſi quid erat in his epulis, id domum auferre ſecum ſolebant & inter amicos & familiares diſtribuere. Teſtis eſt hujus conſuetudinis eruditus *Ariſtophanis* interpres, cujus *in expoſitione Pluti* haec verba ſunt: *οἱ γὰρ ἐκ θυσίας ἰόντες ἔφερον ἐξ αὐτῆς τὸ θυσίας τῆς εἰκείας τῷ νόμῳ τινά.* Quapropter *Petitus* praeclaro, quo leges Atticas collegit & illuſtravit, libro inter leges has, hanc quoque retulit: *Quicunque ex ſacrificiis domum revertuntur, illi amicis ſuis partem eorum aſportanto.* Ipſe *Ariſtophanes* (u) morem iſtum his verbis tangit:

—— Τῶν δ' τὸ κρέδιον
Τῶν ἐνδοθὶν τις εἰσπρίαιτο λαβών.

Clarius vero rem *Theocritus in Bucoliaſtis* (x) expreſſit:

—— Καὶ τὸ δ' θύσιος
Ταῖς νύμφαις, Μόρσων καλὸν κρέας αὐτίκα πίμπλαν.

Plautus item *in Milite:* (*)

Sacrificant; dant inde majorem partem mihi, quam ſibi.

Graeci partes has, quas domum ſecum auferebant, qui ſacrificaverant, vulgo appellabant *μερίδας*: Umbrorum vero ſermone, quod *Feſtus* teſtatur, *Strobula* (y) dicebantur. *Theophraſtus in Characteribus* vocabulum τόμον ad eas deſignandas adhibet:

(*) Act. III. Scen. 1.

(t) *Idolorum*] Nec quisquam hodie de veritate hujus interpretationis dubitat. Confer quae obſervata ſunt a *Jo. Alb. Fabricio Biblioth. Graec. Lib.* II. *Cap.* 1. §. 7. *p.* 257.

(u) *Ariſtophanes*] *Pluto Act.* I. *Scen.* II. *vſ.* 232.

(x) *Bucoliaſtis*] Legitur hoc *Theocriti* dictum *Idyllio ejus quinto*, quod inſcribitur, *Ὀδυσσεὺς ἢ βουκολιασταί vſ.* 139. 140. *p.* 54. Verſionem Latinam ut addam, quum ſenſus ſit apertus ac facilis, neceſſe non eſt.

(y) *Strobula*] Bis fallitur hic vir doctiſſimus. (I.) In nomine. *Feſtus* enim *de verborum ſignificatione p.* 447. in *Dion. Godofredi Auctoribus linguae Lat.* non *Strobula* verum *Strebula* certas partes victimarum appellatas eſſe, perhibet. *Strebula*, inquit, *Umbrico nomine Plautus appellat coxendices hoſtiarum.* Confirmat hanc lectionem *Arnobius*, cujus paullo poſt locum afferam. Sed eodem tamen ſeſe errore *Jo. Saubertus* obligavit *Libro de ſacrificiis Cap.* 20. *p.* 441. Neque *Strebula* nomen eſt, ut Grammatici loquuntur, *ſubſtantivum neutrum numeri pluralis*, quod ſibi perſuaſit *Cudworthus*, qui vocabulum *Strebula* putat reſpondere Graeco nomini *μερίδι*: verum *nomen* eſt *adjectivum*, cui vox *caro* jungi ſolet. *Arnobius Libro* VII. *adv. gentes p.* 289 *Non enim placet* CARNEM STREBULAM *nominare, quae taurorum e coxendicibus demitur.*

(II.) In re ipſa quoque fallitur. Illa enim, quae *ſtrebula* dicebatur, *caro* minime ex illis partibus erat victimarum, quas ſacrificantibus dabant, ſed in proficiis illis numerabatur, quae Diis ſacra erant & in aris igne conſumebantur. Teſtem hujus rei *Arnobium* habeo l. c. *p.* 290. qui quidem ex gentibus a ſacris Chriſtianis averſis primum generatim

hibet: (*) ἡ ἴγνια, inquit, ἡ ἀναλισκόμενα ὑπὲρ τῶν θυόντων. *Ad ſacrificantes & epula celebrantes accedit, ut inde portionem auferat.*

Interdum quoque nomen ἴγνια hac in re uſurpabant, quoniam ſeſe una cum his partibus ſacrificiorum ſalutis aliquid a Diis conſequi putabant. Conſtat hoc *Heſychii* teſtimonio, qui hanc vocem ita explicat: Ἴγνια· ἄλφιτα εἶναι ἢ ἰλαίῳ πεφυραμένα καὶ πᾶν τὸ ἐκ θεῶν φερόμενον, εἴτε μύρον, εἴτε θύματος, ἢ ἱερεῖα. Quae, demtis hiſce portionibus, ex victimis ſupererant, ea ſacerdotibus cedebant, quod idem *Ariſtophanis* interpres, quem paullo ante laudavimus, in *adnotationibus ad Veſpas* ſcriptum reliquit: νόμος ἦν, τὰ ἐπιλειπόμενα τῆς θυσίας τοὺς ἱερεῖς λαμβάνειν. *Vetus erat Athenienſium lex, ut ſacerdotes acciperent, quaecumque reſtabant ex victimis.* Neque hoc tantum intelligi debet de pellibus, aut aliis ejus generis victimarum partibus, verum de ipſa victimarum carne: cujus quidem rei auctor eſt *Auguſtinus* (z) in *expoſitione ad Rom.* II. Ex eodem etiam diſcimus, venditas ſaepenumero in foro fuiſſe a ſacerdotibus has victimarum reliquias: Unde lucem illud *Pauli* dictum accipit 1. *Cor.* X. 25. *Quicquid in macello venditur, id edite, nihil diſcriminantes propter conſcientiam.*

§. X. Unum his adjiciam, priusquam ad alia progrediar. Quemadmodum Judaeos ſupra diximus, quamdiu in locis deſertis errarunt, nihil ediſſe, praeter id, quod antea Deo obtulerant: ita & populi verae religionis ignari nullum inſtruere convivium ſolebant, niſi antea Diis victimam immolaſſent. Quare evenit, ut, quod *Athenaeus* (a) obſervat, convivia inter antiquas nationes pro ſacris & religioſis inſtitutis haberentur. Et hinc *Pauli* nos interpretari decet effatum, quod 1. *Cor.* X. 27. legitur: *Quod ſi quis infidelium vos invitat & vultis ire, quidquid apponitur vobis edite, nihil interrogantes propter conſcientiam.* Quin etiam in profanis illi cenſebantur, qui vel privatim ederent aliquid, quod non antea Diis oblatum eſſet: ex quo proverbium illud eſt natum, quod *Anacreon* & alii habent, ἄθυτα ἔδειν, *edere quod Diis non antea dedicatum eſt*: quod quidem nota erat hominis improbi & nefarii. (b)

§. XI.

(*) περὶ ἀκαιρίας p. 26.

ratim quaerit, cur non tota ſimul animantia in ignem conjiciant, ſed membra eorum ſeparatim flammis committant. *Quod ſi omnes has partes, quas proficias dicitis, accipere Dii amant, ſuntque illis gratae, vel voluptatis alicujus, vel dulcedinis ſenſu: quid intercedit, quid prohibet, ut non ſemel haec omnia totis cum animantibus inferatis?* Deinde ſigillatim partes illas enumerat, quae ſeorſim in aris accendi ſolcant: Et in his *carnem* quoque *Strebulam* nominat: *Quae cauſſa, quae ratio eſt, ut* CARO STREBULA *ſeparatim, ruma, cauda & plaſea ſeparatim, irae ſolae, nomenque ſolum, augmentorum adjiciatur in cauſſam?* Depravatus eſt hic *Arnobii* locus: ſed felicius cum per otium ſanabunt illi, qui artem Criticam profitentur, quam ego, qui ad finem ingrati & moleſtiſſimi laboris propero.

(z) *Auguſtinus*] Non in *expoſitione Cap.* 2. *ad Rom.* haec *Auguſtinus* tradit, verum in *Expoſit. Epiſt. ad Romanos Propoſ.* XXXVIII. *Rom.* XIV. 1. *p.* 671. *Tom.* III. Opp. *Omnis*, inquit, *tunc immolatitia caro in macello vendebatur & de primitiis vini libabant gentes ſimulacris ſuis.* Sed nec hoc loco, nec alias, apud *Auguſtinum*, quod ſciam, id ſcriptum exſtat, quod hic vir doctiſſimus teſtimonio ejus probare vult, ſacerdotes victimarum partem quamdam accepiſſe. Res tamen aliunde ſatis nota eſt.

(a) *Athenaeus*] Vid. *Iſaacum Caſaubonum de Satyrica Graecor. poëſi Lib.* I. *Cap.* 1. *p.* 6. *Athenaeus Libro* IX. *Deipnoſ.* non ideo ait convivia ſacra fuiſſe viſa, quod ante illa victimae Diis immolarentur, ſed idcirco, quod Dii, Bacchus maxime, auctores eorum eſſe putarentur.

(b) *Nefarii*] Conſule de hoc proverbio *Erasmum Roterodam.* in *Adagiis Chil.* II. *Cent.* X. §. 58.

Digitized by Google

§. XI. Poſtquam igitur planum fecimus, & Judaeis, dum ſub lege vixerunt, & Deorum cultoribus, quorum religio nihil eſt, quam religio Judaica corrupta & adulterata, hoc in more fuiſſe poſitum, ut de ſacrificiis ſolemnes epulas inſtruerent: ipſa rei concinnitas & natura nos eo ducit, ut ſancti illius convivii, quod *Chriſtus* ſuos celebrare juſſit, quodque COENAM DOMINI vocamus, eamdem eſſe rationem putemus, quae epularum fuit, quas Judaei & ceterae gentes poſt rem divinam factam olim inſtituebant. *Chriſtus* ipſe, in cruce moriens, verum pro nobis ſacrificium Deo obtulit: ſacra ergo coena *epulum* eſt *ſacrificiale*, ſeu *epulum ex oblatis*. Sed unum tamen intereſt inter hoc convivium & illas veterum epulas. Quae, lege ſtante, Deo immolabantur, ſacrificia, umbrae tantum & ſimulacra erant veri illius ſacrificii, quod ipſe *Chriſtus* fecit: ideoque ſaepius repeti ac renovari debebant, non ſecus ac convivia illa, quae ſacrificia ſolebant conſequi. Sed jam verum & unicum ſacrificium noſtrum, quod repeti & inſtaurari nequit, Deo ſemel factum eſt. Ergo typicis ſacrificiis nullus amplius inter nos locus eſt, verum *epulae* tantum *ſacrificiales* ſemper *ſymbolice* (*c*) celebrantur & in memoriam magni illius & unius ſacrificii repetuntur, quod quidem numquam non veluti praeſens eſt Deo, nec minorem vim usque habet, ac ſi quotidie pro nobis fieret.

CAPUT

§. 58. Obſervationes viri doctiſſimi de conviviis & epulis, poſt rem divinam factam ex carnibus victimarum apparatis levi labore amplificari & augeri poſſent. Nam quotquot vel de veterum egerunt ſacrificiis & conviviis, ut *Jo. Guil. Stuckius*, *Jo. Saubertus*, *Jo. Spencerus*, & alii, vel Graecorum & Romanorum ritus ſacros declararunt, vel denique priorem *Pauli ad Corinthios epiſtolam* ex antiquitate Graeca illuſtrarunt, hoc argumentum copioſe & erudite ſimul perſequuti ſunt. Sed neceſſe non eſt, quum hi libri omnium terantur manibus, quae bene atque luculenter in illis dicta ſunt, repetere. Adeant eos, quibus *Cudworthi* copia nondum ſufficit. At binos tamen illuſtres adjiciam locos, quos praetermiſſos ab illis video, qui banc rem tractarunt: ex quibus omnia, quae hic ex antiquis monumentis obſervantur, praeclare confirmantur. Alter eſt *Ammiani Marcellini*, ex quo cognoſcas, convivia haec in templis Deorum agitata fuiſſe, & convivarum ebrietate aliisque vitiis valde plerumque contaminata fuiſſe. Sic enim ille de *Juliano*, Imperatore, *Hiſtoriar. Libr.* XXII. *Cap.* 12. *p.* 327. 328. *Hoſtiarum tamen ſanguine piorino aras crebritate nimia perfundebat, tauros aliquoties immolando centenos, & innumeros variis pecoris greges, ovesque candidas terra quaeſitas & mari: adeo ut in dies paene ſingulas milites carnis diſtentiore ſagina* VICTITANTES INCULTIUS, POTUSQUE AVIDITATE *corrupti, humeris impoſiti transeuntium, per plateas,* EX PUBLICIS AEDIBUS, *ubi vindicandis potius, quam cedendis conviviis indulgebant, ad ſua diverſoria portarentur.* Alter locus eſt *Trebellii Pollionis in triginta tyrannis*, *Hiſtor. Aug. ſcriptor. Tom.* II. *Cap.* 13. *p.* 297. qui, *Vidimus*, inquit, *proxime Cornelium Macrum in eadem familia virum, quum* COENAM IN TEMPLO HERCULIS *daret, paterem electrinum —— pontifici propinare: quam quidem circumferri ad omnes juſſit.* Quae de cauſſis, initiis, & originibus inſtituti hujus, de convivantium legibus & moribus, aliisque rebus ejus generis late diſputari poſſent, expediant illi, qui Criticorum & Philologorum ſtudiis ſeſe addixerunt.

(*c*) *Symbolice*] Non obſcure hic vir doctiſſimus ſignificat, eorum ſeſe favere partibus, qui panem & vinum, quibus frui datur illis, qui ad ſacram coenam accedunt, ſymbola tantum & imagines corporis & ſanguinis Servatoris noſtri eſſe, ipſum vero ſacrum hoc convivium ritum eſſe eo unice inſtitutum conſilio putant, ut memoria magni ſacrificii illius repetatur & renovetur, quod pro generis humani peccatis *Chriſtus* in cruce ſupremo Numini obtulit. Sed neſcio, qui factum ſit, ut tanti ingenii virum fugeret, evertere hanc ſententiam argumentum illud, quod hic attulit, quo ſacram coenam epulo ex victimis inſtituto ſimilem eſſe doceret. Sic nimirum rationem ſubducit: *Omne ſacrificium conſequi ſolebant epulae ex victimarum carnibus. Chriſti, Servatoris noſtri, mors verum eſt ſacrificium, quo flagitia hominum ex-*

Digitized by Google

CAPUT SECUNDUM.

ARGUMENTUM.

§. I. *S. Coena ſimilis eſt paſchati.* §. II. *Plura Judaeis ſacramenta fuere, quam duo.* 11
§. III. *Praeter quatuor antea commemorata ſacrificia, peculiaria quaedam Judaeis ſacrificia fuere, in quibus & agnus paſchalis eſt.* §. IV. *Uberius probatur, agnum paſchalem fuiſſe ſacrificium. Populus illum mactare poterat.* §. V. *Poterat quilibet ipſe victimam ſuam caedere ac immolare.* §. VI. *Agnus paſchalis ad templum ſeu ad tabernaculum adduci debuit.* §. VII. *Ejusdem ſanguis circumſpargebatur in altari.* §. VIII. *Idque ex 2 Paral.* XXX. 16. & XXXV. 11. *etiam liquet.* §. IX. *Deſcriptio immolationis & oblationis agni paſchalis.* §. X. *Karaeorum teſtimonium, ex quo patet, paſcha eſſe ſacrificium.* §. XI. *In Aegypto agni paſchales non ſecus, ac victimae, immolati ſunt.* §. XII. *Paſcha typus & imago ſacrificii fuit, quod Chriſtus pro nobis obtulit.*

§. I. Hic vero quosdam mihi videor audire contra ſententiam, quam modo propoſui, his verbis dicere: Veram notionem ſacrae, quam *Chriſtus* inſtituit, Coenae a Judaeorum potius agno, quem feſtis paſchatis diebus mactare juſſi erant, arceſſere fas eſt. Sic enim plerique omnes cenſent divinae ſapientiae conſulti, bina tantum Judaeis fuiſſe ſacramenta: *ritum circumcidendi* & *agnum paſchalem*; quorum ille *baptismo* noſtro, hic vero *ſacrae Coenae* reſpondeat. Atque hic Judaeorum mos agnum diebus paſchatis edendi nihil habet com-

expiata ſunt. Igitur & hoc ſacrificium excipere debet convivium ſacrificiale. Et hoc quidem nullum eſſe poteſt aliud, quam ſacra coena. Sed ſi verum illud eſt, quod vir egregius verum eſſe vult, ſacram coenam ſymbolicum tantum eſſe convivium, vis omnis hujus argumentationis concidit. Prima enim propoſitio de veris, non de umbraticis, epulis intelligi debet: igitur nec de alius generis epulis concluſio poteſt accipi. Quare ſi ſacra coena ſymbolicum tantum eſt epulum, numquam hac uti ratione poteris ad oſtendendum, eam *convivium* eſſe *ſacrificiale*. Nam quibus haec diſplicet ſententia, illi reſpondebunt, veras epulas, non ſymbolicas, excepiſſe Judaeorum & Graecorum ſacrificia: ſacram coenam autem imaginem tantum eſſe convivii ejusmodi, nec in eo carnis victimae, ſed umbrae tantum ejus carnis, convivas fieri participes. Itaque ex eo, quod Graeci ac Judaei convivia poſt oblatas victimas celebrarunt, nullo modo probari poſſe ſacram coenam tale convivium eſſe. Omni ſcilicet vere & proprie ſic dicto ſacrificio epulae quoque proprie ſic & vere dictae adjunctae ſunt; nec *ſymbolica* quaedam & umbratica coena ullum umquam excepit vel inter Judaeos, vel Graecos, ſacrificium. *Chriſti* vero mortem verum eſſe & unicum ſacrificium, nemo Chriſtianorum negat: Quocirca ſi S. Coena epulum illud ſacrum eſt, quod huic ſacrificio ſociatum eſſe Deus voluit, verum illud quoque ſit neceſſe eſt, convivasque ipſius victimae in eo participes oportet fieri. Contra ſi S. Coena umbra tantum & ſimulacrum eſt epuli ejusmodi, nullo modo convenit ſtatuere, eam tale eſſe convivium, qualia olim poſt rem divinam factam inſtituebantur. Quocirca hoc argumento qui niti cupiunt, & una S. Coenam pro convivio tantum ſymbolico haberi volunt, illis vel confitendum erit, ſacrificium, quod Chriſtus obtulit, ſymbolicum tantum fuiſſe, aut oſtendendum, coenas umbraticas, vera excepiſſe olim ſacrificia. Neutrum vero, niſi prorſus fallor, umquam facient.

Digitized by Google

commune cum ſacrificiis, ſed merum eſt convivium. Igitur, ſi ex ſacris Judaeorum caerimoniis explicanda ſit vera notio & natura Coenae Domini, numquam efficies, ut ea EPULI SACRIFICIALIS rationem & naturam induat.

§ II. His ita occurrimus. Primum me neſcire faſteor, quibus illi argumentis nitantur & rationibus, qui hanc nobis, dictatorum inſtar, legem ferunt: Credendum eſt, bina tantum Judaeis fuiſſe ſacramenta, *circumcidendi ritum* & *agnum paſchalem*; & hac poſtea lege freti, dubitari ulla ratione poſſe negant, ſacram Coenam nulli rei & ritui, quam agno Judaeorum paſchali, reſpondere. Mihi quidem perſuaſum eſt, plura Judaeos habuiſſe ſacramenta. Nam, ut illud *Pauli* dictum omittam: (*) *Patres noſtri omnes in Moſen baptizati ſunt nube & mari*, quemadmodum Chriſtiani aqua in baptismo tinguntur, & *omnes eamdem eſcam ſpiritualem* (Mánna) *ederunt*, & *omnes eumdem potum ſpiritualem biberunt*, (aquam nempe petrae ſequentis) ſicut nos vino & pane in Sacra Coena potimur: neque reliquos attingam ſacros Judaeorum ritus, quos totidem paene ſacramenta fuiſſe reor: (†) haec ipſa convivia poſt rem divinam factam inſtituta, de quibus adhuc diſſeruimus, reapſe vera & proprie ſic dicta fuere ſacramenta ſacrificiis adjuncta. (*a*)

12 § III. At facile tamen concedo, agno paſchali cum Coena ſacra magnam eſſe cognationem & convenientiam, quam aliis tamen ex fundamentis derivari debere judico. Agnum enim hunc, libere confirmo, verum & proprie ſic dictum fuiſſe ſacrificium, ex quo conſequitur, epulum paſchale tale fuiſſe, quale hic quaerimus, convivium poſt rem divinam factam inſtitutum. Quamobrem haec ipſa, quae nobis adverſari videtur, ſententia noſtram potius opinionem confirmat & roborat. Haec quo melius & accuratius intelligantur, animadverti vellm, praeter quatuor illa, quae ſupra commemoravimus, ſacrificiorum genera, *holocauſta* nimirum, *ſacrificia piacularia*, *ſacrificia pro delicto*, & *ſalutaria*, alia quoque viguiſſe apud Judaeos peculiaria ſacrificia. Ita gentis hujus magiſtri praecipiunt: qui tria tradunt hujus generis ſacrificia fuiſſe, בכורים ומעשר ופסח *primitias animalium*, *decimas*, *agnum paſchalem*. (*b*) Quare vero in diſtributione ſacrificiorum haec a reliquis eorum generibus ſeparata & diſtincta ſint, celeberrimus ille *Maimonides* ex ea *Talmudis* parte, quae *Miſchna* dicitur, *Maſſechetb Zebachim capite ſexto* hiſce nobis verbis expoſuit: לפי שאותן הארבע פעמים רבות יתחייב היחיד בכל

(*) 1. Cor. X. 2.

(†) Vid. *Cloppenburg* in *ſchola ſacrificiorum* & de vera notione vocis ſacramentum. *Voſſius in Theſ. Theol.* (aut potius *Theſ. de baptiſmo* ſeparatim editis *Theſ.* 1. p. 11. *ſ.*)

(*a*) *Adjuncta*] Ita quidem ſentire licet illis, quos vir doctiſſimus probat, quibus *ſacramentum* nihil eſt, quam ſignum externum divinorum beneficiorum, quae haud videntur. Tot enim erunt, ſi hanc definitionem adſciſcamus, Judaeorum veterum ſacramenta tam ante, quam poſt *Moſen*, quot ritus illi genti fuerunt & inſtituta, in quibus ſignificatio quaedam fuit divinorum beneficiorum, quae certo tempore per Chriſtum hominibus praeſtanda & exhibenda erant. Itaque non miror, Reformatos plura, quam duo, ſacramenta Veteris Teſtamenti numerare: Non miror, *Chriſtianum Schotanum*, cujus exſtat ſingularis *Diſſertatio de octo ſacramentis V. & N. T. Franequ.* 1680. 12. edita, conſervationem in arca tempore eluvionis, quae totam orbem terrarum oppreſſit, tranſitum per mare rubrum, cibum mannae, aquam ex petra, quam *Moſes* percuſſit baculo, fluentem, & alia cum ſacramentis conjungere. Non miror *Herm. Witſium Oeconom. foeder. Lib.* I. *Cap.* 6. p. 53.

Digitized by Google

בכל אחר מהם לפי שנוי העניינים והציבור חייבים מהם בזמנים ואלו אינם כך
Quia quatuor ante dicta ſacrificia ejus ſunt generis, ut homo privatus ſingula variis in caſibus, totus vero coetus diverſis anni temporibus facere & offerre debeant. Haec vero tria non ſunt ejus naturae, verum ſigillatim uni cuidam caſui aut uni anni tempori alligata ſunt. Ad nullum vero genus ſacrificiorum tria haec ſingularis naturae ſacrificia propius accedunt indole ſua, quam ad *ſalutaria ſacrificia*: quare a Judaeorum etiam doctoribus vocari ſolent דומים לשלמים *ſimilia ſacrificiis ſalutaribus*: Id vero non ideo tantum fit, quod in eodem, quo ſalutaria, loco mactabantur, quia res non ſecus, ac illa, *ſanctitatis inferioris* erant, קודשים קלים, *partesque* eorum *inteſtinae* אומרים in altari pariter comburebantur, ſed etiam quia ab iis, a quibus offerebantur, portio eorum conſumebatur. Atque hinc evenit, quod Talmudici doctores varios caſus commemorant, quibus agnus, quem a grege reliquo paterfamilias ſecrevit, ut ſacrificii paſchalis loco eſſet, nec tamen certis de cauſſis offerre potuit, in *ſacrificium ſalutare* converti debeat, eo quod duo haec genera ſacrificiorum finitima plane ac cognata ſibi ſint. Sed his addi tamen debet, eosdem narrare nobis magiſtros, triplici diſtare differentia ordinaria ſacrificia ſalutaria ab agno paſchali, בסמיכה ונסכים ותנופ רוזה ושוק. Primum in eo diſcrimen eſt, quod agno, dum mactatur, paſchali manus haud imponuntur, quemadmodum victimis ſalutaribus, nulla lege id jubente: Agno deinde paſchali nec *Minca* ſeu fertum, nec libamen, quod utrumque vocabulo *Neſachim* comprehendunt, adjungi ſolet. Poſtremo pectus porrectitium & armus de agno paſchali ſacerdotibus in cibum haud cedebat. Nam quum ſacerdotes ſibimet ipſis paſcha, non ſecus ac populus, immolare juſſi eſſent, id quod ex libro *Eſrae* VI. 20. apparet, nec pectus nec armum agni paſchalis ipſis adſignare conveniebat.

§. IV. Haec vero tria ſi demas, nullum eſt dubium, quin agni paſchales ejusdem fuerint, cujus ſalutares victimae, naturae, veraque idcirco & proprie ſic dicta ſacrificia. Quod quum non ab omnibus dextre videam, & recte intelligi, eaque de cauſſa rejici & repudiari a multis, equidem in eo elaborabo ut omnem prorſus hac de re dubitationem tollam. Statuo igitur agnos paſchales aeque, ac reliquas omnes victimas, ad templum ſeu ad tabernaculum adductos, ibique a ſacerdotibus Deo eſſe oblatos & expoſitos: ſtatuo, ſanguinem eorum in aram ibi circumfuſum eſſe: de quo quidem ritu bene Hebraeorum magiſtri pronun-

p. 53. quatuor tradere jam fuiſſe ſacramenta, priusquam homo ſe peccato contaminaret, & *Lib.* IV. *Cap.* 7. & 10. tranſitum per mare rubrum, aquam ex petra proſilientem, ſerpentemque aeneum in ſacramentis extraordinariis ducere veteris teſtamenti: *Cudworthum* denique haud miror, convivia poſt rem divinam factam in ſacramentis ponere. Id vero miror, quare non totam diſciplinam Moſaicam, quam adumbrationem coeleſtis gratiae & divinorum beneficiorum eſſe fatentur, in ſacramenta convertant, totque ſacramenta ſtatuant Judaeis fuiſſe, quot *Moſes* poſteris Iſraëlis ſacros ritus mandato divino praeſcripſit. Quod ſi vero ſacramentum dicas, ritum eſſe, per quem non modo divina adumbretur gratia, verum etiam reapſe conferatur hominibus recte iſto riru utentibus, numquam plura inter Judaeos ſacramenta fuiſſe probabis, quam bina illa, quae a noſtris hoc nomine vocantur, inſtituta: *Circumciſionem* & *agnum paſchalem*. Igitur & hic quoque *Cudworthus* declarat, ſeſe cum illis facere, quibus ſacramenta ſigna tantum videntur & ſimulacra eſſe rerum coeleſtium, quae oculis haud cernuntur.

(*b*) *Paſchalem*] Vid *Hadr. Relandus Antiquit. Sacr. Ebraeor. P.* III. *Cap.* 6. *p.* 321.

nuntiant: עקר השבח בחזית הדם. *Circumfusio ſanguinis id proprie eſt, quod ſacrificium conſtituit*: Statuo denique, *Imurim*, quae vocant, ſeu adipem & renes eorum in ara combuſtas eſſe. Haec tria recte a me ſtatui, ſigillatim nunc demonſtrare conſtitui. Eſt vero, quod moneam, antequam aggrediar laborem hunc. Quum dico, agnos paſchales ad tabernaculum adductos & a ſacerdotibus Deo eſſe oblatos, non id mihi volo, nullos niſi ſacerdotes, agnos iſtos mactaſſe ac immolaſſe. Concedo enim, populum ipſum agnos, quos afferebat, mactare ſolitum fuiſſe: idque in *Miſchna Talmudis Maſſech. Zebach. cap.* 5. §. 6. diſerte tradi-
13 tum reperio: שחט ישראל וקבל הכוהן *Omnis populus Iſraël paſcha ſuum mactabat & ſacerdotes excipiebant ſanguinem.* Nititur hoc Talmudis pronuntiatum loco *Exodi* XII. 6. *Agnus mactabitur ab omni Iſraëlitarum civitatis multitudine ſub crepuſculum*: nam hac lege Deus id ipſum mandare videtur. Et uſus certe ſententiam hanc confirmat: Ea ſaltim quae de paſchate *Hezekiae* ſcripta leguntur, praeclare cum ea conſentiunt: 2. *Paral.* XXX. 17. *Erant autem in eo coetu multi non luſtrati, Levitis occupatis in mactandis victimis paſchalibus omnium non mundorum, eorum Jovae conſecrandorum gratia.* Quae verba *R. Salomon* ita illuſtrat: אל המתת למה לא שחטו בעלים עצמם *Noli mirari, quid ſit, quod qui agnos adduxere ipſimet eos non immolarunt. Idcirco enim fiebat hoc, quia multi ex coetu iſto ſemet ipſos haud luſtraverant. Quamobrem in eorum locum Levitae ſufficiebantur, qui Domino eos conſecrarent.* Ab hoc non alienus eſt *R. D. Kimchi*, qui, *Tametſi*, inquit, *multi, qui luſtrati haud erant, paſchate veſcerentur, neceſſitate ſic jubente, quod tempore ſemet purgandi caruerant: neceſſarium tamen haud erat, ut iidem in atrium ingrederentur, ibique agnos ſuos mactarent: quumque hoc commode a Levitis fieri poterat.* Idem igitur ut ſentiamus, fas eſt, quum *Eſr.* VI ſacerdotes & Levitas paſcha immolaſſe legimus. Populus nimirum, qui non ita pridem reverſus erat ex exilio, luſtratus & purgatus nondum erat: id quod etiam non obſcure ibi ſignificatur. (*c*)

§. V. Haec vero tanti minime ſunt, ut nos a ſententia noſtra dimovere, aut paſcha ſacrificiorum numero haud comprehendi, efficere valeant. Nec enim leviter multi errant ex doctiſſimis ſcriptoribus noſtris, quod nullis, praeterquam ſacerdotibus, licitum fuiſſe ſibi perſuadent, immolare victimas. Quod quidem tantum abeſt, ut ulla ratione probari queat, ut potius nil conſtituere verear, populum, quem paſcha ſuum ipſum mactaſſe jam conceſſimus, alias etiam omnis generis victimas, nemine vetante & intercedente, immolaſſe. De ſacrificiis ſolidis *Levit.* I. 4. 5. haec ſancita leguntur: *ſi quis veſtrum Jovae munus offerat, ſi ſolidum ſacrificium erit, —— victimae capiti manum ſuam imponito —— bovemque ante Jovam immolato, ejusque ſanguinem Aaronis filii ſacerdotes aſſerunto.* De ſacrificiis, quae pro ſalute fiebant, eadem traduntur *cap.* III. 2. *Sui muneris capiti manus imponito, idque in introitu tabernaculi immolato.* De victimis piacularibus *cap.* IV. 24. haec lex exſtat: *Ejus capiti manum imponito, eumque mactato in loco, in quo ſolent ſolidi ſacrificii victimam mactare coram Jova.* Vel hinc patet, non eos aucto-

(*c*) *Significatur*] Sunt viri docti, qui Servatoris quoque noſtri diſcipulos agnum, quem cum illis poſtremo *Chriſtus* comedit, mactaſſe atque praeparaſſe putant, idque ex verbis *Matth.* XXVI. 19. colligunt: ἑτοιμάσωμεν (οἱ μαθηταὶ) τὸ πάσχα. Nec omni haec ſententia probabilitate deſtituitur.

(*d*) *Re-*

Digitized by Google

auctores esse nostros, quibus tuto judicium & arbitrium committi queat, quum de veteri jure Judaeorum, eorumque sacris ritibus quaeritur. Rectiora edoceri a Judaeorum magistris & rerum veterum gentis suae scrutatoribus potuissent, quos tantopere quidam ex nostris despiciunt, qui universae rei litterariae dictatores sibi videntur esse. Sic nempe *Maimonides* in *Biath Hammick* hac de re loquitur: שחיטת קודשים כשרה בזרים אפילו קודשי קודשים בין קודשי יחיד בין קודשי ציבור שנא ושחט אתבן הבקר *Res sacras, immo sanctissimas, permittit lex immolari ab exteris & peregrinis, sive illae privati alicujus sint, sive ad totum populum pertineant: quemadmodum scriptum exstat Levit. I. Bovem ante Jovam immolato, ejusque sanguinem Aaronis filii sacerdotes afferunto.* Similia idem auctor alias in *Maaseb Korban Cap. 5.* praecipit. Jam si quis nosse cupiat, quaenam sacerdotum propriae fuerint partes, quum offerrentur victimae, quas neminem sibi alium arrogare lex voluerit, discat id ex regula illa, quae apud Judaeorum magistros vulgaris admodum & trita est: מקבלה ואילך מצות כהונה *Sacerdotum munus est, sanguinem & reliquas omnes partes, quae offerri debent, excipere, & quae hunc actum sequuntur omnia, peragere.* Enodatius hac de re *Isaac Abarbanel Commentario in Leviticum* differit; qui tradit ab eo, qui victimam adducebat, quinque peragi debuisse, quinque vero alia sacerdoti, a quo sacrificium offerebatur, propria fuisse. Ejus, qui rem faciebat divinam, haec quinque erant: Manus capiti victimae imponere, immolare, pellem detrahere, dissecare, interiora eluere. Sacerdos e contrario sanguinem primo victimae vase excipiebat, sanguinem deinde in ara circumspargebat, tum ignem in altari collocabat, (*) ligna porro igni imponebat, partes denique victimae super ligno rite collocabat. His verba *R. Obadiae* 14 de *Bartenora* addo, quibus illud *Misnae* dictum, quod paullo ante protuli, ut licuisse populo docerem pascha suum immolare, illustrat: שהם ישראל אם ירצה שהשחיטה בשרה בזרים בכל הקרבנות *Nulla prohibebat lex, quo minus ipse populus Israël, si vellet, pascha suum mactaret: nam & quilibet advena cujusvis generis sacrificium ipsemet legitime immolare poterat: sanguis autem excipiebatur a sacerdotibus.*

§. VI. His demonstratis, ad id, quod probandum recepi, propius accedo. Et primo quidem ostendendum mihi est, agnos paschales ad templum semper seu tabernaculum adductos, ibique, non secus ac reliquas victimas, Deo fuisse oblatos. Hoc autem satis constare arbitror ex *Deut.* XVI. 5. 6. ubi haec verba scripta leguntur: *Non licebit tibi immolare pascha in unoquovis locorum tibi a Jova Deo tuo habitationis ergo concessorum. At in loco, quem Deus tuus elegerit ad collocandum in eo nomen suum, pascha immolato.* Neque est, quod forte suspicetur aliquis, de urbe *Hierosolymarum* haec verba tantum esse accipienda, non vero generatim de templo seu tabernaculo. Namque ut omittam *Deut.* XII. 5. 6, 11, 14. eosdem loquendi modos de reliquis sacrificiis, quae ad templum deduci debuisse, nemo dubitat, adhiberi, certum est, quaecumque olim inter Judaeos mactata sunt, ea aut ad ostium tabernaculi debuisse immolari, aut omnibus in locis totius provinciae sine ullo discrimine jugulari potuisse. Sed videamus, quomodo locum hunc explanent magistri Judaeorum, qui veterum gentis suae rituum & caerimoniarum multo

(*) De hoc vide *Magistrorum placita.*

Digitized by Google

multo noſtris auctoribus peritiores fuerunt. *R. Moſes Ben Maimon* in *Halachab Peſach cap.* 1. ita differit: &c. אין שוחטין את הפסח *Paſcha nusquam niſi in atrio, ſicut reliquae res ſanctae, immolatur. Quin etiam eo tempore, quo loca excelſa nondum abrogata erant, non licebat in privati hominis luco paſcha mactare, ſic enim ſcriptum exſtat* (*Deut.* XVI.) *Non licebit tibi paſcha immolare in unoquovis loco: Accepimus nimirum, prohiberi eo loco, ne quis in privati hominis luco paſcha mactet, tametſi ea aetate lucis adhuc uti licitum erat.* Praeclara haec interpretatio majori etiam nos docet accuratione opus fuiſſe, in paſchate ad locum, in quo nomen ſuum Deus collocaverat, adducendo, & in templo ſeu tabernaculo offerendo, quam ullis aliis in ſacrificiis. Et hanc propter cauſſam, id quod antea jam ex *Kimchio* indicavimus, lex poſcebat, ut Levitae, *Hezekia* dies paſchatis feſtos celebrante, agnos mactarent. Paſcha nimirum in atrio templi fas erat immolare; ad hoc vero populo, quia luſtratus nondum erat, aditus tum haud patebat. Si extra atrium paſcha mactare licuiſſet, aeque illis fuiſſet licitum agnos ſuos immolare, atque licitum erat veſci illis. Majorem etiam haec inde firmitatem accipiunt, quod paſcha *Korban* appellatur *Num.* IX. 7. *Fuerunt autem quidam, qui, quum paſcha eo die agere non poſſent, quod erant ex funere polluti, Moſen & Aaronem eodem die convenerunt, eique demonſtraverunt ſe funere pollutos, prohiberi* MUNUS (KORBAN) *ſuo tempore Jovae inter Iſraelitas libare.* Idem ſit vs. 13. *Qui autem & mundus erit, neque in itinere erit, ſi paſchae agendo ſuperſederit, is de ſuorum numero exſcinditor; qui Jovae* MUNUS (*Korban*) *ſuo tempore non obtulerit, is poenas dato.* At nihil MUNUS ſeu *Korban* inter Judaeos nominabatur, niſi quod ad templum ſeu tabernaculum, in quo Dei nomen collocatum erat, adducebatur, ibique ſupremo Numini offerebatur.

§. VII. Haec ſi vera ſunt, illud etiam dubio careat neceſſe eſt, ſanguinem agni paſchalis circumſparſum a ſacerdote fuiſſe, adipem autem in ara crematam. Sed juvat tamen id ſigillatim ex loco *Exod.* XXIII. 18. monſtrare: *Quum meae victimae ſanguinem, eam mactando, effundes, fermentum ne habeto. Mei feſti adeps in poſterum diem ne pernoctato.* Omnes ſcilicet Judaeorum magiſtri, dictum hoc unice de paſchali victima eſſe accipiendum, confirmant: quibus cum univerſi Chriſtianorum interpretes, quos mihi quidem licuit conſulere, conſentiunt. Nec idcirco notiſſimus ille *Onkelos*, qui ſermone Chaldaeo liberiori *Moſis* libros expreſſit, veritus eſt in locum verborum: דם זבחי *ſanguis victimae meae*, haec ſufficere דם פסחי *ſanguis paſchae mei.* Nihil autem falli, qui ſic locum hunc interpretantur, id alius locus huic plane cognatus extra omnem collocat controverſiam. Legitur is *Exod.* XXXIV. 23, 25, 26. ubi ea quae *Cap.* XXIII. 17, 18, 19. exſtant, his verbis repetuntur: *Ter quotannis omnes tui mares in conſpectum Domini Jovae. Dei Iſraëlitarum, ſiſtuntor.* —— *Quum meae victimae ſanguinem, eam mactando, effundes, fermentum ne habeto. Victima feſti paſchae in poſterum diem ne ſupereſto. Principium primitivarum frugum tui fundi in aedem Jovae Dei tui adferto. Haedum in ſanguine matris ſuae ne coquito.* Hic ea, quae ſuperiori loco deſiderantur, addita videmus eſſe. Nam *victima*, inquit *Moſes*, *feſti* PASCHAE *in poſterum diem ne*

(*d*) *Radicibus*] Adde his, quae ad hanc legem de haedo in lacte matris non coquendo pererudite obſervavit *Jo. Spencerus de legib. ritual. veterum Ebraeorum Lib.* II. *Cap.* 9. *p.* 333. ubi & *p.* 334.

Digitized by Google

ne ſupereſto. Viſum mihi vero eſt totam ſermonis ſeriem huc transferre, quia dicti ejus, quod hic in primis ſpectamus, ſententia vix recte poterit explanari, niſi cohaerentiam ejus cum finitimis membris, quae utroque in capite eadem eſt, attendamus. Praeclare mihi rem omnem *Iſaacus Abravanel* explicaſſe ac declaraſſe videtur. *Deus*, inquit ille, *poſtquam ſanxerat, Judaeos ter quotannis in conſpectum ſuum ſiſti debere, diebus nempe feſtis paſchae ſeu azymorum, pentecoſtes & tabernaculorum, continuo de ſingulis hiſce diebus feſtis aliquid ſciſcit:* כין שהגיד שלשת החגגים ההם נתן בכל אחד מהם משפט מיוחד Et ad paſchae quidem dies haec primum verba pertinent: *Quum meae victimae ſanguinem, mactando eam, effundes fermentum ne habeto. Victima feſti paſchae in poſterum diem ne ſupereſto.* Deinde de diebus pentecoſtes haec dicta ſunt: *Principium primitivarum frugum fundi tui in aedem Jovae, Dei tui, afferto.* Poſtremo ad dies tabernaculorum referri debent, quae conſequuntur: *Hoedum in ſanguine matris ſuae ne coquito.* Ultima haecce verba nemo unus, quod ſciam, interpretum noſtrorum ſatis apte explanavit, quod cohaerentiae hujus verborum nullam rationem habuerunt. *Abravanelum* vero vel ſolum hoc, quod contextus ſermonis ſuppeditat, filum opinione citius ad veram eorum ſententiam deduxit: היותר בראה בנה שהיה ממעשה עובדי עבודת אלילים בזמן קבוציהם לעשות כן ר"ל לבשל הגדיים בחלב בזמן אסיפת התבואות לחשבם שבזה יתרצו לאלהיהם *Veri videtur ſimillimum, haec propter morem quemdam inter gentes verae religionis ignaras uſitatum conſtituta eſſe. Nimirum ſolebant illae tempore meſſis hoedum in lacte matris coquere, ſperantes, hac ſeſe ratione Deorum ſibi benevolentiam comparaturos, & inſigni quodam bono potituros eſſe.* Hanc ut confirmet opinionem ſuam, conſuetudinem non diſſimilem refert, quam aetate ſua in nonnullis Hiſpaniae partibus receptam fuiſſe perhibet. Sed minus tamen eſt, quam vellem, luculentus & perſpicuus in hac re exponenda Judaeus hicce: quocirca auxilii nonnihil laboranti feram ex veteri quodam interprete de ſecta Karaeorum, cujus *in Pentateuchum commentarium* manu exaratum evolvere mihi licuit: Nam Judaeorum, qui *Karaitae* vocantur, libri formis nondum deſcripti ſunt & in his Europae regionibus admodum raro conſpiciuntur. *Moris erat*, inquit auctor hic, *antiquis populis, qui Deum verum ignorabant, meſſe prorſus & frugibus omnibus collectis, hoedum in matris ſuae lacte coquere & poſtea, magico ritu,* דרך כשפה, *lacte illo omnes arbores ſuas, campos, hortos, arboreta conſpergere: ſperabant enim, fore, ut fertiliores inde fierent agri & arbores, plusque fructuum conſequenti anno redderent.* Deus igitur ſingulari lege cavebat, ne meſſis tempore populus, quem ſibi elegerat, Judaeorum profano ejusmodi & ſuperſtitioſo ritu ſeſe pollueret. Atque haec ego tanto libentius commemoro, quod *Abravanel* quum hunc locum interpretatur poſtremo auctoris cujusdam Karaei de hoc dicto ſententiam affert, quae diſſimilis prorſus eſt ejus, quam modo recitavi. Vide ipſa ejus verba: וחכמי הקראים כתבו בטעם לא תבשל גדי שלא תתערב הפרח עם העקרים *Scribunt ſapientes* KARAEORUM: *Ne coquas hoedum in lacte matris ſuae: Hoc eſt, ne commiſceatur germen cum radicibus.* (*d*) Sed revertamur eo, unde digreſſi paullulum ſumus. Vidimus ex univerſa ſermonis ſerie, ſi ea diligenter inſpiciatur, manifeſtum eſſe, utrumque

p. 334. *Cudworthi* honorifice meminit quem *Reipublicae Anglicae litterariae civem praeſtantiſſimum* vocat & hoc *Karaitae* Judaei teſtimonium ab eo primum in lucem prolatum eſſe, tradit.

que locum hunc de agno paſchali unice accipiendum eſſe: idque doctores etiam Talmudici confirmant, qui numquam aliter ea dicta ſolent exponere. In *Miſna* libro *Zebachin Cap.* VI. hoc ſcriptum legitur enuntiatum: השוחט את הפסח על החמץ עובר בלא תעשה *Qui paſcha immolat fermentum habens, is peccat in praeceptum negans* (quod quidem gravius habetur apud Judaeos, quam in affirmans quoddam praeceptum delinquere) in illud nimirum quod utroque loco, quem attulimus, expreſſum eſt: *Quum meae victimae ſanguinem effundes, fermentum ne habeto.* Ex quo quidem loco colligere Judaeos, auctor nobis eſt *Maimonides*, decimo quarto die, qui praecedit immolationem paſchae, omne ex aedibus fermentum ejiciendum eſſe. Et quid multis? Fieri nulla ratione poteſt, ut hoc dictum
16 alio ſenſu accipiatur aut de omnibus univerſe ſacrificiis exponatur, quum panem fermentatum ſacrificiis addere, Deus aliquoties praeceperit, ut *Levit.* VII. 13.

§. VIII. Sed duplex praeter hunc locus in promtu eſt, ex quo ſanguinem paſchae circumſparſum a ſacerdote fuiſſe, liquet. Alter ex hiſtoria paſchae, quod Hezekias fecit, ſumtus eſt 2. *Paral.* XXX. 16. *Sacerdotes acceptum a Levitis ſanguinem ſpargebant. Erant autem in eo coetu multi non luſtrati, Levitis occupatis in mactandis victimis paſchalibus omnium non mundorum.* Alterum hiſtoria paſchae, quod Joſias, Rex, celebravit, ſuppeditat. Et hic tam luculentus eſt, ut vim ejus nullo liceat-modo effugere 2 *Paral.* XXXV. 11. *Illi* (Levitae) *immolabant paſcha, ſacerdotes vero ſanguinem ex Levitarum manu acceptum ſpargebant, Levitis deglubentibus.* Jam, quod ex Judaeorum antea planum fecimus magiſtris, id proprie ſacrificium eſt, cujus ſanguis in conſpectu Domini ſpargitur: quare nec dubitare licet, quin paſcha ſacrificium fuerit.

§. IX. Plus autem quo haec omnia roboris & firmamenti accipiant, totum ego ritum victimam paſchalem & immolandi, & Deo offerendi, ex ea parte Talmudis Judaeorum, quae *Miſna* dicitur, cujus libri tanta eſt antiquitas, ut fidem omnino in ejusmodi rebus mereatur, accurate ac minutatim explicabo. (*e*) Nihil, inquiunt magiſtri, licebat immolare ante ſacrificium matutinum, & nihil, praeterquam paſcha, poſt ſacrificium veſpertinum. Ordinarie ſacrificium veſpertinum inter horam octavam & nonam, ſeu, ſemihora poſt ſecundam pomeridianam elapſa, mactari ſolebat, & inter nonam, decimamque ſeu ſemihora poſt tertiam pomeridianam offerri. Veſpere autem illo, quo paſcha immolabatur, ſacrificium quotidianum hora citius, quam vulgo, mactabatur; quo peracto, immolatio ſequebatur paſchae. Id vero inter duas veſperas lex immolare jubebat: quarum altera initium ſumebat hora nona, die in veſperum inclinante, altera poſt occaſum ſolis. Licebat tamen paſcha etiam ante quotidianum ſacrificium mactare, modo adeſſet aliquis, qui ſanguinem agitaret, ne coagularet; donec ſan-

(*e*) *Explicabo*] Sumta eſt narratio haec maximam partem ex codice Talmudico סנהדרין, §. 5. p. 153. *Tom.* II. *Miſchnae* a *Guil. Surenhuſio* editae.

(*f*) *Illuſtris eſt*] Sciunt, qui rerum inter eruditos geſtarum non expertes ſunt, poſt *Cudworthi* tempora hanc Karaeorum ſeu Karaitarum inter Judaeos ſectam virorum doctiſſimorum ſtudiis & laboribus multo nobis, quam tum erat, notiorem eſſe factam. Nemo vero plus in ea illuſtranda laboris poſuit & diligentiae, quam Vener. *Jo. Chriſtoph Wolfius*, de omni litterarum genere meritiſſimus, cujus *Notitia Karaeorum* complectitur & erudite ſimul dijudicat omnia, quae de hac ſecta adhuc

Digitized by Google

ſanguis ſparſus eſſet ſacrificii quotidiani, qui ſpargi ſemper antea debebat. Tres ſemper in catervas diſtribuebantur, qui paſcha immolabant. Repleto vero nominibus atrio, portae claudebantur a ſacerdotibus. Sacerdotes ſtabant in ordines ſuos diſtributi, omnesque rotunda vaſa manibus tenebant, quibus exciperent ſanguinem: qui aureis inſtructi vaſis erant, conjunctim ſtabant, qui argenteis pariter. Vaſis hiſce nullae erant fimbriae, ne quis forte deponeret ea, ſanguinique locum faceret coagulandi. Caedebantur victimae paſchales in loco quodam atrii, quemadmodum ſacrificia pro ſalute, quod res eſſent ſanctitatis inferioris, קודשים קלים. At quae dicebantur קודש קודשים *ſancta ſanctorum*, ea ſemper ad latus aras ſeptentrionale immolabantur. Sanguis ipſe excipiebatur a ſacerdotibus; quorum alter eum in manus tradebat alteri, donec ad eum deferretur, qui proximus altari ſtabat: is autem totum illum ad fundamentum effundebat altaris, quod quadratum erat triginta duo cubitorum, niſi quod orientale latus ejus fimbria carebat. Sparſo ſanguine, victima deglubebatur & diſſecabatur: *Imurim* ſeu adipes educebantur & ſuper altari comburebantur. Quibus peractis, quilibet agnum ſuum una cum pelle tollebat, domumque aſportabat. Egreſſo primo agmine, caterva intromittebatur ſecunda, & poſt hanc tertia. Singulis agminibus introëuntibus *Hallel* canere ſacerdotes incipiebant, nec niſi abſoluta tota immolatione, cantare deſinebant. Numquam vero accidit, ut totum hunc hymnum decantarent, aut ultra אהבתי progrederentur, antequam peracta eſſent, quae fieri oportebat, omnia, a ſacerdotibus.

§. X. Sed praeter illos, qui *Talmudem* pro libro divino habent Judaeos, alia quaedam inter eos ſecta viget, *Karaeorum*, nimirum, cujus paullo ante memini. Haec familia omnia contemnit Talmudis placita, quibus ſacri codicis haud ſuffragatur auctoritas, ac nobis licet non nimis nota ſit, in Orientis tamen partibus valde celebris & illuſtris eſt. (*f*) Et hujus igitur familiae teſtimonium aliquod hac 17
de re ex veteri codice manu exarato proferam, quo univerſam Judaicam antiquitatem opinioni, quam noſtram fecimus, favere teſtatiſſimum fiat. Neſcio, quisnam ille ſit auctor, quem teſtem nunc dabo: codex enim, quem dixi, & fine mutilus eſt & principio. At continentur illo volumine variae diſſertationes copioſae & abſolutae de diverſi generis argumentis *de anno Judaico*, *de ſabbatho*, *de paſcha*, & aliis, quae more Karaeorum enodantur. Quae de paſcha agit commentatio, ea in capita quaedam diſtribuitur, quorum unum ſic inſcribitur: במקום הקרבת הפסח ואכילתו *de loco, quo paſcha mactari & conſumi debet.* Hoc caput hiſce verbis auctor exorditur: ידע שהקרבת הפסח הוא במקום המובחר ככתוב לא תוכל לזבוח את הפסח באחד שעריך ומקום שחיטתו בעזרה ושפיכת דמו אל יסוד המזבח ואימודיו היו נקטרים במזבח *Sciendum eſt, paſcha ſemper oblatum fuiſſe eo loco, quem Deus elegit* (ad collocandum in eo nomen ſuum) *ſicuti ſcriptum eſt:*

adhuc tradita, cognitoque neceſſaria ſunt. Codex hic Karaiticus, cujus hic meminit vir doctiſſimus, inſcribitur *Addereth Elijahu*, *pallium Eliae* & auctorem habet *R. Eliam Baſchitzi ben Moſche ben Menachem*, ſummae inter Karaeos auctoritatis ſcriptorem. Princeps hoc indicavit *Jo. Seldenus*, qui ſaepius eo uſus eſt, in *Libro de anno civili veter. Hebraeor. p.* 8. & poſt cum alii viri harum rerum periti confirmarunt. Erudite & copioſe de hoc codice diſſerit Vener. *Wolfius Notitia Karaeorum p.* 93. & 146.

eſt: Non licebit tibi paſcha immolare in quovis loco. Locus quo immolabatur paſcha, in illo erat atrio, cui nomen HESRA: *Sanguis ad fundamentum altaris ſpargebatur. Imurim vero ſeu partes inteſtinae ſuper altari comburebantur.* Hinc quum aliquando Ceſtius cupidus eſſet ſciendi, quanta Judaeorum Hieroſolymas ad ſolemnes dies feſtos celebrandos confluentium multitudo eſſet, ſacerdotes ipſi reſpondebant, numerumque agnorum & hoedorum, tempore paſchae immolatorum, accurate deſignabant εἰκοσιπενθ μυριάδες πεντακοσιαι ἑξακόσια. *Ducenta & quinque millia & ſexcentos.* (*g*) Hunc vero numerum quomodo potuiſſent ſacerdotes inire, niſi agni hi in templo caeſi fuiſſent & immolati?

§. XI. Sed quid eſt, quod multis verbis diſputo? Nonne quum primum in Aegypto paſcha celebraretur, agni paſchales ea ratione immolabantur, qua ſacrificia ſolebant piacularia? Nonne ſanguine eorum limina domuum tingebantur, quo Deus, viſo hoc ſanguine, praeteriret? In privatis quidem aedibus quin eo tempore agni hi caeſi fuerint, nemo unus dubitet: hoc vero propterea fieri tum poterat, quia ſingulae familiae ſacerdotibus ſuis inſtructae erant. Primogeniti nimirum in ſingulis familiis hoc fungebantur munere: (*) qui poſtea, quum a filiis Iſraël tota tribus Levi Deo conſecrata eſſet, hoc ſolvebantur officio. Tales illi erant ſacerdotes, qui *viri juvenes* dicuntur, quos Moſes ad rem divinam faciendam amandabat. *Exod.* XXIV. 4. Interpres Chaldaeus *Onkelos* vertit: שלח את בכוריא *Miſit primogenitos:* quam expoſitionem confirmat Arabica verſio *R. Saadiae*, itemque Perſica *Tawaſii*, id quod Magiſter *Seldenus* obſervat, ſummum litterarum Orientalium in gente noſtra decus & columen, quem honoris cauſſa nomino. (*b*)

18 §. XII. Nonne porro immolatio paſchae adumbratio ſigillatim mortis Chriſti erat, verae illius, quae peccata totius mundi expiavit, victimae? Quod dum refero,

(*) Vide Clariſſ. *Seldenum de ſucceſſ. in Pontificat. Ebraeor. c.* II. *& de ſucceſſ. ad leg. Hebraeor. L.* I. *C.* V.

(*g*) *Sexcentos*] Auctor hujus rei *Joſephus* eſt *de bello Judaico Lib.* VI. *Cap.* 9. §. 3. *p.* 399. In nupera vero *Joſephi* editione vetus lectio, quam hic vir doctiſſimus exhibet, ex Bigotiano codice & *Rufino* emendata eſt, ita ut jam legatur, ἑξακόσιαι πεντήκοντα. *Quinquaginta ſex millia & quingenti.* Sed, niſi finem laboris hujus vehementer expeterem, facile mihi ex conſequentibus *Joſephi* verbis oſtendere liceret, non ita certam eſſe hanc emendationem, uti videtur viris eruditis.

(*h*) *Nomine*] Quae de *Paſcha* eiusque natura & ritibus hoc capite doctiſſime *Cudworthus* diſſerit, ea magnam partem in *Hierozoicon* ſuum transtulit *Sam. Bochartus Lib.* II. *Cap.* 50. *p.* 574. *f.* auctore tamen aliquoties laudato, & ab eruditione commendato: *Haec pluribus*, inquit *p.* 577. *refert egregius ſcriptor Anglicanus ignoti nominis* (in fronte ſcilicet libelli non ipſum exſtat auctoris nomen, ſed litterae tantum R. C.) *quem hic me ſequi ingenue profiteor.*

(*i*) *Potuit*] Leguntur haec verba in *Dialogo cum Tryphone p.* 297. Ego vero longe putem veriſimilius, in libro *Eſrae* hanc numquam orationem fuiſſe lectam, ſed Judaeum aliquem Alexandrinum, qui Chriſtianam amplexus erat religionem, inconſulto quodam erga hanc ſtudio, eam in codicem quendam intruſiſſe, quo facillus civium ſuorum pertinaciam flecteret. Conſtat inter eruditos, Judaeos Alexandriae degentes, religioſis ejusmodi fraudibus uti non fuiſſe veritos, etiam ante religionem Chriſtianam introductam, & pernicioſam hanc pro veritate mentiendi conſuetudinem ab his & Platonicis ad Chriſtianos tranſiiſſe. Judaeus ille *Tryphe*, quem ſecum diſputare facit *Juſtinus*, non male mihi videtur hanc accuſationem hiſce verbis depellere *p.* 299. ἀπὸ τοῦ ἰουδ ἢ τούτου· καὶ ἴσως, ἀπὸ τοῦ ἰουδ· φύσεως γὰρ ἰδί

Digitized by Google

fero, liceat mihi fide *Juſtini M.* rem commemorare, ad id, quod prae manibus eſt, pertinentem. Narrat *Juſtinus Dialogo cum Tryphone*, in Judaeorum antiquis ſacri codicis exemplis exſtare *in Libro Eſrae* orationem, ante paſchae immolationem ab eo recitatam, qua ritus hujus myſterium patefecerit, Chriſtumque animam eſſe ejus docuerit: Judaeos vero, quod eam Chriſtianis valde favere intelligerent, mature partem hanc reſecaſſe. En ipſam orationem: καὶ εἶπεν Ἔσδρας τῷ λαῷ· τοῦτο τὸ πάσχα ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ ἡ καταφυγὴ ἡμῶν, καὶ ἐὰν ἀναβῇ εἰς ἡμῶν τὴν καρδίαν, ὅτι μέλλομεν αὐτὸν τυπτεῖν ἐν σημείῳ, καὶ εἰς τοῦτο ἐλπίσωμεν ἐπ' αὐτὸν, οὐ μὴ ἐρημωθῇ ὁ τόπος οὗτος εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, λέγει ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων. Ἐὰν δὲ μὴ πιστεύσητε αὐτῷ, μηδὲ εἰσακούσητε τοῦ κηρύγματος αὐτοῦ, ἔσεσθε βλασφημία τοῖς ἔθνεσι *Et dixit Esdras populo: Hoc paſcha Salvator noſter & perfugium noſtrum. Et ſi in animum induxeritis & in cor veſtrum adſcenderit, quod humiliaturi eum ſimus in ſigno & poſtea ſperaturi in eum, non deſolabitur locus iſte in omne tempus, dicit Dominus exercituum, ſin in eum non credideritis, neque audieritis annuntiationem ejus, deridiculum eritis gentibus.* Rem certe valde memorabilem, ſi quidem vere contigit: at is, qui eam litteris prodidit, tanto videtur dignior, cui fides habeatur, quia gente Samaritanus fuit & in Judaeorum ſcriptis ac monumentis propterea prae multis aliis verſatus eſſe potuit. (*i*) Utcumque eſt, *S. Paulum* certus ego ſum, ſignificaſſe nobis, paſcha non modo mortis *Chriſti* figuram & imaginem fuiſſe, ſed etiam epulas paſchales ejus fuiſſe naturae ac indolis, cujus convivia illa, quae ex oblatis victimis inſtrui ſolebant: *Paſcha*, inquit, *noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus: proinde feſtum agamus* (id eſt feſtum diem paſchae in memoriam Servatoris Deo pro peccatis noſtris oblati) *pane infermentato ſinceritatis & veritatis.* Habuit, haec quum ſcriberet, in animo vir ſanctus vulgarem Judaeorum, de qua diſſeruimus antea, conſuetudinem epulandi poſt oblatas victimas, docuitque hic idcirco, epulas paſchales tales fuiſſe, quales epulae, quae poſt rem divinam factam inſtitui ſolebant. (*k*)

CAPUT

μαχητικὰς, ἢν ἐκείνων ἐπὶ γῆς, μάλιστα πιστεύσειν, ἢ τὸν τὰ τέκνα θύειν τοῖς δαιμονίοις, ἢ τὸν αὐτὸν τῶν προφητῶν ἀποκτείνειν. *Videtur autem hoc incredibile* (magiſtros noſtros de ſacris litteris reſecaſſe aliquid.) *Incredibile profecto, uti dixi, videtur. Magis enim eſt horrendum, quam illa vituli conſecratio, quam in terris fecerunt, qui manna ad ſaturitatem impleti fuerant. & quam liberorum daemoniis mactatorum ſacrificium, aut prophetarum ipſorum occiſio.* Certe incredibile eſt, Judaeos, quos erga ſacrum codicem infinito paene novimus eſſe ſtudio, a ſe impetrare potuiſſe, ut illum mutilarent & nobilioribus quibusdam partibus privarent. Neque ſunt ejus generis dicta, quae *Juſtinus*, tamquam exempla ſceleris hujus affert, ut ferri non potuiſſent a Judaeis. Nam facile, ſi exſtitiſſent in Veteris Teſtamenti tabulis, violenta quadam interpretatione in alienum ſenſum ea detorquere licuiſſet. Omitto, nullo plane argumento vel codice *Juſtinum* hoc Judaeorum crimen probare, *Tryphon*que incredibile ſibi illud videre reſpondenti, nihil opponere aliud, quam auctoritatem ſuam. Putat quidem doctiſſimus *Cudworthus*, patriam *Juſtini* ponderis aliquid teſtimonio ejus addere: quum enim Samaritanus gente fuerit, ideo notiores ipſi, quam aliis, Judaeorum libros eſſe potuiſſe. Sed non recordatur, nullam fere gentem minus curaſſe & vehementius contemſiſſe Judaeorum libros, quam Samaritanam. Nec ego vel lecturum fuiſſe *Juſtinum* codicem ſacrum Judaeorum arbitror, niſi a Chriſtiana religione, cui ſeſe addixerat, magni eum facere juſſus fuiſſet. Confer cum his, quae diſſeruit *Jo. Alb. Fabricius codice Pſeudepigrapho Vet. Teſtamenti Tom.* I. *Cap.* 231. *p.* 1151. 1152. qui aliis utitur rationibus ad hanc *Cudworthi*, quem nominatim laudat, ſententiam infringendam.

(*k*) *Solebant*] Magni mihi momenti hic *Pauli* locus videtur eſſe ad id probandum, quod hic perſuadere cupit vir doctiſſimus, paſcha certa ratione inter ſacrificia veteris teſtamenti referri debere. Non ſum neſcius, vocabulum θυσία apud Graecos interdum etiam de rebus adhiberi, quae propriae victimae non ſunt: at hoc loco fieri nullo modo poteſt,

Digitized by Google

CAPUT TERTIUM.

ARGUMENTUM.

§. I. *Primum argumentum contra eorum ſententiam, qui paſcha ſtatuunt eſſe ſacrificium, a Philonis auctoritate.* §. II. *Alterum argumentum a numero agnorum paſchalium.* §. III. *Tertium a ſupremo Chriſti paſchate.* §. IV. *Bini Johannis loci, qui obſtant illis, quibus Chriſtus videtur ſupremum paſcha ſuum una cum Judaeis egiſſe, a novis eorum interpretationibus vindicati.* §. V. *Binae aliae rationes adverſus eos, qui Chriſtum paſcha ſuum eodem tempore, quo Judaeos reliquos, celebraſſe volunt.* §. VI. *Quaeritur, quomodo agnus paſchalis Chriſti potuerit in templo immolari, ſi paſcha is Judaeorum antevertit. Duo modi nodum hunc ſolvendi.* §. VII. *Quidam putant, translatum fuiſſe a Judaeis tempore Chriſti, paſcha in ſequentem diem, id vero Chriſtum haud curaſſe.* §. VIII. *Rejicitur haec ſententia.* §. IX. *Karaitae paſcha juxta φάσεις lunae conſtituunt.* §. X. *Mos Judaeorum menſes computandi deſcribitur.* §. XI. *Ex hoc more nata eſt differentia inter Chriſti & Judaeorum paſcha.* §. XII. *Quae differentia non obſtitit, quo minus paſcha Chriſti in templo immolaretur & Deo conſecraretur.*

15 §. I. Ante vero quam hinc ad alia digrediar, quicquid alicujus momenti adverſus hanc opinionem noſtram vel ex antiquis monumentis proferri, vel ratione excogitari poteſt, in medio ponam, & aequo intelligentium virorum judicio ſubjiciam. Et primo quidem *Philonis* nobis auctoritas videtur obſtare, qui *libro tertio de vita Moſis* de paſcha ſic loquitur: (*) ἐν ᾗ ἡμ-
20 εῖ μὲν ἰδιώτας προπέμπομεν τῷ βώμῳ τὰ ἱερεῖα, ἡμᾶς δ' οἱ ἱερεῖς, ἀλλὰ νόμῳ προσαξαι σύμπαν τὸ ἔθνος ἐκέλευσαν, ἕν' ἐξ μέρους ἑκάστου τὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἡμέρας, ἀναγκαίως ἅπτι καὶ χειροήθους.

(*) p. 686.

potest, quin arctiori sensu sumatur & immolare significet, quum de Christo simul usurpetur, quem vere atque proprie Deo sese immolasse, ut peccata nostra expiaret, nemo Christianorum negat. Equidem nullus dubito, cum doctissimo viro sentire, neque aliquid ex hac opinione incommodi exsistere posse, arbitror. Et sunt viri longe meritissimi inter antiquos non modo doctores, sed etiam inter nostros & Reformati coetus Theologos, quibus idem prorsus placet. Sed recentiorum tamen aliqui abhorrent ab hac sententia, & paſcha non sacrificium, sed sacramentum esse praecipiunt. Vide ex multis, quorum nomina recitare nil expedit, *Jo. Henr. Reitzium in Notis ad Thom. Gataeri Moſen & Aaronem p.* 239. Invaluit haec sententia post exortas cum Pontificiis de sacrificio Missae disputationes. Solent scilicet Romani Pontificis assectatores, quo in Missa probent Deo sacrificium non cruentum offerri, hac vehementer opinione abuti, & hoc modo rationem subducere: S. Coena respondet paschati Judaeorum. At in Judaeorum paschate vera Deo caedebatur hostia, agnus nimirum. Igitur & in sacra Coena, credendum est, verum sacrificium offerri Deo. Ipsi, qui Tridenti coacti fuerunt, antistites hoc argumentum veluti consecrarunt *Sessione* XXII. *Cap.* 1. *p.* 130. *Nam celebrato*, inquiunt Tridentini patres, *veteri paſcha, quod in memoriam exitus de Aegypto multitudo filiorum Iſrael immolabat, novum inſtituit paſcha, ſeipſum ab eccleſia per ſacerdotes ſub ſignis viſibilibus immolandum in memoriam tranſitus ſui ex hoc mundo ad patrem.* Quorum quidem vestigia plerique sectantur eorum, qui ex Pontificiis cum purioris doctrinae professoribus certamen de hoc argumento inierunt. Atque hunc ut effugerent ictum, aliqui recte sese facturos arbitrati sunt, si omnino negarent, paſcha fuisse sacrificium. Verum satis dudum

τῶ. Ὁ μὲν ἔν ἄλλῳ ἅπας λεὼς ἐγχυθὲ καὶ φαυλὸς ἦν, ἑκάστε νομίζοντος ἱερωσύνη πεπ-μῆσθαι *In qua non ut alias plebeji homines victimas adducunt ad altare mactandas a ſacerdotibus, ſed jubente lege, tota gens ſacrificat, dum pro ſe quisque mactat hoſtiam ſuis manibus. Tunc univerſus populus exultabat, unoquoque exiſtimante, ſe ſacerdotii dignitate honoratum.* Idem *Libro de Decalogo*, (*) Ἐν ᾧ, inquit, ϑύουσι πανδημεὶ αὐτῶν ἕκαστοι, τὰς ἱερεῖς αὐτῶν οὐκ ἀναμείναντες, ἱερωσύνῃ δ νόμε χαριζομένε τῷ ἔθνει παντὶ, μίαν ἡμέραν ἐξαιρέτον ἀνὰ πᾶν ἔτος, εἰς διακονίαν ϑυτῶν. *Quando populariter ſinguli ſacrificant non expectatis ſacerdotibus, ipſi permiſſu legis fungentes ſacerdotio, quotannis per unum diem deſtinatum huic negotio.* Ad haec dicta reſpondemus, *Philonem* in illis haud inficiari, paſcha eſt ſacrificium, ſed id ipſum potius confirmare. Etenim, non modo & hic, & alias, ϑύειν illud nominat, verum etiam *aſportare* illud ἀναφέρειν, *ſacerdotes ad altare* ſolere, populumque ἡγεῖσθαι, ſeu *ſacrificii in loco* illud *offerre* pronuntiat. Hoc uno tantum ſacrificium paſchale a reliquis ſacrificiis, ex opinione ejus, ſecretum fuit, quod quilibet de plebe, quum paſcha immolaretur, *honore ſacerdotii ornatus* eſſet, ἱερωσύνῃ πεπμημένος, lexque permitteret, ἱερωσύνῃ παντὶ τῷ ἔθνει χαρίζεσθαι, *quemlibet ſacerdotio pro ſe defungi.* Praeter haec autem *Philonem* conſtat, tametſi gente fuerit Judaeus, rituum, & inſtitutorum Judaicorum non nimis gnarum fuiſſe: (†) nam Alexandriae natus & educatus erat. Et hujus quidem imperitiae hac ipſa in re ſpecimen inſigne edidit. Paſcha enim & reliqua ſacrificia hac fuiſſe opinari videtur ratione diſtincta, ut haec quidem unice mactarentur a ſacerdotibus, illud autem pro ſe unusquisque ex populo immolaret, & quidem νόμῳ ϖειϑαρχεῖ & νόμῳ χαριζομένῳ, *lege jubente ac permittente:* Legem haud dubie deſignat illam, quae *Exod.* XII. 6. exſtat: *Mactabitur ab omni Iſraëlitarum civitatis multitudine.* Hoc ſcilicet *ſolemne* illud quoque eſt recentiorum auctorum noſtrorum *delirium*, cujus antea vanitatem aperuimus. Quod ſi vero ampliorem etiam *Philo* his vocabulis ἱερωσύνῃ πεπμημένοι poteſtatem ſubjecit, nec modo populum exiſtimavit paſcha ſuum ipſum immolaſſe, verum reliqua omnia ſacerdotum officia ad hunc ritum pertinentia obiiſſe, in opinionem ingreſſus eſt, nullo ſacrarum litterarum teſtimonio munitam, quae vix ac ne vix quidem patronum hodie inveniet.

(*) p. 766. (†) *Scaliger Elench. Trihaereſ. cap.* 25. circa fin. Item *in emend. tempor. De cyclo Judaeorum Karaïm* & *Hug. Grotius in Matth.* 26.

dum debile hoc telum confregit vir magnus, *Martin. Chemnitius* in *Examine concilii Tridentini Part.* II. *Loc.* VI. §. 7. p. 473. 474. Quem tametſi caſtigandum ſibi ſumat *Rob. Bellarminus*, qui multus eſt in hac ratione confirmanda & explicanda *Lib.* I. *de miſſa Cap.* 7. p. 811. *ſ. Tom* III. *Opp.* tam id tamen facit confuſe & imperite, ut quid ſibi vellet, ignoraſſe interdum videatur. Cooci certe & hebetes aut ſint, aut eſſe velint Pontificii, neceſſe eſt, ſi a paſcha magnum ſibi polliceantur auxilium ad Miſſae ſacrificium defendendum. Nam, quod evidens eſt, S. Coena non reſpondet immolationi agni paſchalis, ſed eſui ejus, aut convivio, quod ex carne Deo oblata inſtruere Judaeos oportebat. Mors vero Chriſti in cruce pro peccatis hominum per immolationem agni adumbrata fuit. Paullo aliter, at nervoſe, hoc *Jo. Adam. Scherzerus* expreſſit in *Anti-Bellarmino Diſput.* XI. p. 575. *Celebratio agni paſchalis fuit figura celebrationis Euchariſtiae, quoad eſſe ſacramentale, non quoad ſacrificiale.* Adde *Jo. Conr. Danhaverum Hodomor. Pontif. Phant.* X. p. 620. *ſ.* qui ex inſtituto hac de re differit. Et praeclare hoc ipſum *S. Paulus* celebri illo loco 1. *Cor.* V. 7. confirmat, ubi (1.) Chriſtum eſſe agnum ſeu victimam paſchalem noſtram. (2.) Hanc victimam jam eſſe immolatam ſignificat: ex quo conſequitur manifeſto, eam non quotidie in Miſſa, ut Pontificii dicunt, immolari. Si, quod volunt Romani Pontificis propugnatores, verum eſſet, *Paulus* longe aliter loquutus eſſet & multo etiam efficacius Corinthios adhortatus fuiſſet, dicendo: Paſcha noſtrum, Chriſtus, non immolatus tantum eſt ſemel, verum etiam quotidie Deo in S. Coena immolatur: Itaque ſemper nos ſancte decet vivere.

(a) *Jo.*

Digitized by Google

niet. Quidquid id eſt, tantum abeſt, ut haec nobis ſententia noceat, qui paſcha ſacrificium fuiſſe tuemur, ut potius haud leviter confirmet ea, quae nobis vera videntur eſſe.

§. II. Erunt deinde fortaſſis nonnulli, qui ulla fieri ratione potuiſſe negabunt, ut tot victimae, quot quovis paſchate mactari debuerunt, in uno omnes altari ſupremo Numini offerrentur: nec enim plures per legem licebat aras conſtruere. At his ſatis factum iri arbitror, ſi primum, nil niſi adipem & partem quamdam inteſtinorum in altari combuſtam fuiſſe, monuero; deinde vero ambitum altaris ampliorem fuiſſe, quam vulgo forte cenſent, docuero. Area certe ſuperior altaris in templo ſecundo, id quod conſentiens tradit doctorum Talmudicorum auctoritas, quadratum erat viginti octo cubitos patens, nec ab his multum diſtabit *Joſephus* (*a*) ſi modo cubitos, quibus uſus eſt, alius eſſe generis ſtatuamus. Quamquam quid multis verbis opus eſt? Diſcant, velim, qui haec nobis obducunt, ex paſchate, quod *Joſias* celebravit, fieri id ipſum potuiſſe, quod illis tam a veri ſimilitudine alienum videtur eſſe. Dicitur (*) hoc *paſcha tale, tantumque fuiſſe, quale nullum in Iſraëlitis actum fuerit a tempore Samuelis vatis:* At tum temporis omnes in ara oblatos fuiſſe agnos, dubio caret; (*b*) ex quo efficitur, fieri potuiſſe id, quod illi negant.

21 §. III. Sed maximam nondum, ut ingenue quod res eſt fatear, difficultatem, quae hoc premit negotium, tetigimus. Sumitur illa a ſupremo Servatoris noſtri paſchate. Praeſtantiſſimi nimirum quique ex Theologis, Criticis, & Chronologis noſtris uno confitentur ore, paſcha hoc Servatoris noſtri eo actum fuiſſe die, qui Judaeorum praecedebat paſcha: Num igitur agnus ille paſchalis, quem cum diſcipulis ſuis *Jeſus* conſumſit, in templo immolatus & oblatus fuit? Et quo, quaeſo, modo fieri illud potuit? Equidem, ut hoc impedimentum removeam, in nobilem illam, verum valde ſpinoſam & implicatam controverſiam de tempore, quo Judaei paſcha ſuum celebrarunt, quum *Chriſtus* in crucem pro nobis ageretur, non inquiram hic amplius, quam praeſens inſtitutum flagitat. At hoc tamen primum operae pretium fuerit obſervare, Latinam ſemper eccleſiam adverſus Graecos acriter defendiſſe, Servatorem noſtrum non antevertiſſe paſcha Judaeorum, ſed eadem illud, qua reliquum populum, nocte celebraſſe. Quam licet Latinorum opinionem recentiori memoria eruditiſſimorum auctorum noſtrorum haud pauci deſeruerint, & Graecorum ſententiam amplexi ſint, quos inter *Paulus Burgenſis*, *Munſterus*, *Scaliger*, & *Caſaubonus* eminent: civis tamen noſter, Magiſter *Broughtonus* idem ut faceret, haud a ſe impetrare potuit. Is quum forte rectius ceteris intelligeret, paſcha Judaeorum verum fuiſſe ac proprie ſic dictum ſacrificium, quod Deo antea offerri, ex praeſcripto legis, debuerit, quam comederetur, difficultatem tamen haud facile ſolvendam, quae ceteros praeterierat, huic

(*) 2 Chron. XXXV. 18.

(*a*) *Joſephus*] Innuit haud dubie locum *de bello Judaico Lib.* V. *Cap.* 5. §. 6. *p.* 334. ubi ara quinquaginta cubitos longa pariter & lata fuiſſe dicitur. Difficilis admodum explicatu haec res eſt, quoniam quae de veterum Judaeorum & populorum Orientalium menſuris ad nos pervenerunt, infinitis difficultatibus circumſepta ſunt. Qui ex inſtituto hanc rem tractarunt viri doctiſſimi, nominantur a *Petro Zornio*, viro clariſſimo, in *Commentar. ad Hecataei Abderitae Eclogas p.* 112. quos

huic ſententiae ſenſit obſtare, a Servatoris noſtri paſchate ductam. Ergo, *Alexandri* more, *nodum* ſibi hunc *ſcindendum* & negandum prorſus eſſe ratus eſt, *Chriſtum* & Judaeos diverſis temporibus paſcha ſuum celebraſſe. Preſſit non ita pridem veſtigia ejus *Joannes Cloppenburgius*, Theologus Batavus, in erudita, quam de hoc argumento *ad* LUDOVICUM *de* DIEU perſcripſit, epiſtola, qui, eodem plane fundamento fretus, negat, agnum paſchalem, quem *Chriſtus* una cum diſcipulis ſuis comedit, potuiſſe in templo mactari & immolari, niſi eodem tempore, quo reliqui Judaei paſchate veſcebantur, *Chriſtus* paſcha ſuum egiſſet. Adſcribam ipſa viri eruditi verba, quae *Broughtoni* ſententiam accurate exprimunt: *Non potuit mactari agnus paſchalis extra templum Hieroſolymitanum: in templo mactari non potuit citra generalem populi conſenſum: Quare neque dies mactationis potuit anticipari. Vel ergo dicendum, pergit, Chriſtum comediſſe agnum non mactatum in templo, atque hoc facto (quod abſit) legem violaſſe: juxta legem enim agnus privatim comedendus, e templo deferendus domi erat in aedes privatas, poſt igne abſumptum in templo adipem & ſanguinem delatum ad altare, vel Judaeos eodem tempore cum Chriſto paſcha celebraſſe.*

§. IV. Ego vero, ut ingenue dicam, quod ſentio, tametſi aeque firmiter, ac *Broughtonus*, perſuaſus ſum, verum *paſcha fuiſſe ſacrificium*, nec minori ſententiae hujus amore, quam ille, ducor; nullo tamen modo animum induco, ut veritati, quacumque demum ea ex parte mihi ſeſe offerat, aliquid derogem, nec ſi vel maxime εἰς καταλυσιν τῶν λόγων, *ad opinionum mearum everſionem* id fieri videam, divelli me ab ea patior: id quod in officiis philoſophi ab *Ariſtotele* poni, recordor. Certe bini cum primis illi loci, qui ex *Euangelio Johannis* afferri ſolent ab illis, qui Judaeos paſcha ſuum poſt Servatorem noſtrum egiſſe, ſtatuunt, tanta mihi videntur eſſe luce praediti, nihil ut fieri queat clarius; nec valent, meo judicio, aliquid ad vim eorum elidendam εφὰ illa φαίνεται, quibus eos oblini & obduci cerno. Alter eorum exſtat *Joh.* XIX. 14. ubi ſanctus ſcriptor tradit, die illo, quo *Pilatus* Servatorem noſtrum Judaeis tradidit, ut vivus in crucem ageretur, παρασκευὴ τοῦ πάσχα, *praeparationem paſchae* fuiſſe; atqui dies hic proximus erat ab illo, quo paſcha ſuum *Chriſtus* celebraverat. Hic volunt *praeparationem* intelligi debere *ad Sabbathum, qui in diem ſecundum ex illis, qui memoriae paſchae conſecrati erant, incidebat.* Ego vero vix me contineo, quin hic, quod aliquoties *Scaliger* facit, exclamem: *En jecur Criticum!* Quam coacta, quam longe, quaeſo, ducta eſt haec interpretatio? Alter locus legitur *Joh.* XVIII. 28. ubi Judaei dicuntur, quum Chriſtus mane ad praetorium Pilati captivus duceretur, *in praetorium intrare* noluiſſe, *ne polluerentur, ſed veſcerentur paſcha.* Hujus loci virtutem quo tollant illi, quos diximus, non de paſcha ſermonem eſſe ajunt in eo, ſed de comedendo ſacrificio *Chagigab*, quod eodem, quo paſcha, die mactari ſolebat: hujus enim ſacrificii aliquid fortaſſis reliqui in diem poſterum manſiſſe. Ego vero non 22 multo meliorem hanc expoſitionem eſſe putem ſuperiori. Quamvis enim, ut oſten-

quos adeant, qui harum rerum ſtudio ducuntur.

(*b*) *Caret*] Mentem ſuam parum concinne ac perſpicue vir doctiſſimus hic expreſſit, nec vim argumenti, quod adhibet, ſatis luculenter enodavit. *For*, inquit, *it either is, or muſt be confeſſed, that then they were all offered upon the altar.* Nil tamen dubito, quin univerſe ſententiam ejus aſſequutus ſim. Leguntur certe 2. *Chron.* XXXV. 18. ſacerdotes ſanguinem agnorum ex manu Levitarum accepiſſe & ſparſiſſe: & *vſ.* 13. *Levitae paſchae victimas igni, ut ritus eſt, torruiſſe* dicuntur. Multitudo igitur non obſtitit agnorum, quo minus omnes Deo in altari offerrentur & ſanguis ſpargeretur.

Digitized by Google

oſtendant, ſacrificium *Chagigab* paſcha interdum eſſe appellatum, verba teſtentur *Moſis Deut.* XVI. 2. nihil tamen hic eos juvabit locus, niſi antea probatum dederint, verſionem noſtram Anglicam omnis erroris eſſe neſciam. Noſtri ſcilicet interpretes ita verba *Moſis* expreſſerunt: *Thou ſhalt therefore ſacrifice the paſſeover unto the Lord thy God, of the flocke, and the Heard, Quamobrem immolato paſcha Jovae Deo tuo, oves, aut capras, aut boves:* Qua ex verſione effici videtur poſſe, licuiſſe paſcha ex bobus aeque, ac ex agnis, ſumere. At in fonte Hebraeo haec verba legas: ומבחת פסח ליהוה אלהיך צאן ובקר. Quae quidem varie poſſunt exponi & intelligi, quum non unius generis vocales recipere queant, nec una ratione, quae deſunt illis ſupplere liceat. Nulla tamen omnium eſt interpretationum, quae in hoc dictum cadere poſſunt, quin multo melior ſit illa, quam parum feliciter noſtri interpretes ſequuti ſunt. *Onkelos* in *paraphraſi*, quae tamen paucis tantum in locis hoc nomine digna eſt, quum maxima ex parte accurata ſit & juſta verſio, locum hunc ita vertit: ותכום פסחא קדם יהוה אלהיך מן בני ענא ונכסת קדשיא מן תורי *Tu paſcha immolabis in conſpectu Domini Dei tui ex agnis & ſacrificia ſalutaria*, quae adjuncta ſunt, illi *ex bubus.* Et hanc interpretationem probant *R. Salomon & Aben Ezra:* צאן לחיוב הפסח ובקר לשלמים *Agni apti ſunt paſchae: ex bubus ſalutaria ſacrificia ſeu Chagigab conficiuntur.* Aliquid quoque virtutis eadem accipit ex Hiſtoria paſchae, quod Hiskias Rex celebravit, de quo haec ſcripta leguntur 2. *Paral.* XXXV. 7. *Excepit autem Joſias populariubus ovinum caprinumque pecus, videlicet agnos & hoedos, idque omne ad paſchae victimas: pro eorum numero, qui aderant, videlicet triginta millia & boum tria millia.* Hic diſerte a victimis paſchae diſtingui videas boves, quod hi ſacrificiis ſalutaribus ſeu *Chagigab* unice inſervirent. Idque etiam ex *v.* 13. intelligitur, quo haec leguntur: *Et paſchae quidem victimas igni, ut ritus eſt, torruerunt Levitae:* SACRA AUTEM RELIQUA (id eſt, ſacrificia ſalutaria ſeu *Chagigab*) *ollis, cacabis & abenis coquebant.* Aliam dicti hujus interpretationem *Nachmanides* propoſuit, quam ipſis ejus verbis referam: יצוה בפסח והוא השה שהזכיר כבר וצאן ובקר אלים ועזים ובני בקר לחוג חגיגה *Praecipit hic paſcha, quod agnus erat, quemadmodum ſuperius indicaverat:* & צאן ובקר *& gregem, ſeu oves, capras & boves ad Chagigab.* Adjicit, quod ex hiſce

(c) *Appellata*] Quae hic a *Cudworthо* diſputantur ad interpretationes binorum ex *Joanne* locorum infringendas, quas invenerunt viri docti, qui *Chriſtum* eodem, quo reliquos Judaeos, tempore paſcha ſuum ultimum egiſſe putant, ea magna eruditionis copia diluere ſtudet Vir ſummus, *Sam. Bochartus* in *Hierozoico Lib.* II. *Cap.* 50. *p.* 564. *ſ.* Viderint illi, qui hanc controverſiam tractant, utri accedendum ſit: ego longe minorem & ingenio, & doctrina me eſſe arbitror, quam ut judicis hic partes ſuſtinere queam. Quod ſi tamen hoc ratum & fixum eſſe debet, quo ſimplicior & receptis vocabulorum notionibus convenientior eſt expoſitio quaedam, eo plus auctoritatis ipſi tribuendum eſſe, vereor ne ſuperiores evadant illi, qui *Cudworthi* ſententiam probant. Nec enim, ut opinor, aliquis negaverit, plus eſſe ingenii in *Bocharti* & qui ab eo ſtant interpretationibus, quam humilis & planae orationis, qualis *S. Joannis* eſt, leges ferunt. In priori loco *Joh.* XIX. 14. παρασκευὴ τῦ πάσχα non nego ſignificare poſſe, *diem illum praeparationis, qui in feſtos paſchae dies incidit:* ſed, ut taceam, nullum adhuc exemplum allatum eſſe loquutionis hujus, quis aegre intelligit, communibus & receptis notionibus convenientiorem & propterea ſimpliciorem illorum eſſe verſionem, qui his verbis autumant *praeparationem & ipſum paſcha deſignari?* In altero loco *Joh.* XVIII. 28. vocabulo πάσχα victimas illas indicari, quae *Chagigab* dicebantur Judaeis & paſchae ſolebant addi, magis etiam videtur a probabilitate alienum. Quid, obſecro, causſae ſancto viro fuiſſet, cui ſimplicitate dictionis nihil prius eſt, quum vocabulis notioribus nec ambi-

Digitized by Google

hiſce liquet, Judaeus hic verbis *Moſis* particulam *Vau*, quae vim conjungendi habet: quam voculam ſaepenumero in Ebraeo codice omiſſam eſſe, aliis etiam exemplis declarat: Atque haec pluribus ſeſe probavit ſententia, quam illa ſuperius allata. Nam & *Abarbanel* eam ſequitur, & *Karaeus* ille, quem aliquoties jam commendavi, qui *R.* quemdam *Aaronem* auctorem ejus eſſe perhibet. Quid vetat? quo minus ipſa ejus verba, quibus opinionem hanc exprimit, apponam: ויהיה מאמר וזבחת מושך עצמי ואחר עמו וזבחת פסח ליהוה אלהיך וזבחת צאן ובקר כמו ולא למדתי חכמה ודעת קדושים אדע *Vocabulum* זבחת *immolabis, repeti debet* תִּזְבַּח יְהוָה *ante verba, gregem & armentum, ut haec totius orationis forma ſit: Tu immolabis paſcha Domino Deo tuo, & immolabis oves & boves, ſeu gregem & armentum, pari modo Prov.* XXX. 3. *particula* לא NON *repetenda eſt* תִּזְבַּח יְהוָה *ex ſuperiori commate.* Quae quum ita ſint, liquet ex hoc dicto probari nullo modo poſſe, ſacrificia ſalutaria, quae paſchae moris erat addere, umquam nomine *paſcha* fuiſſe appellata. (*c*)

§. V. Praeter binos hoſce alius eſt in eodem Hiſtorico ſacro locus, qui eos23 quidem, a quibus hoc argumentum tractatum eſt, praeteriit, at, meo judicio, talis tamen eſt, ut, ſi modo recte intelligatur, illis ſuperioribus evidentia nulla ratione cedat. Verba haec ſunt: *Joh.* XIX. 31. ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνου τοῦ σαββάτου. *Erat vero magna dies illa ſabbathi.* Μεγάλη ἡμέρα, ſtylo Judaeis Helleniſtis uſitato, aut primum ſignificat, aut poſtremum dierum feſtorum, quibus diebus conventus populi coram Domino agi ſolebat. Conſtat hoc ex *Eſaiae* verbis, quae *Cap.* I. 13. leguntur: *Novilunia, ſabbatha, conventuum actiones* (conventus hi vero primo & ultimo dierum feſtorum cogebantur) *ferias, vana iſta non fero:* quae LXX. interpretes ita Graece reddiderunt: Νεμηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ Σάββατα, καὶ τὰς μεγάλας ἡμέρας (*d*) *novilunia veſtra, ſabbatha, magnosque dies veſtros.* Et ipſe *S. Joannes* hoc nomine utitur ad ultimum ex diebus feſtis deſignandum *Joh.* VII. 37. *Poſtremo autem die, qui magnus erat feſti,* ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς. Quare nullum eſt dubium, quin & hoc noſtro in loco primum dierum paſchae ſignificet. Atqui hoc ſi dubio caret, certum eſt Judaeos paſcha ſuum non egiſſe antea, quam nocte, magnum illum diem praecedente, id eſt, ea qua noſter Ser-

liguis victimas illas ſalutares indicare poſſet, nomen obſcurius & dubii ſenſus uſurpare? De loco *Deut.* XVI. 2. pugnare nolo: fateor potius, veriſimile videri, vocabulum צאן in illo ad boves & agnos ſimul pertinere, nec Judaeorum, quas affert *Cudworthus*, expoſitiones controverſia vacare. Verum ut hoc concedatur, haud tamen ex his verbis cogere licebit, nomen hoc abſolute poſitum, ſigillatim ſacrificia *Chagigah* denotare. Nec enim ſatis valide arbitror illum argumentari, qui ſic rationem ſubducit: Quia *Moſes* uno loco communi *paſchae* nomine & agnos paſchales & reliqua ſacrificia comprehendit, ideo nomen *paſcha* quoque ſola ſacrificia ſalutaria, excluſis agnis paſchalibus, nonnumquam ſignificat. Scio *Adr. Relandrum in Antiquit. Sacr. Ebraeor. Part.* IV. *Cap.* 3. §. 11. *p.* 408. ex Gemarae magiſtris afferre quaedam ut hanc notionem firmet: ſed fac, quod ſecus tamen ſeſe habet, belle in hanc rem convenire illa teſtimonia, num *Gemarae* auctores & conditores idonei erunt orationis & ſtyli *S. Joannis* interpretes? Non haec ea re moneo, ac ſi prorſus cum illis ſentiam, qui *Chriſtum* antevertiſſe Judaeorum *paſcha* volunt, quorum ſententiam ſuis etiam agnoſco difficultatibus implicatam eſſe, quas hodie vix ac ne vix quidem aliquis diſſolverit: ſed excitare tantum eos volo, qui contrariae favent opinioni, ut certioribus, quam adhuc factum, praeſidiis eam communire ſtudeant, nec conclamatum eſſe jam de adverſariis ſuis, temere ſibi perſuadeant.

(*d*) Ἡμέρας] In LXX. Interpretibus non legitur: τὰς μεγάλας ἡμέρας, ſed numero ſingulari: ἡμέραν μεγάλην.

Digitized by Google

24 Servator cruci suffixus fuerat. (*e*) Est & aliud nobis, quo hanc rem communire licet, in promtu argumentum. Si Judaei eadem, qua Servator noster, nocte pascha suum celebrassent, numquam illi a se impetravissent, ut statim a sacro hoc convivio gladiis & fustibus armati ad eum comprehendendum exirent, ut comprehensum ad Pontificis Maximi palatium adducerent, ut eumdem postea ad Pilati tribunal vinctum sisterent, ut denique in crucem eum eodem die agerent. Namque primo die eorum, quibus nullo pane licebat vesci, nisi fermento vacuo, ex praescripto legis, sacer Domino conventus agebatur; quare nefas erat eo aliquid negotii majoris gerere. Et novimus, Judaeos satis fuisse severos & accuratos custodes rituum istiusmodi & caerimoniarum, quibus lex eos alligaverat, nec facile, ut eos violarent, adduci sese passos esse. (*f*)

§. VI. Hoc igitur cum controversia careat, Servatorem nostrum una cum discipulis pascha suum citius egisse, quam reliquus Judaeorum populus: proximum est, ut ostendam, quanam fieri lege & ratione potuerit, ut agnus, quem ille cum amicis suis consumsit, in templo primum immolaretur. Principio fortassis ad Historiam illam, quam *Suidas* sub vocabulo Ἰησοῦς refert, confugere possem. Fertur nimirum ibi senex quidam Judaeus, qui *Justiniano* vixerit Imperatore, perhibuisse, *Jesum* in numerum viginti & duo sacerdotum illorum, qui ministrabant altari, aggregatum fuisse: quod si ita sese haberet, ipse *Christus* pascha suum in templo

(*e*) *Fuerat*] In huius rationis vim docte quoque inquisivit *Sam. Bochartus loc. cit. p.* 567. Verum is, si *Cudworthum* refellere voluit, cujus aliquoties non sine laude mentionem facit, sententiam ejus secus cepit, atque decuit. Exponit enim argumentum, quod ex his *Joannis* verbis ducitur, hoc modo: *Sensus est, ut volunt, tam Christi, quam latronum corpora fuisse de cruce propere deponenda, quia erat parasceve, adeoque parasceve diei, qui apud Judaeos sit maximo in honore, propter sabbathi concursum cum prima azymorum, ac proinde a Joanne vocetur magnus dies.* Hanc ut rationem evertat vir magnus respondet, *nullum esse apud Judaeos festum, in quod hoc nomen non quadret, nec ullum esse sabbathum, quod ita appellari nequeat. Nam ex Es.* l. 13. seu potius ex Graeca versione hujus loci (quem ipsum locum *Cudworthus* hic pro causa sua affert,) *constare, pro magna habitam esse omnem diem sacris coetibus convocandis destinatam.* Non puto multum esse in hac responsione ponderis: nam ipsa satis *Joannis* verba ostendunt, *sabbathum*, quod ibi memoratur, singularem propter causam *magnum* habitum, & idcirco a reliquis hujus generis diebus nota quadam propria & peculiari sejunctum fuisse. Sed agant hanc rem alii: mihi nunc satis est animadvertere, *Cudworthi* sententiam differre non partim ab ea, quam *Bochartus* adgreditur, tametsi &, qui hanc sequantur, non desint viri eruditi. *Cudworthus* non hoc *sabbathum* ideo *magnum* fuisse appellatum censet, quod in diem primum *azymorum* incideret, sed omnium festarum primos & ultimos dies *magnos* fuisse dictos contendit, quod ceteris illi diebus propter solemnes populi coetus sanctiores haberentur: ex quo concludit, *sabbathum* illud, cujus *Joannes* meminit, primum fuisse ex diebus festis, qui paschae tum consecrati fuerint. Nisi me ratio fallit, non ita contemnendum est hoc argumentum, uti viri quidam docti arbitrantur, qui a *Cudworthi* opinione dissentiunt. Primum dubio caret, primos & postremos festorum temporum dies Judaeis majoris sanctitatis fuisse visos, quam reliquos qui hos inter dies interjecti erant: idque viri eruditi, qui antiquos Hebraeorum ritus scrutati sunt, testimoniis minime dubiis probarunt. Hinc nullum plane dubium est, quin dies hi, qui reliquis augustiores & sanctiores habebantur, singulari etiam vocabulo insigniti & a ceteris eo nomine distincti fuerint. Quare, si vel ea, quae vir doctissimus hic affert, quo probet, dies hosce *magnos* fuisse vocatos, supra omnem haud essent dubitationem posita, res tamen ipsa suadere nobis posset, ut vere hoc dici putaremus. Nam poscebant hi dies proprium nomen quoddam: neque melius forte imponi potuisset illis, quam hoc ipsum. His si jungas id, quod jam observatum a nobis est, ex ipsis *Joannis* verbis liquere, singularem propter causam diem illum, quem polluì nolebant Judaei aspectu cadaverum in cruce pendentium, magnum vocatum esse, non tam fragilis & caduca videbitur haec ratio, ut multi opinantur. De majoribus igitur copiis, qui-

Digitized by Google

templo offerre ac immolare potuiſſet, tametſi Judaei ſequenti demum die ſuum mactari curaſſent. Sed ego totam hanc Hiſtoriam meram eſſe fabulam opinor, nec ridiculam tantum, ſed etiam in Servatorem noſtrum injurioſam. (*g*) Forte ad Graecos etiam, quo hunc nodum explicarem, me adjungere poſſem, qui *Chriſtum* non verum paſcha, aut tale, quale lex exigit, celebraſſe, ſed tantum ad imitationem ejus diem feſtum panis azymi, aut, ut *Hugonis Grotii*, viri longe doctiſſimi, qui non ita pridem hanc adoptavit ſententiam, (*) verbis utar, non πάσχα ϑύσαι, ſed μνημονεύσαι egiſſe volunt: ut Judaei ſolent hodie, poſtquam ſacrificia, deſtructo templo, ſublata ſunt. (*h*) Verum hanc ſententiam recentiorum ſcriptorum noſtrorum plerique repudiant: nec ego, ut verum fatear, a me facile impetro, ut de veritate ejus nil dubitem. Igitur ne hac quidem reſponſione utar, ſed aliam quaeram.

§. VII. Ante vero, quam hanc quaeſtionem ita expedire queam, ut nihil dubitationis fiat reliqui, paullo mihi accuratius video inquirendum eſſe in veram diſcriminis illius cauſſam, quo *Chriſti* paſcha ſejungitur a Judaeorum paſchate. Communis fere omnium ſententia eſt, moris fuiſſe Judaeis eo tempore, quo Ser- 25
vator noſter in his terris vixit, feſtos ritus ſuos variis de cauſſis ex uno die in alterum transferre: verbi cauſſa, binis diebus feſtis concurrentibus, ſociare eos ſolebant & uno die utrumque ritum agere: Hinc ſi in feriam ſextam ſolemnis quaedam

(*) *In Annot. ad Matth. C.* XXVI.

quibus expugnetur prorſus, cogitandum eſſe viris doctis reor, qui *Chriſtum* una cum Judaeis ſtatuunt coenam paſchalem celebraſſe.

(*f*) *Paſſos eſſe*] Hoc ego argumentum ceteris multo eſſe judico inferius, nec confutatu difficile. Ita eſt: Nihil ſervile Judaeis licebat facere prima die azymorum *Levit.* XXIII. 7. At quis neſcit, homines, quos fervor quidam inconſultus accendit, praeſertim ſi ſalutem religionis patriae in periculo verſari putent, ſtudiis & cupiditatibus ſuis modum nullum ponere, & ſanctiſſima quaevis violare ſolere, modo malum, quod metuunt, amoveant? Si certum foret, Judaeos, qui Servatorem noſtrum comprehenderunt & vinctum Romano praeſidi tradiderunt, ab ipſa ſurrexiſſe paſchali coena ad hoc facinus moliendum, credibile eſſet, perſuaſum illis fuiſſe, ſeſe rem tam ſanctam, gravem, & Deo gratam aggredi, ut propter eam legem minorem negligere ac tranſilire liceret. Sic enim animis plerique mortalium affecti ſunt, ut credant, ipſa religionis arce laborante, leviora ejus munimenta negligi ad tempus poſſe.

(*g*) *Injurioſam*] Ut virorum eruditorum nonnulli hanc *Suidae* narrationem non eſſe rejiciendam exiſtiment: multi tamen argumentis omni exceptione ſuperioribus jam oſtenderunt, nihil ea fieri levius & ineptius poſſe. Lege, quae hac de re commentatus eſt *Jo. Alb. Fabricius* in *Codice Apocrypho Novi Teſt. Tom.* I. *p.* 371. *&* *Tom.* III. *p.* 546. Adde ſingularem *Jo. Andr. Waltheri* Diſſertationem, quae *Lipſiae* 1724. *in* 4. prodiit, hoc indice inſcripta: ספר שקר *Codex in Suida mendax de Jeſu in numerum* XXII. *ſacerdotum ſolemniter a Judaeis cooptato.*

(*h*) *Sublata ſunt*] Cum hac *Grotii* ſententia congruit fere illa, quam *Nic. Toinardus* in *Obſervatione de ultimo Chriſti paſchate*, quae *Harmoniae* ejus *Euangelicae* ſubjecta eſt, & *Bernh. Lamy*, in Comm. in *Harmoniam Euangelicam p.* 503. *ſ.* ex inſtituto exornarunt. Diſcrepant hi nonnihil a *Grotio*. Nam quum hic Chriſtum tale paſcha velit egiſſe, quale hodie Judaei agunt, viri docti, quos nominavi, ne hoc quidem concedunt, & coenam *Chriſti* ultimam vulgarem fuiſſe coenam, nullo vero modo paſchalem contendunt: At de ſumma tamen rei parum aut nihil diſſentiunt inter ſe. *Lamyo* longum certamen hac de re fuit cum celeberrimis coetus ſui viris, *Jo. Pienudo*, *Tillemontio*, *Harduino*, *Mauduito*, *Daniele*, *Pezrono*, *Witaſſio*, & aliis, cujus Hiſtoriam erudite ac copioſe narrat *Lud. El. du Pin. Bibliotheque des Auteurs Eccleſ. Tom.* XIX. *p.* 123. qui & *eod. Tomo p.* 402. ſummam Diſſ. *Toinardi* exhibet. Ipſam *Hug. Grotii* ſententiam *Henr. Hammondus* amplexus eſt, praeter alios, in *Notis ad Nov. Teſtam. p.* 262.

dam incideret caerimonia, in ſequentem eam differebant diem, ſive *ſabbathum*, ne bina ſabbatha ſeſe contingerent. Nondum deſiit haec inter Judaeos conſuetudo: quorum idcirco in *Kalendariis* nonnullae exſtant regulae, quibus mos hiece regitur, quas hiſce notis expreſſerunt: *Adu*, *Badu*, *Gahaz*, *Zabad*, *Agu*: quarum quidem notarum ſingulae litterae feriam aliquam deſignant. Ad feſtos paſchae dies pertinet nota *Badu*: cujus haec eſt ſententia, paſcha nec ſecunda, nec quarta, nec ſexta feria agi poſſe. Et exſtat hac ſuper re ſingulare quoddam magiſtrorum decretum, quod *R. Eliezeri* adſcribitur; cujus ſummam *Munſterus* exhibet *in Matth. Cap.* XXVI. Tempore vero, quo Servator noſter peccata humani generis in cruce expiavit, paſcha incidebat in feriam ſextam, quae diei Veneris reſpondet. Quare illi, quibus haec placet opinio, Judaeorum tum poſtulaſſe dicunt inſtituta, quae modo memoravimus, ut in ſequentem illud feriam ſeu diem Saturni aut ſabbathum transferretur: Noſter autem Servator, ſi hos audias, haec majorum praecepta contemſit & eo ipſo die, quem lex deſignaverat, paſcha ſuum offerri curavit. Et huc illi trahunt *Lucae* verba, qui *Cap.* XXII. 7. *Chriſtum* paſcha narrat apparari juſſiſſe ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα, id eſt, ut illi interpretantur, quorum ſententiam referimus: *Eo die, quo ex legis praeſcripto paſcha debuiſſet immolari, die nimirum Veneris, id eſt, die ante quam ſuum Judaei paſcha agerent.*

§. VIII. Ego vero, id quod bona cum venia eorum dicere liceat, qui ſententiam hanc probant, maxime *Joſephi Scaligeri* (*i*) viri ceteroquin incomparabilis, qui nihil ea certius & verius eſſe autumat, haec omnia nil dubito Judaeorum decreta, non ſecus atque ipſum *Calendarium* ſeu *Ratiocinium*, in quo perſcripta exſtant, Servatoris noſtri aetate multo eſſe recentiora, diuque poſtea excogitata eſſe a Judaeis. Afferam, quibus ut ità ſentiam, adducor, rationes. Principio Judaeos video veteres, qui circa Servatoris noſtri aetatem & poſt eam fuerunt, paſcha non modo ſuum, ſed & alios ritus ſacros feria ſabbathum vel praecedente vel ſequente, quin etiam reliquis illis feriis, quibus id fieri poſtea Kalendarium hoc vetuit, celebraſſe. In Talmudici codicis *Succoth extremo capite* mentio fit: יום טוב הסמיך לשבת בין לפניה בין לאחריה id eſt, *feſti ſabbathum aut praecedentis aut continuo ſubſequentis*: in *Betzah Cap.* I. יום טוב שחל לחיות ערב שבת & חל להיות אחר שבת *feſti, quod aut in veſperam ſabbathi, aut in diem poſt ſabbathum incidit*: in *Chagigah* item *Cap. ſecundo*: עצרת שחל להיות בערב שבת quorum verborum idem eſt ſenſus, qui praecedentium. Ut ad paſcha ſigillatim veniamus: *Peſachim Cap.* VII. *Sect.* 10. haec ſcripta leguntur: *Oſſa, nervi & omne reſiduum agni paſchalis cremantor ſexto decimo; SI IS DIES SABBATHUM, decimo ſeptimo.* Haec aliaque his ſimilia Talmudis effata induxeruut *Aben Eſram*, ut in *Levit.* XXIII. 4. haec ſcriberet: במשנה גם בתלמוד ראיות שהיה פסח בבד יו׳ *Exſtant in Miſchna & Gemara exempla diverſa paſchae in* BADU *celebrati*, id eſt, diebus illis, quibus recentius Kalendarium celebrari illud poſſe negat, ſecunda nimirum, quarta, & ſexta feria. Quare eo tempore, quo auctores illi vixerunt, qui Miſchnam & Gemaram condiderunt, translationes ejusmodi caerimoniarum ſolemnium & ſacrarum inter Judaeos haud uſita-

(*i*) *Scaligeri*] Lege hunc *Libro* VI. *de emendat. temporum p.* 577. *ſ.* Longum eſt doctiſſimorum virorum agmen, tam inter nos, quam inter Reformatos & Pontificios, quibus monſtratam hanc a *Sca-*

uſitatae fuerunt. Obſervari deinde velim Judaeos, dum templum ſtetit Hieroſolymitanum, novilunia, diesque feſtos ſuos juxta φάσεις ſeu apparitiones lunae conſtituiſſe, nec propterea aliud habuiſſe, per quod conſecrarent hoſce dies, Kalendarium, quam ipſum coelum, quod ut Miſchna loquitur, *dies Judaeorum feſtos olim conſecrabat.* Atque id tam perſpicue traditum invenio a *R. Moſe ben Maimon* in praeclaro illo *Halachah*, quem inſcripſit KIDDUSH HACCHODESH, ut vehementer demirer tot viros eruditos, & in horum ſcriptorum lectione praeclare verſatos, praeterire id potuiſſe. Poſtquam nimirum verba fecerat de modo φάσεως lunae olim obſervandi, numquam ſubjicit hanc normam fuiſſe adhibitam poſt ſublatum in terra Iſraëlis ſynedrium, templique everſionem: nam ab eo tempore Kalendarium fuiſſe inter Judaeos introductum, ad rationes Aſtronomicas adornatum: ורבר זה 26
הלכה למשה מסיני הוא שבזמן שיש סנהדרין קובעין עלפי הראייה ובזמן שאין שם סנהדרין קובעין עלפי החשבון חזה שאנו מחשבים בו היום ואין נזקקין לראיה אלא פעמים שהיה יום שקובעין בחשבון זה הוא יום הראייה או קודם לו ביום או אחריו ביום *Et haec erat traditio Moſis in monte Sinai, quod omni tempore, quo duraret Sanhedrin, conſtituerent Neomenias juxta Phaſin. Hoc vero tempore, quo jam ceſſavit Sanhedrin, conſtituerent ſecundum calculum hunc Aſtronomicum, quo nos hodie utimur: nec ullo modo jam ad φάσιν nos adſtringimus, cum ſaepe contingat, ut dies legitimus ſecundum noſtrum calculum vel concurrat cum lunari φάσει vel antevortat eam unica die, vel etiam ſubſequatur.* Eadem paucis quibusdam interjectis, diligentius etiam explicat: ומאימתי התחילו כל ישראל לחשוב בחשבון זה מסוף חכמי תלמוד בעת שחרבה ארץ ישראל ולא נשאר בית־דין קבוע אבל בימי חכמי משנה ובן בימי חכמי תלמוד עד ימי אביי ורבא על קבועת ארץ ישראל היו סומכין *Quando primum coeperunt omnes Iſraëlitae computare ſecundum hunc calculum? A fine doctorum Talmudicorum, quando jam deſolata erat terra Iſraël, neque erat conſiſtorium aut ſynedrium, quod determinaret. Nam per omnes dies doctorum Miſnae & doctorum Gemarae, usque ad Abbaeum & Rabbaeum, acquieſcebant omnes Judaei in ſanctione terrae Iſraëlis.* Cum hoc vero Kalendario leges illae, quas paullo ante commemoravimus, de diebus feſtis certis feriis haud celebrandis, ſimul rogatae ſuſceptae ſunt: quod rurſus idem *Maimonides* teſtatur: אין קובעין בחשבון זה בימי אדריו לפי שהחשבון זה הוא לקבוץ הירח וחשמש בהליכה אמצעי לא במקום אמתי לפיכך עשו יום קביעה ויום דחייה *Secundum hanc rationem numquam novilunium menſis Tisri ponunt in Adu, quoniam haec computatio accommodata eſt ad conjunctionem ſolis & lunae in motu medio: quare & nunc quosdam dies ſanxerunt, qui feſtis ritibus celebrandis apti ſunt, alios vero rejecerunt: quod quidem olim facere non poterant, quum novilunia (omnesque idcirco dies feſti) ad φάσιν lunae accommodarentur.* Conſtat vero, codicem Talmudis non ante quingenteſimum a nato Servatore annum prorſus eſſe abſolutum: quocirca nec Kalendarium hoc Judaicum, neque leges illae de feſtorum dierum translatione ad id usque tempus inventae & inter Judaeos receptae fuerunt. Quod quum ita ſit, falli eos apparet, qui hinc cauſſas repetunt, propter quas Servatori noſtro paſcha ſuum integrum fuerit alio, quam caeteri Judaei, tempore celebrare. (*k*)

§. IX.

a *Scaligero* viam ſequi placuit.

(*k*) *Celebrare*] Quae §. hoc VIII. diſputantur, tam pulcra & erudita viſa ſunt *Sam. Bocharto*, ut ea tota in *Hierozoicon ſuum Lib.* II. *Cap.*

Digitized by Google

§. IX. Haec quo majorem etiam firmitatem accipiant, Karaeos animadverti velim, qui vana Pharisaeorum instituta repudiant, quae tradita sese accepisse a majoribus perhibent, veterem adhuc morem illum, novilunia ἀπὸ τῆ φάσεως computandi, inviolate custodire. Ipse id *Jos. Scaliger* (*) observavit: qui tamen in eo lapsus est, quod sibi persuasit, sectam hanc recentiori memoria, nulla re alia, quam odio erga reliquos Judaeos ductam, hanc consuetudinem adoptasse. Certum enim est, ab antiquissimis eos temporibus, nec interrupte, verum continenter, hoc institutum tenuisse, & hodie adhuc, tamquam rem ipsa lege divina mandatam, servare. Patet id ex his auctoris mei verbis: אמנם הוא מההעתקה שכל ישראל מודים בה שמזמן המלכות היו מקדשים החדשים בראיית הירח ועיד מהקש כח הדבור יודע הענין ממלת חדש יורע שהוא חרוש הרבר והוא: חרוש יוח בכל חרש[27] *Omnis populus Israël confitetur, moris fuisse inde a constitutis Regibus novilunia per φάσιν consecrare: idque vel ex ipsa notatione vocabuli* Chodesh *fieri debere intelligitur, quod renovationem rei cujusdam significat. Ex quo quidem apparet, a mutatione lunae seu φάσει ejus, tamquam ab ejus exordio & initio nomen festi hujus sumtum esse.* Neque ultimum locum haec controversia tenet inter eas lites, quae binas illas Judaeorum sectas in hunc usque diem sejungunt: quae quidem lites quam vehementes & acerbae evaserint, vel inde satis intelligitur, quod *Karaei*, quum docent, quales illi testes esse debeant, quibus sine formidine credi queat, lunam apparuisse, id inter alia requirunt, ne ex familia Rabbanitarum sint. Puto, me rem harum litterarum rerumque veterum studiosis non ingratam esse facturum, si ipsa auctoris mei verba, quibus hanc legem commemorat, afferam: התנאי השני שלא יהיה חלוק ברעתו בקדוש החדש מדעת חכמינו והנה מזה הצר ראוי לקבל עדות הישמעלים מפני שהם הולכים אחרי דעת חכמינו בענייני הראייה ובדוב הזמנים אנו שוים עמהם ראין לאוי לקבל לנו עדות הרבנים מפני שהם חלוקים ממנגנו בזה ואעייף שאחינו ובשרנו הם אמנם בזה מרו ועצבו את רוח קדשו *Alterum, quod ab ejusmodi teste requiritur, hoc est, ne opinionem de consecratione novilunii foveat a sapientum nostrorum opinione dissidentem. Quocirca testimoniis Ismaëlitarum (id est, Turcarum & Saracenorum) fidem habere licet, quia hi sententiam sapientum nostrorum de phasi lunae sequuntur stataque tempora sua iisdem plerumque diebus, quibus nos,*

(*) Emend. tempor. p. 149. 150.

[27] בכל חרש *Cap.* 50. *p.* 562. *f.* transferre non vereretur. Non silentio quidem prorsus praeteriit *Cudworthum*. Nam quum *p.* 563. Karaitae illud testimonium afferre vellet, quod sequenti §. a *Cudworthio* promitur, his cum verbis designat: *Itaque in manuscripto cujusdam Karaitae libro, quem in hoc argumento citat* EGREGIUS SCRIPTOR ANGLICANUS, *id in confesso esse legitur apud omnes Israëlitas.* Sed nec fatetur tamen, unde hauserit eorum pleraque, quae in praecedentibus attulerat ad conficiendam *Scaligeri* sententiam, cujus res hic agitur: quod num aequitati & justitiae satis conveniat, dicant alii. Ceterum si vera illa essent omnia, quae *Scaliger* & sectatores ejus vera esse ducunt, praecipua tamen difficultas nondum remota esset, quae huic conjuncta est negotio. Hoc scilicet potissimum quaeritur: Quanam fieri ratione potuerit, ut agnus, quem *Christus* postremo cum discipulis edit, in templo offerretur & immolaretur, id quod lex fieri volebat, si citius, quam Judaeorum gens, pascha suum celebravit Servator noster? Fac, Judaeos tempore Servatoris nostri diem festum paschae in sabbathum sequens transtulisse: fac, Servatorem nostrum translationis hujus nullam rationem habuisse & more majorum & ex praescripto legis pascha suum celebrasse: itane quaestio, quam dixi, soluta erit? Non arbitror. Nullum enim dubium est, quin sacerdotes in templo versan-

nos, celebrant: nefas vero eſt teſtimonium hominis ex ſecta Rabbanitarum recipere, quoniam hi nobiscum hac de re diſſentiunt. Sunt illi quidem fratres noſtri, & caro noſtra: verum hac in cauſſa ſancto Dei ſpiritui ſeſe oppoſuerunt & injuriam intulerunt.

§. X. Igitur communem & vulgo receptam opinionem, unde putant cauſſam ſumendam eſſe, propter quam *Chriſtus* alio tempore paſcha ſuum egit, quam reliqui Judaei, a vero eſſe alienam oſtendimus: reliquum eſt, ut veras differentiae hujus rationes aperiamus. Puto vero, derivandam eſſe illam ex ratione & modo menſes computandi & *caput ſeu initium menſis* ראש החדש / qui Servatoris noſtri aetate Judaeis probatus fuit. Vidimus jam antea generatim φάσις lunae normam hujus computationis fuiſſe: nunc utile ad noſtrum erit inſtitutum, totam ejus rationem ex fide dignis auctoribus (*) diſtinctius & enodatius enarrare. Conſtructa erat in atrio templi majore ſeu exteriori domus, cui nomen erat *Beth-Jazeck*. In ea Senatus Judaeorum trigeſimo cujusvis menſis die conſidebat ad audiendos illos, qui lunam fuiſſe ſibi viſam referebant, & teſtimonia eorum expendenda. Erat autem ibi convivium apparatum ad excipiendos eos, qui teſtimonii dicendi cauſſa accedebant, quo tanto eſſent homines alacriores & promtiores ad officium iſtud praeſtandum. Antiquioribus temporibus aditus etiam ad hanc domum patebat hominibus a religione Judaeorum averſis, nec teſtimonia eorum, poſtquam legitimo modo explorata erant, rejiciebantur. At haereticis poſtea, (id eſt, Chriſtianis) (*l*) exortis & auctis, a quibus ſeſe aliquoties eſſe deluſos, conqueruntur Judaei, majorem adhibebant circumſpectionem, nec ullos in teſtium recipiebant ordinem, niſi, quos Judaeorum ſacris conſtaret addictos eſſe. Quod ſi trigeſimo die teſtes apparerent fide digni, qui lunam ſibi conſpectam eſſe confirmabant, is, qui praeſidebat Senatui, ſurgens, exclamabat: MEKUDDASH, *conſecratum eſt*: cujus vocem populus, qui adſtabat, imitabatur, clamans pariter: MEKUDDASH, MEKUDDASH. Poſt haec continuo curabant, ut ad univerſam provinciam ejus rei perveniret notitia. Et olim quidem per ignes in montibus accenſos id ſignificabant. At quum a Chriſtianis poſtea hac quoque in re decepti eſſent, quos falſos ſuccendiſſe memorant ignes, placuit nuntios per univerſam emittere regionem, qui ſingulis urbibus & vicis novilunii adventum indicarent. Sin vero toto

(*) *Talmud. Babyl.* in *Roſch Haſchmah* & *Maimon.* in *Kidduſch Hachod.*

ſantes ſacri Senatus mandato morem geſſiſſent, nec antea agnos obtuliſſent, aut immolari paſſi eſſent, quam praeſcripto & conſtituto a Senatu die. Quare ſi *Chriſtus* agnum ſuum ante tempus illud attuliſſet & a ſacerdotibus, ut illum Domino conſecrarent, petiiſſet, repudiatus ſine controverſia & juſſus fuiſſet tempus a Senatu definitum expectare.

(*l*) *Chriſtianis*] Aegre mihi perſuadeo, Chriſtianos haereticorum nomine a *Maimonide* & Judaeis hic intelligi, & probabilius putem, Samaritanos, aliosque homines, qui poſtremis reipublicae Judaicae temporibus divortium a publica religione fecerant, hoc vocabulo notari. Nam Chriſtiani, qui templo & urbe Hieroſolymarum ſtante, in Palaeſtina vixerunt, nec opibus tantum & numero valuerunt, ut ejusmodi quid moliri poſſent, nec tam averſo fuerunt a ſacris Judaeorum animo, ut facinus iſtud ſuſcipere ac gentem ſuam decipere vellent. Conſtat e contrario, illos Servatoris noſtri diſcipulos, qui ante templi vixerunt excidium, plus, quam veritas ferebat, ritibus & ſacris Judaeorum faviſſe, & *Chriſtum* ita ſequi voluiſſe, ut *Moſen* ſimul haud negligerent. Quod ſi tamen Judaei Chriſtianos hoc ſeſe facto contaminaſſe tradunt, mentiuntur haud dubie & ſuam Hiſtoriae veteris Chriſtianae ignorationem produnt.

Digitized by Google

28 toto die trigesimo elapso nulli testes comparuissent, quibus Senatus fidem tuto haberi posse judicaret, conspectam fuisse lunam, diem unum mensis praeteriti solebant intercalare, ac in sequenti die trigesimo & uno Kalendas constituere. Nihilo tamen minus, advenientibus e longinquo post quartum vel quintum diem testibus quibusdam, qui φάσιν sibi visam esse convenienti tempore adseverarent, immo sub finem mensis (אפילו באו בסוף החדש) ejusmodi testibus accedentibus, testimonium hoc contemni minime solebat. Primo quidem nulli parcebat operae Senatus, quo a testimonio hoc edendo homines deterreret ad evitandam, si fieri ulla ratione posset, novam consecrationem, facto jam *emboliſmo* in praecedenti mense. Quod si vero testes adduci sese haud sinerent, ut testimonium suum tollerent, poscebat mos majorum, ut initium mensis mutaretur & in diem transferretur praecedentem, trigesimum nimirum.

§. XI. Ex his, quibus fieri de causſis potuerit, manifestum est, ut de Kalendis seu initio mensis & de omnium idcirco dierum festorum vero tempore, utpote qui ex mensis pendent exordio, dissensio quaedam semper nasceretur inter Judaeos. Verum nimirum tempus, quo luna apparere solet, qui dies est trigesimus, & Senatus decretum, quo initium mensis in sequentem differebatur diem, animos distrahere interdum potuerunt. Ipsi Judaeorum nos edocent libri, aegerrime Senatum a sese impetrasse, ut consecratione semel novilunii decreta, ab hoc edicto suo postea recederet. Ex quo quidem probabile fit, vitiosis illis & corruptis temporibus Senatum saepenumero testimonium integerrimorum etiam testium recusasse, & hanc legem populo rogatam fuisse: בית דין שקדשו את החודש בין שונגים בין מוטעים הגה זה מקודש וחייבין הכל לתקן המועדים על היום אעיפי שזה יודע שטעו *Quocumque die Senatus decreverit Kalendas esse, eo die sint: nec fas cuiquam sit, tametsi errasse Senatum appareat, tempus dierum festorum suorum alia regula & norma metiri.* Servatorem vero nostrum, & Judaeos pietatis ac religionis prae ceteris amantes hanc approbasse legem, numquam mihi persuasetim. Quapropter veri mihi simillimum videtur esse, hinc natam esse differentiam illam inter pascha Servatoris nostri & reliquorum Judaeorum, cujus causſas quaerimus. *Christus* nimirum φάσιν seu apparitionem lunae, testimoniis certis & minime dubiis confirmatam, normae instar assumsit: at reliqua Judaeorum turba maluit severum Senatus sui decretum, quod pascha in diem sequentem differre jubebat, superstitiose sequi.

§. XII.

(m) *Refert*] Non potuit vir doctissimus alium designare locum *Epiphanii*, quam hunc, qui *haeresi Alogorum Lib.* I. §. 27, p. 449. *Tom.* I. *Opp.* legitur: ἴσως τοίνυν τότε τότε σφαλέντες οἱ μόνον προλαβόν ΘΟΡΥΒΟΥΜΕΝΟΙ τὰς δύο ἡμέρας διῆραντες τὸ πάσχα, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπιοῦσαν προδόντες μίαν ἡμέραν κατὰ πάντα τρόπον αὐτοὶ σφαλέντες. *Quae quum illis* (Judaeis) *aberrandi causſa fuisset, non modo perturbantes omnia, biduo legitimum paschatis tempus anteverterunt, sed & uno insuper die praetergressi, magnis sese erroribus implicarunt.* Sed his minime verbis significat *Epiphanius*, aetate Servatoris nostri tumultum aut seditionem aliquam Hierosolymis de paschae tempore commotam fuisse: sed Judaeos tantum tempus paschae male computasse tradit, eaque de causſa conturbasse & pervertisse omnia. At fovit tamen *Epiphanius* sententiam non multum ab ea, quam suam *Cudworthus* fecit, alienam. Censuit nimirum maximam Judaeorum partem pascha suum feria tertia hebdomadis egisse & biduo idcirco anticipasse: cumque his *Christum*, Servatorem nostrum, supremum pascha celebrasse. Causſam quidem nullam affert, quare hi Judaei tam mature pascha suum

Digitized by Google

§. XII. Jamque ad id, quod extremum in tota hac eſt diſputatione, ventum eſt, ad quaeſtionem videlicet illam, quam in ipſo ſtatim limine propoſuimus: Quo demum fieri modo potuerit, ut Servatoris noſtri paſcha die illo, qui Judaeorum praecedebat paſcha, immolaretur? Hanc igitur ut dirimam quaeſtionem, ex illis, quae jam a nobis dicta ſunt, patere moneo, non modo Servatorem noſtrum, ejusque diſcipulos, verum etiam multos ex Judaeis alios, quibus pietas & religio prae ceteris curae erat, contemto Senatus decreto, paſcha ſuum decimo quinto menſis die, quo lunam conſtabat conſpectam fuiſſe primum, celebraſſe. Atque hanc mihi ſententiam *Epiphanii* (*) licet loco firmare, qui θόρυβον ſeu *tumultum* & contentionem eo tempore inter Judaeos de paſchate fuiſſe, refert. (*m*) Quibus qui- 29
dem poſitis, haud erit difficile, *Joannem* reliquis conciliare hiſtoriae Chriſti ſcriptoribus; quorum hi paſcha Chriſti eo actum fuiſſe tempore narrant, quo plures illud alii egerint, hic vero a plurimis Judaeis ſequenti demum die illud eſſe celebratum perhibet. Sic vero more Judaeorum comparatum erat, ut in dubiis ejusmodi eventis, quae ſaepenumero accidebant, liberum relinqueretur, binis diverſis diebus feſtos dies celebrare aut paſcha immolare. Auctor eſt *Maimonides* (*n*) in remotioribus terrae Iſraëliticae partibus novilunium binis diſtinctis diebus celebratum fuiſſe: quin etiam in ipſa urbe Hieroſolymitana, quae ſedes & domicilium Senatus erat, novilunium menſis Tiſri, a quo anni ſumebatur exordium, bis agi ſolitum fuiſſe, ne fortaſſis error hac in re committeretur. In Talmude *Gemara Rosh Haſchanah Cap.* 1. ſcriptum legitur, paſcha binis diebus, quod dubium eſſet novilunii tempus, celebratum fuiſſe. Hinc & Karaei, qui a veteri more dimoveri ſeſe haud patiuntur, φάσιν lunae obſervandi praeceptum hoc inſtar regulae in hunc usque diem adhibent: לעשות שני ימים מספק *Obſervare duos dies propter dubium.* Quid? quod ipſi illi Judaei, qui Rabbinorum ſeſe addixerunt praeceptis & inſtitutis, poſtquam in locum φάσεως conjunctionem lunae in motu medio ſuffecerunt, ad illorum imitationem binis diebus, & *iisdem caerimoniis* paſcha ſemper celebrare adhuc hodie ſolent, auctore doctiſſimo *Synagogae Judaicae* (†) auctore. Adde ipſum *Scaligerum* teſtari, non in paſchate tantum, verum etiam aliis in temporibus ſacris hoc apud illos uſu receptum eſſe: *Judaei poſt inſtitutionem hodierni computi, eamdem ſolemnitatem celebrant biduo: propterea quod menſem incipiant a medio motu lunae: itaque* ומאחרים מספק מחברות *propter dubium conjunctionis luminarium, paſcha celebrant* 15. *&* 16. *Niſan. Pentecoſten* 6. *&* 7. *Sivan. Scenopegiam* 15. *&* 16. *Tiſri, idque vocant* יום טוב שני של גליות *feſtum ſecundum exiliorum.* (*o*) Igitur nihil nobis impedimento eſſe poſſe, jam apertum eſt, quo minus

(*) In Panario haer. L. I.
(†) (Buxtorfio c. 19. p. 430.)

ſuum comederint: at peccaſſe eos in legem, ſignificat, quum id facerent, nec obſcure indicat, alios Judaeos, Phariſaeos potiſſimum & ſcribas, errorem hunc emendare voluiſſe & ea de cauſſa paſcha ſuum in XX. diem menſis Martii diſtuliſſe, quo paſſus eſt Chriſtus. Expoſuit pluribus hanc ejus ſententiam *Dion. Petavius* in *Animadverſionibus ad Epiphanium p.* 180. 181. Sed quum vehementer impeditus & brevis ſit antiſtes Graecus in hac re explicanda, incertum eſt, num omni ex parte mentem ejus *Petavius* ſit aſſequutus. Hoc tamen liquet, quod ad ſummam rei attinet, propius eum a *Cudworthi* opinione abfuiſſe.

(*n*) *Maimonides*] in libro *de die feſto Cap.* 6. *Sect.* 14. Locum ipſum *Sam. Bochartus* produxit *Hierozoico Lib.* II. *Cap.* 50. *p.* 564.

(*o*) *Exiliorum*] Primusne hanc ſententiam *Cudworthus* invenerit, an vero acceptam ab aliis exornaverit, disquirant alii, quos initia & origines opinionum inveſtigare juvat. Ego de re ipſa tan-

Digitized by Google

nus paſcha decernamus verum fuiſſe ſacrificium: quod dum oſtendimus, viam nobis ad id, quod caput hujus eſt diſputationis, munivimus.

CAPUT QUARTUM.

ARGUMENTUM.

§. I. *Pauli verba* 1. *Cor.* X. 14. *ſ. proferuntur, ex quibus conſtat, S. Coenam eſſe epulum ex oblatis.* §. II. *Illuſtrantur haec verba.* §. III. *Concluſio ex illis ad rem praeſentem ducitur.*

§. I. Vereor, ne huc usque multis meas unice opiniones ſtabiliviſſe, in illisque confirmandis plus, quam ſatis erat, ſtudii & operae poſuiſſe videar; quare jàm eo veniam, quo me inſtitutum meum vocat, coenamque Domini probabo, non aliter, quam ut EPULUM EX OBLATIS ſpectari debere, qualia erant convivia, quae a Judaeis ſub lege poſt ſacrificiorum immolationem & inter reliquas gentes ex εἰδωλοθύτοις, *ex carnibus Diis immolatis*, inſtituebantur. Fundamenti locum in hac demonſtratione dictum ſacri codicis ſuſtinebit, in quo ſacra Coena cum utroque hoc epularum genere contenditur & accurate comparatur. Ecce tibi ipſum locum, qui *Pauli* eſt

1. Cor. X.

tantum aliqua monebo. Ingenio non carere hanc opinionem omnes fatentur, at vero eam eſſe conſentaneam viri docti negant, qui concedere nolunt, *Chriſtum* & Judaeos diverſis temporibus paſcha comediſſe. Contendunt hi, nullo conſtare veteris cujusdam auctoris teſtimonio, in Judaea & Hieroſolymis alios uno, alios altero die paſcha immolaſſe: univerſam contra gentem judicium ſupremi Senatus ſequutam eſſe, nec ullam in ea diſſenſionem umquam ſuper ejusmodi rebus exſtitiſſe: ex iis vero, quae a recentioribus Judaeorum magiſtris tradita ſunt, aut hodie inter Judaeos geruntur, effici nullo modo poſſe, qui mores fuerint Judaeorum Palaeſtinam olim incolentium. Nec ut verum fatear, facile haec convelli poſſunt. Quis enim temere ſibi perſuadeat, licuiſſe Judaeis in urbe Hieroſolymarum in tanti momenti rebus a ſupremi Senatus auctoritate impune recedere, atque leges ab eo latas aſpernari? Nec Judaei, ſi quid ego video, ejusmodi quid auſi fuiſſent, quos novimus coeca magiſtrorum ſuorum & doctorum veneratione ductos fuiſſe; nec, ſi auſi fuiſſent hoc, illi, qui religioni & rebus ſacris praeerant, hanc in eis temeritatem & contumaciam toleraſſent. Huc accedit, Judaeos generatim omnes a *Joanne* dici *Pilatum* rogaſſe, ut *Chriſti* corpus de cruce tolleretur, ne imminens paſchae dies pollueretur. *Joh.* XIX. 31. At ſi magna Judaeorum pars ritibus paſchae jam tum defuncta fuiſſet, non totus populus, ſed illi tantum, qui paſcha nondum comederant, a praeſide hoc flagitaſſent. Omitto, licentiam hanc paſcha diverſis diebus immolandi, haud dubie infinitis rixis & contentionibus inter Judaeos occaſionem fuiſſe daturam, nec idcirco per prudentiam praefectis ſacrorum licuiſſe, ut eam populo concederent. Ergo conjecturam hanc eſſe ſententiam pronuntiamus, ſpecie quidem & forma haud deſtitutam, ſed nullo tamen ſtabili & certo fundamento nixam. Haec tamen & alia quaedam, quae praetereo, tantum haud potuerunt, ut viros quosdam doctiſſimos ab ea amplectenda abſterrerent: quorum aliqui poſt *Cudworthi* tempora nulli pepercerunt diligentiae, ut eam paullo diligentius & aptius inſtruerent, & contra omnes diſſentientium impetus munirent. In recentioribus ejus patronis eminet in primis *Paulus Pezronus*, percruditus & ingenioſus e Benedictinorum familia Monachus, qui in *hiſtoria* ſua *Evangelica*, Gallice 1694. edita, accurate pro ea propugnavit: cujus rationes & argumenta *L. E. du Pin* breviter recenſet *Bibliotheque des Auteurs Eccle-*

Digitized by Google

1. Cor. X.

vſ. 14. *Quamobrem, o mihi cariſſimi, fugite deaſtrorum cultum.*

vſ. 15. *Ut prudentes alloquor: judicate vos, quod ego dico.*

vſ. 16. *Poculum conſecratum, quod conſecramus, nonne communitas ſanguinis Chriſti eſt? Panis, quem frangimus, nonne communitas corporis Chriſti eſt?*

vſ. 18. *Conſiderate Iſraëlitas, quod ad humanitatem attinet: nimirum qui ſacrificiis veſcuntur, ſunt arae participes.*

vſ. 20. *Immo quae ſacrificant extranei, ea daemoniis ſacrificare dico, non Deo: Daemonum autem participes vos eſſe nolo.*

vſ. 21. *Non poteſtis & Domini & daemoniorum poculum bibere: non poteſtis & Domini & daemoniorum menſam participare.*

§. II. Omnis haec divini viri oratio eo ſpectat, ut Corinthios edoceat, nefas eſſe rebus veſci Diis commentitiis conſecratis & immolatis. Quod ut illis perſuadeat, id primum, quod Corinthii videntur objeciſſe, concedit *vſ.* 19. *idolum reapſe nihilum eſſe*, resque idolis immolatas phyſice, quatenus a cibis aliis differunt, nihil eſſe: at nihilo tamen minus eos, qui rebus Diis conſecratis, & in fanis quidem Deorum, veſcerentur, ſi haec actio eorum ut moralis ſpectetur & omni ex parte expendatur, participes fieri ſacrificiorum & delictorum cum illis conjunctorum reos. Hanc quo confirmet ſententiam & illuſtret, primum ritum quemdam ex religione Chriſtiana illi affinem & cognatum conſiderare jubet. Eos nimirum ait, qui in ſacra Coena corpore ac ſanguine Domini, in cruce Deo pro peccatis noſtris oblatis, potiantur, in mortis *Chriſti* & ſacrificii ejus communionem revera pervenire (*a*) *vſ.* 16. *Calix conſecrationis, quem conſecramus, nonne communitas eſt ſanguinis Chriſti?* Deinde alium ex ſacris Judaeorum ritum illi perſimilem, cu- 31
jus

eſiaſt Tom. XIX. *p.* 143. Nec ab hoc multum remotus eſt *Jo. Harduinus*, Jeſuita celeberrimus, in ſingulari libello *de ultimo Chriſti paſchate*, qui in *ſelectis operibus* ejus *p.* 381. *ſ.* exſtat: cui tamen hoc proprium & peculiare eſt, quod Galilaeis ſigillatim putat jure Judaeorum conceſſum fuiſſe, ut paſcha ſuum die citius, quam ceteri Judaei, immolarent & comederent: ex quo conficit, Servatori noſtro & diſcipulis, tamquam Galilaeis, licitum fuiſſe, paſcha reliquorum Judaeorum antevertere. Sed nec hiſce defuerunt adverſarii, qui non contemnendis rationibus docuerunt, ſententiae huic neminem confidere poſſe, niſi qui valde credulus ſit, quomodocumque demum inſtruatur & exornetur.

(*a*) *Revera pervenire*] Quid ſentiam de interpretatione hac verborum *S. Pauli*, itemque de argumento, quod ex illis elicit vir doctiſſimus ad opinionem ſuam probandam, in *praefatione* aperiam quam huic libello praemittere ſtatui. Hic monuiſſe ſatis erit, premi ab eo veſtigia praecipuorum Reformati coetus doctorum, quum *Pauli* loquutionem: *In communionem corporis & ſanguinis Domini venire*, hanc unice vim habere ſcribit: *In mortis Chriſti & ſacrificii ejus communionem pervenire.* Velle enim hos notum eſt, ideo S. Coenam a Servatore noſtro potiſſimum eſſe inſtitutam, ut ſancti homines, qui ad eam accedunt, cum Chriſto, Servatore ſuo, arctius conjungantur & beneficiorum hominibus ab eo partorum reddantur participes; nos vero repudiare, qui omnes homines, ſive probi ſint, ſive improbi, corporis & ſanguinis Domini vere fieri compotes in S. Coena ſtatuimus. Quae quidem eorum ſententia haud patitur, ut verba ſancti hominis aliter, quam de ſpirituali conjunctione fidelium cum *Chriſto*, accipiant. Mihi vero expoſitio haec neque verbis *S. Pauli*, neque propoſito ejus videtur eſſe conſentanea. Primum enim generatim & univerſe tradit, S. Coenam communionem eſſe corporis & ſanguinis Chriſti, nec Chriſtianorum aliquem ad ſacrum hoc epulum venientium, cujuscumque demum ſit indolis, ab hac communione excludit. Quod ſi vera eſſet ſententia, quae inter Reformatos recepta eſt, excepiſſet *Paulus* haud dubie degeneres Chriſtianos ex illis, qui *Chriſti* compotes fiunt in S. Coena, dixiſſetque: Noſtisne eos homines in quibus caſtus eſt animus & vera fides, corporis & ſanguinis Chriſti compotes fieri? Deinde vir divinus diſtincte corporis & ſanguinis Chriſti participes fieri dicit eos, qui poculum benedictum & panem,

jus res agitur, lucis majoris cauſſa appellat. Judaeos nempe, qui ſacrificiis veſcerentur, reputari obſervat altaris etiam participes fieri, id eſt, ſacrificii in altari oblati *vſ.* 18. *Spectate Iſraëlem, quod ad humanitatem attinet: nimirum qui ſacrificiis veſcuntur, ſunt arae participes.* Quorum verborum ſententiam plene nuperus quidam interpres hoc modo expreſſit: *In veteri lege quicumque admittebantur ad edendum de hoſtiis oblatis, cenſebantur ipſius ſacrificii, tamquam pro ipſis oblati, fieri participes & per illud ſanctificari.*

§. III. Igitur quemadmodum qui carne *Chriſti* veſcuntur & ſanguinem ejus bibunt in S. Coena compotes fiunt ſacrificii, quod is Deo noſtro loco obtulit: Sicut illi, qui ex victimis epulabantur inter Judaeos ſub lege mactatis, ipſorum ſacrificiorum participes evadebant: ita qui rebus, idolis & Diis conſecratis & immolatis veſcuntur, in communionem hac ratione veniunt ipſorum ſacrificiorum, Diis
32 mactatorum. Ergo valde peccant, quotquot res ejusmodi comedunt. Etenim quaecumque ſacrificant gentes, ea malis geniis ſacrificant: *Chriſti* vero corpus & ejus ſanguis ſupremo Numini oblata ſunt: Utriusque igitur ſacrificii, ejus, quod daemonibus, & ejus, quod vero Deo factum eſt, nemo ſimul fieri particeps poteſt. *Non poteſtis & Domini & daemoniorum calicem bibere: non poteſtis & Domini & daemoniorum menſam participare.* Aut omni prorſus virtute caret ſancti hominis argumentatio, aut fundamentum ejus in hoc unice poſitum eſt, tria haec inter ſe plane ſimilia eſſe, & mutuam habere convenientiam. Qua nos ratione freti concludimus, coenam Domini, reſpectu ſacrificii Chriſtiani, inter Chriſtianos idem eſſe,

nem, qui frangitur, acciperent in S. Coena. Quid diſtincta hac mentione tam corporis, quam ſanguinis *Chriſti* opus fuiſſet, ſi hoc tantum docere voluiſſet, mortis *Chriſti* fructum ad eos pervenire, qui S. Coena fruerentur? Suffeciſſet ad hanc rem exprimendam, ſi generatim dixiſſet: Minime vos praeterit, in *Chriſti* & mortis ejus communionem pervenire, quibus poculum conſecratum & panis fractus in S. Coena exhibetur. Sine dubio majus aliquid & ſublimius indicat, quia tam perſpicue & explicate eos, qui calicem ſumunt, ſanguinem *Chriſti* ſimul ſumere, qui panem accipiunt, corpus una accipere, aut communione corporis & ſanguinis potiri praecipit. Praetermitto alias cauſſas, propter quas graviſſimi Theologi negant ab uſitata verborum notione diſcedendum & verba *Pauli* ſenſu translato accipienda eſſe.

Dura mihi quoque, nec ſatis meditata videtur expoſitio verborum *Pauli*, quae *vſ.* 18. leguntur, οἱ ἐσθίοντες τὰς θυσίας, κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσὶν, quam vir doctiſſimus probat. Namque, ſi recte mentem ejus capio, exiſtimat, θυσιαστήριον poni pro θυσία ſeu victima in ara oblata, immo non pro ipſa victima, ſed pro fructu immolationis victimae ſeu pro expiatione. Quaſi haec dicere ſanctus homo voluiſſet: Illi, qui ex victimis partem ſuam accipiunt, utilitatis illius demum participes fiunt, quam immolatio victimae parit, ſancti nempe fiunt, & culpa illa expiantur & liberantur, quae victimam & ſacrificium poſtulavit. Ego vero primum haud memini, vocabulum *altare* usquam ita uſurpari, ut expiationem peccatorum ſeu fructum ſacrificiorum in altari oblatorum ſignificet: ac ſi quis ſenſu tam remoto & longinquo vocabulum hoc adhibuiſſet, eum parum apte ac proprie putarem loquutum eſſe. Nusquam deinde ſcriptum legi, perſuaſum Judaeis fuiſſe, nullos fructum ſacrificiorum capere, praeterquam eos, qui partem illorum comediſſent, aut convivia, quae poſt ſacrificia ſolebant agi, ideo eſſe inſtituta, ut convivae certi forent de expiatione ſua & reconciliatione cum Deo. Fieri poterat, ut abſens aliquis pro ſe curaret ſacrificia offerri aut morbo aliisque cauſſis impediretur, ne veſceretur victima: hiccine igitur praecipuo ſacrificii fructu ex Judaeorum opinione caruiſſet? Quicumque victimam quamdam immolabant Deo, illi, ſi recte animo conſtituti & verae religionis Judaicae praeceptis imbuti erant, eam tamquam ſignum intuebantur & figuram divini ſacrificii illius, quod *Meſſias* aliquando Deo eſſet pro peccatis humani generis oblaturus, atque per futurum hoc & aeternum ſacrificium ſperabant Dei gratiam & benevolentiam, quam peccando amiſerant, ſeſe recuperaturos eſſe. Et haec eos ſpes haud fallebat, neque ad eam firmandam valebat aliquid epulum, quod poſt rem ſacram factam agi ſolebat.

Mea quidem ſententia in his verbis *Pauli* ſimplex

eſſe, quod inter Judaeos erant epulae poſt victimas ex praeſcripto legis immolatas inſtitutae & inter reliquas gentes convivia poſt rem ſacram celebrata, *epulum* nimirum *ſacrificiale*, aut *epulum ex oblatis*: ὅπερ ἐπὶ θυσίαις.

CAPUT QUINTUM.

ARGUMENTUM.

§. I. *Coena Domini non eſt ſacrificium.* §. II. *Sed epulum ex ſacrificiis.*

§. I. Declarata ſic & expoſita vera Coenae Domini notione, longam ſimul illam, quae Theologos tam diu, tamque vehementer exercuit, controverſiam: *Num Coena Domini ſit ſacrificium?* prorſus eſſe diremtam, perſpicuum eſt. Non ſcilicet Coena Domini *ſacrificium* eſt, ſed *Epulum* ἘΚ ΤΗΣ ΘΥΣΙΑΣ, aut ut aliis rem hanc verbis exprimam, non OBLATIO SACRIFICII, ſed, ut *Tertullianus* (*a*) egregie loquitur, PARTICIPATIO SACRIFICII: non offertur Deo aliquid in altari, quum haec coena celebratur, ſed comeditur aliquid, quod ex altari

plex hic & apertus eſt ſenſus: Nonne illi, qui ex victimis oblatis comedunt, communionem habent cum altari illo, in quo victima eſt oblata? Nonne illi hoc facto teſtantur, ſeſe altare illud pro ſacroſancto habere, Deumque illum idcirco unice colere ac revereri, cui dedicatum eſt altare illud? Nonne illi merito pro hominibus habentur, qui totam religionem Judaicam approbant? Scilicet bene illi communionem & ſocietatem cum altari habere dicuntur, qui illud tamquam veri & unius Dei menſam ſpectant. Ex hac vero communione cum altari conſequitur communitas qualiscumque cum ipſo Deo, cui ſacrum illud eſt altare. Nec enim quisquam in communione altaris eſſe ſeu aram illam non ſecus ac arcem religionis intueri, & Dei ipſius ſocietatem & communionem, cujus eſt ara illa, averſari poteſt. Quo haec firmiora videantur, obſervari velim, licitum fuiſſe, quod ex *Joſepho* & aliis ſcriptoribus patet, etiam illis in templo Hieroſolymitano victimas offerre Deo, qui ceteroquin religioni Judaicae non toti erant dediti, verum multos Deos colebant: at iisdem haud permiſſum erat victimis veſci, quas caedi curaverant. Hoc nullis conceſſum erat, niſi illis, qui ex toto Judaei erant. Quare qui de victimis edebant, illi communionem ſibi eſſe teſtabantur cum altari, in quo victima erat oblata, nec alium ſeſe revereri Deum, quam illum, cui altare illud dedicatum eſſet. Haec interpretatio, praeclare, ut puto, reſpondet conſequentibus ſacri ſcriptoris verbis, in quibus oſtendit, eos, qui cibis veſcerentur Diis immolatis, non poſſe non videri in Deorum illorum communione eſſe, quibus illi cibi eſſent immolati.

(*a*) *Tertullianus*] *Libro* extremo *de oratione Cap.* 14. *p.* 62. ita diſſerit *Tertullianus: Nonne ſolemnior erit ſtatio tua, ſi & ad aram Dei ſteteris? Accepto corpore Domini & reſervato utrumque ſalvum eſt &* PARTICIPATIO SACRIFICII *& executio officii. Georgius Hickeſius*, civis *Cudworthi*, vir ceteroquin doctiſſimus, qui noſtra aetate maximopere id egit, ut probaret in S. Coena verum eſſe ſacrificium & doctores ecclesiae Chriſtianae jure Sacerdotes vocari, cum ipſam *Cudworthi* rejicit de S. Coena ſententiam, quam hoc libello defendit, tum hanc loci *Tertulliani* expoſitionem improbat libro Anglico, quem inſcripſit: *The Chriſtian Prieſthood aſſerted Cap.* 2. § 10. *p.* 165. *ſ.* Cenſet vero, *ſacrificium* in his *Tertulliani* verbis ſignificare *panem & vinum*, quae vere in S. Coena Deo autumat offerri, mentemque idcirco *Tertulliani* eſſe, eos, qui ad ſacram accedunt Coenam, participes fieri ſacrificii, quod ex pane & vino vere Deo a ſacerdote ante diſtributionem oblatum ſit. *Cudworthus* e contrario cenſet, ipſum *Chriſti* ſacrificium, quod Deo patri obtulit in cruce moriens, indicari a *Tertulliano* & id

tari Dei venit & in noſtris collocatur menſis. Numquam ſcilicet vel inter Judaeos, vel reliquos inter populos uſu receptum fuit, ut menſae, de quibus victimis & ſacrificiis veſcebantur, arae & altaria nominarentur. *S. Paulus* de conviviis verba faciens, quae poſt ſacrificia Deaſtris mactata celebrare, moris erat, menſas, quibus convivae aſſidere ſolebant, *menſas* vocat *daemoniorum*, quia cibi malignis geniis conſecrati ex illis capiebantur, non vero *aras daemoniorum*. Nec ullo tamen jure aliquis dubitet, quin is proprio ſermonis genere uſus ſit, eaque adhibuerit vocabula, quae tum temporis his inſtitutis loquendi uſu dicata erant. Proinde comparatio, quam inſtituerat, efflagitabat, ut & menſam ſacrae Coenae, *menſam Domini* appellaret, id eſt, illam menſam, unde cibus Domini ſumeretur, non autem altare ejus, in quo ipſemet offerretur. Certum eſt, altare nihil eſſe aliud, quam menſam: at menſa eſt, ex qua Deus ipſe edit, qui ſacrificia coeleſti igne ſuo conſumit: idem vero cibus quum a Deo nobis datur, ut eo reficiamur, natura ejus mutatur, neque locus idcirco, unde nos eum ſumimus, aliquid eſt, quam menſa.

32 §. II. Sed in omni diſputatione, id quod bene *Ariſtoteles* obſervat in *Ethicis*, non modo error confutari debet, verum etiam τὸ αἴτιον τῆς ψεύδους, *cauſſa erroris*, oſtendi. Nos igitur, poſtquam germanam Coenae Domini notionem aperuimus, unde falſa ejus notio profecta ſit, ſimiliter demonſtrare oportet. Nec vero difficile id & arduum eſt. Veritatis nimirum, quam adhuc explanavimus, corruptio errorem peperit. Et certe ſacrificii quoddam genus in Coena Domini, at ſacrificium ſymbolicum: non victima in ea Domino mactatur & offertur: verum nos ex victima jam oblata epulamur: non ſacrificium in ea verum eſt, ſed convivium ſacrificiale. Verum aequo & opinione citius haec duo hominum errore confuſa inter ſe ac commutata ſunt.

CAPUT SEXTUM.

ARGUMENTUM.

§. I. *Diſtributio capitis.* §. II. *Populi Orientales foedera, quae inierant, epulis & conviviis confirmabant.* §. III. *Nec id modo Judaei faciebant.* §. IV. *Sed etiam alii populi.* §. V. *Ejusmodi convivia foederalia fuerunt epulae illae, quae ex victi-*

id eum velle: Qui pane & vino conſecrato in ſacra Coena potiuntur, eos fide compotes fieri ipſius ſacrificii hujus & myſtica ratione ex victima pro peccatis hominum Deo quondam immolata epulari. Mihi quidem non eſſe nimis litigandum videtur de vera ejusmodi hominis, qualis *Tertullianus*, ſententia, qui ſtudioſe obſcuritatem confectatur, & a norma popularis & uſitatae orationis vehementer diſcedit. At nec *Hickeſii* tamen expoſitionem meam fecero, nec *Tertullianum* id dixiſſe putem, quod vult *Cudworthus*, S. Coenam eſſe epulum ex oblatis ſeu convivium ex victima comparatum. Crediderim, *Tertullianum*, quum *participationem ſacrificii* tribuit illis, qui corpore Domini veſcuntur, de fructu loqui, quem capiunt, qui rite praeparati ad S. Coenam veniunt, idque ſignificare, hos homines communionem ſacrificii *Jeſu Chriſti* conſequi aut non ſecus a Deo ſpectari, ac ſi ipſimet pro peccatis ſuis juſtitiae divinae ſatisfeciſſent. Panis & vinum nomine *ſacrificii*,

Digitized by Google

victimis solebant instrui. §. VI. *Templum Judaeorum domus erat Dei & omnibus idcirco rebus & instrumentis instructum, quibus domus solent esse instructae.* §. VII. *Sacrificia vero & libationes cibus veluti ac potus erant Dei.* §. VIII. *Hinc qui ex sacrificiis edebant, Dei erant veluti convivae & foedus cum ipso contrabebant.* §. IX. *Sacrificiis Deorum sal semper fuit additum.* §. X. S. *Coena epulum est foederale.* §. XI. *Quod ex veteri Zabiorum ritu illustratur.*

§. I. Reliquum est ut generalem hanc Coenae Domini notionem copiosius aliquanto explanemus & amplificemus. Qua de caussa ostendemus primum, quaenam vis & significatio epularum ex sacrificiis instructarum, dum lex *Mosis* viguit, fuerit: ac de Coena deinde Domini, postquam lex *Mosis* abrogata fuit, perfectiori etiam modo idem affirmandum esse, ostendemus. In qua quidem comparatione tanto minus falli & errare potero, quanto evidentior utriusque rei cognatio & affinitas est. Variae vero quum epularum illarum, de quibus disputationem suscepimus, considerationes & interpretationes institui queant, quae neminem facile fugient vel mediocri praeditum ingenio, nos omnibus illis relictis, unam tantum deligemus, cujus haud omnibus statim in mentem venit, qui in eas intuentur. Observabo nimirum, epulas illas, ex victimis Deo oblatis confectas, RITUM fuisse, quo FOEDUS inter eos, qui rem sacram faciebant, & Deum initum, confirmatum fuit.

§. II. Moris nimirum erat antiquis populis, praesertim illis, qui Orientis partes incolebant, ut pacta & foedera sua conviviis munirent veluti & roborarent. *Mo-*
ses, postquam *Isaacum* foedus cum Abimelecho, Rege Geraris, fecisse, narrave- 34
rat, haec continuo subjicit: (*) *Tum ille eos convivio excepit, cibоque & potione curavit. Postridie ubi ex somno surrectum est, jusjurandum invicem dederunt.* (a) Idem contigit, quum Laban & Jacobus foedus ferirent inter se. *Feriamus*, inquit Laban, *Gen.* XXXI. 44. *foedus inter nos, quod sit utrique nostrum testimonio.* Quibus dictis *congesserunt*, ita pergit divinus auctor, *lapides, tumulumque effecerunt, super quo cibum ceperunt, & eum tumulum Laban Jebar Sagadutha* (lingua nimirum, quae patria ipsi erat, Chaldaeorum) *Jacob vero* (Hebraeorum sermone) *Galaadum, id est, tumulum testimonii denominavit.* Cujus quidem vocabuli haec vis & ratio erat, tumulum illum testimonii loco adversus eum fore, qui princeps eorum foedus initum violasset. *R. Moses Bar Nachman* in *commentario* suo hunc ita locum illustrat: אכלו שם מעט לזכרון שהוא דרך באים בברית לאכול שניהם מלחם אחד לחברה ולאהבה ואחרי בואם בשבועה ובברית זבח ועשה להם כרה גדולה *Cibum capiebant super*

(*) Gen. XXVI. 30. 31.

ficii, quod sibi persuasit *Hickesius*, ideo non possunt intelligi, quia diserte tradit *Tertullianus* illam *participationem sacrificii* fieri, *accepto corpore Domini*, seu perceptionem corporis Domini consequi. Vicissim necesse non est, quod *Cudworthi* opinionem refellit, ut illi, qui putant, homines ad S. Coenam sancte ac religiose accedentes in communionem sacrificii Christi venire, hanc Coenam similem quoque judicent esse epulis Judaeorum & aliarum gentium ex victimis quondam institutis.

(a *Dederunt*] Hoc convivium Isaaci, quo Abimelechum & amicos ejus excepit, mihi non videtur foederis confirmandi caussa institutum esse, sed officii tantum & benevolentiae testandae gratia. Nam praecessit illud convivium foedus

Digitized by Google

ſuper illo tumulo, quem memoriae cauſſa erexerant. More enim ſic comparatum erat, ut illi, qui foedus inter ſe facerent, eodem una pane veſcerentur, amoris & amicitiae teſtificandae cauſſa. Accommodate etiam ad hanc rem *Iſaac Abarbanel*: היה כנהג ביניהם שהאוכלים להם על שלחן אחד יחשבו לאחים נאמנים *Vetus erat inter eos opinio, illos pro fratribus in poſterum eſſe habendos, qui ex eadem menſa cibum una cepiſſent.* Atque hac ex opinione locum illum, qui *Thren.* V. 6. legitur, exponendum eſſe arbitratur: *Aegyptiis damus, Aſſyriisque manum, ut victum ad ſatietatem habeamus*, id eſt, foedus cum illis facimus.

§. III. Gibeonitis Iſraëlitas accedentibus, & foedus, amicitiamque eorum expetentibus, *viri Iſraël*, ut ſacer ſcriptor ait, *de commeatu eorum accipiebant, Jova non conſulto*, *Joſ.* IX. 14. id eſt, ut erudite exponit *Kimchias*, foedus cum illis ſanciebant: (*b*) לקחו מצידם ואכלו ממנו בברית כרי שיבטחו בהם *Acceperunt de viatico ipſorum & comederunt cum illis per modum foederis.* Sic enim pergit Hiſtoricus ſacer: *Et Joſua pacem cum illis fecit, foedusque percuſſit.* Hinc nata eſt illa forma loquendi, in qua plurimum virtutis eſt, qua *David* ſenſu quidem proprio & litterali Achitophelis perfidiam deteſtatur, at, tamquam vates, Judam, qui Chriſtum prodidit, tametſi buccam una cum eo intingeret, deſignaſſe videtur: *Pſ.* XLI. 10. *Quin etiam meus amicus, cui fidebam, meus convictor calce me petit.* Hujus orationis quanta quamque ſingularis ſit poteſtas, nos quidem aegre idcirco ſentimus, quia conſuetudinis iſtius, quae populos inter ſolem Orientem ſpectantes viguit, parum gnari ſumus. Vix vero meliorem hac in re magiſtrum adhibere poterimus, quam *Celſum* apud *Origenem*. (*c*) Etenim is tametſi illam Judae, Chriſtum prodentis hiſtoriam, ut a ſacris refertur ſcriptoribus, incredibilem ſibi videri profiteatur, eo tamen ipſo tempore, quo hanc vaticinationem aſpernatur, praeclaro eam illuſtrat commentario: Ὅτι ἀνθρώπῳ μὲν ὁ κοινωνῶν τραπέζης, οὐκ ἂν εἰκὸς ἐπιβουλεύειν· πολὺ πλέον ὁ θεῷ συνδειπνῶν οὐκ ἂν εἰκὸς ἐπιβουλεύειν. *Quod ſi homini nemo inſidiaretur ejusdem menſae particeps, multo minus Deo.* Nec minus egregie & apte ad inſtitutum noſtrum quadrat *Origenis* reſponſio; is enim non frequentia quidem ejus malitiae exempla exſtare fatetur, at interdum fieri tamen, ut tam atro ſeſe facinore quidam contaminent, obſervat: Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ἐπὶ πολλοῖς κοινωνήσασιν εἰλῶν καὶ τραπέζης ἐπιβεβουλευκότας πῶς συνέβησαν; καὶ πλήρης ἐστὶν ὁ Ἕλλην

Iſaaci & Abimelechi, non conſequutum eſt. Sequenti ſcilicet die, quod *Moſes* diſertis verbis *vſ.* 31. ſignificat, poſtquam epulae hae celebratae fuerant, foedus demum factum & jurejurando confirmatum eſt. Neque legimus poſt hanc foederis confirmationem aliud ab *Iſaaco* convivium apparatum fuiſſe.

(*b*) *Sanciebant*] Neque hanc ego loci *Joſuae* interpretationem probaverim: putem potius, ſacrum ſcriptorem hoc ſibi tantum velle, viros Iſraëlis Gibeonitarum commeatum inſpexiſſe, atque exploraſſe, num talis eſſet, qualem eum dicebant eſſe Gibeonitae, ficcus nimirum & vetuſtate mucidus. Quod ſi tamen *Kimchius* recte expoſuiſſet locum *Joſuae*, haud inde conſequeretur, duces Iſraëlitarum tale cum Gibeonitis convivium celebraſſe, quale pactis & foederibus ſolemnibus addi quondam inter populos Orientales ſolebat. Namque foedus Iſraëlitarum cum Gibeonitis poſt deguſtatum horum cibum initum demum fuiſſet, quod ex *vſ.* 15. apertum eſt.

(*c*) *Origenem*] *Libro* II. *contra Celſum* p. 74.

(*d*) *Veriti*] Niſi me ratio fallit, haec quoque remotiora ſunt a viri doctiſſimi propoſito. Liquet ex illis, quae de *Juda* hic afferuntur, ſummum nefas inter Graecos olim habitum fuiſſe jura communis menſae violare & convictorem ſuum atroci afficere injuria: idque infinitis conſtat veterum ſcriptorum teſtimoniis, quae a viris doctis paſſim laudantur. Sed hic vir egregius probare vult, veteres foederibus & pactis ſuis ſolemnes epulas addidiſſe:

Digitized by Google

Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων ἱστορία πλήρης ἐστὶ τοιούτων παραδειγμάτων. Καὶ ἐπιπλήττων γε ὁ Πάριος Ἰαμβοποιὸς τὴν Λυκάμβου τοῦ ἅλας καὶ τράπεζαν συνθήκας ἀθετήσαντος, φησὶ πρὸς αὐτόν· Ὅρκον ἔλυσας μέγαν, ἅλας τε καὶ τράπεζαν. *Quis ignorat multos ad communionem salis & mensae adhibitos, insidiatos tamen suis contubernalibus? Plena est Historia tam Graecorum, quam Barbarorum, exemplis ejusmodi. Et Parius ille Jamborum scriptor, exprobrans Lycambae violatum foedus, quod sal & mensa conciliaverat, sic eum alloquitur: Sacramentum irritasti magnum, salem atque mensam.* Haec omnia quam atrox eorum facinus olim fuerit visum, demonstrant, qui foedus, cibi potusque communitate firmatum, violare non fuissent veriti. (*d*) *Obadjas*, divinus vates, *comma septimo* libelli sui his verbis Edomaeos alloquitur: *Usque ad confinia te deducunt omnes foederati tui, te deceptum vicerunt homines, qui erant erga te pacati: tui convictores tibi vulnus subjecerunt imprudenti.* In novi foederis libris scite *Dan. Heinsius* in *Aristarcho* suo observavit dictum, quod *Joh.* IV. 9. scriptum legitur ex hac veterum opinione ac consuetudine fluxisse: *Qui fit, ut tu Judaeus a me muliere Samaritana potum petas? Suavissime dictum*, inquit Criticus, quem modo nominavi, *ex eorum more, qui cum peregrini essent, aut alieno fuissent animo, animis conciliandis cibum mutuo ac potum alter alterius gustabant.* (*e*) Atque haec omnia dum mecum expendo exempla, recte mihi facere videor, si nomen Hebraeum ברית, quod *foedus* aut conventionem qualemcumque inter partes initam significat, a nomine ברה *comedere* tractum esse, constituam. (*f*) Nam, quod adhuc planum fecimus, usu constanti ac perpetuo apud Judaeos, ceterasque gentes soli Orienti subjectas receptum fuit, ut foedera cibi potusque communitate firmarentur & roborarentur.

§. IV. Quemadmodum Judaei, ita & gentes Diis pluribus servientes foedera inter partes contracta mutuo cibo potuque rata facere solebant. *Lucianus* (*) in *Toxari* inter Scythas narrat moris fuisse, ut, si quis ab aliquo laesus esset, nec tamen injurias ipsemet ulciscì valeret, bovem is immolaret, carnemque ejus in minuta frusta concisum igne torreret, deinde in porrecto humi corio consideret, reductis in tergum manibus (quod quidem maximum erat apud eos supplicandi genus.) Tum quotquot ei auxilium ferre volebant, accedebant, parteque carnis sumta, eo ritu pollicebantur, sese homini pro viribus adfuturos esse. Hoc foedus, quo mutua promittebant sibimet auxilia, sacrosanctum in hac gente ducebatur & inviolabile: ex quo Graecum illud proverbium natum est, de quo *Erasmus* in *Adagiis*

(*) (Tom. II. Opp. p. 64. 65.)

disse: quod quidem ex his minime intelligitur. Facile est, duo, quae cognata sunt quodammodo, inter se miscere ac confundere. Idem dixerim de sequenti sancti vatis, *Obadjae*, loco: in quo quidem *convictores*, non foederati mihi videntur esse Edomaeorum, sed domestici, servi, & alii, quos ipsimet pane suo aluerant.

(*e*) *Gustabant*] Ingeniosius & eruditius *Dan. Heinsius*, quam necesse est, verba mulieris ad Servatorem nostrum interpretatur. Nullum est in illis veteris moris, amicitiam aut foedus factum mutuo victu firmandi, vestigium. Judaeis videbatur is maculam contrahere aliquam, qui Samaritanorum & aliorum a religione Judaica alienarum panem comederet aut aquam biberet: Itaque miratur mulier, quod Servator noster, quum Judaeus esset, nil vereretur aquam a se petere, Samaritana foemina.

(*f*) *Constituam*] Haec notatio vocabuli Hebraei ברית jamdudum ante *Cudworthum* aliis quoque viris doctis placuit. Vide *Jo. Guil. Stuckium Antiquitatum Convivalium Lib.* I. *Cap.* 30. *f.* 108. qui & alias enumeravit derivationes, quarum quaenam melior sit & certior reliquis, difficile dictu est.

Adagiis agit: Ἐπὶ βόεος ἐκαθέζετο. *In tergore bovis deſedit.* *Herodotus* Perſas refert
36 foedera & pacta ſua inter epulas feciſſe: (*g*) Naſamones vero, Lybiae populum, idem auctor eſt, (*b*) ita pacem ſancire ſolitos fuiſſe, ut alter poculum vino repletum de manu alterius ſumeret & exhauriret. De Thracibus & Aegyptiis haec *Alexander* ab *Alexandro* (*) ſcripta reliquit: *E cornibus boum (quae veteribus poculorum loco erant) vina ſibi invicem propinantes, id firmiſſimum contracti foederis vinculum eſſe putabant.* Macedones quali inſtituto uſi ſint, *Curtius* his verbis tradit: (†) *Quod patrio ritu foedus, quod ſanctiſſimum vellent haberi, ſic ineunt, ut panem gladio diviſum uterque libaret.* Quamobrem *Alexander Roxanes* amore inflammatus, panem afferri coram jubebat: quem quum gladio diſſecaſſet, uterque partem ejus deguſtabat: quo ritu conjugium inter eos initum & firmatum eſſe ducebatur. Et certi ſunt in hunc usque diem populi, quos inter non diſpar in nuptiis conſuetudo viget. Redeuntibus enim ex templo foedere matrimonii copulatis, pars illis placentae offertur: cujus poſtquam portionem ſponſus deguſtavit, ſponſae ſimiliter fruſtum ejus deguſtandum praebet: idque pacti inter eos contracti ſignum & documentum cenſetur. (*i*) Germani nondum deſinunt conventiones, foedera, & contractas amicitias bibendo veluti conſecrare: quod quidem ex formula, quam crebro uſurpant, apparet: Den Frieden trincken. *Pacem bibere.* Ruthenorum Imperator, ſi quem ſingulari, nec uſitato benevolentiae ac favoris teſtimonio cohoneſtare cupit, & hodie adhuc ſal & panem ex menſa ſua mittere ſolet: quumque idem *Baronem Sigismundum*, Imperatoris Ferdinandi legatum, ad prandium invitaret, hanc adhibebat formulam: *Sigismunde comedes ſal & panem noſtrum nobiſcum*, teſte ipſo *Sigismundo* in *Rerum Moſcoviticarum commentariis.* (*k*) Legibus civilibus cautum eſt, ut, ſi quis alicui, a quo ſe verbis contumelioſis aut injuriis conqueritur exceptum eſſe, poculum propinet, in gratiam cum ipſo rediiſſe cenſeatur, nec jure amplius cum eo contendere queat.

§. V. Eamdem ego rationem conviviorum ex ſacrificiis inſtructorum fuiſſe reor, utpote in quibus Dei cibus illis erogabatur, qui praeſentes aderant. Ritus nempe hic, ut mea fert opinio, documento erat, foedus inter eos, qui victimis veſcebantur, & Deum initum ac contractum eſſe. Hanc quo melius intelligamus ſententiam, obſervari velim, ſacrificia non modo ſpectata fuiſſe olim ut expiationes & rationes Deum placandi, verum etiam ut convivia, quibus ipſe Deus delecta-

(*) Dier. genial. Lib. V. c. 2. (†) Lib. VIII. c. 9.

(*g*) *Feciſſe*] Tradit eadem de Perſis, *Herodoto* auctore nominato, *Jo. Guil. Stuckius Antiquit. Convivalium Lib.* I. *Cap.* 30. *f.* 110. *b. Perſas*, inquit, *teſtis eſt Herodotus, inter vinum & epulas frequenti convivio, uxoribus & liberis, ceterisque quas charas habebant, adhibitis, inter ſacra menſae, velut inter hoſpitales Deos, foedera, amicitiamque contraxiſſe.* Fortaſſis & idem referunt alii. Sed vereor ego, ne viri eruditi fallantur, qui nihil ejusmodi apud *Herodotum* ſcriptum exſtare de Perſis memini. Narrat is *Hiſtoriar. Libro* I. §. 133. *p.* 56. *Perſas potu repletos de rebus maxime ſeriis conſultare ſolere:* μεθυσθέντες δὲ σφέων ἄνδρες βουλεύονται, τὰ ἂν δόξωσι ἄριστα ἐπὶ πρήγματι. Addit, eosdem, *de quibus jejuni deliberarunt, de iisdem potos iterum cognoſcere.* Ex his quidem conjicere licet, quum foedera & pacta in rebus maxime ſeriis & gravibus non poſtremo loco ſint, de his etiam Perſas inter epulas & pocula deliberationem ſuſcepiſſe: ſed diſerte tamen hoc memoriae non prodidit *Herodotus*, quod viri ſignificant doctiſſimi.

(*h*) *Auctor eſt*] *Hiſtoriar. Lib.* IV. §. 172. *p.* 277.

(*i*) *Cenſetur*] Apud Helvetios, ſigillatim Tigurinos, hanc conſuetudinem aetate ſua viguiſſe auctor eſt *Stuckius Antiquitat. Convival. Lib.* I. *Cap.* 30. *f.* 110.

(*k*) *Commentariis*] Suppeditavit, ut ſuſpicor, haec

Digitized by Google

lectaretur & veluti aleretur. Explanabo mentem meam uberius. Deus quum Israëlis populum ex Aegypto eduxisset, seque ipsum singulari ratione in ea gente praesentem exhibere, decrevisset, nihil fore ratus est convenientius, quam si externa quadam ratione, quae in oculos incurreret omnium, in ea versaretur & habitaret. Hinc quamdiu in locis desertis sub tentoriis degebant, sibi quoque tabernaculum seu tentorium, quod una cum illis incoleret, construi voluit. Interiores hujus tabernaculi rationes praeclare inspexit doctissimus ille *Nachmanides* qui paucis quidem, at nervosis eas verbis exposuit: עיקר החפץ במשכן הוא מקום מנורת השכנה Et rursus: סור המשכן הוא שיהיה הכבוד אשר שכן על הר סיני שכן עליו *Mysterium tabernaculi hoc erat: Locus illud erat Schechinah proprius aut domicilium, in quo ipse Deus sedem suam fixerat.* Neque ullum mihi dubium est, quin haec ea de caussa sic instituta & comparata sint, ut futura Dei in humana *Christi* natura, quae verum fuit SCHECHINAH, commoratio singulari quadam imagine adumbraretur. Introductis vero Judaeis in terram Canaanis, quum certas sibi sedes & domicilia construxissent, Deus quoque perpetuam & stabilem sibi domum inter eos aedificari voluit: quocirca tabernaculum illud mutabile in templum convertebatur stabile & certo loco constitutum. Hinc omnia reliqua templa, quae in aliis olim terris exstiterunt, populis imitandi Judaeos studio accensis, nata sunt; quae quidem templa tot gentes illae putabant domos esse, in quibus Dii, quos observabant, secundam a coelo sedem haberent, ut inter multa veterum alia dicta vel hic *Silii Italici* (*l*) locus declarat:

—— *Tarpeje pater, qui templa secundam*
Incolis a coelo sedem.

§. VI. Templum igitur seu tabernaculum quum domus esset Dei, in qua sin- 37
gulari ratione is commorari decreverat, consentaneum erat, quo notio ista domus Dei perfecta esset, ut omnibus illis rebus templum instrueretur, quibus vera quaedam domus carere nequit. (*m*) Hinc in loco sancto mensa & candelabrum collocari debebat: his enim rebus vacua in aedibus spatia solebant exornari: quod etiam, quem paullo ante nominavi, *Nachmanides* observat: סמך השלחן והמנורה שהם כלים במוהו ויודו על ענין המשכן *Addit mensam & candelabrum, quia domus, quae*

hacc & alia quaedam exempla doctissimo viro *Stuckius*, qui copiose & multo pluribus veterum locis hunc morem epulis foedera confirmandi illustrat *Antiquitatum Convival. Lib.* 1. *Cap.* 30. *f.* 108. *f.*

(*l*) *Silii Italici*] Male recitat ex memoria *Silii* verba vir doctissimus ex *Libro X. de bello Punico vs.* 433. 434. *p.* 342. Nec enim poëta Jovem vocat *Tarpejum patrem*, sed *templa* ipsum *Tarpeja*, id est, Capitolium, incolere perhibet:

Tum quatiens strictum cum voce ante ora patentem
Mucronem, Tarpeja, pater, qui templa secundam
Incolis a coelo sedem.

Quod hic ceterum tradit *Cudworthus*, templum Judaeorum exemplum illud fuisse, quod reliquae omnes gentes in condendis Deorum templis sequutae sint, id, tametsi summis viris placeat, equidem haud facile crediderim. Etenim haec opinio nulla vel ratione, vel auctoritate nititur. Nec ego, quid obstet, video, quo minus populi per se, necessitate ac superstitione ducibus, eo pervenire potuisse putentur, ut Diis suis certas aedes esse dedicandas decernerent.

(*m*) *Nequit*] Latius de hac ratione & natura templi Judaici exposuit praeter alios *Guil. Outramus*, civis *Cudworthi*, *de sacrificiis Lib.* 1. *Cap.* 3. quod inscripsit: *De empli tentoriique sacri propria natura & ratione p.* 27. *f.* & *Jo Spencerus de legibus ritual. veter. Ebraeor. Lib.* 1. *Cap.* 5. *p.* 245.

Digitized by Google

quae incolitur, his rebus instructa debet esse. Res ad mensam pertinentes, patinae sunt, cochlearia, operimenta, pocula: nec his idcirco mensa haec destituebatur, tametsi nemo illis unus uteretur. Eadem praeterea panis semper quadam copia instructa erat. Candelabrum suis condecoratum debebat esse lampadibus, quae semper lucebant. Ignem praeterea perpetuum in hac Dei domo ali oportebat in ara; nam haec focus illius erat. Et hanc ego suspicor notionem altaris *Esajam* in animo habuisse, quum scriberet *Cap.* XXXI. 9. quae quidem verba sic: אשר אור לו בציון ותנור בירושלים ego vertenda esse ducerem: *Qui habet ignem suum in Sion & focum suum in Jerusalem.* Praeter haec omnia, ne quid eorum deesset, quae domus ratio & natura requirit, certam semper ciborum & alimentorum copiam inferre in templum necesse erat: id vero fiebat, quum offerrentur sacrificia, quorum quidem pars in ipsius Dei ara igne consumebatur, pars vero in sacerdotum, qui Dei erant familia, ab eoque ali propterea debebant, victum cedebat. Illa victimarum pars, quam in ara lex adolere jubebat, Dei cibus esse putabatur; quod quidem ex *Malach.* I. perspicuum est, ubi *ara* nominatur *Dei mensa* & victima in ara oblata *Dei cibus: Jovae mensam habetis pro polluta, ejusque victus proventum pro despecto.* Et in ipsa lege non raro sacrificium Dei vocatur *panis* seu *cibus* לחם. Hinc in erudito illo Hebraeorum libro, cui nomen est *Cozri*, Rex *Habar* eo quoque nomine Hebraeorum sibi religionem non probari, Judaeo *Cozar* profitetur, quod corporeum ea aliquid supremo Numini attribuere videretur, dum carne victimarum pasci Deum in sacrificiis traderet: quam Regis accusationem Judaeus more Cabbalistis usitato, diluit: *Quemadmodum*, inquit, *cibus corporeus efficit, ut animus, qui spiritus est, cum corpore sit & esse perseveret: ita in terra Israël sanguis bestiarum, Deo consecratus & oblatus, vim habet Deum de coelo veluti detrahendi & cum Judaeis conjungendi.* (*n*) Atque, nisi me fallit opinio, haec Judaei responsio firmamenti nonnihil ex his *Davidis* verbis *Psal.* L. accipit: *Quod si esurirem, non id tibi dicerem, meus quum sit mundus, & quod eo continetur. Scilicet taurina carne vescar aut hircorum bibam sanguinem?* Quamvis enim Deus his in verbis neget, sese sacrificiis vesci reapse ac satiari, latenter tamen ad illam, quam diximus, sententiam sese referre simul ac respicere videtur. (*o*)

38 §. VII. Quapropter & hoc animadvertendum nobis est, praeter carnem, quae Deo sacro ritu immolari solebat, bestiarum, aliud fuisse sacrificiorum genus, *Minca* dictum seu *fertum*, quod ex simila & oleo constabat, nec non libationem quotidiano sacrificio semper adjunctam fuisse. Cibo scilicet Dei panem & potum addere, conveniens & justum erat. Ob eamdem caussam lege cautum & severe dictum erat, ne qua victima aut sacrificium Deo sine sale offerretur. Omnis vi-

deli-

(*n*) *Conjungendis*] Lege Librum *Cosri*, a *Jo. Buxtorfio* editum, *Part.* II. *p.* 100. *s.* Videtur vero mihi vir doctissimus Judaei sententiam non prorsus assequutus esse: quam rem nunc omitto, ne praeter necessitatem longus sim.

(*o*) *Videtur*] Quid his sibi verbis velit *Cudworthus*, concinne & perspicue expressit *Jo. Spencerus de legibus ritualibus veterum Hebraeor. Lib.* III. *Cap.* 1. *Sect.* 3. *p.* 750. cujus idcirco verba placet adjicere: *Crassam illam Judaeorum opinionem produnt & redarguunt Dei per Psalmistam verba:* Numquid ipse manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum bibam? *quasi dixisset: Eone stultitiae delapsi estis, ut existimetis, Me*, Deum spirituum omnis carnis, *pecudum carnes manducare,*

Digitized by Google

delicet cibus, niſi ſale condiatur, nullius paene ſaporis eſt: *At parum erat honorificum*, id quod iterum egregie *R. Moſes Bar Nachman* obſervavit מפני שאינו דרך כבוד להיות לחם השם טפל מבלי מלח *Cibum Dei inconditi ſaporis & ſine ſale relinqui.* Ad extremum haec omnia in altari nullo igne alio, quam ſancto, qui de coelo deſcenderat, abſumi debebant, eo quod res ipſa poſceret, ut Deus partem victimarum, quae ipſi propria erat, ſingulari quadam & extraordinaria ratione ipſemet comederet atque conſumeret. Video cacodaemonem interdum in ſacrificiis ſibi factis hanc rem imitatum eſſe. Etenim ſic ego *Pindari* locum, qui in ejus *Olympiacis* exſtat *Oda* VII. (*) putem accipi debere, quo Rhodios narrat, quum ad rem ſacram Jovi faciendam conveniſſent, omniaque rite ac religioſe praeparaſſent, ignem deſideraſſe, quem forte fortuna apportare obliti fuiſſent: Jovem vero, quod pura homines & caſta mente acceſſiſſe non ignoraret, aureo eos imbre irrigaſſe. Is imber aureus, meo quidem judicio, igneum imbrem ſignificat. Dei ſcilicet morem hoſtis Dei ſibi aemulandum eſſe ratus eſt. Afferam ipſum poëtae, quo hanc rem enarrat, elegans & venuſtum carmen:

Καίπω γὰρ αἰθέρος ἴχοντο
Σπέρμ' ἀνίδεν φλογὸς ἀ
Τεύξαν δ' ΑΠΥΡΟΙΣ ΙΕΡΟΙΣ
Ἅλσῳ ἐν ἀκροπάλῳ καίνοισι μὲν
Ξανθὰν ἀγαγὼν νεφέλαν
Παλὼν ὗσε χρυσόν.

Latine id *Benedictus* liberiori oratione ſic expreſſit: *Etenim Rhodii adſcenderunt, quamvis non habentes ardentis ſemen ignis. Verum dum inſtruunt ſacrificiis igni carentibus aram in arce, illis quidem flavam adducens nebulam, multum pluit (Jupiter) aurum.* *Solinus* eſt auctor, eos, qui olim in Vulcanio colle apud Siculos ſacrificarunt, ignem numquam addidiſſe victimis, verum exſpectaſſe, dum de coelo accenderentur. En ipſa ejus verba, ut a *Salmaſio* edita ſunt: (†) *Nec longe inde collis Vulcanius, in quo qui divinae rei operantur, ligna vitea ſuper aras ſtruunt: nec ignis adponitur in hanc congeriem. Cum proficias intulerunt, ſi adeſt Deus, ſi ſacrum probatur, ſarmenta licet viridia, ſponte concipiunt, & nullo inſufflante halitu, ab ipſo Numine ſit accendium. Ibi epulantes adludit flamma, quae flexuoſis exceſſibus vagabunda, quem contigeris, non adurit: nec aliud eſt quam imago nuntia perfecti rite voti.* Valde commemorabilis hicce locus eſt: in quo praecipue verba velim attendi: *epulantes adludit flamma.* Namque his morem illum tangit veterum, quem ſupra illuſtravimus, convivia ex victimis inſtituendi. Obſignabo haec omnia verbis nuperi cujusdam auctoris eruditione & doctrina inclyti, qui tametſi imprudens nonnumquam hanc ipſam,

(*) p. 187. (†) cap. V. p. 15.

re, vel me ſanguinis uſu vobis interdicere, ut mihimet ipſi hilarium reſervarem? An vanam illam de robore lituëlis, quam Ethnici de Dis ſuis miſcebant, opinionem alitis, quaſi victimarum ſanguis & altarium nidor alimenti & refrigerii non parum mihi ſuppeditarent? Nam ea verba (niſi quid me fallit) reſpectum habent ad opinionem tunc temporis obtinentem, Numen ſcilicet ἀναιμῶς καὶ ἀσωμάτως (uti loquitur Porphyrius) & altare menſam illam eſſe, quae cibum & potum Numini langueſcenti ſubminiſtrat.

(p) *Maxi-*

ipſam, quam nunc declaramus, ſacrificiorum notionem pervertat, nihilo tamen minus eam aptiſſime his verbis explicat: *Deus ad ſuam cum populo Judaeorum familiaritatem ſignificandam, ſibi ab illo carnes, ſanguinem, in* ALTARI *atque* MENSA *offerri voluit, ut oſtenderet ſe quaſi* COMMUNEM *in illo populo habere* MENSAM, *eſſe illius* CONVIVAM *perpetuum, atque ita familiariter cum illis habitare.* Quae Hebraeorum, ea & veterum Perſarum, qui ignem ſacro ritu coluerunt, videtur de ſacrificiis ſententia fuiſſe, ut non ſecus ea, quam epulas & convivia, ſpectarent. Namque *Maximus Tyrius* (*p*) haec de illis memoriae prodidit: *ὅτι θυσφορῦντες περὶ τροφὴν θεολογοῦσι, πῦρ δεσπότην λέγοντες.* *Quum ſacrificia igni offerunt, quem Dei loco colunt, dicere ſolent:* IGNIS DOMINE COMEDE.

§. VIII. Sacrificia igitur quum Dei fuerint convivia, hinc conſequatur neceſſe eſt, eos, qui participes victimarum quondam facti ſunt, Dei fuiſſe CONVIVAS & certa ratione cibum una cum illo potumque cepiſſe; quod ſi certum ſit, illud etiam dubio caret, epulas illas ex victimis paratas, ſi ex ſacri codicis ſpectentur ſententia, foederis cum Deo facti ſigna & teſtimonia fuiſſe. Clare id confirmat locus ex *Levit.* II. 13. *Fertum tuum ſale foederis Dei tui ne defraudato, quin in omni tuo libamine ſalem libes.* Hic ſal, quo nullum carere debebat ſacrificium, SAL FOEDERIS appellatur: quod quidem documento eſt, Deum per illa ſacrificia & per epulas ex victimis comparatas foedus ſuum cum illis, qui ſacrificiis veſcebantur, confirmaſſe, eo quod hi certo modo cum ipſo Deo ederent atque biberent, non aliter atque homines foedera & pacta ſolebant conviviis roborare, a quibus ſal nulla ratione abeſſe poterat. Sal nimirum inter veteres pars maxime neceſſaria omnium conviviorum, ciborumque omnium condimentum habebatur: quae opinio hoc Judaeorum proverbio exprimitur in codice *Beracboth* כל סעודה שאין מליח בה אינה סעודה *Omne convivium, in quo non eſt ſalitum, non eſt convivium.* Quapropter, quia foedera & amicitiae mutuo cibo potuque roborari & ſanciri ſolebant, cui ſal non poterat non adjunctum eſſe, ipſum ſal ab antiquis AMICITIAE SYMBOLUM eſſe ducebatur; ἅλας καὶ τράπεζα, *ſal & menſa*, formula erat, quae in Graecorum verſabatur proverbiis ad familiaritatem deſignandam. Qui ſanctiſſimum amicitiae vinculum violabant, illi ἅλας καὶ τράπεζαν παραβαίνειν, *ſal & menſam tranigredi*, dicebantur, quem loquendi modum ex *Archilocho* ab *Origene*, (*q*) verbis paullo ante a nobis allatis, adhibitum eſſe, vidimus. In oratione *Aeſchinis de perperam habita legatione* locus legitur ad hanc rem cum primis accommodatus: Τὸς γὰρ τῆς πόλεως ἅλας καὶ δημοσίαν τράπεζαν φασὶ πλείστου ἀξίαν πεῖσθαι *Etenim civitatis ſales & communem menſam, ait, ſe plurimi facere debere.* Nec alio ego ſenſu, quod pace

(*p*) *Maximus Tyrius*] *Diſſert.* XXXVIII. *p.* 371. Mea vero ſententia non parum intereſt inter Perſarum & veterum Hebraeorum de ſacrificiis opinionem, ſi quidem hi ſenſerunt ita, quemadmodum vir doctiſſimus opinatur. Ebraei nimirum haud ita fuerunt inſipientes, ut ſacrificia putarent vere cibum Dei eſſe, ſed opinati tantum ſunt, ea tanquam Dei, qui Rex Iſraëlis erat, quotidianum cibum quodammodo ſpectari poſſe. Perſae vero ignem cenſebant Deum eſſe: quare quidquid illi devorandum & conſumendum dabant, id non poterant non pro vero Dei ſui alimento & victu habere.

(*q*) *Origene*] *Libro* II. *adv. Celſum p.* 74.

(*r*) *Cicero*] *De amicitia Cap.* 19. *p.* 3799. Hujus ego proverbii hunc eſſe ſenſum opinor: Diu eſſe cum aliquo vivendum, antequam de vero eius amore certi eſſe queamus. Quare non exiſtimem, ex veterum more foedera ſale roborandi originem illud traxiſſe

(*s*) *Scholiaſtes*] *Euſtathii* haec verba ſunt ad *Homeri Iliad. A. vſ.* 449.

(*t*) *Poteſt*]

Digitized by Google

pace mihi liceat *Erasmi* facere, Pythagoraeorum illud symbolum acceperim ἅλας προσπίθεσθαι; ad *amicitiam nimirum & hospitalitatem* hoc dictum pertinere opinor. In sacris etiam litteris admodum exstat luculentum hujus loquutionis exemplum *Esrae* IV. 14. Nostri quidem interpretes locum ita reddiderunt: *Because we have maintenance from the Kings palace. Quoniam victus nobis ex palatio Regis suppeditatur.* At sermone Chaldaeo ita fluit oratio haec: בען כל קבל די מלח היכלא מלחנא *Quod sale palatii salivimus. Quia Regis sal edimus* (id est, quia foedus cum Rege cibum ejus edendo contraximus) *ideo Regis dedecus videre non sustinemus.* Eodem proverbium illud spectat, quod *Cicero* (*r*) commemoravit: *Multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus completum sit*: quod inde traxisse videtur originem, quoniam hoc foederis symbolo frequentissime olim abusi sunt homines. Quid? quod inde superstitiosa quaedam manavit opinio, quae adhuc non modo inter nos, sed inter alios quoque populos permanet; illa nempe, qua mali ominis rem esse censent, si salinum in mensa evertatur. *Sal* enim *quia amoris & amicitiae Symbolum* esse putant, ideo eventum hunc illi infausti aliquid portendere opinantur, exadversus quem sal effunditur. Verum satis mihi videor, quid illud sit demonstrasse, quod Deus apud *Mosen* מלח הברית *sal foederis* appellat.

§. IX. Illud vero praetermittere nequeo, quoniam in hunc locum delatus sum, quemadmodum veri Dei sacrificia sale semper condire fas fuit, ita quae falsis olim offerebantur Diis, victimas sal quoque constanter adjunctum habuisse. Exstant multi veterum, ex quibus id apertum est, loci: e quibus unum recitabo *Plinii*, qui rem solus conficit: (*) *Maxima salis auctoritas e sacris veterum intelligitur, apud quos nulla sacra sine mola salsa conficiebantur.* Rationem moris hujus celebris ille *Homeri* Scholiastes (*s*) reddidit, in *Iliad.* α. Διότι οἱ ἅλες φιλίας σύμβολον: *Quia sal symbolum est amicitiae.* Nec ipse Deus, id quod paulo ante testatum fecimus, aliam attulit caussam, propter quam sacrificiis suis sal adjici voluerit, praeter hanc, quod sal esset מלח הברית *symbolum foederis.* Ceterum hujus loquutionis explicatio omnem simul ab alia ejusmodi formula depellit caliginem, in qua Criticorum vehementer, at frustra, sese exercuerunt ingenia. Foedus nimirum dicitur *foedus salis Num.* XVIII. 19. & 2. *Chron.* XIII. 5. Nihil hic difficile est, modo cogitemus, eadem hic esse, quae in superiori loco, verba, at inversa tantum. Perinde enim est, sive dicas *sal foederis*, sive *foedus salis.* Foedera cibo potuque communiri & roborari solebant, a quo sal abesse nullo modo potest. (*t*)

§. X.

(*) Hist. natur. Lib. XXXI. 7.

(*t*) *Potest*] (I.) De salis usu in foederibus constituendis & sacris tam Judaeorum, quam gentium, plura vide collecta a *Jo. Guil. Stuckio Antiquitatum Convivalium Lib.* I. *Cap.* 30. *fol.* 111. *b. f.* & *Libro de sacrificiis fol.* 55. *b. Desiderio Heraldo* in *Adnotat. ad Arnobium p.* 178. *Jo. Spencero de legibus veterum Ebraeor. ritualibus Lib.* III. *Cap.* 2. *p.* 760. *Jo Clerico Notis ad Levit.* II. 13. *p.* 212. *Steph. Morino Diss. de sale adspergi solito super urbium diruturum ruinas*, quae tertia est in *Dissertationibus* ejus *octo Genevae* 1683. in 8. editis *p.* 58. *f. Joh. Sauberto Libro de sacrificiis Cap.* 24. *p.* 556. & reliquis, quos nominat vir longe doctissimus & infinitae paene lectionis, *Petrus Zornius Bibliothecae Antiquario-Exegeticae Tom.* I. *p.* 483. Difficile dictu est, propter summam ritus antiquitatem, unde veterum haec venerit tam insignis existimatio salis, ut per illud foc-

Digitized by Google

§. X Redeamus jam, unde paullulum digreſſi ſumus. Sicuti ſacrificia, quae lex imperabat, & convivia ex ſacrificiis hiſce apparata, ritus erant, quibus foedera inter Deum hominesque obſignabantur: ita etiam, meo quidem judicio, ſacra Coena, poſtquam lex abrogata eſt, quam EPULUM SACRIFICIALE eſſe, jam oſtendimus, non poteſt non etiam EPULUM eſſe FOEDERALE, *convivium amicitiae & pacti*, Deum inter & homines initi. Scilicet ad ſacram quum accedimus Coenam, ex ipſa Dei menſa edimus atque bibimus, ejusdemque cibo reficimur: quo ipſo in ſacrum cum eo foedus recipimur & amicitiae vinculo inviolabili conſtringimur. Hoc ita ſeſe habere, ex ipſo illo loco, ex quo ſupra Coenam Domini probavi EPULUM eſſe SACRIFICIALE, planum faciam. *Paulus* enim ea potiſſimum de cauſſa licere negat Corinthiis intereſſe conviviis ex ſacrificiis Diis oblatis, quae reſpondent convivio in Coena Domini ex victima Chriſtianorum inſtructo, quod per illa in communionem, foedus, & ſocietatem daemonum pervenirent. *Quae*, inquit, 41 *ſacrificant extranei, ea daemoniis ſacrificare dico, non Deo. In daemonum autem foedus* (κοινωνίαν, *communionem*) *vos pervenire nolo.* (v) *Chryſoſtomus* praeclare & prorſus ad ſententiam noſtram hunc locum explanavit. Εἰ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπων τὸ κοινωνεῖν ἁλῶν καὶ τραπέζης, φιλίας ἀφορμὴ καὶ σύμβολον γίνεται, ἐγχωρεῖ καὶ ἐπὶ δαιμόνων τοῦτο συμβῆναι. *Si inter homines ſalis & menſae participem fieri, pro ſigno & ſymbolo habetur amicitiae, idem cenſeri debet de conviviis, ex daemoniorum ſacrificiis inſtitutis.* Quod ſi igitur illi, qui ſacrificiis veſcuntur daemonum, foedere & communione copulantur cum daemonibus, quibus oblatae ſunt illae victimae: nullum cuiquam eſſe poteſt dubium, quin illi, qui ſacrificii *Chriſti*, quod ſemel Deo eſt oblatum, in ſacra Coena fiunt participes, in communionem foederis cum Deo veniant.

§. XI. Legitur apud *Maimonidem* in *More Nevochim* peregregia de veteri quodam Zabiorum ritu, cum Diis ſuis ad pactorum confirmationem epulantium, narratio, quae multum ad ea quae diximus illuſtranda valet. Fuit in ea *Maimonides* ſententia, leges omnes de caerimoniis & ritibus, quas Judaeis quondam rogavit Deus, ob externas & adventitias cauſſas & rationes eſſe latas, eo quod illae leges non *primae*, ſed *ſecundae intentionis* eſſent *in Deo*: *Multarum*, inquit, *legum rationes & cauſſae mihi innotuerunt ex cognitione fidei, rituum, & cultus Zabiorum.* Proinde rationem legis illius redditurus, qua ſanguine Deus jubet Iſraëlitas abſtinere, Zabiorum profanos ritus aetate *Moſis*, qui ſanguine ad ſuperſtitiones ſuas abuſi ſint, occaſionem ei dediſſe perhibet. *Zabii* hi nulli ſunt alii, quam veteres Chaldaei. Etenim vocabulum hoc in codice Arabico authentico, cujus exemplum apud *Joſephum Scaligerum* fuit, ita ſcriptum legitur صبيين; *A vento Apeliote*, ait *Scaliger* (*) *ſic dicti, quaſi dicas Orientales.* Et is ipſe liber, de Zabiorum gente, mori-

(*) In Epiſt. 62. ad Iſaacum Caſaubonum.

dera firmari, menſasque conſecrari putarent, nec ullum, cui ſal deeſſet, ſacrificium legitimum eſſe ducerent. Si quid tamen ſuſpicari licet, credidérim, victimis & ſacrificiis omnibus idcirco ſal fuiſſe additum, ut indicarent, casta mente offerenda eſſe, quae Deo offerunntur, nec victimam Deo ullam placere, quam animi haud comitaretur puritas. Namque ab antiquiſſimis temporibus ſal tamquam ſignum puritatis ſpectatum fuit, quia putredinem a carnibus arcet animalium. Forte eadem de cauſſa primum in foederibus adhibitum fuit, quo fraudem omnem & fallaciam ab illis abeſſe ſignificarent.

(u)

Digitized by Google

moribus, & religione, quem toties laudat *Maimonides*, adhuc inter Arabes, Mahumedanos, fatente *Scaligero*, exſtat. Ipſa narratio, quam ſpectamus, ex verſione Ebraea *R. Abben Tibbon Lib.* III. *Cap.* 46. ita ſeſe habet: רע כי הדם היא טמא מאד בעיני הצאבה ועם כל זה היו אוכלים אותו מפני שחיו חושבים שהוא מזון השדים וכשאכל אותו מי שאכלו כבר השתתף עם השדים ויבואהו ויודיעוהו העתידות כמו שידמו ההמון ממעשי השדים *Licet ſanguis impurus & immundus admodum fuerit in oculis Zabiorum, tamen ab illis comeſtus fuit; eo quod exiſtimarunt* CIBUM HUNC ESSE DAEMONUM, *& quod is, qui eum comedit, hac ratione* COMMUNICATIONEM ALIQUAM *cum daemonibus haberet, ita ut familiariter cum illo converſentur & futura ei aperiant.* Verum aliqui tamen gentis hujus a ſanguine prorſus abhorrebant, quo qui fruerentur, eos rem committere putabant ipſi naturae repugnantem: hi igitur paullo aliter hunc ritum adornabant: והיו שם אנשים שהיה קשה בעיניהם אכילת הדם כי הוא דבר שימאסהו טבע האדם והיו שוחטים בהמה ומקבלים דמו בכלי או בחפירה ואוכלים בשר השחוטה ההיא סביב דמו והיו מדמין בטעשה הזה שהשדים יאכלו הדם אשר הוא מזונם והם יאכלו הבשר ובזה ההיה הא הבה והאחוה והרעות בהם בעבור שאכלו כלם על שלחן אחד ובמושב אחד ויבאו להם שדים ההם לפי מחשבתם בחלום ויגידו להם העתידות ויועילו להם *Mactantes beſtiam aliquam ſanguinem ejus accipiebant & in vaſe vel foſſula aliqua colligebant: carnem vero mactatam circa illum ſanguinem in circulo ſedentes comedebant: imaginantes ſibi in hoc opere, ipſis* CARNEM COMEDENTIBUS, *daemones* ILLUM SANGUINEM COMEDERE, *& hunc eſſe* IPSORUM CIBUM, *hocque medio* AMICITIAM, FRATERNITATEM *&* FAMILIARITATEM *inter ipſos contrahi, quia omnes in una menſa edunt, uno conſeſſu accumbunt.* Priorem narrationis hujus partem ſcriptam quoque invenio apud *R. Moſen Bar Nachman* in *Deut.* XII. 23. ubi non ſecus, ac *Maimonides*, quae Deo cauſſa fuerit, explorat, ut ſanguinis uſu Iſraëlitis interdiceret. Principem vero 42
hujus legis cauſſam in eo ponit, quod ſanguis in ſacrificiis expiationi inſerviat hominum: qua in re a *Maimonide* diſcedit. Magnopere enim hi bini magiſtri de natura ſacrificiorum inter ſe diſſident. Alteram vero inſtituti ejus rationem fuiſſe putat, quod gentes Diis pluribus ſervientes ſanguinem ſuperſtitioſe in Deaſtrorum ſuorum cultu adhibuerint: והיתה העבורה היא באכילת מן הדם כי היו מקבצים הדם לשדים והם אוכלים עליו וממנו כאילו הם קרואים לשדים לאכול על שלחן השדים ההם ומתחברים עמהם והנה היו מתנבאים בו ומגידים עתידות *Qui ſanguinem inter gentes comedebant, illi ſuperſtitioſam iſtam religionem hac ratione adornabant: ſanguinem primo colligebant, daemonum, quos pro diis colebant, cauſſa; tum ipſi*

(II.) Per victimas & ſacrificia foedera olim cum Deo fuiſſe inita, & idcirco epulas ſacrificiis adjectas conviviorum, quae *foederalia* vocantur, rationem habuiſſe praeter *Cudworthum* multi cenſent maximi nominis viri. Ex his unum nominabo *Joſephum Medum*, Anglum, qui *Libro de ſacrificiis Chriſtianor. Cap.* 7. eo usque hanc urget notionem, ut etiam his verbis ſacrificium ſibi unice definiendum eſſe cenſeat: *Sacrificium eſt oblatio in Dei honorem facta, qua offerens particeps evadit menſae Dei, in ſignum amicitiae & foederis cum illo initi.*

(v) *Chryſoſtomus*] *Homilia* XXIV. *in Cap.* 10. *prioris epiſt. ad Corinthios p.* 258. *Tom.* V. *Opp.*

ipſi vero accedebant & una cum illis ſanguinem hunc deguſtabant, non ſecus ac ſi daemonum eſſent convivae, atque, ut cum illis accumberent, invitati; qua ratione foedere & communione cum illis jungebantur. Per hoc communitatis genus cum daemonibus apti fiebant ad vaticinandum, resque futuras praedicendum. (x)

(x) *Praedicendum*] Confer quae de re eadem differit *Fe. Spencerus de legibus Ebraeor. ritualibus Lib.* I. *Cap.* 8. *p.* 144. & *Lib.* II. *Cap.* 3. *p.* 604. *Tom.* I.

CON-

Digitized by Google

CONJUNCTIO CHRISTI

ET

ECCLESIAE IN TYPO.

AUCTORE

RADULPHO CUDWORTHO.

LATINE VERTIT ET ADNOTATIONES SUBJECIT

JO. LAUR. MOSHEMIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

JO. LAUR. MOSHEMIUS.

Perantiquam de natura conjugii ſententiam, quae primis rerum Chriſtianarum ſaeculis nata & inde ad nos traducta fuit, vir doctiſſimus hoc libello ita tuetur, ut nova eam ratione exornet & propriam ſibi veluti faciat. Viſum fuit quibusdam ex veteribus Chriſtiani coetus doctoribus, matrimonium non ea de cauſſa tantum a Deo inſtitutum eſſe, ut humanum genus in his terris conſervaretur & propagaretur, nosque vitae hujus moleſtias minus ſentiremus, ſed etiam ideo, ut ſingularis ille amor, quo *Jeſus Chriſtus* eos ex omni aeternitate amplexus eſt, quos praevidit veros regni ſui cives fore, antiquiſſimaque ſanctorum cum capite ſuo & Servatore communitas ſpectabili quadam imagine ob hominum oculos poneretur. Et hoc illi dogma putabant ab ipſo *S. Paulo* juſſu divino traditum & patefactum eſſe in *epiſtola ad Epheſios* data *capite quinto* extremo. Fecit haec opinio, quae procedente tempore vehementer invaluit, ut ea aetate, qua divinis legibus minor longe honos habebatur, quam humani ingenii commentis & majorum ſcitis, plerique doctorum ſenſim ſibi perſuaderent, conjugium inter ſacramenta novi foederis referri debere. Probavit hunc errorem Romanus Pontifex; quumque immortales illi viri, qui religionis inſtaurationem divinis auſpiciis moliti ſunt, hac etiam in re reſiſtendum illi eſſe ducerent, ſevera lege in Concilio Tridentino ſanxit, ne quis ſuorum de conjugio ſecus exiſtimaret, atque illi ante *Lutherum* exiſtimarunt, qui *Scholaſtici* doctores appellantur. Ab hoc tempore cecidit valde inter eos, qui puriorem religionem conſectantur, dignitas ſententiae illius, unde hunc Romani coetus errorem de conjugio natum eſſe diximus. Quamvis enim plerique illorum haud diffiteantur, eſſe in conjugio *ſignum*, ut loquuntur, *rei ſacrae*, aut imaginem aliquam communionis *Chriſti* & eccleſiae, eo tamen haud progrediuntur, ut conjugium hujus communionis adumbrandae cauſſa inſtitutum a Deo eſſe, & inter *typos*, qui vere & proprie dicuntur, numerari idcirco

circo debere, ſtatuant. At nonnulli tamen inventi ſunt, qui, tametſi Romani coetus doctrinam de conjugii natura repudiarent, veterum tamen ſententiam de typica ejus ſignificatione haud plane contemnendam eſſe duxerunt. Et in his praecipuum fere *Cudworthus* locum ſibi vindicat, utpote qui libello, quem hic Latine verſum damus, cum id agit, ut ex *S. Pauli* verbis oſtendat, conjugium rei coeleſtis figuram & typum eſſe, tum planum facere ſtudet, Judaeorum antiquis doctoribus idem placuiſſe, immo ne *Platoni* quidem hanc rem ignotam fuiſſe. Demus hoc neceſſe eſt, doctiorem & ingenioſiorem huic cauſſae patronum vix potuiſſe obtingere, neque trita eſſe ac vulgaria, quae ex veterum ab eo monumentis afferuntur, quo in ſuam lectores ſententiam pertrahat: quam ob rem nil mirum eſt, reconditae eruditionis plenam hanc Diſſertationem multis viſam eſſe, ipſumque dogma, cui vir eximius adeſt, magnos quosdam homines allicuiſſe. Sed, niſi me prorſus ratio deſtituit, amor Cabbalae Judaeorum & philoſophiae Platonicae, quem ſummum in eo fuiſſe conſtat, tantum valuit apud eum, ut cupidius, quam fas fuerat, vanas magiſtrorum quorumdam haud magni acuminis argutias amplecteretur, & *S. Pauli* ſententiam latius patere arbitraretur, quam ex verbis ejus intelligere licet. Idque ante me praeter alios jam perſpexit vir doctiſſimus, *Jacobus Basnagius:* qui quum praecipua libelli hujus capita & momenta recenſet, non obſcure ſignificat, diſpliicere ſibi cum alia quaedam in eo, tum id potiſſimum, quod *S. Paulus* Cabbaliſtarum opiniones ſequutus eſſe traditur. (*a*) De praeſidiis & ornamentis ex *Platonis* & veterum Judaeorum philoſophia ſumtis, quibus vir eximius firmitatem & pulcritudinem ſententiae, cui favet, comparare nititur, in ſubjectis tantum diſſerui adnotationibus, quantum ſcire ſufficit illis, qui mediocri valent animi robore ad opiniones aliorum dijudicandas. Nunc, miſſis reliquis, princeps illud dogma, quod perſuaſum nobis eſſe cupit, breviter expendam, atque, num a *S. Paulo* illud traditum ſit, inveſtigabo.

Credo, virum doctiſſimum, tametſi hac de re taceat, nil tamen dubitaſſe, quin humani generis propagatio, mutuumque auxilium, quod ſibi debent conjuges, praecipui fines illi ſint, quos ſupremum ſibi Numen propoſuit, quum binos crearet ſexus & viri foeminaeque conjunctionem & ſocietatem in his terris ſanciret. Praeter hos autem fines, *Deo* vult aliud quoque conſilium fuiſſe in matrimonii ſocietate conſtituenda. Utile nimirum putat exiſtimaſſe ipſum, ut perpetua quaedam imago, eaque in oculos omnium incurrens, ſpiritualis illius communitatis, quae *Chriſtum* jungit & civitatem ſanctorum, inter homines exſtaret: itaque decreviſſe, conjugium eo modo adornare, & ejusmodi legibus munire, ut aptum eſſet ad notionem coeleſtis communionis illius, quam dixi, in mentibus hominum informandam & conſervandam: hac eum de cauſſa vetuiſſe, ne plures una uxores maritus duceret, nec pro lubitu conjuges divortium facerent; etenim inde intelligere eum voluiſſe homines, unam tantum eſſe eccleſiam Chriſto junctam & conjunctionem hanc ad orbis usque terrarum excidium ſeu ad nuptias agni, ut in extremo ait libello, inviolatam permanſuram eſſe. Videamus, utrum haec omnia ſacri cujusdam ſcriptoris auctoritate nitantur, an vero ingenii tantum viribus inventa & excogitata ſint.

Equi-

(a) *Hiſtoire des Juifs Tom.* III. *Cap.* 21. §. 4. *ſ. p.* 565. *ſ.*

Digitized by Google

Equidem libenter confiteor, Deum varias rerum futurarum & abſentium formas ſpectabiles, quas *typos* vulgo nominant, Judaeorum populo olim ante oculos poſuiſſe, ne divinorum beneficiorum, quae majoribus pollicitus erat, ulla umquam eos oblivio invaderet: at ſimul in eruendis hiſce typis magnam eſſe cautionem adhibendam arbitror, nec poſſum non indigne quorumdam temeritatem ferre, qui, tacentibus ſacris litteris, de divinis conſiliis tam audacter differunt, ac ſi nihil non eorum ſibi perſpectum eſſet. Meo quidem judicio, is, qui perſuadere cupit aliis, in certis quibusdam actionibus, inſtitutis caerimoniis, & hominibus rerum majorum & coeleſtium imagines latere, non ſimilitudinem modo ſpectare debet rerum illarum, quas ſibi mutuo reſpondere cenſet, ſed etiam diſertis divinorum librorum verbis oſtendere, voluiſſe ſupremum Numen, ut altera res alteram praeſignificaret ac adumbraret. Hac ſacri cujusdam ſcriptoris ſignificatione & teſtimonio qui deſtitutus eſt, is, ut elegantiſſime differat & ſcite res veteris & novi foederis inter ſe contendat & comparet, numquam tamen ab homine robuſtae mentis & recti judicii impetrabit, ut ſententiam ejus errore prorſus vacare, nec probabilem tantum, ſed firmam & certam eſſe conſtituat. Nam quum omnes ſciant ſapientes, in ipſis rebus & hominibus nil eſſe, quod Deum cogere queat, ut eas rerum excellentiorum formas & figuras faciat, ſed in ſolo divino arbitrio id totum poſitum eſſe, utrum velit, an nolit, ut res quaedam imago ſit alius cujusdam rei, evidens eſt, nulli decernere ſine erroris periculo licere, niſi Deus de hac voluntate ſua teſtatus ſit, hanc vel illam actionem aut caerimoniam inter typos ab eo relatam eſſe. Notae ſcilicet & ſigna rerum libera plane ſunt, isque, cui ſummum eſt in civitate imperium, aut rei cujusdam majoris procuratio commiſſa, pro arbitratu ſuo ex multis ea poteſt eligere, quae meliora ipſi videntur ad voluntatem ſuam ſignificandam: quo jure quin Deus etiam utatur, nemo ſanus dubitaverit. Non ſum neſcius, eſſe qui exiſtiment, viros ceteroquin eruditos, Dei voluntatem hanc ex ſumma rerum ſimilitudine intelligi a nobis poſſe, quumque binae res, inſtituta diligenti comparatione, ſic inter ſe concinere videantur, ut nihil fieri queat concinnius, tum apertum eſſe, alterum alterius olim typum divino juſſu fuiſſe. Sed hos mihi, antequam ſententia decedam, oſtendere velim, unde veritas connexi hujus pateat: Duae res valde ſimiles ſunt inter ſe: Ergo Deus alteram alterius typum & imaginem eſſe voluit. Equidem eos, qui hoc modo rationem ineunt, haud multo melius putem agere, atque illos, qui concluderent, binos homines forma & oris lineamentis inter ſe pares non poſſe non geminos fratres eſſe: neque viros rerum peritos hanc ſententiam meam contemturos eſſe, arbitror. Quod ſi tamen nihil eſſet regula illa verius, quam dixi, parum ea nihilo minus adjumenti nobis afferret in formis rerum ſacrarum inveſtigandis, propter infinitam judiciorum humanorum de eo, quod ſimile vel diſſimile eſt, varietatem. Videas non raro, qui omnia ibi putant eſſe diſparia, ubi alii ſummam ſibi cernere ſimilitudinem & cognationem videntur. Nec id is magnopere mirabitur, qui ſecum cogitat, rerum diverſarum comparationem ingenii & imaginationis poteſtati, quae tota lubrica eſt, unice ſubjectam eſſe, neque certis judicii & rationis legibus regi atque gubernari. Quonam igitur jure ſperare nobis licebit, fore umquam, ut omnes inter ſe conſentiant homines, tantum eſſe in binis rebus ſimilitudinis, ut tuto ſtatuere queamus, alteram a Deo eſſe adhibitam ad naturam alterius imagine quadam exprimendam? Praetermitto multa alia, quae ſi locus

magis opportunus foret, adversus eos differere possem, qui ex rerum qualicumque convenientia divina audent consilia metiri, quae nusquam ab ipso patefacta sunt. Viderit unusquisque, quid sibi facto opus sit: me quidem modestia in hisce rebus juvat: neque dubito, longe tutius & prudentius illum agere, qui, silente Deo, silendum sibi esse ducit de voluntate Dei, quam is, qui ingenio suo confisus, Deo mentem & sententiam attribuit, quam nusquam in libris ab eo dictatis expressam esse reperit.

Quae quum ita sese habeant, liquet, doctissimi *Cudworthi* sententiae de conjugii arcana significatione parum esse pretii ponendum, nisi divini cujusdam scriptoris auctoritate muniatur, tametsi vel maxima sit similitudo matrimonii & divinae societatis illius, quae Christum jungit ecclesiae. Magnum putat ille firmamentum opinionis suae in verbis *S. Pauli ad Ephesios* esse positum, quibus vir divinus conjuges exhortatur ad mutua sibi caritatis & obedientiae officia praestanda, exemplo *Christi* & ecclesiae: sed metuo ego, ne amore sententiae, quam adoptaverat, excoecatus & librorum Judaicorum lectione nonnihil corruptus ad hunc sancti hominis locum expendendum accesserit. Ego quidem, quamvis ingenii mei vires haud leviter intenderim, quo interiores sanctissimae istius exhortationis recessus perspicerem, vix tamen aliquid eorum, quae vir eximius in ea sibi visus est cernere, reperire potui. Compellat *S. Paulus* primum uxores: quibus studium maritis obediendi suadet: in quo jubet eas ecclesiam imitari, quae capiti suo *Christo* morem ubique gerat, neque ullo loco voluntati ejus resistat *vs.* 22.-24. Hinc ad maritos digreditur, quibus amorem erga uxores commendat: & hujus officii normam constituit amorem *Jesu Christi*, quo ecclesiam complectitur *vs.* 25.-29. Subjicit nonnulla de arctissima communione *Christi* & ecclesiae, quam confert cum amore mariti erga conjugem *vs.* 30. 31. Postremo ad propositum redit, denuoque viros & uxores monet, ne umquam immemores sint amoris & obedientiae, quae sibi mutuo debeant. *vs.* 33. Ex his ego verbis & universa serie orationis haec duo consectaria manare sentio. Primum: uxores intueri debere obedientiam ecclesiae erga *Christum*, quo discant, quemadmodum erga maritos sese affectas esse oporteat: Viros e contrario decere amorem *Jesu Christi* erga ecclesiam ob oculos sibi ponere, quo cognoscant, quantum esse fas sit amorem illum, quem uxoribus debeant: Seu, quod idem est: Obedientiam ecclesiae & amorem *Christi* normam esse illam, ad quam componere mariti & uxores in officiis mutuis sese debeant. Alterum: Conjugia, quae ad hanc normam instituta sunt, referre quodammodo sanctissimam communionem *Christi* & ecclesiae & spectabili quadam imagine eam adumbrare. Nam qui id agunt unice, ut amore & obedientia *Christum* & ecclesiam aemulentur, illi viva sunt certa ratione simulacra *Christi* & ecclesiae, aut, si latiori significatione hoc usurpare velis vocabulum, *typi*. Cetera, quae doctissimo viro in his verbis cernere contigit, meam quidem attentionem fugerunt, nec aliter, quam machinis adhibitis inde queunt elici, nisi me plane fallit ratio. Non audio, *S. Paulum* tradere, *Deo* ex omni aeternitate consultum fuisse visum *typo* quodam spirituale illud exprimere conjugium, quo *Christus* sociatur ecclesiae; nihil scriptum ab eo video, ex quo cogi possit, formam matrimoniorum humanorum ita esse in exordio mundi a Deo instructam, huic ut consilio divino apta essent ac idonea: legum denique divinarum, quae divortiis intercedunt & plures una vetant uxores ducere, ne mentionem quidem ab eo factam animadverto, tantum

abest,

abeſt, ut conficere ex verbis ejus liceat, has ideo leges a Deo rogatas eſſe, quo perfectior exſtaret in conjugiis mortalium imago ſanctiſſimae communionis eccleſiae cum *Chriſto*, Servatore ac redemptore ſuo.

E contrario, quum attentius exhortationem ſancti hominis intueor, unde haec omnia conſtare putat *Cudworthus*, ejus eam generis eſſe ſentio, ut, quae modo enumeravi, ſcita, evertat potius & deſtruat, quam confirmet & roboret. *Paulus* nimirum maritos & uxores ad eam jubet diligentiam incumbere, ut communitatem *Chriſti* & eccleſiae vita & moribus ſuis quodammodo exprimant: ex quo conſequitur, non in omni conjugio ſimilitudinem & imaginem communitatis hujus exſtare, ſed in illis tantum, quae divinis legibus ex omni parte ſunt conſentanea. Quod ſi viri & foeminae omni opere id curare debent, ut vitam ſuam convertant in ſimulacrum ſocietatis myſticae, quae *Chriſtum* copulat cum coetu ſanctorum, quomodo Deus dici poteſt conjugium ita adornaſſe, ut typus eſſet? Et quonam, quaeſo, jure in omni conjugio, abſolute & ſimpliciter ſpectato, formam divinarum rerum eſſe reconditam traditur? Scilicet quod hominum ſtudiis & officiis formam demum adipiſcitur & ſimilitudinem rerum ſanctiorum, id nullo modo in typis a Deo ipſo ſancitis & conſtitutis numerari poteſt, ſed inter exempla & normas referri debet, quas, ne a recta deſciſcant via, ſupremum Numen mortales ſemper ante oculos ſibi ponere voluit. Illuſtrabo haec, quo clariora fiant omnibus, exemplo prorſus ſimili: *Jeſus*, Servator noſter, quum diſcipulorum pedes lavaſſet, factum hocce ſuum in exemplum & normam proponit, unde diſcere oporteat eos, amicos ſuos, ſublata omni ſuperbia & dominandi cupiditate, ſummo ſeſe amore complecti & mutuis officiis inter ſe certare debere. *Exemplum*, inquit, *praebui vobis, ut quemadmodum ego vobis feci, vos quoque faciatis* Joh. XIII. 15. Licetne igitur ſtatuere, mutuum eorum amorem, qui *Chriſtum* vere ſequuntur, typum eſſe amoris illius, quo Servator olim erga diſcipulos ſuos affectus fuit? Equidem crediderim, neminem unum hoc ſibi perſuaſurum eſſe? Eſt potius haec ſingularis Servatoris noſtri humilitas norma illa & regula, ad quam vivere fas eſt illos, qui germanorum ejus diſcipulorum nomen & jura appetunt. Aliud addam exemplum, quod magis etiam rei, quam tractamus, convenit. *S. Joannes* verbis *Jeſu Chriſti* praecipit, *noſtrum eſſe pro fratribus animas ponere, quemadmodum Chriſtus animam pro nobis poſuit* 1. Joh. III. 16. Admonemur, quod apertum eſt, hiſce verbis, amplitudinem amoris illius, qui fratribus noſtris ex praeſcripto Chriſti praeſtandus eſt, ex amore *Chriſti* erga nos aeſtimandam eſſe, idque, ſi res & neceſſitas ita tulerint, fratrum cauſſa faciendum & ſuſcipiendum eſſe, quod *Chriſtus* fecit atque ſuſcepit, quo nos ab inferis & cacodaemonis poteſtate redimeret. Ferremusne vero hominem, qui his verbis ductus perhiberet, Chriſtianos vitae periculum aliorum cauſſa adeuntes, aut mala quaevis fortiter tolerantes, quo ſervent alios, *typum* eſſe mortis & perpeſſionum, quas *Chriſtus* ſuſtinuit, ne genus hominum aeternas peccatorum poenas divinae juſtitiae daret? Non puto. Quid eſt igitur, quod adducat nos, ut exiſtimemus: Quia *Paulus* communionem *Chriſti* & eccleſiae viris & uxoribus tamquam normam & regulam quamdam commendat, ex qua officiorum amoris & obedientiae, quae vita poſcit conjugum, naturam & magnitudinem diſcant, ideirco conjugium pro typo & ſpectabili forma communitatis illius ſacroſanctae habendum eſſe? Voluntas ſupremi Numinis eſt, ut conjuges imitentur exemplum *Chriſti* & eccleſiae, eoque modo ſeſe ge-

rant, ut in illis alii cernere queant imaginem quamdam ſpirantem & vivam conjugii ſpiritualis, quod *Chriſtum* & germanos ejus ſectatores ſociat; non autem is conjugium ita inſtituit, ut typus eſſe poſſet hujus ſanctioris conjugii.

Ita vero licet ſentiam, haud tamen ideo doctorum noſtrorum ſententiam repudiandam eſſe arbitror, qui *ſignum rei ſacrae* in conjugiis eſſe ſciſcunt. Recte illi & ſapienter decreverunt: nec enim aliud quid ſignificatum hiſce verbis volunt, quam hoc, quod ex univerſa, quam adhibent, praecipiendi ratione conſtat: conjuges, ſi ita ſeſe gerant, uti fas eſt, obedientiaque non ficta, veroque amore foedus illud, quod inierunt, exornent, ſimiles ſemetipſos *Chriſto* & eccleſiae facere, ſignoque quodam in oculos incurrente rei ſanctioris, quae animo tantum cernitur, notionem in mentibus aliorum informare. Plus etiam conceſſerim, ſi quis velit, Patiar, nomen *typus* in hoc dogmate explicando uſurpari, modo ſenſu latiori ſumatur, omnemque rem & actionem deſignet, quae valet ad homines de alius cujusdam rei ſublimioris natura & indole erudiendos, tametſi non appareat, eam a Deo ita comparatam & eo conſilio inſtitutam eſſe, ut exemplum alius rei divinae inter homines exſtaret. Maneat igitur hoc dogma, ne quis contentioni de vocabulis ſuppeditetur locus: *Deus conjugium typum eſſe voluit ſocietatis myſticae, quae Chriſtum inter & eccleſiam eſt:* At nulli liceat ampliorem ei ſenſum ſubjicere, quam hunc: *Deus ita voluit conjuges vivere, ut ſimiles ſeſe redderent Chriſto & eccleſiae: Deus tantum eſſe conjugum amorem & obedientiam voluit, quantus eſt Chriſti amor erga eccleſiam & eccleſiae erga Chriſtum obedientia & ſtudium.* Plura qui credi a nobis voluerit, is haud aegre feret, ſi aſſenſum cohibeamus, dum omiſſis Platonicorum commentis & vanis magiſtrorum, qui *Cabbalae* docent myſteria, argutiis, diſertis ſacrorum ſcriptorum verbis & ſententiis ſententiam ſuam adverſus omnem dubitationem communiat. Quod reliquum eſt, tametſi ipſum doctiſſimi *Cudworthi* dogma, quod hoc in libello magna copia & eruditione defendit, probandum mihi haud eſſe putem; non poſſum tamen, quin fatear, multa eſſe ab eo diſputata & animadverſa, quae non exiguam aliis in rebus utilitatem hominibus veri cognoſcendi cupidis afferre poſſunt; quod qui ſecum cogitaverint, eos, niſi prorſus iniqui ſint, confido intellecturos eſſe, non male collocatam eſſe a nobis operam, quam in hac lucubratiuncula vertenda & illuſtranda conſumſimus. Scripſi in Acad. Julia Idib. Octob. MDCCXXXI.

CON-

CONJUNCTIO CHRISTI

ET

ECCLESIAE FIGURA QUADAM ADUMBRATA.

ARGUMENTUM.

§. I. *Homines ab uno extremo ad alterum delabi ſolent.* §. II. *Verba Pauli Eph.* V. 22.-33. §. III. *In his verbis Pauli conjugium tamquam typus unionis myſticae Chriſti & eccleſiae proponitur.* §. IV. *Diſtributio diſputationis totius.* §. V. *Conjugium typum eſſe conjunctionis eccleſiae cum Chriſto, patet* (1) *ex officiis, quae Paulus uxoribus.* §. VI. (2) *Ex illis, quae maritis praeſcribit.* §. VII. *Hoc dogma antiquis Judaeis valde notum fuit. Tipbereth & Malcheth Chriſtum & eccleſiam Cabbaliſtis deſignant.* §. VIII. *Tipbereth & Malcuth Chriſtus & eccleſia.* §. IX. *Aliae in hanc rem obſervationes.* §. X. *Hinc Judaeorum fluxit dogma de Deo omnium conjugium auctore.* §. XI. *Conjugium aliis etiam praeter Judaeos ſacroſanctum viſum eſt.* §. XII. *Veſtigia ſententiae hujus de unione eccleſiae & Chriſti in conjugio adumbrata in ſacris litteris.* §. XIII. *Poëtae Syri carmen de ſapientia divina.* §. XIV. *Adami & Evae conjugium typus eſt conjugii myſtici Chriſtum inter & eccleſiam.* §. XV. *Idque probatur conſenſu Judaeorum, qui Adamum bifrontem creatum fuiſſe tradunt.* §. XVI. *Quod dogma Platoni quoque notum fuit.* §. XVII. *Qui ex traditione quadam Judaica illud haud dubie hauſit.* §. XVIII *Cabbaliſtae hoc dogma de conjunctione Chriſti & eccleſiae interpretantur.* §. XIX. *Videntur & hujus dogmatis veſtigia nonnulla inter profanas gentes exſtare.* §. XX. *Aliud Judaei ſcriptoris hac de re teſtimonium.* §. XXI. *Collatio typi & antitypi.* §. XXII. *Nec mirum cuiquam eſſe debet, Adamum Chriſti typum*

Digitized by Google

gessisse. §. XXIII. *Res, in quibus propria consistit similitudo conjugii & conjunctionis ecclesiae duae sunt: Abrogatio polygamiae & divortium.* §. XXIV. *Vocabulum* duo *ex Ebraeis verbis. Gen.* II. 24. *furtim videtur sublatum esse.* §. XXV. *Augustinus in iisdem rebus matrimonii & communionis Christi cum ecclesia similitudinem ponit.*

§. I. Iste mos est plerorumque mortalium, sive vitam eorum & mores spectes, sive dogmata & opiniones intuearis, ut, vitio & errore quodam abjecto & repudiato, in oppositum illi vitium & errorem ruant, ἀμετρίᾳ quadam τῆς αἱρέσεως, uti *S. Basilius* hunc morbum vocat. Utinam Theologorum aliqui majori caviissent diligentia, ne hoc sese peccato polluerent! cum aliis in rebus, tum praecipue in natura conjugii ex sacris litteris declaranda. Sed odio quum inflammati essent dogmatis, quod Pontificis Romani assectatores nobis obtrudere volunt, de septem sacramentis *gratiam ex opere operato conferentibus*, ex quibus recte duo tantum servarunt doctores nostri, *mysticam conjugii significationem* imprudentes totam sibi fere ex animo passi sunt elabi, neque ulla dignam contemplatione judicarunt.

§. II. Hoc ne quis arguat temere ac minus considerate dictum esse, partem primum epistolae *Pauli ad Ephesios* ex *Cap.* V. *vs.* 22.-33. in medio ponam, ex quo, tamquam ex fonte, postea universae disputationis nostrae summa & ratio ducetur.

vs. 22. *Vos uxores, vestris parete maritis, ut Domino.*

vs. 23. *Nam vir caput uxoris est, ut Christus ecclesiae caput, idemque corporis Servator est.*

vs. 24. *Ac quemadmodum ecclesia Christo paret, sic uxores suis viris parere debent in omnibus.*

2 *vs.* 25. *Vos viri, amate vestras uxores, ut Christus amavit ecclesiam, seque pro ea dedidit.*

vs. 26. *Quo eam sanctam redderet, aquae lotione purgatam per verbum.*

vs. 27. *Ut eam sibi praestaret gloriosam ecclesiam, nulla macula aut ruga, aut ulla re tali praeditam, sed quae sancta inculpataque foret.*

vs. 28. *Sic debent amare viri suas uxores, ut sua ipsorum corpora. Qui suam uxorem amat, seipsum amat.*

vs. 29. *Nam nemo umquam suam carnem odit, sed eam alit, fovetque, ut Christus ecclesiam.*

vs. 30. *Nam corporis ejus membra sumus nos, ex ejus carne & ossibus.*

§. III. Quotquot nec partium excoecati sunt studio, nec praejudicatarum opinionum amore laborant, aut, ut Graeci loquuntur, ἐναντίοι ἐ δυλόμενοι, eos fugere nullo modo poterit, sanctum hominem his in verbis non modo significare, similem esse quodammodo consociationem maris & foeminae, quae per conjugium fit, conjunctionis illius mysticae, quae Christum sociat & ecclesiam, quemadmodum regnum coelorum & granum sinapi cognatione quadam se contingunt, eaque de causa utramque communionem hanc inter se conferre; verum etiam eumdem decernere, alteram harum conjunctionum verum & germanum alterius ty-

typum, alteram vero alterius *exemplum* eſſe *archetypum*, ad quod ea unice efformata & expreſſa ſit. Ita Platonicis, quum de rebus loquuntur tam ex materia conflatis, quam ab omni concretione corporea ſejunctis, hoc frequens in ore dictum eſſe ſolet: Τὰ αἰσθητὰ τῶν νοητῶν μιμήματα: *Res ex materia conſtantes & in ſenſus incurrentes eſſe typae ſunt imagines & imitationes rerum, quae cogitatione tantum comprehenduntur, utpote quae naturae ſunt principes, aeternae, & archetypae.* Nec diſſimile id eſt, quod REUCHLINUS tradidit: *Deum ſolere uno ſigillo varias materias ſignare;* cujus praecepti veritatem innumerabilibus exemplis ſagax & acutus reconditae veritatis ſpeculator facile confirmabit. Doctiſſimus noſter *Vice-Comes S. Albani* (*a*) diverſas ejusmodi res, in quibus unum idemque Deus ſigillum impreſſit, quarum varia in natura rerum exempla reperit, *parallela ſignacula & ſymbolizantes ſchematismos* appellare ſolet. Has autem non *meras* eſſe cenſet *ſimilitudines*, quod imperitum forte vulgus opinari poſſet, verum *una eademque naturae veſtigia, diverſis materiis & ſubjectis impreſſa.* Veteres Ebraei tantum abeſt, ut neſcii hujus fuerint dogmatis, ut potius, id quod poſtea clarius oſtendam, arcanam hujus gentis ſapientiam, quam *Cabbalam* vocant, ex hoc unice principio natam eſſe, putem. Certe magiſtrorum ex hoc populo quidam admodum ſcite & feliciter his illud verbis complexus eſt: כל העולמות בדפוס אחד נדפסו ובחותם אחד נחתמו והנחתם המקבל החתימה היא רמה לצירת חותם חמחתים את החתימה *Omnes tres mundi una eademque nota muniti & eodem ſigillo ſignati ſunt. Illud vero, quod hic in terra ſignatur & ſigillum recipit, id ſimile prorſus eſt formae & exemplo rerum illarum ſupernarum, a quibus ſigillum in eas imprimitur.* Tres, (*) de quibus hic ſcriptor loquitur, mundi tres ſunt diverſae rerum conditarum ex Deo in hunc mundum emanationes, non unius generis, ſed gradu inter ſe diſcrepantes: in quibus omnibus Deum tam valide ſigillum ſuum *Sephiroth* (†) impreſſiſſe aſſeverant, ut totas eas perforaret veluti & permearet. Pari plane ratione ſupremum Numen arbitror, quum divinam illam Euangelii doctrinam mente veluti & cogitatione deſignaſſet, partemque ejus ſacro-ſanctam Chriſti & eccleſiae conjunctionem conſtituiſſet, imagines quasdam ejus rei & umbras veluti in his terris exſtare, ſigillumque coeleſtis illius veritatis in rebus quibusdam ex materia conſtantibus apparere voluiſſe, ut accurata illius ſpecies & forma, in re licet viliori expreſſa, cerni hic & animadverti poſſet. Hoc conſilium Dei matrimonii inter virum & foemi-

(*) עשוה, יצירה, בריאה } עולם

(†) עולם אצילות

Mundus emanationis, ſive Mundus Archetypus.

(*a*) *S. Albani*] Is eſt *Franc. Baco* de *Verulamio*, qui ſaepius in ſcriptis ſuis *Schematismorum* materiae *latentium* meminit, viamque docet eos eruendi. Vide *novum* ejus *Organum ſcientiarum Lib.* II. §. 7. *p.* 330. *Opp.* & alias paſſim. Videtur mihi vero vir doctiſſimus hic ea inter ſe jungere, quae aut nihil aut parum habent affinitatis. Puto enim alium ſenſum Platonicorum, quod hic affertur, praeceptо, alium *Reuchlini* & Cabbaliſticorum doctorum ſcitis, alium denique *Verulamii* dogmati ſubeſſe. Niſi omnes fugerem circuitus, mediocri hoc labore oſtendi poſſet: ſed nec res & inſtitutum ipſum poſcit.

(*b*) *Omnes*

foeminam institutionem peperit. Christus & ecclesia nimirum *sponsus* sunt & *sponsa archetypi:* vir autem & foemina inter homines *sponsus & sponsa ectypi.*

3 §. IV. Ratione vero & ordine quo haec disputatio procedat, tria sigillatim momenta mihi sumam explananda: quorum veritatem ex verbis, quae paullo ante attulimus, *S. Pauli* demonstrabo:

Primum docebo: *Conjunctionem viri ac mulieris typum esse consociationis illius, quae inter Christum est & ecclesiam, & hanc consociationem conjugii esse archetypum.*

Monstrabo deinde: *Quod Deus Evam ex Adami costa construxit & cum hoc postea matrimonio in Paradiso copulavit, id propterea factum esse, ut Christi, quem alterum accepimus Adamum esse, & uxoris ejus ecclesiae, conjugium & communitas imagine quadam adumbraretur.*

Postremo exquiram: *Quomodo, quarumque rerum respectu conjugium maris & foeminae conjunctionem Christi & ecclesiae referat.*

§. V. Primum ostendere recipio, conjunctionem maris & foeminae, quam conjugium efficit, typum esse, cujus archetypus Christus sit & ecclesia. Id vero apertum omnino esse arbitror ex fine, quem sibi *Paulum* in his verbis ob oculos posuisse patet. Transit in illis sanctus homo ad officia, quae Christianos praestare decet, quatenus illi familiarum sunt capita, & ab illis orationem exorditur, quae maritos & uxores servare decet. Horum autem officiorum causas & rationes ex illa unice communione ducit, quae Christum & ecclesiam jungit; hanc unam esse normam illam & exemplum constituit, ad quod exigenda sint omnia, quae mariti & uxoris sunt munera. Initium exhortationis fit ab officiis uxoris: *Vos uxores, vestris parete maritis,* UT DOMINO. Syrus reddidit postrema verba: איך למרין sicut *Domino nostro*, nimirum *Domino Christo.* Nam hoc sibi proprie *Paulus* vult: Vos uxores ita parere maritis vestris jubeo, ut in illis typum & imaginem Servatoris vestri *Jesu Christi* observetis. Apte illud interpretem quemdam ex Romani Pontificis affectatoribus expressisse video: *In viris vestris considerantes Christum Dominum, qui est caput & sponsus ecclesiae.* Et hanc interpretationem ea, quae statim consequuntur, egregie confirmant: *Nam vir caput uxoris est, ut Christus ecclesiae. Quare quemadmodum ecclesia Christo paret, sic uxores maritis suis obtemperare debent in omnibus.* (*b*) Nimis vero diluta & jejuna foret *S. Pauli* oratio, si nil significatum vellet his verbis, quam hoc, viro & uxori similitudinem esse aliquam cum Christo & ecclesia.

§. VI. Ab uxoris munere ad mariti progreditur officium: quod similiter non aliunde, quam ex Christi erga ecclesiam voluntate & amore, derivat *vs.* 25. *Vos viri amate uxores vestras, ut Christus amavit ecclesiam, seque pro ea dedidit;* quod argumentum persequitur usque ad *vs.* 28. Summa doctrinae, quam tradit, haec est: Quemadmodum uxor maritum idcirco, tamquam caput suum, venerari debet, quia Christus caput est ecclesiae: ita mariti est, uxorem, non secus

(*b*) *Omnibus*] Haec expositio inde quoque non nihil roboris accipit, quod vir divinus singularem numerum adhibet, scribitque: τῷ κυρίῳ. Etenim quum vocabulum, quod plures designat, τοῖς ἀνδράσιν, praecedat, sequi debuisset ejusdem numeri vox: τοῖς κυρίοις, si maritos indicare *Paulus* voluisset hoc nomine.

ſecus ac corpus ſuum, amare, quia eccleſia corpus Chriſti eſt *vſ.* 28, 29, 30, 31. Poſtremo cauſſam memorat, propter quam tam diligenter hanc comparationem inculcaſſet & expoſuiſſet: *Propterea homo, relicto patre atque matre, adhaerebit uxori ſuae, fietque ex duobus unum corpus. Myſterium hoc magnum eſt: loquor vero de Chriſto & eccleſia.* Namque horum verborum hanc eſſe vim & ſententiam, ipſa ſatis docet, ut puto, eorum ſeries & orationis connexio: *Ea de cauſſa tantum hac de re verborum feci, quia conjunctio Chriſti & eccleſiae, in conjugio viri atque foeminae hac ratione adumbrata & expreſſa, grande myſterium eſt.*

§. VII. Explicata *Pauli* ſententia, veteres Judaeos doctrinae hujus fuiſſe peritiſſimos, teſtatum dabo. Nulli vero ex hac gente accuratiori ejus imbuti fuerunt notitia, quam ſcientiae illius doctores, quam *Cabbalam* nominant. Haec vero eſt genus quoddam Theologiae arcanae ac reconditae, magna ſui parte adhuc inter Judaeos ſuperſtes, cujus, niſi totus fallor, hoc praecipuum eſt fundamentum: שבל מה שיש למטה יש לו שורש למעלה *Unicuique rei, quae hic exſtat, radicem aliquam in ſuperis eſſe.* Quam propter ſententiam res inferiores ענפים *ramos*, *Sephiroth* vero ſuperas שורשם *radices* vocant. Hujus igitur ſapientiae magiſtri conjugium viri & foeminae his in terris *ramum* tantum eſſe perhibent ענף, arcanae illius & coeleſtis conjunctionis inter *Tiphereth* & *Malcuth* in rebus ſuperis, quam quidem שורש ſeu *radicem* noſtrorum eſſe conjugiorum ſtatuunt. *Tiphereth* vero & *Malcuth* binae ſunt ex decem illis *Sephiroth* ſeu emanationibus (*) lucis ſuperae, quae in mundo archetypo ab his ſapientibus collocantur, atque eamdem plane perſonam reapſe in locis ſuperis ſuſtinent, quam *ſponſus* & *ſponſa* inter nos typice & figurate ornant. Sed quo magis omnibus pateat, quales hi bini ſint aeternae lucis radii, ſimulque conſtet, his vocabulis idem, quamvis obſcurius & more Metaphyſicorum, ſignificari, quod nos *Deum* aut *Chriſtum* & *eccleſiam* dicere ſolemus, non gravabimur ea, quae magiſtri de his binis tradere ſolent naturis, accuratius expendere. *Archangelus* de *Burgo Novo*, vir harum litterarum in primis ſciens, ita de illis ad ſententiam ſubtiliſſimorum hujus diſciplinae doctorum loquitur: *Secundum Cabbaliſtas duae Veneres ſunt Tiphereth & Malcuth, quae dicuntur duo amores, etſi ſint unus amor per reciprocationem, unde Salomon in Canticis ſponſum Tiphereth & ſponſam Malcuth introducit ad invicem colloquentes.* Liquet ex hoc dicto, illuſtre illud *Salomonis* carmen, quod *Canticum Canticorum* dicitur, de his duabus naturis a Judaeis accipi: atqui carmine hoc quis ignorat ſanctos Chriſti & eccleſiae amores a divino vate cani? Plus etiam huic rei lucis accedet, ſi obſervemus, *Malcuth* ſeu *ſponſam* alias etiam ab illis vocari ſolere *Cheneſeth Iſraël* & *Beth Iſraël* id eſt *congregatio Iſraëlis* & *domus Iſraëlis:* nam ſolemne & uſitatum his eſt ſcriptoribus, unam eamdemque *Sephirah*, quo naturam ejus accuratius explicent & perfectius, pluribus deſignare vocabulis. Locuples hujus rei teſtis eſt eruditus ille Judaeus, cujus libellus exſtat inſcriptus: שפע טל ſeu *influentia roris:* מלכות הוא שנקראת כנסת ישראל id eſt: *Malcuth illud ipſum eſt, quod alioquin Cheneſeth Iſraël ſeu congregatio Iſraëlis dicitur*, nimirum, *eccleſia.* Eodem auctore diſcimus *Tiphereth*, qui ſpon-

(*) Nam nomen *Sephiroth*, teſte auctore libri *Shaare Orah*, *portae lucis*, deſcendit a ספיר *Sapphirus.*

Digitized by Google

ſponſus eſt, non differre ab eo, qui alio vocabulo אדם העליון *Adam ſuperior* nominatur: cui quidem quum primus Adamus terrenus opponitur, appellari ſolet אדם התחתון *Adam inferior* & אדם הגופני *Adam corporeus*. In praeceptis & enuntiatis Cabbaliſticis, quae collecta ſunt a *Mirandula*, *Tipbereth* vocatur *magnus Adam*: *Rectius dicitur quod paradiſus ſit totum aedificium, quam ſit decima, & in medio ejus collocatus eſt magnus Adam, qui eſt Tipbereth.* Quorum ego verborum hunc eſſe reor ſenſum: Terrenum Paradiſum non ſolum imaginem eſſe Sephirae decimae, ſed omnium decem Sephiroth, eo quod *Tipbereth*, ſeu coeleſtis & archetypus Adamus, in medio earum poſitus ſit, quemadmodum terrenus Adam in medio Paradiſi terreni loco conditus fuit. Conſtat igitur ex his, *Tipbereth* nullum eſſe alium, quam Chriſtum, verum illum coeleſtem Adamum, quem ſacri ſcriptores *alterum* nonnumquam *Adamum* nuncupant. Auctor libri *Sbephah Tal*, quem paullo ante laudavi, de hoc binarum, quas dixi, Sephirarum myſterio ita differit: (*) מעשיהם הטובים הכשרים וכוונת רוחניית מעשה המצוות והתפילות הקדשות והטהרות עילות בספירות מלכות וספירה מלכות מתקשטת פניה בהם ומתעורדת תפארת בעלה להשפיע בה *Opera bonorum omnium & juſtorum, & ſpirituales eorum intentiones, & preces ſanctae & purae adſcendunt ad Sephiram Malcuth & Sephira Malcuth adornat ſe illis, ut ſponſam, & ſic exhibet coram Tipbereth viro ſuo & excitat eum ad influendum in eam deorſum.* Paucis verbis interpoſitis, idem ſcriptor hac ratione pergit: המעשי טובים של צדיקים מתקשטת בהן ועל ידן מתעורדת תפארת בעלה להשפיע בה בסוד הפנים *Malcuth adornat ſe, ut ſponſam, bonis operibus juſtorum & per ea excitat ſuum Tipbereth ad influendum in eam per Arcanum Facierum.* Haec omnia, ex praeſcripto reconditae, quam ſequitur, diſciplinae ad conſociationem eccleſiae & Chriſti referenda ſunt. Eccleſia nimirum ſemet ipſam, tamquam ſponſam, ſanctitate ac vitae integritate, bonisque piorum hominum operibus, quo placere ſponſo queat, condecorat: Chriſtus vero viciſſim, ut Spiritus Sancti dona in eccleſiam defluant, efficit.

§. VIII. Non minus praeclarum & illuſtre hac de re dictum ſcriptum exſtat in antiquo illo & celeberrimo libro Cabbaliſtico, quem *R. Simon Ben Jochai* tempore Trajani exaravit, quum ob metum Romanorum duodecim annos in tenebroſo deliteſceret antro; ob quam cauſſam liber hic *Zobar*, id eſt *ſplendor*, ab eo inſcriptus eſt, non ſecus ac ſi eo tempore, quo luce caruit ſenſus recreante, illam lucem, quae menti unice affulget, tanto clarius vidiſſet: רי יהודא אמר בשעתא דאסגיאו זכאין בעלמא כנסת ישראל סלקא ריחין טבין מתברכא ממלכא קדישא נאנפהא נהירין *Dixit R. Juda, quando multiplicantur merita & bona opera in mundo, tunc Cheneſeth Iſraël exhalat fragantiſſimos odores, benedicta a Rege ſancto & facies ejus coruſcant.* Quae quidem verba Hebraeus quidam interpres ita explanat: כשמתרבין הזכיות בעולם התחתון ונו *Quando multiplicantur merita in mundo inferiore, quia juſti ſemet excitant per opera bona ad uniendum & maritandum mundum inferiorem cum mundo ſuperiori, tunc Malcuth, quae dicitur Cheneſeth Iſraël, emittit odores fragantiſſimos, ad Tipbereth virum ſuum.* Haec qui tantum verba conſideraverit,

(*) Perſae in hunc usque diem *Noah* vocant *Adam Aſſeni*: quae nomina plane ſunt Ebraea: אדם השני id eſt: *ſecundus Adam.*

rit, is cum doctrinae illius univerſae, quam *Cabbalam* vocant, indolem, tum dogmatis, cujus hic res agitur, vim & ſententiam magnam partem perſpiciet. Nihil vero apertius & accommodatius ad opinionem noſtram fieri poteſt, quam hoc pronuntiatum, cui *Picus Mirandula* in *Cabbaliſticis propoſitionibus* ſuis, quas ex nonnullis vetuſtis Judaeorum auctoribus collegit, locum aliquem dedit: *Ubicumque in ſcriptura ſit mentio amoris maris & foeminae, ibi myſtice nobis ſignificatur conjunctio Tipheretb & Cheneſeth Iſraël* (ſic enim oportet legere, non *Chenjeth*, quod codices noſtri formis deſcripti habent) *vel Iieth Iſraël & Tipheretb*, id eſt, uti, quem ſupra laudavi, *Archangelus*, qui nonnullas ex *Pici* propoſitionibus illuſtravit, recte exponit: *Conjunctio domus Iſraëlis & Chriſti, qui locatur in Tipheretb, tamquam pulchrum omne pulchrum pulchrifaciens. Tipheretb* enim, id quod notum ſatis eſt, idem eſt, quod *pulchritudo & ornamentum.* Neque ſecus eruditiſſimo *Schickardo* viſum eſt: quippe qui in *Bechinath Happeruſchin*, cum alias quasdam ex Judaicis *Pici* obſervationibus, quas ibi commendat, illuſtrat, tum hanc noſtram ſequentibus verbis explanat: *Tipheretb matrimonio jungitur cum Cheneſeth Iſraël, hoc eſt, Chriſtus eccleſiae inenarrabili amore deſponſatur.* Sequitur decretum hoc apud *Picum* aliud, quod hanc etiam cauſſam noſtram attingit, nec idcirco praetermitti hoc loco debet: *Qui media nocte cum Tipheretb copulabitur, proſpera erit illi omnis generatio.* Cujus dicti ſententiam *Archangelus* his verbis expreſſit: *Tipheretb eſt ſponſus, & ſponſa eſt quaelibet anima huic contractui conſentiens & conſequenter tota eccleſia & collectio fidelium & qui per orationem Deo in media noctis adhaeret, valde de influxu Tipheretb participabit.*

§. IX. Non exiſtimo, alienum hujus loci fore, ſi praetereundo veluti, quum occaſio me invitet, aliud ejusdem generis decretum, quod idem auctor *ſecundum opinionem propriam* ſciſcit, quodammodo declarem. Certus enim ſum, paucos eſſe, quibus vis ejus & ratio pateat. *Rectius eſt*, inquit, *ut Amen Tipheretb dicat & regnum, ut per viam numeri oſtenditur, quam quod dicat regnum ſolum, ut quidam volunt.* Haec quid ſibi lex velit, haud arduum, niſi fallor, intellectu erit, modo cogitemus *Tipheretb* & *Regnum* binas eſſe illas *Sephiras*, de quibus tam late paullo ante diſſeruimus, (nam *Malcuth regnum* ſignificat) & ſimul obſervemus, quo numero & gradu inter decem Sephiras Cabbaliſtarum hae binae ſint collocatae. Verum ne diu nimis me detineat hic locus & brevitati ſtudeam, unum tantum adhuc locum ex *Nachmanide* afferam, quo de duabus hiſce Sephiris, verum aliis adhibitis vocabulis & diverſa paullum ratione, loquitur: (*) רש בחק"בה מרה תקרא כל ומרה אחרת תקרא בת נאעלת מכני ובה הוא מנהיב את הכל והיא שנקראת כלה בספר שיר השירי בעבור שהיא כלולה מן הכל והיא שחכמים מכנים שמה כנסת ישראל במק מות רבים: *Eſt in Deo proprietas quaedam ſeu Sephirah, quae vocatur* Col *ſeu* univerſitas, *quia fundamentum eſt totius univerſitatis: alia item in eo Sephirah eſt, cui nomen* Bath *ſeu* filia, *quae effluit ex eo, illaque eſt, cujus ipſe ope & auxilio mundum adminiſtrat & gubernat. Haec illa eſt, quae in Cantico Canticorum* Callah *dicitur, id eſt*, ſponſa. *Sapientes vero noſtri multis in locis eam Cheneſeth Iſraël appellarunt.* Perſpicuum eſt ex his verbis, *Tipheretb* alio vocabulo *Col* ſeu *univerſitatem* appellari: idque nomen in Chriſtum etiam apte cadit, qui quidem

(*) Paraſchah chaye Sarah.

Digitized by Google

dem totius rerum univerſitatis ſpecies ſeu *ideas* ſolus complectitur & per quem mundi conditi ſunt. Ex iisdem apparet verbis, *Malcuth* ſeu *Chineſeth Iſraël* non modo *Callah ſponſam* ſed etiam *Bath filiam* dici: quod nomen quis convenientiſſimum eſſe dubitet eccleſiae? Eſt enim non tantum Chriſti ſponſa, ſed etiam filia ejus, quae ex ipſo manat & gignitur, quemadmodum Eva ex Adami latere facta, & poſtea conjugii foedere cum ipſo ſociata, uxor ejus, ſoror & filia erat: de qua re alias cõpioſius. (*c*)

6 §. X. Haec, quae Judaeis quondam fuit, de matrimonio ſententia, vetus illud, quod a majoribus acceperunt traditum, eorum praeceptum meo quidem judicio primum peperit: *Quod non ſit conjugium hominis niſi a Deo tantum:* quod quidem nos ita enuntiare ſolemus: *Omnia conjugia in coelo decerni & fieri.* Etenim quum ita illis perſuaſum eſſet, per conjugium myſterium quoddam divinum adumbrari, non poterant, quin Deum ſingulari quadam ratione negotium hoc gubernare atque moderari, conſtituerent. (*) *Quaeſivit quidam ex R. Joſe quidnam faciat Deus poſt abſolutam creationem mundi.* Reſpondit: יושב ומזווג זווגים *Sedet & conjungit conjugia.* Exſtat eadem ſententia cum in *Targum Hieroſolymitano*, tum in eo, quod *Jonathan* confecit, in *Deut.* XXXII. 4. Deus igitur, ſi hos audias, perfecto & abſoluto hoc orbe, nihil fere negotii habet, niſi quod animos, antequam in corpora ſua deſcendant, conjugio copulat. Haec enim vox eorum eſt: כל נפשות יורדות משמים זוגות *Omnes animae deſcendunt de coelo conjugatae.* (*d*)

§. XI.

(*) *Bereshit Rabba.*

(*c*) *Copioſius*] Quae de *Malcuth* & *Tiphereth* ex Cabbaliſtarum monumentis hic afferuntur, eruditionem *Cudworthi* & inſignem rerum Judaicarum peritiam declarant: at num veritati ex omni parte conveniant, aliis exiſtimandum relinquo. Namque fateor, nec tam peritum me eſſe harum rerum, ut aptus ſim ad iſta dijudicanda, nec tam tugacem, ut vim notionum perſpicere valeam, quas Judaeorum Metaphyſici vocabulis ſuis ſubjeciſſe videntur, nec denique tanta dexteritate praeditum, ut ex dumetis, in quae compelluntur, qui haec tractant myſteria, memet expedire valeam. Voluntas quidem haud mihi defuit haec omnia tam cognoſcendi, quam ponderandi, ut quid mihi ſtatuendum eſſet, intelligerem: nec tam alieno ſum ab antiquis Judaeis animo, ut ſacroſanctorum dogmatum, quae in novi foederis libris clarius explicata nobis ſunt, omni cognitione caruiſſe eos putem. Verum lectis & relectis nonnullis ex ſcriptoribus illis, qui ſecretioris ſapientiae Judaicae praecipui feruntur cuſtodes eſſe, minus in me ſenſi ingenii & facultatis eſſe, quam ſatis eſt, ad diſpellendas difficultates, quibus haec negotia conjuncta ſunt. Quoties enim rationem, quantum potui, intendi, ut tam vim eorum caperem, quae mihi narrabant magiſtri, & certis regulis adſtringerem, quam diſcrepantes eorum ſententias inter ſe conciliarem & componerem, toties in medio conatu acies me deſtituit, viſusque mihi ſum vaſtum mare ingreſſus eſſe, unde nulla pateret ad portum aliquem via. Itaque fatigatus recepi me, atque recte me facturum opinatus ſum, ſi manerem in illis, quae ingenio meo, quod mediocre ſcio eſſe, reſpondent, ſublimia vero haec & retruſa altioris & elati animi viris, quos nec tenebrae terrent, nec ſpinae morantur, relinquerem. Contuli ſtudioſe inter ſe, quae de *Malcuth* & *Tiphereth* Cabbaliſtae tradunt: inveni quaedam in illis aperta & intellectu facilia: ſed alia ruſſus extra modum obſcura & captu meo ſuperiora. Vidi quosdam magiſtrorum conſentire cum illis, quae hic afferuntur: at ruſſus alios longe diverſa praecipere, intellexi. Incertus itaque primum factus ſum, cuinam parti me adjungerem: poſtea rationes circumſpexi, quas pro ſe quilibet afferret, quo diſcerem ex illis, quidnam eligendum eſſet: verum argumentorum loco auctoritates tantum & praecepta obtrudi mihi vidi. At non is ego ſum, qui conſtituere valeam, quisnam ex quinque vel ſex opinatoribus Judaicis, qui ante multa jam exſtincti ſunt ſaecula, nihilque nobis, ſi paucas quasdam ſententias demas, reliquerunt, ex quibus virtus & eruditio eorum aeſtimari queat, ceteris anteponendus ſit. Quare in medio rem eſſe relinquendam ratus ſum. Venit mihi diligentius haec omnia perpendenti in mentem, antiquioris Kab-

Digitized by Google

§. XI. Cum Judaeis nunc unice mihi res eſt: neque tamen teſtimonia me 7
deſtituerent, ſi ad reliquas etiam gentes accedere liberet, quae conjugium ſemper non ſecus, ac rem ſacroſanctam, ſpectarunt. *Conjugium rem eſſe vere ſacram*, vir quidam doctiſſimus ait, *id eſt, non humanitus, ſed divinitus conſtitutam, magno conſenſu gentes crediderunt.* Facit ad hanc rem in primis id, quod novellus quidam auctor de binis perantiquis ſectis, quae in Orientis regionibus adhuc vigent, refert, altera *Banjanum*, qui apud Indos degunt, veterumque *Brachmanum*, quorum etiam nomen doctores eorum adhuc retinent, mihi videntur eſſe propago, altera *Perſaeorum*, qui gente Perſae ſunt, & a celeberrimis illis *Magis*, quorum parentem *Zoroaſtrem* adhuc ſub nomine *Zertoeſt* colunt, mea quidem opinione, deſcendunt. Superiores auctor ille, quem dixi, (*) perhibet ſeptimo aetatis ſuae anno conjugium inire, eo quod conjugium ſanctiſſimis actionibus, quibus dum homo vivit hic, defungi poteſt, annumerent, ſummamque putent illis calamitatem evenire, qui coelibes decedant. Alteri genti hic eſſe mos dicitur, (†) ut ſi quis ex ea diem obeat, antequam matrimonium contrahere potuerit, nihilo tamen minus aut natum aut natam alicujus exquirant, qui defuncto homini copuletur; idque ideo faciunt, quia conjugium viam eſſe homini ad perennem in altera vita felicitatem conſequendam autumant. Et ſaepius mihi in mentem venit, quoties ea mecum expendi, quae *Plutarchus in vita Numae*, quum de familiari, quae Regi huic cum Diva Egeria fuiſſe tradebatur, conſuetudine loquitur, de Aegyptiis memoriae prodidit, ſervata fuiſſe in hoc populo a longo tempore femina quaedam opinionis hujus, de qua adhuc diſſerui: Δοκῶ ϗ, inquit,

(*) p. 62. (†) p. 47. 48.

Kabbalae Judaeorum veram ſententiam prope periiſſe; fuiſſe enim eam Metaphyſicae quoddam genus; at recentiores poſt Chriſtum natum magiſtros, ignoratione rerum & ſententiarum veterum, prorſus eam pervertiſſe, atque ad Meſſiam, populum Iſraëlis, ſpem Judaeorum de regno Meſſiae futuro, aliasque res temere ſcita majorum philoſophica accommodaſſe. Et puto nonnihil mihi argumentorum in promtu eſſe, quo hanc opinionem valde faciam probabilem. Sed quum veterum monumentorum cum penuriam, tum ſummam obſcuritatem cogito, ex quibus ſumere nos decet omnia, quae ad hanc cauſſam cognoſcendam ſunt neceſſaria, facile me contineo, ne quae meditatus ſum in literas referam. Diſcere malo his in rebus ex aliis me doctioribus & ingenioſioribus, quam docere alios.

(*d*) *Conjugatae*] Deſidero hic ego aliquid in doctiſſimi viri demonſtratione. Promittit is §. 7. planum ſeſe facturum, antiquis Judaeis perſuaſum fuiſſe, conjugium mariti & foeminae, quod in his initur terris, imaginem ſeu *typum* eſſe ſanctiſſimae ſocietatis illius, quae Servatorem noſtrum conjungit cum eccleſia. Sed non video, huic promiſſioni ſatis ab eo factum eſſe. Oſtendit ille quidem ex libris *Cabbaliſtarum* §. 8. & 9. in emanationibus lucis ſuperae, quas haec ſibi fingit familia, binas eſſe, quas *Malcuth* & *Tiphereth* appellare ſoleant: has binas *Sephiroth* vinculo quodam ab his hominibus jungi: denique eſſe in illis aliquos, qui putent *Malcuth* & *Tiphereth* vocabula eſſe abſtractas Meſſiae & eccleſiae notiones deſignantia. Nihil vero hic allatum video, ex quo conſtet, iisdem doctoribus videri, conjugia virorum & foeminarum in his terris expreſſas eſſe formas coeleſtis illius ſocietatis, quae inter *Malcuth* eſt & *Tiphereth*: qua de re tamen potiſſimum hic agitur. Quod Judaei Deum dicunt animas inter ſe copulare, antequam deſcendant in corpora, & conciliatorem omnium eſſe matrimoniorum, quae hic inuntur ab hominibus, id, niſi me plane ratio fallit, remotius ab hac cauſſa eſt. Nam quis ita audeat ratiocinari? Deus ex mente Judaeorum auctor eſt omnium conjugiorum & animas omnes, antequam huc veniunt, foedere matrimonii ſociat: Ergo iidem cenſent in matrimoniis hominum adumbrari ſpirituale conjugium duarum Sephirarum, *Malcuth* & *Tipheretb*, Chriſti & eccleſiae. Dicamne philoſophiae Platonicae amorem & eruditionis copiam obſtitiſſe magno viro interdum, ne perſpiceret, quid ex unaquaque re conſequeretur? An vero numero & mole rerum, quas animo volvebat, impeditum fuiſſe, ne quae mente deſignaverat omnia expromeret, ſed partem quamdam omitteret?

quit, εἰ Αἰγύπτιοι τὸν ἀσώματον δαίμονα, ὡς γυναικὶ μὲν τὸ ἀδύνατον πνεῦμα πλησιάσαι θεῷ καὶ πῶς ἐπιτεῖν δέχασθαι φύσεως· ἀνδρὶ δ' οὐκ ἔστι σύμμιξις πρὸς θεὸν, οὐδὲ ὁμιλία σώματος. Non opus eſt ut haec vertam. Credibile vero eſt, *Plutarchum* non ſatis ingenue ac incorrupte hanc opinionem retuliſſe: quod ſi recte gentis ſententiam expreſſit, in hanc quidem ſuſpicionem ea nos adducere poſſet, exſtitiſſe inter Aegyptios vaticinationem aliquam de futura *Jeſu Chriſti* per Spiritum Sanctum in utero virginis Mariae conceptione. (*e*)

8 §. XII. Ceterum ex illis, quae huc usque expoſuimus, vera illa cauſſa cognoſcitur, propter quam in divinis libris communio illa, quae Chriſtum ſociat & eccleſiam, cum conjugio maris & foeminae, & ſponſi ſponſaeque amoribus conferatur. Novimus, hanc imaginem & in veteri, & in Novo Teſtamento, in primis *Pſalmo* XLV. & per totum *Salomonis canticum* adhiberi. *Joannes* Baptiſta nominibus νύμφης & νυμφίου non ſecus utitur, quam ſi eadem poteſtate & notione praedita eſſent *Joh* III. 28. 29. *Ego non ſum Chriſtus, ſed praemiſſus ipſi ſum. Qui ſponſam habet ſponſus eſt.* Ex quo quidem apparet, valde notam illa aetate hanc

(*e*) *Conceptione*] (I.) Novellus ille auctor, ex quo ſumſit vir eruditiſſimus, quae de Indis, qui *Banjanes* vocantur, & de reliquiis antiquae gentis Perſarum hic memorat, *Henricus* eſt *Lord*, Anglus, qui curioſe in utriusque gentis religionem inquiſivit & quae magna cura eruit, binis libris Anglice exaratis complexus eſt, quorum alter inſcribitur: *Diſcovery of the Banjan religion, extracted from their ſacred Book called Shaſter*, alter: *An account of the Religion of the Perſees.* Uterque *Londini* hic 1641. ille 1642. *in* 4. editus eſt. Magni faciunt hos libellos illi, qui populorum Orientalium moribus & inſtitutis cognoſcendis operam dant. Facile autem exiſtimatu eſt, unde haec venerit tam Banjanum, quam Perſarum opinio de ſanctitate conjugii. Veriti ſunt conditores gentis, aut qui reipublicae antiquis temporibus praefuerunt, ne legitima negligerentur variis de cauſſis conjugia, atque haec neglectio non modo ſummam rerum omnium perturbationem, ſed perniciem etiam populi & interitum gigneret. Itaque religione devinciendos ſibi animos eſſe rati ſunt; quem morem conſtat multis fuiſſe illorum, qui civitates olim vel gubernarunt, vel fundarunt; ſanxeruntque conjugium viam eſſe ad perennem animorum ſalutem, neque de aeterna felicitate conſequenda aliquem certum eſſe poſſe, niſi qui maritum aut uxorem matrimonio ſibi junxerit. Credo vero, in Perſarum gente hanc opinionem haud natam vel antiquis temporibus receptam fuiſſe. Nam qui de veterum Perſarum rebus expoſuerunt ex vetuſtis ſcriptoribus, nihil ejusmodi ſcriptum de illis reliquerunt. Itaque nil dubito, eos, qui ex antiquis re[illegible] Perſis, quos ex Indorum & Mahumedanorum praeceptis in ſuam diſciplinam multa transtu[illegible] certus ſum, hanc quoque doctrinam ab illis accepiſſe traditam & populo inſtillaſſe. Nec id ante contigiſſe arbitror, quam poſt illa tempora, quibus antiquum Perſarum regnum a Mahumedanis prorſus exciſum & everſum fuit. Qua aetate quum praefecti & doctores populi metuerent, ne tenuis, qui ex graviſſimis bellis ſuperaret, veterum Perſarum numerus multitudine miſeriarum & calamitatum, quibus ab hoſtibus ſuis quotidie vexabatur, a certis conjugiis ineundis abſterreretur & ſtirps idcirco tota periret, Indorum dogma de conjugio paullatim introduxerunt, tamquam aptiſſimum ad gentis univerſae cladem declinandam.

(II.) *Plutarchi* locum *ex vita Numae p. 62. Tom.* I. *Opp.* emendavi ex codice formis deſcripto & integrum exhibui. Nam corruptus nonnihil & poſtremis verbis mutilus a doctiſſimo viro editus erat. Nec inutile arbitror Latinam ejus ſubjicere verſionem, quam *Cudworthus* parum eſſe duxit neceſſariam: *Et quidem non abſurde putantur Aegyptii exiſtimare, nihil prohibere, quin halitus Dei mulieri appulſus, principia infundat generationis, ſed viro nullum cum dea patere congreſſum vel corporis conſuetudinem.* Quae vero vir egregius ad illuſtrandum hunc *Plutarchi* locum differit, ea numquam ut probem a me impetravero. Cenſet is (1.) Aegyptiorum, quam *Plutarchus* refert, opinionem cum Perſarum & Indorum ſententia de conjugio commune aliquid habere. Hanc ego convenientiam nullo modo perſpicio. Indi & Perſae putant neminem aeternae ſalutis fore participem, niſi hominem, cui conjux fuit, dum vixit. Aegyptii vero mulierem opinantur gravidam fieri poſſe afflatu Numinis cujusdam. Quaenam, obſecro, harum opinionum eſt affinitas? Num idcirco Aegyptii putandi ſunt matrimonium pro re ſacroſancta & divina habuiſſe, quia Deos incogni-

ta

hanc conjugii ſignificationem inter Judaeos fuiſſe. *Matth.* XXII. regni coelorum comparatio inſtituitur cum Rege nuptias filio ſuo inſtruente. In *Joannis divina patefactione* frequens exſtat mentio nuptiarum agni: plures ejus generis locos, ut commemorem, neceſſe non eſt. Nec alia de cauſſa inanium Deorum cultus & falſae religionis in eccleſia Dei propagatio *ſpiritualis ſcortationis* nomine in ſacris libris deſignatur, vixque ullam putem figuram translationem ac dicendi formam ſaepius & conſtantius per univerſum codicem ſacrum uſurpari, quam hanc ipſam. In his autem omnibus, ſimilibusque locis non nudam nos *metaphoram*, ſed *myſterium* aliquod, oportet quaerere. Et ipſe fortaſſis Servator noſter myſterii hujus naturam vitae ſuae, quam in hiſce terris egit, genere ac rationibus indicavit Etenim non inepte Theologorum aliqui (*) animadverterunt, non poſtremam rationem, propter quas coelibem Chriſtum vitam ducere oportuerit, hanc fuiſſe, 9
ut ſe *ſponſum* eſſe oſtenderet *eccleſiae*. (*f*)

§. XIII. Elegantiſſime hanc rem expreſſit vetus quidam Syrorum philoſophus in

(*) Lud. Vives *de verit.*

ta quadam virtute ex puellis matres facere, ſine viri auxilio, exiſtimarunt? (2.) Addit quidem vir eruditiſſimus, probabile ſibi videri, *Plutarchum* male retuliſſe & adulteraſſe germanam Aegyptiorum doctrinam. Sed quibus hoc rationibus effici queat, neſcio. Ego quidem, quod paullo poſt oſtendam, dignam eſſe prorſus Aegyptiorum ſacerdotibus hanc ſententiam, quam memorat *Plutarchus*, & moribus eorum plane conſentaneam arbitror. Si quae nobis haud arrident, corrupta ſtatim & depravata fas foret dicere, de tota veteri Hiſtoria conclamatum eſſet. (3.) Omnium minime id fero, quod poſtremo monitum eſt: ſi nihil peccavit *Plutarchus* in Aegyptiorum dogmate exponendo, conjecturam inde fieri poſſe, edoctam fuiſſe hanc gentem a vate quodam divino de futura *Jeſu Chriſti*, Servatoris noſtri, conceptione. Mihi vero hoc dogma manifeſtum videtur eſſe ſcelerum & flagitiorum argumentum, quae in ſecretis locis ſacerdotes Aegyptii commiſerunt, non autem tam auguſtae ac divinae rei, qualis eſt Servatoris noſtri conceptio, ſignum. Sciunt, quos rerum antiquarum cognitio delectat, impios & libidinoſos omnium fere populorum ſacerdotes mulieres in fanis Deorum cubantes compreſſiſſe, rudique & indocto populo poſtea perſuaſiſſe, ipſos Deos vim intuliſſe hiſce foeminis, amore earum captos. Ipſa, quam loqui facit *Ovidius*, *Juno* improbas haſce fraudes metuit *Metamorph. Lib.* III. *vſ.* 281. 282. *p.* 195. *Tom.* II. *Opp.*

—— *Ait: Metuo tamen omnia: Multi*
Nomine DIVORUM *thalamos ſubiere pudicos.*

Nec caſtiores, aut minus vafri erant religionum Aegyptiacarum antiſtites, immo audaciores fere ceteris. Deos enim hi nebulones mentiebantur ipſos deligere mulieres, quibuscum concumbere vellent: his electis mulieribus certum in templo conclave deſtinatum erat, in quo lectus erat poſitus: huc Deum noctu ſolum accedere & mulierem conſuetudine ſua dignari dictitabant. De ſacerdotibus, qui Thebis Aegyptiis fanum Jovis curabant, diſerte hoc memoriae prodidit *Herodotus Hiſtoriar. Lib.* I. §. 182. *p.* 73. Poſtquam nimirum in Jovis Beli templo id, quod dixi, uſitatum fuiſſe narraverat, ita pergit: *φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, τὸν Δία αὐτὸν φοιτᾶν τε ἐς τὸ ἱρὸν καὶ ἀναπαύεσθαι ἐπὶ τῆς κλίνης κατάπερ ἐν Θήβῃσι τῇσι Αἰγυπτίῃσι, κατὰ τὰ αὐτὰ τρέχει, ὡς λέγουσι οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ γὰρ δὴ καὶ ταύτῃ κοιμᾶται) ἐν τῷ τοῦ Διὸς τῷ Θηβαιέος γυνή· ἀμφίστεαι δὲ αὐταὶ λέγουσι) ἀνδρῶν οὐδαμῶν ἐς ὁμιλίην φοιτᾶν. Narrant autem ipſi illi, mihi non credibilia referentes, Deum ipſum & venire in templum, & in lecto conquieſcere, perinde atque Thebis Aegyptiis, eodem modo, quo ferunt Aegyptii. Nam & ibi in Thebaenſis Jovis fano mulier cubat: quarum mulierum utraque cum nullis viris putatur habere conſuetudinem.* Nec ego reliquam vilem turbam horum ſacerdotum ſanctiorem Diospolitanis his fuiſſe credo. Haec impia & nefaria facinora poſcebant ab his hominibus, ut id, quod *Plutarchus* refert, in vulgus diſſeminarent, mulieresque docerent afflatu Numinis quodam concipere & gravidari poſſe, viris autem non datum eſſe, Dearum amore & concubitu frui.

(*f*) *Eccleſiae*] Cum his ego Theologis nolim facere. Sublimiores longe in promtu ſunt cauſſae, propter quas Servatorem noſtrum conjugio ſolutum oportuit vivere, nec idcirco neceſſe eſt, ut ad myſticas & metaphoricas confugiamus, quibus parum pretii ſapientiores ponunt.

Digitized by Google

in carmine, quo *divinae sapientiae* praestantiam translatis verbis cecinit, a *Sionita* edito: quod ut praetermittam hic, a me nullo modo impetro:

ܒܬܘܠܬܐ ܚܕܬܐ ܒܥܠܡܐ ܐܬܝܬ ܠܝ

Occurrit mihi in mundo puella
Aspectu bella
Et oculis splendida
Et vultu pulchra.

ܘܐܡ ܘܒܬܘܠ ܒܥܠܡܐ ܗܘ ܕܒܬܘܠ
ܘܐܡ ܘܒܬܘܠ ܒܥܠܡܐ ܗܘ ܕܒܬܘܠ

Virgo & mater, adolescentula,
Et vetula & familia
Admiranda.

ܒܐܦ ܒܦܪܨܘܦܗ ܐܬܬܚܙܝ ܝܘܡܐ
ܕܟܠ ܡܢܗܪ ܠܗ
ܘܠܝܠܝܐ ܐܦܠ ܒܬܪ ܙܘ
ܒܓܕܝܠܝ ܕܪܝܫ

In ejus facie depicta est dies
Quae omnia illuminat
Et nox obscura suspensa est
Crinibus ejus.
In medio palpebrarum ejus
Occultantur Sol & Luna & Aër;
Etiam elementa coram ea
Exultant, motu circulari.

Hactenus pulchritudinem ecclesiae videtur laudare: post ea Christum, tamquam sponsum, inducit, his verbis:

ܚܙܝܬ ܠܥܠܡܐ ܕܒܪ ܐܢܫ

Vidi juvenem jucundum diademate vinctum
Ejus puellae, quae me insanum reddit,
Amore percitum.

Prima igitur instituti mei parte defunctus sum: planum enim feci, *conjugium maris & foeminae typum esse, cujus archetypus est conjunctio Christi & ecclesiae.*

§. XIV.

Digitized by Google

§. XIV. Ad alterum jam accedo momentum, idque demonſtrare adgredior: *Evae creationem ex Adamo & conjugium cum eodem poſtea initum, quod primum omnium reliquorum conjugiorum exemplar fuit, imagines pariter eſſe earum rerum, quae Chriſto, alteri Adamo, & conjugi ejus, eccleſiae, eveniunt.* Hoc ita ſeſe habere, ex membro 30. & 31. dicti ejus, cujus ſententiam enodamus, apertum mihi eſſe videtur. Etenim in his membris ſanctus vir de Chriſto & eccleſia eadem adhibet verba, quae in *Geneſi* de Eva ex Adamo condita leguntur ſcripta: *Nam*, inquit, *membra* 10 *ſumus corporis ejus, ex ejus carne & oſſibus. Propterea homo, relicto patre atque matre, adhaerebit uxori ſuae, fietque ex duobus unum corpus.* Ac ne quis fortaſſis ſuſpicaretur, poſteriora haecce verba de uxore & marito unice accipienda eſſe, ad Chriſtum vero & eccleſiam eodem jure haud poſſe referri, quo verba praecedentia, quibus tamen a *Moſe* in *Geneſi* continuo ſubjiciuntur, haec addit: *Myſterium hoc magnum eſt: Loquor vero de Chriſto & eccleſia.* Evidens eſt, divinum virum nihil conſumere diligentiae, ut probet myſticum ejusmodi ſenſum in his *Moſis* verbis latere reconditum, neque de hac re ſic verba facere ad Judaeos recens ſacris Chriſtianis initiatos, ac ſi novum aliquid & inauditum illis antea loqueretur, ſed tamquam de re ſatis inter eos nota & pervulgata differere. Unde patet, genus quoddam *Cabbalae*, ſeu doctrinae a majoribus acceptae, inter eos exſtitiſſe, ex qua de hujus interpretationis veritate certi fuerint. Idque praeclare jam perſpexit vir ingenioſiſſimus *Petrus Cunaeus de republ. Ebraeor. Lib.* III. *Capite* 8. quo, quum oſtendiſſet, multos Veteris Teſtamenti locos in Novi foederis libris ex lege *Cabbalae* cujusdam, quae inter Judaeos id aetatis fuerit, exponi, noſtrum in his quoque dictum eſſe, nil dubitat praecipere: *Etiam in illis verbis, quae exſtant in capite ſecundo Geneſeos agnoſcimus Cabbalam. Quod enim ibi dicitur,* RELINQUET HOMO PATREM MATREMQUE ET ADHAERABIT UXORI, *ex illo ignotum mortalibus ſacramentum revelat Apoſtolus in capite quinto epiſtolae ad Epheſios. Myſterium hoc magnum eſt, loquor autem de Chriſto & eccleſia.*

§. XV. Amplius *Cunaeus* haud progreditur, nec qualis ratio ſit Cabbalae hujus, explicat. Neque neceſſarium eſt ad hanc ſententiam firmandam, ut illius veſtigia quaedam in Judaeorum, quos adhuc hodie terimus, libris oſtendamus. Nihilo tamen minus omni tentabimus ſtudio & opere, num ejus generis aliquid ex monumentis Ebraeae gentis eruere queamus. *Moſes* ergo *Maimonides* in *Moreh Nevochim Lib.* II. *Cap.* 30. de Hiſtoria Geneſeos, primaque rerum omnium creatione diſputans, primo quidem nonnulla tradit, quae perſpicua ſunt, nec intellectu gravia, deinde vero ad myſteria quaedam lectori ſuo narranda ſeſe comparat, quorum tamen interpretationem, ne rerum arcanarum gentis ſuae proditor videretur, daturum ſeſe negat eſſe: ודע כי אלו הדברים אשר אזכרם לך מדברי החכמים אמנם הם דברים בתכלית השלמות מבוארי הפירוש לאשר זכרו לו מתוקנים מאד ולזה לא ארבה בפירושם ולא אשימם פשוטם שלא אהיה מגלה סוד *Quae tibi ex verbis ſapientum noſtrorum propoſiturus ſum, ſunt perfectiſſima & ordinatiſſima, ideo non diu immorabor in expoſitione illorum, neque ſenſum ipſorum explicabo, ne arcanorum fiam revelator.* Horum myſteriorum primum his ab eo verbis exponitur: אדם וחוה נבראו כאחד מתאחרים ושהוא נחלק ולקח חציו והוא חוה והובא אליו והבן זה איך היה הבאור שהם ב׳ בצד אחר והם אחד כמו שאמר עצם מעצמי ובשר מבשרי והוסיף זה חיזק באמרו שהשם על שניהם יחד א׳ח וחזק היותם אחד ואמר ידבק

ידבק באשתו והיות לבשר אחד *Buxtorfius* haec ita Latine reddidit, qui tamen mihi sententiam auctoris non satis semper assequutus videtur esse. *Adam & Eva creati fuerunt sicut unus, & tergis vel dorso conjuncti, postea vero a Deo divisi fuerunt, qui dimidiam illam partem accepit, & fuit Eva, & adducta fuit ad ipsum. Animadverte quomodo explicetur, quod fuerint certo respectu* DUO, *id confirmatur ex eo, quod dicitur, nomen unum* AMBOBUS *convenire: Vocabitur Ishah vira, quia ex Ish viro desumta est; quod fuerint* UNUM *id confirmatur eo, quod dicitur: Et adhaerebit* UXORI *suae & erunt in carnem unam.* Ne quis vero putaret, dicta haec ex ordinaria verborum vi & potestate unice metienda esse, orationem ita terminat: מה גדול סכלות שלא יבין שזה כלו לענין בהכרח *Quanta vero est ignorantia illius, qui non intelligit haec secundum aliquem sensum occultum intelligenda esse?* Praeter hunc & alii quidam gentis hujus doctores, hoc ipsum dogma, qualecumque demum sit, non prorsus intactum dimiserunt. *R. Simeonis Ben Jochai* haec sunt in libro *Zohar*, quem antea laudavi, verba: אדם וחוה דא בסטרא דא אתבריאו מאי טעמא לא אתבריאו אנפין באנפין *Adam & Eva creabantur latere ad latus, quaenam est ratio, quod non creabantur facie ad faciem? R. Salomon & Aben-Ezra in secundum caput Geneseos*, itemque *Elias Levita* in *Thisbi* sub voce פרצף breviter illud his verbis ex *Midrash Aggadah* exprimunt: האדם הראשון נברא בשני פרצופין ואחר כך חלקו *Primus Adam creatus est bifrons, at postea divisus est a Deo in marem & foeminam.* Exstat quoque mentio ejus in *Beresbith Rabba*, nec non in *Talmude Babylonico*, codice *Beracboth*: רו פרצופין ברא חק"בה באדם הראשון שנא' אחור וקדם צרתני *Duas facies creavit Deus in Adamo primo, sicut dicitur: ante & retro formasti me.* Eodem
11 sine ulla controversia *Philo*, Judaeus, spectavit *Libro* περὶ τῆ Κοσμοποιίας, quum de mulieris creatione his verbis loqueretur: (*) Ἐπεὶ δ' ἐπλάσθη ἡ γυνὴ, θεασάμενος εἶδος, ἠράσθη· καὶ συῤῥυὲν μορφῇ, ἐνέμενεν τῇ ὄψει· ἅμα δ' ἐπιγενόμενος καθάπερ ΕΝΟΣ ΖΩΟΥ ΔΙΤΤΑ ΤΜΗΜΑΤΑ διέκοπτε συναγαγὼν εἰς ταυτὸν ἀφεστῶτα. *Quando vero facta est mulier, videns homo cognatam speciem & imaginem, delectabatur spectaculo; superveniens autem amor tamquam* UNIUS ANIMALIS DUO SEGMENTA AB INVICEM DISTANTIA *colligens, in unum iterum compegit.* Non igitur, id quod ex his locis appareret, desiderantur veteris cujusdam Judaeorum de illa parte Historiae *Mosis*, quam *S. Paulus* mystica ratione, explicat, *Cabbalae* seu *traditionis* vestigia. Vis quidem & sententia dogmatis ex his nondum dictis intelligitur: unus tamen nos *Maimonides* edocuit, OCCULTO quodam SENSU illud accipiendum esse.

§. XVI. Hunc vero antequam indagemus interiorem sensum, operae pretium fuerit, ostendere, quo hoc antiquissimum esse dogma pateat, diuque notum ante tempora *Pauli*, a quo *epistolam ad Ephesios* exaratam esse novimus, ipsum *Platonem* notitia ejus non caruisse, qui haud dubie in Orientis quadam parte traditum illud accepit. Non mediocrem, opinor, admirationem haec observatio plerisque pariet. Is igitur philosophus in egregio illo, quem *Symposiacum* inscripsit, *Dialogo de amoris natura*, *Aristophanem* his loqui verbis facit: (†) Ἡ γὰρ πάλαι ἡμῶν φύσις

(*) p. 35. (†) p. 328. Opp.

(g) *Commixtum*] Omittit in his verbis *Platonis* aliqua vir doctissimus, quae non parum tamen conducunt ad totam philosophi sententiam rite cognoscendam. Crediderim fere, hoc ideo factum ab

φύσις ἐχ αὐτὴ ἦν ὑπερ νῦν ἀλλ' ἀλλοία. Ἀνδρόγυνον γὰρ ἓν τότε μὲν ἦν καὶ εἶδος καὶ ὄνομα ἐξ ἀμφοτέρων κοινὸν τῷ τε ἄρρενος καὶ θήλεος. *Non erat antiqua hominum natura, qualis nunc eſt, ſed longe diverſa.* ANDROGYNUM *tunc enim erat & ſpecie & nomine, ex maris & foeminae ſexu commixtum.* (g) (Haec velim lectores cum illis *Maimonidis* verbis comparare: *Adam & Eva creati fuerunt, ſicut unus*, antequam pergant in legendo *Platonis* loco) Ἔστιν ὅλον ἦν ἑκάστου τὸ εἶδος στρογγύλον, νῶτον καὶ πλευρὰς κύκλῳ ἔχον, χεῖρας δὲ τέτταρας εἶχε καὶ σκέλη τὰ ἴσα ταῖς χερσί, καὶ ΠΡΟΣΩΠΑ ΔΥΟ ἐπ' αὐχένι κυκλοτερεῖ. *Erat porro tota hominis ſpecies rotunda, dorſum & latera circum habens, manus quatuor, totidemque crura, facies item duas tereti cervice connexas.* Hic quae πρόσωπα δύο vocat *Plato*, ea in loco, quem ex *Talmude* antea produximus, iisdem verbis דו פרצופין appellari videas. Circa illa enim tempora, quibus ſecundum Judaeorum templum everſum fuit, inclinata jam linguae Hebraeae & Chaldaeae aetate, non pauca vocabula in utramque hanc linguam, ex Graecorum, Latinorum, aliorumque barbarorum populorum ſermone translata ſunt. Addit *Plato* his dictis uberiorem ipſius rei explicationem & declarationem. Idem vero quum ad partitionem *Androgyni* hujus animalis in binas naturas, alteram maſculam, alteram foemineam, procedit, memorat quaedam occaſione data, quae in Judaeorum auctoribus fruſtra mihi quaeſita ſunt: nec tamen ullo modo dubitare licet, quin ea quoque ex majorum ſententiis ore traditis & propagatis, ab aliis licet, quam ipſis Judaeis, alicubi terrarum acceperit: τὰ φρονήματα μεγάλα εἶχον· ἐπεχείρησαν δὲ τοῖς θεοῖς καὶ ὁ λόγος Ὁμήρου περὶ Ἐφιάλτου τε καὶ Ὦτου, περὶ ἐκείνων λέγει τὸ εἰς τὸ ὑπερὸν ἀναβαίνειν ἐπιχειρεῖν παῖδων, ἐπὶ θεομαχίαν τοῖς θεοῖς. *Animos ſuperbos habuerunt, Diis bellum inferre conati & in coelum adſcendere, quemadmodum de Ephialto & Oto narrat Homerus, ut violentas manus in Deos inferrent.* Deliberantibus inter ſe Diis, quodnam malo huic opponendum eſſet remedium, Jupiter ad extremum hoc in medium protulit conſilium: Διαπεμῶ δίχα ἑκαστον: *Unumquemque in duas partes diſſecabo.* Quibus dictis, rem ſtatim aggreſſus eſt: τοῦτο εἰπὼν, ἔτεμνε τοὺς ἀνθρώπους δίχα, ὥσπερ οἱ τὰ ὠὰ τίλλοντες καὶ μέλλοντες ταριχεύειν. *Haec fatus, bifariam partitus eſt ſingulos, inſtar eorum, qui ova dividunt, ut ſale condiant.* Ἐπὶ δὲ ἓκ τοῦ ὁ ἔρως ἐμφυὴς ἀνθρώποις, καὶ ὁ ξυναγωγὸς τῆς ἀρχαίας φύσεως συναγωγὸς καὶ ἐπιχειρῶν ποιῆσαι ἘΝ ἐκ ΔΥΟΙΝ καὶ ἰᾶσασθαι τὴν φύσιν ἀνθρωπίνην. Ἕκαστος οὖν ἡμῶν ἐστὶν ἀνθρώπου ξύμβολον, ἅτε τετμημένὸς ὥσπερ αἱ ψῆτται ἐξ ἑνὸς δύο. Nihil fieri hiſce verbis excellentius & praeſtantius poteſt, quippe quae non modo naturam matrimonii, ad 12
mentem prorſus ſacri codicis, breviter explicant, verum etiam praeter ea ſublimius quoddam myſterium continere & obſcurius prodere videntur: *Hinc nimirum ex illo tempore mutuus hominibus innatus eſt amor* PRISCAE NATURAE CONCILIATOR *annitens* UNUM EX DUOBUS *efficere*, (quid, quaeſo, ſimilius illis ſacri codicis verbis eſſe poteſt: *Duo una erunt caro*) *hominumque naturae mederi: eſt igitur unusquisque noſtrum hominis collatio & quaſi dimidium, veluti diſſectus, ut illi piſciculi, qui Pſettae vocantur, ſciſſi ex uno efficiuntur duo.*

§. XVII. Tantum apud me haud valet auctoritas *Euſebii* (*) ut *Platonem* mihi

(*) *Lib* XII. *Praepar. Euang.* (toto.)

ab ipſo eſſe, ut *Plato* ſimilior Judaeorum magiſtris videretur, quam revera eſt. Meo quidem judicio multum intereſt inter *Platonis* & Judaeorum de primis hominibus doctrinam: quod paullo poſt oſtendere conſtitui.

mihi perſuadeam ipſos *Moſis* libros evolviſſe, ex illisque cum univerſam hanc narrationem, tum alia non pauca depromſiſſe. Namque, ut multas omittam alias non levis momenti cauſſas, (*) quibus adducor, ut *Platonem* credam, nullum ex divinis illis voluminibus tractaſſe, diſſidet prorſus haec ejus fabula ab illis, quae *Moſes* eadem de re ſcripta reliquit, at Judaeorum, quod ſupra enarravimus, dogmati conſentanea eſt. Quapropter in eam venio ſententiam, quum in Aegypto aut aliis in Orientis regionibus, Palaeſtinae contiguis & finitimis, homo degeret, haec ipſum fando audiviſſe & ab aliis accepiſſe. At, quod ſcite *Leo Hebraeus* animadvertit, fictus, meo judicio, ſcriptor, cujus verum fuiſſe nomen opinor *Judas Abravanel* (*h*) binas res inter ſe diverſas temere confudiſſe videtur. Nam quum ipſi narratum eſſet, *Evam* ex *Adami* latere, diviſione quadam unius hominis in binas partes, procreatam eſſe, primosque parentes noſtros ſuperbia ſua, quum divinae naturae ſimilitudinem appeterent, in magnas incidiſſe miſerias, haec duo ratus eſt unam eſſe Hiſtoriam. Itaque nil ea dubitavit conjungere, tradiditque ſuperbiam & arrogantiam hominum commoviſſe Deum, ut in binas eos partes, quo ſcelerum ſuorum poenas luerent, diſſecaret: quod quidem totum a *Moſis* narratione diſcrepat, qui peccatum primorum hominum poſt procreationem *Evae* ex latere *Adami* contigiſſe, memoriae prodidit. Ceterum dubio caret, exiſtimaſſe *Platonem*, divini amoris naturam hac in narratione, tamquam in ſpeculo quodam, adumbratam eſſe: quod quemadmodum intellexerit, *Leo* Hebraeus & *Ficinus* declarare ſtuduerunt. At ſimplicior fortaſſis, quam hi volunt, philoſophi fuit ſententia, nec alia, quam haec: Hominem, qualis fuit initio, conjunctum fuiſſe cum Deo & unum veluti cum eo: poſtea vero in peccata prolapſum a Deo plane ſecretum & in corpus detruſum fuiſſe: divini tamen amoris fieri potentia poſſe, ut idem ſeſe rurſus erigat, & per gradus ſenſim ad Deum reducatur, cumque eo non diſſimili ratione coaleſcat, quam qua uxor & maritus per amorem corporeum & externum ſociantur & inter ſe copulantur. (*i*)

13 §. XVIII. Verum ipſos Judaeorum magiſtros, eos potiſſimum, qui *Cabbalae* tradunt & interpretantur myſteria, neceſſe eſt adeant, qui Judaici hujus dogmatis

(*) Vide *Eugubinum in Timaeum Platonis.*

(*h*) *Abravanel*] Exſtant ſub *Leonis Hebraei* nomine *Dialogi tres de amore*, Italico ſermone conſcripti, & in Latinum a *Jo. Carolo Saraceno* converſi: quam verſionem *Jo. Piſtorius* inter *ſcriptor. artis Cabbaliſticae Tom.* I. *p.* 331. *ſ.* retulit. Ex his dialogis ſumta ſunt, quae hic a *Cudworthio* afferuntur. Latet, quod hic recte animadvertitur, ſub *Leonis* vocabulo *R. Jehuda*, *R. Iſaaci Abrabanelis* filius. Lege omnino *Jo. Chriſtoph. Wolfium Biblioth. Hebraeae Tom.* I. *p.* 434. *ſ.* & *Tom.* III. *p.* 316. *ſ.* Vehementer hunc librum multi commendant, eruditiſſimi quoque viri, tamquam inſignis eruditionis & reconditae ſcientiae plenum: ego vero, ſi quod meum eſt judicium, haud magni eum eſſe faciendum exiſtimaverim. Miſcet temere Judaeus hic Platonicorum ſublimes de amore argutias & magiſtrorum gentis ſuae placita, neque rationi & judicio obſequitur, verum laſcivienti, modumque neſcienti ingenio totum ſeſe gubernandum committit. Apparet hoc vel ex illis, quae ad illuſtrandam *Platonis* fabulam, cujus hic res agitur, affert. Namque cenſet in ea cum *Marſilio Ficino*, qui *commentario Platonis ſympoſium* illuſtravit, imaginem & figuram quamdam divini amoris expreſſam eſſe: in quam ego ſententiam neminem arbitror ingreſſurum eſſe, qui libero ad *Platonis* lectionem animo acceſſit, nec quod *Platonem* ſentire cupit, ſed quod vere ſenſit, in eo ſibi quaerendum eſſe duxit.

(*i*) *Copulantur*) Ut ſibimet ipſis magni homines nonnumquam obſtant, ne verum videant! Impia tota eſt & vana *Platonis* haecce fabula, quod ſtatim apertum faciam: & ſumma tamen vir doctiſſimus myſteria in ea ſibi videtur cernere. Narrat

gitized by Google

tis veram & germanam ſignificationem requirunt. Hos ergo ſi doctores conſulamus, audiemus ex illis, Adamum quoque & Evam imagines & figuras eſſe binarum arum *Sephirarum*, de quibus abunde ſupra diſſeruimus, *Tipbereth* & *Malcuth*. Etenim has narrant initio unam tantum fuiſſe *Sephiram*, utroque ſexu maſculo ac foemineo praeditam, poſtea vero, ſublata hac conjunctione, in binas abiiſſe, מהיות אחור אחור rurſus vero, uxoris inſtar ac mariti, ſociatas easdem & conjunctas fuiſſe, פנים פנים. Copioſe hanc rem perſequutus eſt & ex ipſis artis Cabbaliſticae adytis explanavit, is, qui librum *Sepbab Tal*, cujus ſupra mentionem feci, exaravit, ſingulari de hoc argumento Diſſertatione, quam inſcripſit: סור דו פרצופין *Arcanum duarum facierum*. Operae pretium fuerit, quosdam ex hoc libello locos, qui ceteris mihi clariores & ad rem inſtitutam aptiores viſi ſunt, huc transferre: נשמת אדם שהיא זכר נאצל מתפארת ונשמת חוה שהיא נקיבה נאצלה ממלכות דו פרצופין חוי אחד הבריאה רל אחד נריאותן בעולם הזה הגופני התומרי היו דו פרצפין בגוף אחד וכמו כן מקור אצילותן שהם תפארת ומלכות ר"ל מקור נשמח של אדם שהדא תפארת ומקור נשמת חוה שהוא מלכות כשהיו אלו שתי ספירות תפארת ומלכות בסוד הבינה היו גם כן גוף אחד ספירה אחד נבללה מן דו פרצופין שהם סוד זכר ונקיבה ונ'ו *Anima Adami, qui erat maſculus, emanavit ex Tipbereth & anima Evae, quae erat foemina, emanavit ex Malcuth: Duas facies babuerunt poſt creationem, hoc eſt, poſt creationem eorum in mundo hoc corporeo & materiali duas babuerunt facies in corpore uno: Et ſicut Adam & Eva materiales habuerunt duas facies in uno, ſic etiam fontes unde emanarunt Tipbereth & Malcuth ſcilicet fons animae Adami, qui erat Tipbereth, & fons animae Evae, qui erat Malcuth, quando erant hae duae Sephiroth Tipbereth & Malcuth in ſecreto Binah, erant tunc corpus unum, Sephirah una, conſummata ex duabus faciebus, quae erant ſecretum maris & foeminae. Et Zohar loquitur quidem* (in illo nempe, quem antea ex eo produximus, loco) *de inferioribus & de animis Adami & Evae, ſed intelligendus eſt de ſuperioribus ſcilicet de fontibus, unde emanarunt.* Alio loco haec exſtant: ידוע כי אלו נפירות תפארת ומלכות מנהיגים את העולם ואינם צריכין להתגלות רק אחד בריאת אדם

rat (1.) *Plato*, binos olim ſexus in primis hominibus conjunctos fuiſſe: hoc ſignificat, ſi *Cudworthum* ſequi placeat, animos cum Deo ſociatos & arctiſſima communione copulatos fuiſſe antequam haec in corpora immitterentur. Alter ergo ſexuum, quos *Plato* fingit in primis mortalium fuiſſe, ipſius Dei figura *Platoni* & imago eſt. Uter vero? Num maſculus Deum refert ſexus, an vero muliebris? Maſculus, ut arbitror. Narrat (2.) homines hos utriusque ſexus ferocibus fuiſſe ingeniis, neque veritos fuiſſe, Diis ipſis bellum inferre. Hoc ex doctiſſimi viri ſententia denotat, animas ante corpora exſiſtentes peccatis ſeſe contaminaſſe. Belle! Ergo Deus ipſe peccavit in Deum. Alter enim ſexus in primis mortalibus ipſum Deum ſignificat: quocirca Deus cum anima conjunctus Deum debellavit, ſi homines ex utroque ſexu compoſiti figurae ſunt mentium cum divina natura conjunctarum. Narrat (3.) Deos, ut ferociam hominum illorum ex duplici ſexu conſtantium comprimerent, in binas eos partes & ſexus diſſecuiſſe. Hoc nos ita decet, *Cudworthe* auctore, interpretari: Deus ſemetipſum ab animis ſecevit & in mortalia corpora, peccatorum cauſſa, ejus detrusavit. Narrat (4.) binos illos ſexus virtute Deorum ſejunctos & diſſectos vehementer antiquae ſocietatis reſtitutionem deſiderare, & amorem inde natum eſſe, quo alter ſexus fertur in alterum. Haec ita ſunt accipienda: Licet homini a Deo ſejuncto & vitiis ſeparato ad priſtinam ſupremi Numinis communionem redire, modo divini amoris nutui obtemperet. Sed eſt hic, quod quaeram. Alter ſexus in hac fabula Deum, alter hominem deſignat. Utrique vero ſexus, quod *Plato* diſerte ait, alterius conjunctionem appetit. Igitur non Deum tantum hominis ſocietatem & communionem deſiderare, dicendum eſt nobis, verum etiam hominem vitioſum & a Deo avulſum vehementer

Digitized by Google

אדם *Notum eſt, quod iſtae Sephiroth Tipbereth & Malcuth ſecretum maris & foeminae, adminiſtrant mundum nec neceſſe eſt, ut revelentur diſtincte, niſi poſt creationem hominis: erant vero antea in eſſentia ſua occulta conjunctim exſiſtentes.* Vis & ſententia
14 praecepti hujus eſt; Eccleſia, quae recondita in Chriſto & abdita latuit antea, ſtatim, poſtquam homo conditus fuit, ex eo manavit, & ab eo ſecreta fuit; ſed ea tamen lege, ut Chriſtus & eccleſia, id eſt, *Tipbereth* & *Malcuth*, rurſus poſtea, ut ſponſus & ſponſa, connubio ſociarentur ſtabili, & hujus conjunctionis Adami & Evae conjugium umbra quaedam & imago exſtitit.

§. XIX. Jam mediocri, niſi fallor, opus erit ingenio ad dogmatis hujus ſeu *Cabbalae* myſteria recludenda. Mihi quidem hoc unum eo videtur indicari, eccleſiam ex omni aeternitate in Chriſto latuiſſe reconditam aut *efficienter* fuiſſe in eo. Atqui is, quamdiu in ſinu ſuo eccleſiam geſtavit, haud male dici bifrons potuit, aut דו פרצופין, δύο πρόσωπα habere, aut, ut *Platonis* utar verbis, ἀνδρόγυνος eſſe, id quod tamen nomen ſenſu puriſſimo, Deoque digno acceptum velim. Neſcio qui factum ſit, ut gentes plurium Deorum religione obligatae idem fere, ſenſu quodam arcano de Numinibus ſuis praedicarent. *Orphei*, (*k*) qui parens omnis profanae fuit Theologiae, hoc exſtat de Jove dictum:

Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἀμβρότη ἔπλετο νύμφη.

Quem ejus verſum *Apulejus libro de mundo* Latine ſic reddidit:

Jupiter & mas eſt, eſtque idem nympha perennis.

De Minerva ſimile exſtat ejus enuntiatum: (*l*)

Ἄρσην μὲν γὰρ Ζῆλος ἔφυς.

Romae ad hunc usque diem vetus quoddam exſtat monumentum, cui haec inſcripta ſunt verba:

SIVE DEO SIVE
DEAE C. TER.
DEXTER EX
VOTO POSVIT. (*m*)

Ser-

ad amorem divinum aſpirare, niſi medio in allegoriae curſu conſiſtere & poſitis initiis tam ingenioſae interpretationis repugnare velimus. Hoccine vero deſiderium divinae communionis in hominem cadit Dei neſcium & criminum amore inquinatum? Aut quid impedit, quo minus Deus & homo indiſſolubili rurſus vinculo conjungantur, ſi in utroque aequalis eſt hujus conjunctionis cupiditas? Scio, quam exiguum illud ſit, quo me divina benignitas praeditum eſſe voluit, ingenium: at libere tamen confirmo, tantum in eo eſſe virium, ut, ſi velim, totum *Platonem*, his interpretandi legibus adhibitis, brevi tempore Chriſtianum facere valeam. In hac autem ejus de primis hominibus fabula facilius fortaſſis Hiſtoriam religionis opera *Lutheri* inſtauratae invenero, quam ea, quae modo enumeravi.

(*k*) *Orphei*] Exſtat hic Orphei verſus apud multos ſcriptores. Lege quae ad *Cudworthi ſyſtema intellect. p.* 349. diſſerui.

(*l*) *Enunciatum*] Legitur hoc in *hymnis*, qui *Orpheo* tribuuntur, & quidem in *Hymno Minervae p.* 129. ed. *Eſchenbachii*. Sed valde dubium eſt, an hoc ita voluerit poëta intellectum, utrumque in

Miner-

Digitized by Google

*Serviu*s quum verſum illum *Virgilii*, qui *Libro ſecundo Aeneid.* exſtat, interpretatur:

Deſcendo & ducente Deo,

Quo Venerem verbo maſculini generis *Deum* poëta nominat, haec obſervat: *Loquitur ſecundum eos, qui dicunt, utriusque ſexûs participationem habere Numina.* Sed hanc rem jam dudum perſequuti ſunt viri eruditiſſimi *Petrus Crinitus Libro de honeſta diſciplina*, *Casperius Gevartius Libro tertio Electorum*, ubi in celeberrimi aenigmatis illius ſenſum inquirit:

—— Elia Lelia Criſpis
Nec vir, nec mulier, nec androgyna:

Quod poſtea peculiari volumine uberius a *Fortunio Licetio* illuſtratum eſt, & alii. 15
Nuper doctiſſimus *Seldenus* in *Prolegomenis ad Librum de Diis Syris*, ejusdem opinionis mentionem fecit, cujus ipſa verba placet deſcribere: (*) *Credidit vulgus Deum hoc, illud Deam Numen, edocti tamen a ſacrorum antiſtitibus, ſolemni invocatione,* SIVE TU DEUS ES SIVE DEA, *unumquodque compellabant, teſte Agellio, Arnobio, aliis: utriusque ſcilicet naturae & maſculinae & foemininae vis ineffabilis, quam veteres in Deo unico Optimo Maximo agnoſcebant, ἀρρενόθηλυν eum vocantes, myſtice innuebatur.* Paullo poſt ita pergit: *Rectiſſime ad eam mentem Nicomachus Geraſenus in Ἀριθμητικῶν Θεολογουμένων libris, ceteroqui ſatis ineptis, Unitatem Ἀρρενόθηλυν aſſerit. Hermes* certe *Trismegiſtus*, aut quisquis demum *Poëmandri* auctor eſt, quem ego cum *Caſaubono* (*n*) Chriſtianum potius eſſe reor Theologum, quam ex profanis aliquem philoſophis, Deum ſeu Chriſtum, verum illud Dei verbum ſeu *λόγον, ἀρρενόθηλυν* appellare nil dubitat. Commovit hunc, opinor, ut id faceret, creatio rerum univerſitatis, quippe quam *ideali* illa *foecunditate*, quae in verbo erat, perfectam eſſe, noverat. (*o*) At meliori jure hoc Chriſto nomen dare potuiſſet, reſpectu eccleſiae habito: Sic enim *S. Paulo* ipſo uti potuiſſet auctore, cujus nos ductu hanc omnem meditationem ſuſcepimus, utpote qui credentes pronuntiat *membra eſſe corporis Chriſti, de carne & de oſſibus ejus*, quod idem eſt, ac ſi nos procreatos ex eo & genitos eſſe dixiſſet. Neque tamen hoc ita debet accipi, ac ſi nos ex Chriſto materiae aliquid aut concretionis corporeae accepiſſemus: Chriſtus enim potius, quod ad corpus, cujus particeps eſt, attinet, *caro* eſt *de noſtra carne* & *oſſa* habet *de noſtris oſſibus*: Ergo dicimur nos ideo tantum *Chriſti* eſſe par-

(*) Vide eumdem ibid. *de Aſtarte.*

Minerva ſexum eſſe. Nec enim repugnat aliquid, quo minus verba *Orphei* hunc ſenſum recipiant: *Tu quidem animo & mente vir es, tametſi foeminam ſexu referas*, aut maſculum cor in foemineo geris corpore.

(*m*) *Poſuit*] Haec inſcriptio nihil mihi facere ad rem praeſentem videtur. Nam, qui eam dedicavit, dubitat, utrius ſexus ſit Numen illud, cui ſaxum ponit, minime vero binos in eo ſexus ſociatos eſſe, perhibet.

(*n*) *Caſaubono*] In *Exercit. ad Baronium* I. *p.* 55. Confer quae de hoc *Hermetis* libro & reliquis Hermeticis ſcriptis longius vir doctiſſimus diſputavit *ſyſtemate intellect. univerſ. p.* 382. *ſ.*

o) *Noverat*] Platonicae haec ſunt formulae, quibus praeter modum favet vir eruditiſſimus. Clarius, meo judicio, & melius fuiſſet loquutus, ſi verbis ſacrorum ſcriptorum animi ſui ſenſa enuntiaſſet. Quot enim ſunt, qui vim ejusmodi dictorum capiunt? Quot e contrario, quibus voces ejusmodi, non malo alioquin animo adhibitae, fraudi eſſe poſſunt?

(*p*) *Appel-*

Digitized by Google

partes, quia ſpiritus ejus ad nos manavit & cum mentibus noſtris communicatus eſt. Videlicet *eccleſia* nihil eſt, quam *Chriſtus explicatus*: quam ob cauſſam interdum in ſacris libris *Chriſti* nomine appellatur. (p). *Eccleſia eſt Chriſtus*, verba haec ſunt *Tertulliani* (*) *ergo cum te ad fratrum genua protendis, Chriſtum contrectas, Chriſtum exoras, & illi cum ſuper te lacrymas agunt, Chriſtus patitur, Chriſtus patrem deprecatur.*

§. XX. Sed quo validius id, quod dixi, confirmem, verſari inter Judaeos opinionem hanc, quam a majoribus traditam acceperunt, in Hiſtoria Adami & Evae, ut a *Moſe* in *Geneſi* tradita eſt, pium aliquod myſterium latere, aliud Judaei non ignarum fuiſſe contendit ſancti hujus dogmatis: idem enim ab ipſo narrari de primis mortalibus, quod magiſtri Judaeorum de Adamo narrant. §. 16. 17. Denique, ne illos quidem rem tam egregiam prorſus fugiſſe putat, qui Diis olim pluribus ſacra fecerunt: idque inde ſatis opinatur apparere, quod horum aliqui utrumque ſupremo Numini ſexum adſcripſerunt. §. 19. Dignitatem haec aliquam habere videntur cum propter eruditionis copiam, qua exornata & tamquam veſtimento amicta exhibentur, tum ob auctoris, a quo proficiſcuntur, exiſtimationem & famam: ſed, niſi me plane fallit animus, quum ad rectae rationis praecepta expenduntur, ſplendoris ſui maximam partem amittunt. Videamus, num quae conjuncta inter ſe quodammodo placent, eadem ſingula per ſe ſpectata, tueri ſeſe queant.

(I.) Fabulae Judaeorum de Adamo ex utroque ſexu conflato non incognitae ſunt illis, qui rei gentis hujus attigerunt, & dudum quoque proſcriptae & confutatae ſunt a viris eruditis, quorum nomina nihil eſt, cur hic recitem. Spreviſſent fortaſſis inane hoc commentum plerique eorum, qui illud everterunt, nec dignum confutatione judicaſſent, niſi fanatici quidam homines ſuperiori & noſtra memoria ſuum illud feciſſent, & ſimpliciorum animis, tamquam grave & arcanum dogma, inſtillare tentaſſent, quo alios quosdam errores facilius defendere poſſent. Horum vero nemo perſuaderi ſibi paſſus eſt, tam ſanctum & auguſtum myſterium ſub vilibus hiſce involucris reconditum latere, quale eſt conjunctio Chriſti, Servatoris noſtri, & eccleſiae: nec ego tanti eſſe momenti arbitror rationes, quibus hoc efficere *Cudworthus* ſtuduit, ut cedendum illis ſine mora ſit. Teſtatur primum auctoritatem *Maimonidis*, qui dixit, *occulto ſenſu* fabulam illam Judaicam accipiendam eſſe. Quis vero hunc unum magiſtrum tantae putat eſſe dignitatis, ut quae ab ipſo ſine rationibus decreta ſunt, adoptanda ſtatim ſint, reliquis omnibus doctoribus aliter ſentientibus? Notum eſt, *Maimonidem* ad eam in primis curam

(*) *Libro de poenitentia* cap. 10. p. 57. Opp.

(p) *Appellatur*] Deſignat haud dubie locos 1. Cor. XII. 12. Gal. III. 16. Conf. *Jo. Clerici Ars Critica Tom. I. P. II. Sect. 1. Cap. 11. §. 11. p. 263.* & interpretes ad hos locos. Hi loci, prior maxime, fictas & coactas non paucas Hiſtoriae ſacrae interpretationes illis ſaeculis pepererunt, quibus populus Scholaſticus floruit. Nam quod eccleſia *Chriſtus* dicitur nonnumquam, id hi homines argumento eſſe ſibi perſuaſerunt, ea quae de Chriſto leguntur, de eccleſia quoque accipienda & exponenda eſſe. Vid. *Anſelmus Cantuarienſis Homil. VI. in Lucam p. 164. Opp. ed. Benedict.*

(q) *Benedictus*] Sed de hoc *Münſteri* loco legi omnino debent, quae *Jo. Clericus* obſervavit in *Notis ad Hammondi N. T. p. 298. 299.* ex quibus patebit, haud magni ponderis hoc eſſe teſtimonium.

(r) *Traductus eſt*] Per longos circuitus vir doctiſſimus nos deduxit, ut intelligeremus, antiquioribus Judaeis perſuaſum fuiſſe, Adamum & Evam figuram geſſiſſe Chriſti & eccleſiae. Sed vereor ego, ne plus eruditionis & ingenii, quam ſoliditatis & firmitatis, univerſa haec habere multis videatur diſputatio. Fundamentum totius demonſtrationis potiſſimum Judaeorum eſt de Adamo ſeu primo homine commentum, quem magiſtri narrant ex viro & foemina compoſitum fuiſſe, duasque habuiſſe facies oppoſitas, alteram virilem, alteram muliebrem, donec Deus duplicem hunc hominem diſſecaret ac in marem & foeminam divideret. §. 15. Fabulam hanc nihil dubitat vir praeclarus ſenſu quodam recondito & myſtico accipiendam eſſe, id quod etiam aſſeverat *Maimonides:* hunc vero ſenſum unos omnium accuratiſſime perſpexiſſe *Cabbalae* doctores: ex his enim conſtare, antiquos ſapientes hac fabula, tamquam in imagine quadam & figura ſuos edocere voluiſſe, ereationem Adami & Evae eorumdemque conjugium coeleſtes & ſanctos Meſſiae & eccleſiae amores adumbraſſe. §. 18. Huic opinioni, quo plus ornamenti atque roboris conciliet, *Platonem* ipſum

Digitized by Google

daei cujusdam ſcriptoris teſtimonium afferam, cujus *Münſterus* in *Commentario* ad librum illum meminit. Is vero perhibet auctor, Evam ex *Adami* latere conditam & factam eſſe לרמת לבת זוג האדם העליון יתברך *ad ſignificandam ſive notandam conjugem* ADAMI SUPERIORIS, *qui eſt benedictus.* (*q*) Nihil hiſce verbis traditur, praeter id, quod dictis illis, quae ſupra produximus, continetur. Sequuntur vero hac in re Judaei populorum ſoli Orienti ſubjectorum conſuetudinem, quibus uſitatum & ſolemne erat, ſumma religionis myſteria, ſapientiaeque praecepta, quae mentibus aliorum inſtillare cupiebant, fabularum quarumdam inte- 16
gumentis occultare. Et ab his morem hunc philoſophandi *Plato* etiam & *Pythagoras* poſtea receperunt, a quibus in Europam traductus eſt. (*r*)

§. XXI.

curam incubuiſſe, ut turpitudinem, qua religionis Judaicae recentioris dogmata quaedam laborant, abſtergeret & quae a magiſtris abſurde tradita ſunt, philoſophica interpretatione quadam exornaret. Mihi vero ita ſemper viſum eſt, nullis tardius fidem eſſe habendam a ſapientibus, quam hujus ingenii hominibus, qui veterum religiones in allegorias convertunt & ad rationem revocare nituntur. Ad *Cabbalae* doctores deinde confugit vir doctiſſimus, ut conſequatur id, quod obtinere cupit. Sed nec his hominibus valde faveo, qui viribus imaginationis unice freti ex ſaxis aquam & ex inconditis narrationibus ſublimia neſcio quae dogmata, quorum vim ipſimet ne cepiſſe quidem videntur, eliciunt. Suas ſibi res habeat, qui exiſtimat, omnia credenda eſſe Cabbaliſtis, nec alium eſſe in antiquis Judaeorum fabulis ſenſum, quam eum, quem genus hoc in illis eſſe refert: me quidem meminiſſe ſemper juvat, eos, qui metaphoras & allegorias in priſcis opinionibus conſectantur, vanitatis plerumque & levitatis morbo detineri, & *Cabbaliſtas*, qui vocantur, in hoc ordine principem ſere gradum tenere. Omitto, dubium eſſe, an in locis, quos ex libro *Sephah Tal* affert vir eruditiſſimus, ea ſententia ſit, quam ipſe putat in Judaeorum fabula de *Adamo* eſſe *Androgyno*. Ad ſummam, ne longius diſcedam, credo ego, illos Judaeorum, qui primum hominem ex mare & foemina concretum fuiſſe olim tradiderunt, nihil ſublime ac reconditum cogitaſſe, ſed dogma hocce ſuum ita voluiſſe intelligi, ut ordinaria verborum poteſtas illud intelligere jubet: at recentiores quosdam doctores, praeter modum ſubtiles & ingeniosos, aut deformitatem ſententiae hujus, quae *Moſi* repugnat, ficta quadam interpretatione tegere voluiſſe, aut animi quadam intemperantia commotos fuiſſe, ut a verborum ſimplicitate ad Metaphyſicas & myſticas meditationes ſeſe ingenio efferrent.

(II.) Et in hac ego ſententia non leviter confirmor, quum ipſam mihi rem ante oculos pono, & allegoriam, quae in iſta narratione recondita dicitur eſſe, attentius conſidero. Equidem ſtultiſſimos mortalium & omni rationi inimicos fuiſſe arbitrarer antiquos Judaeorum ſapientes, ſi rem tam ſanctam, tamque planam & facilem incondi-tae ejusmodi & ſacris litteris contrariae fabulae implicaſſent. Primum, ſi cum celeb. *Cudworthe*, & aliis, qui eum ſequuntur, ſentiamus, docere illi voluerunt, creationem primorum hominum, eorumdemque conjugium aliarum rerum ad religionem pertinentium imagines continere. At quis ita perſpicax eſt, ut ex hac illud fabula poſſit intelligere? Ut veram Adami hiſtoriam ſanctae cujusdam rei oſtendant ſignificationem & figuram complecti, in locum ejus fictam quamdam narrationem ſubſtituunt, & quae *Moſes* tradidit, pervertunt & adulterant. Quid fieri poteſt amentius? Qui Joſephi in hiſtoria formam rerum a Servatore noſtro geſtarum expreſſam eſſe, tradere vellet, isne ſapienter faceret, ſi ea quae de Joſepho in ſacris litteris ſcripta leguntur, fabulis contaminaret & hanc ipſam depravationem aliis argumento eſſe poſſe putaret, ſublime & auguſtum quoddam dogma in hiſtoria Joſephi latere? Ego illum potius laudarem, qui ſimpliciter ac ingenue diceret, Joſephum perſonam Servatoris noſtri nonnullis in rebus & actionibus geſſiſſe. Propius jam paullo ad rem accedamus. Duplicem primo homini ſexum ideo tribuunt magiſtri Judaeorum, auctore doctiſſimo *Cudworthe*, & aliis nonnullis, ut ſignificent, Chriſtum cum eccleſia jam ante orbem conditum matrimonio ſpirituali ſociatum fuiſſe: hunc duplicem poſtea ſexum ſegregatum a Deo fuiſſe fingunt, ut indicent, eccleſiam certo tempore a Chriſto ſecretam & ſejunctam fuiſſe: poſtremo Adamum cum Eva vinculo matrimonii denuo conjunctum fuiſſe idcirco perhibent, ut ſcirent homines, eccleſiam denuo cum Chriſto per fidem copulatum iri. Poſtremum comparationis hujus membrum, quod concinnius eſt ceteris, tangere nunc nolo, de quo fortaſſis alio loco nonnulla differam: at bina priora paullo curatius contemplari juvat. In utroque vero imagines non ſatis dignas eſſe re tam ſancta & divina judico, qualis eſt communio *Jeſu Chriſti* & eccleſiae, ſeu civitatis ſanctorum hominum, qui vera Chriſtum fide complexum tenent. Crediderim, formas pulchriores & magis decoras adhiberi potuiſſe ad hanc veri-

Digitized by Google

17 §. XXI. Ad extremum, ne quid dubitationis de veritate praecepti, quod antea posui, relinquam alicui, *Evae constructionem expressisse rem aliquam in Christo & eccle-*

veritatem pictura quadam exprimendam. Sexus virilis Jesum Servatorem nostrum, muliebris ecclesiam denotat: conjunctio utriusque sexus societatem adumbrat Christi & ecclesiae, disjunctio divortium, quod ecclesia fecit cum Christo. Consulant hic velim semetipsos, in quibus mens & ratio est, judicentque, num ferre possint aequo animo *Androgynum*, quem monstrum esse naturae notum est, & dissectionem *Androgyni*, id est, monstri, ad res tam augustas & sublimes illustrandas transferri. Scio, *Jesum* cum sponso, ecclesiam cum sponsa in sacris conferri litteris: sed quum hoc sit, casti amoris, quo mentes sponsi sponsaeque coalescunt, ratio habetur, non autem sexus & differentiae sexus; ut alia praetermittam. Progrediamur in exploratione allegoriae hujus. Adamus ex duplici sexu constans imago est Christi cum ecclesia, priusquam orbis hic conderetur, jam sociati & conjuncti. Ubi vero ecclesia fuit ante mundum? Ubi homines Christo per fidem juncti, priusquam genus humanum exsisteret? Nusquam, quod sciunt omnes, nisi in mente & intelligentia Dei, qui omnia opera sua ab aeterno praevidit & animo, si loqui ita fas est, designavit. Ergo ecclesia illa, quae Christo mupsit ante mundum conditum, notio tantum est ecclesiae futurae, & conjunctio hujus ecclesiae cum Christo in mente tantum Dei contigit. Itaque haec de Adamo bifronte fabula, si verba tollas translata & figuras orationis, quibus Platonici & Cabbalistae delectantur, nihil, quam hoc, significabit: Ex omni aeternitate Deum prospexisse spirituale illud conjugium Christi & ecclesiae, seu in animo Dei ante mundum constructum formam & notionem ecclesiae cum notione & figura Messiae conjunctam fuisse. Quid, obsecro, necesse erat, invenusta de homine ex utroque sexu composito fabula, rem tam planam & evidentem obscurare & deformare? Et quaenam similitudo est Adami bifrontis & aeterni decreti divini de filio Dei ecclesiae faciendo? Non major est in altero membro venustas & concinnitas. Deus Adamum illum, semivirum & semifoeminam, in binos secat homines & utrumque sexum separat: hoc est: ecclesia manavit de Christo & ab eo secluса fuit, quum homo conderetur, *vid.* §. 18. Minus, fateor, mihi acuminis est, quam ut intelligere queam, quid haec sibi velint. Vidimus ecclesiam, quae fuit cum Christo, antequam Deus mundum fabricaretur, notionem tantum & formam esse civitatis Dei, condendae aliquando in his terris. Haeccine ergo species & notio ecclesiae ex mente Dei in terram dimanavit, quum Deus genus humanum crearet? Ergone in mente Dei notio ecclesiae non amplius adest, verum inde abiit, postquam esse coepit in mundo societas hominum Christum vera fide complectentium? Num homines ex ista aeterna ecclesiae notione fortassis facti a Deo sunt? Respondeant hic mihi, quos haec mysteria capiunt: nam ego mihi opem ferre nequeo. Plura etiam quaerere possem: sed satis dixi ad eos erudiendos, quibus sapere datum est. Duplex vero me commovit ratio, ut nonnihil operae in hac re expendenda consumerem. Primum, specimine quodam ostendere non inutile duxi, splendidis, quibus Cabbalistae & Platonici referti sunt, veterum fabularum & historiarum explicationibus mysticisque meditationibus, vix aliquid, praeter strepitum & umbras, subesse, quum accuratius ponderantur, & cavendum idcirco illis esse, qui verum amant, ne ex verborum pompa & figurarum copia & apparatu sententiarum ipsarum dignitatem metiantur. Sunt deinde in ipso coetu nostro haud pauci hodie, qui magno studio commenta ejusmodi consectantur, ceterosque ut rudes & vera sapientia vacuos spernunt, quibus haec ratio displicet, quibus ego quavis occasione data occurrendum esse arbitror, ne bonas mentes corrumpant & a solida veritatis cognitione ad inanes argutias abducant.

(III.) Fabulam, quam *Plato* narrat in *symposio* de primis hominibus ex utroque sexu coagmentatis praeter *Cudworthum* multi alii viri litteratissimi cum Judaeorum commento de *Adamo Androgyno* composuerunt, nec dubitarunt, quin vel *Plato* a Judaeis eam accepisset, vel utrique, & *Plato*, & Judaei, ex uno eodemque fonte hausissent. Nec ego diffiteor, utriusque narrationis magnam videri similitudinem, si generatim & in universum spectetur. Verum lecto & relecto *Platone*, rebusque omnibus accurate ac diligenter circumspectis, sensi demum, minorem longe fabulae Judaicae & Platonicae cognationem esse, quam viri doctissimi putant; quare a *Platone* potius excogitata esse arbitror, quae refert, quam a Judaeis aut aliis gentibus sumta. Spero, in hanc mecum sententiam aequos rerum existimatores libenter venturos esse, modo ipsam *Platonis* fabulam apte & justo ordine sibi narrari jubeant. *Plato* ipse parum eam luculenter proposuit & explicavit: nam omisit quaedam in ipsa narratione ad universam ejus sententiam perspiciendam in primis idonea, quae attentum lectorem ex consequentibus eruere & intelligere decet: nec ordinis sic, uti decebat, rationem habuit: ex quo evenit haud dubie, ut benignius quidam de hoc apologo sentirent, quam res ipsa patitur. Recitabo ego, qua fieri poterit brevitate, praecipua fabulae capita, & ita quidem, ut quae apud *Platonem* minus apte sunt collocata,

eccleſia, utile & loco huic conveniens erit, ſi quam ſcite & eleganter typus hic cum antitypo conveniat, oſtendero. Quemadmodum Eva ex Adami con- 18
dita

naturali ordini ſuo reſtituam, quae praeterita ſunt, adiiciam & ſuppleam.

Primi mortales non virtute ſupremi Numinis conditi ſunt, ſed partim ſolis & lunae, partim terrae potentia & foecunditate procreati. Sol genuit viros, terra foeminas peperit: luna vero tertium quoddam genus, ex mare & foemina concretum, produxit. Ergo tria ſub exordium mundi hominum genera in terrarum orbe verſabantur, viri, foeminae, & Androgyni. Hi homines forma longe alia & habitu erant, atque illi, qui hodie vivunt. Namque omnes, non vero ſoli Androgyni, vultum habebant duplicem, caput rotundum, quatuor manus, totidem crura, robore denique corporis ſingulari & ſuperbia mentis incredibili valebant. His illi viribus & animi vitiis elati, bellum in ipſos Deos ſuſcipiebant & in coelum adſcendere conabantur. Conſultabant Dii, quid facto eſſet opus. Poſt longas & diuturnas deliberationes, Jupiter tandem inventum a ſe tanto malo remedium ſignificabat: placere ſibi, diminuendum eſſe robur hominum, qui Deos adorirentur, & ideirco ſingulos in binas partes diſſecandos eſſe: hoc facto, non modo debiliores & modeſtiores eos fore, ſed etiam commoda Deorum auctum iri: numerum enim eorum, qui Diis ſacra facerent in terra, duplicatum iri. Probant reliqui Dii ſalutare conſilium: dividuntur ergo ſine mora omnes homines. Diviſi homines deformes primum valde erant, nec ad liberos procreandos apti: at Jovis benignitate deinceps emendati ſunt, eaque figura & forma donati, qua nunc praediti ſumus. Itaque hodie qui vivunt homines, dimidii tantum ſunt: hi priſtinum tamen ſtatum, in quo olim fuerunt, cupide ſemper appetunt. Dimidiae virorum partes viris iterum conjungi cupiunt: quae foeminarum olim partes fuerunt, foeminarum conſuetudinem quaerunt: dimidii denique Androgyni ad alterius ſexus communitatem aſpirant. Jam vides non modo cur homines ament inter ſe, verum etiam cauſſas, cur varius in hominibus amor ſit, cognoſcis. Sunt viri, qui mulieres haud magnopere conſectantur, ſed viros & pueros amant: hos tu crede dimidias virorum partes eſſe, qui ſui ſimilibus iterum ſociari volunt. Sunt viciſſim foeminae, quas non virorum, ſed aliarum foeminarum conſuetudo delectat. Has tu dubitare noli, quin foeminarum olim partes fuerint, quae nunc id, quod amiſerunt, conſequi denuo laborant. Sunt denique mulieres virorum valde cupidae, & viri in primis mulieroſi: hi ſunt ex genere mixto & alterum quondam ſexum illum, cujus ſocietatem appetunt, ſecum copulatum habuerunt. Habes fabulam *Platonis*, quam ego nec lepidam, nec ingenioſam & argutam, ſed potius inficetam & impiam in Deumque injurioſam dicendam arbitror eſſe.

Alii, qui apologum hunc memorant, illi maxime, qui cum Judaeorum nugis de Adamo utriusque ſexus participe eum conferunt, in quibus & *Cudworthus* eſt, multo eum narrant aliter, quam hic a me narratus eſt. Etenim *Platonem* tradidiſſe perhibent, omnes omnino, qui principes hanc terram incoluerunt, homines ex utroque ſexu concretos fuiſſe, nec ullos alios, quam hoſce *Androgynos*, a Diis diviſos & ſecatos fuiſſe: qua ratione ſi recitetur fabula, ſimilior videtur Judaeorum de Adamo narratiunculae. Sed falluntur ſine dubio viri docti, qui *Platonis* hoc modo ſententiam explicant. Triplex enim is, quod vidimus, genus hominum ab initio in terra fuiſſe docet, nec ſolos homines, qui ex mare & foemina coagmentati fuerunt, verum omnes, quatuor manibus pedibusque & duplici vultu inſtructos fuiſſe, paullo obſcurius licet, ſignificat; nec denique eos tantum qui ambiguo ſexu fuerunt, ſed univerſos, in duas partes a Jove ſciſſos eſſe refert. Idque vel ex fabulae exitu & concluſione ſatis liquet, in qua *Plato* cauſſas ex ea reddit varietatis illius, quae in hominum conſpicitur amoribus. Valebit, ut puto, ad ea, quae dixi, plane firmanda, ſi verba ipſa philoſophi retulero: ἔστι δὲ ἀεὶ (ὁ ἄνθρωπος) τὸ ἑαυτοῦ ἥμισυ ζητῶν. ὅταν μὲν οὖν ὁ ἀνδρόγυνον τὸ κοινὸν τμῆμα ᾖσιν (ὃ δὴ τότε ἀνδρόγυνον ἐκαλεῖτο) φιλογύναικές τε εἶεν καὶ αἱ πολλαὶ τῶν μοιχῶν ἐκ τούτου τοῦ γένους γεγόνασι. *Quaerit homo perpetuo ſui dimidium: quamobrem quicumque ex viris promiſcui generis ſunt portio, quod olim Androgynum vocabatur, mulieroſi ſunt, adulterique ut plurimum ex his reperiuntur.* Haec de illis dicta ſunt, quos *Plato* fingit olim ex utroque ſexu conſtitiſſe: ab his ad eas progreditur mulieres, quas primis orbis conditi temporibus opinatur cum aliis mulieribus copulatas fuiſſe: ὅταν δὲ ἡ γυναικὸς γυναικὸς τμῆμα ᾖσιν, οὐ πάνυ αὗται τοῖς ἀνδράσι τὸν τροπὸν ἔχουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τὰς γυναῖκας τετραμμέναι εἰσί. *Quae vero mulieres mulieris pars exſiſtunt, haud multum viros deſiderant, ſed foeminas potius affectant.* Poſtremo dimidiorum virorum meminit: ὅταν δὲ ἄρρενος τμῆμα ᾖσι, τὰ ἄρρενα διώκουσι. *Qui vero maris portio ſunt, mares ſequuntur.* His explicatis, neminem credo fore tam a vero averſum, quin continuo intelligat, ingens intereſſe diſcrimen inter *Platonis* de primis mortalibus fabulam, & inter ea, quae Judaei de Adamo ex duplici ſexu confiato, nugantur, virosque doctiſſimos, qui aut *Platonem* a Judaeis, aut Judaeos a *Platone* quae narrant accepiſſe arbitrantur, temere in hanc ſententiam ingreſſos eſſe, neque totum *Platonis* apo-

dita fuit latere, quum ſomno hic oppreſſus in paradiſo jaceret: ſic etiam, Chriſto in ſomnum mortis in cruce delapſo, latus ejus patefactum eſt, ex quo aqua fluxit & ſanguis, hic ad juſtitiam, illa ad ſanctitatem eccleſiae compa-
91 randam, aut, quemadmodum *Auguſtinus* & alii veterum doctorum exponunt, illa ad baptismi, hic ad S. Coenae ſacramentum imagine quadam adumbrandum. (*s*)

20 Hinc illud *Hieronymi* (*t*) dictum manavit, quod *in epiſtola* ejus *ad Pammachium* legitur: *Eva in typo eccleſiae de coſta viri aedificata eſt:* nec non *Auguſtini* (*v*) locus hic *Libro ſecundo de ſymbolo: Dormiat moriendo, aperiatur ejus latus & eccleſia prodeat virgo, ut quomodo Eva facta eſt ex latere Adae morientis, ita eccleſia facta ſit ex latere*

apologum, ſed partem tantum ejus modicam ob oculos habuiſſe poſitam. *Plato* quae refert, accommodata plane ſunt ad impias & nefarias poëtarum & aliorum de ortu hujus univerſitatis & Deorum natura fabulas, nec vel minimum veritatis a *Moſe* traditae veſtigium continent: quocirca nullum mihi dubium eſt, quin philoſophus ſua ex poëtis Graecorum ſumſerit & ea leviter immutata ad amoris naturam explicandam adhibuerit. Judaeorum vero narratio de Adamo duplicis ſexus compote, depravatio tantum eſt veritatis, quam *Moſes* tradidit, de humani generis origine, neque majeſtatem ſupremi Numinis ita offendit, ut auctores ejus prorſus nos execrari, ut Dei hoſtes, oporteat.

(IV.) Neſcio, qua ratione vir ſummus a ſe impetrare potuerit, ut quae veterum quidam de duplici ſexu in Deo tradiderunt, ad rem ita ſanctam & praeclaram, qualis eſt communitas Dei & eccleſiae, traheret. Quis, obſecro, credat, ſapientes Graecorum & Latinorum non ignoraſſe, *Chriſtum* cum iis, qui ex animo nomen ipſi dant, jam ante orbem conditum quodammodo conjunctum fuiſſe, & poſt inſtitutam in mundo ſocietatem vere cum illis ſociatum iri? Quis eosdem, ut hoc myſterium exprimerent, duplicem Deo & Diis ſexum attribuiſſe, ſibi perſuaſerit? Memini, me jam alio loco planum facere, in *Obſervationibus* nimirum ad *ſyſtema intellectuale p.* 250. eos, qui duplicem in Deo ſexum commenti ſunt, ea de cauſſa hoc feciſſe, ut turpitudinem publicarum religionum certo modo velarent & cavillationes tollerent, quas Deae, quae colebantur, ſapientioribus ciebant. Vix enim aliquid magis offendebat prudentiorum animos, quam iſta mulierum cohors, quam populus divinis honoribus afficiebat, Deorumque, qui publice colebantur, amores & coniugia. His nunc addo, eos, qui Deum virum & foeminam, patrem & matrem quondam eſſe dixerunt, deteſtandam huic dogmati ſententiam ſubjeciſſe: id quod ex *Hermete* & carminibus, quae *Orpheo* tribuuntur, liquet. Scilicet genus hoc totam hancce rerum univerſitatem pro Deo habebat, quam ex materia & ſpiritu, per materiam undiquaque fuſo & varios in ea motus excitante, ita conſtare putabant, ut altera pars alteri vinculo connexa eſſet indiſſolubili. Spiritui per naturam rerum intento & commeanti patris tribuebant partes, ſeu munus gignendi & foecundandi materiam: huic vero matris dabant officium, id eſt, concipere eam ex ſpiritu, foetus conceptos in ſinu ſuo alere, denique parere ac in lucem edere dicebant. Ita ex ſpiritus & materiae connubio rerum omnium fieri generationes & exſiſtere quae ſunt omnia ſtatuebant. Hanc propter ſententiam, tradere licebat illis, Deum eſſe patrem & matrem, virum & foeminam, quibus verbis hic ſenſus ſubeſt: Univerſitatem hanc, ſi genitrix virtus in ea latens ſpectetur, tamquam patrem animo concipi poſſe; ſi contra materia, ex qua procreantur omnia, conſideretur, eamdem matris nomine dignam eſſe. Deus mas eſt & foemina, hoc eſt: Univerſitatis rerum altera pars ſemen in materia reconditum excitat & gignit, altera ſemen commotum & excitatum fovet, nutrit & alit, dum juſtam maturitatem aſſequatur.

(*s*) *Adumbrandum*] Me vero, ut ingenue fatear, quod ſentio, typi hujus fugit elegantia & concinnitas. Primum ad rem mihi longe aliam digredi videtur vir doctiſſimus. Certos eſſe cupit lectores ſuos, coniugium Adami & Evae imaginem fuiſſe conjunctionis illius, quae Chriſtum ſociat & eccleſiam. Hanc vero rem dimittit hic plane & ad ortum ſeu generationem eccleſiae ex Chriſto tranſit, quam in creatione Evae ex latere Adami morientis adumbratam fuiſſe, cum nonnullis antiquorum doctorum arbitratur. Nec deinde in hac ipſa re conſtare ſibi ſatis puto virum eximium. Namque ſupra §. 18. fluxiſſe ſtatim & ſecretam fuiſſe a *Chriſto* eccleſiam ſciſcit, poſtquam homo primus erat conditus. Poſtremo in ipſo hoc typo, tametſi vehementer ille *Auguſtino* & aliis antiquioribus doctoribus placuit, quos recentiorum bene multi ſequuntur, ſimilitudinem illam & cognationem requiro, quae typum inter & antitypum eſſe debet. Evae procreationem ex latere Adami viri docti ajunt ante deſignaſſe ortum eccleſiae ex latere morientis & in cruce pendentis Ser-

Digitized by Google

latere Chriſti morientis & in cruce pendentis. Reliqui eccleſiae doctores tam crebro hanc repetunt ſimilitudinem, Scholaſticis ut tandem doctoribus occaſio inde nata ſit pulcrum hocce ſcitum fabricandi: *Eccleſia facta eſt de latere Chriſti dormientis in cruce.*

§. XXII. Neque hoc cuiquam admirationis aliquid jure commoverit, quod Adamum nos, antequam Deum peccato offenderet, imaginem geſſiſſe Chriſti contendimus. Niſi enim inſtituti noſtri ratio brevitatem nobis imperaret, facili negotio ne paradiſum quidem ipſum imaginibus rerum futurarum caruiſſe, demonſtrare nobis liceret. Neque illis ullo modo adſentiri poſſum, qui in arbore vitae natu-

Servatoris. Eva ergo eccleſiae figura & imago fuit: quis vero neſcit, non eccleſiam, ſed aquam & ſanguinem ex Chriſti fluxiſſe latere? Evane igitur figura fuit hujus aquae & ſanguinis? Reſpondent viri eximii, aquam illam & ſanguinem ex latere Servatoris noſtri manantem imagines eſſe ſacramentorum, quibus alitur & reficitur eccleſia, baptismi & coenae. Dabo, veram eſſe hanc interpretationem: ita vero non fuit imago eccleſiae, ſed ſacramentorum, quibus utitur eccleſia, nec procreatio Evae ex Adamo ſignificavit generationem eccleſiae, ſed beneficentiam & amorem *Jeſu Chriſti* erga eccleſiam, quam monſtravit in ſacramentorum inſtitutione. Jam vero explicet mihi aliquis, quaenam ſimilitudo ſit Evae & ſacramentorum novi teſtamenti, quaenam item affinitas Evae ex Adamo naſcentis & Chriſti bina ſacramenta eccleſiae benevole impertientis. Immo ne hoc quidem dicere licebit, Evam fuiſſe imaginem ſacramentorum, quae a Servatore benigne conceſſa ſunt eccleſiae. Namque ſanguis & aqua, quae de latere fluxerunt *Jeſu* in cruce defuncti, non ipſa ſunt ſacramenta, verum imagines tantum & ſigna ſacramentorum. Quapropter ſi Eva, ex mariti latere a Deo procreata, typus fuit cruoris & aquae manantis de Servatore noſtro, typus tantum ea fuit typi alterius, imago imaginis. Quanti circuitus! ubi nullis opus eſt ambagibus? Rectius illi, meo quidem judicio, faciunt cum ad ipſam veritatem firmandam, tum ad cavillatorum judicia declinanda, qui audaces priſcorum doctorum allegorias auctoribus ſuis relinquunt, & apertis clarisque ſcriptorum ſacrorum verbis dogmata, quae committere volunt aliorum animis, probant. Nam ut elegantes & bene conſtitutae interdum videantur meditationes illae allegoricae, quibus *Auguſtini* & aliorum referti ſunt libri, ſubito tamen dilabuntur, ratione ad eas conſiderandas propius accedente.

(t) *Hieronymi*] *Epiſtol.* LXI. *ad Pammachium* p. 116. *Tom.* II. *Opp.* Repetit eamdem ſententiam *Hieronymus Lib.* III. *Comm. in Amos, Cap.* 9. p. 88. *Tom.* VI. *Opp. Deus*, inquit, *de coſta Adam in typum eccleſiae ſemel aedificavit Evam.*

(u) *Auguſtini*] Exſtant inter *Auguſtini Opera Tom.* VI. *p.* 399. *ſ. quatuor ſermones de ſymbolo ad Catechumenos*, quorum *altero Cap.* 6. *p.* 411. 412. verba leguntur, quae hic allata ſunt. Non legitur vero apud *Auguſtinum: ita eccleſia facta ſit*, verum: *Ita & eccleſia formetur ex latere Chriſti.* Qui *Auguſtinum* ediderunt familiae Benedictinae monachi, primum tantum horum quatuor ſermonum ingenium *Auguſtini* ſpirare, tres vero reliquos prorſus eo indignos eſſe, rationibus non ſpernendis contendunt. [Vid. in eamdem ſententiam *Ildefonſum Tolet. de cognit. baptismi*, in *Baluzii Miſcell. Tom.* VI. *p.* 18.] Quod eorum judicium ſi verum eſt, dictum, quod hic laudatur, pro *Auguſtini* non erit enuntiato habendum. Sed hoc tamen non impedit, quo minus ſententia, quae comprehenditur illo, ipſi adſcribatur, quippe quam aliis Operum ſuorum minime dubiorum locis, & luculentius etiam, profeſſus eſt. *Enarratione* ſcilicet, *in Pſalmum* XL. §. 10. *p.* 263. *Tom.* IV. *Opp.* ita loquitur: *at quid dormivit? Quia Adam forma erat futuri: & Adam dormivit, quando de latere ejus Eva facta eſt. Adam in figura Chriſti, Eva in figura eccleſiae: unde eſt appellata mater vivorum. Quando fabricata eſt Eva? dum dormiret Adam. Quando de latere Chriſti ſacramenta eccleſiae profluxerunt? Cum dormiret in cruce.* Addam ſimilem plane locum ex *Sermone* ejus CCCXXXV. *in dedicatione eccleſiae Cap.* 5. *p.* 909. *Tom.* V. *Opp. Eva*, inquit, *a qua facta eſt* (lege *factum*) *initium peccati, ſumta eſt, ut formaretur de latere viri. Dormiens jacebat ille, cum factum eſt: mortuus pendebat iſte, cum factum eſt. Cognata duo ſunt ſomnus & mors, latus & latus, compunctus eſt Dominus in loco peccatorum. Sed de illo latere facta eſt Eva, quae nos peccando mortificaret: de iſto autem latere facta eſt eccleſia, quae nos pariendo vivificaret.* Qui ſecum expenderit quanta fuerit *Auguſtini* auctoritas conſequentibus ſaeculis, is nil mirabitur, meditationem hanc, in qua plus eſt ingenii, quam ſolidi tatis, a plerisque doctoribus & ſuſceptam & amplificatam fuiſſe.

naturalem quamdam facultatem opinantur fuiſſe homines a morte tutos praeſtandi. *Goropius* ita forte *Becanus* ſomniavit: (x) ego vero arborem hanc coeleſtis
21 cujusdam rei figuram & ſignificationem continuiſſe, arbitror. Myſterium autem ejus *Apoc.* XXII. 2. puto eſſe explicatum, ubi alius quidam paradiſus deſcribitur, cujus primus ille paradiſus, ut ego quidem arbitror, typus fuit. Equidem non audeo omni ex parte meum facere illud, quod vir nobiliſſimus, *Picus*, defendendum ſibi ſumſit: *Si non peccaſſet Adam, Deus fuiſſet incarnatus, ſed non crucifixus*, quamvis veteres Judaei in hac fuiſſe videantur ſententia, qui res quinque ante mundum conditas numerant & inter illas *Meſſiam*, filium Davidis, referunt; quod quidem propterea faciunt, erudito quodam gentis hujus magiſtro interprete, (*) quoniam *Meſſiae* potiſſimum Deus rationem habuiſſe videtur illis, quum hunc crearet & conſtrueret mundum. Nec averſus eſt ab hac opinione *Tertullianus*, ſi recte haec ejus verba *Libro de reſurrectione carnis* (y) intelligo: *Quodcunque enim limus exprimebatur, Chriſtus cogitabatur homo futurus. —— Et limus ille jam tunc imaginem inducns Chriſti in carne, non tantum Dei opus erat, ſed & pignus.* At nihilo tamen minus nil obſtat, ne imagines Chriſti fuerint in paradiſo, quum Deus, quem peccatum Adami praevidiſſe ſaltim, nemo negat, *Chriſtum* jam tum propter hunc primi hominis lapſum mundo huic deſtinaverit. Id quidem, quod aperte a *S. Paulo* traditur, omni vacat dubio, primum Adamum *typum* ſeu *figuram* fuiſſe *ſecundi ſeu futuri Adami*, τύπον & μέλλοντος *Rom.* V. 14. idque *R.* etiam *Menachem*, Recinetenſis, ex antiquorum gentis Ebraeae doctorum ſententia *Comm. in Gen.* V. 1. his verbis ſciſcit: רומזת לצורת אדם העליון צורת האדם התחתון *Forma inferioris Adami myſtice ſignificat formam ſuperioris Adami.* Quod ſi vero Adamus figura fuit Chriſti, quid, quaeſo, impedit, ne credamus Evam quoque eccleſiae ſuſtinuiſſe imaginem? Equidem hoc nomen illi non ſine myſterio quodam impoſitum eſſe ſuſpicor: Nam eccleſia vera eſt illa *Chawah*, *mater omnium viventium*, id eſt, omnium illorum, qui vitam hic vivunt gratiae & poſt fata vitam victuri ſunt gloriae. (z)

§. XXIII. Reſtat ultimum, de quibus occaſione verborum *Pauli* dicere conſtituimus: Oſtendendum nimirum mihi poſtremo eſt: *Quaenam ſint illae res in conjugio viri & foeminae, quae ſanctam Chriſti & eccleſiae conjunctionem adumbrant & referunt.*

(*) *R. Dav. Kimchi in Comm. ad Eſajam.*

(x) *Somniavit*] Non ſolus ita *Goropius* cenſuit, verum multi praeter eum magnae auctoritatis, nec contemnendi ingenii viri ex antiquis & recentioribus. Sumunt illi primarium opinionis hujus argumentum ex eo, quod *Moſes* narrat, Deum ejeciſſe Adamum paradiſo & cuſtodiae genii, fulminante gladio armati, oſtium amoeniſſimi hujus horti commiſiſſe, ne primus homo ad arborem vitae fortaſſis reverteretur, & fructus inde decerperet, aeternumque hinc viveret *Gen.* III. 22. 23. 24. Et haec ſententia, meo quidem judicio, nec inepta plane & fanatica eſt, nec opinionem illam tollit, cui ſeſe faventem hic oſtendit *Cudworthus*, arborem vitae ſacroſanctae cujusdam rei figuram & imaginem fuiſſe, ſed exornat potius & roborat. Fac arborem vitae coeleſtem doctrinam, quae per *Jeſum Chriſtum* & legatos ejus ad ſalutem omnium populorum propoſita & propagata eſt, praeſignificaſſe, quod ex *Apoc.* XXII. 2. colligere videtur vir doctiſſimus; nonne ſigni & ſignificatae rei perfectior & major erit ſimilitudo, ſi in arbore, quae vitae dicitur, virtus fuiſſe credatur naturalis hominum vitam conſervandi & contra quaevis pericula muniendi? Quemadmodum nimirum haec arbor facultatem habuit inſitam divino beneficio, vires corporis primi hominis quotidie renovandi & tutandi: ita coeleſtis veritas, quam Servator noſter tradidit, amiſſam animi noſtri vitam inſtau-

Digitized by Google

runt. In ipſa quidem naturali viri ac mulieris conſociatione haec unice non eſt poſita ſimilitudo: nam ut res quaedam pro typo proprie poſſit haberi, adjuncta ſint ei neceſſe eſt inſtituta quaedam ex arbitrio potius legislatoris conſtituta, quam 22
ex rei ipſius natura & indole manantia. Ejus vero generis inſtituta duo mihi videntur commemorari in his verbis, quibus jus omne matrimonii a Deo ſanciti explicatur: *Itaque vir relicto ſuo patre atque matre, adhaerebit uxori ſuae, coaleſcentque in unam carnem.* Primum quidem eo continetur, quod viro non niſi una uxor ducenda permittitur: namque verba illa: *Hi duo coaleſcent in carnem unam*, aperte non modo promiſcuum concubitum, verum etiam uxorum multitudinem condemnant: idque mihi idcirco ſanxiſſe Deus videtur, quo conjugium forma eſſet & figura conjunctionis inter Chriſtum & *unam tantum eccleſiam.* Alterum eſt, quod lex virum vetat ullam propter cauſſam, ſi a ſola diſceſſeris ſcortatione, divortium cum uxore facere: namque verba: *Et coaleſcent in carnem unam*, omnem tollunt divortiorum licentiam. Et hoc conſtitutum ego eſſe duco ad indiſſolubilem, individuamque Chriſti & eccleſiae conſociationem adumbrandam. Lege quidem naturae haec duo, quae diximus, divortium & uxorum multitudinem, abſolute prohiberi, vix ac ne vix quidem ab aliquo probari poſſe putem. Hinc Servator noſter *Matth.* XIX. quum haec duo eſſe illicita demonſtrare vellet, non legem teſtabatur naturae, verum primam conjugii inſtitutionem, quae a Dei voluntate unice profecta eſt: *Non legiſtis*, inquit, *qui principio fecit hominem, eos marem & foeminam feciſſe, atque ita pronuntiatum eſſe: Propterea relinquet vir patrem atque matrem & adhaerebit uxori ſuae, fietque ex duobus unum corpus. Itaque non jam ſunt duo, ſed unum corpus. Proinde quod Deus conjunxit, homo non disjungat. Et illi: Cur ergo praecepit Moſes divortii tabulam dari, uxoremque repudiari? Quibus ille: Moſes utique propter veſtram pervicaciam vobis uxores veſtras repudiare permiſit: verum principio non fuerat ita facilitatum.* His quidem Servator pervicaciam Judaeorum effeciſſe tradit, ut *Moſes* facultatem illis daret uxores ſuas, miſſo divortii libello, repudiandi: nec idem ego negem de licentia plures ducendi uxores, quam Judaeis datam fuiſſe conſtat, dici poſſe: Nihilo tamen minus nullo modo ut credam, a me impetro, paſſurum fuiſſe ſupremum Numen, ut haec duo vitia in populo, quem ipſemet ſibi delegerat, tam diu libere vagarentur, imo approbante ipſo committi viderentur, ſi juri naturae prorſus repugnarent. De lege certe naturae

inſtaurat, inſtauratamque roborat & perficit, dum ex corporis hujus cuſtodia eo proficiſcamur, ubi nihil amplius a morte & peccato periculi nobis imminebit.

(y) *Carnis*] *Cap. 6. p. 206. f. Opp.* Non videtur mihi *Tertullianus* his in verbis id tradere, quod ſibi *Picus* perſuaſit, *Chriſtum* humanam naturam aſſumturum fuiſſe, ſi vel integer & omnis peccati neſcius manſiſſet Adamus. Putat Africanus hicce doctor, Deum, quum primum conderet hominem, formam ſibi Servatoris noſtri in his aliquando terris victuri, ante oculos poſuiſſe, & ad eam limum illum finxiſſe, ex quo conditus eſt Adamus: *Sic enim*, inquit, *praefatio patris ad filium: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Et fecit hominem Deus, id utique quod finxit, ad imaginem Dei fecit illum, ſcilicet Chriſti. Et ferme enim Deus, qui in effigie Dei conſtitutur.* Quis vero hinc conficiat, viſum illi fuiſſe, *Chriſtum*, ſi vel Adamus nihil deliquiſſet, in terras tamen deſcenſurum & carnem humanam adſciturum fuiſſe? Non opus quidem erat redemtore & conciliatore humani generis eo tempore, quo primus homo ex luto fingebatur; at Deus tamen ex aeterno jam praeviderat, Adamum haud multo poſt peccaturum, idque ejus peccatum adventum Chriſti ad homines deſideraturum eſſe.

(z) *Gloriae*] Sumſit haec *Cudworthus* ab *Auguſtino* & aliis antiquis doctoribus, qui easdem nominis Evae cauſſas reddunt.

(a) *San-*

rae derogare aliquid Deum posse, non pauci sunt qui negant; verum nemo in potestate ejus positum esse dubitat, instituta vel abrogare, vel ad tempus quoddam pro lubitu & arbitratu suo tollere, quae libera ipsius voluntate sancita sunt. (*a*)

23 §. XXIV. Video quidem, obduci nobis ab aliquo posse, in Hebraeo codice *Gen.* II. 24. nihil exstare, quod adversetur illis, qui plures una uxores duci posse arbitrantur: nec enim vocabulum Duo, unde argumenti, quod memoravimus, praecipua vis ducitur, in eo reperiri, sed haec tantum verba: ויהיו לבשר אחד *Et erunt caro una.* Verum huic ego respondebo, nullum mihi dubium esse, quin haec vox in antiquis Ebraei codicis exemplis exstiterit, at furtim postea inde fortassis sublata sit. Ita vero ut sentiam, id me primum commovet, quod vis hujus dicti, sublato vocabulo hoc, facile alioquin potest declinari. (*b*) Atque Judaeorum in hunc usque diem doctores novimus concordi consensione, nulla loci hujus ratione habita, tradere, nihil eum in legem divinam admittere, qui plures sibi uxores sociat: id quod magna testimoniorum copia *Jo. Seldenus* incomparabili *de jure naturali & gentium* opere ostendit. Magis etiam, ut id credam, ea re inducor, quod in novo foedere non modo quatuor diversis locis verba *Mosis* ita expressa leguntur: Ἔσονται οἱ δύο. *Erunt hi duo erunt una caro*, sed etiam interdum ea ratione adhibentur, ut maximam argumenti vim in vocabulo δύο collocari appareat. Adde his, non aliter

(*a*) *Sancita sunt*] Praetermittam hic quaedam intacta, de quibus copiose commentari possem, & unum tantum monebo. Ponit vir eruditissimus hic similitudinem, quae ex ejus sententia conjugio viri & foeminae est cum *Christi* & ecclesiae conjunctione, in eo, quod conjugium societas est unius viri & foeminae, eaque, nisi gravissima incidat caussa, indissolubilis: negat vero hanc similitudinem in amore ac consociatione viri & foeminae potissimum quaerendam esse. Hoc dum facit, discedere mihi videtur a *S. Paulo*, quem sibi tamen interpretandum sumsit, & *Augustinum* potius audire, quem magnam sectatorum hac in re turbam habere novimus. *S. Paulus* binis in rebus conjugia hominum societati, quae *Christum* jungit & ecclesiam, vult esse similia: primum ratione obedientiae, quam uxores praestare viris non secus jubet, atque *Christo* ecclesia obtemperat: deinde ratione amoris, quo maritos aeque jubet uxores complecti, atque *Christus* diligit ecclesiam. Longius haud pergit vir divinus in hac comparatione matrimonii cum spirituali Christi & ecclesiae conjugio; idque vel ex totius orationis conclusione luculenter patet *Eph.* VI. 33. qua breviter ea repetit, quae latius antea dixerat. Licetne igitur nobis limites hos migrare, & ingenii unius ope alia momenta comparationis excogitare, de quibus vir divinus siluit? Certus ego sum, velle Deum, ut conjugium sit societas unius viri & foeminae, non autem plurium foeminarum, uniusque mariti: credo quoque, eundem velle, hanc societatem dirimi nullo modo debere, nisi caussae id suadeant maximi ponderis: nec denique resisto illis, qui utrumque ex *Gen.* II. 23. 24. probari posse ducunt. Verum difficillime adducor, ut existimem, Deum ea de caussa tales de conjugio leges rogasse, ut naturam communionis Christi & ecclesiae in conjugio ob oculos mortalium poneret: contra benignam Dei voluntatem erga genus humanum & summam ejus sapientiam effecisse arbitror, ut conjugibus haec jura scribi juberet. Lubens tamen ad doctissimi viri sententiam accederem, si vestigium ejus vel in *S. Pauli* verbis vel aliis sacrarum litterarum locis cernerem: quod quoniam invenire mihi haud licuit, satius me facturum puto, si iis me finibus contineam, quibus ipse *S. Paulus* sese continuit. Certas vero, nisi me conjectura fallit, caussas sequutus est vir egregius, quum a *Pauli* sibi norma discedendum atque similitudinem conjugii & conjunctionis *Christi* cum ecclesia in aliis rebus, quam in amore maritorum & uxorum obedientia, collocandam esse constitueret. Voluit scilicet, ut omnes crederent, conjugium ea de caussa esse a Deo institutum, ut spectabilis quaedam imago communionis Christi & ecclesiae inter homines exstaret. Haec sententia flagitat, ut in illis rebus, quae omnibus conjugiis communia sunt, & ad ipsam idcirco naturam eorum pertinent, sanctae hujus communionis similitudo quaeratur, non autem in istis, quae certis tantum propria sunt conjugiis. Quod si enim illae res, quae conjugiis tantum accidunt, nec in omnibus matrimoniis adsunt, *Christi* & ecclesiae societatem adumbrarent ac referrent, vix ac ne

vix

Digitized by Google

aliter in versionibus quibusdam antiquis locum hunc exhiberi: primum in versione LXX. virorum, ex qua fortassis a scriptoribus Novi Testamenti sumtus est: deinde in *expositione Chaldaica Jonathanis Ben Uziel*, cujus haec verba sunt: וידון תרוויהון לבישר אחד *Et erunt ambo in carnem unam*; denique in *Syriaca* quadam *Metaphrasi*, nondum edita, in qua sic scriptum legi *Morinus*, testatur: ܘܢܗܘܘܢ ܬܪܝܗܘܢ ܒܦܓܪܐ ܚܕ̈ *Et erunt ambo caro una.* Postremo, quod maximi esse puto ad hanc caussam ponderis, quamvis Hebraei codicis exempla nostra, quae a Judaeis accepimus tradita, hac voce careant, *Pentateuchus* tamen *Samaritanus*, quod pretiosissimum antiquitatis monumentum non ita pridem in lucem protractum est, qui variis in locis minus videtur esse depravatus, quam nostri codices, eam habet, locumque totum lingua Hebraea & germanis veterum Hebraeorum litteris, quas hodie Samaritanas nominamus, expressum sic exhibet: והיה משניהם לבשר אחד *Et fiet ex duobus illis in carnem unam.* (c) 24

§ XXV. Ceterum non ignoravit *S. Augustinus*, duplicem hanc legem, qua Deus legitimum munivit matrimonium, idcirco rogatam esse, ut aliquam partem sanctae illius societatis, quae Christum inter & ecclesiam intercedit, adumbraret. Namque *Libro de bono conjugali* haec contra eos, qui licitum esse volunt plures

vix quidem statuere liceret, coniugium in se spectatum *Christi* & ecclesiae simulacrum esse, sed dicendum foret, certa tantum quaedam coniugiorum genera tamquam rerum maiorum & coelestium signa & imagines spectari posse. Quo quidem dato, id, quod hoc in libello tanta solertia & eruditione probare studet vir praeclarus, maximam firmitatis suae partem amitteret. Jam quis nescit, amorem & obedientiam coniugum, tametsi lege divina praescribantur, ab innumeris abesse coniugiis, nec tamen hanc officiorum utriusque partis neglectionem ipsam semper tollere societatem, quae inter conjuges est? Itaque ne sola illa conjugia, quae divinae legi ex omni parte consentanea sunt, pro typis Christi & ecclesiae habeantur, quod consilio auctoris noxium foret, placet ipsi, comparationis, de qua loquimur, praecipuum momentum in illis rebus constituere, quae divelli nequeunt a coniugiis Christianorum, quomodocumque demum sese gerant conjugati homines.

(b) *Declinari*] Hanc ego rationem metuo, ne aspernentur illi, qui cum viro doctissimo dissentiunt. Respondebunt, ut arbitror, in praecepta rationis hic peccari, idque pro certo sumi, de quo partes inter se litigant. Nimirum ita rationem subducit *Cudworthus*: vocabulum *Duo* furtim sublatum est ex verbis *Mosis* & in suum idcirco locum restitui debet: nam alioquin locus hicce *Mosis* nihil valeret adversus eos, qui fas esse putant plures uxores simul ducere. Id vero in disceptationem vocatur: Utrum hicce locus *Mosis* eos feriat, qui pugnant licere viro plures una uxores sibi jungere matrimonio?

(c) *Unam*] Ego vero periculo non carere sententiam eorum arbitror, qui arbitrantur, Ebracum codicem librorum Veteris Testamenti, quem traditum a Judaeis accepimus, corruptum esse, & ad versionis LXX. interpretum aut Samaritani codicis normam emendari ac sanari debere. Egerunt jam alii hanc caussam, quorum argumenta & rationes nihil est, cur hic enumerem: satis erit, si *Mosis* hocce dictum, unde vocabulum *duo* excidisse opinatur vir eximius, paucis tetigero. Non requiritur, meo quidem judicio, in *Mosis* verbis nomen hoc ad efficiendam sententiam illam, quam vir eruditissimus in eis esse putat. Nam ex ipsa re & ex antecedentibus, in quibus unius viri & unius foeminae tantum mentio fit, satis liquet, de pluribus, quam duobus, verba sua *Mosen* intelligi noluisse: Ex quo perspicuum est, efficienter in illis vocabulum hoc *duo* reconditum latere, tametsi litteris haud expressum sit. Quotquot igitur in versionibus suis nomen hoc diserte posuerunt, quod apud *Mosen* haud exstat, illi minime credendi sunt perfectius exemplum Mosaici codicis ante oculos habuisse: sed illam tantum libertatem adhibuerunt, per quam licet interpreti perspicuitatis caussa voculam nonnumquam addere, quam lectores suos ex ipsa re scriptor intelligere & cogitatione veluti adjicere voluit.

Digitized by Google

plures una uxores ducere, observat: (*d*) *Nuptias Christianorum cum una tantum uxore, sacramentum esse unitatis ecclesiae Christo subjectae.* In divortiorum vero licentiam *Libro de nuptiis & concupiscentia* his verbis invehitur:(*) *Quoniam sane non tantum foecunditas, cujus fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cujus vinculum est fides, verum etiam quoddam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus conjugatis: unde dicit Apostolus: Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam. Hujus procul dubio sacramenti res est, ut mas & foemina connubio copulati, quamdiu vivunt, inseparabiliter perseverent, nec liceat excepta caussa fornicationis a conjuge conjugem dirimi. Hoc enim custoditur in Christo & ecclesia, ut vivens cum vivente in aeternum nullo* DIVORTIO *separetur.* Et commemorabile certe est, unicum illud alicujus momenti argumentum, quod *Tertullianum* impulit, ut omnes secundas nuptias legi divinae duceret repugnare, ex hac ipsa re sumtum esse; Christus, inquit, unum tantum cum ecclesia conjugium iniit: Hoc ergo Christianos imitari decet. Sed ipsa ejus verba legisse juvabit ex *libro de exhortatione castitatis:* (†) *Cum Apostolus in ecclesiam & Christum interpretatur, erunt duo in unam carnem, secundum spirituales nuptias ecclesiae & Christi (unus enim Christus & una ejus ecclesia) agnoscere debemus duplicatam & exaggeratam esse nobis unius matrimonii legem, tam secundum generis fundamentum, quam secundum Christi sacramentum. De uno matrimonio censemur utrobique & carnaliter in Adam & spiritualiter in Christo.* Eadem aliis in locis repetit. Obstat tamen haec ejus opinio directe regulae & legi, quam alias *S. Paulus* (§) tulit. Fraudi fuit *Tertulliano* ingenii, qua laborabat, severitas: qua si caruisset, sine ullo intellexisset negotio, humanorum conjugiorum & conjunctionis, quae *Christo* est cum ecclesia, hac quidem in re, nullam institui comparationem posse, quia *Christus* & ecclesia semper una vivunt, nec morte disjunguntur. Caussa vero, quare *typus* hic nondum abrogatus est, sed adhuc perseverat, haec est, quod nuptiae *agni*, quae tamquam *antitypus* illi respondent, (*Apoc.* XXI.) adhuc instant.

(*) (Libro I. Cap. 10. p. 19. Tom. X. Opp.) (†) Cap. 5. p. 384.
(§) (1. Cor. VII. 39. 1. Tim. V. 14.)

(*d*) *Observat*] Sententiam, non verba, *Augustini* refert vir doctissimus. Censet is, plures ideo uxores ducere licuisse hominibus sub antiqua lege viventibus, ut praesignificaretur, multas aliquando gentes uni Christo subjectas fore: novo vero foedere introducto, constitutum esse, ut matrimonium societas tantum unius viri & unius foeminae sit, quo cognoscant homines, unam esse ecclesiam, ex variis licet gentibus collectam, unique marito *Christo* junctam. Loquatur ipse ex *Libro de bono conjugali Cap.* 18. §. 21. p. 243. *Tom.* VI. *Opp. Sicut ergo sacramentum pluralium nuptiarum illius temporis significavit futuram multitudinem Deo subjectam in terrenis omnibus gentibus: sic sacramentum nuptiarum singularium nostri temporis significat unitatem omnium nostrum subjectam Deo futuram in una coelesti civitate.*

FINIS.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX
AUCTORUM.

a Tom. I. b II. designat.

A.

Abrahamus. De eo scribunt Orphei carmina, a 445. sq. n. *o*, *p*. Ejus de Idololatria sententia. 712. sq.
Acolutbus (Andr.) de Aegyptiorum religione. 532
Adamus & *Eva* an typum gesserint Christi & Ecclesiae. b 908. sqq. 912. n. *r*
Aemilius (Paul.) ejus sententia de Deo aut benigno aut formidando. 76. n. *e*
Aeneas Gazaeus v. *Gazaeus*.
Aeschylus, an Deum esse omnia putaverit. a 766. Dolos probavit. b 798. n. *y*
Aesculapius, ejus miracula rejiciuntur. 163. in nota. Socrates moribundus eidem Gallum vovens. a 616. n. *d*
Agatho de omnipotentia Dei. b 43. n. *e*
Alexander Pseudomantis, ejus fraudes. a 399. in nota.
Alexander Aphrodisiensis Deum rationibus demonstrari posse negat. b 188. n. *s*
Alliacus (Petr.) patronus moralitatis extrinsecae. 632
Allixius (Petr.) ejus sententia de philosophia Philonis. a 830. in nota.
de Potamone. ibid.
de Philonis Trinitate. 831
Amelius de Trinitate Orphei & Platonis. 451. seq. n. *e*
animam mundi supramundanam vocat. 854
duplicem animam mundanam & supramundanam statuit. ib. n. *m*
quo sensu ceperit λόγον s. verbum aeternum Johannis. ibid. n. *n*
Ejus effatum de λόγῳ s. verbi incarnatione. 646
An ex eo duplex mundi anima Platonis probari queat. 882. in nota.
Ammianus (Marcellinus) ejus sententia de origine divinationis. 770. n. *b*
quare Deos minores substantiales potestates nominet. 816. n. *z*
an summum Numen *Themidem* nominaverit. 817
ipsius religio. b 784
testimonium de convivils post sacrificia. b 842. in not.
Ammonius de ratione & immortalitate daemonum. 544. sq. n. *k*
cogn. *Saccas*, Auctor Platonismi recentioris. 752. 757. sqq.
Amphilochius. a 911. n. *l*
Anastasius, ejus definitio de persona s. hypostasi in Trinitate. 926. n. *f*
Anaxagoras, ejus sententia de fato. 9. n. *x*
imperitus patronus Atomorum. 27
Ejusdem Homoeomeria quid fuerit. ib.
credidit naturas incorporeas. 46
Ejus sententia de atomis. 58
Laudatur ab Aristotele, quod primus ex secta Ionica mentem & bonum principia esse rerum dixerit. 146. n. *y*
Sectae Ionicae assecla quaenam dogmata deduxerit ex principio: Ex nihilo nihil fit. 153
an princeps inter rerum principia mentem collocaverit. 165. n. *b*
ob rejectas vulgi superstitiones Atheismi insimulatur. 172
Atheismi insimulatur ob rejectam animam mundi seu naturam genitricem. 212. n. *v*
duo rerum principia Deum & Materiam adserit. 272. n. *n*
an patronus duplicis Dei credatur a Plutarcho. 318. n. *o*
unum supremumque Deum conditorem mundi statuit. 587. seqq. &. 590. n. *n*
bina rerum principia aeterna statuit, mentem infinitam, & infinitam materiae homoeomeriam. 588
ejus homoeomeria nititur principio: ex nihilo nihil fit. b 236. seq.
Deum unum eumque incorporeum statuit. ib.
Lunam statuit cultam & habitatam. a 589
reprehenditur, quod materiae nimium tribuerit. 589. seq.
sententia ejus de Deo omnia permeante. 764
indefessus scrutator naturae. b 89. in not.
de dissensu ejus & Anaximandri in Homoeomeria. 502
Anaxarchus moralitatis extrinsecae patronus. 629

Anaximander Atheismi reus. a 165. seqq.
irrito conatu defenditur ab Aristotele. 166
an Clemens Alexandrinus eum hoc crimine absolvat, ib. n. *l*
materiam sensu vacuam Deum appellavit. 167
ejus sententia de creatione mundi, infinitis mundis, & de brutorum animantium & hominum ortu. 170. sqq.
idem quod Democritus sentit, sed aliam philosophandi viam ingreditur. 173
tangitur a Platone. ib.
de ejus universa philosophia conjecturae & judicium Moshemii. 171. n. *z*
mundi, quem incolimus, ortum & interitum adserit. 187. seqq.
ejus sententia de ortu hominum ex piscibus. b 126. n. *t*
de dissensu ejus & Anaxagorae in Homoeomeria. 502
Anaximenes ex aëre rerum omnium originem deduxit. a 147. 169
atheismi reus. 165. n. *i*
Andreas (de novo castro) patronus moralitatis extrinsecae. b 632
Antisthenes, Cynicae sectae conditor, ejus unus Deus naturalis. a 613
Antoninus (Marcus.) 654
Aphrodisiensis fatum & naturam idem esse sentit. 228. n. *b*
Apollonius Tyanaeus & vitae sanctimonia & miraculis Christum Servatorem quam aptissime refert. 391. seqq. 397. n. *v*. 401
linguam bestiarum intellexisse perhibetur. 400. in nota.
ejus miracula. b 153
Apulejus unum numen professus est. a 674
de Isidis auctoritate & religione. 731. n. *o*.
ejus Dii consentes. 756. seq. 760. n. *b*
ejus sententia de Deo omnia permeante. 764. n. *p*
Aratus an unum summum Deum agnoverit. 557
ejus Jupiter summum Numen est. 724. seqq.
ejus religio. 726. n. *b*
Archangelus de *Burgo Novo* doctrinae Cabbalisticae peritus. b 897
Archelaus duo rerum principia Deum & materiam adserit. a 272. n. *n*
Archytas ejus Deus. 608
Arimanius Persarum quis fuerit. 320. n. *s*. *v*
Aristaeus, ejus Deus supremus. 609
de concordia religionis Hebraeorum & gentilium. 713. n. *p*
Aristides unum Deum rerum omnium creatorem professus est. 679
ejus auctoritas. 742. n. *s*
Aristippus moralitatis extrinsecae patronus. b 629
Aristobulus, Judaeus, genti suae Orphei nomine decus & auctoritatem conciliat. a 445. n. *o*
Aristodemus, ejus colloquium cum Socrate. 615. seqq.
Aristophanes, de ejus religione, quae omnes Deos ex Chao & nocte educit. 158. n. *q*
an unum summum Deum cognoverit. 557. n. *t*
Aristoteles quae de Physica corpusculari scripta reliquerit. 12. seqq. cum notis.
ejus argumenta contra Physicam corpuscularem. ib.
illi in interpretandis philosophorum scitis tardius fides est adhibenda. 16. n. *y*
naturas credidit incorporeas. 33
materiam & corpus non unum idemque esse adfirmavit. 79. n. *b*
an rerum corporearum investigationem plane repudiaverit. 82. n. *l*
Atomis praetermissis soli sese tradidit Dei rumque incorporearum contemplationi. 86
ejus philosophia partim laudatur, partim accusatur. ib. seq.
dissentit a Platone in primis scientiae naturalis fundamentis. 86. n. *o*
mundi partibus, quae infra lunam exsistunt, providentiam divinam subduxisse vulgo creditur. 87. n. *s*. *t*
ejus sententia de animae sentientis immortalitate & praeexsistentia. 87. seq. 88. n. *y*
de ortu animae. 88. n. *y*
naturam ad certos ferri fines praedicat, quamvis nec ratiocinetur, nec deliberet secum, quare sic agat, quae tamen supremi Numinis voluntati subjecta sit. 141. seq.
quibus rationibus Atheos materiales aggressus fuerit. 145
studio in exponendis veterum sententiis brevitatem obscuritati adjunxit. 151. n. *e*
explicatur a Philopono Christiano. 169. n. *s*
rerum omnium origines a materia, formis & qualitatibus induta repetit. 174
quamvis mundi aeternitatem & a parte Ante, & a parte Post adserat, attamen ejus mutationes non negat. 188. seq. n. *d*. *g*
ejus prudens judicium de Mechanicis illis, qui casui & fortunae committunt omnia. 203
an natura, quam praecepit, una eademque sit cum natura genitrice. 208. seq. n. *o*
vera ejus notio de natura genitrice. 215
an inter animae mundi statores sit referendus. 239. seqq. n. *x*
eum Platonici in Platonis opiniones pertrahere maxime conantur. 242. n. *b*
an coelo animam mundi adlignaverit. 243. n. *c*. 244. n. *g*

quid

Digitized by Google

quid illi ſit motor primus. ibid.
a Platone circa naturam genitricem non diſſentit. a 246
an duo principia adſeruerit. 272. ſeqq. n. *n* 274. n. *o*
an creationem ex nihilo crediderit. 274. n. *p*
an bonitatem ſcientiae & omnipotentiae praetulerit. 282. ſeq. n. *m*
an Patronum duplicis Dei cum faciat Plutarchus. 318
explodit Polytheos. 324. ſeq.
ejus unus Deus nihil niſi tota haec rerum univerſitas eſt ex Deo conſtans & materia. ibid. n. *c*
mundum aeternum habet eumque ex Deo emanaſſe docuit. 366. 370
quid ei ſit phyſicus & phyſiologus. 593. n. *q*
an plures eſſe Deos crediderit. 628. ſeqq. 631. n. *z*
unius Dei profeſſor. 631. ſeqq.
ſidera Deos autumat. 630. ſq.
ejus μαντικὴ ſeu vaticinatio. 629. n. *v*
an daemones crediderit. 630. n. *y*
quid ei ſit θεὸς, θεῖον, δαιμόνιον, 632. ſeq.
ejus ſummus Deus primus amore omnium rerum motor. 634
ab eo omnem naturae ordinem & harmoniam. 636
an mundo animam dederit, nec ne? 635. n. *b*
ἁρμονία apud eumdem univerſum mundum & φύσις artificioſam ejus mundi naturam deſignat. 637
νοῦς quo ſenſu ab eo uſurpetur. 638
Deum principium omnium rerum credit. ibid.
tres ſcientias facit in ſola ſpeculatione poſitas, Phyſiologiam, Mathematicam puram, & Theologiam ſeu Metaphyſicam. 639
ejus fundamenta Theologiae ſeu Metaphyſicae. ib. ſeq.
veterum religionem publicam maximam partem fabulas & inventum politicum habet. 641
explicatur. 642. ſeq.
ἄθεος quid ei ſit. ibid. n. *q*
ejus religio. ibid.
an Atheus, nec ne? ib.
ejus ſententia de Deo. ib.
aeternitatem mundi adſerit. ib.
Deo libertatem adimit. ib.
neceſſitudinem Dei mundique adſeruit. ib.
Dei infinitatem tollit. ib.
Deus ei res hominum non curat. 643. in notis.
ejus ſententia de Deo omnia permeante. 762. n. *i*
ejus contentio cum Zenone de notione Deorum. 790
ejus numerus infinitus explicatur. b 36. n. *s. t. v*
Deum bonum ac benignum affirmat, poëtasque mendacii inſimulat. 76.
notat impietatem eorum, qui fines rerum negant. 96
de veterum phyſicorum commentis, de cauſſis membrorum hominum & animalium. 114. n. *a*
de aeternitate mundi & ortu hominum. 124
de eſſentiis rerum aeternis. 222. ſeq.
refert veterum de animae natura ſententias. 240. n. *l*
de ortu & interitu omnium rerum ex mente veterum. 253. ſeq. n. *f*
materiam incorpoream ſtatuit. 275. in n.
ejus loci quidam de creatione ex nihilo explicantur. 294. ſeq.
num creationi ex nihilo faverit? 319. ſeq.
de Atheis rerum naturam non niſi corporibus concludentibus. 354. n. *d*
credidit naturas non extenſas. 362. ſeq. n. *k. l*
ejus ſententia de anima & primo motore. 362. n. *l*
ejus ſententia de motu, quem aeternum ſtatuit. 514. n. *b*
de immortalitate animae. 568. ſeq. n. *s*
num animae corpus coeleſte dederit. ib.
ejus νοῦς eſt anima rationalis, ψυχὴ vero ſentiens. ib.
quid eidem ſit πνεῦμα, φύσις. ib.
animam quintum eſſe elementum tradidit ib.
de ejus anima. 571. in not. N. III.
de patronis moralitatis extrinſecae. 628
non ignarus philoſophiae corpuſcularis. 651
de ſenſus & cognitionis natura. 675. ſq.
Arius num fuerit Platonicus. a 872. ſeq. 875. n. *g.* & not. *b*
Ariſtotelicum eum facit Petr. Faydit. 876. in not.
utrum errorem de Trinitate ex diſciplina Platonica hauſerit. ibid.
an Platonis Trinitas eius Trinitati ſit conſentanea. ibid. in not.
Platonicum eum habet Chriſtoph. Sandius. ib. in not.
ad Valentinianos & veteres Gnoſticos refertur. 877. in not.
de ejus Platonismo. 906. n. *g*
an Cyrillus eum habeat Platonicum. ib.
ejus ſententia de Trinitate. 920
filium ſeu verbum naturam creatam eſſe pugnavit. 929.
ejus Trinitas differt a Chriſtiana. 935.
differt & a Trinitate Platonica & Porphyriana 944. n. *t*
Arnaldus ſeu Ernaldus Spiritum S. animam mundi dixit 850. n. *l*

Digitized by Google

auctor libri de Spiritu S. habendus. a 946. n. z
Arnobius contra gentiles. 406
ejus teſtimonium, quo ſenſu mundus ab antiquioribus pro ſupremo Deo ſit habitus. 806. in not.
animam corpoream eſſe vult. b 435. in not. N. III.
Aſclepius, liber de filio Dei, an eum ſecundum Deum nominet. a 493. ſq.
Aſclepiades proxime accedit ad Democriti de corpuſculis ſententiam. 29. n. *k*
philoſophus Aegyptius. 706
Athanaſius an putaverit omnes Deos Ethnicorum unius Dei fuiſſe vocabula. 796. n. *q*
totam gentilium Deorum turbam ad duo revocat, quorum unum continet Numina a poëtis conficta, alterum naturae partes comprehendit, quibus gentiles Deorum nomen & honores attribuerunt. 796
ex ejus ſententia Dii gentiles homines fuerunt, qui beneficiis & praeclare inventis locum ſibi in concilio Deorum comparaverunt. ib. n. *q*
enarrat quo ſenſu Graeci mundum univerſum pro Deo ſummo habuerint. 807
ejus ſententia de Ario. 873
an non tam perſonarum quam virtutum divinarum ſtatuat Trinitatem. ib. n. *f*
Arium ad Valentinianos & veteres Gnoſticos refert. 877. in not.
convenientia ejus cum Platone de altera Trinitatis perſona refellitur. 884. & 886. in not.
an a vite ducta ſimilitudine Trinitatem illuſtraverit. 915. n. *s*
ejus profeſſio de Trinitate explicata. 916. ſeqq. & defenſa. 918. n. *y*
idem falſo emendatus. ib. n. *z*
de differentia vocabulorum ὁμοούσιος & ὁμοιούσιος. 932
de vocabulo ὁμοιούσιος. 934
falſo habetur auctor dialogorum de Trinitate 936. n. *p*
an ejus Trinitas tres Deos efficiat. 943. ſeq.
qua ratione Trinitatem Homouſion, unum eſſe Deum dixerit. 936. ſeq.
ejus Perichoreſis in Trinitate. 942
ejus merita in rem Chriſtianam. 945
de ſymbolo ei vulgo adſcripto. ibid.
ejus teſtimonium pro convenientia Trinitatis Chriſtianae & Platonicae. 948
idololatriae accuſat Arianos. 963. ſeqq.
ejus effatum de adoratione humanae Chriſti naturae. 966
Athenagoras ſcholae Alex. praeſes. b 754
an ſubordinationem Trinitatis crediderit. a 912
mundum felicitatis aliis impertiendae cauſſa creatum exiſtimat. b 586. in not.
Atticus duo rerum principia Deum & materiam adſerit. a 273. n. *n* & 563
Attius (Navius) eius prodigium. b 179 n. *m*
Auguſtinus de praeexiſtentia animorum. 243. n. *o*
materiam incorpoream ſtatuit. 276. ſeq. in not.
ejus ſententia de naturis non extenſis. 369
ejus ſententia explicata de Diis gentilium. a 738. ſeqq.
an ex ejus teſtimonio probari queat varios gentilium Deos nil niſi nomina ſupremi Dei fuiſſe. 753
idem de Varrone & Scaevola. 754. n. *v*
reprehendit conſuetudinem veterum res divinas rebus immiſcendi phyſicis. 776
ejus ſententia de multitudine Deorum. 789
de diſcrimine Theologiae veterum naturalis & civilis. 792
ejus ſententia quo ſenſu Graeci mundum univerſum pro Deo ſupremo habuerint. 805. 806. n. *g*
quodammodo excuſat Trinitatem ethnicorum. 826
ex ejus teſtimonio nonnulli priorum Chriſtianorum filium ſeu λόγον dicebant eſſe ſapientiam illam, qua pater eſt ſapiens. 847. n. *i*
de Origenis mutabili animarum felicitate poſt fata. 861. n. *q*
ejus ſententia de ſimilitudinibus quibus S. Trinitas depingitur. 921. in notis.
ejus ſimilitudo ab anima humana deſumta, qua Trinitatem depingit. 922. in not.
ejus effatum parum providum de Plotini & Porphyrii Trinitate. 923. n. *d*
de vocabulo ὁμοούσιος. 933
ejus teſtimonium de Trinitate Platonica. 949
de animae corpore angelico. b 425. n. *g*
idem de angelorum corporibus nihil certi decernit. ib.
angelos ex anima & corpore componit. 458. ſeq. n. *p. q. r*
de corporibus angelorum. 483. n. *n*. 485. n. *e*
de ſanctis ſeu eccleſia legitimis mundi poſſeſſoribus. 567. in not.
de anima Ariſtotelis. 571. in not. N. III.
mundum felicitatis aliis impertiendae cauſſa creatum exiſtimat. 586. in not.
de mundo non citius facto. 591. n. *e*
de veteribus Platonicis. 755
de Chriſtianis Platonicis. 764
de Porphyrio. 766
refutat duplicem Platonic. calumniam. 777

oppo-

Digitized by Google

opponit se libertati pro veritate mentiendi. 804
Augustinus Steuchus Eugubinus. v. *Steuchus & Eugubinus.*
Auctores ignoti. Auctor recognitionum an subordinationem Trinitatis crediderit. a 912
de auctore dialogorum de Trinitate. 936. n. *p*
auctor libri de Spiritu S. quisnam sit. 916. n. *z*

B.

Baltus (Franc.) de oraculis veterum. b 180 n. *p*
de Platonismo Patrum. 756
Banierius de cultu bestiarum Aegyptiorum. a 536. in not.
Barbeyrac editio Lucretii exspectatur. b 103. in not.
de Augustino sanctos pro legitimis mundi possessoribus habente. 567. in not.
Barclajus (Robertus) de resurrectione mortuorum. 420. n. *b*
Barnesius (Josua) de concordia Irenaei & Homeri in dogmate de anima natura. 436. n. *m.*
Euripidis religionem defendit in vita ejus. 575. n. *b*
Basilius (Magnus) de distinctione ejus inter substantiam & hypostasin in Trinitate. a 925
male auctor habetur commentarii in Jesaiam b 456. n. *n*
Basnagius (Jac.) de Philonis Trinitate. a 831. in not.
de duplici anima mundi Platonis. 879. n. *i.*
ejus judicium de Cudw. tractatu *de conjunct. Ctr. & Eccl.* b 883
Bayerus (Theoph. Sigfr.) de religione Sinensium. 325
Baylius (Petrus) argumentum, quod Deum ex copia malorum, quae hunc orbem tegunt, tollit, maxime exornat. a 119. n. *g*
ejus sententia de gentilium cultu unius Dei 682. sq. in n.
ejus mos in explicandis veterum praeceptis. 684
de versuum auctore vulgo Critiae adscriptorum b 72. n. *b*
vim abditam in Atomis latentem de virtute divina exponens refutatur. 78. n. *f*
ejus sententia de Democriti idolis. 149. in not.
concordiam adserit rationis & fidei in articulo de creatione ex nihilo. 194
ejus accusatio Cudworthi de materia juniorum Platonicorum. 340
contra Spinozam. 527. n. *l*
ejus sententia de caussa & fine mundi creati. 567. n. *l*
ejus sententia de caussa orbis conditi. 587. in n.
[*Beausobre* Hist. de Manich. a 565. 568. 592. b 288. 289. 290. 361. 377. 396. 435. 788]
Becker (Balthas.) omnem daemonum negat potentiam. 159. in not.
Bentlejus (Richard.) emendat lectionem Hieroclis 390. n. *m*
de constitutione coeli. 565. n. *i*
[*Berckley* Alciphron. a 665. b 641]
Bernhardius de Spiritu S. quod non sit anima mundi. a 858. in not.
Bernierius (Franc.) de Vedam, libro veterum Braminum. b 333
Bessarion, ejus verbo Aristotelis. 213. n. *b*
de Platone amico creationis ex nihilo. 312
de materia Platonicorum. 339
Bezoldus (Carol. Fried.) a 968
[*Blatterie.* b 775. 781]
Blondellus, ejus sententia de Sibyllinorum carminum auctoritate. a 413. n. *i*
Bodinus (Joh.) mundi, hominum, & bestiarum creationem & gubernationem certis geniis attribuit. 201. n. *d*
Boëthius (Christianus) mundum aeternum esse negat, at perpetuo tamen fuisse tradit. b 289.
ejus sententia de naturis non extensis. 369
de corpore seu vehiculo animae. 413. in not.
homines Deos appellat. a 337. n. *z*
ejus testimonium de Platonis aeternitate mundi. 867
de perfectione & imperfectione. b 47. n. *g. b*
judicium de ejus aeternitate. 61. in not.
ejus sententia de animis hominum & brutorum explicata 543. n. *i*
de scientia non perfectione. 533
Boëtius, ejus mens de Deo & natura genitrice. a 179. n. *m*
mundum aeternum & incorruptibilem adserit. 190. n. *b*
an Atheis annumerandus. ib.
Bossuetus de cultu bestiarum Aegyptiorum. 537. in not.
Bouchetus (I. V.) de oraculis veterum. b 180. n. *o*
de Vedam libro veterum Braminum. 334
Boulainvillierius creationem ex nihilo rationi absurdam adserit. 294
Spinozae interpres & fautor. 526. n. *b*
Boyle (Robertus) indefessus naturae scrutator. 89. in not.
Brentius (Joh.) an Deum contradictoria facere posse adfirmet. 46. in not.
Browne (Thomas) Anglus, Deum contradictoria

Digitized by Google

ria facere poſſe adfirmat. ib. in not.
Bruckerus (Jac.) de differentia numerorum Pythagorae & Platonis idearum. a 598. n. v. de ideis Platonis. 856. in not.
[*Brumoy* (P.) a 545]
[*Brun* (le) b 174. 175.]
Buddeus (Joh. Franc.) de Pythoniſſa Endorea jam dudum defunctum Samuelem vivum exhibente regi Saulo. b 175. in not.
ejus ſententia de philoſophia Philonis. a 829
ejus ſententia de Hobbeſio. b 33. n. *p*
ſententiam Cudworthi de S. Coena in medio relinquit. 827
Bullus (Georg.) de Trinitate Philonis. a 831
Arium ad Valentinianos & veteres Gnoſticos refert. 877
an ſubordinationem in Trinitate probaverit. 912. n. *m*
de vera notione vocabuli ὑποστάσις. 931. n. *k*
Burnetus (Gilb.) de Platonicis Anglis. 910. n. *k*
ejus Judicium de Cudworthо. b. 450. in notis.
de Hobbeſio. 602. in not.
de Hobbeſii fato. 608. in not.
Burnetus (Thomas) de creatione ex nihilo ex ſententia veterum philoſophorum. 290
nimis laudat Orpheum. 304
Burtonus (Henr.) Reformatus, Deum contradictoria facere poſſe adfirmat. 46. in not.

C.

Callicles patronus moralitatis extrinſecae. b 629
[*Callimachus* a 553. in n.]
Cardanus (Hieron.) religionem aſtris adſcribit. b 185. n. *q*
Carneades ex hominum libertate rerum futurarum praeſcientiam Deo derogat. 177. n. *i*
an patronus moralitatis extrinſecae. 631. n. *m*
Carpentarius (Jac.) de natura univerſalium. 651
[*Carpzovius*. a 631]
Carteſius, ejus ſententia de ortu mundi. 87. n. *r*
naturam genitricem negat & legibus mechanicis favet. 199. ſeqq.
ejus liber de homine & formatione foetus reprehenditur. 202. ſeq. b 113. n. *z*
cordis motum ex legibus mechanicis explicat. a 227
an Dei omnisque religionis ſit hoſtis. 251. n. *m*
ejus philoſophiae cenſura. 251. ſeq.
ejus ſententia de omnium rerum incertitudine refellitur. b 188. ſeqq.
ejus argumentum pro exiſtentia Dei ex idea innata. 194. ſeqq.
animantia nil niſi machinas omni ratione deſtitutas eſſe docet. 265. 519. 542
reprehenſus, quod ad neceſſitatis motusque ſempiternas leges omnia referat. a 590. n. *n*
ejus ſententia de omnipotentia & de naturarum rerum aeternitate & immutabilitate, quas unice ex voluntate divina deducit. b 42. n. *d*
an primus docuerit, Deum contradictoria & impoſſibilia facere poſſe. 44. n. *f*
mundum meliori modo conſtrui poſſe autumat. 96. n. *g*.
contra eum oſtenditur, quod nullo modo liceat ex legibus mechanicis explicare cunctas res naturales. 98
quo jure a Cudwortho paſſim caſtigetur. ibid. n. *k*
ejus philoſophia atheos juvat. 115. ſeqq.
an terra ex ejus mente olim ſol fuerit. 117. n. *g*
judicium de ejus libro de formatione foetus 118. n. *b*
ejus ſententia de motu 515
ejus ſententia de moralitate. 638. ſeq.
Caſaubonus de Hermete Triſmegiſto. a 479. ſeq. 489.
Caecus (Guil.) Sententia de ſtella a Magis viſa deſcenſumque Dei praemonſtrante. 952. in n. N. IV.
Celſus ſcriptis religionem aggreditur Chriſtianam. 398. ſeqq.
ſcite de Deo loquitur. ib.
criminatur Chriſtianos Jeſum filium Dei appellantes. 810
cujus ſectae fuerit. 846. n. *g*
de omnipotentia Dei. b 43. n. *e*
de bonitate & ſapientia divina. 562. ſeq.
reſurrectionem mortuorum ſpem vermium appellat. 572. n. *x*
Chalcidius an Chriſtianus, ſeu gentilis Platonicus, an vero Eclecticus philoſophus. a 948. n. *d*. b 785
Judaeorum ſectam ſanctiorem nominat. 950. in not. N. I.
duplicem homini dat animam vitalem & rationalem. ib.
de ſtella a Magis viſa. 952. N. IV.
de angelis quae ſcripta reliquit. ibid. in not. N. V.
aeternitatem mundi adſerit. 954. in not. N. VII.
ut & animarum transmigrationem. ib.
earum praeexiſtentiam. ib. in not.
animam mundi. ib.

Digitized by Google

animarum ex ipſa materia divina ortum. ib.
ejus teſtimonium de Trinitate Platonica. 955
ejusdem ſententia de anima mundi ib. in not.
ſolem & ſtellas in Deorum numero ponit. a 957. in not.
ejusdem ſententia de daemonibus. ib.
divinationibus magnum pretium ſtatuit. ib.
Moſes ab eodem laudatus. 951.
Cherbury (Eduard. Herbert. Baro de) 563. n. *c*
de doctrina Pythagorae. 570. n. *z*
ejus liber de religione gentilium. 629. n. *t*
ejus ſententia de cultu unius Dei gentilium. 682. n. *n*
Chryſippus de Deo & Deorum inferiorum interitu. 651
Aetherem principem dicit eſſe Deum. 804. n. *a*
Chryſoſtomus (Joh.) piarum fraudum patronus. b 803
Cicero de legibus. a 377. n. *x*
ſententia de oraculis Sibyllinorum carminum. 415
num animorum aeternitatem crediderit. b 248. n. *t*
de libertate Epicuri. 266. ſeq. n. *p*
an unum Deum eſſe crediderit. a 668. ſeq. & 748. cum not.
eſt ſcepticus. 667. n. *f*
de migratione animarum heroum poſt fata in coelum. b 399. in n.
ejus ſententia de ratione morborum, virtutum & vitiorum cultorum. a 798. in not.
in recenſione veterum dogmatum illi fides non eſt habenda. b 146. in not.
de conſtitutione coeli. 564. n. *b*
Clarckius (Sam.) ejus ſententia de miraculis Daemonum. 168. ſeqq. in not.
ejus argumentum pro exſiſtentia Dei. 206. in not.
ſententias collegit de dicto Joh. XIV. 28. a 916. n. *v*
Claudianus Mamertus de Philolao adſertore creationis ex nihilo. b 308
de natura angelorum. 459. n. *s*
Claudius (Joh.) patronus ſententiae Cudw. de S. Coena. 817. n. *t*
Cleanthes ſolem ſupremum Deum, ſtellas vero minores Deos credidit. a 185
ejus hymnus. 662
unum ſummum Deum univerſitatis rectorem credidit. 649
Clemens Alexandrinus Deum rationibus demonſtrari poſſe negat. b 186. n. *s*
Orpheum falſo patronum creationis ex nihilo facit. 303
Platonem falſo patronum creationis ex nihilo facit. 309. ſeqq.
ejus teſtimonio corroboratur Perſarum magis mundum templum Dei dictum eſſe. a 809
Platonis Trinitatem laudat. 878. in n.
an ſubordinationem Trinitatis crediderit. 918
ejus ſententia de natura angelorum. b 472. in not.
probat Philoſophiam Eclect. 754. ejus teſtimonium de utilitate Philoſophiae. 755.
Clericus (Joh.) de natura, quae medium veluti locum inter corpora & ſpiritus teneat. a 224. n. *t*. 227. n. *z*. N. III.
tres hominis partes ſtatuit. ib.
ſententia de argumento quod Deum ex ejus idea probat. b 206. in not.
ejus obſervationes contra eos qui negant ex nihilo ulla ratione fieri poſſe aliquid. 281. ſeqq.
ejus ſententia de ratione morborum, virtutum, vitiorum cultorum. a 798. in not.
ejus ſententia de philoſophia Philonis. 829. in not.
de Philonis Trinitate. 831
de duplici mundi anima Platonis. 879. n. *i*
de Porphyrio hoſte & oſore Chriſtianae religionis. 908. n. *b*
de corpore animae aethereo poſt fata remanente. b 431. in not.
de Auguſtino angelos ex anima & corpore componente. 459. n. *r*
de fine creationis. 589. in not.
de mundo non citius facto. 590. n. *e*
Conſtantinus M. Imperator Platonis Trinitatem laudat. a 877. in not.
quare Arianos Porphyrianos dicat. 908. n. *b*
ejus judicium de Platonis Trinitate. 909. in not.
Conti (Antonius) lumen ſeminale, quod Nigriſolius mentitus eſt, explodit. 200. n. *c*
Cosma, quem Indicopleuſten vocant, ejus ſententia de ſimilitudinibus, quibus ſacra Trinitas depingitur. 920. n. *b*
Cosmus (Ruggerius) praedictionibus ex aſtris operam dedit. 185. in not.
Cotta quae apud Ciceronem perhibet, ex iis veterum ſententiae de Deo non ſunt metiendae. 16. n. *y*
de creatione mundi 648. ſeq.
Crantor mundi aeternitatis patronus. 372
Critias, de ei vulgo adſcriptorum verſuum auctore. b 72. n. *b*
religionem a magiſtratus calliditate deducit. ib.
Creſius (Gerh.) ejus hiſtoria Quackerorum. 421. n. *b*
Croze (Matur. Veiss.) de Brachmanum religione. 334
Cudworthus, magnus amicus philoſophiae Platoni-

Digitized by Google

tonicae & Pythagoricae. a 3. n. c. 143. n. p. 152. n. g. 910. n. k
putat ex nominum multitudine, quae Diis suis veteres imposuerunt, Deorum natam esse multitudinem. 801. n. s
ejus sententia de gentilium cultu unius Dei accusatur & defenditur. 681. seq. in not.
abhorret a decreto absoluto. 4. n. d. b 77. seq.
systematis totius summa exhibetur. a 8
philosophiae corpusculari favet. 128. n. k
in opere suo in primis immutabilem fatalitatem explodit. 186
ejus sententia de Trinitate sapit subordinationem & Sabellianismum. 902. n. d
concordiam adserit veterum philosophorum cum Christianis in articulo de creatione ex nihilo. b 291
ejus sententia de Trinitatis notis, quas non virtutum aut qualitatum nomina habet, sed trium personarum & naturarum vere consistentium. a 908. n. b
vim abditam in atomis latentem de virtute divina exponit. b 77. n. g
quo jure & qua de causa ab eo castigetur Cartesius. 98. n. k
Quare Franc. Baconem impietatis nomine suspectum habeat. 108. n. p
Remanere animae post fata corpus aethereum affirmat. 490. n. k
Violati dogmatis de resurrectione corporum accusatur. 447
de eo judicium Gilb. Burneti. 450. in n.
Cunaeus (Pet.) de conjugio Cabbalistico. 905
Cyprianus an Spiritum S. animam mundi dixerit. a 850. n. l
ejus sententia de genio mundi. ibid.
non est auctor libri de Spiritu S. 646. n. z
Cyrillus (Alexandrinus) de Spiritu Sancto anima mundi. 851. in not.
an Arium habeat Platonicum. 906. n. g
de distinctione ejus inter essentiam & hypostasin in Trinitate. 914. n. q
ejus sententia de similitudinibus quibus S. Trinitas depingitur. 921. in not.
ejus definitio de persona seu hypostasi in Trinitate. 926. n. f
ejus Trinitati praeferenda est Platonica. 927
ejus testimonium de Trinitate Platonica. 949

D.

Dacierius (Andr.) Platonem falso amicum creationis ex nihilo habet. b 310. 314
Daillon (Benjamin) omnem daemonum negat potentiam. 159. in not.
Dalen (Anton. van) de oraculis. 180. n. p de eo a 798. in not. [b 175.]
Damascenus (Joh.) ejus sententia de Deo omnia permeante. a 765. n. s
ejus sententia de similitudinibus, quibus S. Trinitas depingitur. 921. in not.
de natura angelorum. b 473. in not.
Damascius de Persarum religione. a 432. n. i
de Aegyptiorum Trinitate 529. n. b
[*Daniel* (Gabriel) b 198]
Democritus an sensus naturam ex motus legibus unice declaraverit, incertum est. a 11
ejus aetatem diligenter persequutus est Joh. Jonsius. 12. n. f
Pythagoraeorum instituta secutus est. 19
ejus εἴδωλα quid sint 26. n. a. b 144. sqq. 148. in n.
Democritus & Leucippus principes atomis ad Deum tollendum abusi sunt. a 29. 82. sq.
an Democritus & Leucippus inventores physices corpuscularis fuerint. 30. n. p
ejus philosophia ipsa natura sua ad Atheismum ducit. 93. 96
natura Democrito nil nisi fortuita corpusculorum concursatio. 138
ex quibus caussis novum Atheismi genus introduxerit. 173. sq.
mundi, quem incolimus, ortum & interitum adseruit. 187. seq.
naturam genitricem negat & legibus mechanicis favet. 206. sqq.
ejus exemplo planum redditur, esse facultatem in homine sensu superiorem. b 22
religionem a metu derivat. 72. sq. n. z
ejus sententia de metu origine religionis. 86. in not.
quae ei sit causa & principium motus nulla datur. 92. n. y
ejus sententia de caussis membrorum hominum & animalium. 114. n. b
ejus sectatorum spatium incorporeum reflcitur. 354. sq.
ejus doctrina de apparitionibus & visis. 144. sqq.
visus natura ex ejus sententia. 147. in not.
ejus genus Atheismi. 502
de natura cogitationis & sensus. 527. cum not.
moralitatis extrinsecae patronus. 629
Derbamus (Guil.) de constitutione coeli. 365. n. i. laudatus. 579. n. o
Deylingius (Salom.) de creatura gemebunda Rom. VIII. 19. 548. 551. in notis.
Diagoras (Melius) a Deo deficiebat, postquam de perjuro homine nullum sumi supplicium viderat. a 120. n. k

Digitized by Google

Diophantus, vid. *Ecphantus*.
Dickinſonus (Edmundus) concordiam adſerit veterum gentilium cum Chriſtianis in articulo de creatione ex nihilo. b 292
de religione Phoenicum. 334
Diodorus rerum naturalium origines ab atomis repetiit. a 29
Diodorus (Siculus) de veterum Aegyptiorum religione. 533. in not.
non enarrat Aegyptiorum ſententiam de ortu mundi, ſed potius Graecorum. b 322
Diogenes (Sinopenſis) ejus Deus. a 614
Dion (Chryſoſtomus) unum Deum mundi creatorem profitetur. 677.
Dionyſius (Alexandrinus) an ſubordinationem Trinitatis crediderit. 912
ejus effatum de Trinitate. 919. n. z
ejusdem ſimilitudines de Triade. ibid. & n. *a*
an a Photio accuſatus de vitiata Trinitate. ibid.
Dodwellus (Henr.) animae immortalitatem baptismi beneficio tribuit. b 436. in not.

E.

Ecphantus & *Diophantus* non differunt. a 20. n. *l*
rerum naturalium origines ab atomis repetiit. 29. ſq.
Elsnerus (Jac.) b. 80. in not.
Elswich (Joh. Herm. ab) ejus ſententia de cognomine Arianorum, quo Porphyriani audiunt. a 909. in not.
Empedocles atomis favit. 22. ſqq.
de colorum indole, nec non de ſentiendi facultate multo aliter judicat atque atomorum reliqui amici. 25. n. *a*. 26. n. *e*.
graviſſimorum errorum inſimulatus ac defenſus. 38. ſq.
an Atheus vel Deiſta. ib. & 44. n. *r*
an animam corpoream ejusque perceptionem & intelligentiam pro ſenſus genere habuerit. 39. ſq. n. *v*
Μετεμψυχωσιν docuit. 40. n. *y*. *c*.
Daemones ſeu Genios quosdam de coelo delapſos cruciatibus exquiſitis expoſitos credidit. 42. n. *e*. *f*
ejus ſententia de ortu & forma animalium. 43. n. *i*
unicuique animalium duplicem animam attribuit, alteram ſentientem alteramque intelligentem & rationis participem. 45. n. *r*
ſumma placitorum eius exhibetur. ibid.
an animae immortalitatem admittere potuerit. ibid.
ejus ſententia de praeexiſtentia animorum magis rationi conſentanea putatur, quam eorum opinio, qui brutorum animas corporeas eſſe volunt. a 74.
praeexiſtentiam & immortalitatem animorum credidit. 67. ſq.
vacuum rejecit. 114.
an ejus contentio & amicitia duo fuerint Manichaeorum principia. 209. ſq. n. *q*. r
an naturae genitrici faveat. ibid.
an eum Plutarchus exiſtimet patronum duplicis Dei. 317. ſq. n. *n*
ex quatuor elementis omnia conſtare duplicemque homini animam ineſſe putabat. 580. in not. N. IV.
ejus varii Dii & unus Deus. 605
ex contentione & amicitia omnia excepto uno ſummo Deo producta adſerit. ibid.
originem mali ex contentione & libertatis abuſu derivat. 607
de Deo cauſſa motus. b 94. n. *d*
de ortu omnium rerum. 300. ſeq.
de transmigratione animarum in beſtias & plantas. 420. n. *z*
ejus ſententia de cauſſis ſpinae dorſi. 114. n. *a*
Ennius an unum ſummum Deum agnoverit. a 557. n. *v*
de ſeparatione animae poſt fata a corpore & anima ſentiente. b 400. in n. §. VI.
Epictetus de Deo & Deorum inferiorum interitu. a 651
de malis opinione & judicio non re ipſa cumulatis. b 563. n. *p*
Epicurus patronus fati Democritici. a 4. n. *f*
ſenſus naturam ex motus legibus unice declarat. 11. n. *c*
deum animasque corporeas ſtatuit. 34
atheus fuit. 94. ſq.
an exiſtentiam Dei ideo negaverit quia praeter materiam nihil in rerum univerſitate inveniretur. 104. n. *v*
vult atomos omni qualitate deſtitutas. 128. n. *k*
ejus notio de Deo. 276. n. *x*
libertatem defendens a philoſophiae ſuae praeceptis ad fatum deſciſcit. b 265. ſeq.
de atomorum clinamine. 266. n. *p*
ejus ſententia de Deo & ortu mundi. a 562. ſeq.
a Gaſſendo defenſus. 708. n. *l*. b 81. n. *i*
de Deo bonum remunerante & malorum ultore. ibid.
ex hominum libertate rerum futurarum praeſcientiam Deo derogat. 177. n. *b*

Digitized by Google

ejus ſpatium incorporeum. b 355
ejus Dii ridiculi. 356
fabulas de Diis praefert fato omniumque rerum neceſſitati. 84. n. *m*
ex abuſu cognitionis cauſſarum naturalium tollit Deum. 90
ejus ſententia de motus cauſſa. 92
ejus ſententia de motu atomorum aequabili per longam experientiam parto. 103. n. *n*
de ratione quam de conſtantia animalium hominumque propagationis reddebat. ibid.
ejus ſententia de hominum ortu ex terra ejusque aetate ingraveſcente. 125
de natura cogitationis & ſenſus. 526. n. *m*.
de ſedibus Deorum quietiſſimis. 577. n. *m*.
de mundis innumerabilibus. 580. n. *p*
omnem benevolentiam & amorem ex infirmitate oriri credit. 585. n. *a*
an patronus moralitatis extrinſecae? 630
philoſophiae corpuſcularis reſtaurator. 652
Epinomis (dialogus) an huius auctor Plato, an vero ſectatorum ejus quidam. 386. n. *b*
Epiphanius Arianos Ariſtotelicos nominat. a 875. in n.
de vocabulo Ταυτοούσιος. 934
Erigena (Joh. Scotus) de materia nihil dicta. b 318. n. *b*
Ernaldus, vide *Arnaldus*.
Eſchenbachius (Andr. Chriſt.) nimis laudat Orpheum. 304
Eubulus de religione Perſarum. a 418. 420. in not. N. II.
Euclides Megarenſis, Megaricae ſectae princeps, ejus Deus, quem unum verum bonum vocat. 613
felicitatem in unione cum Deo ſummo ponit. b.
Eugubinus Steuchus Spiritum S. Gen. I. 2. ſuper aquas volitantem tamquam animam mundi credidit. 850. in not.
Euripides an unum ſummum Deum cognoverit. 555. ſeq.
de verſibus jam eidem jam Critiae adſcriptis b 73. n. *b*
de Deo poenas & praemia differente. 574. n. *b*
ejus religionem defendit Barnetius in vita ejus. 575
de anima rationali ex aethere, 396. in not.
de ſeparatione animae rationalis a ſentiente. 398. in not.
Euſebius a diſciplina Hebraeorum Platonem ſua accepiſſe tradit. a 947

F.

Fabricius (Joh. Alb.) concordiam adſerit veterum gentilium cum Chriſtianis in articulo de creatione ex nihilo. b 292
emendatus 338. n. *f*
ejus ſententia de Philoſophia Philonis. a 829. in not.
de Porphyrio hoſte & oſore Chriſtianae religionis. 908. n. *b*
Chalcidium pro Chriſtiano habet. 948. n. *d*.
de verſibus jam Euripidi jam Critiae adſcriptis. b 73. n. *b*
ejus ſententia de Democriti idolis. 148. in not.
Fauſtus Manichaeus de conſenſu Chriſtianorum, Judaeorum & Gentilium de uno Deo a 335
Faydit (Petr.) Arium Ariſtotelicum facit. 876. in not. [cit. b 289]
Fernelius, Medicus, b 155. ſeq.
Feuardentius (Franc.) ejus ſententia de idolis Democriti. 149. in not.
ejus notae ad Irenaeum. ibid.
Ficinus (Marſilius) notatur. a 748. n. *g*. b 837. n. *p*. Platonem patronum creationis ex nihilo facit. 309
Fluddus (Robertus) ejus principium caſtigatum, lucem & tenebras duo eſſe principia omnium rerum. a 184. n. *v*
per vocem *nihil* materiam intelligit. b 318
ſententiam de Spiritu S. anima mundi renovavit. a 853. in not.
caſtigatus a Gaſſendo, & excuſatus a Franc. Lanovio. ibid.
Fontenellius, ejus hiſtoria oraculorum. b 183. in not.
Frees (Ludov.) de religione Japonum. 328.
Fulgentius de natura angelorum. 460

G.

Gale (Thom.) de Platone amico creationis ex nihilo. b 311. n. *u*
Galantes (Livius) concordiam adſerit veterum philoſophorum cum Chriſtianis in dogmate de creatione ex nihilo. 292
falſo Platonem amicum habet creationis ex nihilo. 310
de materia & creatione ex nihilo Platonicorum. 339
Galaſius (Nic.) de notis, quibus inter ſe animae diſcerni queant. 437. in not.
Galenus admiratur induſtriam & artem, qua & viliſſima animalia conſtructa ſunt. a 201
ejus ſententia de Deo. 678
eorum dementiam demonſtravit, qui absque ullo conſilio ac mente hoc univerſum conſtructum putant. b 98
de anima Ariſtotelis. 571. in not. N. III.
Gaſſendus (Petr.) ex mente ejus veteres philoſophi

Digitized by Google

Ioſophi creationem ex nihilo rejecerunt. 290
de Xeniade amico creationis ex nihilo. 306
ſpatium medium putat eſſe inter ſubſtantiam & accidens. 355
Epicurus ab eo defenſus. a 708. n. *l*
notatur. ibid.
caſtigat Fluddum. 853
Epicuri patronus. b 81. not. *i*
ejus explicatio loci cujusdam ex Diogene Laërtio. 103. n. *n*
de ratione quam Epicurus de conſtantia animalium hominumque propagationis reddebat. ibid.
ejus ſententia de moralitate. 639
Gazaeus (Aeneas) de junioribus Platonicis creationem ex nihilo probantibus. 338
Spiritum S. animam mundi credidit. a 852. in not.
Gelenus (Sigismundus) male Philonem vertit. 890. n. *r*
male vertit Origenem. b 479. n. *d*
Gerhardus (Joh.) an Deum contradictoria facere poſſe affirmet. 45. in not.
Glauco moralitatis extrinſecae patronus. 629
[*Godofredus* (Jac.) a 540]
Gottſchedius (Joh. Chriſtoph.) verſio Germanica Hiſtoriae oraculorum Fontenelli. b 83. in not.
Gregorius (Davides) laudatus. 579. n. *o*
Gregorius (Nazianzenus) de anima mundi Spiritu S. a 851. in not.
idem de haereſi Ariana. 875. in not.
de angelorum natura. b 473. in not.
Gregorius (Nyſſenus) de diſtinctione ejus inter eſſentiam & hypoſtaſin in Trinitate. a 925. n. *e*.
mundum hominis cauſſa factum affirmat. b 566. ſeq. n. *l*
Gregorius (Thaumaturgus) an ſubordinationem Trinitatis crediderit. a 912
Grew (Nehem.) de natura, quae veluti medium teneat locum inter corpora & ſpiritus. 225. n. *i*
Grotius (Hugo) concordiam inter veteres gentiles & Chriſtianos eſſe vult in dogmate de creatione ex nihilo. b 291
ejus explicatio loci cujusdam Danielis perſtringitur. a 819. n. *e*
de Philonis Trinitate. 831
de verſibus jam Euripidi jam Critiae adſcriptis. b. 73. n. *b*
de corpore Chriſti poſt reſurrectionem. 442. in not. N. III.
Gundlingius (Nic. Hieron.) de binis animis mundi Platonis. a 879. n. *i*

H.

Hanſchius (Mich. Gottl.) ſententia de argumento, quod Deum ex ejus idea probat. b 206. n. *o*
Harduinus (Joh.) a 918. n. *x*. de eodem. 928. n. *b*
Harpalus valde impius in Deum. 119
Harpocrates, ejus ſimulacri ſignificatio. 472. ſeq. n. *b*
Harveus de generatione animalium. 220. n. *l*.
Haſaeus (Jac.) de Potamone. 830
Hecataeus ejus pronuntiatio de Pane magno. 512. ſeq.
Heraclitus rerum naturalium origines ab atomis repetiit. 28
Deum corporeum ſibi fingebat. 83
Totius univerſitatis materiam ab aeterno exiſtentem, formas rerum vero corporearum a Deo creatas in materiamque immiſſas credebat. 102
Deum credidit corporeum, i. e. ignem quemdam intelligentem & immortalem cunctaque permeantem. 142. n. *n*. 182. n. *t*.
ex igne omnia conſtare corporibusque putavit. 147
ejus ſententia de Principiorum mutatione. 168. n. *o*
naturam credidit genitricem. 178. ſq.
an atheus. 183. n. *t*. duos mundos ſtatuit alterum aeternum, alterum mutabilem. 211. n. *s*
ejus ſententia de natura genitrice. ibid.
an patronus duplicis Dei a Plutarcho habeatur. 315
ejus ſententia de ortu & interitu omnium rerum. b. 255. in nota.
ejus philoſophia valde obſcura. a 584. ſeqq. 587. n. *b*.
ejus fatum. ibid. & n. *e*.
Phyſices explorationi totum ſeſe prope tradidit. ibid.
unum ſummum Deum agnovit. 586. 675. n. *g*. 683. in n.
ejus ſententia de Deo omnia permeante. 765. n. *t*.
immutabilitatem eſſentiarum rerum rejicit. b. 645
Heraiſcus, philoſophus Aegyptius. a 706
Hermas, Chriſtianus, creationem ex nihilo credendam tradit. b 288. mundum propter Eccleſiam & fideles factum eſſe volebat. 567. n. *l*
Hermes Trismegiſtus, ejus auctoritas. a 414. ſeq. 416. n. *d*. quis fuerit. 482. n. *e*. Her-

Digitized by Google

meticorum librorum multitudo, unde. b 797. eorum auctoritas, a 479. seqq. 483. seqq. tribus principiis majorem Deum praefecit. 959. in nota.
de Aegyptiis creationem ex nihilo probantibus non audiendus est. b 321.
Hermetes Aegyptiorum. a 482. n. *e*
Hermesianax, poëta, an unum summum Deum agnoverit. 557. 752. n. *r*
Hermias, ejus irrisio Philosophiae. b. 767
Hermogenes Deum & materiam in condendo orbe conjungit. a 275. n. *r. s*
Herodotus, ejus Theogonia explicata. 294. seqq. accusatur & defenditur. 419. n. *o.* narrat, Persas coelum Jovis loco habere. 780. Deum sibi invidam & tumultuosam naturam fingit. b. 76.
Hesiodus, ejus Chaos aqua creditur. a 36. ejus commentator Zeno. ibid. n. *k.* omnium rerum ortum, sed non omnium interitum statuit. 150. n. *e.* ejus religio & accusatur & defenditur. 157. n. *p.* 160. seq. n. *t.* ejus Theogonia explicatur. 294. seqq. 357. seq. n. z. illi Theogonia & Cosmogonia unum idemque sunt. 344. 345. n. *x.* quid voluerit connubio illo coeli & telluris. 361. in nota. explicatur. 362. in nota. Deorum generatione & ortu ipsam mundi procreationem exponebat. 547. ejus Theogonia de Diis tantum inferioribus intelligi debet. 549. seq. an unum eumque supremum crediderit Deum. 552. sq. n. *e.* sententia de ortu & interitu omnium rerum. b 254. in nota. num creationem ex nihilo probaverit. 304. f. an cum Mose divino scriptore consentiat de rerum originibus. a 554. n. *l.* Deum hominum superbiam ferre non posse adfirmat. b. 77. de morte daemonum. 554. n. *k*
Heumannus (Christ. Aug.) de Potamone. a 830. b 753
Hickesius (Georg.) civis Cudw. oppugnat ejus sententiam de S. Coena. b 812. 827
Hierocles, hostis Christianae religionis, discipulos Christi fallaciae arguit, eosdemque simul rudes & indoctos testatur, a 401. seq. unum summum profitetur Deum. 403. ejus commentarius in Pythagorae aurea carmina castigatur. 575. n. *l.* ejus consensus cum Christianis in dogmate de corpore animae lucido. b 424. testimonium de Ammonio. 759. sententia de materia & creatione ex nihilo. 341. de purgatione mystica & teleslica Platonicorum. 390. n. *m.* ejus lectio emendatur. ibid. de corpore animae. 393. ejus definitio hominis. ibid. ejus descriptio angelorum. ibid. de corpore daemonum. 450. n. *c*
Hieronymus de haeresi Ariana. a 875. n. *b*
de mendaciis Platonicorum & Origenis. b 802
Hilarius inaequalitate patris & filii de Servatoris nostri gloria & majestate multum detraxit. a 918. n. *x.* ejus sententia de Trinitatis comparationibus. 921. n. *b*
Hippasus, Metapontinus, Deum subtilissimam quamdam & aetheriam, at intelligentem naturam per totum orbem pertinentem credidit. 182. n. *s*
Hippocrates Deum credidit corporeum, i. e. ignem quemdam intelligentem & immortalem cunctaque permeantem. 140. seq. 142. n. *n.* naturam ad certos ferri fines praedicat, absque ulla ratiocinatione & deliberatione quare sic agat, quae tamen supremi Numinis voluntati subjecta sit. 141. seq. an sit Atheus incertum est. 140. n. *l.* 142. n. *m.* an faveat naturae genitrici. 212. n. *t.* ejus natura quid sit. 237. n. *r*
Hobbesius (Thomas) falso negat, veterum quemquam de naturis cogitasse incorporeis. 31. n. *q.* Democrito favebat simulque Deum corporeum contendebat. 96. n. *k.* b 21. n. *c.* an ex incomprehensibilitate Dei Deum ipsum rejecerit. a 98. n. *n.* ex motu Deum demonstrari posse credidit. 115. n. *y.* Deum sibi corporeum fingit. ibid. 181. n. *p.* an religionem civitatibus noxiam esse contendat. 126. n. *f.* moralitatem actionum a principe unice derivat, & publicam legem unicuique pro conscientia esse habendam contendit. ibid. eum Sethus Wardus refellit. 193. n. *k.* legibus mechanicis favet. 199. n. *a.* intelligendi & volendi facultatem ex materia derivat. b 265. n. *o.* nil praeter corpora in rerum natura admittit. 354. n. *d.* Plotini sententiam de intellectu Dei suam fecit. a 847. n. *b.* contra Deum infinitatis ejus incomprehensibilitatem objicit. b 31. n. *m.* & p. 32. n. *n. o. p.* & 35. n. *r.* ejus sententia de omnipotentia explicatur. 41. n. *b.* de corpore & spiritu. 62. n. *m.* ejus sententia de sensibus Deo attributis & de natura Dei cognoscenda. 63. n. *n.* religionem a Principis legibus derivat. 64. & 65. n. *o.* an ex metu & ignorantia religionem deducat. 70. n. *v.* tertiam religionis causam astutiam legislatorum esse vult. 70. n. *x.* Justitiam & amorem a Deo removet. 82. 83. n. *l.* & jus Dei regnandi & puniendi a sola potentia irresistibili deducit ib. an ei detur caus-

Digitized by Google

ſa & principium motus. b 92. n. *o.* contra fines rerum. 110. n. *q.* obligationem ex utilitate deducit. 338. n. *b.* refellitur ſoli principi religionem committens. 140. n. *k.* ſq. ejus ſententia de obſeſſis. 152. n. *t.* naturas incorporeas ex Scholaſticorum abſtractis vocabulis natas eſſe vult. 498. n. *z.* contra eumdem defenditur quod cogitatio non ſit merus motus. 519. n. *e.* de univerſalibus nil niſi nominibus. 529. ſeq. n. *s.* de convenientia & diſcrepantia hominum & brutorum. 549. contra eum defenditur quod doctrina atheorum moralis & civilis non ſit nova. 597. n. *i.* ejus de origine juris naturalis praecepta refelluntur. 598. ſeqq. in ipſis diſciplinae ſuae initiis repugnat. 601. ſq. ejus ſyſtematis ſumma exhibetur. ibid. n. *p.* de eo Gilb. Burnetus. 602. in nota. ejus diſciplina juribus magiſtratuum contraria. 603. ſqq. omnem S. S. auctoritatem tollit. ibid. in nota. civilem obligationem ex metu derivat. 604. ſq. omne jus & imperium unice a potentia deducit. 606. n. *q.* de ejus fato Gilb. Burner. 608. refutatur. 611. ſqq. omnem S. Srae & rationis auctoritatem tollit. 612 n. *b.* patronus moralitatis extrinſecae. 631

Homerus aquam & terram pro principio rerum habere videtur. a 157. ſq. n. *o.* aves an Jove antiquiores perhibeat. 158. n. *q. r. s.* an agnoverit omnipotentiam Dei. 280. n. *b.* ejus Theogonia explicata. 294. 295. n. *f.* 357. multa ex Orpheo decerpſiſſe fertur. 439. n. *p.* ejus Dii omnes generati ſunt ex Jove & Oceano. 546. ſqq. an unum ſummum Deum crediderit. 547. ſq. Deorum generatione & ortu ipſam mundi procreationem exponebat. ibid. an cum Moſe divino ſcriptore conſentiat de rerum originibus. 554. n. *l.* de animae natura. b 436. n. *m.* teſtatur quod domus pulcritudo, dignitas, amplitudo ſignum potentiae & magnificentiae fuerit veteribus. 580. n. *q.* duplicem animam in homine aſſerit, alteram rationalem alteram ſentientem. 395. in nota. de anima Herculis apud inferos conſpecta. 398. in nota. contra irriſiones Luciani defenſus. ibid.

ejus teſtimonium de conviviis poſt ſacrificia apud Graecos. 837

Horatius an unum ſummum Deum agnoverit. a 561

ejus Pallas ſ. Minerva quaenam. ibid. n. z.

Huetius (Petr. Dan.) concordiam vult eſſe inter veteres gentiles & Chriſtianos de creatione ex nihilo. b 291

falſo Platonem patronum creationis ex nihilo habet. 310

de materia juniorum Platonicorum. 310

Mercurium cum Moſe divino viro comparat. 411. in nota.

de eo. a 920. n. *a.*

male explicat Origenem de angelorum corporibus. b. 453. ſeq.

Hülſemannus (Joh.) an Deum contradictoria facere poſſe adfirmet. 45. in not.

I.

[*Jablonski* de relig. Aegypt. a 512. 527. in not.]

Jamblichus. 478. n. *n.* de Aegyptiorum religione. 501. n. *s. t*

de Aegyptiorum Trinitate. 529. n. *b.*

de generatione ſecundi Dei ex primario. 959. n. *f.*

de Philolao adſertore creationis ex nihilo. b 398

ex eo Aegyptiorum dogmata non ſunt addiſcenda. 323

Jeremias, Propheta, c. XLI. v. 25. explicatus. a 506. n. *k*

de ejus vaticinio contra Deos gentilium. 820

Joachimus, Abbas, ejus ſententia de Trinitate. 928

Jovannes (Theſſalonicenſis) de natura angelorum. b 460

animas hominum & angelorum totas corporeas ducit. 482. n. *k*

Jonſius (Joh.) Democriti aetatem diligenter perſequutus eſt. a 12. n. *f*

ejus ſententia de philoſophia Philonis. 829

Joſephus (Flavius) an ejus teſtimonio Hebraeorum de idololatria ſententia probari queat. 712. n. *o.*

an ex teſtimonio ejus ſapientes inter Graecos idem, quod Judaei de rebus divinis ſenſerint. 814. n. *s*

de Daemoniacis ſ. obſeſſis. b 151. n. *s*

Irenaeus an ſubordinationem Trinitatis crediderit. a 912

num animam ſemper putet cum corpore eſſe conjunctam. b 435. ſeq.

num tres hominis partes ſtatuat. 437. in not.

de Spiritu. 444. n. *x*

[*Irbovius* de Palingeneſia veterum. a 540]

Iſidorus, Peluſiota, de Philonis Trinitate. a 831. ſeq.

Ittig (Thomas) de creatura gemebunda Rom. VIII. 19. b 551. in not.

Judas, Apoſtolus, locus ex eo v. 6. explicatur. 465. ſeq. cum not.

Julianus (Imperator) maximus Chriſtianorum hoſtis, unum ſupremumque Deum agnoſcit. a 404. ſeq.

ejus

ejus de Diis ſententia. 757. & 760. in not.
Platonicos muſicis comparat. b 752
favet iis. 762
laudat eorum domata. 783
Juſtinus Martyr an ſubordinationem Trinitatis crediderit. a 912
de loco quodam in Libro Eſrae. b 853. n. *i*.

K.

Kaempferus (Engelbert.) de religione Japonum. b 329
Keithus (Georg.) de reſurrectione mortuorum. 421. n. *b*
Kidder (Rich.) de Trinitate Philonis. a 831
Kingius (Guil.) exercitium potentiae divinae & communicationem bonitatis mundi fines facit conditi. b 586. in not.
Kircherus (Athanaſius) Hermetis Trismegiſti auctoritatem adſerit. a 416. n. *d*. p. 479. n. *r*
Kuhnius (Joach.) obſerv. ad Laërtium. b 81

L.

Labbeus (Phil.) de Arnaldo Abbate Sec. XII. a 850. n. *l*
Lactantius an ſummum Deum ſemet ipſum fecisſe dixerit. 622. n. *m*
qui ideoque aeternitatem Dei tollit. ibid.
ſummum Deum Jovem nominari non patitur. 627
ejus ſententia de multitudine Deorum. 790
ſtatum controverſiae, quae de miniſtris Dei Chriſtianis cum gentilibus erat, exhibet. 820
an ſubordinationem Trinitatis crediderit. 912
eorum dementiam confutat, qui absque ullo conſilio hoc univerſum conſtructum putant. b 98. n. *i*
De corpore animae aethereo poſt fata remanente. 430. in not.
mundum hominis cauſſa factum adſirmat. 566. ſeq. n. *l*
ejus liber *de falſa ſapientia* laudatur. 766
Laërtius, (Diog.) ejus teſtimonium de ſede principali animae mundi ex mente Stoicorum. a 804. n. *a*
Loci cujusdam ex eo explicatio Gaſſendi & M. Meibomii. b 103. n. *u*
de ſimulacris veterum. 524. n. *i*. 525. n. *k*
Lampius (Fried. Adolph.) ejus explicatio dicti Joh. XIV. v. 28. a 916. n. *v*
de creatura gemebunda Rom. VIII. 19. b 551. in not.
Lanovius (Franc.) excuſat R. Fluddum. a 853 [cit. b 175]
Leibnitius (Godofr. Guil.) ſententia de exiſtentia Dei ex idea Dei demonſtrata. b 206. n. *e*
reſpondet ad atheorum quaeſtionem: Cur Deus mundum citius non fecerit. 590. n. *e*
[de diſcrimine religionis Gallicae & Germanicae. a 701]
[*Leigh.* b 400]
Lequien (Mich.) ſententias collegit de dicto Joh. XIV. v. 28. a 916. n. *v*
Leucippus atomis ad Deum tollendum abutitur. 29. 82. ſeq.
an Leucippus & Democritus primi inventores Phyſices corpuſcularis fuerint. ibid. n. *l*
ex quibus cauſſis cum Democrito novum atheismi genus introduxerit. 172. ſeq.
Linus, quod ſine Deo nulla vera ſalus ſit in mundo. b 594. n. *g*
Lipſius (Juſtus) falſo intelligit quemdam Senecae locum. 301
Livius (Titus) ex ejus teſtimonio omnes gentes unum Deum coluerunt. a 705. ſeq. n. *f*
Lockius rejicit ideas innatas ſ. notitiam Dei inſitam. 292. n. *b*
concordiam adſerit rationis & fidei in articulo de creatione ex nihilo. b 294
de natura ſpatii 357. n. *f*
Loërſius (Joh. Chriſt.) de angelorum corporibus. 150. n. *r*
ejus argumenta de corporibus angelorum. 471. ſq.
de natura & conditione corporum angelorum & beatorum hominum. 478. in not.
Loeſlerus (Fried. Simon) de cauſſis orbis conditi. 587. in not.
[*Longobardus.* 325]
Lucas (Euangeliſta) explicatus qua c. XXIV. v. 39. 440. n. *s*. l. III.
Lucianus, irriſor ſacrorum Chriſtianorum. a 722. n. *y*
Lucretius fatum adſerit. 3
ſenſus naturam ex motus legibus unice declarat. 11. n. *c*
Deum rejicit ex principio: Ex nihilo nihil fit. 101. n. *o*
Deum rejicit ex ſententia, praeter materiam nihil in rerum univerſitate inveniri. 104. n. *u*
Atomos vult omni qualitate deſtitutas. 128. n. *k*
mundi, quem incolimus, & ortum & interitum adſerit. 187. ſeq.
metum & ignorantiam religionis cauſſas facit. b 71. ſeq.
vim quamdam abditam, fortuitam, in atomis

Digitized by Google

morum regno verſantem, hominum ſuperbiam ferre non poſſe adfirmabat. b 77. n. g
de metu, cum neglecta officii conſcientia conjuncto. 80
de clinamine atomorum Epicuri. 267. n. p
ejus ſententia de metu origine religionis. 86. in not.
fines rerum negat. 96. 107. ſeq.
de Centauris, Scyllis, Chimaeris aliisque monſtris ab initio mundi non exſiſtentibus. 101. n. l
de generatione animalium & hominum eorumque membrorum cauſſis. 115. n. c
coeli conſtitutionem atque eclipticae diſpoſitionem temere vituperat. 565. n. g
de mundis innumerabilibus. 580. n. p
Lyſis, Pythagorae auditor. a 570. in nota.

M.

Machiavellus (Nic.) religionem deducit a metu & calliditate magiſtratuum. b 74. in not.
Macrobius, ejus explicatio de tribus Diis templi Capitolini nempe Jove, Junone, Minerva. a 688. n. v
ſol ex ejus mente non eſt ſupremus Deus. 698. n. x. & 699
ejus inaequalitas Trinitatis. 917. n. t.
ejus ſententia de ortu, mutatione & interitu rerum. b 546
[*Maillet* de Aegypt. relig. veteri. a 532]
Maimonides de anima in ſtatu felicitatis corpore ſoluta. b 420. n. a
de idololatria gentilium. a 714. ſeq. n. r
Le Maitre mundi, hominum & beſtiarum creationem & gubernationem certis geniis committit. 201. n. d
Malebranchius (Nic.) Sanctos mundi legitimos habet poſſeſſores. b 567. in not.
Manethon quis fuerit. a 481. n. x
Mangejus (Thom.) novam Philonis editionem curat. 890. n. r
Manilius an unum ſummum Deum agnoverit. 562
ejus ſententia de rerum ortu. 659. n. y
Manilius Firmicus, fato mathematico addictus. 5
Marca (Petrus de) 908. n. b
Marshamus (Joh.) de cultu beſtiarum Aegyptiorum. 537. in nota.
Marſilius Ficinus. v. *Ficinus*.
Maſſonus (Joh.) patronus ſententiae Cudw. de S. Coena. b 817
Maſſuetus (Renat.) de ſententia Irenaei de animae natura. 436. n. m
Maximus Martyr, habetur auctor dialogorum de Trinitate. a 936
Maximus Tyrius, ejus de Deo ſententia, qua unum rerum omnium creatorem profeſſus eſt. 679
an ex ejus teſtimonio probari queat populum unum Deum credidiſſe. 686. n. p
Maximus, Epheſius, auctor apoſtaſiae Juliani Imp. b 781. An Cynicus, an vero Platonicus. 782. ſecuri percuſſus. ibid.
Mayerus (Joh. Frider.) de religionum fatis ex aſtris. 184. n. q
Meliſſus an phyſicis annumerandus, nec ne. a 593. n. q
ejus unum & omne immobile, incorporeum, & infinitum. 600. ſeqq.
de ejus religione diſſenſio. 603. n. z
Meibomius (Marc.) ejus explicatio loci cujusdam ex Diogene Laërtio. b 103. n. n
Menander an unum ſummum Deum cognoverit. a 557. n. s
Methodius animam corpoream eſſe vult. b 435. in not. N. III.
explicat locum quemdam Origenis de corporibus angelorum. 481
Metrodorus, Chius, rerum naturalium origines ab atomis repetit. a 29
Mochus v. *Moſchus*.
Moderatus eamdem cum Pythagoraeis habuit Trinitatem. 821
Molets (P. de) Memoires de litterature. 948. n. d
Molinaeus (Petr.) de malis opinione & judicio non re ipſa cumulatis. b 568. n. p
de indole S. Coenae. 816
Mopſveſtenus (Theod.) a 320. n. s
Morhofius (Dan. Georg.) binae diſſert. de divinitate principum. 327. n. b
de Scholaſticis Ariſtotelem creationem ex nihilo probantem inducentibus. b 319
Mornaeus (Phil.) Spiritum S. Geneſ. I. 2. ſuper aquas volitantem animam mundi credidit. a 850. in not.
Morus (Henricus) exempla oſtendit rerum legibus mechanicis ſuperiorum illisque contrariarum. 202. n. f
favet argumento ex idea innata pro exiſtentia Dei deſumto. b 194. n. c
Deum ab extenſione ſ. ſpatio non differre putat. 356. n. f
Pythagoram doctrinam ſuam a Judaeis hauſiſſe tradit. a 576. n. m
de juramento Pythagoraeorum per nomen Jehova. 577. n. n
Platonicus eſt. 910. n. k
de providentia. b 576. n. l

Digitized by Google

Moſchopulus artificium veterum Deos explicandi enarravit. a 332
Moſchus, qui & *Mochus* audit, inventor Phyſ. corpuſcularis perhibetur. 18. n. *d*
quisnam fuerit. b 650
Moſes, divinus ſcriptor, non idem eſt, qui Moſchus. a 18. n. *d*
de illo ſcribunt Orphei carmina. 445. n. *s*
ejus ſapientia. 464
ab Aegyptiis creationem ex materia edoctus creditur. b 288
Naturaliſta creditur a Strabone. a 780
a Chalcidio laudatus. 951
Mosbemius ejus conjecturae & judicia de univerſa Anaximandri philoſophia. 171. n. *z*
diſſertatio de corpore animae. b 394
judicium de Cudworthi Diſſ. de vera not. S. Coenae. 820. ſq.
de Diſſ. de Unione Chriſti & Eccl. in typo. 888. ſq.

N.

Nachmanides de animae corpore angelico. b 425. n. *g*
Natalis Alexander. a 928
Needbamus (Petr.) emendat lectionem Hieroclis. b 390. n. *m*
Neſtorius Idololatriae accuſatus. a 967. ſeqq.
Newtonus (Iſaac.) concordiam aſſerit rationis & fidei in articulo de creatione ex nihilo. b 294
ejus diſcipuli Deum ab extenſione ſ. vacuo non differre credunt. 256. n. *f*
indefeſſus naturae ſcrutator. 89. in not.
laudatus. 579. n. *o*
Nicephorus Calliſtus de ritu Graecorum in S. Coena. 814
Nicolaus (Henr.) reſurrectionem mortuorum rejicit. 421. n. *b*
Nigriſolius, Italus, neſcio quod lumen ſeminale ementitus eſt: refutatus ab Antonio Conti. a 200. n. *c*.
Novatianus de Spiritu S. b 445. n. *u*
Numenius duplex aſſerit principium. a 311. n. *g*. N. VII.
eamdem cum Pythagoraeis habuit Trinitatem. 821
de mundo tertio Deo. 827
Nyaeus (Steph.) de Philonis Trinitate. 831

O.

Occam patronus moralitatis extrinſecae. b 632
Ocellus, ejus Deus. a 609
Olearius (Gottfr.) de Potamone, 830
probat ſententiam Cudw. de S. Coena. b 818
Onatus, hujus ſententia de Deo. a 612
Origenes vaticinationibus ex aſtrorum curſu deditus. 5. n. *k*
praeexiſtentiam animarum credidit. 64. n. *b*. b 242. n. *n*
ejus verſio emendanda. a 830. n. *o*
mundi aeternitatis patronus. 375. in nota.
nominis origo. 470
ſummum Deum Jovem denominari non patitur. 687
qua ratione fabulam de Minerva interpretatus ſit. 784. n. *s*
qua ratione eam refutaverit. 785
de Trinitate Chriſtianorum. 848
ejus ſententia de Deo mundi anima. 850. 852
de mentium & animarum Platonicorum immutabilitate & libertate. 857. ſeqq.
ejus de animis placita. 858. ſeqq.
de ejus mutabili animarum felicitate poſt fata Auguſtinus. 861. n. *q*
Platonis Trinitatem laudat. 878. in not.
an ſubordinationem Trinitatis crediderit. 912
creationem ex nihilo rejicit. b 289
de corpore animae aethereo poſt fata remanente. 429. n. *i*
ejus ſententia de corpore animorum. 438. ſeqq.
de corpore Chriſti poſt reſurrectionem. 442. in not. N. III.
angelis corpora tribuit. 452. ſeqq. n. *b*
de natura & cibo angelorum. 455
de corporibus animarum hominum poſt fata. 477. ſeqq. 479. n. *d*
locus quidam ejus de corporibus angelorum explicatur. 480
de Stoicorum Deo corporeo. 503. n. *d*
de bonitate & ſapientia divina. 562. ſeqq.
de providentia. 582
ſententia de naturis non extenſis. 369
Platonicis ſcitis doctrinam adulteravit. 763
Orobio (Iſaac.) de creatione ex nihilo rationi non inimica. 294. n. *e*
Oroſius (Paulus) ejus ſententia de origine Polytheismi. a 766
Orpheus, ejus ſententia de amore. 360. in nota. 572. ſeq. n. *z*
noctem habet principium. 358. n. *b*
unum ſummum Deum veneratus eſt. 436. ſeqq. 443. ſeqq. 546
an exſiterit. 436. 438. n. *g*. 441. n. *v*
ejus carmina 436. ſeqq. 441. n. *v*. 444. n. *v*

mul-

Digitized by Google

multos Deos coluit. a 442
an de ortu mundi conſentiat cum Moſe. 445. n. *m*
ejus de Deo & mundo ſententia. 448. 457. ſeq.
ejus Trinitas. 451. ſeq.
Deum omnia eſſe docet. 453. ſeqq. 457. n. *m*
ejus Trinitas. 574. n. *i*
de Trinitate, quam ſuis tradidit. 821
num creationem ex nihilo probaverit. b 303
Oſius, Chriſtianus homo. a 950. n. *d*
Otto (Everardus). b 411. in n.
Oudinus (Caſimir.) de Arnaldo ſec. XII. Abbate. a 850. n. *i*
Ovidius, ejus Theogonia. 354. ſeq.
an unum ſummum Deum agnoverit. 560. ſeq.
ejus ſententia de ortu. mutatione & interitu rerum. b 69. 300
de ortu omnium rerum. a 354
de ſeparatione animae poſt fata a corpore. 400. in n.

P.

Pacius (Julius) ejus verſio librorum phyſicorum Ariſtotelis. b 96. n. *b*
Parckerus (Samuel) rejicit argumentum pro exiſtentia Dei ex idea innata deſumtum. 195. n. *c*
ejus ſententia de gentilium cultu unius Dei. a 682
Anti-Platonicus. 910. n. *k*
idem contra Verulamium diſputans. b 112. n. *t*
Parmenides Deum ſtatuit ab hac univerſitate corporea plane ſejunctum. a 37
an Deum coronam appellaverit. 284. n. *q*
ejus ſupremus Deus, unum & omne ſ. univerſum, immobilis ſ. immutabilis. 592. ſeqq. n. *o*. 598
rebus metaphyſicis & phyſicis operam dedit. 593. n. *q*. 599. ſeqq. in nota.
Aeternitatis notio omnem quae removet temporis ſucceſſionem an eidem cognita. 599. n. *y*
an Spinoſiſmi & Atheismi reus, nec ne. 599. ſeqq. n. *y*
Deum quare coronam nominet. 600. in not.
an per unum illud omne & immobile Deum ſupremum, an vero hoc univerſum intelligat. 601. in not.
quare univerſo ſuo formam globoſam dederit. 603. in not.
quo ſenſu Deum finitum & determinatum vocet. 603. ſeq. n. *z*
an unum Deum profeſſus ſit. a 688. in not.
eamdem cum Pythagoraeis habuit Trinitatem. 821
ejus Trinitas ex Plotino non eſt dijudicanda. 904. n. *f*
Paulus (Apoſtolus) ejus de cultu divino gentilium ſententia. 719. ſeqq.
idem 2 Tim. I. 10. explicatus. 860. n. *r*
corporum noſtrorum reditus in vitam animaeque immortalitas ab eodem probata. ib.
explicatus qua Coloſſ. I. 12. b. 423
quoad Rom. VIII. 11. explicatus. 445. in not. & 2 Cor. V. 1. 5. 446. in not.
explicatus quoad Rom. VIII. v. 19. 546. ſeqq. n. *u*
Pauſanias de Sibyllis. a 415. n. *z. a*
Pererius (Bened.) concordiam adſerit rationis & fidei in dogmate de creatione ex nihilo. b 293
Petavius (Dionyſ.) ejus ſententia de Philonis philoſophia. a 823. in not.
de Philonis Trinitate. 831
de doctoribus & philoſophis, qui Spiritum Gen. I. 2. ſuper aquas volitantem, & Spiritum S. tamquam animam mundi credidere-runt. 850. n. *l*
Arium habet Platonicum. 872. ſeq.
ſententias collegit de dicto Joh. XIV. 28. 916. n. *v*
differentia inter ſubſtantiam & hypoſtaſin in Trinitate ex teſtimonio ejus. 925
idem de Trinitate patrum Nicaenorum. 928.
de vera notione vocabuli ὁμοούσιος. 931. n. *k*
expoſuit de vocabulis ἀγέννητος & ἀγένητος 948. n. *a*
de Auguſtino angelos ex anima & corpore componente. b 459. n. *r*
de ſententia concilii Nicaeni ſecundi de natura angelorum. 461. n. *t*
Petitus (Petr.) de verſuum auctore vulgo Critiae adſcriptorum. 72. n. *b*
Petronius, ejus ſententia de metu origine religionis. 86. in not.
Petrus, Apoſtolus, 1. Petr. III. 18. 19. illuſtratur. 442. ſeqq.
Pfaffius (C. M.) patronus ſententiae Cudw. de S. Coena. 818
Pfannerus (Tob.) de concordia veterum gentilium cum Chriſtianis de creatione ex nihilo. 291
Pherecydes (Syrus) primus adſertor animae immortalitatis creditur. a 35
valde obſcurus. 269. ſeq. n. *e*
unum ſummum Deum fatetur. 565. n. *l*
idem aeternitatem temporis & materiae credidit. ibid.

Digitized by Google

quis fuerit. 794. n. o
Philo, Judaeus, ejus ſententia de Deo infinite extenſo. b 285
an λόγον ſ. filium Dei ſecundum Deum nominet. a 494. n. *c*
num naturas non extenſas Deumque a ſpatio non differre crediderit. b 363. n. *p*
an ex eodem Hebraeorum ſententia de idololatria probari queat. a 711. 712. n. *n*
ſecundam divinitatis perſonam alterum Deum nominat. 825. n. *m*
ejus religio & ſententia de Deo & Trinitate. 829. ſeqq. n. *v*
de ejus philoſophia an Platonicus aut eclecticus. 828. in not.
mos ejus Moſen interpretandi. 829
ejus ſententia de religione, de Deo. 831. ſeqq.
de Trinitate. ibid.
ejus duplex genus religionis populare & ſublime. 832
ejus triplex morum humanorum ordo. 835
ejus ſententia de creatione & gubernatione mundi. ibid. ſeq.
ejusdem λόγος. ibid. ſeq.
ejus ſententia de verbo ſ. altera divinitatis hypoſtaſi. 890. n. *r*
animarum praeexiſtentiam credidit. b 427. n. *b*
de daemonibus & angelis quod ſint unum idemque. 450. n. *a*
Philolaus, Crotoniates, creationi ex nihilo non favet. 308
ejus ſummus Deus. a 608
mundi aeternitatem ſtatuit. ibid.
Philoponus (Jo.) Chriſtianus, Ariſtotelem explicat. a 169. n. *s*
ſe opponit mundi aeternitati Procli. 370. n. *q*
ejus teſtimonia de animo numquam etiam poſt fata corpore libero. b 381. ſeqq.
de aeternitate mundi. 589. n. *d*
Philoſtratus, ejus levitas. a 399. in nota.
quo ſcopo vitam Apollonii Tyanaei ſcripſit. b 778. ſeq.
Photius, an Dionyſius Alexandrinus ab eo accuſatus de vitiata Trinitate. a 920. n. *a*
Phurnutus, Platonicus. 513. n. *c*
cui ſectae addictus fuerit. 808. in not.
Picus Mirandula, collegit Cabbaliſticas propoſitiones. b 899
Pigbius de juramento Platonis. a 818
Pindarus, ejus Theogonia. 552. ſeq.
admittit unum ſummum Deum. 553. n. *g*
Plato, ejus ſententia de fato. 9. n. *a. b*
Phyſicae corpuſcularis copioſe meminit. 15. ſeq.
illi in interpretandis philoſophorum ſcitis tardius fides eſt adhibenda. a 16. n. *y*
ejus ἐχόμενα quid ſint. 25. n. *a*
Deum & animas ſubtilioribus conſtare particulis a nonnullis praecipitur. 31. n. *q*. 76. n. *c*
credebat res a corpore plane ſejunctas, per quas vero intelligebat ſua exempla aeterna, ſeu ſpecies aut ideas. 32. n. *s*
Trinitatem ſuos docuiſſe perhibetur. 36
Μετεμψύχωσιν docuit. 40. n. *y*
animam ex eſſentia divina & ex omnium elementorum principiis conflatam docuit. 43. n. *b*
an corpora plane nobis ignota adfirmaverit. 78. n. *e*. 79. n. *b*
materiam & corpus diſtinguebat. ibid.
quibus ex cauſſis atomis praetermiſſis ſoli ſeſe tradiderit Dei rerumque incorporearum contemplationi. 85
diſſentit ab Ariſtotele in primis ſcientiae naturalis fundamentis. 86. n. *o*
an rerum corporearum inveſtigationem plane repudiaverit. 82. n. *l*
naturam ad certos ferri fines praedicat, quamvis nec ratiocinetur, nec deliberet ſecum, quare ſic agat, quae tamen ſupremi Numinis voluntati ſubjecta ſit. 141. ſeq.
cujus Atheismi genus perſtringat. 142. 143. n. *q*
in nonnullis locis potius Anaximandri quam Democriti Atheismum tangit. 173
ejus anima per totum orbem fuſa, an una eademque ſit cum natura genitrice. 209. n. *p*
an animae mundi patronus. 240. n. *y*
duo rerum principia Deum & materiam adſerit. 273. n. *n*
bonitatem ſcientiae & omnipotentiae praetulit. 283. ſeqq. n. *m*. *n*
quid ſit ejus numerus ternarius. 287. n. *y*
ejus ſententia de origine mali moralis & phyſici. 310. ſeq.
quot animas in homine reconditas eſſe voluerit. 314. N. V.
ejus ſententiam de binis rerum principiis explicat Plutarchus. 302. n. *x*. 315. N. VII. & VIII.
an bina Numina crediderit. 306. ſeqq.
eum explanat Proclus. 342. n. *o*. *r*
illi Theogonia & Cosmogonia unum idemque. 339. ſeqq.
mundi aeternitatem rejicit. 347. ſeqq.
ejus Theogonia. 351. ſeqq.
non eſt explicandus ex junioribus Platonicis. 352. n. *q*

ortum

Digitized by Google

orum hominum ex ſideribus & elementis deducit. a 353. in nota.
an aeternum mundum habuerit. 368. n. *p*
ejus Trinitas. 451
ejus amor. 574. ſeqq. n. *i*
num ejus ideae & Pythagorae numeri inter ſe differant, nec ne. 598. n. *v*
ejus Deus unus reliquorum Deorum conditor. 618. ſeqq.
ſolem, lunam, ſidera, mundum Deos habet. 619
animam mundi adſerit, at non aeternam. 620
duplicem animam introduxit alteram aeternam, alteram una cum mundo conditam. ibid.
tantum unum, non vero innumeros ſtatuit mundos. 621
quibus nominibus ſupremum Numen appellaverit. ibid.
an creationem ex nihilo adſeruerit. 622. n. *k*
vim ſ. virtutem effectricem diſtribuit in humanam & divinam. ibid.
an juxta eum Deus ſemetipſum fecerit. 622. 624. n. *p*
ejus doctrina de motu. 634. ſeqq.
ejus Trinitas. 670
an unum Deum profeſſus ſit. 682. in not.
ejus derivatio verbi θεὸς. 696
ejus ſententia de Jove, Saturno & Urano, coelo. 740. n. *n*
idem de Diis viſibilibus & inviſibilibus. 756
ejus ſententia de Deo omnia permeante. 764
genios omnibus rebus praefectos credidit. 798. in not.
an multitudinem nominum unum tantum Deum indicare putarit. 801. not. *v*
quid ſint ex ejus diſciplina Dii, daemones ſeu genii vaticinationibus praepoſiti. 817. n. *z*
ejus Trinitas. 818. *a*
quaenam fuerit ejus Trinitas. 821. ſeqq.
de ejus juramento Pighius. 818
animam mundi duplicem ſtatuit mundanam & ſupramundanam. 853. & 854. n. *m*
ejus ideae fundamenta omnium rerum, animalia & Dii. 855
de natura idearum ejus. 856. n. *o*
ex qua ratione aeternas ideas inculcaverit. 857. in not.
ejus veri diſcipuli non ſunt, qui Hennades & Noës ſtatuunt. 862. ſeqq.
magnam partem veram de Trinitate doctrinam retinuit. a 866. ſeqq. 868. n. *e*
de ejus aeternitate mundi. 866
Deum ſollicite a materia diſtinxit. 867. ſeqq. n. *b*
ejus ἄγαλμα ſeu ſimulacrum Deorum eſt mundus. 868. n. *c*.
quinam ſint Dii aeterni, ad quorum imaginem idem mundum eſſe comparatum adſerit. 868. ſeqq. in not.
mens ejus aeterna. 869. ſeqq. 873. n. *f*.
ex junioribus Platonicis non eſt explicandus. 872. n. *e*
ejusdem anima ſ. tertia Trinitatis hypoſtaſis aeterna. 886. ſeqq.
an ejus Trinitas conſentanea ſit Trinitati Arii. 875. ſeqq. in not.
ejus Trinitas a Conſtantino M. Imperatore laudatur. 877. in not.
an mundi binas animas crediderit mundanam & ſupramundanam. 879. n. *i*
mens ejus de tribus regibus. 881. in not.
ejus argumentum pro exiſtentia Dei a motu deſumtum. ibid.
nulla ex Platonis hypoſtaſibus res eſt facta. 882. ſeqq.
ejus νοῦς non eſt perſona, ſed notio animi & virtutis. 884. n. *m*
an ejus duplex mundi anima ex jun. Platon. probari queat. 880. in not.
convenientia ejus cum Athanaſio de altera Trinitatis perſona refellitur. 885. & 886. in not.
tertia hypoſtaſis ſive anima mundi Platonis aeterna. 886. n. *n*
ζεὺς a Platone repetitur a verbo ζῆν. 886
ſubordinatio in Trinitate ejus. 887. ſeqq. n. *o*
Nicaenis patribus & Athanaſio amicus habetur. 887
ejus Trinitas medio quaſi loco inter Sabellianismum & Arianismum conſtituta eſt. ib. & 905
de diſtinctione inter germanam ejus & adulterinam Platonicorum Trinitatem. 888. n. *p*
Sapientia & mens eidem non eſt principium primum & ſecundum, & ex quibus rationibus. 892
an ejus tres hypoſtaſes revera una tantum ſit divinitas. 899. ſeqq. n. *c*
quid eidem ſignificent voces νοῦς & ψυχὴ. 903. n. *e*
Trinitas ejus ex Plotino non eſt dijudicanda. 904. n. *f*
quonam ſenſu ejus Trinitas aequalis ſit. 912

Digitized by Google

eum a disciplina Hebraeorum sua accepisse tradit Eusebius. a 947
ex Mose sua desumsisse creditur a Judaeis. 950. in n. N. l.
mundum Dei bonitate productum esse adfirmat. b 77.
ex superbia deduxit eximias calamitates magnam felicitatem subsequentes. 79. seqq. in not.
corporis humani constructionem Diis junioribus committit. 126
de essentiis rerum aeternis. 222. seqq.
num creationem ex nihilo crediderit. 249. 309. seqq.
de ortu & interitu ex mente veterum Atheorum. 255. n. g.
notio ejus vocis Nihil, per quod materiam intelligit. 317
de Atheis nil nisi corpus in rerum natura probantibus. 353. seqq.
num naturas incorporeas s. non extensas receperit. 358. seqq.
ejus sententia de spatio. 359. in not.
num Deum crediderit corporeum, nec ne. 360. in not.
ejus sententia de animae motu corporeo. 366. n. z
de corpore animae. 385
de morte philosophica. 391. n. p. q
de migratione animarum post fata in coelum. 399. seqq. in not.
de statu animarum apud inferos. 404. in not.
de Democriti & Epicuri sectatoribus omnia ex atomorum concursione deducentibus. 531. n. v
ejus sententia de anima antiquiore omni materia. 536
de tenui corpore & hominum & bestiarum post fata permanente. 569
de animae corpore semper permanente. 571
de providentia omnes omnino curante. 583. n. s. v
felicitatis caussa aliis impertiendae mundum creatum vult. 586. seqq. n. c
discrimen inter creationem ejus & Platonicorum, 586. in not.
de Atheorum doctrina civili. 597
de patronis moralitatis extrinsecae. 628
non ignarus philosophiae corpuscularis. 650
de sensus & cognitionis natura. 669
ipsius convivia cum Diis. 837. n. p
fabula de primis hominibus. 906. seqq. n. i
fraudis accusatur. 799. seqq.
Plautus an unum summum Deum agnoverit. a 558. seqq.
de conviviis post sacrificia. b 838
Plinius Secundus Atheus creditur. a 178. n. n
mundum aeternum & incorruptibilem adserit. 189
de Deo valde obscurus est. 271. n. g
de morte philosophica. b 391. n. p. q
hominum conditionem deteriorem descripsit quam ceterarum animatarum & inanimatarum creaturarum. 567. n. m
Plinius (Junior) an unum Deum professus sit. a 674. 692. in not.
Plotinus, homo & ordinis & ornatus plane negligens. 4. n. c
vaticinationibus ex astrorum cursu addictus. 5. n. l
de natura genitr. multum disputat. 216. n. b
Magiam definit per concordiam & discordiam. 228. n. c
de summo omnium Deo quod se ipsum fecerit & creaverit. 622. 625. n. p
unum Deum rerum creatorem profitetur. 680
de ejus conjunctione cum supremo Deo. 824
ejus sententia de intellectu Dei & scientia, quam proprie sic dictam Deo denegavit. 847. n. b
animam mundi supramundanam nominat. 854. seqq. n. m
ejus sententia de Hennadibus mentibus (Noës.) 864. seqq.
ejus Trinitas Sabellianismum refert. 872. n. e
ejus Trinitas non tam personarum, quam notionum & virtutum divinarum Trinitas est. 873. n. f
obscure de Trinitate differit. 877. in not.
de mundi anima supramundana. 878. seqq.
de mundi anima mundana. 879. n. i
an ex eo duplex mundi anima Platonis probari queat. 880. in not.
ejus testimonium de subordinatione Trinitatis ejus. 888
ejus testimonium de sapientia & mente Platonis. 893
ex eo Trinitas Platonis, Parmenidis & Pythagorae non est dijudicanda. 904. n. f.
animam humanam cum anima mundi s. tertia Trinitatis hypostasi componit, eamque animae mundi sororem nominat. 906. 909. n. i
ejus inaequalitas Trinitatis. 917
de ejus Trinitate Augustini effatum parum providum. 923. n. d
materiam incorpoream statuit b 273. in not.

ejus

Digitized by Google

ejus ſententia de naturis non extenſis. b 364. 370. ſeqq. 378. ſeqq.
de animae corpore. 413. in not.
de migratione animarum in beſtiarum & plantarum corpora. 419. n. *y*
de multis rebus nihil certi decernit. 449. in not.
ejus argumenta pro anima humana extenſione carente. 485. ſeqq.
de ſapientia & bonitate divina. 563. ſeqq.
de convenientia & concentu operum Dei. 578
de ratione mundi conditi. 586. ſeqq. n. *b*
plura de illo. 761. ſeqq.
Plutarchus, Chaeronenſis, Deum & materiam in condendo orbe conjungit. a 274
an duplicis Dei patronus. 298. ſeqq. cum not.
quid ſenſerit de mundi anima. 302. n. *v*
quos duplicis Dei patronos faciat. 314. ſeqq.
de Aegyptiorum Trinitate. 529. n. *b*
de Iſide & Oſiride. 532. in not.
duplex principium bonum & malum adſerebat. 563
ejus libellus de placitis veterum philoſophorum. 567. ſeqq. n. *r*
multos adſerit mundos. 649. ſeqq.
ex ejus teſtimonio omnes gentes unum Deum coluerunt. 704
an ex teſtimonio ejus probari queat, quod Apollo ſummi Dei nomen. 742. n. *t*
ejus ſententia de creatione ex nihilo & materia aeterna. b 235. n. *e*
de ſtatu animarum apud inferos. 405. in not.
mundus eidem templum Dei dictus. a 808. n. *k*
ejus ſententia de Deo aut benigno aut formidando. b 77. n. *e*
an unum Deum omnium rerum conditorem profeſſus ſit. a 676. n. *i. k*
ejus deſcriptio ſuperſtitioſi hominis. b 81
Atheismum Manichaeismo praefert. 84
de Deo & poenas & praemia differente. 575. n. *c. d*
de conviviis poſt ſacrificia. 838
Plutarchus, Athenienſis, Philoſ. Platonicus. b 762
Poëmander, liber, vulgo Herm. Trismegiſto adſcriptus. a 496
Polus, patronus moralitatis extrinſecae. b 629
Porphyrius, ejus ſententia de animalium ratione. a 73. n. *x*
religionis Chriſtianae hoſtis. 400
de ejus conjunctione cum ſupremo Deo. 824
animam mundi ſupramundanam nominat. 854
duplicem animam mundanam & ſupramundanam ſtatuit. ibid. n. *m*
ejus ſententia de mente & anima. a 865. n. *y*
de mente aeterna explicatus. 870
ejus Trinitas Sabellianismum refert. 871. n. *e*
an ex eo duplex mundi anima Platonis probari queat. 880. in not.
ejus teſtimonium de tribus Platonis hypoſtaſibus. 899
religionem Chriſtianam ſcriptis oppugnat. 908. n. *b*
de ejus Trinitate Auguſtini effatum parum providum. 923. n. *d*
ejus Trinitas ab Ariana differt. 945. n. *t*
ejus ſententia de naturis non extenſis. b 367
de daemonum morte. 545. n. *k*
de beſtiarum animis ejusdem cum hominum animis generis. 552. n. *p*
plura de illo. 762. 767. 777. ſeqq.
Poſidonius, Moſchum ſeu Mochum inventorem Phyſ. corp. perhibet. a 18. n. *d*
Potamon, philoſophiae electicae cultor. 830. b 753
Proclus, Platonis explanator. a 343. n. *r*
aeternitatem mundi adſeruit. 369. n. *q*
ejus teſtimonium de ſpuria Trinitate Platon. 842
animam mundi ſupramundanam vocat. 854
duplicem animam mundanam & ſupramundanam ſtatuit. ibid. n. *m*
an ex eo duplex mundi anima Platonis probari queat. 881. in not.
ejus deſcriptio naturae. b 122
de creatione ex nihilo & materiae aeternitate. 340
ejus teſtimonium de corpore animae. 385
deſcriptio angelorum. 393
de daemonum ratione. 544
Procopius Gazaeus. 288
Protagoras, an patronus Phyſicae corpuſcularis. a 15. ſeqq. n. *v. x*
aeque magna fuit ejus propter philoſophiam ac propter eloquentiam exiſtimatio. 17. n. *z*
omnem ſcientiam ſenſuum eſſe voluit. b 22. n. *d*
ejus exemplum planum reddit eſſe facultatem in homine ſenſu ſuperiorem. 25
ejus ſententia de vero & falſo. 192
de differentia ſenſus & cogitationis. 526. n. *l*
de natura cogitationis & ſenſus. 527. n. *n*
idem patronus moralitatis extrinſecae. 629
immutabilitatem eſſentiarum rerum rejicit. 642

Digitized by Google

brevis ejus philoſophiae deſcriptio. 646. ſeqq.
ejus praeceptum: omnis cognitio eſt ſenſus refellitur. 656. ſeqq.

Prudentius (Aurel.) ex ejus teſtimonio populus unum Deum prae pluribus veneratus eſt. a 696
quid per res incorporeas intelligat (ἀσωματους.) 786
ejus ſententia de transformatione affectionum rerum in Deos. ibid. & 787. in not. N. III.
de theologia veterum naturali. 792

Pſellus (Mich.) de angelis. b 460, 461. n. x
de corporibus angelorum. 482. ſeqq. n. l
de vera notione vocabuli ἐνεργείας. a 931. in not.

Pyrrho, an patronus moralitatis extrinſecae. b 629. n. i
de ejus moralitate extrinſeca Sext. Empiricus. ibid.

Pythagoras familiariter utitur Moſcho hujusque praeceptis imbutus perhibetur. a 18
non expers fuit phyſices corpusc. 19
an Deum & naturam non differre crediderit. 36. n. m
Trinitatem Graecos docuiſſe creditur. ibid.
Μετεμψύχωσιν docuit. 40. n. y
propriam generationem & corruptionem omnium rerum negabat. 69
hujus ſententia de praeexſiſtentia animarum magis rationi conſentanea putatur, quam eorum opinio qui brutorum animas corporeas eſſe volunt. 74
duo rerum principia Deum & materiam adſerit. 273. n. n
ejus transmigratio animarum. 471. in not.
unum ſummum Deum cenſuit. 566. n. n
de carminibus aureis vulgo ei tributis. ib.
rerum omnium principium & cauſſam monadem eſſe dixit. 567. ſeqq.
Dyas ejus an ſit materia. 567. n. r. 572. in not.
an duplex principium ſtatuat. 568
de numeris ejus. 569. n. s. & 570. n. z
ejus doctrina eſt amiſſa & incognita. 570. ſeqq. in not.
ejus monas an ſit Deus. 571. in not.
an Deo ſubjecerit materiam aut ex ipſa Dei natura deduxerit. 572. in not N. III.
de ejus Trinitate. 572. ſeq. 575. ſeqq. n. i
ejus amor. 573. ſeq. n. t
ſummum Deum nominat non modo monadem, verum etiam Tetradem & Tetractyn. 575. ſeqq. 579. n. q
an doctrinam a Judaeis hauſerit. 577. n. u
num ejus numeri & Platonis ideae inter ſe differant. 598. n. v
an unum Deum profeſſus ſit. a 683. in not.
genios omnibus rebus praefectos credidit. 799. in not.
de ejus Symbolis. 815. in not.
ejus Trinitas. 821. ſeqq.
ejus Trinitas ex Plotino non eſt dijudicanda. 904. n. f
daemones, morbos & pravas animi affectiones incantationibus magicis expelli putat. b 154. in not. N. III.
ſententia ejus de ortu rerum valde incerta. 307
de anima rationali ex aethere. 397. in not.
quare ſacrificia rejecerit. 457. n. o
de tenui corpore & hominum & beſtiarum poſt fata permanente. 569
quare ejus vita a Porphyrio & Jamblicho conſcripta. 779
piarum fraudum patronus. 798

Q.

Quintilianus (M. Fabius) unum Numen profeſſus eſt. a 673
ejus ſententia de Deo omnia permeante. 764. n. s

R.

Radbertus (Paſchaſius) adfirmat Deum contradictoria facere poſſe, ut eo dogma de transſubſtantiatione fulciret. b 44. in not.
[*Reinbeck.* 174]
Ribovius (Georg. Henr.) de anima brutorum. 552. n. p
Rogerius (Abrah.) de Indorum religione. 333. de Vedam libro veterum Braminum. ibid.
Rorarius (Hieron.) de ratione brutorum. 553. in not.
Rudigerus (Andr.) Deum ab extenſione ſ. ſpatio non differre credit. 356. n. f
Rufinus adulterat libros Origenis. 801

S.

Sabellius unam tantum hypoſtaſin ſeu unam ſingularem & circumſcriptam eſſentiam patris, filii & ſpiritus S. docuit. a 928
abſurda quae hanc Trinitatem ſequuntur. ibid.
hujus Trinitas differt a Chriſtiana. 935
Salmaſius, ejus ſententia de antiquiſſimorum Graecorum religione. 159. n. r
de morte philoſophica. b 391. n. p. q
Salomonis ſapientia. a 464

Digitized by Google

Salluſtius, mundi aeternitatis patronus. a 372. n. *s*
Sanchoniathon, quis fuerit. 35. 481. n. *v*
de religione Phoenicum. b 334
fictus auctor videtur. 800
Sandius (Chriſtoph.) Arium Platonicum habet. a 876. in not.
de cognomine Arianorum quo Porphyriani audiunt. 908. in not.
Sarisberienſis. (Joh.) 853
Sarn (Petrus a) Mercurium cum Servatore Chriſto comparat. b 411. in not.
Saurinus (Jac.) ejus ſententia de Magorum Aegyptiorum miraculis. 174. in not.
de Pythoniſſa Endorea Samuelem jam dudum defunctum vivum regi Saulo exhibente. 175. in not.
Scaliger de ſenſus & cognitionis natura. 666
Scaevola, ejus religio. a 754. n. *v*
idem explanator poëticarum fabularum. ibid.
veram theologiam populos celavit. 812. ſeqq.
de eo Auguſtinus. 754. n. *v*
Schedius de religione veterum Germanorum. 682. 701. n. *d*
Schloſſerus Stratoni Atheismi maculam abſtergere conatur. 139. ſeqq. n. *i*
Seldenus (Joh.) ex multitudine nominum, quae veteres Diis ſuis impoſuerunt, Deorum natam eſſe multitudinem credit. 800. n. *s*
Seneca omnia fato alligat. 7. n. *s*
an illud Atheismi genus tangat, quod mundum comparat plantae. 175. ſeqq. n. *f*
dubitanter de quaeſtione loquitur: Mundusne animal ſit, an plantae ſimilis. ibid.
ortum, interitum & exuſtiones mundorum infinitorum adſerebat. 190
ejus Theogonia. 357
de Deo & inferiorum Deorum interitu. 651
unum Deum profeſſus eſt. 673
explanator religionis Hetruſcorum de Jove fulmina mittente. 692. ſeqq.
ejus ſententia de Deo omnia permeante. 764. n. *m. n*
idem de mundo univerſo Deo. 804. n. *d*
a metu & magiſtratuum calliditate religionem deducit. b 74. n. *c*
de ortu omnium rerum. 301
Sennertus, Medicus. 155. ſeqq.
Serces (Jac.) ſententia de miraculis daemonum 168. ſeqq. in not.
Servetus (Mich.) de aeternitate. 57. in not.
de corporibus angelorum. 470. in not.
Setbus (Wardus) Hobbeſium refellit. a 193. n. *k*
Sextus Empiricus a magiſtratuum calliditate religionem deducit. b 74. n. *c*
de Pyrrhonis moralitate extrinſeca. b 630. n. *i*
Sherlock de providentia. 577. n. *l*
Siberus (Urb. Gottfr.) a 908. in not.
Sicardus, Jeſuita Gallus, de Aegyptiorum religione. 532
Simplicius, ejus ſententia de vi aſtrorum in animos hominumque corpora. 6. n. *m*
ejus definitio Dei. 802. n. *y*
de immutabilitate & libertate mentium. 859
ejus ſententia de naturis non extenſis. b 366. 374
Siracides de timore Dei principio religionis & dilectionis Dei. 81. n. *k*
Socrates ob rejectas vulgi ſuperſtitiones Atheismi inſimulatur. a 172
an animae mundi patronus. 240. n. *y*
ejus preces ad Pana magnum. 514. n. *e*
unius ſummi Numinis aſſertor. 614. ſeqq.
quare veneno ſublatus. 614. 618. ſeqq. n. *g*
an animos hominum ex totius mundi animo delibatos & decerptos eſſe autumaverit. 615. n. *b*
mundum non temere & fortuito, verum ratione & conſilio factum adſerit. 615. ſeqq.
Deum colendum praecipit. 616
idem de providentia. ibid.
plurium Deorum cultor. 617. & 618
moribundus gallum vovet Aeſculapio. 617. n. *d*
de morte philoſophica. b 391. n. *p. q*
de dolore voluptati finitimo. 568. n. *r*
de providentia. 583. n. *s*
Socrates (Hiſt. Eccl. ſcriptor) de Ario Platonico, nec ne. a 878. in not.
Sophocles an unum ſummum Deum cognoverit. 554
Soucietus (Stephan.) obſervationes in librum poſthum. Rich. Simonii. b 289
Souverain de Philonis Trinitate. a 831
Spanhemius (Ezech.) commentar. in Callimachum. 800. n. *s*. [623]
de eo. b 80. in not.
Sperber (Julius) Fluddi veſtigia preſſit. a 853
Speuſippus, ejus de Deo effata. 644. n. *r*
Spinoza (Bened. de) in ſententia, Deus eſt omnia, totam fere veterum philoſophorum cohortem magiſtros habuit. 457. n. *m*
ſubſtantiam aliam creare poſſe ſubſtantiam negat. b 246. n. *s*
religionem deducit a magiſtratuum calliditate & a metu. 74. in not.
quo ſenſu vocabulum ſuperſtitio adhibeat. 75. n. *d*

Digitized by Google

fines rerum negat. b 97. n. *b*
ejus interpres & fautor Boulainvillierius. 526. n. *l*
contra eum Baylius. ibid.
Hobbesii vestigia premit. 609. in not.
rejicit miracula. 164. n. *d*
de ortu & interitu omnium rerum. 254. in not.
Stanlejus (Thom.) de ratione, quam Epicurus de constantia animalium hominumque propagationis reddebat. 105. n. *n*
Starckius (Henr. Bened.) explicatio dicti Joh. XIV. vs. 28. a 917. n. *v*
Steuchus (Augustinus) Sp. S. Gen. I. 2. animam mundi credidit. 850. in not.
de creatione ex nihilo ex mente veterum philosophorum. b 291
Stockius (Christ.) de creatura gemebunda Rom. VIII. vs. 19. 551. in not.
Strabo, ejus Theogonia. a 357
idem Mosen & Judaeos fingit summum Numen & rerum universitatem pro re una eademque habuisse. 780
narrat Persas coelum Jovis loco habere. ibid.
victimas oblatas totas comedisse. b 839
veram theologiam populos celavit. a 813. seqq.
Strato, Lampsacenus, primus illud Atheismi genus introduxit, quod materiae vitam effectricem, verum sensu & ratione destitutam, attribuit. 137. seqq. cum notis.
omnium rerum origines ex temperatione quadam casus & virtutis effectricis repetebat. 138. seqq.
natura illi est vis quaedam & interior vita singulis materiae particulis conclusa. ibid.
defenditur a Schlossero. 139. seq. n. *i*
mundum a Deo factum esse negat. 139
Strato, physicus, quamvis mundi aeternitatem doceat, attamen ejus mutationes admittit. 189. seqq. n. *g*
Stuckius (Jo. Gul.) coenam Domini cum epulis sacrific. veterum confert. b 815
Suicerus (Joh. Henr.) ejus sententia de argumento, quod Deum ex ejus idea probat. 206. n. *e*
Suicerus (Joh. Caspar.) de doctoribus & Philosophis, qui Spiritum Gen. 1. 2. super aquas volitantem, & Spiritum S. tamquam animam mundi crediderunt. a 850. n. *l*
sententias collegit de dicto Joh. XIV. 28. 917. n. *v*
Symmachus unum Numen professus est. 674
an putet adfectiones rerum in Deos transformatas unius Dei nomina fuisse ethnicis. 787. seqq. in not. N. III.
ejus religio. b 786
Synesius, ejus sententia de animae ortu. a 65
semi-christianus & semi-Platonicus. 626. b 789. in not.
an Christianus. a 813. n. *r*
a Joh. Tolando accusatus. ibid.
ejus Trinitas. 833. in not.
Deum bonum ac benignum affirmat. b 76
de statu corporis aërei post fata. 414. in not.
piae fraudis patronus. 804
Szydlovius (Johannes) patronus moralitatis extrinsecae. 632

T.

Tarasius de angelis. b 460. n. *s*
[*Tartarotti* 174]
Tatianus de mundi anima non Spiritu S. a 851. in not.
an subordinationem Trinitatis crediderit. 912
Terentius Varro (M.) unum Deum gubernationi rerum praefecit. 671. seqq.
tria Theologiae genera constituit, mythicum, physicum & civile. ibid.
Terpander an unum summum Deum cognoverit. 757. n. *t*
Tertullianus summum Deum Jovem non nominavit. 693. n. *g*
an subordinationem Trinitatis crediderit. 912
Deum contradictoria & impossibilia facere posse adfirmat. b 44. n. *f*
de animae corpore angelico. 425. n. *g*
de corpore animae aethereo post fata remanente, quod eidem tribuit. 434. n. *l*. N. II.
animam corpoream esse vult. ibid. N. III.
Thales, Milesius, initium rerum aquam credit. a 35. 147
an atomis faverit. 36. n. *l*
Naturalista a nonnullis habetur. 164. n. *e*. *b*
unum summum Deum fatetur. 565. n. *b*
Thearidas, quis fuerit. 569. n. *x*
Themistius de mentium convenientia. b 225
ejus sententia de Deo. a 681. seqq.
ejus religio. b 786
Theodoretus, de distinctione ejus inter essentiam & hypostasin in Trinitate. a 914. n. *q*. & 925
Theognis spem in deorum numerum retulit. 783. n. *z*
Theophilus, Antiochenus, ejus sententia de mundi anima non Spiritu S. 851. in not.
Theophrastus ejus de Deo effata. 644. n. *s*

Digitized by Google

Thomas (Aquinas) Ariſtotelem putat creationem ex nihilo probaſſe. b 319
Thomaſius (Jac.) de creatione ex nihilo ex mente veterum philoſophorum. 290
Thomae (Joh. Fried.) a 908
Thraſymachus moralitatis extrinſecae patronus. b 629
Timaeus, Locrus, bonitatem & juſtitiam ſcientiae & omnipotentiae praetulit. a 284. ſeqq. n. o
ſtatuit unum eſſe ſummum Deum qui creavit mundum. 609
ejusdem ſententia de poenis & ſuppliciis improborum poſt hanc vitam. ibid.
ſupremum Numen humanarum rerum procurationem daemonibus & Diis inferioribus commiſiſſe credidit. ibid.
ſummus Deus ab eo compellatur δαίμων, νόος, ἀγαθὸς, ἀρχὴ τῶν ἀρίστων. 610. ſeqq.
idem mundum cenſet animal Deumque ſecundarium eſſe, ex ſummo Deo genitum. ibid.
ejus Deus creator reliquorum Deorum. 611
an materiam ſummo Numini aeternam adjunxerit, aut mundum a Deo ex nihilo eſſe conditum crediderit. 611. n. *k*
aeternitas & tempus quid ſit ex mente ejus. 611. n. *l*
mundum felicitatis aliis impertiendae cauſſa creatum vult. b 586. ſeq. n. *c*
Tolandus (Joh.) accuſat Syneſium. a 813. in not.
Trapezuntius (Georgius) Ariſtotelem putat credidiſſe creationem ex nihilo. b 319
Trebellius Pollio de conviviis poſt ſacrificia. 842. in not.
Tribbechovius (Adam.) concordiam adſerit veterum philoſophorum cum Chriſtianis in articulo de creatione ex nihilo. 292
Ariſtotelem putat creationem ex nihilo probaſſe. 320
Trieborius (H. C.) de corpore animae aethereo poſt fata remanente. 430. n. *k*
Turretinus (Joh. Alph.) de Pythoniſſa Endorea vita jam dudum functum Samuelem vivum regi Saulo exhibente. 175. in not.

V.

Varro an unum Deum profeſſus ſit. a 683. in not.
ejus explicatio de tribus Diis Jove, Junone, & Minerva. 689. n. *a*
an Theologia veterum, quam ille naturalem dixit, a phyſica Theologia differat, nec ne. 755. n. *v*
veram Theologiam populos celavit. a 813
de eo Auguſtinus. 755. n. *v*
[de re ruſtica cit. 540.]
Vellejus apud Ciceronem non facile audiendus de veterum ſententiis de Deo. 16. n. *y*
Velſerus (Marc.) de religione Themiſtii. b 787
Verulamio (Fr. Baco de) an ejus ſententia de Deo diſtet ab Hobbeſio. 22. n. *e*
cujusnam generis errores *idola ſpecus* nominarit. 109. n. *p*
quare Cudworthо nomine impietatis ſuſpectus. ibid.
contra eumdem cauſſas finales tollentem disputat Parckerus. 111. n. *t*
quare rejecerit cauſſas finales. 120. in not.
ejus *parallela ſignacula*. 895
Vespaſianus, de ejus miraculis. a 394, 395. n. *n. p*
Veſtius Valens quis fuerit. b 180. n. *e*
Vettius augur. 180. n. *o*. 183. in not.
Virgilius an agnoverit omnipotentiam Dei. a 280. n. *b*
ejus regnum Saturnium. 412. ſeqq. cum notis.
an unum ſummum Deum agnoverit. 560
ejus ſententia de ortu, mutatione & interitu rerum. b 546
docuit ex materia vitas & animas haud naſci poſſe, ſed a Deo produci. 553
de ſtatu animarum apud inferos. 405. in not.
de conviviis poſt ſacrificia. 838
Vitus (Stephanus) ejus objectiones contra corpora angelorum. 471. ſeqq. in not.
[*Voeux*. (des) 173.]
Voſſius (Gerh. Joh.) male expoſitus. a 427. n. *z*
ſub Jove, Junone, Minerva, myſterium Trinitatis latere ſuſpicatur. 689. n. *y*. *d*
quidam ejus locus examinatur. 754. ſeqq.
de idololatria gentilium. 783. n. *a*
ejus de multitudine Deorum ſententia examinatur, qua ſingula Numina totidem ſunt ſpiritus ſive mentes. 788
ejus ſententia de Theologia veterum naturali examinatur. 791
male intelligit quemdam Senecae locum de ortu rerum. b 301
de fine creationis. 587. in not.
Vries (Gerh. de) affirmat Carteſium docuiſſe, quod Deus contradictoria facere poſſit. 44. n. *f*
Urſinus (Joh. Henr.) refutatus. a 493. n. *y*

Digitized by Google

W.

Waltherus (Sam.) probat ſententiam Cudw. de S. Coena. b 818
[*Warburton* divine legation of Moſes. a 537. 565. 668. b 399.]
Wayen (Joh. van der) ſententia de philoſophia Philonis. a 829. in not.
de Philonis Trinitate. 831
Weigelius (Valentin.) Fanaticus, Deum contradictoria facere poſſe adfirmat. b 44. n. *t*
Weismannus (Chriſt. Eberh.) de cauſſis orbis conditi. 587. in not.
Werenfelſius (Sam.) ſententia de argumento, quod Deum ex ejus idea probat. 206. in not.
Whitbcotus, Platonicus. a 910. n. *k*
Wilkinſius, Platonicus. ibid.
Windetus (Jac.) Anglus, dogma de creatione ex nihilo a Scholaſticis deducit. b 288. n. *c*
idem de Tartaro. 469. in not.
Wolfius (Joh. Chriſt.) a 784. n. *c*
de cauſis orbis conditi. b 587. in not.
[*Wollius*. a 916. b 580.]
Worthingthonus, Platonicus. a 910. n. *k*
Wyſe (Thomas) de Cudworthо accuſato & defenſo. b 447. n. *z*

X.

Xeniades, Corinthius, num creationem ex nihilo probaverit. 306. ſeqq.
Xenocrates rerum naturalium origines ab atomis repetiit. a 28
ejus de Deo effata. 644
Xenophanes Deo quamvis corporeo humanam denegat ſpeciem. 181. n. *r*
Deum unum eſſe ſtatuit. 580. ſeqq. 591. n. *u*
an Spinoſismi reus. 583. n. *a*
ejus ſententia de multis ſolibus & lunis. 582. n. *z*
Deum forma globoſa ſtatuit. 584. in not.
an Deum incorporeum exiſtimaverit. ibid.
an unum Deum profeſſus ſit. a 683. in not.
Xenophon an animae mundi patronus. 240. n. *y*
unum ſummum Deum ſtatuit. 627. n. *s*
Xerxes de Deo invido. b 79. n. *b*

Z.

Zacharias Mitylenaeus, ejus dialogus de opificio Dei. a 374. in not.
mundum noſtrae felicitatis cauſſa conditum eſſe credit. b 586. in not.
Zamolxis. a 438. n. *e*
Zanchius (Ulder.) de angelorum corporibus. b 471. in not.
Zeiſoldus Ariſtotelem putat creationem ex nihilo probaſſe. a 274. n. *p*. b 320
Zeno Eleates ob Deum corporeum, quem ſibi fingebat, reprehenditur ab Ariſtotele. a 33. n. *y*
quibus argumentis motum oppugnaverit. b 244. n. *p*
ejus demonſtratio unius Dei. a 603. ſeqq.
ejus argumenta contra motum. 604. n. *a*
quibus cauſſis inductus ex igne res omnes deduxerit. 147
ſententia de mundo animali, ſeu planta. 177. n. *g. b*
an faveat naturae genitrici. 212. n. *s*
Atheismi accuſatur & excuſatur. 604. n. *c*
Zeno commentator Heſiodi. 36. n. *k*
Ziegenbalg (Barthol.) de Brachmanum religione. b 330
Zimmerman (Jac.) a 868. n. *b*. [550. 667, 668. b 73. 575.]
Zoroaſter tres Deos induxit. a 320. ſeqq. n. *v*
multos ſimulque unum Deum profitetur. 417. ſeqq. 430. ſeqq.
ejus Magia nihil aliud fuit, quam Deorum cultus. 417
ejus religio. 425. in not.
an duplex principium docuerit. 430. ſeqq.
ejus oracula. 432. ſeqq. 436. n. *z*
de Trinitate. 822

Digitized by Google

INDEX RERUM.

A.

Abſtractio, de abſtractionis utilitate. b 684
Academici ſunt ſceptici. a 666. n. *f*
Achilles, ita argumentorum unum Zenonis contra motum audit. 604
Actio, earum moralitas. v. *Moralitas.*
conſcientia privata ſeu judicium privatum de actionibus non repugnat juri magiſtratuum. b 611. ſeqq.
Adixia explicatur. a 719. n. *s*
Aër, initium omnium rerum creditur ab Anaximene. 170. v. & *Aether.*
Aegyptii, an ex teſtimonio Plutarchi patroni duplicis Dei. 319. ſeqq. n. *q*
eorum Dii Oſiris, Iſis, Typhon. ibid.
iis mundus & Dii certo tempore facti unum idemque ſunt. 346. n. *z*
multorum Deorum & ſimul unius Dei patroni. 458. ſeqq. 464
omnium ſuperſtitioſiſſimi. 462. ſeqq.
utrum ab his, an vero a Chaldaeis Idololatria & Polytheismus ad reliquos dimanaverit. 463. n. *e*
eorum ſapientia hiſtorica. 466. ſeqq.
eorum philoſophia. 467. ſeqq.
animae immortalitatem ejusque transmigrationem credebant & praeexiſtentiam. 468. n. *t*
eorum Theologia duplex fabuloſa & arcana. 470. ſeqq.
Graeciam docuiſſe perhibentur. 463. ſeqq. n. *a.* N. II.
ortum & interitum mundi adſerebant. 466
eorum mirifica differentia de rebus tam eruditis quam divinis. 469. n. *y*
eorum Theologia arcana. 473. ſeqq. n. *c*
eorum Hieroglyphica. 474. ſeqq.
unum ſummum Deum credunt. 480. 498. ſeqq. 508. ſeqq.
cur crocodilum ſimulacrum ſummi Dei conſtituerint. 499. ſeqq.
eorum anguis. 501. n. *r*
de eorum religione Jamblichus. 501. n. *s. t*
an materiam a Deo factam crediderint. 503
eorum Ammon ſive Hammon. 504. ſeqq.
ſolem coluerunt. 505. n. *g.* 512. in not.
ſummi eorum Dei nomina. 521. ſeqq.
Deus eſt omnia, eſt eorum ſcitum. 518. ſeqq.
ortum mundi crediderunt. 526
unde eorum Polytheismus. ibid. 530. n. *i*
eorum Trinitas. 528. ſeqq.
de eorum religione generatim magna diſſenſio eſt. 532. ſeqq.
unde eorum cultus beſtiarum. 536. ſeqq.
origo eorum myſteriorum. ibid. in not.
unde eorum duplex principium. 541. in not.
an unius Dei cultores. 683. in not. 706. ſeqq.
variis nominibus ſummum Deum compellarunt. 730. ſeqq.
Deum nullo nomine & omni nomine gaudere dicunt. 778. ſeqq.
omnis generis Deos cum ideis & mundo archetypo conferebant. 793
mundum animatum filium Dei nominabant. 810
de eorum ſymbolis. 814. in not.
num creationem ex nihilo probaverint. b 321. ſeqq.
Aeolus, ſummi Dei nomen. a 752
Aeon, Aeones Valentinianorum. 297. n. *b*
Aeſar. v. *Heſus.*
Aeſculapius, ſummi Dei nomen. 752
Aeſus. v. *Heſus.*
Aeternitas v. & *Infinitas*: aeternitatis notio omnem quae removet temporis ſucceſſionem, an jam veteribus, ſpeciatim Parmenidi nota fuerit. 599. n. *y*
aeternitas Dei explicatur. 594. ſeqq.
aeternitas an ſit vel fixa vel ſucceſſiva duratio. b 56. ſeqq. in not.
quid ſit ex mente Timaei. a 611. n. *l*
multum a duratione temporis ſucceſſiva differt. b 38. ſeqq.
de naturarum rerum aeternitate. v. *Natura.*
aeternitatis ſucceſſivae Patroni Sociniani & quodammodo Arminiani. 58. ſeqq. in not.
aeternitas temporum ordinis neſcia. 590. n. *e*
diviſio ejus ex ſententia Platonicorum jun. 343
Aeternus, ambiguitas vocis. a 343. ſeqq. n. *v*

Digitized by Google

Aether, princeps Deus creditur. a 804. n. *a*. v. & *Aër*.
Aethiopes unum coluere Deum. 701. n. *a*
duplex principium adſeruerunt. ibid.
Adfectiones. Adfectiones rerum per ſe non ſubſiſtentes inter perſonas & Deos relatae. 783. ſeqq.
an hae transformatae adfectiones unius Dei nomina Ethnicis fuerint. 785. ſeqq.
animi pravae adfectiones daemonibus adſcribuntur & incantationibus, carminibus magicis & muſica expelluntur. b 154. in n. N. III. & p. 155. in N. V.
Ἄγαθὸν compellatur ſupremus Deus a Timaeo Locro. a 629. ſeq.
Ἄγαλμα v. *ſimulacrum*.
Ἀγίνητος, explicatur. 949. n. *a*
Ἀγίνητος, hujus vocabuli poteſtas. a 625. n. *p*. b 949. n. *a*
Allegoriae, earum origo & interpretatio. a 474
Amicitia. Amicitia & contentio Empedoclis, an duo omnis boni & mali principia, 209. ſeq. n. *q*. *r*. 607
Amun, Aegyptiorum Deus. 529. n. *b*
Ammon v. *Hammon*.
Amor, ſupremus creditur Deus. 160. ſeqq.
quo ſenſu recte dici queat amor ſupremum eſſe Numen & fons omnium rerum. 162. n. *y*
de quo amoris genere Plato in Sympoſio loquatur. 161. ſeq. n. *x*
duplex, terreſtris & coeleſtis, cujus ultimi nomine veteres vim illam genitricem nominarunt. ibid.
amor principium orbis terrarum. 360. ſeqq.
an veterum amor & ſpiritus aquis incubans apud Moſen unum idemque ſint. 363. in nota N. I. II.
rerum omnium principium creditur. 572 ſeq.
quare ſupremus Deus hic nominetur. 794
amorem Athei ex imbecillitate noſtra & metu derivant. b 82
eum a Deo removet Thom. Hobbeſius. 83. n. *l*
non omnis amor ex infirmitate oritur, uti vult Epicurus. 585. n. *a*
Androgynus Deus a recentioribus Platonicis & Pythagoricis appellatur. a 448. n. *v*. ab aliisque. 510. n. *v*
Angelus, ab iis quaedam oraculorum & vaticinationum proficiſci poſſunt. b 180. ſeqq. n. *p*
Hieroclis & Procli deſcriptio angelorum. 393
de eorum corporibus tenuibus & ex aëre conflatis ſententia nonnullorum veterum Chriſtianorum. 144. ſeq.
de eorum corporibus ex mente Loërſii. b 150
Auguſtinus de angelorum corporibus nil certi decernit. 425. n. *g*
num angeli in S. S. unum idemque cum daemonibus gentilium. 450. n. *a*
Origenes angelis corpora tribuit. 452. ſeq. n. *b*
origo ſententiae de angelorum corporibus male explicatur ab Huëtio. ibid.
quidam Patres angelos totos corporeos eſſe volunt; plerique tamen nec eſſe corpora, nec a corpore plane ſecretos ſtatuunt. 455. ſeqq.
Origenes de natura & cibo angelorum. ibid.
de Manna cibo angelorum. 458. in n.
Auguſtinus angelos ex anima & corpore componit. 458. ſeq. cum notis.
ſententia de natura angelorum. 458. ſeqq. 472. in n.
dogma de angelorum corporibus proſcriptum. 462. ſeq. n. *x*
dicta S. Scripturae de angelorum corporibus. 464. ſeqq.
fata & argumenta doctrinae de corporibus angelorum. 470. ſeqq.
Viti objectiones contra hoc dogma. ibid.
Loërſius de natura & conditione corporum angelorum & beatorum hominum. 471. in n.
ſententiae de corporibus angelorum. 482. ſeq. n. *k*. v. & *Genius*, *Daemon*, *Spiritus*.
Anima: animae ortus & natura. Ex quatuor elementis conſtare creditur. a 25. n. *a*. *e*. b 240. n. *l*.
origo animae rationalis ex aethere. 396.
de animae ſentientis origine, natura & cibo. ib. in n.
ex ſubtilioribus particulis conſtare creditur anima. a 32. n. *s*. 76. n. *c*
animam ex fortuita atomorum, nullis qualitatibus inſtructarum, compoſitione Athei derivant. 110. ſeq.
qui veterum philoſophorum animam ignem eſſe voluerunt, non ſimul etiam illi interitum decreverunt. 76. n. *c*
Plato eam ex eſſentia divina & ex omnium elementorum principiis conflatam docuit. 42. n. *b*
an Socrates hominum animarum ortum ex totius mundi anima deduxerit. 615. n. *b*
quod Platonici & Chriſtianorum nonnulli faciunt, quas divinae eſſentiae particulas dixerunt. 909. n. *i*
animarum ortum ex divina natura adſerit Chalcidius. 954
veterum philoſophi nonnulli eam ex materia quamvis ſubtiliſſima conficiebant. 60. 61. n. *c*

Syne-

Digitized by Google

Synesii sententia de ejus ortu. a 65
Aristotelis sententia de ortu animae. 89. n. y
an natura animae ex mente Cartesii consistat in cogitatione. 226. n. z
ex duplici parte componebant Scholastici. 236. n. o
an animae sint substantiae, vel modi. b 246. seq. n. s
animae non fuerunt ex omni aeternitate per se. 247. seq.
eam Athei habent materiae modum. 263. seqq.
Aristoteles animam quintum esse elementum tradit. 570. n. t
animas particulas Dei esse volunt Stoici. a 647. seq.
Patrum sententiae de animae natura. b 434. in n. N. III. 436. n. m
anima antiquior omni materia. 536. seqq. 745
gentiles docuerunt, ex materia vitam & animas haud nasci posse, sed a Deo produci. 553. seq.
anima corporea creditur Stoicis. a 645
Platonis anima per totum orbem fusa an una eademque sit, quae natura genitrix. 209. n. p
Platonis sententia de animae motu corporeo b 367. n. z
corpoream statuit Epicurus. a 34
an Empedocles eam corpoream habeat ejusque perceptionem & intelligentiam pro sensus genere. 39. n. v
animam corpoream esse nonnulli Patrum volunt. b 434. in n. N. III. 482. n. k
animae non sunt corpora subtilia. 375. seqq.
de animarum triplici corpore. 394. seqq. in nota.
hoc dogma non est inventum Platonicorum juniorum. 412. seqq. in n.
animae felicitas non consistit in conjunctione cum terreno & crasso corpore, qualia haec nostra sunt. 421. seq. 479. in n.
argumenta pro in-extensis animis. 484. seqq.
veterum sententia de anima numquam etiam post fata corpore libera. 380. seqq. v. & *Corpus animae.*
anima incorporea. Ex eo quod veteres Deum & animam corpore vacare docuerunt, non sequitur, aut illum aut hanc ab omni illis materia sejunctam fuisse visam. a 76. n. c. v. & *Natura incorporea.*
animae natura interior explicatu difficilis. b 376. in nota.
duplicem animam in homine statuit Empedocles. a 580. in n. N. IV.
duplicem adfert Plato, alteram aeternam, alteram cum mundo conditam. a 314. N. V. 621
Platonicorum nonnulli duplicem putabant, mundanam & supramundanam. 853. seq. n. m
Judaei homini duplicem dant animam, vitalem & rationalem. 950. in n. N. I.
Empedocles animam duplicem unicuique animalium attribuit, sentientem alteram, alteramque intelligentem & rationis participem. 45. n. r
veteres duplicem in homine esse animam volebant; alteram rationalem, alteram sentientem. b 395. in not.
quae separari possunt ex mente veterum. 398. in nota.
de earum statu post fata ex mente Stoicorum. a 645
de Origenis mutabili animarum felicitate post fata. 861. n. q
de animarum statu & cruciatibus apud inferos post fata. b 402. seqq. in nota.
Maimonides de anima in statu felicitatis corpore soluta. 420. n. a
de notis & maculis animarum post fata conspectis. 404. seqq. in n.
de notis quibus animae discerni queant inter se. 438. in n.
anima vegetativa nil esse creditur, quam genitrix natura. a 212
de animarum purgatione. b 390. seqq. 402. in not. 410. in n.
anima omnibus vacare notionibus per se, & a sensu unice erudiri creditur. 539. seqq.
quae sententia exploditur. 688. seqq. 702. 721. seq.
de animae facultate omnium rerum notiones informandi. 683
de animarum rationalium Heroum philosophorum & piorum migratione in coelum. 398. seqq. in nota.
de astrorum vi & efficacia in eam. a 6. n. m
sedes animae humanae. 803
de brutorum animarum praeexsistentia, ratione, immortalitate & statu v. *Animal.*
animae nova creatio v. *Creatio.*
animae immortalitas v. *Immortalitas.*
animarum immutabilitas v. *Immutabilitas.*
animarum libertas v. *Libertas.*
praeexsistentia earum v. *Praeexsistentia.*
simplicitas animae v. *Simplicitas.*
animae propagatio per traducem v. *Tradux.*
ejus transmigratio v. Μετεμψυχωσις.
Anima mundi, receptaculum animarum brutorum. a 73. n. x

Digitized by Google

ob animam mundi ſ. naturam genitricem rejectam, Anaxagoras ab Ariſtotele & Platone Atheismi inſimulatus creditur. a 212. n. v. x. y
patroni ejus. 238. ſeqq.
an eam coelo adſignaverit Ariſtoteles. 242. ſeq.
de ea quid ſenſerit Plutarchus. 302. n. x
animam mundi adſerit, at non aeternam Plato. 620
an Ariſtoteles eam crediderit. 635. n. b
ſummus Deus a nonnullis creditur. 707. ſeq.
ea ſummus Deus major habetur. 708. ſeq.
anima mundi Deus, conciliata cum ſcitis: Deus per res omnes ſpertinet; & : Deus eſt omnia. 802. ſeq.
de ſede principali animae mundi ex mente Stoicorum. 803
Origenis ſententia de Deo mundi anima. 850. 852
Deus an Quaſianima mundi nominari queat. 851
Spiritus S. anima mundi dictus. 851. ſeqq.
ſententia Platonis & Platonicorum de anima mundi v. *Plato*, *Platonici*.
componitur cum anima humana hujusque ſoror nominatur. 906. 909. n. i
animam mundi adſerit Chalcidius. 954. in n. 955. in n.
mundi anima. b 506
Animal vel *beſtia*: Empedoclis ſententia de ortu & forma animalium. a 43. i
de duplici animalium anima, altera ſentiente, altera intelligente & rationis participe. 45. n. r.
horum animarum ortum & interitum negarunt veteres ex hoc rationis principio: ex nihilo nihil fit, in nihilumque revertitur. 60
beſtiae rationis participes creduntur. 72. n. x. 73. n. y
animae brutorum animantium corpore carere poſſe docentur, ſuperſtitesque in anima mundi, in quam reverſae ſunt, permanere. Qua ex ſententia nihil contra animarum immortalitatem erui poſſe ſimul creditur. 72. n. x
eorum animae corporeae creduntur. 73
eorum ſors melior, quam hominum conditio creditur. 118
Anaximandri ſingularis opinio de brutorum animantium & hominum ortu. 171
admirabili arte & induſtria & viliſſima ſunt conſtructa. 201
Harveus de generatione animalium. 220. n. l.
de eorum inſtinctu naturali cum natura genitrice compoſito. 222
de ratione, quam Epicurus de conſtantia animalium hominumque propagationis reddebat. b. 103. n. n
eorum animarum praeexſiſtentia & immortalitas creditur. a 66
de earum ortu & natura. b 242
praeter naturam genitricem in iis etiam eſt generalis natura formatrix. a 238. ſeq.
Carteſius de animantibus meris machinis omni ratione deſtitutis. b 519
Deus & animal Stoicis unum idemque ſignificabant. a 314
de eorum membris v. *Membrum*.
de eorum generatione Epicurus. b 114. n. c
Atheorum ineptiae de eorum ortu. 123. ſeqq.
nec ortus nec conſervatio animalium ſine Deo explicari poteſt. 125. ſeq.
Anthropomorphitae, quinam exſtiterint. a 181. n. q
Anti-Sabelliani, fuere Homouſiani. 928
Apocrypbi libri Platonismo vehementer cognati, 831
Apollo ſupremi Numinis nomen. 743. n. s
Apparitiones, v. *Spectrum*.
Aqua: Aquam initium rerum credit Thales. 35. 147. aliique. 157. ſeq. n. o
divinitus afflata principium rerum creditur. 360. ſeqq.
ſimulacrum Deorum putant Magi. 809
Arabes, philoſophorum Arabum ſecta, quam *loquentium* Maimonides nominat, quid de atomis docuerit. 135. n. a
Arbor vitae unde dicta. b 917. ſeq. n. x
Ariani, Ariſtotelici nominantur ab Epiphanio. a 876. in n.
quare Porphyriani dicti. 907. ſeq.
a Patribus idololatriae accuſati. 963
Arimanius, Perſarum Deus. 421. in n. N. IV. 430. n. e
Ariſtotelici v. *Peripatetici*.
Arminiani quodammodo aeternitatem ſucceſſivam ſtatuunt. b. 58 in n.
Ἀρχιθέλυς, cur Deus dici ſoleat. a 559
Ἀρχὰ τῶν ὅλων compellatur ſupremus Deus. 610
Aſtra, eorum curſus eventus futuros portendere creditur. 5. & 7
animalia eſſe quam plurimi veterum docuerunt. 242. n. b
Dii creduntur a Platone. 619
& ab Ariſtotele. 630
a Stoicis. 653. in n. N. II.
rationis compotes & Dii habentur. 778
Dii habentur a Chalcidio. 957. in n.
de eorum vi & efficacia in animos hominumque corpora. 6. n. m
& in hunc infra lunam poſitum mundum. 185. ſeq. n. x

Digitized by Google

ex aſtris vaticinationes & praedictiones elicit Cosmus Ruggerius. ibid.
religionum ortus & interitus Didacus Gomes aſtris adſcribit. ibid.
Cleanthes ea minores Deos credit. a 185
Aſtronomia cultum beſtiarum Aegyptiorum periſſe creditur. 537. in n.
Ἄνομος, notio hujus vocis ex mente veterum. 630. n. x. b 361. in not. 372. n. m. 473. in not.
notio ex mente Prudentii. a 786
Athei: antiquiſſimis temporibus longeque ante Democritum & Leucippum exſtiterunt Athei. 144
Athei ſunt, qui naturam intelligentem mundo praeeſſe negant. 182
an horum numero & ponendus Naturaliſta. 93. n. a
non omnes, qui mundum eſſe factum docent, Deum profitentur. 154. ſeq.
Empedocles an Atheus vel Deiſta fuerit. 38. ſeq. 45. n. q.
Epicurus Atheus fuit. 94. ſeq.
an Athei Hylozoitae v. *Hylozoitae*.
an Atheus Strato Lampſacenus. 139. ſeq.
Hippocrates an ſit Atheus, nec ne. 141. n. l. 142. n. m
num Athei phyſici ſectae Ionicae. v. *Ionica Secta*.
Athei fuere Theologi, qui Theogonias conſcripſerunt. 148
numerus Atheorum ab aliis multiplicatus, ab aliis imminutus eſt. 172. ſeq.
an Thales Atheus. 163. n. a
Anaximander Atheus. 167. ſeq.
Hippo, Anaximenes, Diogenes Apolloniates Athei. 165. 166. n. i
Atheus habetur Plinius ſecundus. 178. n. n
Athei Enthuſiaſtae ac Fanatici. 179
an Heraclitus & Stoici Athei. 182. n. t
an Atheus Boëthus. 190. n. b
quinam hoc nomine appellandi. 270
Materiarii non ſunt Athei. 276. ſeq.
an Parmenides Atheus. 598. ſeqq. n. y
Zeno Atheismi accuſatur & excuſatur. 603. ſeq. n. c
an Atheus Ariſtoteles. 643. n. q
Athei non ſunt Stoici. 646. ſeq.
Athei trahunt *originem exiſtentiae Dei* ex abſtractis notionibus de entibus ſimplicibus. 104. ſeq.
ex metu. 105. ſeq. v. & *Religio*.
Deum naturam habent invidam & formidandam. b 75. ſeqq.
omnes Athei corporibus totam rerum naturam abſolvi judicant. a 180
quae ſententia refellitur. b 500. ſeqq.
non omnes Athei, qui nil niſi corpora admittunt. a 181
nugantur Athei qui materiae ſenſum & rationem tribuunt. 184
Athei definiunt corpus per molem quamdam extenſam. 11
ſenſus naturam & originem ex motus legibus unice declarant. 11. 25. ſeq.
Deum ſibi corporeum fingere reſpuunt. 107. ſeq.
nomine Deus abutuntur. 270. n. l
eorum ſententia de ſpatio. b 357. ſeqq.
omnem cognitionem & ſcientiam ſenſuum eſſe diſputant. 20. ſeqq.
eorum mens de ſubſtantia. a 107
Sacram Scripturam myſtice & allegorice interpretantur. 188. n. f
voci *natura* duplicem ſubjiciunt poteſtatem. 187
bonum omne ac malum in ſenſu voluptatis & doloris collocant. b 76
rejiciunt notiones univerſales. 215. ſeq.
eorum ſumma doctrinae moralis. 595. ſeq.
quae non nova eſt. 597
eorum ſumma doctrinae civilis. 596. ſeq.
quae non nova eſt. 597
eorum obligatio civilis, quam ex metu derivant, imbecilla prorſus eſt. 604. ſeq.
eorum ſententia de anima. v. *Anima*.
——— ——— de creatione. v. *Origo*, *Creatio*.
——— ——— de daemonibus & obſeſſis. v. *Daemon* & *Obſeſſus*.
——— ——— de finibus rerum. v. *Finis*.
——— ——— de intelligentia, ſcientia & cogitatione. v. *Intelligentia*, *Scientia*, *Cogitatio*.
——— ——— de motu. v. *Motus*.
——— ——— de mundo. v. *Mundus*.
——— ——— de ortu hominum & animalium. v. *Homo*, *Animal*.
——— ——— de providentia. v. *Providentia*.
——— ——— de ſpectris. v. *Spectrum*.
Atheorum argumenta contra exiſtentiam Numinis ſupremi. a 91. ſeqq. per integrum caput ſecundum.
negant Deum ex incomprehenſibilitate Dei. 99. n. n
cui reſpondetur. b 20. ſeqq. 26. ſeqq.
ex principio: ex nihilo nihil fit. a 101. n. o
quod refutatur. b 227. ſeqq. 242. ſeqq.
ex hac univerſitate non niſi corporeis naturis conſiſtente. a 102. 103. n. u. 107. ſeq.
quod refutatur. b 347. ſeqq.
ex atomis, rerum omnium primordiis. a 108

Digitized by Google

ex impoſſibilitate naturae ſummc perfectae. a 114
ex motu, qui nullus niſi a motore. 116
ex malorum copia, hunc mundum quae tegunt. 117
ex incertis caſibus, quibus res humanae ferri creduntur. 119
ex nimia malorum copia, quae pios premit, & proſpera impiorum fortuna. ibid.
ex aliisque temerariis quaeſtionibus de mundi creatione ejusdemque gubernatione. 121. ſeqq.
contendunt, res efficere ſcientiam, non autem a ſcientia res effici. b 214. ſeq.
qua ratione noſtris temporibus exiſtentiam Dei aggrediuntur. a 153
Atheorum mos eſt, ambiguitate vocabulorum animi ſenſa callide tegere. 94. ſeqq.
Anaxagoras, Socrates, ob rejectas ſententias ſuperſtitione infectas a vulgo Atheismi inſimulati. 172. 173. n. *c*
Atheismus, ex phyſica corpuſculari defenditur & rejicitur. 17
ſumma ſyſtematis Atheismi originem omnium rerum ex coeco & fortuito confluxu atomorum omni ratione ac ſenſu deſtitutarum derivat. 127. ſeq.
Varia Atheismi genera enarrantur. 130. ſeqq.
Atheismi bina habemus genera. Alterum Democriticum vel corpusculare, quod fortuito materiae motu, nullo moderatore adjuncto, mundum concretum adſerit. Alterum Stratonicum vel Hylozoiticum, quod in condenda natura caſum vel fortunam vitae in ipſa latenti materia, neſcio qua lege, adjungit. 140
quatuor tantum ſunt Atheismi genera. 180
diſcrimen horum generum. 183. 186. ſeq.
haec quatuor Atheismi genera graviſſime inter ſe pugnant. 190. ſeq.
quatuor Atheismi genera exponuntur, Democriticum, Stratonicum, Anaximandrinum, & tandem quartum, quod mundum plantae comparat, in qua natura lateat genitrix, rerumque omnium effectrix & moderatrix, at ratione & ſenſu plane vacua. 175. ſeqq. v. *Pſeudozenonianum Atheismi genus.*
Democriticum Atheismi genus. v. *Philoſophia corpuscularis.*
quid ſit. b 502
ex quibus cauſſis introductum. a 173. ſeq.
ceteris validius. 192. ſeqq.
multos invenit amicos. 194
Atheismi genus *Stratonicum*. 97
materiae vitam effectricem verum ſenſu & ratione deſtitutam attribuit. a 136. ſeqq. cum not.
hoc genus & audit Hylozoiticum. 137
in condenda natura caſum vel fortunam vitae in ipſa latenti materia, neſcio qua lege, adjungit. 139
paucos invenit tutores. 194
Atheismi genus *Anaximandrinum* audit & Atheismus Peripateticus vel Ariſtotelicus, vel Hylopathicus, & rerum omnium origines a materia, formis & qualitatibus induta, repetit. 173. v. & *Hylopathici* Philoſophi.
Atheismi genus *Pſeudozenonianum* v. *Planta* & *Natura genitrix.*
commendatur ab utilitate. 123
reſponſio ad rationes ab utili contra Deum ductas. b 592. ſeqq.
Plutarchus eum praefert Manichaeismo. 84.
Cauſſae Atheismi ſunt criminum amor, arrogantia & ſuperbia. a 253.
metus. b 80. ſeqq.
ignorantia cauſſarum. 88. ſeqq. 90. ſeqq.
Atheismus refutatur. 1. ſeqq.
methodus eum refellendi. 85. in n.
quibus rationibus eum adgredi debeamus. a 194
Athena, origo hujus vocis. 460. n. v. v. *Minerva.*
Athenienſes colebant Jovem. 618. n. *g*
eorum Deus ignotus ſummus habetur Deus. 721. ſeq. n. *a*
Jeſum & reſurrectionem, quam Paulus praedicat, novos habent Deos. 784. n. *c*
Atomi, fundamentum fati Democriti. 10. v. & *Phyſica corpuscularis.*
an omni qualitate ſint privatae, ſeu illa praeditae, diſſentiunt veteres philoſophi. 25. n. *a. e*
an originem dederint ſententiae de animarum praeexiſtentia. 64. n. *i*
ex earum omni ratione ac ſenſu deſtitutarum coeco & fortuito confluxu Athei omnium rerum originem derivant. 109. ſeq. 127. ſeq.
Epicurus & Lucretius eas omni qualitate deſtitutas volunt. 128. n. *i*
ab iis rerum naturalium origines ducuntur. 27. ſeq.
atomi ad Deum tollendum adhibentur. 29. 168
omnis corruptionis expertes creduntur. 114.
ſententia de atomis Arabum philoſophorum loquentium. 135. n. *a*
de earum clinamine ex mente Epicuri. 267. n. *p*
de motu atomorum aequabili per longam experientiam parto. b. 103. ſeq.

Digitized by Google

Plato de Democriti & Epicuri ſectatoribus omnia ex atomorum concurſione deducentibus. b 531. n. *v*
Atomiſta, v. *Phyſica corpuscularis.*
Attributa Dei, an nos de illis poſitivam & affirmativam habeamus notionem, nec ne. a 99. n. *x*
germanae Dei perfectiones non pugnant inter ſe. b 65. ſeqq.
omnia ſunt notiones inadaequatae unius naturae perfectiſſimae. 66. ſeq.
non ſunt vocabula tantum honoris. 67. v. & *Perfectio.*
Aves, de earum origine. a 158. n. *q.* 159. n. *r. s.*
Autoagathôtetes Platonicorum. 856. ſeq.
Αὐτογενὲς, hujus vocabuli poteſtas. 624. ſeq. n. *o*
Αὐτοφυὲς, hujus vocabuli poteſtas. ibid. n. *p*

B.

Baccbus, ſummi Dei nomen. 752
Balaamus, ejus vaticinatio. b 180. in nota.
Banjani, veterum Brachmanum propago, eorum conjugia. 901
Beatitudo. Loërſius de natura & conditione angelorum & beatorum hominum. 478. in n.
Beſtia v. *Animal.* Beſtiarum intellexiſſe linguam perhibetur Apollonius. a 399. in nota.
de origine cultus beſtiarum Aegyptiorum. 536. ſeqq. in n.
divinarum virtutum & perfectionum imagines habentur. 538. in nota.
Hobbeſius de convenientia & diſcrepantia hominum & brutorum. b 539
beſtiarum animae a materia ſecretae. 540. ſeqq. 550. ſeqq.
Carteſius quare bruta meras machinas eſſe voluerit. 542
de ſtatu beſtiarum animarum poſt corporis obitum, an permaneant, an vero ad nihilum redigantur. 550. ſeqq.
de beſtiarum animis ejusdem cum hominum animis generis. 552. n. *p*
Bonitas. Bonitas Dei adſtruitur. a 282. ſeqq.
ipſi Athei bonitatem ad notionem Dei referunt. 286
praefertur ſcientiae & omnipotentiae a nonnullis. 283. ſeqq. n. *m*
Deus eſt natura bona & benigna. b 75. ſeqq.
Athei Deum naturam formidandam & hominum generi eorumque felicitati inimicam eſſe putant. 76
perfectio divinae naturae non in bonitate, ſanctitate, juſtitia & ſapientia, ſed in potentia potiſſimum conſiſtere creditur, quae ſententia exploditur, deteriorque Atheismo habetur. b 561. ſeq.
Bonum. Athei bonum omne ac malum in ſenſu voluptatis & doloris collocant. 75
Brachmanes Aegyptii & Indorum hanc vitam mortem & mortem veram vitam putabant. a 469
eorum religio. b 329. ſeq.

C.

Cabiri Dii quinam ſint. a 690. in not.
Calamitas: eximiae calamitates quare magnam felicitatem conſequantur. b 79. ſeq. in n. v. & *Malum.*
Cabbala, unde. 895. quid ſit. 897
Cabbaliſtae praeferunt bonitatem & juſtitiam ſcientiae & potentiae. a 284. n. *p*
de mundi ſigillis. b 895. de Tiphereth & Malcuth. 897. ſeqq.
Carteſiani, eorum plurimi Deum ipſum omnia efficere, quae fiunt in rerum natura, ſentiunt. a 229. n. *e*
de materiae infinitate. b 50. in not.
mundum meliori modo conſtrui potuiſſe autumant. 96. n. *g*
Atheos juvant. 116. ſeqq. n. *d.*
univerſitatem corpoream indefinite extenſam eſſe volunt. 579
Caſus fortuitus. Cuncta incertis ferri caſibus creditur. a 119
temperatio quaedam caſus & virtutis effectricis ex mente Stratonis eſt origo omnium rerum. 137. ſeq.
quae ſit vis atque notio hujus vocis ex mente Stratonis. 138. ſeqq. n. *f*
& in rationem & in religionem peccat. 202. ſeqq.
Ariſtotelis prudens judicium hac de re. 203
Cauſſa: cauſſam primam, aut primum motorem adeoque Deum eſſe Athei negant. 115
cauſſarum ignorantiam religionem peperiſſe Athei volunt. v. *Ignorantia.*
Celtae ſive Galli unius Dei cultores. 702. in not.
eorum Dii *Heſus*, *Taranis*. ibid.
Deum humano ſanguine placabant. ibid.
Ceres, nomen ſupremi Dei. 751
Certitudo evidentiae non a ſenſibus, ſed a ratione proficiſcitur. b 24. ſeqq.
Chaeremon. a 476. ſeqq. n. *k. l*
Chaldaei, ex teſtimonio Plutarchi an patroni duplicis Dei. 318. n. *p*
aeternitatis mundi patroni. 368
veterum ſententia de ortu mundi ejusque interitu Moſis deſcriptioni fere ſimilis. 466

Digitized by Google

Cham & Noachus, an gentilibus innotuerint. a 504. ſeqq.
Chaos. Heſiodi Chaos aqua creditur. 36
chaos origo Deorum. v. *Theogonia*.
chaos & nox rerum principia. 358. ſeqq.
an doctrina de chao a Moſe divino ſcriptore ad reliquos fluxerit populos. 359. n. *d*. 362. in not. N. I. II.
Chriſtianus, v. & *Patres primae eccleſiae*.
Veterum non pauci Chriſtianorum Deum non ab omni corpore ſecretum credebant. 93. n. *a*. & 181. n. *p*
ob rejectas vulgi ſententias ſuperſtitione infectas Atheismi inſimulatus. 172. n. *c*
nonnulli creationem & gubernationem certis geniis committebant. 201. n. *d*
nonnulli primorum virtutibus & vitiis peculiares praeficiebant daemones & genios. 328. n. *l*
veterum Chriſtianorum teſtimonia de Ethnicorum religione quo loco ſint habenda. 410. n. *p*
eorum, qui concordiam veteris ethnicae religionis & diſciplinae Chriſtianae demonſtrare ſtuduerunt. 411. n. *q*
eorum piae fraudes ad veritatem Chriſtianae religionis muniendam. ibid. n. *s*
eorum ſecta Sibylliſtarum. 415
eorum ſententia de gentilium Diis. 796. n. *q*
quorumdam ſuperſtitio in morbis ſanandis. 800. in not.
nonnulli & bonos & malos animi motus ex inſtinctu daemonum derivarunt. ibid.
eorum adverſarii Platonici. 846. n. *g*
eorum nonnulli filium. ſ. λόγον dicebant eſſe ſapientiam, qua pater eſt ſapiens. 847. n. *i*
eorum ſententia de ſpiritu cum materia copulato ſ. mundi anima. 851. in not.
eorum adverſarius Porphyrius. 907. ſeqq.
eorum nonnulli animarum humanarum ortum ex mundi anima deduxerunt, easque divinae eſſentiae particulas dixerunt. 909. n. *i*
eorum conciliatio cum Ethnicis quaeritur. 919. n. *d*
ambiguitas vocabuli tollitur. ibid.
eorum hoſtes ante Conſtantinum M. Platonici. 951. in not.
eorum nonnulli geniis corpora tenuia ex aëre conflata tribuebant. b 146. ſeqq.
eorum nonnulli morbos & animi pravas affectiones daemonibus adſcribunt. 155. in not. N. V.
multi veterum animarum praeexiſtentiam crediderunt. 241. n. *m*. *n*
multi veterum materiam incorpoream ſtatuerunt. b 273. in not.
veteres maximam partem creationem ex nihilo crediderunt. 287
eorum purgationum & luſtrationum origo. 409. in not.
eorum conſenſus & diſſenſus cum philoſophis in dogmate de animae corpore. 415. ſeqq.
quo ſenſu Deum ſemetipſum feciſſe dixerint. a 625. n. *p*
eorum ſententia de Deo omnia permeante. 765. n. *s*
de eorum ſacrificiis. b 457. n. *o*
eorum quidam mundum propter eccleſiam & fideles factum eſſe volebant. 567. n. *l*. N. IV.
eorum praeexiſtentia animarum. 581. n. *r*
Chriſtianus Platonicus defenditur. a 910. ſeqq.
Chriſtus, v. & λόγος, filius Dei crucifixus gentilibus odio. 407
an de Chriſti regno carmina Sibyllina vaticinentur. 412. n. *t*
de ejus humanae naturae adoratione effatum Athanaſii. 966
Chronos, v. *Saturnus*.
Clementina, judicium de hoc libro. b 789. ſeqq.
Clinamen atomorum. v. *Atomi*.
Cnepb, Aegyptiorum Deus. a 526. n. *b*
an ſupremum ſit Numen. 730. n. *l*. *m*
Coelum, an illi animam mundi adſignaverit Ariſtoteles. 242. ſeqq.
connubium coeli & telluris apud Heſiodum quid ſignificet. 362. in not.
ejus duodecim partes Aegyptii variis committebant ducibus ſ. Diis. 529. n. *b*. & 539. in not.
coelum & Olympus differunt. 755. n. *y*
coelum Deus. v. *Uranos*.
a Perſis loco Jovis habetur. 780
ejus conſtitutionem Athei temere vituperant. b 565. n. *g*. *b*
Coena, (S.) ſententia *Cudworthi* de ea non eſt nova. 812. ſeqq.
probarunt eam Reformati quidam Theologi. 817
etiam Lutherani. 818
qui ex ea diſputant contra Reformatos duplici modo. 818. ſeqq.
Moshemii judicium de hac ſententia. 820. ſeqq.
S. Coena ex ſententia Cudw. eſt epulum ſacrificiale. 842
cum Paſchate comparatur. 843. ſeqq.
non eſt ſacrificium, ſed epulum ex ſacrificio. 871

Digitized by Google

convivium foederale. b 876. 882
Coëssentialitas in Trinitate. v. *Homousiotis.*
Cogitatio cogitationem nullam, nisi certa ex caussa exoriri posse Athei credunt. a 116
Philosophi corpusculares vitam omnem & cogitandi facultatem a corpore penitus removent. 133. v. & *Scientia*, *Intelligentia.*
Imaginatio & cogitationes vere exsistentes naturas producere quandoque creduntur. b 143. n. o
cogitationem nobis extensam non licet concipere. 491
cogitatio non est merus motus contra Atheos defenditur. 517. seqq.
cogitationis natura sine Deo explicari nequit. 520
cogitationem non meram esse perpessionem contra Atheos defenditur. 523. seqq.
Atheorum discordia de sensus & cogitationis discrimine. 524. n. *b*
de natura cogitationis & sensus veterum sententia. 525. seqq.
cogitationes corpora s. materiam movere possunt. 590. seqq. n. *f*
Protagorae praeceptum: omnis cogitatio est sensus, refutatur. 653
Cognitio, v. *Scientia*, *Cogitatio*, *Intelligentia.*
Color: de qualitatum & colorum natura quid philosophorum veteres senserint. a 12. seqq.
color quid sit. 25. n. *a*
Empedocles de colorum indole multo aliter judicat, atque Democritus cum reliquis atomorum amicis. 25. n. *a.* & *e.*
Coloss. I. 12. illustratur. b 422. n. *d*
Concilium Chalcedonense, quo sensu vocabulum ὑπόστασις usurpaverit. a 929. n. *i*
Concilium Lateranense IV. ejus effatum de Trinitate. 928. n. *b*
Concilium Nicaenum II. ejus sententia de natura angelorum. b 460. n. *t*
Concilium Sirmiense inaequalitate patris & filii de Servatoris nostri gloria & majestate multum detraxit. a 918. n. *x*
Conjugium Dearum Deorumque a nonnullis gentilibus rejicitur. 448. n. *v*
an sit typus unionis Chr. & Ecclesiae. b 890. seqq.
est signum rei sacrae. 892
in quibus rebus sit tale signum. 918. seqq.
Conscientia ex mente Hobbesii lex publica civibus unice est. a 125. n. *f*
Lucretius de metu cum neglecti officii conscientia conjuncto. b 80
conscientia privata s. judicium privatum de actionibus non repugnat juri magistratuum. b 611. seqq.
Consentes Dii, quidnam fuerint. a 754. seqq.
Consubstantialitas in Trinitate. v. *Homousiotis.*
Contentio & amicitia Empedoclis an duo omnis boni & mali principia. 209. seqq. n. *q. r.* 605. seqq.
Contradictoria Deus efficere non potest. b 44. seqq. 188. seqq.
Convivia post sacrificia apud Judaeos. 831. seqq. n. *k*
apud Gentes. 836. seqq.
celebrata in templis. 839
reliquiae domum ablatae. 840
& partim sacerdotibus cedebant. 841
iis foedera firmabantur. 873
Cor: cordis motum Cartesius ex legibus mechanicis explicat. a 227
1 *Cor.* X. 14. seqq. illustratur. b 821. seqq. 868. seqq.
Corona: Parmenides an Deum coronam appellaverit. a 284. n. *q*
quare eum sic nominaverit. 599. in not.
Corpus, de astrorum vi & efficacia in illud. 6. n. *m*
ex mente Atheorum definitur per molem quamdam extensam. 11. v. & *Materia.*
Plato & Aristoteles materiam & corpus non unum idemque esse adfirmabant. 79. n. *b*
an uterque rerum corporearum investigationem plane repudiaverit. 81. n. *i*
corporibus an formae & qualitates insint. 77. seqq.
utrum, si non nisi corporeae in omni rerum universitate sint naturae, Deus quoque sic negandus. 102. seqq. n. *u*
cogitandi facultatis omnisque vitae expers creditur. 133
Hylozoitarum nonnulli praeter corpora nil esse censent in rerum natura. 134. seqq. n. *a*
corporum formas & qualitates tollebant Philosophi Pythagoraei. 149. seqq.
corporibus totam rerum naturam absolvi judicant Athei. 180
non omnes, qui nil nisi corpora admittunt, Athei sunt. 181
definitur a Cudworthо. 231
utrum aliarum etiam rerum, quam corporearum in animis nostris notiones & ideae sint, nec ne. b 24. 26
Plato an corpora plane nobis ignota adfirmaverit. a 78. n. *e.* 79. n. *b*
Heraclitus & Stoici totius universitatis materiam ab aeterno exsistentem, formas vero rerum corporearum a Deo creatas, in materiamque immissas credebant. 101

Digitized by Google

multi philoſophorum animam ſibimetipſi corpus ſuum fingere & formare aſſeverant. a 201. n. *c*
de corporum formatione & vi plaſtica ſive genitrice in ipſo latente ſemine. ibid.
de eorum cum animis a Deo in exordio rerum omnium formatione. ibid. N. IV.
num corpus ſ. materia infinite ſit extenſa. b 50. ſeqq. in not.
corporum perfectiones. 272. ſeqq.
Notio hujus vocis ex mente veterum. 272. in not.
ex mente Stoicorum. a 644
corporum mortalium conſtructionem Plato Diis junioribus committit. b 126
an praeter corpora & ſpiritus detur in hac rerum univerſitate medium quoddam. a 224. n. *t*
corpus quid ſit. b 435
praeter corpora aliae ſunt naturae. 494. ſeqq.
corporis caſtigationes quare a Platonicis jun. adhibitae. 392. n. *q*
corporum animalium admirabilis ſtructura. a 220
de corporibus angelorum. v. *Angelus.*
& daemonum. v. *Daemon.*
ſententia veterum, quae animae etiam poſt fata corpus quoddam ſubtile dabat, ubi ſimul variae corporis ſpecies recenſentur. b 379. ſeqq.
de animae triplici corpore ſententiae veterum. 381. ſeqq. 393. ſeqq. in not.
origo hujus dogmatis. 394. ſeqq. in not.
conſenſus & diſſenſus philoſophorum & Chriſtianorum de animae corpore. 413. ſeqq.
de ſtatu corporis aërei poſt fata. 415. ſeqq. in not.
de corporibus animarum hominum poſt fata. 570. ſeqq. 575. ſeqq.
de animae corpore angelico & lucido. 424. n. *g*
anima num corpus quoddam ſubtile & aethereum adjunctum natura habeat etiam poſt fata remanens. 429. ſeqq.
Irenaei ſententia de animae corpore. 435. ſeqq.
Origenis ſententia. 438. ſeqq.
Judaeorum. 439. n. *p*
num hanc ſententiam Chriſtus confirmet. 440. ſeqq.
dogma de corpore ſ. vehiculo animae nec impium, nec rationi adverſum, nec cum Chriſtianorum reſurrectione pugnat. 446. ſeqq.
Pythagoras, Plato, de tenui corpore & hominum & beſtiarum poſt fata permanente. b 569
num Ariſtoteles animae corpus coeleſte dederit. 569. ſeqq.
Plato de animae corpore ſemper permanente. 571
corporum noſtrorum reditus in vitam. v. *Reſurrectio mortuorum.*
Cosmogonia: Cosmogonia & Theogonia Platoni unum idemque ſunt. a 339. ſeqq.
Crater, an idem ſit, quod Chriſtianorum baptiſterion. 496. n. *e*
Creatio, v. & *Origo.*
in quo proprie conſiſtat. b 284
creare quid ſit veteribus. 297
Nova animarum Creatio, quid de ea ſentiendum. a 70. n. *t*. 74
tempus creationis animae valde incertum. b 242. ſeqq.
Creatio ex nihilo: an Deum ex nihilo condidiſſe omnia Ariſtoteles exiſtimaverit. a 274. n. *p*
eam & Chriſtianorum quidam negant, inprimis Sociniani. 275. n. *t*
leges & mandata Dei immediate ſine naturae interventu quicquam efficere & fabricare poſſe negatur. 200. ſeqq. 204. ſeqq. n. *l*
an majeſtate divina indignum ſit, Deum omnia nulla re interveniente creare & providere. ibid.
creatio immediata rejicitur ex tarditate, qua cuncta in rerum natura fiunt, & ex vitiis hujus mundi. 205, 206. n. *n*. N. II.
an eam crediderit Timaeus Locrus. 610. n. *k*
an Plato. 622. n. *k*
eam veteres ante Ariſtotelem Phyſici non plane ſuſtulerunt. b 234. ſeqq.
non involvit contradictionem. 245
eam veteres philoſophi crediderunt. 249. ſeqq.
non omnes Athei ſunt, qui creationem ex nihilo negant. 251. ſeqq.
Athei multa ex nihilo facta eſſe ſtatuunt. 252. ſeqq.
rationi non adverſatur. 292
num philoſophorum a vera religione averſorum aliquis mundum a Deo ex nihilo creatum eſſe docuerit. 290. ſeqq.
quibus ex cauſſis Athei mundi creationem negent. v. *Mundus.*
gentilium plerique, qui unum ſupremum Deum admiſerunt, cum ſimul rerum creatorem crediderunt. v. *Unitas.*
Platonicorum diſcordia de mundi creatore ejusque in Triade loco. a 887. n. *o*

Digitized by Google

an inimici naturae genitr. mechanicam neceſſitatem aut fabricationem & viliſſimorum animalium ſine ullius naturae interventu ſuſceptam, tueri teneantur. a 200. ſeqq. n. *c*
futiles temerariaeque Atheorum quaeſtiones de Deo creatore. v. *Mundus.*
creatio mundi, hominum & beſtiarum geniis a multis attribuitur. 201. n. *d*
creationem mundi an Platonici tribus principiis ſ. perſonis communem faciant. 900. in not. v. & *Mundus.*
modus creationis qua ratione a nonnullis explicetur. b 323. ſeqq.
tempus creationis recentiores Perſae unius anni ſpatio includunt. 336
Hetruſci vero 1200. annorum. ibid.
finis creationis. 365. ſeqq. in not. v. *Mundus.*
Creatura: creatura gemibunda Rom. VIII. 19. 546. ſeqq.
Crocodilus, cur eum ſimulacrum ſummi Dei conſtituerint Aegyptii. a 499. ſeqq.
Cultus Divinus, hujus diſtinctio in λατρείαν & δουλείαν Patribus ignota. 966
Cypſelus de eo oraculum. b 183. in not.
Cyrenaici Philoſophi felicitatem ex omni parte perfectam impoſſibile quicquam eſſe perhibent. a 115
contra eos exſiſtentia felicitatis cujusdam defenditur. b 520. n. *f*

D.

Daemon, v. *Genius*, *Spiritus*, *Angelus.*
Empedocles daemones ſ. genios quosdam de coelo delapſos cruciatibusque exquiſitis expoſitos credidit. a 42. n. *e. f*
peculiares genii praeficiuntur a primis Chriſtianis virtutibus & vitiis. 328. n. *l*
quid ſint. ibid. 386. n. *q*
δαιμόνιον ſignificat quoque divinitatem, quam quaelibet colit civitas. 388. n. *a*
& malignos ſpiritus in S. Scriptura. 389. v. & *Angelus.*
providentiam rerum humanarum daemonibus dat Timaeus Locrus. 609
ita nominatur ſupremus Deus a Timaeo Locro. 609. ſeqq.
an crediderit Ariſtoteles. 630. n. *y*
omnibus rebus praefecti credebantur. 798. in not.
ex eorum inſtinctu & boni & mali motus animi derivantur. 799. in not.
vaticinationibus praepoſiti quid ſint ex diſciplina Platonis. 817. n. *z*
quare Platonici tantum eorum agmen excogitaverint. a 897. in not.
hoc vocabulum in S. Scriptura malo ſemper ſenſu, in Platonicis autem libris in bono & malo uſurpatur. 952. in not. N. V.
Chalcidii ſententia de daemonibus. 957. in not.
populi orientales & vehementes morbos & ſcientiam naturalem ad daemones referebant. b 152. ſeqq.
de more & origine ſuperſtitionis daemones certis vocabulis aliisque nugis magicis expellendi. 153. ſeqq. in not. N. II.
iis nonnulli veterum Chriſtianorum morbos & animi pravas affectiones adſcribunt. 155. in not. N. V.
iis a nonnullis omnis denegatur potentia. 159. in not.
num daemon facere poſſit miracula. 162. ſeqq. 166. n. *e*
num veterum oraculis & praedictionibus interfuerint. 168. ſeqq. 178. n. *m.* 180. n. *p*
daemones corporibus veſtiti ex mente Pythagoraeorum & Platonicorum. 448. ſeqq.
num daemones gentilium unum idemque cum angelis in S. S. 450. n. *a*
ſanguis & nidor ſacrificiorum cibus daemonum. 455
de daemonum ratione controverſia Platonicorum. 544. ſeqq. n. *k*
de eorum mortalitate aut immortalitate. 545. ſeqq.
de eorum imperio in ſenſus. 678
δαιμόνιον quandoque ſummum denotat Deum. a 616
quid ſignificet Ariſtoteli. 632. ſeqq.
ſummus Graecorum Deus. 386
Daemoniacus, v. *Obſeſſus.*
Daniel, Propheta.
Hugonis Grotii explicatio loci cujusdam perſtringitur. 819. n. *e*
Decretum abſolutum rejicit Cudworthus. 4 n. *d*
quare illud deſerucrint Angli. b 608. in not.
Δευτεραίων, hujus vocis poteſtas. a 629
Deismus. v. *Naturalismus.*
Deiſta. v. *Naturaliſta.*
Demonſtratio, in quibusnam rebus adhiberi queat. 266. n. *b*
Deus, ejus nomina propria. 378. ſeqq.
ejus nomina appellativa. 385. ſeqq.
ejus deſcriptiones. 390
nominatur providentia. ibid. n. *c*
hujus ſimulacrum quare Aegyptii Crocodilum conſtituerint. 499. ſeqq.

Digitized by Google

a Timaeo Locro nominatur δαίμων, νόος, ἀγαθὸν, ἀρχὴ τῶν ὅλων. a 609. seqq.
Euclides, Megarensis, unum verum bonum vocat in ejusque unione felicitatem ponit. 613
quibus nominibus Plato appellaverit. 620
quo sensu νοῦς a veteribus dictus. 638
Stoicorum nomina Dei. 654. seqq.
Lactantius & Origenes summum Deum Jovem nominari non patiuntur. 687. seqq.
varia summi Dei nomina gentilium an probent unum eos credidisse Deum. ibid. n. *p*
an νόησις nominatus sit. 695, 696. n. *q*
varia summi Dei nomina apud gentiles. 730. seqq.
Deus Aegyptiis nullo esse nomine, & omni nomine gaudere, dicitur. 778
an ejus varia nomina a variis Deum considerandi modis profluxerint. 793. seqq.
an ex hac multitudine nominum Polytheismus natus sit. 800. n. *s*
an Plato multitudinem nominum unum tantum Deum indicare statuerit. ibid. n. *v*
an Themis appellatus ab Ammiano. 817. n. *z*
Pythagoras nominat non modo Monadem, verum etiam Tetradem sive Tetractyn. 575. seqq. 578. n. *q*
Deus an corona appelletur a Parmenide. 284. n. *q*
vocabulum Deus πολύσημον est. 336
nomine Deus abutuntur Athei. 271. n. *l*
Deus quid sit. 269
Idea seu notio Dei vindicatur. 265. seqq.
Deus definitur. 278. 287
Epicuri notio Dei. 276. n. *x*
veteres nil nisi rationis particeps pro vero Deo habuerunt. 777. seqq.
Hobbesius de natura Dei cognoscenda. b 63. n. *n*
subtilioribus constare particulis creditur. a 32. n. *s*. 76. n. *c*
corporeus ab Epicuro. 34
a Zenone Eleate. 33. n. *y*
antiquorum non pauci Christianorum Deum non ab omni corpore secretum credebant. 93. n. *a*
corporeus creditur ab Hobbesio. 96. n. *k* 115. n. *y*. b 21. n. *c*
corporeus ab Heraclito. a 83
Deus igne constare creditur. 76. n. *c*
Deum sibi corporeum fingere & Atheistis absurdum videtur. 107. seqq.
an Stoicorum Deus corporeus ex accidente tantum sit incorruptibilis. 108. n. *a*
quinam Deum sibi finxerint corporeum. a 136. n. *b*
corporeum Deum i. e. ignem quemdam intelligentem & immortalem cunctaque permeantem crediderunt Hippocrates & Heraclitus. 140. seqq. 143. n. *q*
corporeus creditur ab Hobbesio & nonnullis veterum Christianorum. 180. n. *p*
num Plato Deum corporeum crediderit nec ne. b 359. in nota.
corporeum Deum crediderunt Stoici. 502. n. *c*
Deus non est corpus subtile. 375. seqq.
de Deo extenso. 355. seqq. 496. seqq.
Deus supremus materia. v. *Materia.*
ex eo, quod veteres Deum & animam corpore vacare docuerunt, non sequitur, aut illum aut hanc ab omni illis materia sejunctam fuisse visam. a 76. n. *c*
ab hac universitate sejunctus creditur ab antiquissimis philosophis. 35. seqq.
Xenophanes aliique Deum humana specie indutum moleste ferunt. 181. n. *r*
Deus & natura an unum idemque, nec ne. v. *Naturalismus.*
Deus & mundus unum idemque. v. *Mundus.*
Deus aether. v. *Aether.*
Deus anima mundi. v. *Anima mundi.*
Deus natura vel benigna vel invida. v. *Bonitas.*
Deus natura amabilis & optabilis. b 75. seqq.
Deus talis est, ut si non esset, optandum foret, ut esset. 592
Deus amor creditur. v. *Amor.*
Deus bonorum remunerator & malorum ultor non ex mente Epicuri. 81. in not.
de Porphyrii & Plotini communione cum supremo Deo. a 844
de Platonicorum Deo mentem nostram absorbente. b 31. n. *k*. N. II.
Deus duplex. v. *Principium duplex* & *Manichaeismus.*
Deus Stoicorum. v. *Stoici.*
an juxta Platonem Deus semetipsum fecerit & creaverit. a 622. 625. n. *p*
Plotini sententia hac de re. ibid.
& Christianorum veterum. ibid.
Deus creator. v. *Creatio.*
attributa Dei, quorum quodvis suo exhibetur titulo.
Dei felicitas. v. *Felicitas.*
Deus corona. v. *Corona.*
de sensibus Dei. v. *Sensus.*
de emanatione omnium rerum ex Deo. 457. in not.

Digitized by Google

Deus qua ratione omnium rerum perfectiones contineat. b 282. seqq.
Deus est omnia. Patroni hujus sententiae. a 457. seqq. v. & *Naturalismus*, *Spinosismus.*
Aegyptiorum scitum. 517. seqq.
gentilium scitum. 766. seqq.
qua ratione hoc scitum intellectum & applicatum fuerit. 800. seqq.
Deum omnia permeare qui veterum crediderint. 761. seqq.
quomodo hoc scitum intellectum & applicatum fuerit. 802. seqq.
Deus Androgynus s. utroque sexu ex mente jun. Platonicorum & Pythagoraeorum. 448. n. v
aliorumque. 510. n. v
cur Deus πατρομήτωρ & ἀμήτωρ dici soleat. 559
Deus forma globosa creditur. 584. in not.
existentia negatur. v. *Athei.*
origo existentiae ex mente Atheorum. v. *Athei.*
existentiam Dei omnem vitae dulcedinem auferre credunt Athei. 123
& intolerabili homines servitute constringere, eosque insito suo vigore privare. 124. v. *Religio.*
ex atomis existentia Dei negatur. 29. 82. seqq.
Atheorum argumenta contra Deum explodantur. b 31. seqq.
Existentia Dei creditur & probatur a philosophis corpuscularibus, qui ante Democritum vixerunt. a 29. 46, 47. n. y
Deus demonstrandus creditur ab Hobbesio ex motu. 115. n. y
an de summo Deo dici queat, quod seipsum fecerit & creaverit. 623
demonstratur ex oraculis. b 182. seqq.
num Deus demonstrari queat rationibus. 187. seqq.
argumentum Cartesii pro ea ex idea innata. 194. seqq.
probatur ex idea Dei. 198. seqq.
probatur ex cognitione. 216. seqq.
probatur ex aeternis veritatibus. 219. seqq.
probatur ex principio: ex nihilo nihil fit. 269. seqq.
probatur ex natura spatii. 355
Deus summus cultus est in rebus naturae & in operibus suis. a 779. seqq. 814. seqq.
Deus secundus, de ejus generatione ex primario Jamblichi sententia. 959. n. f
Deus ignotus Athenienſium summus Deus creditur. 721. seqq. n. a
Deus ignotus Celtarum. a 701. in not.
Diabolus de ejus miraculis. v. *Miraculum.*
Diana, summi Dei Nomen. 753. seqq.
Dii, eorum origo. v. *Theogonia.*
classes Deorum. 326. seqq.
artificium eos explicandi. 329
homines appellantur. 337. n. z
mundus & Dii certo tempore facti unum idemque sunt veteribus. 344
Diis inferioribus providentia datur. 356
summa doctrinae de Diis veterum. 362. seqq.
ab uno supremo Deo geniti creduntur. 371. seqq.
distinguuntur a supremo Deo. 374. seqq. v. *Polytheismus. Gentilis.*
Illis solida corpora negantur & species tantum & formae humanorum corporum relinquuntur. 355. n. s
eorum conjugia a nonnullis gentilibus rejecta. 448. n. v
an ex linguis orientalium populorum vis nominum Deorum Graecorum eruenda sit. 464. in not. N. III.
unde cuilibet regioni & urbi sua peculiaria Numina. 540. in not.
patres salutabantur. 548
eorum conditor ex mente Platonis summus Deus. 620. seqq.
Stoici unum simul & plures Deos ex summo Deo genitos reveriti sunt in exustione mundi interituros & in supremum Deum reversuros. 650. seqq.
Stoicorum sunt vel naturales vel facti. 652. n. b
corporei creduntur. 697
inferiores ministri summi Dei habentur. 707
& conciliatores summi Dei & hominum. 710. seqq.
nil nisi varia summi Numinis nomina & virtutes habentur. 730. seqq. n. i. 750. seqq. 763
variis nominibus sunt appellati. 733. n. r
consentes seu selecti quinam fuerint. 754. seqq.
Plato & Julianus de Diis visibilibus & invisibilibus. 756. seqq.
quid habendum de divisione Numinum in animalia & naturalia. 778
astra Dii. v. *Astra.*
affectiones rerum, virtutes & vitia inter personas & Deos veteres retulerunt. 783. seqq.
de notione Deorum contentio Aristotelis cum Zenone. 790
an omnes Ethnicorum Dii fuerint unius Dei vocabula. 796. n. r

Digitized by Google

Athanaſius cunctos ad confictos a Poëtis & ad comprehenſos naturae partibus revocat. a 796
ex mente primorum Chriſtianorum fuere homines beneficiis & praeclare inventis celebres. ibid. n. *q*
ex mente Platonicorum ſunt generati vel κατὰ χρόνον vel ἀφ' ἑνὸς. 816. n. *y*
Jamblichus Deos minores ſubſtantiales poteſtates nominat. 817. n. *z*
quid ſint ex Platonis diſciplina Dii vaticinationibus praepoſiti. ibid.
Jeremiae vaticinium contra eos. 820
diviſio Deorum ex mente Platonicorum & Pythagoraeorum. 821
intelligibiles Platonicorum quid ſint. 842. in not.
eorum habitu Platonici notiones & ideas exornarunt. 844. n. *f*. 847. n. *b*
Deorum exiſtentiam ex motu probat Plato. 879
quare Platonici tantum eorum agmen excogitaverint. 898. in not.
Deos habet Chalcidius ſolem & aſtra. 957. in not.
Graeci majores Deos Diis minoribus inimicos credebant. b 80. in not.
Diis junioribus Plato corporum mortalium conſtructionem committit. 125
Epicurus de ſedibus Deorum quietiſſimis. 577. n. *m*.
Dionyſius, valde impius in Deum. a 119
Diſcipuli Chriſti, eos fallaciae arguit, eosdemque ſimul rudes & indoctos teſtatur Hierocles. 401
Divinatio, v. *Vaticinatio*.
Doctrina, an ejus veritatem miracula demonſtrent. b 166. ſeqq. n. *e*
Domus: domus pulcritudo, dignitas & amplitudo ſignum potentiae & magnificentiae habebatur apud veteres. 580. n. *q*
Dualiſtae inter Perſas. a 320. ſeqq. n. *v*
Dyas Pythagorae, an ſit materia. 567. ſeqq. n. *r*. 571. in not.

E.

Eccleſia, propter eam mundus factus creditur. b 565. n. *l*
origo ſententiae de eccleſia legitimo mundi poſſeſſore. 567. in not.
Eclectici Philoſophi. 753. ſeqq.
quare ſe Platonicos dixerunt. 760. ſeqq.
Eicton, Deus Aegyptiorum. a 529. n. *b*
Εἴδωλα, v. *Idolum*.
Eleatica Secta unum Deum, quem omnia dicebat, ſimul eſſe immobilem ſtatuebat. a 592. n. *o*
Elementum: ex quatuor elementis anima conſtare creditur. 25. n. *a*.
unum tantummodo adſtruitur. 147. n. *a*
ex quatuor elementis omnia conſtare creditur. 580. in not. N. IV.
elementa quare veteres coluerint. 810. in n.
Ariſtoteles animam quintum eſſe elementum tradit. b 569. n. *t*
Emeph, Deus Aegyptiorum. a 529. n. *b*
Ens & *Non-ens*, notio & poteſtas harum vocum explanata. b 297. ſeqq.
Enthuſiaſtae Athei. a 179
Eph. V. 22-33. explicatur. b 894. ſeqq.
Epicuraei ex materia naſci animos volebant. a 263. ſeqq.
Error: errores in veritatem mutare Deus ipſe non poteſt. 188. ſeqq.
Eſſeni quid de fato ſenſerint, valde dubium & obſcurum eſt. a 4. n. *e*
de anima rationali ex aethere. b 397. in not.
a conviviis poſt ſacrificia abſtinebant. 834. in not.
an victimas immolaverint. ibid.
Eſus, v. *Heſus*.
Eſſentia: eſſentiae rerum aeternae & immutabiles. 220. ſeqq. 501. n. *a*
eſſentia in Trinitate, v. *εἶδος. Subſtantia*.
eſſentia Deitatis ex mente Patrum univerſalis eſt. a 924. ſeqq.
eſſentiae rerum quo ſenſu aeternae vocentur. b 500. n. *a*
Ethnicus, v. *Gentilis*.
Evidentia: ejus certitudo non a ſenſibus, ſed a ratione proficiſcitur. 22. ſeqq.
Exorcismus veterum. a 800. in not.
ejus origo. b 153. in not.
Exiſtentia, enodatio hujus notionis. 198. in nota.
Exiſtentia neceſſaria, enodatio harum notionum. 199. in not.
Exiſtere per ſe, quid ſit. a 295. n. *f*. N. III.
Extenſio, quid ſit. b 485
extenſionis genera explicantur. 596. ſeqq.

F.

Fabula de veritate. 829
Fabulae de Diis accommodantur ad praecepta phyſica. a 161. n. *x*. v. & *Poëtae*.
fabulae poëtarum de Diis partem hiſtoriae veteris & Phyſices complecti creduntur. 772. ſeqq.
qui veterum fabulas ad res phyſicas traxerunt,

Digitized by Google

runt, ſingulas res Dei nomine, ac rurſus Deum rerum ſingularum nominibus appellarunt. 778. n. *r*
Falſitas, eam nec Deus in veritatem mutare poteſt. b 188. ſeqq.
Fanatici Athei. a 179
S. Scripturam myſtice & allegorice interpretantur. 188. n. *f*
Deum eſſe omnia docent. 455. n. *g*
emanationem omnium rerum ex Deo adſerunt. 458. in not.
de origine interioris verbi, quod profitentur. b 187. n. *s*
Deum rationibus demonſtrari poſſe negant. ibid.
reſurrectionem mortuorum figurate & ſpiritualiter interpretantur. 429. n. *b*
Fatum. Triplex ſtatuitur, 1) Mathematicum, 2) Fatum, quod & ſibi ſupremum Numen ſubjicit, 3) Fatum Democriticum. a 3. ſeqq.
fati Mathematici origo. 5. n. *b*
fatum, cui & ſupremum Numen ſubjicitur. 7. ſeqq.
origo hujus ſententiae. 7. n. *t*
fatum Democriticum quid ſit. 10
audit & phyſica corpuscularis, Phyſica mechanica, doctrinâ de atomis. ibid.
nititur doctrina de atomis. ibid.
veteres materiam & virtutem efficiendi, originem quae omnium rerum conſtituunt, fati arbitrio alligabant. 50. n. *d*
fato omnia ſubjicit Atheismus Pſeudozenononianus. 176
fatum an ab Ariſtotele in abſolutum & hypotheticum diſtinctum ſit. 186. n. *y*
v. & *Neceſſitas*.
Epicurus fabulas de Diis fato praefert. b 84. n. *m*
Felicitas ex omni parte perfecta, impoſſibile quicquam eſſe perhibetur a philoſophis Cyrenaicis & Hegeſiacis. a 115. n. *v*
ſumma Dei felicitas negatur ex intellectu tamquam ſigno potentiae ab alio dependentis. 116. n. *a*
in unione cum Deo ſummo ponit Euclides Megarenſis. 613.
exiſtentia felicitatis cujusdam contra Cyrenaicos defenditur. b 520. n. *f*
ſummae Dei felicitati & mundi creatione & ejus curatione detrahi Athei credunt. a 121. ſeqq.
Dei felicitatem & quietem providentia non tollit. b 582. ſeqq.
felicitas animae non conſiſtit in conjunctione cum terreno & craſſo corpore, qualia haec noſtra ſunt. 421. 478. in not.
felicitas improborum non tollit providentiam. b 572. ſeqq.
quare magnam felicitatem eximiae calamitates conſequantur. 80. in not.
Filius Dei, an eum Aſclepius ſecundum Deum nominet. a 493. ſeqq.
ita nominatur mundus animatus a Platonicis & Aegyptiis. 810
Celſus criminatur Chriſtianos, Jeſum filium Dei appellantes. ibid. v. & λόγος.
Finis: argumentum a finibus rerum contra Atheos vindicatur. b 96. ſeqq.
ineptum Atheorum argumentum contra fines rerum refellitur. 107. ſeqq.
illi non ſunt temerarii, qui fines rerum inveſtigant. 119. ſeqq.
Finitum, nunc perfectionis nunc vitii nota eſt. a 602. ſeqq. n. *z*
vocabulum an abſolute poſitivum aut negativum dici queat. b 48. n. *i*
Forma: corporibus an formae & qualitates inſint. a 77. ſeqq.
Heraclitus & Stoici totius univerſitatis materiam ab aeterno exiſtentem, formas rerum vero corporearum a Deo creatas in materiamque immiſſas credebant. 102
Fortuna, v. *Caſus*.
Fraus: piae fraudes veterum Chriſtianorum religionem muniendi. 411. n. *s*
Futura ex aſtrorum curſu cognoſci poſſe creditur. 5. & 7

G.

Galli, v. *Celtae*.
Genius: creatio & gubernatio mundi, hominum & beſtiarum a multis certis geniis attribuuntur. 200. n. *d*
quare ſupremus Deus genius appellatus. 794. v. & *Daemon*, *Angelus*.
Generatio: generationem & corruptionem propriam veteres negabant, vitam mortemque pro varietate tantum formae & externae materiae diſpoſitionis habebant. 66. ſeqq.
v. & *Origo*.
Generatio τῦ λόγυ: de convenientia philoſophiae Juliani & recentiorum Platon. cum diſciplina Chriſtianorum de aeterna τῦ λόγυ generatione. 405. n. *b*
Γίνεσις, quid ſignificet Platoni & Ariſtoteli. 352
Γίνεσθαι, diverſa acceptio. 352. 371. ſeqq.
Gentilis: gentiles in omnibus gravioribus negotiis Deorum auxilium implorabant. 68
an omnipotentiam Dei agnoverint. 280. n. *b*

Digitized by Google

unum ſummum Deum, plures minores crediderunt Deos. a 390. ſeqq. 404. ſeqq.
concordiam horum veteris religionis & disciplinae Chriſtianae demonſtrare ſtuduerunt multi veterum Chriſtianorum. 411. n. q
an creationem ex nihilo crediderint. b 290. ſeqq.
an illis Noachus & Cham innotuerint. a 504. ſeqq.
an res inanimatas pro veris Diis habuerint. 628. n. t
recentiores unius Dei cultores. 702. ſeqq.
an unius Dei cultores, an vero Spinozismi rei. 681. n. n
an populus unius Dei cultor. 682. ſeqq. 693. ſeqq.
multa Chriſtianorum inſtituta & dogmata in ſuam diſciplinam transtulerunt. 696. in not.
politiores, qui hodie ſunt, unum Deum profitentur. 704. n. e
de eorum more res naturae perſonarum habitu induendi. 768. ſeqq.
Naturaliſtae. 779
quare Deum in operibus ſuis coluerint. 781
affectiones rerum, virtutes & vitia inter perſonas & Deos retulerunt. 783. ſeqq.
populus & ſapientiores gentilium unum ſupremum & plures Deos generatos & factos, rerum humanarum curatores, reapſe coluerunt. 815. ſeqq.
eorum Trinitas quodammodo excuſatur ab Auguſtino. 826
ambiguitas vocabulorum *Chriſtianus & ethnicus* tollitur. 950. in not.
eorum conciliatio cum Chriſtianis a quibusnam ſuſcepta. 949. ſeqq.
unum Deum coluiſſe dicuntur. 965
gentiles docuerunt, ex materia vitas & animas haud naſci poſſe, ſed a Deo produci. b 53. ſeqq. v. & *Religio gentilium.*
Germani, an unius Dei cultores. a 701. ſeqq. n. c. d
eorum Dii. ibid.
Gloria Dei, finis creationis habetur. b 586. ſeqq. 588. in not.
Gnoſtici malum aliquem Deum hunc condidiſſe orbem credebant. a 323
eorum ſententia de creatione mundi. 431
daemones & morbos & pravas animi affectiones incantationibus, carminibus magicis & muſica expellendos curant. b 155. in not. N. V.
Goëtia, pars Magiae ex diviſione juniorum Platonicorum. a 396. n. q
Graecus: Pythagoras eos Trinitatem docuiſſe creditur. a 36
antiquiſſimi Graecorum fuerunt philoſophi materiales. 157
de eorum religione ex Salmaſii ſententia. 159. n. r
an eos Plutarchus ferat patronos duplicis Dei. 319. n. p
ex Aegypto docti. 463. ſeqq.
an Graeci philoſophi unius Dei cultores, an vero Spinozismi rei. 681. n. n
quo ſenſu mundum univerſum pro Deo ſupremo habuerint. 804. ſeqq.
an eorum ſapientes eadem quae Judaei de rebus divinis ſenſerint. 814. n. s
Graeci vetuſtiſſimi Deum tyrannum & hominum generi eorumque felicitati inimicum habebant. b 79. n. b
qua ratione hi Graeci Deum invidum habentes providentiam hujus ſimul admittere potuerint. ibid.
Δημιουργὸς, eorum ſummus Deus. ibid.
majores Deos Diis minoribus inimicos credebant. ibid. in not.
Gubernatio, v. *Providentia.*
Gubernare & moderari ſignificat antiquis philoſophis ortus rerum ex ſuo principio. a 168, ſeqq.
Guinea unius Dei cultrix. 704. n. e

H.

Hammon. 503. ſeqq.
Harmonia praeſtabilita laudatur. b 478. in not.
Hebraei, v. *Judaei.*
Heb. XIII. 10. illuſtratur. b 834. n. i
Hegeſiaci Philoſophi felicitatem ex omni parte perfectam impoſſibile quicquam eſſe perhibent. a 115. n. v
Henades, Dii Trinitatis Platonicae. 820. ſeqq. 842
non conſtituunt veros Platonis diſcipulos. 863. ſeqq.
Heroës Graecorum quid fuerint. 326
eorum animae rationales poſt fata ad Deum evolare credebantur, ſentientes vero ad inferos. b 400. ſeqq. in not.
heroës & genus ſunt daemonum. 450. n. b. c
Heſus, ſive Aeſus, Heſar, Eſus, ſupremus Gallorum Deus ignotus. a 702. in not.
Hetruſci, num creationem ex nihilo probaverint. b 336. ſeqq.
eorum religionis explanator Seneca. a 692. ſeqq.
Hiſtoria Eccleſ. in ejus ſtudio eventus cum cautis copulandi ſunt. b 751. ſeqq.

Digitized by Google

Hieroglyphica Aegyptiorum. a 473. seq.
Hieroglyphicae scribendi rationis Hermes inventor. 482. in n. N. II.
cultum bestiarum Aegyptiorum peperisse creduntur. 537. in nota.
Homo. Hominum conditio deterior, quam fors bestiarum creditur. 118
Anaximandri singularis opinio de hominum ortu. 170
tres ejus partes statuit Clericus. 227. n. z. N. III.
homines Dii appellati. 337. n. z
Plato aliique ortum hominum ex sideribus & elementis deducunt. 351. in nota.
terra hominum origo. 362. in nota.
Epicuri haec est sententia. b 125
hominis definitio ex mente Hieroclis. 393
ratio, quam Epicurus de constantia animalium hominumque propagationis reddebat. 103. n. n
de hominum animaliumque membris. v. *Membrum*.
Lucretius de generatione hominum eorumque membrorum caussis. 114. n. a
Atheorum ineptiae de ortu hominum & animalium. 123. seqq.
nec ortus nec conservatio hominum sine Deo explicari potest. 126. seq.
Irenaeus num tres hominis partes statuat. 436. in not.
Hobbesius de convenientia & discrepantia hominum & brutorum. 539
Plinius hominum conditionem deteriorem describit quam ceterarum rerum & animatarum & inanimatarum. 567. n. m
Homoiomeria Anaxagorae, quid fuerit. a 27. 587. seq.
nititur principio: ex nihilo nihil fit. b 236. seq.
de consensu & dissensu Anaximandri & Anaxagorae in Homoiomeria. 502
Homousiani Anti-Sabelliani fuere. a 928
Ὁμοούσιος, vera hujus vocabuli notio. 929. seqq.
ex mente Augustini notio. 933. seq.
Ὁμοούσιος in Trinitate. 926
num sola consubstantialitas efficiat, ut Trinitas unus sit Deus. 936. seq.
Ὁμοιούσιος, notio hujus vocabuli ex mente Athanasii. 932. seq.
Horus Apollo. 499. seq.
Hylopathici Philosophi ab Aristotele aliisque Atheismi accusantur, ab aliis vero defenduntur. 162. seq. n. z. seq.
Anaximandrini qualitates ex materia gigni & rursus corrumpi opinantur. b. 502. seq.
Hylozoitae, qui ita nominati fuerint. a 97
Athei Hylozoitae describuntur, qui vitam genitricem materiae tribuunt, omni tamen ratiocinandi virtute ac intelligentia carenti. a 133
hujus generis Hylozoitae pro Atheis non sunt habendi. 133. 134. n. a
an illi Hylozoitae, qui praeter corpora nihil esse censent in rerum natura, ab Atheismi crimine absolvi queant. 135. 136. n. b
Hylozoitae, qui ex vita quadam materiae insita derivant omnia, inepti sunt. b 123
refelluntur. 504. seq. 554. v. & *Atheismus Stratonicus*.
Hymnus Cleanthis. a 662
Hypostasis v. & *Trinitas*, *Persona*, ὑπόστασις.
Mens s. secunda persona Trinitatis Platonicae hypostasis aeterna. 869. seq. 872. n. e.
Athanasius de altera Trinitatis hypostasi, ipsa illa sapientia, qua Deus est sapiens. 873. n. f
tertia hypostasis s. anima mundi Platonis aeterna. 886. n. n. v. & *Mens*.
hypostasis Trinitatis Platonicae. v. *Trinitas Platonica* & *Plato*.
convenientia Platonis & Athanasii de altera divinitatis persona refellitur. 884. seq. in n.
altera divinitatis hypostasis. v. λόγος, *filius Dei*.
Philonis sententia de altera divinitatis hypostasi. 890. n. r
notae & nomina discretionis trium hypostaseon Platonicarum. 891
tertia Trinitatis hypostasis. v. *Anima mundi*, *Spiritus sanctus*.
de distinctione Cyrilli & Theodoreti inter essentiam & hypostasin in Trinitate. 914. n. q
tertia Trinitatis persona medium & copula veluti habetur, quae patrem jungit & filium. 923. n. d
differentia inter substantiam & hypostasin in Trinitate. 924. seq.
Anastasii & Cyrilli definitio de persona s. hypostasi in Trinitate. 926. n. f

I.

Janus, nomen supremi Dei. 737. seq.
quare ita nominatus. 794
Japones hodierni, eorum opinio de origine omnium rerum. 157. n. p
num creationem ex nihilo probaverint. b 328
Idea, v. & *Notio*.
Controversia Platonis cum idearum aeternarum & formarum contemtoribus. 353. n. b. c
num Platonis ideae & Pythagorae numeri inter se differant. a 598. n. v

Digitized by Google

Ideae origo omnium rerum creduntur. a 598 ſeq.
Ideae Platonis fundamenta omnium rerum. 855
utrum aliarum etiam rerum, quam corporearum, in animis noſtris notiones & ideae ſint, nec ne. b 24. 26
ideae intelligibiles, quidnam ſint veteribus. a 598
ideas perſonarum & Deorum habitu ornant Platonici. 844. n. f. 847. n. b
utrum ideae Platonis ejusque amicorum naturae ſint ex divina intelligentia procreatae, an vero notiones tantum animi divini. 856. ſeq. n. o
ex qua ratione aeternas inculcavit Plato. 857. in n.
ideae Platonis ab opifice mundi ſejunctae ſunt. n. 899. n. c
Idea innata, v. *Notitia Dei inſita.*
ex ea probat Carteſius exiſtentiam Dei. b 194. ſeqq.
Idololatria, v. *Polytheismus.*
Hebraeorum de gentilium idololatria ſententia. a 711. ſeqq.
Idolum. Εἴδωλα Democriti, quid ſint. 25. n. a. b 144. 148. in n.
idola ſpecus, cujusnam generis errores ſignificent Verulamio. 108. n. β
Εἴδωλον apud veteres quid ſit. 402. in n. 407. in n. 524. ſeq. n. i. k.
Εἰδωλόθυτα, *Diis oblata*, an iis liceat veſci. 839
Jeſus: Jeſus & reſurrectio, quam Paulus praedicat, novi Dii ab Athenienſibus habentur, a 784. n. c
Ignis anima creditur eſſe absque tamen ullo ſuae immortalitatis detrimento. 76. n. c
ignis quidam intelligens, immortalis, cunctaque permeans Deus creditur. 140. ſeq. 143. n. q
ignis origo omnium rerum creditur. 147.
ſimulacrum Deorum putant magi. 809
inferorum translate de cruciatibus animi & miſeriis exponendus eſt. b 469. n. c
Patrum ſententiae de igne impios extremo die purgante. 483. n. u
Ignorantia: ignorantia cauſſarum origo religionis & Dei perhibetur ab Atheis veteribus & novis. 68. ſeqq.
non religio ex ignorantia cauſſarum nata, ſed Atheismus. 88. ſeqq.
Imaginatio: Imaginatio & cogitationes vere exiſtentes naturas producere quandoque creduntur. 143. n. o
Immenſitas: Immenſitas Dei quid ſit. 50. in n. 285
Immobile, an aliquid ſit, nec ne. a 593. n. q
Immortalis de ſignificatione hujus vocabuli v. *Mors.*
quandoque diuturnam deſignat memoriam. 357. n. z.
Immortalitas animae antiquiſſimis philoſophis probata. 34. ſeqq.
ex principio rationis: Ex nihilo nihil fit, in nihilumque revertitur. 61
ex eodem hoc principio ortum & interitum animarum tam hominum quam animantium negarunt veteres. 60
Empedocles animarum immortalitatem docuit. 66. ſeq.
an evertatur ſententia de anima brutorum ſuperſtite. 72. n. x
an immortalitas animae non tam ex ſua natura, quam a voluntate Dei immutabili & perfecta deduci debeat. 72. n. x. 73. n. y
an evertatur ſententia de anima ignea. 76. n. c
ex mente Atheorum detrahit vitae felicitati. 124
Ariſtotelis ſententia de animae immortalitate & praeexiſtentia. 87. 88. n. y
Philoſophi Italici vel Pythagorici quomodo animae ſimplicitati & immortalitati proviſum & conſultum eſſe voluerint. 149
ejus primus adſertor Thales. 164. n. b
ejus praeexiſtentiam, transmigrationem & immortalitatem credebant Aegyptii. 468. n. t. 469. n. y
adſtructa a Pythagoraeis ex principio: Ex nihilo nihil fit. b 238. ſeq.
an conſiſtere poſſit cum anima materia. 261. n. m
Henr. Dodwellus animae immortalitatem baptismi beneficio attribuit. 436. in n.
ex ratione demonſtrata. 551
de ea Ariſtoteles. 569. ſeq. n. t
rejecerunt Stoici. a 666. in not.
probata ab Apoſtolo Paulo. 861. n. r
Immutabile an aliquid ſit, nec ne. 593. n. q
de immutabilitate animarum & mentium. 857. ſeqq.
Impius: ex horum proſpera fortuna rejicitur Deus & providentia. 119
eorum felicitas non tollit providentiam. b 568. ſeqq.
Impoſſibile: Deus impoſſibilia facere non poteſt. 43. ſeqq.
Incantatio, earum origo. 153. in n.
Incomprehenſibilitas Dei Atheis anſam ſuppeditat, exiſtentiam Dei rejiciendi. a 99. n. u
quorum objectiones exploduntur. b 26. ſeqq.
quo ſenſu Deus nobis incomprehenſibilis ſit.

Digitized by Google

Incorporeus: ens incorporeum veterum philosophis nonnullis non eadem veniebat notione, qua nos id habemus, quod spirituale & spiritum appellamus. a 47. n. y
rerum incorporearum sunt in nobis notiones b 218. seq.
notio hujus vocis. v. ἀσώματος.
Indi & *Sinenses* Aegyptiorum sunt coloniae. a 483. in n.
num Indi creationem ex nihilo probaverint. b 330. seq.
unius Dei professores. a 704. n. e
Infernus, ejus ignis. v. *Ignis*.
Infinitas Dei, v. & *Aeternitas*.
explicatur. b 38. seqq.
notio infinitatis clarius explicatur, quod nempe idem sit quod perfectio. 44. seqq.
Dei tollitur ab Aristotele. a 642. n. q
Atheorum argumentum, quod Deum ex infinitate rejicit, exploditur. b 31. seqq.
an haec objectio antiquis Atheis ignota fuerit. 34. seq.
datur aliquid duratione infinitum s. aeternum. 35. seq.
infinita forma informari a nobis non potest. 36
utrum Athei ex ea Deum tollere conentur. 39. n. a
infinitas & perfectio non differunt. 48. seq.
de materiae infinitate. 50. seq. in n.
Infinitum, v. & *aeternus*.
natura infiniti contra Atheos explicatur. 36. seq. 49. seqq. in n.
nunc virtutis, nunc vitii nota est. a 602. seq. not. z
nomina infinitus & aeternus non sunt meri soni, sed perfectiones divinas denotant. b 39. seq.
an sit in hominibus natura notio perfecti & infiniti. 46. seq.
vocabula finitus & infinitus an absolute positiva aut negativa dici queant. 49. n. i
infinitum Mathematicum aut Physicum. 55. in n.
Inscriptio Saitana, numinis summi descriptio habetur. a 508. seq. 510. n. v
Intellectus, v. *Intelligentia*, *Scientia*.
intellectus & voluntatis natura & ratio. b 494
Intelligentia, v. *Scientia*.
Deum proprio sensu scire ac intelligere Hobbesius negat. a 116. n. a. 847. n. b. i
signum potentiae ab alio dependentis habetur. ibid.
nil a secta Ionica nisi affectio quaedam & dispositio materiae creditur, quae generetur & corrumpatur. 147. n. y. z. 150. n. e
de hujus ortu & natura. b 214. seq. n. k.
ex ea existentia Dei probatur. 216. seq.
refellitur Atheorum argumentum a natura cognitionis & intelligentiae humanae desumtum. 520. seqq.
Interitus: de ortu & interitu omnium rerum animatarum & inanimatarum veteres quid senserint. a 66. seq.
quaenam corruptionis vacua credantur. 114.
Pythagoraei nihil eorum, quae vere sunt, vel gigni vel corrumpi adserebant. 149. seq.
omnium rerum ortum, sed non omnium interitum statuit primum Ionicae sectae genus. 151. n. e
Intestinum coecum, ejus utilitas corpori humano. b 564. n. f
Invidia: quo sensu invidiam veteres doctores Deo adscripserint. 80. in n.
Joannes, Euangelista, explicatus qua c. XIV. 28. a 917. seq.
initium ejus Euangelii Platonico adscribitur. 947
explicatus qua c. XIV. 2. b 580. n. q
Ionica Secta materiam praecipit omni vita & sensu vacuam unum esse rerum omnium principium, adeoque vitam & intelligentiam nil nisi affectiones quasdam & dispositiones materiae esse, quae generentur & corrumpantur. a 147. n. y. z. 151. n. e
num idcirco Atheistis aggreganda. ibid.
hujus sectae duplex datur ex mente Aristotelis genus, quorum primum omnium rerum ortum, sed non omnium interitum statuit, alterum vero tradit, omnia fluere & perpetuo cursu ferri, at unam tantum esse rem perennem, ex qua generentur reliqua. 151. n. e
doctrina hujus sectae perspectu & dijudicatu difficilis est. ibid.
ab Aristotele aliisque Atheismi accusatur, ab aliis vero defenditur. 163. seq. not. z. seq. b 262. in not.
ejus sententia de ortu animae ex materia. 262. in nota.
omnia materiae tribuit. a 587. seq.
Isis Aegyptiorum, quid sit. 319. seq. n. q
mensa Isiaca. 475. n. i. 485. in nota.
Isis Dea Aegyptiorum. 512. in nota.
Isis quid significet. 522. n. l. 531
an sit supremum Numen. 731. n. o
Italici philosophi, v. *Pythagorici philosophi*.
Judaeus: quare illis interdictum fuerit barbam & caput radere. 326. n. e
maximam partem creationem ex nihilo crediderunt. b 288

Digitized by Google

eorum ſententia de gentilium idololatria. a 711. ſeqq.
de eorum concordia cum gentilium religione. 713. n. p
Naturaliſtae creduntur a Strabone. 780
parce de Trinitate inſtituti dicuntur. 823
ſecta ſanctior nominantur a Chalcidio. 950. in n. N. I.
eorum neceſſitudo cum Aegyptiacis & Platonicis. ibid.
homini duplicem dant animam, vitalem & rationalem. ibid.
num Judaei animae corpus ſubtile & aetherium ſemper circumferendum dederint. b 439. n. p
eorum ſententia de daemoniacis. 151. ſeqq. 157. in not. N. VI.
Judaei Alexandrini philoſophia Platonica imbuti. a 829
horum Trinitas. 838. ſeqq.
ſacrificia. v. *Sacrificia.*
convivia poſt ſacrificia. v. *Convivium.*
dies feſti lunae apparitionibus conſtituebantur. b 864. ſeqq.
an plura, quam duo, habuerint ſacramenta. 844. n. a
Juno, unius ſummi Dei vocabulum & ejus vis in mundi partibus inferioribus habetur. a 688. n. x
ſummi Dei nomen. 751
Jupiter & phyſice & hiſtorice adhibetur. 379. ſeq.
Platonis explicatio de Jove. 381. n. f
ad eum preces peregregiae. 382
an hoc nomen ab Hebraeorum Jehova deducendum. 384. n. i
unde origo. 696. ſeq.
quare rex & pater Deorum vocetur. 552. n. e
quis fuerit. 554. n. k
ejus Templum Capitolinum. v. *Templum.*
ſic nominari ſummum Deum Lactantius & Origenes non patiuntur. 687
nominis Etymologia. 690. ſeq. n. e
Capitolinus Deus optimus maximus nominatur. 691. ſeq. n. g
fulmina mittens, quid ſit. 692. ſeq.
de Jovis ortu & aeternitate. 728. ſeq.
de eo Platonis ſententia. 740. n. n.
notio vocis deſignat mundum univerſum. 780
Juramentum Platonis. 818
Jus: Hobbeſius omne jus & imperium unice a potentia deducit. b 607. n. v
jus infinitum, quod Principibus Athei dant, refellitur. 609
Jus naturae: Hobbeſii de origine Juris Naturae praecepta refelluntur. 598. ſeqq.
jus naturae ut vinculum inter ſummos imperantes & cives eſſe debet. 607. ſeq.
Juſtitia: Juſtitia Dei adſtruitur. a 282. ſeqq. Thomas Hobbeſius juſtitiam & amorem a Deo removet, ejusque jus regnandi & puniendi a ſola potentia irreſiſtibili deducit. b 82. n. l
juſtitia & bonitas Dei ſibi non adverſantur. 592

K.

Karaeorum ſententia de Paſchate. 851
Κοσμοκράτωρ. a 492. n. m
Κόσμος. ibid.
Κύριος, an Deus ſupremus ſit nominatus. 695. 696. in n.
formula precationis: *Kyrie eleëſon*, a gentilibus derivatur. 696. n. q

L.

Lapſus, num eum deterior mundi ſtatus conſequutus ſit. b 565. ſeq. n. l
Lares, quid ſint. a 328
Latini, nominis origo. 739. n. n
Latium, verbi origo. ibid.
Lex: ex legibus mechanicis explicare nullo modo licet omnes res naturales. b 98. 110
multa in rerum natura ex legibus mechanicis explicari nequeunt. 117. ſeq. v. & *Neceſſitas mechanica.*
de legum moralitate. vid. *Moralitas.*
publicam, unicuique civi pro conſcientia habendam eſſe, contendit Hobbeſius. a 126. n. f
Libertas, eam Epicurus defendens a philoſophiae ſuae praeceptis ad fatum deſciſcit. b 265. ſeq.
eam Deo adimit Ariſtoteles. a 642. n. q
de libertate animarum & mentium ex mente Platonicorum. 857. ſeq.
voluntatis ab Atheis explicari non poteſt. b 127
Libri: origo conſuetudinis turpis libros ſub alienis nominibus protrudendi. a 485. n. f
Lingua Coptica ex Graecis verbis conflata. 485
Litterae: earum inventarum commoda & incommoda. 481
Λόγος, v. & *filius Dei.*
de convenientia philoſophiae Juliani & recentiorum Platon. cum diſciplina Chriſtianorum de aeterna λόγου generatione. 404. n. b
an Aſclepius eum Deum ſecundum nominet. 493. ſeq.
λόγος Philonis eſt mundus intelligibilis. 835. ſeq.
primae aetatis Chriſtianorum quidam λόγου dice-

Digitized by Google

dicebant esse sapientiam eam, qua pater est sapiens. a 847. n. i
Amelius λόγον s. verbum aeternum Johannis quo sensu ceperit. 855. n. ff
origo loquendi modi, quo altera Trinitatis persona illa sapientia est, qua pater est sapiens. 873. n. f
filium Dei s. verbum Arius naturam creatam esse pugnavit. 930
Amelii effatum de ejus incarnatione. 646
Λόγια i. e. oracula quid significent. 434. n. q
Luna: illi quare triplicem dederint vultum. 428. in nota.
Xenophanis sententia de multis solibus & lunis. 582. n. z
culta & habitata creditur ab Anaxagora. 589
Deus creditur a Platone. 622
Lustrationes: Lustrationum & purgationum apud veteres origo. b 409. in n.
Lutherani, num Deum impossibilia & contradictoria posse statuant. 45. in n.
Lux: Lux & tenebrae duo omnium rerum principia creduntur a Roberto Fluddo. a 184. n. v.

M.

Magi: de Magorum Aegyptiorum miraculis. b 174. seq.
Magi Persarum an ex testimonio Plutarchi duplicis Dei patroni. a 320. seq.
his mundus & Dii certo tempore facti unum idemque sunt. 346
venerati sunt unum supremum Deum. 430. seq.
duplex principium an docuerint. ibid.
quare omnia templa, statuas & imagines rejecerint. 808
ignem & aquam Deorum simulacra putarunt. ibid.
Magia, definitur per concordiam & discordiam a Plotino. 228. n. c
illam dividunt Platonici juniores in Goëtiam & Theurgiam. 396. n. q
Zoroastris nihil aliud fuit, quam Deorum cultus. 417
origo carminum magicorum. b 153. in n.
Magistratus, v. & *Princeps*.
ab ejus calliditate & veteres & novi Athei religionem & Deum derivant. 64. n. o. 70. seqq.
quod commentum refutatur. 128. seqq. 137. seqq.
ejus commodis & juribus non obstat religio 594. seqq. 609. seq.
jus magistratuum a Deo ipso. 607. seq.
Magna panathenaica, quid fuerint. a 510
Magnitudo, non est proprie infinitum quid. b 37. seq. 44. 48. n. k. 50. in n. v. & *Spatium*. *Vacuum*.
Malum: copia malorum, orbem quae tegunt, piosque premunt, provocatur ad Deum tollendum. a 117
mali origo ex materiae aeternitate explicatur a Materiariis. 275
Platonis sententia de origine mali moralis, physici & imperfectionis. 310. seq.
origo mali ab Empedocle ex contentione & libertatis abusu derivatur. 607
originem mali ex binis principiis, Deo & materia, Stoici deducunt. 300. n. t.
Athei bonum omne & malum in sensu voluptatis & doloris collocant. b 76
mala hujus orbis non tollunt providentiam. 568. seqq.
mala generatim a natura rerum minus perfectarum separari nequeunt, nec tanta sunt, ut totum hominem affligant. ibid.
Manes Latinorum, quid fuerint. a 326
Manichaeismus. v. & *Principium*.
duplex principium. 297. seq.
adseruerunt Aethiopes. 701. n. a
Plutarchus Atheismum Manichaeismo praefert. b 84
Manna, cibus angelorum. 458. in n.
Marcionitae, Tritheitae. a 298
Mars, summi Dei nomen. 752
Materia: de *Materiae aeternitate*. 272. seqq. n. n
quo sensu materia immortalis & infinita omniumque rerum moderatrix dicatur. 167. seq. 169.
eam adserebant recentiores Platonici. 272. seqq.
Stoici eam adserebant. b 235. n. d. 260. seq.
ex quibus rationibus eam aliqui aeternam crediderint. 271. seq.
jun. Platonici eam aeternam crediderunt. 342. seqq.
de ejus origine ex mente Plat. jun. 344. seq.
aeternam credidit Pherecydes Syrus. a 565. n. l
an Timaeus Locrus materiam summo Numini aeternam adjunxerit. 610. n. k
infinita esse nequit. b 50. seqq.
aeternam habent Athei. a 155
Heraclitus & Stoici totius universitatis materiam ab aeterno exsistentem, formas rerum vero corporearum a Deo creatas in materiamque immissas credebant. 101
materia cum virtute efficiendi sibi necessario conjuncta fatique arbitrio alligata, origo omnium rerum ex mente veterum philosophorum. 50. n. d

Digitized by Google

Plato & Ariſtoteles materiam & corpus non unum idemque eſſe adfirmabant. a 79. n. *b*
ſenſum & intelligentiam & rationem non niſi in materia ſeu atomorum concurſione ineſſe Athei credunt. 112
quinam materiae vitam genitricem adjunxerint. 133. ſeq. 136. n. *b*
ſenſu & ratione deſtitutam. ib. ſeqq.
fortuito materiae motu, nullo moderatore adjuncto, mundum concretum adſerit Atheismus Democriticus. 140
a materia formis & quantitatibus induta omnium rerum repetit originem Atheismus Ariſtotelicus & Anaximandrinus. 174
Anaximenes rerum omnium origines ab una repetiit materia, quam primam aërem eſſe dixit. 170
materiam & Deum duo rerum principia adſerebant Stoici. 272. n. *m*. aliique. ib. ſeqq. & n. *n*.
Sectae Ionicae ſententia de materia principio omnium rerum. v. *Ionica Secta*.
materiae ſenſum & rationem tribuunt Athei. 184
& vitae & rationis compos habetur a nonnullis. b 92
refelluntur, qui ex materia educunt omnia. 504. ſeq.
anima antiquior omni materia ex eaque gigni non poteſt. 536. ſeq.
ex materia nulla vita exiſtere poteſt. 538. ſeq.
gentiles docuerunt, ex materia vitas & animas haud naſci poſſe, ſed a Deo produci. 553. ſeq.
non omnis univerſitas materia conſtat. 506. ſeqq.
materia & Deus bina rerum principia. v. *Principium* & *Manichaeismus*.
materia in infinitum diviſibilis a quibus credita aut rejecta. a 26. n. *e*. v. & *Corpus*.
fuerunt veterum quidam, qui praeter materiam nihil exiſtere autumarent. 31
ex eo, quod praeter materiam nihil eſſe poſſit in hoc univerſo, exiſtentia Dei rejicitur. 104. n. *u*. 107. ſeq.
materia certa ratione incomprehenſibile quid. b 28
materia interitus immunis creditur. a 114
nonnullis veterum philoſophis duplex materiae genus fuit, alterum diſſipabile, alterum mutationis neſcium. 46. 47. n. *y*.
fato materiaeque a Stoicis Deus alligatur. 7
materia duplex craſſa & tenuis. b 261. n. *m*
materia ſupremus Deus creditur a Theologis, qui Theogonias conſcripſerunt. a 118
jam ante Stoicos Deus ſubtiliſſima quaedam materia & aetheria & intelligens, ſeu ignis per totum orbem pertinens creditus eſt. a 182. n. *f*
materiam ſenſu vacuam Anaximander Deum appellavit. 167
materia moveri poteſt a cogitationibus. b 592. n. *f*
notio verbi ex ſenſu veterum. 272. in nota. v. & ὕλη.
origo diviſionis veterum de materia corporea & incorporea. 273. in nota.
materia prima quo ſenſu incorporea veteribus. 271. ſeqq.
Materiales Philoſophi: antiquorum aliqui philoſophorum materialem tantummodo cauſſam aſſignabant huic univerſo, non vero efficientem & intelligentem cauſſam. a 144. ſeq.
unicam materiam ex omni aeternitate neceſſario vereque ſubſiſtentem crediderunt, reliqua vero, quae ſunt, qualitates & affectiones tantum hujus materiae. ib.
his philoſophis Ariſtoteles objicit, quod nullam motus cauſſam redderent tantaeque naturae conſtantiae rerumque concinnitatis. 145
materiales philoſophi, qui res omnes a bruta ſenſuque vacua materia producunt, antiquiſſimum Atheismi in Graecia vigentis genus conſtituunt. 156. ſeq.
Deum & materiam in condendo orbe conjungunt. 272. ſeqq.
non ſunt Athei. 276. ſeqq.
Matheſis, pura pars ſcientiarum Ariſtotelis. 639
Matrimonium. v. *Conjugium*.
Mechanici: Mechanica neceſſitas, v. *Neceſſitas Mechanica*.
Medius, hujus vocabuli ſenſus explicatus, 923. n. *d*
Μείζων, non modo praeſtantiam naturae & dignitatis, ſed etiam gloriae, ſplendoris & felicitatis indicat. 917. n. *v*
Membrum: veterum phyſicorum commenta de membrorum hominum & animalium cauſſis. b 114. ſeq.
Mens, an eam Anaxagoras princeps inter rerum principia collocaverit. a 165. n. *b*. v. & Νοῦς.
mens altera Trinitatis Platonicae *hypoſtaſis* aeterna. 869. ſeq. 872. n. *e*. v. & *Hypoſtaſis*.
Platoni non eſt principium primum ſed ſecundum. 892. ſeq.
omnes mentes de una mente participant. b 225

itized by Googl

Platonicorum Deus noſtram mentem abſorbens. b 31. n. k. N. II.
vita & mens naturae ſimplices & primariae. 521. ſeqq.
Menſa Iſiaca. a 475. n. i. & 485
Mercurius Graecorum, quis fuerit. 482. ſeqq. n. e
ſummi Dei nomen. 752
viarum cuſtos & dux animarum ad inferos proficiſcentium. b 411. in not.
comparatur cum Moſe, divino viro, & Chriſto Salvatore. ibid.
Metaphyſica, pura pars ſcientiarum Ariſtotelis. a 639
Μετεμψύχωσις adſerta ad Empedocle, Platone, Pythagora. 40. n. γ. e
hoc dogma originem ducit ex hoc rationis principio: ex nihilo nihil fit, in nihilumque revertitur. 63. ſeqq.
transmigratio animae in feras beſtias moraliter a nonnullis explicatur. 63. n. d
an transmigratio animarum originem ex atomis ducat vel an potius ſit attribuenda veteribus Chaldaeis, Aegyptiis & omnibus fere populis orientalibus. 64. n. i
eam credebant Aegyptii. 465. ſeqq.
Pythagoraei. 471. in not.
migratio animarum in beſtias origo habetur cultus beſtiarum Aegyptiorum. 537. in not.
eam ſtatuit Chalcidius. 954. in not. N. VII.
Phariſaeorum transmigratio animarum. b 150. n. s
transmigratio animarum deſcripta. 546. n. l
in beſtias & plantas. 402. in not. 419. n. y
Metus origo Dei ex mente & veterum & novorum Atheorum. a 104. ſeqq. b 68. ſeqq.
metu omnes res regi perhibebant veterum nonnulli. a 136. n. b
religio a metu non eſt profecta. b 74. ſeqq. 85. ſeqq. n. o. p
vera natura metus, qui Deo debetur. 80. ſeqq.
metus Dei principium religionis & dilectionis Dei. ibid.
ex metu Atheismus natus eſt. 82. ſeqq.
Mexicani unius Dei profeſſores. a 702. n. e
Minerva ſeu *Athena* quaenam fuerit. 460. n. v. v. & *Athena*.
quid ſignificet. 509
Horatii, quaenam ſit. 561. n. z
unius ſummi Dei vocabulum ac ſapientia habetur. 688. n. x
ſummi Dei nomen. 741. ſeqq. n. q
de ea fabula explicatur & refutatur. 784
quare ſupremum Numen ita dictum. 794
Miniſtri Dei, de quibus S. Scriptura loquitur, pro Diis non ſunt habendi. a 820
Miraculum: de miraculis Veſpaſiani. 394. ſeqq. n. z. p. b 162. ſeqq.
Apollonius & vitae ſanctimonia & miraculis cum Chriſto confertur. a 391. ſeqq. 397. n. x. 401. b 153. 162. ſeqq.
ineptum eſt velle, ut Deus ſtatim quemlibet malum interimat, & cuilibet rei miraculo quodam intercedat. 573. ſeqq.
num daemon facere poſſit miracula. 162. ſeqq. 167. n. e
duo miraculorum genera perhibentur. 164
de miraculo cotis. ibid.
argumentum a miraculis quantum probet. ib. ſeqq.
num miracula ſint certa veritatis ſigna. 167. ſeqq. n. e
de Magorum Aegyptior. miraculis. 174. ſeqq. in not.
miracula Jeſu Chriſti. 166. ſeqq.
ficta Platonicorum miracula. 780
Mithras, Perſarum Deus, *abſconditus* vocatus. a 418. ſeqq.
ejus myſteria. 423. ſeqq.
Μυροπάτης, cur Deus dici ſoleat. 559. b 303
Moderari: Moderari & gubernare philoſophis antiquis ſignificat ortum rerum ex ſuo principio. a 168. ſeqq.
Monas. Monades, v. *Unitates*.
Monas ex mente Pythagorae principium omnium rerum. 567. ſeqq.
Monas Pythagorae an ſit Deus. 571. in not. 575. ſeqq.
Monarchiani Deum impoſſibilia & contradictoria facere poſſe adfirmabant. b 44. n. f
Monouſios de hoc vocabulo Athanaſius & Auguſtinus. a 932. ſeqq.
Monſtrum. Lucretius de Centauris, Scyllis, Chimaeris aliisque monſtris ab initio mundi non exiſtentibus. b 100. n. l
Moralitas actionum ex mente Hobbeſii unice a magiſtratu derivatur. a 126. n. f
de aeterna & immutabili moralitate rerum. b 628. ſeqq. n. a
patroni moralitatis extrinſecae. ibid.
conſectaria mala moralitatis extrinſecae. 632. ſeqq.
moralitas extrinſeca refutatur & intrinſeca ſtabilitur. 633. ſeqq.
moralitas extrinſeca ſibimet ipſi pugnat. 634. ſeqq.
moralitas intrinſeca eſt quoque in legibus poſitivis. 638. ſeqq.
Morbus: quare veteres morbos coluerint. a 798. in not.

Digitized by Google

de origine eorum fanationis per media magica. 799. in not. b 153. ſeqq. in not.
extraordinarii & vehementes morbi ad daemones referuntur. 153. ſeqq. n. y
Mores: Philonis triplex morum humanorum ordo. a 835
Mors, v. & *Interitus*.
vitam veteres mortemque pro varietate tantum formae & externae materiae diſpoſitionis habebant. 66. ſeqq.
vocabula *mors*, *mortalis*, *immortalis* & Graeci & Latini ſcriptores & de rebus vita & ſenſu carentibus, pro mutari, deſtrui & interire, & pro nullo modo mutari aut corrumpi poſſe uſurpant. 167. ſeqq. cum notis.
Aegyptii & Indorum Brachmanes hanc vitam mortem, & mortem veram putabant vitam. 469
eam quare homines tantopere extimeſcant. 861. n. r
mors philoſophica quid ſit. b 391. n. o. p
Mortalis: de ſignificatu hujus vocabuli. v. *Mors*.
Motor: cauſſam primam aut primum motorem, adeoque Deum eſſe, Athei negant. a 115. ſeqq.
primus quid ſit Ariſtoteli. 144. n. g
Ariſtoteles omnium rerum motorem ſupremum Deum credit. 633. ſeqq.
Motus, ex hujus legibus Athei ſenſus & naturam unice declarant. 11. 25. ſeqq.
ex motu non niſi a motore natura quaedam cogitans tamquam rerum omnium cauſſa ab Atheis rejicitur. 116
leges motus quid ſint Carteſio. 206. n. a
an ſint natura genitrix. ibid. & 208
quibus argumentis eum Zeno oppugnaverit. 604. n. a. b 344. n. p
ad ejus ſempiternas leges omnia refert Carteſius, ideoque reprehenditur. a 591. n. a
Platonis doctrina de motu. 634. ſeqq.
Hobbeſius ex motu Deum demonſtrari poſſe credidit. 115. n. y
Ariſtotelis doctrina de motu. 633. ſeqq.
certa ratione incomprehenſibile quid. b 28
de motus cauſſa. 91. ſeqq.
materia ſ. corpus non habet ſibi eſſentialiter motum adjunctum. ibid.
cauſſa motus ex ſententia Democriti, aliorumque nulla datur. 92. n. y
Epicuri ſententia de motus cauſſa. 92. ſeqq.
Empedocles de Deo motus cauſſa. 94. n. d
argumentum Atheorum a motus natura ſumtum. 514. ſeqq.
Carteſii ſententia de motu. 515
Ariſtoteles motum aeternum ſtatuit. 515. n. b
eadem ſententia junioribus Platonicis. ibid.
motus omnis naſcitur a cauſſa intelligente. b 516. ſeqq.
exiſtentia entis facultate movendi inſita praediti contra Atheos defenditur. 523
Mundus: *mundi ortus & conſtructio*.
de ejus ortu & conſtructione. a 25
ex fortuita atomorum nullis qualitatibus inſtructarum compoſitione derivatur. 109. ſeqq.
mundum hunc tot vitiis laborantem a Deo quodam commodi noſtri cauſſa confici non potuiſſe, Athei perhibent. 117. ſeqq.
idem volunt ex diverſis coeli rationibus, quarum altera nimio ſolis ardore exuritur, altera vero intolerabili frigore affligitur. ibid.
mundum a Deo factum eſſe negat Strato. 137
Athei ortum mundi admittentes. 350
Gnoſtici ejus creationem malo Deo adſcribunt. 323
Aegyptii ejus ortum crediderunt. 526
Carteſii ſententia de ortu mundi. 87. n. r
ortus mundi Deorum generatione & ortu exponitur. 547
mundum non temere & fortuito, verum ratione & conſilio factum adſerit Socrates. 614. ſeqq.
Atheorum quaeſtiones futiles & temerariae de mundo: Quare mundus non citius conditus? Quid Deus egerit, antequam fabricaretur hunc orbem? Quare omnino mundum fecerit, quum tam diu manum ab hoc opere cohibuiſſet? Quibusnam machinis Deus mundum perfecerit. 121. ſeqq.
his reſpondetur. b 585. ſeqq.
Democritici vel corpuscularis Atheismi genus fortuito materiae motu, nullo moderatore adjuncto, mundum concretum adſerit. Stratonicum vero vel Hylozoiticum in condenda natura caſum vel fortunam vitae in ipſa latenti materia, neſcio qua lege, adjungit. a 140
Democritus, Anaximander, Lucretius aliique hunc, quem incolimus mundum, & factum & certo tempore interiturum eſſe adſerebant; Cui vero ſententiae adjungebant infinitatem mundorum, quorum quidam jam exſtiterint, quidam vero futuro aevo exſtituros eſſe praecipiebant. 187. ſeqq.
de ortu, interitu & exuſtionibus mundorum infinitorum, qui maximam partem Stoicis placebant. 190

Digitized by Google

materiales Athei materiam tantummodo causſam adſignabant huic universo, non vero efficientem & intelligentem. a 144. ſeqq.
Anaximandri ſententia de creatione mundi. 170
mundum & Deos ab uno ſupremo Deo genitos docuerunt omnes veteres. 371. ſeqq.
Gnoſticorum ſententia de creatione mundi. 431
an de hujus ortu Orpheus conſentiat cum Moſe. 444. n. z. 448. 458. ſeqq.
an veterum Chaldaeorum ſententia de ortu & interitu mundi ſimilis deſcriptioni Moſis. 466
non omnes, qui mundum factum eſſe docent, Deum profitentur. 154. ſeqq.
de mundo non niſi ex materia & naturis conflata corporeis. v. *Materia*, *Corpus*.
an Stoici mundum a perfectiſſima mente conſtructum crediderint. 647. ſeqq. 658. ſeqq. n. y
incomparabilis conſtructionis & conſenſionis hujus mundi nullam Athei reddere rationem valent. b 94
mundum arte conſtructum Athei negant. 95
Renatus Carteſius ejusque aſſectatores mundum meliori modo conſtrui potuiſſe autumant. 96. n. g
Athei hujus mundi conſtructionem, quam vitioſam putant, temere vituperant. 561. ſeqq.
Athei confuſionem hujus orbis fruſtra deplorant. 572. ſeqq.
ad quorumnam Deorum aeternorum imaginem Plato mundum comparatum adſerat, an ſint tres divinitatis hypoſtaſes, vel aeterna omnium rerum exempla. a 868. in not.

Mundi aeternitas.

mundi aeternitatem ad unum fere omnes veterum philoſophi ſtatuebant. 61. n. g
nonnulli ſupremi Numinis confeſſores mundum eſſe aeternum, verum ita, ut eum tamen Deo ſubjicerent, docuerunt. 155
inter mundi Syſtema & Materiam omnino diſcrimen admittendum eſt. Illud coepiſſe concedebant Athei: hanc vero per ſe ex omni aeternitate exſtitiſſe judicabant. 156
Ariſtoteles aliique aeternitatem mundi & a parte ante & a parte poſt adſeruerunt. 188. n. d
Strato phyſicus & Ariſtoteles quamvis mundi aeternitatem adſeruerint, attamen ejus mutationes & viciſſitudines non negarunt. a 189. ſeqq. n. g
Plinius ſecundus mundum aeternum & incorruptibilem adſerit. 189
mundus antequam ejus notio & cognitio exſiſteret, exſtitiſſe creditur. 117
aeternitatis mundi patroni. 361. 370. ſeqq.
utrum Deus ab aeterno mundum condere potuerit, nec ne. 373. ſeqq. n. v
de mundi aeternitate inter Platonem & Ariſtotelem concordiam ſancire conantur Platonici recentiores. 347. n. c
quibus eam argumentis adſtruxerint juniores Platonici. 373. ſeqq. n. v
ejus fautores jun. Plat. b 338. ſeqq.
ejus patronus Philolaus. a 608
eam adſerit Ariſtoteles. 643. n. r
de Platonis aeternitate mundi. 866
eam adſerit Chalcidius. 954. in not. N. VII.
de Ariſtotelis mundi aeternitate. b 126
Philoponus de aeternitate mundi. 589. n. d

Mundus Deus.

mundus Deus creditur a Platone. a 619
mundus Deus viſibilis antiquioribus credebatur. 779. ſeqq.
partes mundi partes & membra Dei habebantur. 798. ſeqq.
ſcitum: Mundus eſt ipſe ſupremus Deus, explicatur. 804. ſeqq.
mundus aliis corpus, aliis templum Dei dictus. 808. ſeqq.
mundus Stoicis primus, Platonicis ſecundus, aliis tertius Deus eſt. 810
animatus filius Dei nominatur. ibid. v. & *Deus eſt omnia*. *Naturalismus*, *Spinozismus*.
mundus tertius Deus Trinitatis Platonicae. 821. ſeqq. 827. ſeqq. 899. n. c
mundus & Deus unum idemque. v. *Naturalismus*.
mundus Deus creditur. 329. ſeqq.
mundus & Dii unum idemque. 345
mundus non eſt Deus ex ſententia Parmenidis. 37
mundus a Deo non plane avulſus. 709. ſeqq.
Platonicorum mundus archetypus & intelligibilis, altera Trinitatis perſona. 830. ſeqq. 840. n. b

Mundus Animal. 175

mundus animal Deus ſecundarius ex mente Timaei Locri. 604. ſeqq.
aliorumque. 707. ſeqq.

Mundus Planta.

Digitized by Google

mundus plantae comparatus. v. *Planta.*
Interitus, Infinitas, mutationes & exuſtiones mundorum.
interitum mundi adſerebant Democritus, Anaximander, Lucretius, aliique. a 187. ſeqq.
Plinius ſecundus mundum aeternum & incorruptibilem adſerit. 189
idem & Boëthus. 190. n. *b*
de ortu interitu & exuſtionibus mundorum infinitorum, qui maximam partem Stoicis placebant. 190
non deſtruendus, ſed mutandus creditur. 497
nugae Atheorum de ortu, mutatione & interitu mundi. b 104
mundi plures habitabiles creduntur. 579. ſeqq. n. *o*
Heraclitus an duos ſtatuerit mundos alterum aeternum, alterum mutabilem. a 211. n. *f*
Palamitae mundum duplicem ſtatuerunt viſibilem & inviſibilem. b 290
nugae Atheorum de mundis infinitis ante hunc noſtrum natis & diſſipatis, omnique monſtrorum & imperfectorum animalium genere refertis. 99. ſeqq.
Epicurus & Lucretius de mundis innumerabilibus. 480. n. *p*
infinitas mundorum adſerta a Democrito, Anaximandro, Lucretio, aliisque. a 187. ſeqq.
Anaximandri ſententia de infinitis mundis. 170
Plato unum, non innumerabiles ſtatuit mundos. 621
multos adſerit Plutarchus. 649. ſeqq.
mutationes mundi ſimul cum ejus aeternitate adſerebant Strato phyſicus & Ariſtot. 189. ſeqq. n. *g*
Atheorum ſententia de mutatione mundi futura. b 102
mundus aliquando vitro ſplendidior & cryſtalli inſtar pellucens creditur. 548
exuſtiones mundorum infinitorum maximam partem Stoicis placebant. a 190
De Fine mundi creati.
mundus num hominum cauſſa factus ſit. b 565. ſeqq. n. *l*
propter eccleſiam & fideles factus creditur. 567
utrum recte dicatur, nec ne, Deum gloriae ſuae cauſſa hunc mundum condidiſſe. 586. ſeqq. n. *c*
nonnulli felicitatis hominum cauſſa fabricatum mundum volunt. ibid.
Plato mundum ex Dei bonitate factum eſſe adfirmavit. b 77
mundum a natura vitae & rationis participe gubernari Athei negant. a 112. v. *Providentia.*
an deterior mundi ſtatus hominis lapſum conſequutus ſit. b 566. ſeqq.
de mundi legitimis poſſeſſoribus ſanctis. 567. in not.
de ſenio mundi Cypriani ſententia. a 850. n. *l.* v. & *Terra.*
Muſica, ea daemones & morbi expelluntur. b 154. in not. N. III.
Myſterium. Myſteria Mythrae. a 423. ſeqq.
myſteriorum gentilium origo. 473. ſeqq. n. *c*
myſteriorum Aegyptiorum origo. 538. in nota.
myſteriorum Graecorum origo. b 409. in n.
Myſtici animarum noſtrarum ortum ex mundi anima educunt, easque divinae eſſentiae particulas dicunt. a 909. n. *i*
Mythologia Poëtarum. b 407. in not.
veterum ex hiſtoria explicanda. 408. in not.

N.

Natura: nomine *naturae* quid Atheis veniat. a 127. ſeqq.
natura Democrito nil niſi fortuita corpusculorum concurſatio, Stratoni vero vis quaedam & interior vita ſingulis materiae particulis concluſa, eſt. 137. ſeqq. n. *d*
quid ſit Stoicis. 177. n. *b*
& Athei & Dei profeſſores huic voci duplicem ſubjiciunt poteſtatem. 187
veteres philoſophi duas eſſe crediderant in orbe naturas, alteram molem patientem, alteram virtutem efficientem, cujus vis & ratio ſimul explicatur. b 492. ſeqq.
Procli deſcriptio naturae. 122
naturarum rerum aeternitatem & immutabilitatem Carteſius defendit eamque unice ex voluntate divina deducit. 42. n. *d*
totam rerum naturam corporibus unice conſtare putarunt Heraclitus & Zeno. a 147 & Athei. 180
datur natura per ſe exſiſtens, quae omnibus rebus initium dedit. 268. ſeqq.
Hippocrates, Plato & Ariſtoteles naturam ad certos ferri fines praedicant, quamvis nec ratiocinetur nec deliberet ſecum, quare ſic agat, quae tamen ſupremi Numinis voluntati ſubjecta ſit. 140. ſeqq.
a ſupremo Deo motore omnium rerum omnem

Digitized by Google

nem naturae ordinem & harmoniam deducit Aristoteles. a 636
Deus & natura an unum idemque, nec ne. v. *Mundus & Naturalismus.*
in rebus naturae summus Deus cultus est. 779. seq.
de rerum naturae transformatione in personas. v. *Persona.*
Natura incorporea. v. *Spiritus.*
naturas incorporeas non potest non physica corpusc. admittere. 76. 81. n. i
Plato & Aristoteles quibus ex caussis atomis praetermissis soli sese tradiderint Dei rerumque incorporearum contemplationi. 84. seqq.
patroni naturarum incorporearum s. non extensarum. b 358
responsio ad objectiones contra naturas non extensas. 369. seqq.
Athei naturas incorporeas ex Scholasticorum abstractis vocabulis & essentiis natas esse volunt. 498. seqq.
naturas incorporeas seu spiritus Philosophi corpusculares, qui ante Democritum vixerunt, professi sunt. a 30. seq.
originem dogmatis de naturis incorporeis suppeditavit illud dictum celebre rationis: Ex nihilo nihil fit, in nihilumque revertitur. 60
Plato credebat res a corpore plane sejunctas, per quas vero intelligebat sua exempla aeterna, seu species aut ideas. 32. n. s
Aristoteles naturas esse credidit corpore vacantes. 33
idem & Anaxagoras. 46
Natura genitrix. v. & *Vita genitrix.*
ex mente Stratonis temperatio quaedam casus & virtutis effectricis est origo omnium rerum. 137. seq.
ratione & sensu plane vacua. 175. seqq.
ejus necessitati omnia subjiciuntur. 176.
conjunctissimam Deo seu naturae illi per totam universitatem intentae putant Stoici. 177. seq. n. b
Heracliti mens de ea. 178. n. l
Boëthi mens de ea. ibid. n. m
de ea fusius differitur. 196. seqq.
leges motus Cartesii an ipsa sint natura genitrix. 207. n. n. 208
an una eademque, quam Aristoteles praecipit. 208. seq. n. o
an unum idemque cum Platonis anima per totum orbem fusa. b 583. n. q
anima vegetativa nihil esse creditur, quam genitrix natura. a 212
non est occulta quaedam qualitas, verum unica, quae intelligi potest, caussa ordinis & pulchritudinis hujus universitatis. a 214. seq.
vera ejus notio ex mente Aristotelis explicatur. 215
humana arte praestantior. 216. seq. & simul inferior. 219. seqq.
ab arte divina differt. 218
ordine operatur, certos ut consequatur fines, at simul tamen omnis consilii rationisque expers est. 219. seqq.
cum ea naturalis instinctus brutorum animalium compositus. 222
ejus efficientia dici potest cogitatio. 223. seq.
nec cogitatione nec appetitione quadam sed fataliter, magice, & sympathetice agit. 228
non Deus est, sed res condita ex inferiori genere. 229. seq.
audit & vita vegetativa vita sentiente inferior. 230
corpore vacat. 231. seq.
anima est ex inferiori ordine. 234. seq. &
Aristotelis sententia de ea. ibid. seqq.
est quoque in animalibus. 236. seqq.
ejus amici optimi quique omnium aetatum philosophi. 208
an Empedocles. 209. seq. n. r
an Heraclitus. 211. n. s
an Hippocrates, Zeno & Stoici, 212. n. t
Platonici juniores quare eam excogitaverint. 216. n. b. 227. n. z. N. II.
una praeest globo terraqueo. 247. seq.
hujus notione abutuntur Athei, 248. seq.
an natura genitrix totum medium esse queat inter eos, qui ad leges omnia mechanicas referunt, & eos, qui Deum ipsum unius cujusque rei auctorem faciunt. b 110. n. s
defenditur, Deum non immediate sine naturae genitricis interventu procreare ac regere, quod ex tarditate, qua cuncta fiunt in rerum natura, & vitiis, quae in hoc mundo conspiciuntur, concluditur, a 205. 206. n. n. N. II.
est natura genitrix, quae a Deo regitur. 205. seqq.
Natura genitrix ministrat providentiae divinae. b 583
ejus inimici mechanicorum praeceptis & legibus nimis favent & Atheismo proximi sunt. a 199. seqq.
an mechanicam necessitatem aut fabricationem, quam & vilissimorum animalium Deus ipse sine ullius naturae interventu susciperet, tueri teneantur. 201. seq. n. c
Anaxagoras ob eam rejectam ab Aristotele Atheismi insimulatus creditur. 213. n. v

&

& a Platone. a 213. n. x. y.
male audierunt. ibid. seqq.
Naturalismus, v. & *Deismus. Spinozismus. Unum. Omnia. Pantheismus. Mundus Deus. Deus est omnia.*
Naturalista, v. & *Deista.*
An pro Atheo sit habendus. 93. n. a
an eorum numero sit aggregandus Pythagoras. 36. n. m
an Empedocles, 38. seq. 45. n. f
an Thales. 164. n. e. & b
fuere gentiles. 779
Necessitas Fatalis, v. *Fatum.*
Dei mundique adseruit Aristoteles. 643. n. q
Necessitas Mechanica, v. & *Lex.*
an hanc aut fabricationem & vilissimorum animalium sine ullius naturae interventu a Deo suscepram, naturae genitr. inimici tueri teneantur. 201. seq. n. c
mera necessitas mechanica & in rationem & in religionem peccat. 202
Cartesius reprehensus, quod ad necessitatis motusque sempiternas leges omnia referat. 591. n. n
Necessum Intestinum, idem ac interior necessitas. 3. n. a
Neith, Aegyptiorum Dea, cujus cultus simul explicatur. 509. seq. v. & *Minerva.*
Neptunus, hujus nominis origo. 461
summi Dei nomen. 750. seq. n. m
Nicaeni Patres, an Spiritum S. personam & Deum constituerint. 911. n. l
vocabulum *substantia* eadem adhibuerunt notione, qua veterum valet *essentia.* 924. seq.
de eorum Trinitate Petavius. 928
eorum Trinitas differt a Sabelliana & Ariana. 935.
Nihil: Principium illud rationis celebre: Ex nihilo nihil fit, in nihilumque revertitur, quomodo veteres intellexerint. 53. seq. n. i. seq.
ex hoc principio origo philosophiae corpuscularis speciatim deducitur. 53. seq.
quinam philosophorum hoc principio suum systema physicum superstruxerint. 53. seq. 55. n. x
hoc principium suppeditavit originem dogmatis de naturis incorporeis. 60
& sententiam de animarum immortalitate. 61
ex eodem principio ortum & interitum animarum tam hominum quam animantium negarunt veteres. 62
hoc rationis principium suppeditavit veterum dogma de animarum praexistentia & transmigratione. 62. seq.
ex hoc principio Lucretius aliique Dei hostes exsistentiam Dei negarunt. a 100. n. o
hoc principium quaenam dogmata suppeditaverit Pythagoraeis. 150. seqq.
& Anaxagorae. 153
hoc principium quibus modis Physici, quos Aristoteles inducit, depellere studuerint. 152. n. g
creatio ex nihilo. v. *Creatio.*
hoc principio nititur philos. corpusc. b 236. seq.
respondetur ad Atheorum objectionem ex hoc principio desumtam. 237. seq.
quo sensu hoc rationis decretum verissimum. 232. seqq. 242
falsus hujus praecepti: Ex nihilo nihil fit, sensus. 243. seqq.
Joh. Clerici observationes contra eos, qui negant ex nihilo ulla ratione fieri posse aliquid. 281. seqq.
notio vocis ex sensu veterum. 272. in n.
explicatio phraseologiae: ex nihilo nihil fit. 281
notio hujus vocis *nihil* ex mente Platonis. 317
per nihil Rob. Fluddus intelligit materiam. 318
No, Aegyptiorum urbs. a 506.
Noachus: Noachus & Cham an gentilibus innotuerint. 504. seq.
Νοητὸς, potestas hujus vocis. b 474. in. n.
Noës, Dii Trinitatis Platonicae. a 821. seqq. 842
non constituunt veros Platonis discipulos. 863. seqq.
Νοητὸς, potestas hujus vocis. b 474. in n.
Notio: notiones universales rejiciunt Athei. 215. seq. v. & *Idea.*
Notitia: notitia Dei insita rejicitur a Lockio aliisque. a 290. n. b. v. & *Idea innata.*
an sufficiat ad Atheos retundendos. b 31. n. k
nec a fraudibus hominum, nec ex insitis animae facultatibus nasci potuit. 130. seq. 132. seqq.
de notitia homini innata cunctarum rerum recordatione eruenda. 131. n. z
Neos, compellatur supremus Deus. a 610. seq.
Nox, origo Deorum. v. *Theogonia.*
principium omnium rerum. 358. seqq.
Νὺξ, quo sensu Deus a veteribus dictus. 638
ita Deorum princeps Trinitatis Platonicae dictus. 821. seqq. v. & *Mens.*
Νὺξ, cujus Plato in Philebo meminit, non est persona, sed notio animi & virtus. 885. n. m

Plato-

Digitized by Google

Platoni significat vim ratiocinandi. a 903. n. e
Aristoteli est anima rationalis. b 569. n. t
Numen Supremum, v. & *Deus.*
subjicitur inevitabili fato. a 7. seqq.
Numerus, proprie non est infinitum quid. b 36. seq. 47. 49. n. k. 50. in n.
an sit finitus vel infinitus. 54. in n.
Numerus ternarius Platonicorum & Pythagoraeorum, quid sibi velit. a 287. seq. n. y
de numeris Pythagorae. 567. seq.
num Pythagorae numeri & Platonis ideae inter se differant. 598. n. u
numeri & ideae origo omnium rerum. 598. seq.
numerus ternarius sacrosanctus & mysterii plenus censetur a Pythagoraeis. 322

O.

Obligatio: eam ex utilitate deducit Hobbesius. b 138. n. b
civilis obligatio, quam Athei & Hobbesius ex metu derivant, imbecilla prorsus est. 604. seq.
Obsessi, eorum exempla obstant Atheis. 150. seqq.
Judaeorum sententia de iis. 151. seq. 157. in n. N. VI.
exempla obsessorum. 154. seqq.
Oculus: Sapientia Dei ex oculorum consideratione eluceſcens. 97
Olympus & *coelum* differunt. a 755. n. y
Omnia, formula: unum est omnia, quid sit. v. *Unum. Spinozismus.*
Omnipotentia, hujus possibilitas negatur. 100
omnipotentia ad Dei notionem pertiner. 278. seq.
an eam gentiles agnoverint. 280. n. b
an possit spatium infinitum creare. b 37. n. x
irresistibilis Dei potentia solum fundamentum juris Dei regnandi & puniendi habetur a Thom. Hobbesio. 83. n. l
omnipotentia Dei contra Atheos defenditur eorumque argumenta refelluntur. 41. seqq.
omnipotens natura ex cognitione colligitur. 216. seqq.
non potest contradictoria veritatemque in falsitatem mutare. 42. seqq. 188. seq. cum notis.
perfectio divinae naturae non in bonitate, sanctitate, justitia & sapientia, sed in potentia potissimum consistere creditur, quae sententia exploditur, deteriorque Atheismo habetur. 561. seq.
Omnipraesentia Dei, quid sit. 285
'Ον: τὸ ὄν & τὸ μὴ ὄν, notio & potestas harum vocum explanata. b 297. seq.
Opera Dei, v. & *Providentia.*
Plotinus de convenientia operum Dei. 578
opera Dei majora & plura quam videntur nobis. 579. seq.
seriem & nexum operum Dei semper intueri decet. 580. seqq.
Oraculum: oracula Sibyllina. a 411. seqq.
Jovis. 416. n. c.
Zoroastris. 432. seqq. 436. n. z. v. & *Vaticinatio.*
de eorum defectu. 515
oraculi Chaldaici sensus de Trinitatis hypostasi secunda s. mente. 884
eorum duplex est genus, quorum quaedam ab angelis proficisci possunt. b 168. seqq.
quaedam vero non nisi a Deo. 174. seqq.
oracula Scripturae S. reliquis longe praestantiora. 182. seqq.
oracula S. Scripturae Deum demonstrant. 184.
Origo, v. & *Creatio.*
omnium rerum triplex. a 4
origo omnium rerum Monas, Numerus, Idea, Amicitia, Contentio. v. *Monas. Numerus & Idea. Amicitia. Contentio.*
Rerum omnium originem veteres ad duo initia revocabant, ad materiam nimirum & ad virtutem efficiendi, quam intra materiae viscera abditam cum ea necessario conjungebant fatique arbitrio alligabant. 52. n. d
de ortu & interitu omnium rerum & animatarum & inanimatarum veteres quid senserint. 66. seq.
Athei omnium rerum originem ex coeco & fortuito confluxu atomorum omni ratione ac sensu destitutarum derivant. 127. seq.
Strato omnium rerum origines repetebat non a Democriti fortuna & casu, sed ex temperatione quadam casus & virtutis effectricis materiae attributae. 137. seq.
origo omnium rerum ex mente Materialium philosophorum. v. *Materiales philosophi.*
originem omnium rerum aquam credit Thales. 35
Stoicorum sententia de omnium rerum origine. 52
origo omnium rerum materia. v. *Materia.*
origo omnium rerum ignis. v. *Ignis.*
origo omnium rerum aqua. v. *Aqua.*
Aër. v. *Aër.*
Terra. v. *Terra.*
origo omnium rerum materia formis & qualitatibus induta ex mente Atheismi Anaximandrini. 173

Digitized by Google

lux & tenebrae ex mente Roberti Fluddi. a 184. n. v.
an ab atomis deduxerint originem omnium rerum Pythagoraei. 150. n. d
nihil eorum, quae vere sunt, vel gigni vel corrumpi statuebant Pythagoraei. 149. seq.
omnium rerum ortum, sed non omnium interitum statuit primum Sectae Ionicae genus. 151. n. e
aqua & terra creduntur. 157. seq. n. o
an Empedoclis contentio & amicitia duo fuerint principia, alterum boni omnis, alterum fons omnis mali. 209. seq n. q. r
nox, amor, chaos principia rerum, v. singula suo Titulo.
summa doctrinae veterum de Diis rerumque omnium originibus. 361. seq.
an Homerus & Hesiodus cum Mose divino scriptore consentiant de rerum originibus. 554. n. l
medium inter eos, qui a Deo & natura derivant omnia, tenendum. b 110. seqq.
veterum philosophorum de generatione & ortu rerum sententiae explanantur & illustrantur. 297. seq.
Pythagaeorum sententia de ortu, mutatione & interitu rerum. 545
Oromasdes, Deus Persarum. a 421. in nota N. IV. 427. n. s
Orus, Deus Aegyptiorum. 535. in nota.
Osiris Aegyptiorum, quid sit. 318. seq. n. q. 523. seqq.
& Serapis num unus idemque Deus sint. 525. n. a
quid significet. 531
an sit summus Deus. 787. 788. in n. N. IV. V.
inscriptio de Osiride. 788. in n. N. V.
Οὐσία, apud Aristotelem universum mundum designat. 637
Οὐσία, hujus vocis potestas. 630. n. x
de distinctione Cyrilli & Theodoreti inter essentiam & hypostasin in Trinitate. 914. n. q. v. & *Essentia*, *Substantia*.

P.

Palamitae mundum duplicem visibilem & invisibilem statuerunt. b 290
Pallas Horatii, quaenam sit. a 561. n. z
Pan fistula canens Nymphamque amans, quid sit Mythologis. 221. n. m
quid significet, an supremum Numen designet. 513. seqq. 237. n. f
de ejus obitu. 515. seq.
origo nominis. 780
Pantaenus, scholae Alex. praefes. b 754
Pantheismus, v. *Unum*, *Omnia*, *Spinozismus*.
Πατροπάτωρ, a 501. n. r
Papatus Transubstantiationem dogmate, Deum impossibilia & contradictoria posse, docuit. b 44. in n.
ejus sententia de angelis. 460. n. t
Pappaeus, Deus Scythicus. a 378. n. y
Paracelsistae sententiam veterum de Spiritu S. mundi anima renovarunt. 853. in. n.
Pascha est sacrificium. b 844. seqq.
in templo mactabatur. 847. seqq.
sanguis ejus in altari spargebatur. 848. seq.
ritus immolandi describuntur. 850
Pascha typus Christi. 852
argumenta contraria refutantur. 854. seqq.
tempus ultimi paschatis Christi inquiritur. 856. seqq. 867. n. o
origo differentiae paschatis Christi & Judaeorum. 865. seqq.
Patres primae Ecclesiae, v. & *Christianus*.
quinam eorum subordinationem Trinitatis crediderint, nec ne. a 912. seqq.
eorum similitudines, quibus Trinitatem depingunt, ab exacta S. Scripturae regula dissident. 921. n. b
an dissimilitudinem inter patris, filii, & Spiritus S. dignitatem & gradum crediderint. ibid.
Nicaeni, vid. *Nicaeni*.
ex eorum testimonio Trinitas Platonica a Christiana non differt. 946. seq.
eorum sententiae de Trinitate Platonica. 946. seqq.
eorum sententiae de animae natura. b 434. in n. N. III. 455. seqq.
eorum sententiae de angelorum natura. 472. in nota.
eorum sententia de igne impios extremo die purgante. 483. n. z.
an Platonici, an vero Eclectici fuerint. 754. seqq.
Penates, Capitolini Dii ita dicti. a 689
Peplum quid sit & quare adhibitum. 509. seqq.
Perfectus, num ejus notio nobis natura inlit. b 46. seq.
Perfectio: ex majoribus minores, non autem ex minoribus majores perfectiones nasci possunt. 211. seqq.
qua ratione Deus omnium rerum perfectiones continear. 282. seqq.
infinitas & perfectio non differunt. 48. seqq. in n.
perfectiones Dei, v. *Attributa Dei*.
perfectio divinae naturae non in bonitate, sanctitate, justitia & sapientia, sed in potentia potissimum consistere creditur, quae

Digitized by Google

quae ſententia exploditur, deteriorque Atheismo habetur. b 561. ſeq.
Perichoreſis Athanaſii in Trinitate. a 942
Peripateticus Atheismus, v. *Atheismi genus Anaximandrinum.*
Peripatetici fatum & naturam idem eſſe ſentiunt. 228. n. *b*
eorum ſententia de materia. b 241. ſeqq. in n.
Perſae antiquiores fuerunt Tritheitae. a 297. ſeq.
patroni duplicis Dei. 329. ſeq.
eorum religio. ibid. ſeq. n. *v*
eorum ſecta Dualiſtarum. ibid.
eorum religio & Dii. 417. ſeqq.
communiter ſolem coluerunt. 418. n. *i*
quare nulla habuerint templa. 421. in nota N. III. 808. ſeq.
eorum Trinitas. 427. ſeqq. 430. n. *f*
Perſarum duplex Theologia, fabuloſa & arcana. 471. ſeqq.
Deum ſole majorem venerati ſunt. 700. ſeq.
coelum loco Jovis habent. 780
eorum Magi, v. *Magi.*
num Perſae vel veteres vel recentiores creationem ex nihilo probent. b 336
Perſaeorum, ſive recentiorum Perſarum conjugia. 991
Perſona: res naturae perſonarum habitu induerunt gentiles. a 768. ſeq. 778. n. *r*
ut & mundi partes. 770. ſeqq.
affectiones rerum, virtutes & vitia inter perſonas & Deos veteres retulerunt. 783. ſeqq.
Peruani, unius Dei profeſſores. 702. n. *e*
Phanes, quare nominetur ſupremum Numen. 794
Phariſaei, horum dogma de transmigratione animarum. b 152. n. *s*
Philoſophi: veterum diſſenſio de atomorum qualitate. a 25. n. *e. e*
philoſophi IV. & V. Seculi conciliatores inter Chriſtianos & gentiles. 949. n. *d*
philoſophi Italici vel Pythagorici, v. *Pythagorici.* Ionici, v. *Ionica Secta.*
philoſophi materiales, v. *Materiales.*
in interpretandis veterum philoſophorum ſcitis Platoni atque Ariſtoteli tardius fides eſt adhibenda neque ſapienter agunt, qui ex Cotta & Vellejo apud Ciceronem veterum de Deo ſententias metiuntur. 16. n. *y*
Philoſophia corpuſcularis, v. *phyſica corpuſcularis.*
Philoſophia Eclectica, hujus origo. 830. b 752. ſeqq.
Phoenices Deum crediderunt rerum creatorem. a 35. ſeq.
num creationem ex nihilo crediderint. b 334
Pœmen apud Ariſtotelem artificioſam mundi naturam deſignat. a 636. ſeq. b 569. n. *t*
Phyſica: Plato & Ariſtoteles in primis ſcientiae naturalis fundamentis non conſentiunt. a 86. n. *o*
antiquorum Theologia. 772. ſeqq.
phyſicam veterum explicant Diodorus Siculus & Sanchoniathon. 364. in nota.
latere creditur in Theogonia & Polytheismo veterum. 331. ſeqq. n. *p*. 362. in nota N. II. & 363
Phyſica corpuſcularis, *Mechanica*, ſic fatum Democriticum appellatur. 10. v. & *Atomi.*
antiquitas phyſicae corpuſcularis. 12. ſeq.
quibus argumentis eam Ariſtoteles aggrediatur. 13. ſeq.
& amica & inimica Atheismo creditur. 17
Poſidonius ejus inventorem Moſchum, qui & Mochus audit, perhibet. 18. n. *d*
patroni ejus phyſicos. 27. ſeq.
ea quae ante Democritum viguit, Deum concedit. 29
de ejus antiquitate, an ante Leucippum & Democritum jam viguerit, an hi primi ejus inventores fuerint, quid ſentiendum. 30. n. *p*
hujus phyſicae corpuſcularis cum religione cognatio. 48. ſeq.
origo hujus phyſicae generatim exponitur. ibid.
ſpeciatim originem ducit ex hoc rationis principio: Ex nihilo nihil fit, aut in nihilum revertitur. 53. ſeq. n. *i.* ſeq.
non poteſt non naturas corpore vacantes admittere. 76
aliis philoſophandi viis praeferenda, quia naturam mundi, qui corporibus conſtat, explicat, & quia planam nobis & apertam monſtrat viam docendi & demonſtrandi, quod praeter corpora quoque dentur naturae ſimplices, quae binae partes univerſum philoſophiae corpuſc. ambitum conſtituiſſe creduntur. 76. ſeqq. 81. n. *i.*
phyſ. corpuſc. mutilata. 82. ſeqq.
ea Leucippus & Democritus abuſi ſunt ad Deum tollendum. 83. ſeq.
Democriti ipſa natura ſua ad Atheismum ducit. 93. 97
vitam omnem & cogitandi facultatem a corpore penitus removet. 133
fortuito materiae motu, nullo moderatore adjuncto, mundum concretum aſſerit. 140
demonſtrat, eſſe facultatem in homine ſenſu ſuperiorem. b 22. ſeq.

Digitized by Google

nititur principio: ex nihilo nihil fit. b 234. ſeq.
philoſophia corpuſc. noſtra aetate in ſcenam revocata eſt. a 251
aetas & fata. b 619
Phyſicus: omnes phyſici veteres fuerunt corpuſculares. a 30. n. *p*
quinam veterum phyſicorum ſuum ſyſtema principio: ex nihilo nihil fit, in nihilumque revertitur; ſuperſtruxerint. 52. ſeq. 55. n. *x*
quid ſit Ariſtoteli. 593. n. *q*
Phyſicus corpuſcularis: omnes ante Democritum & Leucippum Atomiſtae Deum eſſe largiti ſunt. 46. 47. n. *y*
Phyſiologus, quid ſit Ariſtoteli. 593. n. *q*
Phyſiologia, pars ſcientiarum Ariſtotelis. 639
Phtha, Deus Aegyptiorum. 529. n. *b*
an ſit ſupremum Numen. 730. n. *l. m*
Piſcis: Anaximandri ſententia de hominum ortu ex piſcibus. b 126. n. *t*
Pius: ex malorum nimia copia, quae pios in mundo premit, & proſpera fortuna impiorum argumentum petitur ad providentiam & Deum tollendum. a 119
Planta: Pſeudozenonianum Atheismi genus mundum plantae comparat, in qua natura lateat genitrix, rerumque omnium effectrix & moderatrix, at ratione & ſenſu plane vacua. 175. ſeqq.
an hoc Atheismi genus tangat Seneca. ibid. n. *f*
haec Atheismi forma omnia fato & neceſſitati naturae genitricis ſubjicit. 175. ſeq.
hac lue nonnulli ex Heracliti & Stoicorum diſciplina imbuti fuiſſe videntur. 176. ſeq.
Zeno an eadem mente fuerit. 177. n. *g*
plantae ſentientes aut animales. 226
Platonici juniores ubi, quando & quo auctore orti. b 752. ſeqq.
eorum philoſophia. 761
eorum facta. 762
oppugnarunt Gnoſticos. 764
multa & magna mala intulerunt civitati Chriſtianae, externa & interna. 765. ſeqq.
ſuis mirabilia & miracula tribuunt. 780
diſcrepant a Chriſtianis quoad miracula. ibid.
ipſorum *Theurgia*. 781
auctores apoſtaſiae *Juliani*, Imp. 781
Religionem Chriſtianam & Gentilem conciliare ſtudent. 784
interna mala ab iis rei Chriſtianae illata. 788. ſeqq.
fraudum patroni. 800.
corrumpunt doctrinam & mores Chriſtianorum. 805
mutant & multiplicant ritus ſacros. 806
creationem & gubernationem certis genlis committebant. a 201. n. *d*
quare naturam genitricem excogitaverint. 227. n. *z*. N. IL b 767
Ariſtotelem in Platonis opiniones pertrahere maxime conantur. a 242. n. *b*. 347. n. *c*
eorum Trinitas. v. *Trinitas*.
eorum numerus ternarius. v. *Numerus*.
homines Deos appellant. 337. n. *z*
ex iis Plato non explicandus. 353. n. *q*
unum ſupremum Deum agnoverunt. 404. n. *g*
de eorum convenientia cum diſciplina Chriſtianorum de aeterna τὸ λόγου generatione. 405. n. *b*
Deum Androgynum putant. 449. n. *v*
ſuam diſciplinam ad Chriſtianorum praecepta accommodare conantur. 453. n. *e*
num unius Dei cultores. 682. in n.
eorum religio & ſtudium in ſole laudando. 699. n. *x*
jactant concordiam omnium religionum gentilium. 707. n. *k*
omnis generis Deos cum ideis ſuis ſ. cum mundo archetypo conferebant. 793. ſeqq.
iis mundus eſt fecundus. 810
mundum animatum filium Dei nominant. ibid.
plebem mendaciis, ſuperſtitione, fabulis & aenigmatibus circumveniunt. 812. ſeqq.
diſtinguebant inter generationem Deorum κατὰ χρόνον & inter generationem ἀϊδίων. 816. n. *y*
eorum diviſio Deorum. 821
eorum mundus archetypus & intelligibilis. 830. ſeqq. 841. n. *b*
eorum Dii intelligibiles quid ſint. 842. in n.
eorum Henades & Noës. 842. ſeq.
eorum dictio & mos loquendi notiones & ideas perſonarum & Deorum habitu exornavit. 845. n. *f*. 847. n. *b*
primis Chriſtianis adverſantur & aeſtimantur eo tempore. 846. n. *g*
nonnullorum ſententia de anima mundi ſ. tertia hypoſtaſi divina, quam ſupramundanam nominant. 853. ſeq.
eorum Autoagathotes. 856. ſeq.
non ſunt veri Platonis diſcipuli, qui Henades & Noës ſtatuunt. 863. ſeq.
ex iis Plato non eſt explicandus. 872. n. *e*
dogmata ſua Chriſtianorum placitis accommodare ſtudent. ibid.
eorum Trinitas non tam perſonarum quam notionum & virtutum divinarum Trinitas eſt. 873. n. *f*
ſecundae divinitatis perſonae aeternitatem numquam in dubium vocarunt. 874

Digitized by Google

eorum incredibilis de Trinitate diſcordia. a 877. in not.
an ex iis Plato duplicis mundi animae adſertor conſtet. 880. in not.
Platonici juniores ex ſtudio omnes ſectas philoſophicas ſociandi cum diſciplina Chriſtiana duplicem mundi animam finxerunt. ibid. in not.
dogma de duplici mundi anima diſcrimen inter Platonicorum & Chriſtianorum Trinitatem magis auget, quam minuit. ib. ſeqq. in not.
diſcordia eorum de mundi opifice ejusque in Triade loco. 887. n. o
judicium de diſtinctione inter germanam Platonis & adulterinam Platonicorum Trinitatem. 888. n. p
quibus comparationibus ſuam Trinitatem ſubordinatam explicaverint. 889
eorum ſtultitia. 892. ſeqq. cum notis.
quare rationem, ſapientiam & intelligentiam primae Trinitatis perſonae denegaverint. 893. ſeqq.
eorum ingenium. 869. n. z
qua de cauſſa tantum daemonum, ſpecierum & Deorum agmen excogitaverint. 897. in not.
iis quare mundus Deus alter & tertius nominatus. 899. ſeqq. n. c
creationem mundi an tribus perſonis communem faciant. 900. in not.
animarum noſtrarum ortum ex mundi anima eduxerunt, easque divinae eſſentiae particulas dixerunt. 909. n. i
Platonicus Chriſtianus defenditur. 910. ſeqq. n. k, l
Platonici quare tres perſonas unam divinitatem eſſe ſtatuerint. 914
notae perſonarum in eorum Trinitate. 923. n. c
eorum neceſſitudo cum Judaeis. 950. in not. N. l.
ante Conſtantinum M. hoſtes Chriſtianorum. 951. in not.
vocabulum δαίμων in bono & malo ſenſu uſurpatur. 952. in not. N. V.
an & quo tempore Trinitatem introductione quatuor perſonarum depravaverint. 958. ſeqq.
de eorum Deo mentem noſtram abſorbente. b 31. n. k. N. ll.
eorum ſententia de notione inſita perfecti & infiniti. 44. ſeqq.
crediderunt creationem ex nihilo. 249. ſeqq.
eorum ſententia de materia. 271. ſeqq. in not.
creationem ex nihilo admiſiſſe creduntur. b 291
per vocem Nihil materiam intelligunt. 317. ſeqq.
iis veterum ſcita de rerum ortu referentibus non credendum eſt. 324
eorum quidam creationi ex nihilo faviſſe creduntur. 338. ſeqq.
mundi aeternitatem crediderunt. 342. ſeqq.
eorum diviſiones aeternitatis. 343
eorum ſententia de materiae origine. 344. ſeqq.
plerorumque dictio media eſt inter ligatam & ſolutam. 364. n. r
de luciformi corpore animo in creatione dato. 387. ſeqq.
eorum purgatio myſtica & teleſtica. 390. n. m
quare corporis caſtigationes adhibuerint. 392. n. q
origo eorum dogmatis de animae corporibus. 393. in not. 413. in not.
diſcordia eorum in dogmate de animae corpore. 414. ſeqq. in not.
de iis fertur judicium. 419. in not.
de multis rebus nihil certi decernunt. 450. in not.
ex eorum mente daemones corporibus veſtiti. 448. ſeqq.
unum idemque daemones eſſe volunt cum angelis in S. S. 450. n. b
eorum diſcordia in doctrina de daemonibus. ibid. n. d
motum aeternum ſtatuunt. 514. n. a
eorum controverſia de daemonum ratione. 545. ſeqq. n. k
de praeexiſtentia animarum. 581. n. r
felicitatem hominum mundi creati cauſſam faciunt. 586. ſeqq.
Platonici noſtra aetate quinam ſint. a 910. n. k

Pluto, ſummi Dei nomen. 748. ſeqq. n. g
πλοῦτος, notio hujus vocabuli. b 443. n. i. 472. in not.
quid ſit Ariſtoteli. 569. n. t

Poena. Timaei Locri ſententia de poenis improborum poſt hanc vitam. a 609
Stoici poenas poſt fata tollebant. 666. in not.
Deus non ſine cauſſis gravibus poenam improborum differt. b 573. ſeqq.
ex quo patet, poſt hanc vitam poenas & praemia fore. 574. ſeqq.

Poëtae corrumpunt Theologiam veterum inceptis ſuis de Diis fabulis. a 532. ſeqq.
unum Deum ſummum crediderunt. 546. ſeqq.

Digitized by Google

an ex eorum teſtimonio cultus unius Dei populi gentilium probari queat. a 686. n. p
eorum fabularum explanator Scaevola. 755. n. v
eorum Theologia quid fuerit. 756. v. & *Fabula.*
quid ſibi voluerint transmutatione rerum in perſonas. 771. n. d
ab Ariſtotele mendacii inſimulantur. b 76
quibus inventis ſtatum animarum poſt fata & apud inferos depravaverint. 406. ſeqq. in not.
eorum Mythologia. 407. in not.
de notis & maculis corporibus animarum apud inferos inuſtis. 408. in not.
Polycrates, feliciſſimus Samiorum tyrannus. 78. in not.
Polytheismus, an ex phyſica ſit interpretandus. a 331. ſeqq. n. p
refutatus generatim. 289. ſeqq.
rejectus a gentilium ſapientioribus. 294. ſeqq.
ab Ariſtotele. 324. ſeqq.
mundum hunc ponit eſſe Deum. 329. ſeqq.
refellitur. 335. v. & *Gentilis.*
an unum ſupremum Deum ſimul crediderit. 406. ſeqq. n. i
ejus origo. 457. 459. n. z. 463. n. e. 526. 531. n. i. v. & *Idololatria.*
an per illum unus isque ſupremus Deus nominatus ſit. 531. n. i. v. & *Dii.*
Socratis. 617. ſeqq.
Platonis. 619. ſeqq.
Ariſtotelis. 628. ſeqq. 631. n. z
quid ſit: multos Deos fateri. 631. n. z. v. & *Religio Gentilium.*
ingens fuit gentilibus Deorum multitudo. 760
ejus origo ex mente Pauli Oroſii. 766
ſententiae nonnullorum de Deorum multitudine examinantur. 788. ſeqq.
an natus ex multitudine nominum, quae Diis ſuis veteres impoſuerunt. 800. n. r
unde multitudo Deorum evenerit. 811
Populus. Populus gentilis an unius Dei cultor. 682. ſeqq. 693. ſeqq. v. & *Gentilis*, *Polytheismus.*
mendaciis, ſuperſtitione, & fabulis circumventus a ſapientioribus. 812. ſeqq. 814. n. v
Poſſibilis, notio hujus vocis explicata. b 206. in nota.
Praeexſiſtentia animarum: hanc veteres credebant ex hoc rationis principio: Ex nihilo nihil fit, in nihilumque revertitur. a 62. ſeqq. e. g. Pythagoraei. b 238. ſeqq.
Origenes credebat. a 65. n. b
an hoc dogma originem ex atomis ducat, vel utrum potius ſit attribuendum veteribus Chaldaeis, Aegyptiis, & omnibus fere populis orientalibus. 64. n. i. 70. n. s
brutorum animarum praeexſiſtentia & immortalitas creditur. 66
Empedocles praeexſiſtentiam & immortalitatem animarum docuit. 67. ſeqq.
quid de praeexſiſtentia, nova creatione & animae propagatione per traducem ſit ſentiendum. 71. n. t. 74
Pythagorae & Empedoclis ſententia de praeexſiſtentia animarum magis rationi conſentanea putatur, quam eorum opinio, qui brutorum animas corporeas eſſe volunt. 74
Ariſtotelis ſententia de animae immortal. & praeexſiſt. 87, 88. n. y
una cum corporibus a Deo in exordio rerum omnium formatae creduntur a praeſtantiſſimis noſtra aetate philoſophis. 201. n. c. N. IV.
adſerta ab Aegyptiis. 467. ſeqq.
a Chalcidio. 955. in not.
credidit Philo Judaeus. b 427. n. b
ſententia Pythagoraeorum de ea. 543
Platonicorum & Chriſtianorum. 581. n. r
Praemium. Praemia poſt fata rejecerunt Stoici. a 626. in not.
Euripides & Plutarchus de Deo & poenas & praemia differente. b 574. ſeqq. n. b
ex ſera vindicta & praemiis patet poſt hanc vitam poenas & praemia fore. ibid.
Praeſcientia rerum futurarum Deo derogatur ex hominum libertate. 177
Preces peregregiae ad Jovem. a 382
Princeps: de eorum divinitate. 326. n. b
principum aſtutia cauſſa religionis perhibetur. v. *Magiſtratus.*
jus infinitum, quod principibus Athei dant, refellitur. b 609. ſeqq.
Principium. Principium omnium rerum. v. *Origo.*
Heracliti ſententia de principiorum mutatione. a 168. n. o
duplex principium Manichaeorum. v. *Manichaeismus.*
duplicis Dei Plutarchus patronus. 298. ſeqq.
duobus principiis, Deo & materia, Stoici originem mali explicabant. 300. n. t
Platonis ſententia de binis rerum principiis. 306. ſeqq. 315. N. VII. & VIII.
patroni duplicis principii. 309. ſeqq.

Digitized by Google

an Zoroaſter & Magi. a 430. ſeqq.
Aegyptiorum duplex principium unde. 319. in not.
duplex principium adſerebant Plutarchus & Atticus. 563
an duplex principium ſtatuat Pythagoras. 567
malum per ſe non conſtans creditur. 322
Prometheus, ejus aetas. b 836
an ipſe Noachus. 837. n. z
Providentia nominatur ſupremus Deus. a 390. n. e
Providentia divina an a Sadducaeis ſublata. 9
a Deo certis geniis commiſſa creditur. 65. n. i. 201. n. d
an Majeſtate divina indignum ſit, Deum omnia nulla alia re interveniente creare & providere. 204. n. l
immediata rejicitur ex tarditate, qua cuncta fiunt, & ex vitiis, quae in hoc mundo conſpiciuntur. 205, 206. n. m. N. II.
Socrates de providentia. 615
eam Stoici admiſerunt. 648
quam fato Dei ejusque arbitrio attribuunt. 658. ſeqq. 666. in not.
admiſerunt plerique gentilium, qui unum ſupremum Deum crediderunt. v. *Unitas*.
rejicitur, resque humanae incertis ferri caſibus creduntur. 119
ex malorum nimia copia, quae pios in mundo premit, & proſpera impiorum fortuna. ibid.
providentia tot tantarumque rerum impoſſibile quid creditur, quaeque Deum ſimul omni privaret felicitate. 121
Ariſtoteles mundi partibus, quae infra lunam exſiſtunt, providentiam divinam ſubduxiſſe vulgo creditur. 87. n. s, t. 643. in not.
Philo de gubernatione mundi. 835. ſeqq.
nec omnia immediate a Deo, nec a natura omnia efficiuntur. b 109. ſeqq.
Deo non indignum eſt res minutas curare. 120. ſeqq.
Athei mundi conſtructione, quam vitioſam putant, Deum & providentiam tollere ſtudent. 561. ſeqq.
providentiae fines & rationes non ſemper perſpicimus. 563. ſeqq.
coeli conſtitutio ad Deum & providentiam tollendam adducitur. 564
eam non tollunt mala hujus orbis. 568. ſeqq.
eam non tollit improborum felicitas. 572. ſeqq.
res ipſa poſtulat, ut in ſtatu quodam dubio & incerto hic homines vivant. b 576
in Dei operibus & divina providentia dijudicanda tota rerum univerſitas ſpectanda eſt. 577. ſeqq.
ſeriem & nexum providentiae & Dei operum intueri decet. 580. ſeqq. v. & *Opera Dei*.
Dei providentia omnibus rebus ſufficit. 582. ſeqq.
Dei providentia ejus felicitatem non tollit. 583. ſeqq.
certis miniſtris utitur. ibid.
omnes omnino res curat. 584
veteres eam Diis inferioribus dabant. a 356
e. g. Timaeus Locrus. 609
eam ad omnes omnino res pertinere gentiles adſerebant. 760
eam qua ratione Graeci Deum invidum habentes admittere potuerint. b 78. ſeqq.
Pſalmus LXXXII. 6. quomodo explicatus. 608. n. y
Pſathyriani. a 375
Πυξὶς, Trinitatis Platonicae Deorum quidam nominarus. 821. ſeqq.
Platoni ſignificat illam animae partem, in qua vita & movendi facultas reſidet. 903. n. e
eſt Ariſtoteli anima ſentiens. b 569. n. t
Punctum, notio hujus vocis. 370. n. i
punctum mathematicum & phyſicum quid ſit. 487
Purgatio. Myſticae & teleſticae ex mente Platonicorum origo. 390. n. m
purgationum & luſtrationum apud veteres origo. 408. in not.
Pythagoraei, quaenam dogmata ſuperſtruxerint principio: ex nihilo nihil fit. 237. ſeqq.
ex quibus cauſſis animarum praeexſiſtentiam ſtatuerint. 238. ſeqq.
de eorum pugna cum Atheis Ionicis. 261. ſeqq.
Pythagoraei quidam, qui creationi ex nihilo favere videntur, Spinoſismi potius arguendi ſunt. 307. ſeqq.
ex eorum mente daemones corporibus veſtiri. 418. ſeqq.
eorum dogma de praeexſiſtentia animarum. 543
eorum ſententia de ortu, mutatione & interitu rerum. 545
diſcrimen inter hos & illos, quos Ariſtoteles Atheismi arguit. a 157. ſeqq.
nihil eorum, quae vere ſunt, vel gigni vel corrumpi aſſerebant, qua ſententia nixi formas

Digitized by Google

formas corporum & qualitates tollebant. a 157
quomodo animae ſimplicitati & immortalitati proviſum & conſultum eſſe voluerint. 142
illis dogmata obtruduntur, de quibus nondum ſatis conſtat. 151. n. *f*
quaenam dogmata deduxerint ex principio: ex nihilo nihil fit. 149. ſeqq.
an ab atomis rerum omnium origines deduxerint. ibid. n. *c*
eorum Trinitas. v. *Trinitas.*
eorum numerus ternarius. v. *Numerus.*
eos patronos duplicis Dei facit Plutarchus. 315. n. *l*
Deum Androgynum appellant. 449. n. *v*
de eorum auctoritate in explicanda doctrina Pythagorae. 570. ſeqq. n. *z*
de eorum juramento per nomen Jehovah ſ. Tetractyn. 577. ſeqq. n. *a*
eorum Deus ſupremus. 608
plebem mendaciis, ſuperſtitione, fabulis & aenigmatibus circumveniebant. 812. ſeqq.
daemones & morbos & animi pravas affectiones incantationibus, carminibus magicis & vocabulis & muſica expellendos curant. b 154. in not. N. III.

Q.

Qeri mortuorum reſurrectionem figurate interpretantur. 421. n. *b*
Qualitas: de qualitatum & colorum natura quid philoſophi veteres ſenſerint. a 12. ſeqq.
Athei Hylopathici ſ. Anaximandrini qualitates ex materia gigni & rurſus corrumpi opinantur. b 500. ſeqq.
corporibus an formae & qualitates inſint. a 73. ſeqq.

R.

Ratio non eſt ſenſus genus. b 214. ſeqq.
rationis participes creduntur beſtiae. a 73. n. *x*, *y*
eam ex fortuita atomorum nullis qualitatibus inſtructarum compoſitione derivant Athei. 111. ſeqq.
ad abſolutam rerum veritatem penetrat. b 191. ſeqq.
Religio. Athei perhibent, religionem omnem vitae dulcedinem auferre, intolerabili homines ſervitute conſtringere, eosque inſito ſuo vigore privare. a 123. ſeqq.
rebus publicis ac civitatibus eſſe noxiam. 125. ſeqq.
Athei tres cauſſas religionis & Dei afferunt, primam metum. v. *Metus*, alteram ignorantiam cauſſarum. v. *Ignorantia*, tertiam aſtutiam legislatorum. v. *Magiſtratus.*
conſenſus veterum & novorum Atheorum de cauſſis religionis. b 72. ſeqq.
religio non obſtat civitatibus, reipublicae & magiſtratuum commodis & juribus. 595. ſeqq. 602. ſeqq.
religionis cognatio cum philoſophia corpuscolari. a 48. ſeqq.
religionum ortus & interitus Didacus Gomes aſtris adſcribit. 185. n. *x*
idem Hier. Cardanus. b 185. n. *q*
religio veterum diſtribuitur in popularem & philoſophicam. a 533. in not.
religionem Philo dividit in civilem & arcanam. 832
religio veterum quare valde incerta. b 320
vitia eorum, qui de veterum religionibus commentantur. a 533. ſeqq. in not.
Chriſtianae aggreſſores e gentilibus. 398. ſeqq.
multi veterum Chriſtianorum concordiam veteris ethnicae religionis & diſciplinae Chriſtianae demonſtrare ſtuduerunt. 411. n. *q*
piis fraudibus munitur. 411. n. *s*
religio Ethnicorum. v. *Gentilis. Idololatria.*
earum interitus praedictus. 495. n. *d*
veterum publicam Ariſtoteles maximam partem fabulas & inventum politicum habet. 641
de concordia omnium religionum gentilium, quam jactant juniores Platonici. 707. n. *k*
de earum concordia cum Hebraeorum religione. 713. n. *p*
Scripturae teſtimonia de gentilium religione. 719. ſeqq.
in tres claſſes diſtribuitur. 721. in not.
unde ejus corruptio exorta. 727. ſeqq.
Respublica. Religionem rebuspublicis noxiam eſſe Athei contendunt. 125. ſeqq.
quod refellitur. b 595. ſeqq.
Reſurrectio mortuorum & Jeſus, quem Paulus praedicat, novi Dii Athenienſibus habentur. a 784. n. *c*
probata a Paulo Apoſtolo. 861. n. *r*
figurate explicatur a Fanaticis & Quackeris. b 421. n. *b*
Origenes & Hugo Grotius de corpore Chriſti poſt reſurrectionem. 442. in not. N. III.

Digitized by Google

corpus reſurgentium cujus generis & naturae. b 422. ſeqq.
dogmatis de reſurrectione corporum violati accuſatus Cudworthus. 447. ſeqq. n. z
eam Celſus ſpem vermium appellat. 572. n. x
Romani, an unius Dei cultores. a 682. in not.
Jovem Capitolinum Deum optimum maximum nominabant. 692. ſeqq. n. g
ſpei fana dedicarunt. 783. n. a
Rom. L. 10. explic. b 588. in not.
—— VIII. 11. 445. in not.
—— VIII. 19. 548. 551. in not.
Roſaecrucii veterum dogma de Spiritu S. mundi anima renovarunt. a 853. in not.

S.

Sabazius, Deus. 383. n. b
Sacramenta Judaeorum an plura quam duo. b 844. n. a
Sacrificium. Sacrificia gentium quare nominet S. Scriptura ſacrificia mortis. a 326. n. e
eorum nidor cibus daemonum. b 455
ſacrificia quare Pythagoras rejecerit. 457. n. o
de ſacrificiis veterum Chriſtianorum. ibid.
ſacrificia Judaeorum. 831
eorum convivia poſt ſacrificia. ibid. ſeqq. n. k
etiam apud Gentes in uſu. 836
origo hujus moris. ibid.
etiam privati Judaei ſacrificia immolabant. 846
erant cibus Dei. 878. ſeqq.
Sadducaei, an omne fatum omnemque providentiam ſuſtulerint. a 9
Sal cur ſacrificiis additum. b 881
Samuel, Propheta, vita functus dudum vivus exhibetur Saulo regi. 175. in nota.
Sanctus: propter ſanctos & fideles mundus factus creditur. 567. n. l
origo ſententiae de ſanctis legitimis mundi poſſeſſoribus. ibid. in not.
Sanguis animarum ſentientium cibus. 397. in not.
humanus placamen Dei ſupremi apud Celtas. a 702. in not.
cibus daemonum. b 455
Sapientia Dei. Qui ſapientiam Dei ex naturae operibus elucentem demonſtrarunt. 97. n. b
Satanas audiebat Perſis malus Deus. a 319. ſeqq. n. s. v
Saturnus ſive Chronos. Saturninum regnum Virgilii. 412. ſeqq.
ſupremi Dei nomen. 739. ſeqq.
quare ſupremus Deus Saturnus dictus. a 794
Scala: ſunt ſcalae quaedam in rerum natura. b 535. ſeqq.
Sceptici ſunt Academici. a 667. n. f
Scepticismus Carteſii. b 188. ſeqq.
Scholaſtici multi animam ex duplici parte componebant. a 237. n. o
Deum impoſſibilia & contradictoria poſſe adfirmabant. b 44. in not.
eorum nonnulli moralitatis extrinſecae patroni. 631
Ariſtoteli nimis faventes eum creationem ex nihilo credidiſſe perhibent. 319
Scholiaſtes, eorum mos in explicandis auctoribus. a 726. n. b
Scientia. v. *Intelligentia. Cogitatio. Ratio. Intellectus.*
omnis ſcientia & cogitatio nihil quam rerum extra nos poſitarum in animis noſtris informatio, nec niſi paſſio a rebus externis profecta creditur. 116
de hujus ortu & natura. b 215, 216. n. l
num cadat in Deum. 63
Athei omnem cognitionem & ſcientiam ſenſuum eſſe diſputant, & refelluntur. 20. ſeqq.
an, qui hoc defendit, Atheus. 26. in not.
ſcientiae & cogitationis natura ſine Deo explicari nequit. 521. ſeqq. 555
Athei ſcientiae dignitatem valde diminuunt. 530. ſeqq.
differt a ſenſu. 533. ſeqq.
Ariſtoteles tres ſcientias facit in ſola ſpeculatione poſitas, Phyſiologiam, Mathematicam puram & Theologiam ſive Metaphyſicam. a 639
Scortatio ſpiritualis quare idololatria dicatur. b 903
Scriptura Sacra myſtice & allegorice explicatur ab Atheis & Fanaticis. a 188. n. f
an ſententiam, Deus eſt omnia, tueatur. 457. n. l
Selecti Dii, quidnam fuerint. 754. ſeqq.
Semen: de vita plaſtica ſeu genitrice in ipſo latente ſemine, cujus virtute corpora formentur. 199. n. a
Seſus natura & origo ab Atheis ex motus legibus unice declaratur. 11. 25. ſeqq.
quam ſententiam Ariſtoteles jam aggreſſus eſt. 13
eum ex fortuita atomorum nullis qualitatibus inſtructarum compoſitione Athei derivant. 109. ſeqq.
certitudo evidentiae non a ſenſibus, ſed a ratione proficiſcitur. b 24. ſeqq.

Digitized by Google

non eſt mera perpeſſio. b 523. ſeqq.
Atheorum diſcordia de ſenſus & cognitionis diſcrimine. 525
de natura cogitationis & ſenſus veterum ſententiae. 527. ſeq.
differt a ſcientia. 533. ſeqq.
a ſenſu unice anima erudiri creditur. 538. ſeq.
de ſenſibus Deo attributis Hobbeſii ſententia. 63. n. n.
de daemonum imperio in ſenſus. 678
Empedocli longe alia de ſentiendi facultate eſt ſententia, quam Democrito aliisque Atomiſtis. a 25. n. a. & e
Protagorae praeceptum: omnis cognitio eſt ſenſus, refutatur. b 656
de ſenſus natura & modis ejusque differentia a cogitatione. 659. ſeqq.
an quae in ſenſus cadunt, incomprehenſibilia ſint. a 78. n. d. e
nos fallere poſſunt. b 191. ſeqq.
Serapis & Oſiris num unus idemque Deus ſint. a 524. ſeq.
Serpens Regis imago. 500. ſeq.
Siamitae unius Dei profeſſores. 702. n. e
Sibyllae: Sibyllinorum carminum auctoritas. 411. ſeqq.
an de regno Chriſti vaticinentur. 414. n. y. b 180. n. p. 183. in nota.
Sibylliſtarum ſecta inter Chriſtianos. a 415
Signum, notio hujus vocis. b 370. n. i
Simplex, notio hujus vocabuli veteribus nonnullis non eadem erat, qua nobis hodie omnibus carens partibus & ſpirituale nuncupatur. a 47. n. y
abſtractas notiones de naturis ſimplicibus Deum introduxiſſe, Athei credunt. 104. ſeq.
hujus vocis poteſtas. 630. n. x
Simplicitas animae, ei quomodo Philoſophi Italici vel Pythagorici proviſum & conſultum eſſe voluerint. 149
anima non ſimplex & per ſe conſtans, ſed certa quaedam corporum compoſitorum temperatio, quae diſſolutis partibus in nihilum recidere poſſet, creditur. 114. ſeq.
Simulacrum, v. & *Idolum*.
Deorum ex mente Platonis eſt mundus. 869. n. c
Sinenſes & veteres Indi Aegyptiorum ſunt coloniae. 483. in nota.
num creationem ex nihilo probaverint. b 325.
Σκῦνος, quid ſit Paulo 2 Cor. V. 1. 479. ſeq.
Sociniani rejiciunt creationem ex nihilo. a 275. n. k
ex hominum libertate Deo rerum futurarum praeſcientiam derogant. b 177. n. k
aeternitatem ſucceſſivam ſtatuunt. 58. in n.
Sol, eum communiter Perſae coluerunt. a 418. n. i
illi quare veteres triplicem dederint vultum. 428. in nota.
ab Aegyptiis cultus. 505. n. g. & 512. in n.
Xenophanis ſententia de multis ſolibus & lunis. 583. n. z
Deus creditur a Platone. 619
princeps Deorum inferiorum apud Stoicos. 657. n. x
ex mente Macrobii non eſt ſupremus Deus. 699. ſeqq. n. x
laudatur a Platon. jun. ibid.
Perſae Deum ſole majorem venerati ſunt. 700
eum in Deorum numero habet Chalcidius. 957. in not.
Sophiſtae, quinam fuerint. b 629. n. c
Σῶμα, unde derivetur. a 443
Συμπαθεῖν explicatur. 330. n. o
Spatium, de eo & veterum & recentiorum Atheiſtarum ſententia. 103. n. r. 104. n. s. v. & *Vacuum*.
non eſt proprie infinitum. b 37. ſeqq. 44. 48. n. k. 50. in n.
an Deus omnipotens ſpatium infinitum creare queat. 37. n. x
de ſpatii finitate aut infinitate. 51. in n.
ſpatium incorporeum ſectatorum Democriti refellitur. 354. ſeq.
ex natura ſpatii exiſtentia Dei probatur. 356
ab eo non differre creditur Deus. 356. n. f
an ſit ſubſtantia vel accidens vel medium quid. ibid.
nonnulli Athei illud negant, & ſpatium pro notione tantum animi habent. 357. ſeq.
Spectrum, origo eorum ex mente Atheorum, a 105
Apparitionum rationem Athei reddere nequeunt. b 142. ſeqq.
Spinozismus, v. & *Unum. Deus eſt omnia. Mundus Deus.*
ejus magiſtri, qui Deum eſſe omnia credidérunt, ex antiquioribus recenſentur. a 453. ſeqq.
Pythagoraeorum quidam hujus patroni. b 307
an Xenophanes ejus reus. a 580. ſeqq.
an Parmenides ejus reus. 599. ſeqq. n. y
an ejus rei Graeci philoſophi & Ethnici. 681. n. u
Spiritus, v. & πνεῦμα.
origo ſpirituum ex mente Atheorum. 105
ſpiritus mundi & Dei quid ſit Apoſt. Paulo. 179. n. o
an praeter corpora & ſpiritus aliqua detur res in hac univerſitate, quae medium teneat locum. 224. n. s

aquae

aquis incubans apud Moſen an unum idemque ſit cum amore veterum. a 363. in nota.
ſpiritus igne affici poteſt. b 469. n. e
num merus ſpiritus nec cernere, nec ſentire, nec afficere res queat corporeas, niſi corpus ſecum ſociatum habeat. 475. ſeq. in n.
argumenta illorum, qui ſpiritus extenſos eſſe negant. 484. ſeqq.
argumenta eorum, qui ſpirit. putant extendi. 497. ſeqq.
ſpiritus animales quid ſint. 388. n. k
Spiritus Sanctus mundi anima creditus. a 850. ſeqq.
cum materia ſ. mundi anima copulatus. 851. in n.
in aqua contentus. 852
an cum Patres Nicaeni perſonam & Deum conſtituerint. 911. n. l
copula dictus. 925. in n. v. & *Trinitas Platonica. Hypoſtaſis.*
Stella, v. *Aſtra.*
de ſtella a Magis viſa deſcenſumque Dei praemonſtrante. 952. in n. N. IV.
Stoicus, eorum ſententia de origine omnium rerum. 52
Stoici totius univerſitatis materiam ab aeterno exiſtentem, formas vero rerum corporearum a Deo creatas in materiamque immiſſas credebant. 101
an Stoicorum Deus corporeus ex accidenti tantum ſit incorruptibilis. 108. n. a
Deum modo Jovem, modo mentem, modo naturam appellabant. 177. n. b
quid his ſit natura. ibid.
amici naturae genitricis. 175. ſeqq.
Deo conjunctiſſimam putabant naturam genitricem. 177. n. b
Deus & animal Stoicis unum idemque. 189
ortus, interitus & exuſtiones mundorum infinitorum maximam partem Stoicis placebant. 190
an faveant naturae genitrici. 212. n. s
Deum fato materiaeque alligabant. 7
ſenſus naturam ex motus legibus unice declarabant. 12. n. b
naturam finxerunt genitricem. 176. ſeq.
an Athei 183. n. i
naturam & fatum idem eſſe ſenticbant. 228. n. b
duo rerum principia, Deum & materiam, adſerebant. 273. n. m
originem mali ex binis rerum principiis, Deo & materia, deducebant. 300. n. t
homines Deos appellabant. 337. n. z
Deum eſſe omnia docuerunt. 455. ſeqq.
Deum unum eumdemque ſupremum per Polytheismum cultum eſſe adſeruerunt. a 531. n. t
nil niſi corpora ducebant eſſe. 644. ſeqq.
animam corpoream habebant. 645
de conditione animarum poſt fata. ibid.
de virtutibus & vitiis. 646
non ſunt Athei. 646. ſeq.
mundum a perfectiſſima mente conſtructum docent. 647. ſeq.
animas particulas Dei eſſe ducunt. 648. ſeq.
unum ſummum Deum univerſitatis rectorem admiſerunt, plures Deos ex ſummo genitos reveriti ſunt. 649. ſeqq.
eorum Dii ſunt vel naturales vel facti. 652. n. b
Deum ſtatuunt per naturam intentum. ibid.
Stoici ſidera in Deorum numerum referunt. 653. in n. N. II.
differunt a reliquis Deorum cultor. ibid. in n. N. III.
eorum nomina Dei. 654. ſeq.
ſummum Deum prae reliquis aliis coluer. 656. 658. ſeq.
an rerum omnium creationem ad ſupremum tantum Deum retulerint. 658. ſeq. n. y
apud eos ſol princeps inferiorum Deorum. 657. n. x
omnem mundi gubernationem fato Dei ejusque providentiae & arbitrio attribuerunt. 658. ſeq. 666. in n.
de eorum religione generatim. 664. ſeqq. n. d.
immortalitatem animae, praemium poenamque poſt fata tollebant. 665. in n.
an unius Dei cultores. 683. in n.
eorum Deus omnia permeans. 763. n. k
eorum explicatio affectionum rerum in perſonas & Deos transmutatarum. 788. in n. N. I.
eorum ſententia de ſede principali animae mundi. 804
quo ſenſu univerſum mundum ipſum ſupremum Deum crediderint. ibid.
mundus illis primus Deus. 810
cauſſam motus nullam eſſe ſtatuunt. b 92. n. s
duo rerum principia habent, Deum & materiam aeternam, ex quo creationem ex nihilo rejiciunt. 234. n. a
num creationi ex nihilo faverint. 318. ſeq.
vacuum incorporeum probant. 355. n. e.
eorum Deus corporeus. 504. n. a
quo ſenſu mundum hominum cauſſa factum eſſe affirmarint. 565. ſeq. n. l
Strebula, quid ſit. b 840. n. y
Σχήματα Platonis quid ſint. a 25. n. a
Subſtantia, ex mente Atheorum quid ſit. 107

Digitized by Google

substantiam aliam creare posse substantiam Spinoza negat. b 247. seq. n. s
Substantia in *Trinitate*, v. & οὐσία. *Essentia.*
hoc vocabulum Patres Nicaeni eadem adhibuerunt notione, qua verbum valet *essentia*. a 924. seq.
differentia inter substantiam & Hypostasin in Trinitate. ibid.
Summanus, an supremus Deus sit appellatus. 795. n. p
Superbia: ex testimonio gentilium Deus hominum superbiam ferre non potest. b 77
Superstitio, quo sensu vocabulum hoc Spinoza adhibeat. 74. n. d
Plutarchi descriptio superstitiosi hominis. 81
Supralapsarii a Cudwortho rejecti. 77. seq.
nos de attributis Dei positivam & affirmativam notionem habere, negant eorum multi. a 99. n. z. N. V.
Symbolum: de symbolis Pythagorae & Aegyptiorum. 814. in n.
de Symbolo Athanasio vulgo adscripto. 945
Syringes, quales fuerint. 483. n. c
Syrus: Syri Philosophi carmen. b 904
Syrorum duplex Theologia, fabulosa & arcana. a 471. seqq.

T.

Tabernaculum & Templum erant domus Dei. b 877
Tabula Graeca, 162. n. a
Taranis, Deus Celtarum. a 702. in n.
Tartarus, de eo Jac. Windetus. b 469
Tautousios, Epiphanius de hoc vocabulo. a 934.
Templum: Persis quare nulla fuerint templa 421. in n. N. III. & 808
templi Jovis Capitolini descriptio. 687. seq.
templum Dei nonnullis mundus dicitur. 808. seqq.
Tempus, ejus aeternitatem credidit Pherecydes Syrus. 565. n. l
quid sit ex mente Timaei. 611. n. l
certa ratione incomprehensibile quid. b 27
proprie non est infinitum. 36. seq. 44. 48. n. i. 50. in n.
de tempore infinito aut finito. 52. in n.
Tenebrae: Tenebrae & lux duo credit omnium rerum principia Rob. Fluddus. a 184. n. v
Terra: Terram circa solis orbem moveri rotarique veterum quidam crediderunt. 20
terram aliqui veterum philosophorum pro rerum omnium habuerunt principio. 147. n. a. 157. seq. n. e
Deus & moveri creditur. 339. seq. n. f
hominum origo. 361. n.
coeli & terrae connubium quid significet apud Hesiodum. a 362. in nota.
terra an ex mente Cartesii olim sol fuerit. b 117. n. g
Epicuri sententia de hominum ortu ex terra hujusque aetate ingravescente. 125
terra, quam incolimus, stella errans, quae circa solem movetur, habetur. 579
Tetras, s. Tetractys nominatur summus Deus a Pythagora. a 576. seq. n. a
Tetragrammaton, quale nomen. 577
Thau, *Thautes*, *Theutates* Germanorum Deus supremus vocatus. 702
Themis, an Ammianus hoc nomine Deum supremum appellaverit. 817. n. z
de sensu fabulae de Themide. 818. n. b
Θεός, proprie Deum maximum significat, sed quandoque & inferiores Deos. 384
significat quoque divinitatem, quam quaelibet colit civitas. 388. n. a
quid significet Aristoteli. 632. seq.
Platonis derivatio hujus vocis. 636
Θεὸς, notio est supremi Dei. 388
quid significet Aristoteli. 616. seq. 642. n. q
Theogonia: harum scriptores Deos ex chao & nocte eduxerunt, materiam sensu carentem pro summo habuerunt Numine, adeoque verbis quidem Deum reliquerunt, reapse vero sustulerunt. 148. 157. seq. n. p
Homeri, Hesiodi, & Herodoti explicata. 294. seq.
ejus origo. 331
& Cosmogonia unum idemque sunt. 339. seqq.
Ovidii. 356. seqq.
Strabonis. 357
Senecae. ibid.
Homeri. ibid.
Hesiodi. ibid. n. z
magis rerum naturalium naturam, quam Deorum declarat. 361. in nota N. II.
ea Homerus & Hesiodus mundi creationem exponebant. 546
Hesiodi tantum de inferioribus Diis intelligi debet. 549. seq.
Pindari. 552. seqq.
Dii omnes generati ex Jove & Oceano. 546. seq.
Theologia, v. & *Religio gentilis*
Aegyptiorum, Persarum, Syrorum duplex, fabulosa & arcana. 471. seqq.
pars scientiarum Aristotelis. 639. seq.
Theologiae Varro tria constituit genera, Mythicum, Physicum & civile. 671. seq.
duplex theologiae genus inter veteres, populare & occultum. 727. seq.

Digitized by Google

an ea veterum, quam Varro naturalem dixit, a Phyſica Theologia differat, nec ne. a 755. n. v.
civilis ſ. popularis quid fuerit. 755
Poëtarum quid fuerit. ibid.
de Theologia veterum naturali & ejus diſcrimine a civili. 791
ſumma Theologiae naturalis ſ. philoſophicae. 811
veram veteres populos celarunt. 812. ſeq.
Theurgia, pars Magiae ex diviſione juniorum Platonicorum. 396. n. *q*. b 781
Theurgi, quinam fuerint, & quid de daemonum generibus ſenſerint. 545. n. *k*
Theuth ſive Thoth, quis fuerit. a 481. ſeq.
Θρησκεία, hujus vocis origo a Thracibus repetitur. 438. n. *d*
Timor, v. *Metus*.
2 *Tim.* I. 10. explicatur. 86e. n. *r*
Tradux: de animae propagatione per traducem quid ſit ſentiendum. 71. n. *t*. 74
Transmigratio animarum. v. Μετεμψύχωσις.
Transſubſtantiatio, eam Pontificii imperſcrutabili Trinitate exornare ſtudent. 849. n. *k*
dogmate, Deum impoſſibilia & contradictoria facere poſſe, fulcitur. b 44. in n.
Trinitas, an ejus ſecundam perſonam Aſclepius & Philo Judaeus Deum ſecundum nominent. a 494. ſeqq. 825. n. *m*
ab Hebraeis ad reliquos manavit. 823
valde a gentilibus depravata. 823. ſeqq.
Trinitatis Hypoſtaſes. v. *Hypoſtaſis. Perſona.*
Trinitatis hypoſtaſis altera. v. *Mens.* Νοῦς. *Hypoſtaſis.*
Trinitatis ſubordinatio, quinam Patres eam crediderint, nec ne. 912. ſeq.
perichoreſis in Trinitate ex mente Athanaſii. 942
differentia Trinitatis Nicaenae, Sabellianae & Arianae. 935
Trinitas Aegyptiorum v. *Aegyptii.*
Trinitas Arii, v. *Arius.*
Trinitas Athanaſii, v. *Athanaſius.*
Trinitas Chriſtiana.
Chriſtiano caute de Trinitate loquendum. 825
hujus Trinit. natura & ratio. 846. ſeqq.
Origenes de hac Trinitate. 848
Trinitate imperſcrutabili pontificii dogma de transſubſtantiatione exornare ſtudent. 849. n. *k*
diſcrimen inter Platonicorum & Chriſtianorum Trinitatem dogmate de duplici mundi anima potius augetur, quam minuitur. 880. ſeqq. in not.
convenientia & diſcrepantia Trinitatis Platonicae & Chriſtianae. a 888. ſeqq. 905. ſeqq.
ejus inaequalitas non ordinis ſolum, ſed etiam dignitatis. 912. ſeqq.
quibus ſimilitudinibus illuſtrata. 914. n. *s*. 919. ſeqq. n. *z*, *a*
hae ſimilitudines ab exacta S. Scripturae regula diſſident. 920. n. *b*
quibus ſimilitudinibus illuſtratur. 920. ſeqq.
de aequalitate Chriſtianae & Platonicae Trin. 922. n. *c*. v. & *Perſona*, *Hypoſtaſis*, *Eſſentia*, *Subſtantia.*
de conſubſtantialitate & coëſſentialitate in Trinitate. v. *vocabula ipſa.*
Trinitas Cudworthi. v. *Cudworth.*
Trinitas Ethnicorum.
Trinitatis myſterium ſub tribus Diis Capitolinis latere ſuſpicatur Voſſius. 689. n. *d*
Judaeorum Alexandrinorum Trinitas. 830. ſeqq.
Trinitas Orphei. v. *Orpheus.*
Trinitas Perſarum. v. *Perſae.*
Trinitas Philonis, Judaei. v. *Philo, Judaeus.*
Trinitas Platonica.
principes Dii hujus Trinitatis ſunt Νοῦς, Ψυχὴ & totus mundus corporeus, nec non peculiares Noës & Henades. 821. ſeqq.
quaenam fuerit. 823
altera hujus Trinitatis perſona eſt mundus Archetypus. 830. ſeqq.
ſpuria Trinitas Platonica. 842. ſeqq.
eſt vitioſa minusque rationi conſentanea. 849. ſeqq.
ejus naevi. 862
de ejus ſubordinatione Plotinus. 888
fundamentum ſubordinationis in Trinitate Platonica. 896. ſeqq.
de aequalitate Chriſtianae & Platonicae Trinitatis. 922. n. *c*
tertia Trinitatis hujus hypoſtaſis media natura inter primam & ſecundam hypoſtaſin appellatur. 924. in not.
tres hujus Trinitatis hypoſtaſes unus Deus. 924
praeferenda Trinitati Cyrilli & Gregorii Nyſſeni. 927
rationes Apologiae pro ea. 944. ſeqq.
ab Ariana diſſident. 945. n. *t*
eam veteres doctores non differre credunt a Chriſtiana. 946. ſeqq.
de ea ſententia Patrum. ibid.
Chalcidius de ea. 955. in not.
uſus, qui ex hujus & Chriſtianae concordia profluit. 958. 962
Trinitas Platonicorum juniorum. v. *Platonici juniores.*
Plotini. v. *Plotinus.*

Porphyrii. v. *Porphyrius.*
Trinitas Pythagorica. v. *Pythagoras, Pythagoraei.*
Sabellii. v. *Sabellius.*
Synesii. v. *Synesius.*
Tritheitae fuerunt Marcionitae & antiquiores Persae. a 297. seqq.
eorum Trinitas. 927
Typhon Aegyptiorum quid sit? 319. n. *q*
est imago imbecillarum mentium. 531
Typi V. T. quid circa illos observandum. b 889
Τυχὴ, quae sit vis atque notio hujus vocis ex mente Stratonis. a 138. seqq. n. *b*

V.

Vacuum, a quibus assumtum & repudiatum. 27. n. *e*
omnis corruptionis expers creditur. 114
vacuum rejectum ab Empedocle. 114. v. & *Spatium.*
vacuum incorporeum Stoici profitentur. b 355. n. *e*
Valentiniani. Eorum Aeones. a 297. n. *b*
Vaticinatio. Praedictionibus & vaticinationibus ex astris operam dedit Cosmus Ruggerius. 185. n. *x.* v. & *Oraculum.*
Aristotelis. 629. n. *v*
Ammiani sententia de origine divinationis. 770. n. *b*
quid sint genii ex disciplina Platonis vaticinationibus praepositi. 817. n. =
iis magnum pretium posuit Chalcidius. 957. in not.
earum duplex genus, quarum quaedam ab angelis proficisci possunt. b 168, seqq.
quaedam vero non nisi a Deo. 176. seqq.
num & verae religionis nesciis contingant. 183. in not.
Vedam, i. e. collectio librorum veterum Braminum. 333
Vehiculum duplex animae. 387. seqq. v. *Corpus animae.*
Venus coelestis supremi Dei nomen. a 743. seqq. n. *a.* 754
& quare. 794
Veritas, an eam miracula demonstrent. b 167. seqq. n. *e*
eam in falsitatem mutare neque Deus potest. 188. seqq.
dogma de veritate non absolute tali refellitur. 653. seqq.
veritates aeternae sunt immutabiles ipsaque materia & mundo priores. 220. seqq.
Via: De via remotionis ad Deum cognoscendum. 136. seqq.
Virginia unius Dei cultrix. a 702. n. *e*
Virtus. Veteres Pythagoraei, Platonici & Stoici virtutem definiverunt per similitudinem Dei. 285. n. *t*
virtutibus & vitiis certos praeficiebant genios nonnulli veterum Christianorum. 328. n. *l*
Stoicorum sententia de virtutibus & vitiis. 646
virtutes per se non subsistentes inter personas & Deos relatae. 783. seqq.
& quare hoc factum. 798. in not.
ex nostra virtute Dei virtus non est metienda. b 583
virtutes Dei. v. *Attributa Dei.*
virtus efficiendi cum materia necessario conjuncta, fatique arbitrio alligata, origo omnium rerum veteribus philosophis habetur. a 50. n. *d*
eam distribuit Plato in humanam & divinam. 622. n. *k*
Visus natura ex sententia Democriti. b 147. in not.
Vita. Vitam veteres mortemque pro varietate tantum formae & externae materiae dispositionis habebant. a 66. seqq. v. & *Generatio.*
ex fortuita atomorum, nullis qualitatibus instructarum, commotione Athei eam derivant. 109. seqq.
vita non simplex & per se constans, sed certa quaedam corporum compositorum temperatio, quae dissolutis partibus, in nihilum occidere posset, creditur. 114. seqq.
vitam removent omnem penitus a corpore philosophi corpusculares. 133
Secta Ionica vitam nil nisi affectionem quamdam & dispositionem materiae esse praecipit, quae generetur & corrumpatur. 147. n. *y.* 148. n. *b.* 151. n. *e*
an detur vita sensu claraque cognitione destituta. 225, 226. n. *z*
Aegyptii & Indorum Brachmanes hanc vitam mortem, & mortem veram putabant vitam. 469
vita & mens naturae simplicis & primariae. b 521. seqq.
nulla vita ex materia existere potest. 539. seqq.
gentiles docuerunt, ex materia vitas & animas haud nasci posse, sed a Deo produci. 553. seqq.
sine Deo vivere est pessime vivere. 593. seqq.
vita genitrix s. effectrix. v. *Natura genitrix.*
vitam genitricem, verum sensu & ratione desti-

Digitized by Google

deſtitutam materiae tribuunt Athei Hylozoitae ſeu Stratonici. a 133
aliique. 134. n. *a*
de vita Dei deſerta ac ſolitaria. 819
Vitium. Virtutibus & vitiis peculiares praeficiebant daemones nonnulli primorum Chriſtianorum. 328. n. *l*
Stoicorum ſententia de virtutibus ac vitiis. 646
vitia per ſe non ſubſiſtentia inter Deos & perſonas relata. 783. ſeqq.
& quare. 798. in not.
Voluntas. Voluntatis & intellectus natura & ratio. b 494
Voluptas. Socrates de dolore voluptati finitimo. 568. n. *q*
Unitates. v. & *Monades.*
Pythagorae Monades ſeu unitates an diſcrepent ab atomis. a 19. & 20. n. *o*
Unitas Dei. An unum ſupremum Deum crediderint Polytheitae. 406. ſeqq. n. *i*
notio unitatis explicata. 683. in not.
eam Lucretius & Epicurus agnoverunt. 238
Ethnici unum & plures Deos ſimul ſtatuerunt. 334. ſeqq.
Chriſtianorum & Judaeorum ſententia de uno Deo propius accedere perhibetur ad Ethnicos. 335
Ethnici unum ſummum, plures minores crediderunt Deos. 390. ſeqq. 403. ſeqq.
an gentiles qui ante C. N. vixerunt, aliter de uno ſummoque Deo ſenſerint, atque qui poſt C. N. 410
unum ſuprem. Deum profitetur Zoroaſter. 417. ſeqq.
Magi. 430. ſeqq.
Orpheus. 436. ſeqq.
Aegyptus unius Dei cultrix. 464. 478. 498. ſeqq. 508. ſeqq.
quinam Poëtarum gentilium eam aſſeruerint. 545. ſeqq.
quinam gentilium philoſophorum eam admiſerint. a 563. ſeqq.
Zenonis Eleatis demonſtratio unius Dei. 603. ſeqq.
recentiores Ethnici unius Dei cultores. 666. ſeqq.
an gentilium populus unum Deum crediderit. 683. ſeqq.
politiores, qui hodie ſunt, Ethnici unum Deum profitentur. 702. n. *e*
culta creditur a gentilibus. 964
Univerſalia. Hobbeſii ſententia de univerſalibus, nil niſi nominibus. b 529. ſeqq. n. *s*
Jacobus Carpentarius de natura univerſalium. 651
Unum. Formula: unum eſt omnia, veteribus nonnullis ſummum Deum deſignabat, aliis vero materiam. a 595. ſeqq. v. *Spinozismus.*
Univerſitas, Carteſiani univerſitatem corpoream indefinite extenſam eſſe volunt. b 579
univerſo ſuo quare Parmenides formam globoſam dederit. a 603. in n. v. & *Mundus.*
Uranus ſ. coelum, de eo Platonis ſententia. 740. n. *n*
Vulcanus, ſummi Dei nomen. 746. n. *e*

Y.

ὑλη. Poteſtas hujus vocis ex mente veterum. b 272. in not.
ὕλαν proprie materiam, quae eſt diviſibilis, veteres nominarunt. a 47. n. *y*
Ὑπόστασις. Tres ὑποστάσεις ſ. numeri Platonicorum & Pythagoraeorum an ſint tres Dei virtutes. 187. n. *y*. v. *Hypoſtaſis.*

Z.

Zabiorum mos cum daemonibus epulandi. b 883
Ζεύς. v. *Jupiter.*
nomen Plato repetit a verbo ζῆν. a 836

Aø1 1453556

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google